
יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER. FVNDATA MDCCCVII.
PS. CXIX
169.
כדברך
הבינני
JOH XVII
17.
ὁ λόγος
ὁ σος
αληθεια
ἐστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

LEXICON MANVALE

GRAECO-LATINVM

IN LIBROS

NOVI TESTAMENTI

AVCTORE

CAROLO GOTTLIEB BRETSCHNEIDER,

PHILOS. ET THEOL. DOCTORE, CONSISTORII SVPR. DIRECTORE, MINISTRORVM VERBI DIVINI IN DVCATV GOTH. ANTISTITE PRIMARIO, ET EQVITE ORDINIS PRINCIP. SAXON. ERNESTIN.

EDITIO TERTIA EMENDATA ET AVCTA.

LIPSIAE, MDCCCXL.

SVMPTIBVS IO. AMBROS. BARTHII.

NONNULLA E PRAEFATIONE

IN

EDITIONEM PRIMAM,

QUAE ANNO MDCCCXXIV PRODIIT.

Non dubito futuros esse, qui, ubi primum hoc novum Lexicon N. T. conspexerint, inutilem post diligentissimas S. V. *Schleusneri* curas me dicant suscepisse laborem. Neque ego ullo modo de huius scriptoris summa eruditione admirandaque assiduitate quicquam detrahere vel ipse ausim, vel ea, quae in eius opere minus commode se habere idonei harum literarum arbitri publice edixerunt, parum modeste repetam, vel denique in libro viri doctissimi vituperando aliquam meo libro commendationem apud lectores parare velim. Eiusmodi enim nullo modo opus est artibus, quum hunc librum non eo consilio ediderim, ut occupet locum operis Schleusneriani, sed ut quotidianis theologiae studiosorum, candidatorum ac scholarum ecclesiaeque ministrorum necessitatibus serviat. Cavi igitur, ne in iusto maiorem liber excresceret molem, ideoque abesse ab eo volui, quae vel in commentariis vel in grammatica N. T. potius quam in lexico excutienda videbantur; eademque de causa abstinui a disputationibus criticis et exegeticis, item a laudandis titulis librorum singularium vel variorum, quos conferre paucis tantum licet.

Locorum N. T. pleniorem adieci indicem, quum interpretis saepius intersit, omnes modos et formas alicuius verbi uno loco simul conspicere, concordantiae N. T. autem paucissimis eorum, in quorum utilitatem scripsi, in promptu sint*).

Textum graecum N. T., qui *Griesbachii* cura prodiit, quippe optimum illum et a plerisque nunc N. T. editoribus adoptatum, unice secutus sum, iis locis, e quibus *Griesbachius* vocem aliquam eiecerat, signis his [ ] circumseptis. Eas autem voces, quas ille pro genuinis quidem habuit, at in textum non recepit, sed ei proxime subiecit, suo loco catalogo vocabulorum inserui. Nomina propria hominum, urbium, fluviorum etc. abesse nolui, ne huic libro aliquid deesse videretur.

Singularum porro vocum significationes secundum eam, quam et natura rei et usus loquendi monstrarunt, seriem disposui, simul autem, ut sensus a significatione satis distingueretur, diligenter curavi. Hinc monitus sit lector benevolus, signa numerorum (1. 2. 3) *significationes*, contra vero literas latinas minusculas (a. b. c) *usum* et varium sensum vocis indicare.

Illud omnium maxime curavi, ut loquendi usus in N. T. libris obvius tum ex ipsorum librorum indole, tum ex Iudaicis scriptoribus, aevo servatoris proximis, illustraretur. Quare prae caeteris contuli versionem V. T. alexandrinam simulque libros V. T. apocryphos et pseudepigraphos et Flavii Iosephi scripta. Caeterum in laudanda versione alexandrina (LXX, ut brevitatis gratia plerumque scripsi), textum vaticanum secutus sum, a *Lam. Bosio* et *Millio* editum, ex *Reineccii* editione laudatum, quippe quae iis, in quorum usus scripsi, in promptu esse soleat. Quartum librum Maccabaeorum, qui etiam in operibus Flavii Iosephi legitur, laudavi secundum textum *Breitingeri* in eiusdem editione versionis alexandrinae. *Pseudepigrapha* V. T., a nemine fere hactenus in usum vocata, iam pridem eo perlegeram consilio, ut, quae inde possent repeti ad dicendi genus N. T. illustrandum et res ipsas explicandas, ex iis colligerem. In quibus prae caeteris liber *Henochi*, *Testamentum duodecim Patriarcharum*, et *Psalterium Salomonis* (tomo primo Codicis Pseudepigraphorum Fabriciani) multa mihi praebuerunt, quae ut transscriberentur digna videbantur. *Flavii Iosephi* libros, e quibus *Krebsius* multa iam hauserat**), maximam partem denuo perlegi ipse, eaque, quae res et verba N. T. possent illustrare, huic libro inserui. *Philonis* autem scripta,

---

*) Novi Test. graeci ταμεῖον, aliis concordantiae, — opera *Erasm. Schmidii*, — revisum, — repurgatum. Accedit nova praefatio Ern. Sal. *Cypriani*. Gothae et Lipsiae 1717. fol.

**) Io. Tob. *Krebsii* observationes in N. T. e Flavio Iosepho, Lips. 1755. 8.

quanquam Iudaei et aevo Iesu proximi, post *Loesnerum*, *Carpzovium* *) aliosque conferre, nec tempus mihi concessum permisit, nec adeo necessarium visum est, quum Philonis dicendi ratio a N. T. multum recedat. In comparandis cum N. T. Rabbinis secutus sum quum *Buxtorfii* lexicon hebraicum, chaldaicum et talmudicum, tum *Lightfooti* et *Schoettgenii* horas hebraicas et talmud. in N. T.

In his autem libris, versione nimirum alexandrina, apocryphis et pseudepigraphis V. T., scriptis Iosephi et usu loquendi Rabbinorum prae caeteris mihi videbatur quaerenda esse auctoritas historica in comprobando dicendi genere N. T. scriptoribus peculiari. Rarius igitur excitavi exempla e scriptis profanorum, qui iam olim a multis diligentissime in usum vocati sunt, ut a *Wolfio*, *Elsnero*, *Raphelio*, *Munthio*, *Kypkio* **), *Schleusnero* in lexico, aliisque. Mihi vero est persuasum, *dialectum communem*, quam etiam *macedonicam* quidam appellarunt, qua N. T. auctores usi sunt, accuratius cognosci veriusque probari e libris, si non prorsus eadem, at tamen simili dialecto conscriptis, quam e classicorum monumentis. Hos libros fontes *primarios*, classicorum autem scripta fontes *secundarios* in illustranda dictione Novi Testamenti habui. Attamen in iis vocibus, quae vel omnino rarius leguntur, vel quarum significationes e fontibus primariis satis illustrari nequeunt, profanorum etiam libros adire et laudare haud neglexi.

---

*) Christoph. Frid. *Loesneri* observationes ad N. T. e Philone Alexandrino, Lips. 1777. 8. Io. Ben. *Carpzovii* sacrae exercitationes in Pauli epist. ad Hebraeos ex Philone Alexandr. Helmst. 1701. 8.

**) I. C. *Wolfii* curae philologicae et criticae, Basil. 1741. V Tomi, 4. Iac. *Elsneri* observationes sacrae in N. T. libros. Trai. ad Rhen. 1720. 28. 8. G. *Raphelii* annotationes in N. T. e Xenophonte collectae, edit. 2. Hamb. 1720. 8. *Eiusd.* annotationes in N. T. e Polybio et Arriano collectae. Hamb. 1715. C. F. *Munthe*, obss. philologicae in sacros N. T. libros e Diodoro Siculo collectae. Hafn. et Lips. 1755. G. D. *Kypke*, observationes sacrae in Novi Foed. libros ex auctoribus potissimum graecis et antiquitatt. Wratislav. 1755. II Tomi, 8. — [His addendi sunt Lambertus Bosius et Elias Palaeretus: Lamberti Bos exercitationes philologicae, in quibus Novi Foederis loca nonnulla ex auctoribus graecis illustrantur etc. ed. 2. Franequ. 1713. 8. Eiusd. observationes miscellaneae ad loca quaedam cum novi foederis tum exterorum scriptorum graecor. Franequ. 1707. 8. — Eliae Palairet observatt. philologico-criticae in sacros novi foed. libros. Lugd. Batav. 1752. 8.]

PRAEFATIO

IN

TERTIAM HUIUS LIBRI EDITIONEM.

Quum primum huic libro scribendo manum admoverem (anno 1822), totus addictus eram illorum interpretum scholae, qui graecam N. T. orationem ex indole linguae hebraicae unica cognoscendam et illustrandam esse statuebant, nempe *Fischeri*, *Schleusneri*, *Storrii*, aliorumque, qui, graeci sermonis legibus et praeceptis grammaticis, quas servant scriptores profani, fere neglectis, ad hebraismos ubique confugiebant, haud raro verbis significationes temere adfingebant, et inprimis in constituendo usu particularum, praepositionum, coniunctionum etc. multum peccabant*). At studium ipsum, quod ab illo tempore in graecum sermonem, inprimis Novi Test., impendebam, itemque scripta subtilissima hominum doctissimorum, ut S. S. V. V. *Davidis*, *Schulzii*, *Wineri*, *Fritzschiorum* aliorumque, quos studiose perpendebam, me ab illa, qua incesseram, via abduxerunt, et meliora me docuerunt; quare hic liber, quum secunda vice prodiret, ita immutatum fuit, ut fere novus haberi posset. Attamen, quum mori inveterato desuescere difficile sit, plura, quae vel delenda vel corrigenda erant, in altera quoque editione intacta manserunt, quae nunc emendata habes. Quod enim ad principia interpretandi N. T. attinet, neque antiquiorum interpretum temerariam rationem, qua, neglecto usu graeci sermonis, verba N. T. lingua hebraica unice metiebantur, et vocibus sensum, quem libebat, obtrudebant, neque recentiorum quorundam rationem, qui, spreta verborum nativa potestate et neglectis praeceptis grammaticis, notiones e schola dogmatica repetitas verbis Novi Test. temere subiiciunt, et sensum verborum *altiorem* scilicet enucleasse sibi videntur, sequutus sum, sed ea potius principia interpretandi adoptavi, quippe unice vera, quae in indicando sermone profanorum a viris summis nostri aevi in usum vocata, et ad sermonem graecum Novi Test. prae caeteris in Grammatica *Wineri* translata sunt**).

Quum scriptores N. T. usi sint dialecto graeca, quae *communis* (*κοινή*) dicitur, et post Alexandri magni tempora extitit, eos etiam libros graecos in illustrando sermone N. T. prae caeteris in usum vocavi, qui eadem dialecto, et inprimis a Iudaeis graece loquentibus, scripta sunt. In prima igitur Lexici editione exempla dictionis hausi inprimis e versione V. T. alexandrina, e libris apocryphis et pseudepigraphis V. T., ex apocryphis N. T. (a Fabricio editis), et e scriptis Flavii Iosephi, Iudaei; quibus in adornanda secunda editione addidi etiam acta apocrypha Thomae Apostoli (edid. Io. Car. *Thilo*, Lips. 1823. 8.), et scripta doctorum christianorum antiquissimorum. Nunc vero in paranda hac tertia editione illos libros non solum denuo contuli, sed etiam alios, quos antea neglexeram, inspexi, videlicet Iosephi hypomnesticon, scripta apocrypha a *Birchio* edita***), et libros Philonis Iudaei (edit. Francofort. 1691. fol.). E profanis scriptoribus antiquioribus

---

*) Quorum quidem temeritatem iure perstrinxit Ill. *Hermannus* ad *Viger*. p. 788: „Tristissima, — inquiens — profecto sors obtigit scriptoribus sacris, quorum si audiendi sunt interpretes, nihil inveniri tam absurdum, sanaeque rationi contrarium poterit, quod non, si apud hos scriptores reperiatur, recte, imo eleganter dictum sit. Quare diligenter caveant tirones, ne putent, viros spiritu sancto afflatos, sprevisse sermonem mortalium, sed meminerint potius, illam interpretandi rationem, qua nonnulli Theologorum utuntur, nihil esse nisi blasphemiam. Documento sunt *Lexica* Novi Test., ex quibus *ἀπό ad*, *ἐξ in*, *εἰς ex* significare, denique omnium, quae fieri nequeunt, nihil non factum esse discas.“

**) Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms als sichere Grundlage der neutestamentl. Exegese bearbeitet von D. Georg. Ben. *Winer*. Vierte berichtigte und verm. Aufl. Leipz. 1836. 8. (prima edit. prodiit a. 1822). Praeter *Wineri* librum inprimis usus sum libro Clariss. *Rostii*, amici carissimi, „Griechische Grammatik.“ Fünfte Aufl. Götting. 1836. 8.

***) „Iosephi, veteris scriptoris christiani hypomnesticum, sive liber sacer memorialis nunc primum in lucem editus cum versione et notis Io. Alb. *Fabricii*.“ Hamburg. 1733. 8. — annexum Volumini secundo Cod. Pseudepigr. Vet. Test. ab eodem *Fabricio* edito. — „Auctarium codicis apocryphi N. T. *Fabriciani*, ed. Andreas *Birch*. Fasc. I. Havniae 1804. 8.“ cui libro insunt: 1) Evangelium Nicodemi; 2) relationes ad Tiberium de Iesu Chr. Pilato tributae; 3) Rescripta Tiberii ad Pilatum; 4) *παραδοσις Πιλατου*; 5) narratio Iosephi ab Arimathia; 6) Protevangelium Iacobi; 7) apocalypsis Pseudo-Iohannea; 8) capita quaedam ex Prochori *περιοδοις Ιωαννου*.

nunc saepe etiam *Homerum* laudavi, quippe Graeciae scriptorem antiquissimum et primarium. In definienda autem dialecto communi praeter Grammaticos antiquiores, Phrynichum, Vigerum, inprimis recentiores, *Sturzium* (de dialecto macedonica), *Hermannum* (ad *Vigerum*) et *Lobeckium* (ad Phrynichum) sequutus sum. Quod ad rem criticam N. T. attinet, ab editione N. T. *Griesbachiana*, quam in editione prima et secunda huius libri sequutus eram, etiam nunc recedendum non esse putavi, quum de veritate principiorum criticorum, quae Cl. *Lachmannus* nuper proposuit, commendavit et in edendo N. T. adhibuit, homines docti adhuc discrepent. Quanquam igitur *Lachmanni* librum passim commemoravi, a pleniore tamen eius usu abstinui, quum ille, quam pretiosus sit hominibus rei criticae peritis, eorum tamen usibus, quibus prae caeteris hoc Lexicon scriptum est, minus accommodatum videretur. Commemoravi autem nunc illas etiam voces, quae in textu recepto vel Griesbachiano non habentur, sed tamen in apparatu critico Griesbachiano leguntur. Eiusmodi sunt *αἰτιάομαι*, *αἰφνιδίως*, *ἀναπηδάω*, *ἀνίλεος*, *ἐγκακέω*, *ἐλεάω*, *ἐπάρατος*, *ἐπικέλλω*, *ἐπισπείρω*, *ἐπίστασις*, *εὐγε*, *θαυμαστόομαι*, *θορυβάζω*, *κάδος*, *κάθαρμα*, *καινοφωνία*, *κάμιλος*, *καραδοκία*, *κατευλογέω*, *κιβώριον*, *κοσμίως*, *κυκλεύω*, *μαζός*, *μυλωνικός*, *Ναζαραῖος*, *οἰκετία*, *ὀλιγοπιστία*, *πανταχῇ*, *παραφροσύνη*, *πολυπληθία*, *πρόσκλησις*, *προσχαίρω*, *ῥοπή*, *στασιαστής*, *στιβάς*, *συναλλάσσω*, *τυπικῶς*, *ὑπερεκπερισσῶς*, *φυγαδεύω*, *ὠτάριον*.

Ut menda prioris editionis, praesertim in numeris laudatorum locorum obvia, cognoscerentur et delerentur, duumviri Lipsienses, Cl. *Bonnitz* et *Maddisen*, philologiae cultores et magistri, ille literas *α — κ*, hic literas *λ — ω*, accurate recognoverunt et perscrutati sunt, quibus ea de causa maximas debeo gratias. Ego autem totum librum relegi, alia delevi, alia adieci, alia verius, alia accuratius, vel certe commodius exposui, quod quivis facile cognoscet, qui hunc librum cum editione priori comparaverit. Haud pauca etiam quasi nova et prorsus rescripta sunt, ut *ἀγαθοεργέω*, *ἀγαπάω*, *ἀγάπη*, *αἰτέω*, *ἀλλά*, *ἁμαρτία*, *ἁρμόζω*, *ἀσέλγεια*, *ἀσκέω*, *ἀφορμή*, *βαστάζω*, *βλέπω*, *βιάζομαι*, *βλητέον*, *βρώσκω*, *γενεά*, *γένος*, *δεῖπνον*, *δή*, *διά* cum accusativo, *διαμαρτύρομαι*, *διαπαρατριβή*, *διδακτός*, *διέρχομαι*, *διετής*, *δίκαιος*, *δικαιοσύνη*, *δικαιόω*, *δικαίωμα*, *διώκω*, *ἐγκομβόομαι*, *ἐγώ*, *ἐκγαμίζω*, *ἐκδίδωμι*, *ἐκδικέω*, *ἔκδικος*, *ἐκδίκησις*, *ἐκεῖ*, *ἐκθαμβέω*, *ἐκφύω*, *ἐλαιών*, *ἔλεγχος*, *ἔλεος*, *ὅ*, *ἐλλογέω*, *ἐμπιπλάω*, *ἐμπλήθω*, *ἐν*, *ἐνδυναμόω*, *ἐνδύω*, *ἐνεργέω*, *ἐξαγοράζω*, *ἐπαισχύνομαι*, *ἐπαναπαύω*, *ἐπέχω*, *ἐπιθυμέω*, *ἐπίκειμαι*, *ἐπισχύω*, *ἐπιτίθημι*, *ἐριθεία*, *εὐαγγέλιον*, *εὐδοκία*, *ἔχω*, *ζημιόω*, *ἤ*, *θυμός*, *ἵνα* no. 2 et 3, *καιρός*, *καλός*, *κἄν*, *κατά* cum accusativo, *καταγγέλλω*, *καταλλάσσω*, *κατάγνυμι*, *κατάρα*, *κατεργάζομαι*, *καύχησις*, *κολλάω*, *κτάομαι*, *κρύπτω*, *λοιπός*, *λέγω*, *μάρτυρ* et *μάρτυς*, *μαρτυρέω*, *μαρτυρία*, *μαρτύριον*, *μετά* cum genitivo, *μήπως*, *μύθος*, *μυστήριον*, *νεκρός*, *νέος*, *ὁμείρομαι*, *ὅμως*, *ὀπίσω*, *ὀργίζω*, *ὅσιος*, *ὅταν*, *οὐδέ*, *οὐκέτι*, *οὐκοῦν*, *οὔτε*, *οὕτως*, *παραπορεύομαι*, *παραῤῥέω*, *παρατηρέω*, *παρουσία*, *περίσσευμα*, *πιστικός*, *πληροφορέω*, *πληροφορία*, *πνίγω*, *πρίν*, *προγινώσκω*, *προεῖδον*, *προέχω*, *προλαμβάνω*, *πρός*, *προτάσσω*, *πταίω*, *πῶς* no. 2, *ῥιπίζω*, *σαρκινός*, *σάρξ* no. 1, *στόμα*, *συγκλείω*, *συγχαίρω*, *συγχέω*, *συμμαρτυρέω*, *συστέλλω*, *τάσσω*, *ταχίον*, *τότε*, *ὕψωμα*, *φάγος*, *φανερόω*, *χάρις*, aliaque.

In prioribus editionibus huius libri verbis graecis, more Lexicographorum, ubique futur. 1. adscripseram. Quam probanda etiam illa ratio sit in lexicis graecae linguae, eam tamen in hoc libro, qui unice ad N. T. spectat, nunc deserui, et ea tempora tantum verbi adscripsi, quae in N. T. vel in varia lectione habentur, ita ut quivis possit facili negotio intelligere, quaenam verborum tempora et formae in N. T. legantur. Veniam autem peto a benevolis lectoribus, quod idem in verbis *regularibus*, quae primis literis *α — δ* continentur, non factum est. In illis enim non solum passim omisi futura, non lecta in N. T., delere, sed etiam tempora, quae in N. T habentur, non ubique adscripsi. Quod in quibusnam verbis evenerit, lectores cognoscere possunt e catalogo, quem eorum causa, quorum interest haec accuratius nosse, huic libro adieci.

Caeterum signum *, singulis vocibus additum, indicat Novi Testamenti, et duplex **, Novi et simul codicis graeci Veteris Testamenti locos, in quibus vox illa legatur, ad unum omnes citatos esse.

Gothae d. 1. Octob. MDCCCXXXIX.

CORRIGENDA.

pag. 24. Col. 1 lin. ult. pro *por*ducere l. *pro*duc.
— — Col. 2 Ἀναδέχομαι lin. 1 l. ἀνεδεξάμην
— 40. Col. 2 lin. 25 pro *ad mulieres* scribe: ad venerem illicitam
— 50 Ἀποχωρίζω, lin. 8 pro: *Medium: separo me,* scribe: Passivum: *separor*
— 51. Col. 1 Ἄρα lin. 19 pro num *fortasse,* scribe: num *igitur*
— 73. Col. 1 verbum *Βαάω* corrige *Βοάω*
— 105 Διψάω lin. ult. pro: c. 3. §. 7 scribe: c. 3. §. 30. no. 7.
— 110 Δυςφημέω, lin. 3 post: 1 Cor. 4, 13 adde: δυςφημούμενοι
— 117 Col. 1 Εἰμί lin. 3 pro ἦμεν lege ἤμην
— 135 Ἐμαυτοῦ lin. 8 pro sponse l. sponte
— 154 Col. 2 Ἐπί lin. 17 a fine pro *debuisset* corrige *debebat*
— 163 Ἑπτά lin. 4 pro *narrant* lege *enarrant*
— 165 Ἔριον lin. 1 pro sixe l. sive
— 168 Col. 1 lin. ult. *tres,* corrige: *quatuor*
— 176 Col. 2 lin. 5 a fine *expectasses* corrige: *expectaveris*
— 177 ζάω lin. 2 pro ξήσω, l. ζήσω
— 213 Καταβαίνω lin. 1 ante βήσομαι adde: fut.
— 245 Λογίζομαι lin. 19 pro 8, 2. 10 scribe: 8, 2. 17.
— 252 Col. 2 lin. 16 a fine pro *redolot* scr. *redolet*
— 265 Μηκύνω lin. 2 pro 3, 14. 5 scribe 3, 13. 5.
— 266 Col. 1 lin. 11 pro *at* scr. *fiat*
— 274 Νή, lin. ult. pro 1, 3 scribe: 1, 3. 10 et 11.
— 299 Col. 1 lin. 44 et 45 verba: „ὡς ὅτι quasi quod 2 Thess. 2, 2 ὡς ὅτι — — — instat dies" prorsus delenda sunt.
— 306 παιδαγωγός lin. 5 pro 3, 2 scribe 3, 1.
— 312 παρακαθίζω lin. 4 pro 5, 5. 3 lege 5, 5. 7.
— 314 παραμυθέομαι lin. ult. pro 3, 1. 13. lege 3, 1. 23.
— — παραπλέω lin. 3. pro 1, 3. 2 lege 1, 3. 3.
— 315 παραφρονέω lin. 4 pro 4, 7. 6 scribe 7, 4. 6.
— — πάρδαλις lin. 2 pro 9, 1 lege 9, 10
— 316 Col. 1 lin. 14 dele verba: Xenoph. sym. 4, 43.
— 319 Πάροψις lin. 9 pro: T. 1, p. 173 scribe: T. VI, p. 197 ed. Reisk.
— 323 Πεινάω lin. 19 pro 8, 3. 16 lege 8, 3. 39.
— 330 Πέρυσι lin. 3. pro 3, 2. 6. lege 3, 2. 7.
— 346 Πραιτώριον lin. 5 et 6 dele punctum post *diceretur*
— 354 Col. 2. lin. 15 pro indicet l. indicat
— 362 πτῶσις lin. 4 lege *labi*
— 367 ῥύμη lin. 1 pro *po,* lege *pro*
— 371 Col. 1 lin. 6 pro *membo* l. *membro*
— 381 σπλάγχνον, lin. 4 scribe: animalium nobilioribus, quae in sacrif. etc.
— 382 σπουδή lin. 14 scribe σπουδῇ
— 394 Col. 1 lin. 2 pro *arte* l. *arcte*
— — συνείδησις lin. 17 pro aliter l. altet
— 398 συσταυρόω lin. 9 pro efferens l. afferens
— 400 σφραγίς lin. 17 pro σφρανίς l. σφραγίς
— 401 Col. 1. lin. 1 pro matura l. natura
— 410 Τίλλω lin. 4 pro σταχυς l. στάχυας
— 429 Φαραώ, lin. 5 pro regnum l. regum

Α, prima alphabeti Graecorum litera, hebr. א respondens. In N. T. non legitur nisi in locutione: τὸ Α καὶ τὸ Ω, Apoc. 1, 8. (11.) 21, 6. 22, 13. *primus et ultimus*, i. e. vel: qui semper est idem, vel: a quo principium omnium rerum, et propter quem omnia sunt. Exponitur a Ioanne Apoc. 21, 6 ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος, c. 22, 13 ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, et repetita videtur ex Ies. 48, 12 ἐγώ εἰμι πρῶτος καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα, in hebr. אַחֲרוֹן, coll. Ies. 41, 4. 44, 6. (Clemens Alex. strom. 4, 25 κύκλος γὰρ ὁ αὐτὸς (filius) πασῶν τῶν δυνάμεων, εἰς ἓν εἰλουμένων καὶ ἑνουμένων· διὰ τοῦτο Α καὶ Ω ὁ λόγος εἴρηται.) — In compositionibus ἀ est a) *privativum*, ex ἄνευ (quare etiam ante vocalem ν servatur) ortum, negandi vim habens, nonnunquam etiam, ut aliae negationes, simul contrarium eius, quod negatur (ut in ἄχρηστος, aliisque), innuens, — b) *intensivum*, ex ἄγαν, *valde*, notionem intendens, ut in ἀτενής, — c) *copulativum* ex ἅμα natum, quod pluribus commune est indicans, ut in ἀδελφός.

Ἀαρών, *Aaron*, hebr. אַהֲרֹן, nom. propr. primi Israelitarum sacerdotis summi, fratris Mosis, Act. 7, 40. Hebr. 5, 4. 7, 11. 9, 4. (De quo vid. Exod. 3, 14. 4, 14 sq. 5, 1 sq. 28, 1 sqq.) — Ex hebraismo: *stirps Aaronitica*, Luc. 1, 5. *.

Ἀβαδδών, nomen hebr. אֲבַדּוֹן (vastatio, *pernicies, mors;* etiam *infernus* Prov. 15, 11. Iob. 28, 22.), Apoc. 9, 11 est nomen poeticum angeli ex tartaro, lue punientis, et exponitur ibid. ὁ ἀπολλύων, hebr. מַשְׁחִית (Exod. 12, 23 ὁ ὀλοθρεύων. Sap. 19, 25 *mortem peste inferens.* cf. 1 Cor. 10, 10.).

Ἀβαρής, (genit. οῦς) ές, (ex ἀ priv. et βάρος) propr. sine pondere (Plutarch. de Stoic. repugn. Opp. T. X. p. 353 ed. Reisk. πῦρ ἀβαρές); — semel in N. T. tropice: *non molestus*, 2 Cor. 11, 9 de non poscente stipendium. — Contra qui molestias creat dicitur ἐπιβαρῆσαι 1 Thess. 2, 9. coll. 4, 6. et βαρύς de stipendia poscente Ioseph. ant. 1, 16. 2.).

Ἀββᾶ, nomen hebr. אָב, forma chaldaica אַבָּא, *pater*, Marc. 14, 36. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6. *.

Ἄβελ, *Abel*, hebr. הֶבֶל, nomen propr. indeclinabile filii Adami, secundo loco nati, Matth. 23, 35. Luc. 11, 51. Hebr. 11, 4. 12, 24. (Gen. 4, 2. 4) *.

Ἀβιά, ὁ, *Abia*, hebr. אֲבִיָּה, nomen propr. indeclinabile. Duo commemorantur: *alter* rex Iudaeorum Matth. 1, 7. coll. 1 Reg. 14, 31. 15, 1; *alter* sacerdos e stirpe Aaronitica Luc. 1, 5. coll. 1 Chron. 24, 10.

Ἀβιάθαρ, ὁ, *Abiathar*, hebr. אֶבְיָתָר, nomen propr. indeclin. sacerdotis summi Iudaeorum, de quo vid. 1 Sam. 22, 21. — Ἐπὶ Ἀβιάθαρ Marc. 2, 26 *tempore Abiathari.*

Ἀβιληνή, ῆς, ἡ, (in codd. etiam Ἀβιλινή et Ἀβιλιανή) *Abilene*, regio Syriae inter Libanum et Hermonem sita, sic appellata ab Abila urbe, quae, ut ab aliis eiusdem nominis urbibus (Ioseph. ant. 4, 8. 1. 5, 1. 1) discerneretur, dicebatur Ἄβιλη ἡ Λυσανίου, *Abela Lysaniae* (Ioseph. ant. 19, 5. 1. et 20, 7. 1). Acceperat enim, tetrarchiae nomine, urbem circumiacentemque regionem *Lysanias* quidam, Ptolemaei, dynastae Chalcidis, filius (Ioseph. ant. 14, 7. 4. ib. 15, 10. 1), qui vero triginta fere annis ante Christum natum ab Antonio occisus est. Tetrarchia eius, primum Zenodoro cuidam locata (Ioseph. bell. 1, 20. 4), post Philippo donata (Ioseph. ant. 17, 11. 4), denique a Claudio imperatore Agrippae iuniori tradita est. De altero vero Lysania quodam, qui post illum priorem huic tetrarchiae praefuerit, Iosephus nihil habet. Plura vid. in *Krebsii* observ. p. 110 et *Wineri* Reallex. s. v. *Abilene.* — Semel in N. T. Luc. 3, 1.

Ἀβιούδ, ὁ, *Abiud*, nomen prop. indecl. filii Sorobabelis Matth. 1, 13 commemorati, sed 1 Chron. 3, 19 omissi.

Ἀβραάμ, ὁ, *Abraham*, hebr. אַבְרָהָם, nomen propr. indeclin. auctoris gentis Iudaeorum. De nominis sensu vid. Gen. 17, 5; de viro ipso Gen. 11, 26 sqq. Legitur Matth. 1, 1. 2. Io. 8, 39. Rom. 4, 12. 9, 7. Gal. 3, 7 et saepius. — Quidam Ἀβραάμ Act. 7, 16 patronymice pro Abrahamide i. e. Iacobo positum esse putant, ne locus contradicat Gen. 33, 19. Sed Lucas memoria lapsus esse videtur.

Ἄβυσσος, ον, (ex ἀ et βύσσος) fundo carens, quod immensae est altitudinis. Sic apud profanos. Apud nostros ἡ ἄβυσσος substantivum est: *vorago profundissima* (apud patres eccles. latinos: *abyssus*), qua significatione usus est Diog. L. ep. 4, 27 in Anthol., LXX saepius pro תְּהוֹם quum de profundo maris (Gen. 1, 2. 7, 11. Deut. 8, 7) tum de tartaro s. hade, qui in terrarum profundo esse putabatur, (Ps. 71, 21 αἱ ἄβυσσοι τῆς γῆς. Ps. 107, 26). In N. T. est *tartarus s. hades* tum mortuorum receptaculum, Rom 10, 7. tum daemonum carcer, Luc. 8, 31. Apoc. 9, 1. 2. 11. 11, 7. 17, 8. 20, 1. 3. (Acta Thomae §. 32 ἡ ἄβυσσος τοῦ ταρτάρου) *.

Ἄγαβος, ου, ὁ, *Agabus*, nom. propr. prophetae Act. 11, 28. 21, 10. de quo caeterum nihil constat.

Ἀγαθοεργέω, quod non differt ab ἀγαθουργέω, (ab ἀγαθοεργός s. ἀγαθουργός, bona faciens, beneficia dans, quod ab ἀγαθός et stirpe inusitata ἔργω, operor, quod in praesenti non legitur sed ἔρδω) proprie bonum operor; — *beneficus sum, beneficia colloco*, 1 Tim. 6, 18. (coll. Gal. 6, 10) et ἀγαθουργῶν Act. 14, 17 in codd. pro ἀγαθοποιῶν. (Ἀγαθουργεῖν saepe in scriptis Patr. Eccl. — Phavor. Ἀγαθουργῶ· τὸ εὐεργετῶ, καὶ ἐργάζομαι ἀγαθόν. Apud profanos non legitur.) *.

Ἀγαθοποιέω, ῶ, pro quo profani dicunt ἀγαθὸν ποιέω, vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 200 (ab ἀγαθοποιός) 1) facio, quod aliis utile et iucundum est, *benefacio*, Marc. 3, 4. Luc. 6, 9. 33. 35. Act. 14, 17. LXX pro hebr. הֵיטִיב Zeph. 1, 12. Num. 10, 32. coll. Tob. 12, 13. 1 Macc. 11, 33. 2 Macc. 1, 2. (In profanis scriptoribus soli astrologi usi sunt hoc verbo, quibus significat: bonum omen offero. Sic apud Proclum et alios.) — 2) in N. T. etiam: *rectum et honestum facio*, 1 Petr. 2, 15. 20. 3, 6. 17. 3 Io. v. 11. *.

Ἀγαθοποιΐα, ίας, ἡ, (ab ἀγαθοποιός) *beneficentia.* Semel legitur 1 Petr. 4, 19 ubi *beneficentiam* significare videtur, potissimum, si lectio ἀγαθοποιΐαις ibi praefertur. Beneficiorum enim collatione effici putabatur condonatio peccatorum vid. v. 8. Sirac. 3, 14. 17, 22. 29, 8. 13. 40, 17. 24. Tob. 14, 10. cf. Matth. 25, 35 sqq. Vid. etiam laudes beneficentiae test. XII patriarch. ap. Fabric. Cod. Pseud. 1, p. 638—643. — Potest vero etiam esse *honestatis studium, probitas*, potissimum si legitur ἀγαθοποιΐα, et ratio habetur usus verbi ἀγαθοποιεῖν in epistola Petrina. In profanorum scriptis non nisi Astrologi usurparunt ἀγαθοποιΐαν de beneficentia siderum, guter Constellation, ut Proclus et alii. — Test. XII patr. p. 722 ἐὰν θέλῃ τις κακοποιῆσαι ὑμᾶς, ὑμεῖς ἐν ἀγαθοποιΐᾳ εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ, ubi est beneficentia. Clem. Alex. strom. 6, 7. p. 770 ed. Pott. ὅτῳ δὴ ἡ ἐπίτασις τῆς δικαιοσύνης εἰς ἀγαθοποιΐαν ἐπιδέδωκεν, τούτῳ ἡ τελείωσις ἐν ἀμεταβόλῳ ἕξει εὐποιΐας καθ' ὁμοίωσιν τοῦ θεοῦ διαμένει.

Ἀγαθοποιός, όν, (ab ἀγαθός et ποιέω) 1) beneficus; (rarum apud profanos, e. c. Plutarch. moral. p. 368 B.) — 2) in N. T. *bonum faciens, probus*, semel 1 Petr. 2, 14. cf. Ἀγαθοποιέω. Praeterea Sir. 42, 14 κρείσσων πονηρία ἀνδρὸς ἢ ἀγαθοποιὸς (comiter agens) γυνή. Athenag. apol. p. 29 ὁ θεὸς, τελείως ἀγαθὸς ὤν, ἀϊδίως ἀγαθοποιός ἐστιν. *.

Ἀγαθός, ή, όν, (ab ἄγαμαι, valde miror) respondet hebr. טוֹב, latino *bonus* et nostro *gut*, et est 1) si originem spectas: *praestans, eximius, optimus*, Matth. 19, 16 διδάσκαλε ἀγαθέ. 17. Marc. 10, 17. 18. Luc. 8, 8 sq. (cf. Iudith. 11, 8.) — Luc. 10, 42 τὴν ἀγαθὴν μερίδα, Io. 1, 47 τί ἀγαθόν, quis eximius. 2 Thess. 2, 16 ἐλπὶς ἀγ. nisi est pro ἐλπὶς ἀγαθῶν. (1 Sam. 9, 2. Esdr. 8, 27 χαλκοῦ ἀγαθοῦ. Ioseph. ant. 9, 5. 2 τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας καὶ δικαίους ἀπέκτεινε.) — 2) *bonus, qui bonae indolis et bonae frugi est*; de homine: *homo frugi, probus*, Matth. 25, 21. 23. 12, 35. 22, 10. Luc. 23, 50. Io. 7, 12. Act. 11, 24. (2 Chron. 21, 13. Prov. 13, 2 ubi ἀγαθός opponitur τῷ παρανόμῳ. ib. 15, 3. Ies. 63, 7 κριτὴς ἀγαθός.) — de arbore Matth. 7, 17 sq. γῆ Luc. 8, 8. 15. (Exod. 3, 8.) καρδία Luc. 8, 15. ἐντολὴ Rom. 7, 12. 12, 2. (τὸ πνεῦμα, Neh. 9, 20. Ps. 143, 10.) — ἔργα ἀγαθά, *probe facta*, Rom. 2, 7. 13, 3 (ubi lectio τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ praeferenda est) Eph. 2, 10. Col. 1, 10. 2 Thess. 2, 17. Hebr. 13, 21 et saepius. — συνείδησις ἀγαθή, *conscientia recti*, Act. 23, 1. 1 Tim. 1, 5. 19. 1 Petr. 3, 16. 21. — τὸ ἀγαθόν, τὰ ἀγαθά, *bona, Deo hominibusque probata*, Matth. 19, 16. Io. 5, 29. Rom. 2, 10. 3, 8. 7, 18. 9, 11. 1 Petr. 3, 11. 13 et saepius. — Rom. 7, 13 τὸ ἀγαθόν, quod bonae indolis et frugi est. ib. 14, 16 ubi τὸ ἀγαθόν respondet nostro: *die gute Sache*, nimirum res christiana. (Deut. 30, 15. 1 Sam. 1, 23. 3, 18. 19, 4. Ps. 34, 14. 53, 2. 4. — Sap. 3, 15 ἀγαθοὶ πόνοι de legitimo concubitu. Sap. 8, 19 ψυχὴ ἀγαθή.) — De efficacitate alicuius rei in alios: 3) *bona efficiens, utilis, salutaris*, δόματα Matth. 7, 11. δόσις Iac. 1, 17. ἔργον Phil. 1, 6. ἀναστροφή 1 Petr. 3, 16. καρποὶ Iac. 3, 17. πίστις Tit. 2, 10. (1 Sam. 12, 23 ἀγαθὴ ὁδός. Neh. 9, 13. Sir. 14, 5. 1 Sam. 16, 23 ἀγαθὸν αὐτῷ.) — Hinc: utilis, *idoneus ad*, Eph. 4, 29 λόγος ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομήν. Rom. 15, 2. (Sic ἀγαθὸς πρός τι Theophr. hist. plant. 4, 3. 1. Xenoph. mem. 4, 6. 10. Eodem sensu ἀγαθός apud Ioseph. ant. 4, 6. 1 πόλις φοίνικας φέρειν ἀγαθή. Pausan. Eliac. 6, 26. §. 6 χώρα ἐς καρποὺς ἐκτρέφειν ἀγαθή.) — Ἀγαθὸς θησαυρός, thesaurus bona quaevis continens, Matth. 12, 35. Luc. 6, 45. — ἀγαθὰ ἔργα, *bona opera, beneficia*, Act. 9, 36. 2 Cor. 9, 8. 1 Tim. 2, 10. 5, 10. — τὸ ἀγαθόν, *utile*, Eph. 4, 28. 1 Thess. 5, 15; *beneficium*, Rom. 12, 21. Gal. 6, 10. Eph. 6, 8. Philem. v. 6. et 14. Hebr. 10, 1. — de homine: *beneficus*, Matth. 20, 15. Rom. 5, 7. Tit. 2, 5. (2 Chron. 30, 18. Ps. 73, 1.) *benevolus*, 1 Thess. 3, 6. 1 Petr. 2, 18. — τὰ ἀγαθά, *bona, vitae commoda*, Luc. 1, 53. 16, 25. Gal. 6, 6. Hebr. 9, 11. — *opes*, Luc. 12, 18 sq. (Gen. 24, 10. 45, 18. 20. Deut. 6, 11.) — De sensu bonorum: *faustus, gratus, felix*, 1 Petr. 3, 10 ἡμέρας ἀγαθάς. Ps. 34, 12. (Zach. 8, 19 ἑορτὰς ἀγαθ. Sir. 14, 14.) Rom. 10, 15 τὰ ἀγαθά, fausta, grata tempora. (1 Sam. 25, 8. 1 Macc. 10, 55. Iudith. 11, 23. 1 Sam. 2, 26. 15, 22.)

Ἀγαθουργέω, ῶ, contractum ex ἀγαθοεργέω, quod vide. Legitur Act. 14, 17 in codd. (Cyrill. Alex. in cap. 2. Michae.)

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, (ab ἀγαθός, pro ἀγαθοσύνη, vid. Etymol. M. p. 275, 42; nam substantiva abstracta desinentia in σύνη, ab adiectivis formantur, et habent οσύνη, si penultima adiectivi syllaba longa, sed ωσύνη, si eadem brevis est. Apud puriores scriptores et quidem primum in Philonis scriptis: ἀγαθότης) LXX pro hebr. טוֹבָה, — *bonitas*, tum ea, qua sumus bonae indolis et honeste vivimus, *probitas*, Rom. 15, 14. Eph. 5, 9. 2 Thess. 1, 11. (Ps. 52, 3. 2 Chron. 24, 16), tum ea, qua benefici sumus erga alios, *beneficentia*, Gal. 5, 22. (Neh. 9, 25), nisi hic significat beneficia, bona ipsa, ut Eccl. 4, 8. 5, 10. *.

Ἀγαλλιάομαι, aor. 1. ἠγαλλιασάμην, aor. pass. cum significatione media ἠγαλλιάθην [Io. 5, 35 in textu Griesb. ἀγαλλιαθῆναι pro ἀγαλλιασθῆναι] (ab ἄγαν valde et ἅλλομαι) — apud profanos non legitur, sed LXX saepius pro hebr. גּוּל, עָלַץ, רָנַן et שׂוּשׂ. Propr. de gaudio cum exsultatione et laetis vocibus coniuncto: exsulto prae gaudio, laetos clamores edo; i. e. *valde gaudeo*, 1 Petr. 1, 6. 8. Io. 8, 56. Act. 16, 34. — χαίρειν καὶ ἀγαλλ. summo gaudio perfundi, Matth. 5, 12. 1 Petr. 4, 13. Apoc. 19, 7. (Ps. 90, 14. 40, 16.) — ἀγαλλ. τῷ πνεύματι, Luc. 10, 21. — seq. ἐν c. dativo, Io. 5, 35 ἀγαλλιαθῆναι ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ. (Ps. 89, 16 ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. Jes. 41, 17. Ps. 13, 5.) — seq. ἐπί c. dativo rei (ut saepius apud LXX, Ps. 9, 15. 21, 1. 35, 9), Luc. 1, 47 ἠγαλλιάσεται [sic enim scribendum est, quamvis codd. omnes formam activam ἠγαλλίασε exhibent, ortam, ut videtur, quod ται a sequente τό absorberetur] τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ θεῷ. (Ps. 13, 6 ἀγαλλιάσεται ἡ καρδία μου ἐν τῷ σωτηρίῳ σου.) — *verbis, cantu laetor, laudo, cano*, Act. 2, 16 ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. (LXX ita seq. accusativo obiecti pro רָנַן, Ps. 59, 16 ἀγαλλιάσομαι τὸ ἔλεός σου. Ps. 16, 9. Ps. 51, 14. Tob. 13, 7. Act. Thom. §. 27.) *.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, (ab ἀγαλλιάομαι) quod apud profanos non habetur, in versione LXX saepius legitur, et est proprie: exsultatio prae gaudio, גִּיל Ps. 45, 16. 65, 13. deinde: gaudium in cantum prorumpens, cum cantu saltationeque coniunctum, pro רִנָּה Ps. 24, 5. 118, 15. 126, 2. 6. 8. denique: *gaudium magnum*, LXX pro שָׂשׂוֹן Ps. 45, 8. 51, 3. 12. Tob. 13, 1. Sic etiam in N. T. Luc. 1, 14. 44. Act. 2, 46. Iud. v. 24. (Acta Thom. §. 7 ἐν χαρᾷ καὶ ἀγαλλιάσει.) — Hebr. 1, 9 ἔλαιον ἀγαλλιάσεως (ex Ps. 45, 8) oleum laetitiae, quo ungebantur in epulis solemnibus, h. l. tropice: honor summus, quem filio prae famulis (angelis) pater donaverat. *.

Ἄγαμος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et γάμος) *in coniugio non vivens, coelebs, et* qui nunquam in matrimonio vixit, 1 Cor. 7, 32. 34. ut saepissime apud profanos, *et* qui secundum non inivit, ibid. v. 8. 11. *.

Ἀγανακτέω, ῶ, aor. 1. ἠγανάκτησα, (ab ἄγαν, valde, et ἄχθος, dolor) propr. valde doleo, dolores sentio; — 1) *aegre fero, indignor, succenseo*, Matth. 21, 15. 26, 8. Marc. 10, 14. Luc. 13, 14. (Drac. v. 28. Ioseph. ant. 2, 13. 3.) — Marc. 14, 4 ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς καὶ λέγοντες, indignabundi inter sese murmurabant. — seq. περί Matth. 20, 24. Marc. 10, 41. (Profani iungere solent huic verbo dativum praepositione ἐπί vel non addita, vel addita, ut Plato ep. 7. p. 476. Item ut Ioseph. ant. 4, 6. 6. et 9, 9. 1. Sap. 12, 27. — De undis tropice Sap. 5, 22.) **.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, *indignatio*, 2 Cor. 7, 11. (Ioseph. bell. 4, 5. 4. Thucyd. 2, 41. et saepius apud Plat.)

Ἀγαπάω, ῶ, f. ήσω, — LXX pro אָהַב — (ab ἀγάω, s. ἄγαμαι, valde miror, veneror) proprie est: reverenter amplector, diciturque apud Homerum de amplexu proprio reverenter salutantium. Errant, qui putent, ἀγαπᾶν et ἀγάπην respondere Latinorum amare et amori, quod potius est φιλεῖν (vid. Tittmann. de synon. N. T. I. p. 50 sq.) neque ἀγαπᾶν et ἀγάπη dicuntur unquam de re venerea vel turpi amore. Deinde est: *amplector animo*, magno vel *reverentiae*, vel *benevolentiae*, vel *caritatis* affectu amplector, *magni facio, diligo, carum habeo*. — a) de *personis*, ut de Deo, de dominis, ubi notio reverentiae inhaeret verbo ἀγαπᾶν, diligo, carum habeo, Matth. 22, 37. Marc. 12, 33. Luc. 7, 42. 47. 10, 27. 16, 13. Io. 8, 42. 14, 15. 21. Rom. 8, 28. 1 Cor. 2, 9. 8, 3. Iac. 1, 12, 2, 5. 1 Petr. 1, 8. 1 Io. 4, 10. 11 et saepius. — De benevolentiae affectu Dei erga homines, hominis erga homines: benevolentia amplector, carum habeo, diligo, Matth. 5, 43. 19, 19. Gal. 5, 14. Iac. 2, 8. (Levit. 19, 18. 34.) — Matth. 5, 46. 22, 39. Luc. 6, 32. 7, 5. Io. 3, 16. 35. 10, 17. 11, 5. 13, 1. 23. 34. 14, 21. 28. 15, 9. 12. 17, 23. 24. 19, 26. 21, 7. 15. 16. 20. Rom. 8, 37. 9, 13. 13, 8. 9. 2 Cor. 11, 11. 12, 15 εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν ἧττον ἀγαπῶμαι, si vel, vos (prae caeteris) caros habens, vobis minus carus sim. Eph. 5, 2. 25. 28. 33. 6, 24. Col. 3, 19. 1 Ioh. 4, 7—21 et saepius. — Marc. 10, 21 ἠγάπησεν αὐτόν, benevolentia eum amplexus est, carum habuit. — Interdum praevalere videtur notio benevolentiae et simul beneficentiae, ut ἀγ. τοὺς ἐχθρούς, Matth. 5, 44. Luc. 6, 27. 34. 35. — ἀγάπη, ἣν ἠγάπησας, dilectio, qua amplexus es, Io. 17, 26. Eph. 2, 4. (2 Sam. 13, 15.) — ἠγαπημένος, *carissimus, dilectus*, Rom. 9, 25. Eph. 1, 6. Col. 3, 12. 1 Thess. 1, 4. 2 Thess. 2, 13. Apoc. 20, 9. coll. Neh. 13, 26. Prov. 4, 3. — Absolute 1 Io. 4, 7. 8 ὁ ἀγαπῶν, qui Deum et fratres christianos caros habet. 1 Io. 3, 18 μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ etc. i. e. et caritas nostra se non verbis et fraternis allocutionibus manifestet, sed factis et mentis sinee-

ritate. — — b) De *rebus:* diligo, carum habeo, magni facio, Luc. 11, 43 ἀγαπ. τὴν πρωτοκαθεδρίαν καὶ τοὺς ἀσπασμούς. (Ioseph. ant. 7, 1. 6 σφόδρα αὐτοῦ (Davidis) τὴν πρὸς αὐτὸν τιμὴν ἀποθανόντα, καὶ τὴν φυλακὴν τῆς πίστεως ἠγάπησαν, permagni fecerunt.) Hebr. 1, 9 τὴν δικαιοσύνην. 1 Io. 2, 15 τὸν κόσμον. 2 Tim. 4, 10 τὸν νῦν αἰῶνα. (Prov. 8, 36 τὸν θάνατον. Ps. 11, 5. 7. Hos. 4, 18 ἀτιμίαν. Ps. 4, 2.) — τι μᾶλλον ἤ, magis diligere, majoris facere quam etc. Io. 3, 19. 12, 14. (Gen. 29, 30. 37, 3 ἀγαπ. seq. παρά.) — Amplector cum desiderio, *desidero*, *expeto*, 2 Tim. 4, 8 τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. (Ps. 40, 16 οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου). 1 Petr. 3, 10 ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, i. e. qui tenetur desiderio vitae. (Ps. 34, 12 τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωήν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς. coll. Ps. 109, 17.) — Apoc. 12, 11 οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου, non tanti fecerunt animam suam quin mortem oppeterent. (Similiter seq. praepos. 2 Sam. 7, 18 τίς εἰμι ἐγώ, ὅτι ἠγάπησάς με ἕως τούτων.)

Ἀγάπη, ης, ἡ, (ab ἀγαπάω). Usi sunt hoc verbo primi nostri scriptores, videl. LXX pro אהבה Cant. 2, 4. 5. 7. 3, 5. 10. 5, 10. 7, 6. 8, 4. 6. 7. Ier. 2, 2. Eccl. 9, 1. 6. et praeterea Sap. 3, 9. 6, 17. 18. — In Philone et Iosepho legi non memini. Neque legitur in N. T. in Actis Apost. Marco, Iacobo, semel tantum in Matthaeo et Marco, bis in ep. ad Hebr. et in Apoc., sed saepius in Ioannis, Pauli, Petri et Iudae scriptis. In Test. XII patriarch. quinquies, item in Pastore Hermae et in serioribus. — Sequitur significationem verbi ἀγαπᾶν, et est 1) *dilectio*, *caritas*, *amor purus* quo aliquem complectimur, *das lieb und werth halten*, diciturque cum de *sensu* caritatis, tum de *studio* ex caritate, *benevolentia*. — a) indefinite Matth. 24, 12. Io. 15, 13. 17, 26. 2 Cor. 6, 6. 13, 1 ὁ θεὸς τῆς ἀγάπης, Deus ipse caritate plenus, et caritatis amans. Eph. 1, 4. 2, 4. 3, 18. 6, 23. Col. 1, 13 ὁ υἱὸς τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, filius ipsi carissimus. 1 Tim. 1, 5. Hebr. 10, 24 et saepius. — 1 Io. 4, 8. 16 ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστίν, Deus totus est benevolentia erga nos, summa in eo est benevolentia. — b) de *benevolentiae documentis;* semel 1 Io. 3, 1 ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατήρ. — c) de fraterna caritate, amore christiano, Io. 13, 35. Rom. 12, 9. 13, 10. 14, 15. 15, 10 ἀγάπη τοῦ πνεύματος, benevolentia, quam nobis inspirat Spiritus Dei. 1 Cor. 8, 1. 13, 1—4. 8. 13. 16, 14. 24. 2 Cor. 2, 8 κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην, vid. Κυρόω. Eph. 4, 2 ἐν ἀγάπῃ, prout caritas postulat. 4, 12 ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ, verum dicere cum caritate. 5, 2. Hebr. 6, 10. 1 Petr. 5, 14 ἐν φιλήματι ἀγάπης. — Saepius. — d) genitivus ab ἀγάπη pendens modo indicat illum, quem diligimus (Luc. 11, 42 ἀγάπην τοῦ θεοῦ. Io. 5, 42. Rom. 8, 35. 39. 1 Cor. 16, 20. 2 Thess. 2, 10 ἀγάπη τῆς ἀληθείας, dilectio veritatis christianae), modo illum, qui diligit, Rom. 5, 5. 2 Cor. 5, 14. 13, 13. Eph. 3, 19. Phil. 1, 9. Col. 1, 8. Philem. v. 2. — Io. 15, 9 μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ, in amore erga me. Io. 15, 10 μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου. — e) ἀγάπη εἴς τινα, amor erga aliquem, Rom. 5, 8. 2 Cor. 2, 4. Eph. 1, 15. Col. 1, 4. 1 Thess. 3, 12. 2 Thess. 1, 3. Philem. v. 5. 1 Petr. 4, 8. — f) ἀγάπη ἡ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, caritas excitata in nobis per Christum. 2 Cor. 8, 7 τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, caritate ex vobis (vestris beneficiis) in me conspicua. 1 Io. 4, 9 ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐν ἡμῖν, manifestavit se divina benignitas in nobis (an uns). 1 Io. 4, 17 ἡ ἀγάπη μεθ' ὑμῶν, vel mutua caritas, vel caritas ipsa una nobiscum. — 2) Ἀγάπαι, ῶν, αἱ, *agapae*, convivia primorum christianorum mutuam caritatem testificantia et augentia, dum pauperes simul cum divitibus accumbebant, cibumque a divitibus allatum accipiebant, omnes sese ad mutuum amorem et ad fidei constantiam excitabant, simulque Deo et Christo laudes dicebant. Vid. Tertull. apolog. c. 39. — Legitur Iud. v. 12. et 2 Petr. 2, 13 in codd. — Ad agapas referenda quoque videntur, quae Act. 2, 42. 46. 6, 2. 1 Cor. 11, 16 sqq. leguntur.

Ἀγαπητός, ή, όν, (ab ἀγαπάω) *carus*, *dilectus*, LXX pro יָדִיד. Rom. 11, 28. 1 Thess. 2, 8 ἀγαπητοὶ ἡμῖν. Eph. 5, 1 τέκνα ἀγαπητά. (Ps. 84, 1.) — Caeterum in N. T. non legitur, nisi de christianis, qui, quippe coniuncti fraterno amore, a) saepius simpliciter dicuntur ἀγαπητοί, Act. 15, 25. Rom. 12, 19. 2 Cor. 7, 1. 12, 19. 1 Tim. 6, 2 πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοί i. e. fidei et amoris vinculo coniuncti. Hebr. 6, 9. 1 Petr. 2, 11. 2 Petr. 3, 1. 1 Io. 3, 2. Iud. v. 3 et passim. — b) ἀδελφοὶ ἀγαπητοί, fratres christiani, 1 Cor. 15, 58. Eph. 6, 21. Iac. 1, 16. 2 Petr. 3, 15 et passim. — c) ἀγαπητοὶ θεοῦ, Deo cari, ab eo ad salutem electi, Rom. 1, 7. (Sic ἀγαπητοί σου Ps. 60, 5. 108, 6. 127, 2 de Dei cultoribus.) — d) Paulus τὸν ἀγαπητόν s. τοὺς ἀγαπητούς μου eos appellat, quos ipse Christi adseclas fecerat, Rom. 16, 5 τὸν ἀγαπ. μου, quem ipse fratrem christianum feci. ib. v. 8. 9. 12. 1 Cor. 4, 17. 2 Tim. 1, 2. Idcirco etiam totum coetum, quem collegerat ipse, alloquitur: τέκνα μου ἀγαπητά 1 Cor. 4, 14. ἀγαπητοί μου 1 Cor. 10, 14. Phil. 2, 12. — ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητός, *filius dilectissimus*, in N. T. de Christo, filio ἀγαπητῷ Dei, Matth. 3, 17. 12, 18. 17, 5. Marc. 1, 11. 9, 7. Luc. 3, 22. 9, 35. 2 Petr. 1, 17. et in parabola Marc. 12, 6 ἕνα υἱὸν ἔχων, ἀγαπητὸν αὐτοῦ, i. e. filium habens unicum, et quidem sibi carissimum. Luc. 20, 13. (LXX pro יָחִיד Gen. 22, 2. 12. Ier. 6, 26. Amos. 8, 10. Zach. 12, 10. non quasi ἀγαπητός significet unicum, sed sensum sequuti sunt, quia unicus etiam solet esse carissimus).

Ἄγαρ, ἡ, *Agar*, hebr. הָגָר, nomen propr. indecl. servae Abrahami, ex qua Ismaelem suscepit. Vid. Gen. 16. Quum *Agar* in lingua arabica significet montem et κατ' ἐξοχήν montem sinaiticum, tanquam altissimum, Paulus Gal. 4, 24. 25 vetus foedus, sive oeconomiam mosaicam allegorice appellavit Ἄγαρ, ad servilem Dei timorem, quem lex mosaica instillaret Iudaeis, significandum.

Ἀγγαρεύω, 1) ἄγγαρον *mitto*. Ἄγγαρος est vocabulum persicum, significans tabellarium regium. Instituerat Cyrus maior, Persarum rex, ut literae regiae per cursores (ἀγγάρους), quorum stationes unius diei itinere distabant, quam citissime in omnes imperii regiones perferrentur. Licitum erat his nuntiis quodvis vehiculum, equum, navigium sibi vindicare, quo citius iter perficerent. cf. Herod. 8, 98. et Xenoph. Cyropaed. 8, 6. 17. Hesych. ἄγγαρος· ἐργάτης, ἀχθοφόρος. ἡ λέξις δὲ περσική. σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους· ὅθεν ἀγγαρεύεται· ἐγγυᾶται, ὑπὸ ἀγγαρευτῶν κατέχεται. — Hinc ἀγγαρεύειν 2) ἀγγάρου instar itineris adminicula cogere (Ioseph. ant. 13, 2. 3 κελεύω μηδὲ ἀγγαρεύεσθαι τὰ τῶν Ἰουδαίων ὑποζύγια), vel simpliciter: *alium cogere*, ut nos in aliqua re perficienda adiuvet; fere nostrum: *requiriren;* ter, Matth. 5, 41. 27, 32. Marc. 15, 21. Caeterum ἄγγαρος et vocabula ab eo deducta non solum in Graecorum sed etiam in Iudaeorum linguam transierunt, et אנגריא Rabbinis dicitur de necessitate, alicui imposita, vel currendi, vel ferendi, vel faciendi aliquid. Vid. *Buxtorf.* lex. p. 131.

Ἀγγεῖον, είου, τό (deminutivum ab ἄγγος, *vas*), *vas quodvis*, hebr. כְּלִי in versione LXX respondens, Matth. 13, 48. 25, 4. (Gen. 42, 25. 1 Sam. 25, 18. Iudith. 7, 20. saepe apud profanos) *.

Ἀγγελία, ας, ἡ, (ab ἄγγελος) id quod nuntii interventu cognoscitur, *nuntius allatus*. (Prov. 12, 25. 25, 25. Ies. 28, 9.) — In N. T. dicitur et de *doctrina divina annuntiata*, 1 Io. 1, 5 (ubi text. vulg. ἐπαγγελία), et de *praecepto annuntiato*, 1 Io. 3, 11. *.

Ἄγγελος, ου, ὁ, (ab ἀγγέλλω, nuntio) ut hebr. מַלְאָךְ. 1) *nuntius*, qui mittitur, Luc. 9, 52. Matth. 11, 10. Iac. 2, 25. cf. Jos. 6, 17. 25. Marc. 1, 2. Luc. 7, 24. 27. Apoc. 22, 16. Iudith. 1, 11. 3, 1. 1 Macc. 1, 44. — Apud scriptores Iudaeorum et Christianorum: 2) *nuntii coelestes*, — (LXX etiam pro אֵל Iob. 30, 15 et pro אֱלֹהִים Gen. 31, 14. Ps. 8, 6. 96, 8. 137, 1.) — spiritus homine ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες, 2 Petr. 2, 11. — πνεύματα λειτουργικά Hebr. 1, 14. — Dei legati et ministri, quare ἄγγελοι θεοῦ s. κυρίου dicuntur, Matth. 1, 20. 2, 13. 19. Luc. 1, 11. 13. 28. 12, 8. 9. 15, 10. Act. 12, 7. 23. 7, 30. 10, 3. 27, 23. Gal. 4, 14. Hebr. 1, 6. (Ioseph. ant. 1, 10. 4. ib. 4, 6. 3) itemque ἅγιοι (Matth. 25, 31.) Marc. 8, 38. Luc. 9, 26. Act. 10, 22. Apoc. 14, 10. et ἐκλεκτοί 1 Tim. 5, 21. cf. Tob. 8, 15. 12, 15. (2 Macc. 11, 6 ἄγγελος ἀγαθός.) — apud Deum in coelo versantes et, si ministerium praestant, de coelo descendentes, Matth. 22, 30. 24, 36. 28, 2. 5. Marc. 12, 25. 13, 32. Luc. 2, 15. 22, 43. Hebr. 12, 22. Io. 1, 52. Gal. 1, 8. — filio quoque Dei subiecti 1 Petr. 3, 22. eiusque ministri et comites, ἄγγελοι Χριστοῦ, Matth. 13, 39. 41. 49. 16, 27. 24, 31. 2 Thess. 1, 7. Cogitabantur corpore subtilissimo, lucido, igni simili, praediti, Luc. 2, 9. Io. 20, 12. 2 Cor. 11, 14. Act. 6, 15. 7, 30. 35. Hebr. 1, 7. Luc. 20, 36. cf. Sir. 45, 2. Tob. 3, 16. 2 Macc.

3, 25. 11, 8. (Ioseph. ant. 5, 8. 2 ἄγγελος τοῦ θεοῦ νεανίᾳ καλῷ παραπλήσιος καὶ μεγάλῳ), quare etiam a serioribus Iudaeis fulgura, quorum interventu lex data legitur, angeli habebantur, Gal. 3, 19. Act. 7, 38. 53. Hebr. 2, 2. LXX Deut. 33, 2. — Commemorantur caeterum simpliciter Matth. 4, 11. 26, 53. Io. 5, 4. 12, 29. Rom. 8, 38. Coloss. 2, 8. 1 Cor. 4, 9. 6, 3. 13, 1. Hebr. 1, 4. 5. 2, 5. 7. 16 et saepius. — Praefecti putabantur singuli singulis populis, regionibus, locis, elementis, Apoc. 16, 5 ἀγγ. ὑδάτων, c. 14, 18 ἄγγ. πυρός coll. Apoc. 7, 1. 2. et hominibus Matth. 18, 10. Act. 12, 15. Matth. 4, 6. Luc. 4, 10. 16, 22. (Act. Thom. §. 22 ἄγγελοι τὴν ψυχὴν Γὰδ παραλαβόντες εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον.) — Idcirco septem angeli septem ecclesiarum sunt *angeli tutelares* Apoc. 1, 20. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. non antistites harum ecclesiarum, quanquam 3 Esdr. 1, 50. 51 prophetae ἄγγελοι dicuntur. De classibus angelorum, quae Rom. 8, 38 commemorantur, extat locus primarius in testam. XII patriarch. vid. Fabric. Cod. Pseud. V. T. I. p. 546—48, e quo etiam intelligitur, ἀγγέλους τοῦ προσώπου τοῦ θεοῦ, coll. Matth. 18, 10. esse superioris ordinis, λειτουργοῦντας καὶ ἐξιλασκομένους πρὸς κύριον ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀγνοίαις τῶν δικαίων. cf. Tob. 12, 15. Inde commemorantur septem primarii Apoc. 8, 2. 6. 15, 1. 6. 16, 1. 17, 1. 21, 9. coll. Tob. 12, 15. et Apoc. 12, 7 Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ i. e. angeli, quibus praefectus est. Ἄγγ. ἰσχυρός Apoc. 5, 2. 18, 21. De numero angelorum vid. Hebr. 12, 22. Apoc. 5, 11. (Quae Philo habet de angelis, ea congessit *Carpzov.* in exercitatt. sacris e Phil. p. 55 sq., a quo praetermissus est locus Phil. de sacrif. Abel. p. 131 ἄγγελοι γὰρ στρατιος εἰσι θεοῦ, ἀσώματοι καὶ εὐδαίμονες ψυχαί. Non solum τὸν λόγον Dei appellat angelum, sed etiam animas puras.) — 3) *genii mali*, κακοδαίμονες, in N. T. etiam simpliciter δαιμόνια dicti, itaque ἄγγελος pro ἄγγελος σατᾶν, ut legitur 2 Cor. 12, 7. intelligi debet 1 Cor. 6, 3. 1 Tim. 3, 16 ubi verba ὤφθη ἀγγέλοις ad descensum ad inferos referenda puto, et 1 Cor. 11, 10 ubi mulieres daemonum causa caput velare iubentur. Perperam hic alii angelos speculatores a magistratibus ethnicis missos intelligunt. Putabant enim Iudaei, daemones ad libidinem pronos (Tob. 3, 8. 6, 14. 8, 3), ac propterea de coelo et e beatorum statu delectos esse, quod, foeminarum humanarum pulchritudine allecti, officio suo defuissent, stationem coelestem deseruissent et rem cum illis mulieribus habuissent. Vid. versio LXX ad Gen. 6, 2. et Ioseph. antiq. lib. 1. c. 3. Act. Thom. §. 32 de diabolo: ὁ τοὺς ἀγγέλους ἄνωθεν κάτω ῥίψας, καὶ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν γυναικῶν αὐτοὺς καταδύσας. De hoc angelorum peccato sermo est 2 Petr. 2, 4. Iud. v. 6. — Utrum ἄγγελοι Hebr. 2, 16 sint boni an mali, incertum videtur. A duce, diabolo, appellantur quoque eius ἄγγελοι Matth. 25, 41. Apoc. 12, 7. 2 Cor. 12, 7. Ἄγγ. τῆς ἀβύσσου Apoc. 9, 11 est angelus pestem ex inferis educens.

Ἄγε, proprie imperativus verbi ἄγω, deinde adverbialiter: *age, agedum,* quod etiam apud profanos ad plures (pro ἄγετε) dicitur, Iac. 4, 13. 5, 1. (Iudic. 19, 6. 2 Reg. 4, 24.) *.

Ἀγέλη, ης, ἡ, (ab ἄγω) *grex;* de pecore et hominibus. — In N. T. de porcis Matth. 8, 30 sqq. Marc. 5, 11. 13. Luc. 8, 32. 33. (LXX pro עֵדֶר 1 Sam. 17, 34. Cant. 4, 1.) *.

Ἀγενεαλόγητος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et γενεαλογέω) *genealogia carens, de cuius prosapia nihil constat.* Apud profanos non legitur. In N. T. Hebr. 7, 3 Melchisedecus ἀγενεαλ. dicitur, quod, quum Cananaeus, neque secundum praeceptum Levit. 21, 10 γενεαλογούμενος esset ἐκ τῶν υἱῶν Λευί, ut v. 6 legitur, sacerdos videbatur non ex auctoritate stirpis sacerdotalis, sed ex Dei gratia. Alia explicatio est in narratione apocr. (Fabric. Cod. Pseud. I, p. 318) haec: ἐπειδὴ οὐδεὶς ἐκ τοῦ γένους τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερίσσευσεν ἀπὸ τῆς γῆς, διὰ τοῦτο κληθήσεται ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος. Aliter Suidas in Melchisedec: ἀγενεαλόγητος εἴρηται παρὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ ὅλως, εἶναι δὲ Χαναναῖον τὸ γένος, — ὅθεν οὐδὲ γενεαλογίας ἠξίωτο.

Ἀγενής (οῦς), ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et γένος) *genere carens*, i. e. *vel* prolem non habens, *vel* maiorum nomine destitutus, i. e. cuius maiores sunt ignobiles, obscuri. Hinc: *humili loco natus, ignobilis;* semel 1 Cor. 1, 28 et opponitur ibid. v. 26 εὐγενής. (Saepe apud profanos.) De varia scriptura ἀγενής et ἀγεννής (a γέννα, i. q. γένος) vid. Dorvill. ad Charit. p. 388 et Stallbaum ad Plat. Prot. p. 319 D.).

Ἁγιάζω, quod apud profanos melioris notae non legitur et in vers. LXX hebr. קִדֵּשׁ respondet, descendit ab ἅγιος et est: ἅγιον facio, i. e. 1) *venerandum, colendum facio* aliquid, ita, ut illud contemnere nefas sit, Matth. 6, 9 ἁγιασθήτω τὸ ὄν. σου, venerabile sit hominibus nomen tuum, Luc. 11, 2. (Ezech. 36, 23. Ies. 29, 23. Sir. 33, 4.) 1 Petr. 3, 15 θεὸν ἁγιάζ. ἐν τῇ καρδίᾳ, Deum pia mente venerari. — Quum, quae Deo sacrabantur, ea ab usu communi et profano secernebantur et veneranda reddebantur (Exod. 19, 23 ἀφόρισαι τὸ ὄρος καὶ ἁγίασαι αὐτό), est 2) *consecro, Deo sacrum facio,* tum de rebus, Matth. 23, 17. 19. 2 Tim. 2, 21. (Levit. 8, 10—15. 30), tum de hominibus a Deo, ut voluntatem suam exsequantur, electis et instructis (Sir. 45, 4. 49, 7. 2 Macc. 1, 25. Exod. 19, 22.) Io. 17, 17 ἁγ. ἐν τῇ ἀληθείᾳ, consecra, i. e. instrue eos ad veram doctrinam tradendam. cf. v. sq. Hebr. 2, 11 ὁ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, i. e. Christus Deo nos consecrans itemque nos, Deo (per illum) consecrati. — Quum porro non nisi pura vel solemni ritu purgata Deo consecrabantur, est 3) *purgo, purum facio*, Rom. 15, 16 ἐν πνεύματι ἁγ. per spiritum s. in baptismo ipsis datum, Eph. 5, 26. 1 Thess. 5, 23. 1 Tim. 4, 5. Hebr. 9, 13. 13, 12. Apoc. 22, 11. (Num. 6, 11. Levit. 6, 18. 27.) — Denique, quum ἁγιάζειν, ut ἁγίζειν apud profanos, saepius dicatur de victimis Deo caedendis (Levit. 22, 2. 3. Deut. 15, 19), ut Latinor. consecrare, 4) ἁγιάζω ἐμαυτόν est: *morti me devoveo* victimae instar, Io. 17, 19. (Sic apud Ignatium in epist. ad Ephes. §. 12 Paulus, quatenus martyr, ἡγιασμένος dicitur.) — Christiani in N. T. ἡγιασμένοι dicuntur *et* tanquam e profana multitudine collecti ad Deum colendum, Act. 20, 32. 26, 18. 1 Cor. 1, 2. Iud. v. 1, *et* tanquam a profana idololatriae impuritate et peccatorum sordibus purgati, 1 Cor. 6, 11. 7, 14. Hebr. 10, 10. 14. *.

Ἁγιασμός, οῦ, ὁ, (ab ἁγιάζω) 1) consecratio, Iudic. 17, 3. (Basil. Canon. 4. ad Amphil. t. 2. p. 761 de sacra coena.) — 2) *purificatio*, quae cum consecratione coniuncta erat, et per sacrificia fieri solebat, 1 Cor. 1, 30 ubi Christus ἁγιασμός i. e. sacrificium pro nobis factus esse dicitur. (Sir. 7, 31 θυσία ἁγιασμοῦ. Ezech. 45, 4. 2 Macc. 2, 17 τὸν ἁγιασμόν i. e. sacra ad expiationem. 2 Macc. 14, 36.) — Ἁγιασμὸς πνεύματος 2 Thess. 2, 13. et 1 Petr. 1, 2 est purgatio a sordibus peccatorum eorumque culpa per spiritum s. in baptismo effecta. — 3) *puritas*, et quidem ea morum integritas, qua liberi sumus a vitiis, quae corpus simul inquinant, ut intemperantia, scortatio, Rom. 6, 19. 22. 1 Thess. 4, 3. 4. 7. 1 Tim. 2, 15. Hebr. 12, 14. Saepius non legitur in N. T., nec apud profanos habetur, praeterquam quod Dion. Halic. ant. Rom. 1, 21 eo usus est de expiatione, consecratione, ubi viri docti autem restituerunt ἁγισμός, quod ab ἁγίζω, consecro, Pind. Ol. 3, 34. Patres ecclesiae saepe de puritate, pudicitia.

Ἅγιος, ία, ον, quod in Atticorum scriptis raro legitur (saepius tamen apud Platonem, ut Sophist. p. 249 A. Crit. p. 51 A. leg. 10. p. 864), in versione LXX autem saepissime pro קָדוֹשׁ et קֹדֶשׁ, formatum est ab antiquo ἅζω, ἅζομαι, aor. 2. ἁγῶ, revereor ita ut cedam, unde ἅγος, τό, reverentia, religio, die Scheu vor dem Heiligen, et ἅγιος, nec dicuntur de ulla re, nisi de ea, quae ad numen et eius cultum aliquo modo pertinet. Ideo 1) est: *reverendus, religionem incutiens, colendus; Deus* ipse, Io. 17, 11. Apoc. 4, 8. 6, 10. (Ies. 5, 16. 6, 3. Ps. 71, 22. Ios. 24, 19.) — *nomen Dei*, Luc. 1, 49. (Levit. 18, 21. 22, 2. Ps. 111, 9. Ez. 39, 25.) — *spiritus Dei*, vid. πνεῦμα. — *angeli*, Dei ministri et socii [Matth. 25, 31], Marc. 8, 38. Luc. 9, 26. Act. 10, 22. Iud. v. 14 ἐν ἁγίαις μυριάσιν. Apoc. 14, 10. 18, 10. (Iob. 5, 1. Dan. 8, 13. et textum hebr. Dan. 4, 10. Iob. 15, 15. Zach. 14, 5. Ps. 89, 6. 8.) — *prophetae*, tanquam Dei interpretes, Luc. 1, 70. Marc. 6, 20. Act. 3, 21. 2 Petr. 1, 21 ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι (2 Reg. 4, 9.) 2 Petr. 3, 2. [Apoc. 22, 6.] — *apostoli*, Eph. 3, 5. 8. (Sic 1 Macc. 1, 46 sacerdotes et Levitae οἱ ἅγιοι dicuntur.) — 1 Petr. 3, 5 αἱ ἅγιαι γυναῖκες, velut Sara, i. e. venerabiles propter pietatem et accepta divina beneficia. 2 Tim. 1, 9 κλῆσις ἁγία, invitatio cui, quippe divinae, reverentia debetur. Luc. 1, 72 διαθήκη (1 Macc. 1, 63. Dan. 11, 28. 30.). Rom. 1, 2 γραφαί — 2 Petr. 1, 18 mons dicitur ἅγιος, sacer, ob ea, quae Matth. 17, 1

narrantur. — Act. 7, 33 γῆ ἁγία, solum, cui reverentia ob numinis praesentiam debetur. (Exod. 3, 5.) — Apoc. 20, 6 μακάριος καὶ ἅγιος, beatus et venerandus est ille etc. — 2 Petr. 2, 21 ἁγία ἐντολή, Iud. v. 20 ἁγιωτάτη πίστις, doctrina divina veneranda. (2 Macc. 5, 15 τὸ πάσης τῆς γῆς ἁγιώτατον ἱερόν.) — Neque aliter intelligere velim, quod Christus dicitur τὸ γεννώμενον ἅγιον, natura veneranda, Luc. 1, 35 et ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ, venerandus ille Dei interpres, Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. Act. 4, 27. 1 Io. 2, 20. Apoc. 3, 7. (coll. Ps. 106, 16.) — 2) *Deo sacer, Deo dicatus,* diciturque de omnibus, quae a communi usu separantur, et Deo, cultuique eius sacrantur, ideoque numinis curam caeremoniamque afferunt. — ἅγιος τῷ θεῷ s. κυρίῳ, Luc. 2, 23. (1 Reg. 8, 13. Ies. 58, 13. Num. 6, 8. Neh. 8, 11. 3 Esdr. 8, 17 τὸ σπέρμα τὸ ἅγιον, de Israelitis.) — a) de locis: τόπος ἅγιος, locus Deo sacer, templum, Matth. 24, 15. Act. 6, 13. 21, 28. (Levit. 10, 14. Ez. 42, 13.) — ναός, 1 Cor. 3, 17. (Xenoph. H. G. 3, 2. 19 Ἀρτέμιδος ἱερὸν μάλα ἅγιον.) — ἁγία πόλις, urbs Deo sacra, ubi Deo sacra fiunt, Matth. 4, 5. Apoc. 11, 2. 21, 2. 10. 22, 19. (Neh. 11, 1. Ies. 66, 20. Dan. 9, 24.) — res, quae in templo sunt, vel Deo sacrantur, Hebr. 9, 2. Rom. 11, 16. (Num. 4, 15. 3 Esdr. 5, 40. Neh. 10, 39.) — Hinc τὸ ἅγιον et τὰ ἅγια, *templum, sanctuarium,* (Ioseph. ant. 3, 6. 4 ὁ μὲν πᾶς νεὼς ἅγιον ἐκαλεῖτο) Hebr. 9, 1. 25. 13, 11. — *sanctuarium coeleste,* Hebr. 9, 12. 24. 10, 19. (Putabant enim Iudaei, templi Hierosolymitani et sacrorum πρωτότυπον esse in coelo. cf. Sap. 5, 5. 10, 10. Test. XII patriarch. Fabric. Cod. Pseud. Vol. 1. p. 550 et vid. Ναός. — LXX τὸ ἅγιον s. τὰ ἅγια pro מִקְדָּשׁ, Levit. 19, 30. Ez. 47, 12.) — τὰ ἅγια ἁγίων, *sanctum sanctorum,* Hebr. 9, 3. (Levit. 16, 33 τὸ ἅγιον τοῦ ἁγίου. Exod. 26, 33. 34 τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων. 1 Reg. 8, 6 τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. Ioseph. ant. 3, 6. 4 τοῦ ἁγίου τὸ ἅγιον, i. e. templi penetralia. Plura vid. in Ἱερόν.) — τὰ ἅγια, *sacra* ipsa, quae sacerdotes in templo faciebant, Hebr. 8, 2. 9, 8. — b) De hominibus ἅγιος est: *qui sese Deo dicavit, Dei cultor pius et religiosus,* Matth. 27, 52. Rom. 8, 27. (Prov. 9, 10.) — Sic in N. T. Christiani, ut olim Israelitae (Num. 16, 3. Deut. 7, 6. Ies. 4, 3), in quorum locum successerint (Dan. 7, 18 sqq. Ies. 4, 3. Rom. 11, 16), dicuntur vel simpliciter οἱ ἅγιοι, i. e. Dei veri cultores, Act. 9, 32. 41. 26, 10. Rom. 1, 7. 12, 13. 2 Thess. 1, 10. Hebr. 3, 1. Apoc. 8, 4. 11, 18. [15, 3.] 20, 9 et saepius, vel οἱ ἅγιοι θεοῦ, Act. 9, 13. Col. 1, 26. vel ἱεράτευμα et ἔθνος ἅγιον, 1 Petr. 2, 5. 9. vel ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιος, 1 Cor. 3, 17. Eph. 2, 21. — Eph. 2, 19 συμπολῖται τῶν ἁγίων, i. e. cultorum veri Dei. — φίλημα ἅγιον, osculum sacrum, i. e. inter sacra datum, Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Thess. 5, 26. — ἅγιοι ἐν τῷ φωτί, veri Dei cultores in coelis, Col. 1, 12. — 1 Cor. 7, 14 liberi christianorum ἅγιοι dicuntur, quippe qui coetui sacro propter parentes adnumerantur, et ad eum adducuntur. — Quum, quae Deo sacrabantur, ea pura et immaculata esse debebant et ritu solemni purgabantur, est 3) *purus,* propr. a sordibus; Rom. 12, 2 θυσία ἁγ. — Matth. 7, 6 μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί, rem sacram et puram canibus qui impuri habebantur a Iudaeis. — *purus* a sordibus scelerum, *sanctus,* Rom. 7, 12 ὁ νόμος ἅγιος καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία i. e. praecepta Dei sua natura sunt sancta, et morum integritatem efficientia. 1 Cor. 7, 34. Eph. 1, 4. 5, 3. 27. Col. 1, 22. 1 Petr. 1, 15 sq. 2 Petr. 3, 11. Apoc. 22, 11.

Ἁγιότης, τητος, ἡ, (ab ἅγιος) *sanctitas, sanctimonia,* Hebr. 12, 10. et praeterea ἁγιότητι pro ἁπλότητι in varia lect. 2 Cor. 1, 12. (2 Macc. 15, 2.) **. Apud profanos non legitur.

Ἁγιωσύνη, ης, ἡ, (mendose ἁγιοσύνη, ab ἅγιος) 1) ea alicuius natura, qua venerandus, colendus est: *sanctitas, maiestas;* (de Dei maiestate Ps. 96, 6. 97, 12. et 145, 5.) Rom. 1, 4 πνεῦμα ἁγιωσύνης, spiritus cui ἁγιωσ. utique competit, non quidem id ipsum quod πνεῦμα ἅγιον, sed (vid. *Winer* Gramm. p. 212) gravius et ἐμφατικῶς: *summe venerandus.* Similiter Ioseph. ant. 6, 8. 1 διδόναι ἀσφαλείας ὁδόν, iter ab *omni* parte securum. — 2) *sanctimonia, morum puritas,* 2 Cor. 7, 1. 1 Thess. 3, 13. **.

Ἀγκάλη, ης, ἡ, *sinus brachii, ulna.* Semel Luc. 2, 28. coll. Marc. 9, 36. (Prov. 5, 20. 4 Macc. 13, 20.)

Ἄγκιστρον, ου, τό, *hamus piscatorius.* Semel Matth. 17, 27. (Ezech. 32, 3. Ies. 19, 8. Hab. 1, 15.)

Ἄγκυρα, ας, ἡ, 1) *ancora.* Cum verbis ῥίπτειν, iacere, Act. 27, 29. — ἐκτείνειν, demittere, ib. v. 30. — περιαιρεῖν, solvere, ib. v. 40. — vel αἴρειν simpliciter Act. 27, 13 ubi subaud. τὰς ἀγκύρας. — 2) metaphorice *quodvis salutis fulcrum et praesidium,* Hebr. 6, 19. (Eandem metaphoram habes apud Eurip. Hecub. v. 78 ed. Herm.) *.

Ἄγναφος, ου, ὁ, ἡ, (quidam codd. ἄκναφος, ex ἀ priv. et γνάπτω, fullonum more purgo), 1) *fullonem nondum expertus, a fullone non purgatus.* — 2) sordes non habens, *recens,* Matth. 9, 16. Marc. 2, 21 i. q. καινός, quod legitur in loco parall. Luc. 5, 36. *.

Ἁγνεία, ας, ἡ, (ab ἁγνεύω) 1) purgatio, lustratio; 2 Chron. 30, 19. 3 Esdr. 9, 20 in codd. quibusdam. (Num. 6, 2. 21 de Nasiraeatu; 1 Macc. 14, 36 de loco lustrato.) — 2) *puritas;* (apud Ioseph. de puritate ex praeceptis legis mos. sive de levitica puritate, ant. 3, 5. 1 ἁγνεύοντες τήν τε ἄλλην ἁγνείαν, καὶ ἀπὸ συνουσίας τῆς γυναικῶν ἡμέρας τρεῖς. ib. 3, 7. 1. et 8, 3. 9. de bell. 5, 5. 2.) — Praecipue: *castitas,* abstinentia a re venerea; sic bis in N. T. 1 Tim. 4, 12. 5, 2 νεωτέρας, ὡς ἀδελφάς, ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. (De castitate, Act. Thom. §. 48. Clem. Alex. strom. 4, 25.) **.

Ἁγνίζω, aor. ἥγνισα, (ab ἁγνός) — LXX ἁγνίζω et ἀφαγνίζω pro חִטֵּא lustravit, טִהַר, קִדֵּשׁ, — purifico, lustro, sordes removeo, diciturque de lustratione rerum sacrarum, facta vel sacrificiorum (Ioseph. ant. 2, 14. 6. ib. 3, 8. 3) vel aliarum caerimoniarum ope (Ioseph. ant. 1, 21, 2. 9, 13. 3), Exod. 19, 10. 2 Chron. 29, 16—18. — Metaphor. *animum purgo* a sordibus cupiditatum, Iac. 4, 8 ἁγνίσατε καρδίας. 1 Petr. 1, 22. 1 Io. 3, 3 ἁγνίζει ἑαυτόν. — Ἁγνίζομαι, med. et ἡγνισμαι, ἡγνίσθην, signific. media: *me purgo;* de puritate levitica Num. 8, 21. 31, 23. 19, 12. 13. — Nominatim: *castimoniam ago, votum castimoniae suscipio.* Etenim religioni erat Iudaeis, nonnunquam, inprimis ante festum paschatos, abstinere a cibis delicatioribus, ornatu corporis, concubitu, usu vini, lavare autem vestes, et precationes facere, quod Io. 11, 55 est ἁγνίζειν ἑαυτόν, cf. *Lightfoot.* hor. hebr. et talmud. p. 1078. Aliquando etiam eiusmodi castimoniae voto solemni sese adstringebant, dicebanturque qui hoc facerent Nasiraei; de qua re vid. Num. 6, 1 sqq. Act. 21, 24 ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, castimoniam age cum illis. ib. v. 26. Act. 24, 18 ἡγνισμένον votum castimoniae exsolventem. **.

Ἁγνισμός, οῦ, ὁ, (ab ἁγνίζω) lustratio, Num. 8, 7. 8. — *castimonia* voto suscepta, de qua vid. ἁγνίζω. Semel Act. 21, 26. (Num. 6, 5. Amos. 2, 11.)

Ἀγνοέω, ῶ, (ἀ priv. et νοέω) 1) *nescio, non intelligo,* et quidem a) universe et de eo, qui ignorat, et de eo, qui mente non capit, Rom. 2, 4. 6, 3. 7, 1. 1 Tim. 1, 13. (Sap. 14, 18. 15, 11. Levit. 5, 18.) — οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, bene scitote, Rom. 1, 13. 11, 25. 1 Cor. 10, 1. 12, 1. 2 Cor. 1, 8. 1 Thess. 4, 13. (Phil. de alleg. II, p. 87 οὐ δεῖ δὲ ἀγνοεῖν.) — οὐκ ἀγνοεῖν, *optime scire,* 2 Cor. 2, 11. (Sap. 12, 10. Ioseph. ant. 6, 12. 4 οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοὺς ὅρκους. ib. 7, 9. 6. 9, 13. 1.) — nominatim b) *ignoro;* passiv. ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ταῖς ἐκκλησίαις, ignotus, non visus, Gal. 1, 22. (Ioseph. ant. 1, 19. 3 οὐ γὰρ [dicebant] εἶναι τοιοῦτον ὥστε ἀγνοεῖσθαι, non talem esse virum, ut ignotus civibus esse possit.) — c) *mente non capio, non cognosco, non intelligo,* cum accusat. rei, Marc. 9, 32. Luc. 9, 45. Rom. 10, 3. — d) *non agnosco* aliquem, *non talem habeo, qualis est,* cum accus. personae, Act. 13, 27 τοῦτον ἀγνοήσαντες. ib. 17, 23 passivum: ἀγνοούμενοι, 2 Cor. 6, 9 i. e. a quibusdam reprobatus quidem. (Sap. 5, 12. 7, 12.) — 2) ex ignorantia vel inconsiderantia *erro;* — a) *insipienter, temere ago,* 1 Cor. 14, 38 εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω, i. e. si vero quis insipienter agere (praecepta mea spernere) velit, agat, sibi habeat. (Num. 12, 11. 2 Chron. 16, 9. 1 Sam. 26, 21. Sir. 5, 15.) — b) *pecco, delinquo,* Hebr. 5, 2. 2 Petr. 2, 12 ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες, adversus quos delinquunt conviciis eos proscindentes. Evanuit enim hic in ἀγν. notio ignorandi, et sola spectatur notio delinquendi. (Hos. 4, 15. Levit. 4, 13. 2 Macc. 11, 31. — Sic ἄγνοιαι i. q. ἁμαρτίαι 3 Esdr. 8, 75 ubi in textu hebr. Esdr. 9, 6 est: אַשְׁמָה.) *.

Ἀγνόημα, τος, τό, (ab ἀγνοέω) *ignorantia, error* ex ignorantia, sive imprudentia, (Gen. 43, 12.) — *peccatum,* aberratio a recto. Hoc sensu semel Hebr. 9, 7. cf. Sir. 23, 2. 1 Macc. 13, 39. Tob. 3, 3. Iudith. 5, 20.

Ἄγνοια, ας, ἡ, 1) *ignorantia, inscitia,* Act. 3, 17.

(Levit. 5, 18. 22, 14.) — 2) *peccatum*, Ezech. 40, 39. Gen. 26, 10. praecipue *ignorantia veri Dei; superstitio, idololatria*, Act. 17, 30. Eph. 4, 18. 1 Petr. 1, 14. cf. Sap. 14, 22. Act. Thom. §. 38. *.

Ἁγνός, ή, όν, (ab ἅζω, ἅζομαι, revereor) 1) purus, non pollutus, 2 Macc. 13, 18. — trop. *purus* sua natura, omnis vitii, labis, falsi expers; ita Deus 1 Io. 3, 3. eius σοφία Iac. 3, 17. (vid. Sap. 7, 22—30. Ps. 11, 7.) — De moribus: *purus a peccato, vitii expers*, Phil. 4, 8. 1 Tim. 5, 22. 2 Cor. 7, 11. (Prov. 10, 9. coll. 19, 13.) — 2) *castus*, libidine venerea non pollutus, Tit. 2, 5. 2 Cor. 11, 2. 1 Petr. 3, 2. Ἁγνοί, qui a concubitu abstinent, in Act. Thom. §. 12 et §. 49. Vid. etiam Ἁγνεία.) *.

Ἁγνότης, ητος, ή, (ab ἁγνός) *puritas; vitae integritas*. Semel 2 Cor. 6, 6. et 2 Cor. 11, 3 ubi codd. quidam post ἁπλότητος addunt καὶ τῆς ἁγνότητος. (Hoc verbum praeterea legi in Euseb. Renaud. coll. lit. S. Greg. Al. 1, p. 121 et in Boeckhii corp. inscr. 1, p. 583, monitum est in Edit. Thes. Steph. noviss. Paris.)

Ἁγνῶς, adv. *pure, sincero animo*. Legitur Philipp. 1, 17. (Hesiod. Ἔργ. v. 334.)

Ἀγνωσία, ας, ή, (ab ἄγνως, ignarus, quod ex ἀ priv. et γνῶναι) *ignorantia, inscitia*, deinde, ut alia verba ignorantiam significantia, transfertur ad *pravam*, ex ignorantia rei ortam, *agendi rationem*. Ita 1 Cor. 15, 34 ἀγνωσ. θεοῦ, contemtus Dei; 1 Petr. 2, 15 ἀγνωσ. criminationes ex inscitia ortae. (Sap. 13, 1. et LXX in Iob. 35, 16.) **.

Ἄγνωστος, ον, ὁ, ή, (ex ἀ priv. et γνωστός) *ignotus, non cognitus*. (Sap. 11, 18. 18, 3. 2 Macc. 1, 19. 2, 7.) Semel Act. 17, 23 ἀγνώστῳ θεῷ, Deo alicui nobis non cognito. Puto, aram ἀγνώστοις θεοῖς, i. e. Diis aliarum gentium, Atheniensibus ignotis, inscriptam fuisse, vel ut peregrini in ista ara Diis suis sacra facerent, vel ut Athenienses ipsi, peregrinaturi, exterarum regionum Deos colerent et eorum favorem sibi conciliarent. (*Tertull.* adv. Marc. 1, 9 „invenio plane *ignotis Diis* aras prostitutas; sed attica idololatria est. Item: *incertis Deis*, sed superstitio romana est.“

Ἀγορά, ᾶς, ή, (ab ἀγείρω, congrego, convoco multitudinem) *locus* quivis *publicus*, in urbibus et oppidis, ubi multitudo convenit vel congregatur, Matth. 11, 16. 20, 3. 23, 7. Marc. 6, 56. 12, 38. Luc. 7, 32. 11, 43. 20, 46. (LXX pro שׁוּק, רְחוֹב Cohel. 12, 4. 5. Cant. 3, 2. 3 Esdr. 2, 18. Ioseph. ant. 5, 2. 8. de bell. 5, 12. 3.) — *forum*, ubi cives conveniebant Act. 17, 17. iudicia habebantur Act. 16, 19. et res venales (Ezech. 27, 12. 14. 16), potissimum cibi prostabant, (forum frumentarium, Ioseph. ant. 2, 6. 1. et 2. — frumentum ipsum, Ioseph. ant. 14, 16. 2. de bell. 1, 16. 3.) Marc. 7, 4 ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι, alii: cibos (in foro coëmtos) non comedunt (ἐσθίειν ἀπὸ Marc. 7, 28. Matth. 15, 27), nisi prius loti fuerint (vid. *Krebs.* obss. p. 85), alii: ἀπὸ ἀγορᾶς intellige ἐλθόντες (sive ut codices quidam habent ἐὰν ἔλθωσι, vid. *Griesb.*), de qua ellipsi vid. *Wineri* Gramm. p. 540. *Lamb. Bos.* ellips. graec. ed. *Schaefer*. p. 158. (Sir. 31, 25 βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ sc. ἐλθών.) *.

Ἀγοράζω, f. άσω, (ab ἀγορά) 1) in foro versor; — emendi causa; — igitur 2) *emo*, sequente genitivo pretii, Marc. 6, 37. (Sir. 20, 12), vel ἐκ cum genit. pretii, Matth. 27, 7. (Epist. Ier. v. 25 ἐκ πάσης τιμῆς ἠγορασμένα), seq. ἐν cum dativo pretii, Apoc. 5, 9. (1 Chron. 21, 24 ἀγοράσω ἐν ἀργυρίῳ ἀξίῳ.) — παρά τινος, Apoc. 3, 18. (Nehem. 10, 31.) — Opponitur ἀγοράζειν τῷ πωλεῖν, Matth. 21, 12. Apoc. 13, 17. (1 Macc. 13, 49. Ies. 24, 2.) — Matth. 13, 44. 46. Io. 4, 8 et passim. — Ad homines si transfertur, est 3) *redimo pretio soluto*, diciturque in N. T. de Christo homines (sanguine suo) redimente e servitute peccati et mortis, 1 Cor. 6, 20. 7, 23. 2 Petr. 2, 1. Apoc. 5, 9. — seq. ἀπό, Apoc. 14, 3 οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς, redempti (sanguine agni) ex his rebus mundanis. ib. v. 4 ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀπαρχὴ τῷ θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ.

Ἀγοραῖος, ον, (ab ἀγορά) *forensis*, i. e. a) qui in foro versatur, velut mercator, — patronus caussarum, homines *otiosi*, desidiae causa vel novorum audiendorum gratia in foro versantes, Latinor. *subbasilicanus, subrostranus*, nostrum: *Pflastertreter*, Act. 17, 5. (Xenoph. hist. graec. 6, 2. 12.) — b) quod ad forum pertinet; αἱ ἀγοραῖοι scil. ἡμέραι, dies *iudiciales, iudicia in foro*, Act. 19, 38 ἀγοραῖοι ἄγονται, dies (iudicii) dicuntur, s. conventus aguntur. (Ioseph. ant. 14, 10. 21 ἄγοντι τὸν ἀγόραιον. Vid. quae habet *Krebs.* in obss. p. 239 sqq. et *Lamb. Bos.* ellips. graec. ed. *Schaefer*. p. 178. Alii hic verterunt: patroni caussarum adducantur, proconsules s. iudices adsint, i. e. iudicii legitima forma servetur. Vid. *Wolfii* curae ad Act. 19, 38.) Minus recte Grammatici (Ammonius, Suidas) distinxerunt inter ἀγοραῖος et ἀγόραιος, posteriusque, quod etiam Griesbachius Act. 19, 38 edidit, solum de iudiciis dici contendunt. Vid. tamen *Wineri* Gramm. N. T. p. 52. Suidas: προπαροξυτόνως δὲ ἀγόραιος, ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἡ ἀγορὰ τελεῖται. Hesych. ἀγοραίαν· δικαιολογίαν. *.

Ἄγρα, ας, ή, *captura, venatio*; bis Luc. 5, 4. 9 de captura piscium. (Hom. Odyss. 12, 330. Xenoph. Cyrop. 2, 4. 19.)

Ἀγράμματος, ὁ, ή, (ex ἀ privat. et γράμμα) *literarum rudis, indoctus*. Semel Act. 4, 13 ubi est literarum hebraicarum et sacrarum (doctrinae legisperitorum) cognitione non imbutus. cf. Io. 7, 15. (Xenoph. Mem. 4, 2. 20. Arrian. diss. epict. 2, 14. 13.)

Ἀγραυλέω, ῶ, (ab ἄγραυλος sub dio agens, v. c. pastor, Hom. Iliad. 18, 162., quod ex ἀγρός et αὐλή), *sub dio ago*, tum interdiu, tum noctu; *excubo*. Semel Luc. 2, 8. (Diodor. Sic. 16, 13. Hesiod. Θεογ. v. 26 ποιμένες ἄγραυλοι. Parthen. Erotic. c. 29. §. 1 βουκολῶν κατὰ τὴν Αἴτνην χείματός τε καὶ θέρους ἠγραύλει.)

Ἀγρεύω, fut. εύσω, (ab ἄγρα) 1) *capio feras, venor*, Iob. 10, 16. Prov. 5, 22. — 2) aliquem *insidiis* et *dolo circumvenio*, ut eum possim perdere, Marc. 12, 13. Vid. etiam παγιδεύω et Prov. 6, 25. 26.

Ἀγριέλαιος, αιου, ή, (ex ἄγριος *sylvestris* et ἐλαία *olea*) *oleaster, olea agrestis*, quae nullum fere, certe parum utilem fructum ferre solet, cui opponitur Rom. 11, 24 καλλιέλαιος. Rom. 11, 17. 24 ubi gentiles ecclesiae christianae inserti comparantur cum oleae agrestis surculo, καλλιελαίῳ inserto. (Theophrast. hist. plant. 2, 2. 5. Clemens Alex. strom. 6, 15.) *.

Ἄγριος, ία, ον, (ab ἀγρός) 1) *agrestis, sylvestris*; μέλι ἄγριον, mel sylvestre, i. e. vel ab apibus in sylvis paratum (1 Sam. 14, 25), vel ex arborum et virgultorum foliis promanans, quod concretum deinde colligitur. (Vid. Diod. Sic. 19, 94. Aelian. hist. anim. 5, 42.) Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. — 2) *ferus, saevus, efferatus*, instar ferarum, Iud. v. 13 κύματα ἄγρια θαλάσσης. (Sap. 14, 1. Ioseph. ant. 2, 10. 2. coll. 2 Macc. 11, 9. 14, 30. 4 Macc. 16, 3.) *.

Ἀγρίππας, α, ὁ, *Agrippa*. Duo huius nominis regnarunt post Christum reguli Iudaeorum, alter, *maior* dictus, filius Aristobuli, Herodis Magni nepos, qui Act. 12, 1—23 (Ioseph. ant. 19, cap. 5 sq.) commemoratur quidem, ubi autem, quae de eius morte habentur, confusa videntur cum narratione de morte Herodis M. cf. Ioseph. ant. 17, 6, 1. et 5. et lib. 17, 8. 1. — alter, *minor* appellatus, sive *Herodes Agrippa*, filius maioris et Herodis M. abnepos, ultimus Iudaeorum rex, qui commemoratur Act. 25, 13. 22. 26. 26, 1. 7. 19. 27. 28. 32.

Ἀγρός, οῦ, ὁ, Hebr. שָׂדֶה, Latin. *ager*, 1) *ager*, qui arando colitur, Matth. 13, 24. 27. 31. 36. 38. — 2) *campus*, rus, agrum et prata continens, Matth. 6, 28. 30. 13, 44. Luc. 12, 28. 14, 18. 15, 15. — *campus apertus*, si domicilio opponitur, Matth. 24, 18. Luc. 15, 25. 17, 7. 23, 26. — *agrorum complexus*, si fundum vel *villam* constituunt, Matth. 19, 29. Marc. 10, 29. 30. Act. 4, 37. — 3) *agri*, si urbi opponuntur, *vicus*, s. *pagus* in medio campo situs, ut חָצֵר Deut. 28, 3. Marc. 5, 14. 6, 36. 56. 16, 12.

Ἀγρυπνέω, ῶ, (ab ἄγρυπνος, qui sine somno est, vigil) 1) *vigilo*. — Inde 2) *invigilo*, apertis oculis *attendo*, vel *prospicio*, Marc. 13, 33. Luc. 21, 36. — *assiduam rei gero curam*, sequente εἰς Eph. 6, 18 sq. ὑπὲρ Hebr. 13, 17. (Sap. 6, 15. 3 Esdr. 8, 59. Esdr. 8, 29. Sir. 36, 16.) *.

Ἀγρυπνία, ίας, ή, (ab eod.) 1) *insomnia, vigiliae*. 2 Macc. 2, 26. — 2) metonymice ἀγρυπνίαι, *cura assidua* s. *anxia*, 2 Cor. 6, 5. 11, 27. Sir. 38, 26—30. 42, 9. *.

Ἄγω, fut. ἄξω (Act. 22, 5. 1 Thess. 4, 14 et saepius apud LXX, velut Exod. 22, 13. Num. 5, 15 et passim, pro quo profani frequentius ἄξομαι), aor. 2. act. ἤγαγον, cum reduplicatione attica (forma aor. 1. rarior ἦξα vid. in ἐπάγω);

imperf. pass. ἠγόμην, aor. 1. pass. ἤχθην, fut. 1. pass. ἀχθήσομαι, — LXX praecipue pro hebr. הֵבִיא et הוֹלִיךְ — 1) *duco*, a) propr. — ἄγω ἔξω, *educo*, *foras duco*, Io. 19, 4. 13. — seq. ἕως Luc. 4, 29. Act. 17, 15. (Mich. 1, 15.) — seq. ἐπὶ cum accusativo vel loci vel personae: *duco ad*, *adduco*, Matth. 10, 18. Luc. 21, 12. 23, 1. Act. 17, 19. 18, 12. (Exod. 22, 13. Ier. 25, 9. Ezech. 43, 1), ἐπὶ σφαγήν Act. 8, 32. (Prov. 7, 22. Ies. 53, 7.) — ἄγ. ὧδε Luc. 19, 27. — πρός τινα, *adduco ad aliquem*, Marc. 11, 7. Luc. 4. 40. 18, 40. 19, 35. Io. 1, 43. 8, 3. 9, 13. Act. 9, 27. 23, 18. (Gen. 2, 19. 22.) — sequente dativo personae Matth. 21, 2 ἀγάγετέ μοι. (1 Macc. 7, 2 et apud profanos. Exempla collegit *Winer*. Gramm. p. 192.) — Saepius simpliciter positum ἄγειν est: *adducere*, Matth. 21, 7. Marc. 11, 2. Io, 7, 45. 10, 16. Act. 5, 21. 26. 19, 37. 20, 12. 25, 6. 23. — *mecum duco*, ut Ioseph. ant. 10, 9. 6 ἀπῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἄγων καὶ τὸν Ἱερεμίαν. Sic Act. 21, 16 ἄγοντες παρ᾽ ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνι, per attractionem pro Μνάσωνα, nobiscum adducentes Mnasonem. (Vid. *Winer*. Gramm. p. 191 sq. qui vero nunc explicationem: ἄγοντες (ἡμᾶς) Μνάσωνι, ducentes nos ad Mnasonem, praefert, et affert exempla e profanis, ut Xenoph. Ephes. 3, 6. p. 63 πότερον ἠγόμην Ἀβροκόμῃ, et Epiph. vit. p. 340 D: ἤγαγεν αὐτὸν Ἀθανασίῳ τῷ πάππᾳ. Obstat autem, quod subiectum ducendum (ἡμεῖς) non nominatur. Praefero igitur priorem explicationem, nisi malis ἄγοντες intransitive accipere et cum σὺν ἡμῖν coniungere: nobiscum profecti ad Mnasonem.) — 1 Thess. 4, 14 ἄξει σὺν αὐτῷ scil. in coelum. 2 Tim. 4, 11 ἄγε μετὰ σεαυτοῦ — *deduco*, vel simpliciter, Luc. 23, 32 ἤγοντο ἀναιρεθῆναι. Marc. 13, 11. Luc. 22, 54. — vel seq. εἰς, duco in locum, Luc. 4, 1. 9. 10, 34. Io. 18, 28. Act. 6, 12. 9, 2. 11, 25. 21, 34. 22, 5 ἄξων ut deducerem (participium enim futuri haud raro indicat vel mandatum vel consilium, ut Ioseph. ant. 2, 15. 3 ἐπανάξοντες. ib. 2, 14. 6 ὡς ἐξελευσόμενοι. ib. 9, 6. 1 λαθησόμενος.) Act. [22, 24.] 23, 10. 31. 17, 5 εἰς τὸν δῆμον. Hebr. 2, 10 εἰς δόξαν. (Ioseph. ant. 2, 7. 3 εἰς ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν ἤγαγον τοῦτον.) — b) metaph. *duco*, *ago*, *impello*, *incito*, Rom. 2, 4 εἰς μετάνοιαν. (Prov. 18, 6 χείλη ἄφρονος ἄγουσιν αὐτὸν εἰς κακά. Polyb. 5, 16 εἰς μετάνοιαν ἄξειν τὸν βασιλέα.) 1 Cor. 12, 2 ὡς ἂν ἤγεσθε, prout ducebamini sc. a parentibus et magistris ad idololatriam; metaphora ducta, ut videtur, a pastoribus (Exod. 3, 1. Ies. 11, 6.). — ἄγεσθαι πνεύματι θεοῦ, Rom. 8, 14. Gal. 5, 18. — ἐπιθυμίαις, 2 Tim. 3, 6. (Diod. Sic. 17, 36. Philo de vita contempl. p. 892 C. ὑπὸ σοφίας ἀχθείς. id. de exsecr. p. 936 C. τοὺς ταῖς πολυθέοις δόξαις ὑπαχθέντας.) — 2) *ago* (Exod. 14, 25. 2 Sam. 6, 4.). — De tempore: ἄγει impersonaliter, *est*, *agitur*, Luc. 24, 21 τρίτην ἡμέραν ἄγει. — de diebus festis: *ago*, *celebro*, Matth. 14, 6 γενεσίων ἀγομένων. Act. 19, 38. (vid. Ἀγοραῖος.) (Esdr. 9, 18 ἦγον ἡμέραν ἀναπαύσεως. in textu hebr. עָשׂה, ib. v. 19—22. 1 Macc. 7, 48 sq. 2 Macc. 2, 16. 10, 8. Ioseph. ant. 4, 5. 1 πένθος ἄγειν.) — 3) Ἄγωμεν, intellige ἡμᾶς αὐτούς, i. e. *eamus*, *proficiscamur*, Matth. 26, 46. Marc. 14, 42. Io. 11, 16. — ἄγ. ἐντεῦθεν. Io. 14, 31. — ἄγωμεν εἰς, Marc. 1, 38. Io. 11, 7. — πρός τινα, Io. 11, 15. (Arrian. diss. epict. III, 22 ἄγωμεν ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον.) — 4) ex usu hebr. הֵבִיא, *produco*, *oriri facio*, *excito*, Act. 13, 23 ὁ θεὸς ἤγαγε (vulg. ἤγειρε e glossemate) τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν. (Dan. 9, 24 ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον. Zach. 3, 8 ἐγὼ ἄγω τὸν δοῦλόν μου ἀνατολήν. Ies. 46, 11.) *.

Ἀγωγή, ῆς, ἡ, (ab ἄγω) ductus; metaphor. institutio, disciplina, (Aelian. var. hist. 12, 43. Clem. Alex. strom. 1, 26.) — huius effectus: *mores*, *vitae ratio et disciplina*. Semel 2 Tim. 3, 10. (Esth. 2, 21. 2 Macc. 4, 16. 11, 24. Ioseph. ant. 12, 1 ἡ πάτριος ἀγωγὴ τῶν ἐθῶν. ib. 14, 10. 2 ἡ Ἰουδαίων ἀγωγή. Polyb. 18, 1. 2.) Vid. etiam *Loesner*. observ. ad N. T. e Philone, p. 420 sq.

Ἀγών, ῶνος, ἡ, (ab ἄγω) propr. congregatio; deinde locus concionis, apud Homerum θεῖος ἀγών locus concionis Deorum; locus certaminum publicorum, stadium, (Hesych. ἀγών, ὀξύτονον· στάδιον, ἄθροισμα. Idem ἀγών· ὁ τόπος, ἔνθα ἀθροίζονται οἱ ἀγωνισταί. Thucyd. 5, 50.) 1) *stadium*, i. e. *cursus in stadio*, Hebr. 12, 1 τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, decurramus stadium nobis positum. Sensus: peragamus vitae laboris plenae cursum a Deo nobis praefinitum. (Vid. Τρέχω. Chrysost. homil. 85 ἀγών ἐστι καὶ πάλη ὁ παρὼν βίος καὶ τοὺς ἐν τῷ σταδίῳ τούτῳ τῆς ἀρετῆς ἅπαξ εἰσελθόντας προσήκει πάντα ἐγκρατεύεσθαι. Similiter Sap. 4, 2 ἀγών de vita in sapientiae et virtutis laboribus consumpta.) — 2) *certamen* (Sap. 10, 12), *pugna* (in bello, certamen belli, saepissime apud Iosephum et 2 Macc. 4, 18. 10, 28. 15, 18), Phil. 1, 30 τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, nimirum cum adversariis verae doctrinae. — Ex adiuncto: *labor* in peragenda aliqua re, soletque Paulus hoc vocabulum, ut alia e certaminibus Graecorum repetita, ad suos labores in tradenda doctrina christiana transferre, Col. 2, 1 ἡλίκον ἀγ. ἔχω, quantos labores sustineam. 1 Thes. 2, 2 ἐν πολλῷ ἀγ. inter multos labores. 1 Tim. 6, 12 ἀγὼν τῆς πίστεως, labores evangelii causa sustinendi. 2 Tim. 4, 7. (Ies. 7, 13 ἀγῶνα παρέχειν, molestiam facessere. Arrian. diss. epictet. 3, 25. 2.) *.

Ἀγωνία, ίας, ἡ, (ab ἀγών) propr. certamen; — *angor*, *trepidatio*, proprie eius, qui in certamen est descensurus; angor quivis ex instantibus gravibus malis. Semel Luc. 22, 44. (2 Macc. 3, 14. 16. 19. Ioseph. ant. 6, 6. 2 ἐν ἀγωνίᾳ δεινῇ καθεστήκεσαν. ib. 11, 8. 4. Philo de fortitud. p. 739 E.)

Ἀγωνίζομαι, perf. ἠγώνισμαι, verb. deponens medium, (ab ἀγών) 1) *certamen ludorum ineo*, *certo*, 1 Cor. 9, 25. — 2) *decerto* cum adversario (Ioseph. ant. 4, 3. 1 περὶ τῆς ἱερωσύνης. 1 Macc. 7, 21), *pugno* cum hoste, Io. 18, 36. seq. ἵνα μή. (2 Macc. 8, 16. 13, 14. 15, 26. Ioseph. ant. 5, 7. 4 μαλακῶς πρὸς τοὺς στρατιώτας ἀγωνίσαιτο.) — Ex adiuncto: *labores sustineo*, 1 Tim. 6, 12 ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα, fortiter perfer labores doctoris evangelii. 2 Tim. 4, 7 τὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι. (De qua loquendi ratione vid. *Winer*. Gramm. p. 437. Sir. 4, 28 ἀγώνισαι περὶ τῆς ἀληθείας. Philo de legat. ad Cai. p. 1040 C: μεταπεμφθέντες ἀγωνίσασθαι τὸν περὶ τῆς πολιτείας ἀγῶνα.) — 3) *omnibus viribus contendo*, *enixe studeo s. laboro*, Luc. 13, 24 ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν. Coloss. 1, 29 ἀγωνιζόμενος, omni quo possim studio. (Iustin. Mart. apolog. 2, p. 92 οὐ γὰρ ἄλλο τι ἀγωνίζονται οἱ λεγόμενοι δαίμονες, ἢ ἀπάγειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τοῦ θεοῦ.) — Col. 4, 12 ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα, i. e. enixe supplicans Deum pro vobis, ut etc. coll. Rom. 15, 30. (LXX pro chald. שׂוּם בָּל, *cor ponere*, Dan. 6, 14 ἠγωνίσατο τοῦ ἐξελέσθαι αὐτόν, studiose cogitabat, quomodo illum educeret) *.

Ἀδάμ, ὁ, *Adam*, hebr. אָדָם, nom. propr. indecl. primi hominis, communis parentis generis humani, 1 Tim. 2, 13. cf. Gen. 1, 27 sqq. et Act. 17, 25. — Rom. 5, 14. 1 Cor. 15, 22. 1 Tim. 2, 13. 14. Iud. v. 14. — Iesus 1 Cor. 15, 45—47 appellatur ὁ δεύτερος Ἀδάμ tanquam restitutor salutis per Adamum olim amissae. Rabbini Messiam appellabant אָדָם הָאַחֲרוֹן.

Ἀδάπανος, ον, (ex ἀ priv. et δαπάνη) *sine sumtu*, *gratuitus*, 1 Cor. 9, 18 εὐαγγέλιον ἀδάπ. doctrina gratis tradita. (Diod. Sic. 1, 80.) *.

Ἀδδί, nom. propr. indecl. viri ex maioribus Christi, de quo caeterum nil constat, Luc. 3, 28.

Ἀδελφή, ῆς, ἡ, foemininum ab ἀδελφός (cuius neutrum ἀδελφόν, uterinum, germanum, habetur in Philone, e. g. de opif. mundi p. 13 τὰ γένη, ὡς ἀδελφά. Ibid. p. 35 θεασάμενος ἀδελφὸν εἶδος. Ibid. p. 3.), 1) *soror*, Matth. 19, 29. Luc. 10, 39. 14, 26. Io. 11, 1. 3. 5. 28. 19, 25. — Disputatum est, utrum ἀδελφαί Iesu, quae Matth. 13, 56 et Marc. 6, 3 commemorantur, sint sorores uterinae, an comprivignae, an cognatae, *consanguineae* simpliciter. Hebr. אָחוֹת dicitur quidem de cognatis, v. c. Gen. 24, 59. 12, 13. 19. 26, 7. 9. sed praefero hic notionem sororis germanae. Vid. Ἀδελφός. — 2) *tanquam soror cara et amata*, Matth. 12, 50. Rom. 16, 1. 1 Tim. 5, 2. ita אָחוֹת Prov. 7, 4. Iob. 17, 14. — *christiana*, ut ἀδελφός christianus, quum christiani tenerrimo amore esse debeant iuncti, 1 Cor. 7, 15. 9, 5. Iac. 2, 15. 2 Io. 13.

Ἀδελφός, οῦ, ὁ, (ex δελφύς, uterus, et ἀ copulativo; foem. ἀδελφή et neutrum ἀδελφόν vid. in Ἀδελφή) hebr. אָח, 1) *frater*, propr. ex eadem matre natus, *uterinus*, sed etiam a communi patre et matre (*germanus*), vel etiam ab eodem patre genitus (*comprivignus*), Matth. 1, 2. 4, 18 et saepissime. — Nonnunquam, ut hebr. אָח et υἱός, subaudiendum est. Luc. 6, 16. Act. 1, 13. — 2) a communi parente oriundus, vel a propiore, ubi est *consanguineus*, *cognatus*, vel a remotiore eoque primo gentis conditore, ubi est *popularis*, *civis*. — Utrum ἀδελφοί Iesu, qui Matth.

12, 46. 13, 55. 28, 10. Io. 7, 3. Act. 1, 14. Gal. 1, 19. et, ut videtur, Io. 20, 17 commemorantur, intelligendi sint consanguinei (אח Gen. 24, 27. Levit. 25, 48. Deut. 2, 4. 8. Tob. 3, 7), an vero fratres uterini, disputatum est. Posterior sententia verosimilior videtur. Vid. Matth. 1, 20. 25. 13, 55. Io. 2, 12 et cf. Ἰούδας. — Sensu latiori, quo vix apud profanos legitur, sed saepius apud nostros, hebraicam dicendi rationem secutos, est: *civis, popularis, Volksgenosse* (ut אח Deut. 15, 2. 3. Iob. 22, 30), Act. 2, 29. 3, 17. 22. 7, 2. 23. 25. 26. 37 et passim. (4 Macc. 8, 18 ἄνδρες ἀδελφοί, Landsleute!) Quanquam vero ἀδελφός, ubi sermo est de aliis gentis nostrae hominibus, fere nihil est nisi *alter*, i. q. πλησίον, tamen non de quovis altero, sed de eo, qui est e gente nostra, quem igitur, quoad communem patrem, fratrem habere debemus, dictum legitur, Matth. 5, 22—24. 7, 3—5. 18, 15. 21. 35. Luc. 6, 41 sq. 17, 3 et saepius. — 3) qui nobis instar fratris est amandus, *amicus coniunctissimus*, Matth. 5, 47. 12, 50. 25, 40. Marc. 3, 35. 2 Thes. 3, 15. Hebr. 2, 11. 12. 17 et passim. Inprimis *Christiani* invicem dicuntur ἀδελφοί, *socii*, videlicet fide, salutis spe et amoris vinculo coniunctissimi, 1 Tim. 6, 2 ὅτι ἀδελφοί εἰσιν, quoniam Christiani sunt. Vid. Matth. 5, 22. Rom. 8, 29. Act. 6, 3. 9, 30. 10, 23. 1 Cor. 5, 11. Eph. 6, 23. Phil. 1, 14. Apoc. 1, 9. 12, 10 et saepius. Familiaris etiam est haec dicendi ratio patribus eccl. graecis. Vid. *Suiceri* thesaur. eccles. s. h. v. — *Socius* officii, dignitatis, *collega*, Matth. 23, 8. 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. 2, 12. Eph. 6, 21. Col. 1, 1. Apoc. 6, 11 ubi ἀδελφοί et σύνδουλοι coniunguntur. coll. cap. 19, 10. 22, 9. (אחים Esdr. 3, 2. 2 Sam. 15, 20. 1 Reg. 13, 10.)

Ἀδελφότης, *ητος*, ἡ, ab ἀδελφός, *fraternitas*, ut nostrum *Brüderschaft*, de necessitudine sociorum, 1 Macc. 12, 10. 17. 4 Macc. 9, 23. 10, 3. — *Christianorum coetus*, fidei socii, 1 Petr. 2, 17. 5, 9. (Similiter scriptores ecclesiast. vid. *Suicer.* thesaur. s. h. v. Cyprian. epist. 26 *fraternitatem salutate.* •.

Ἄδηλος, *ον*, (ex ἀ priv. et δῆλος) *non manifestus*, partim quia obtegitur, unde *occultus, tectus*, Luc. 11, 44. coll. LXX ad Ps. 51, 7. partim quia distingui ab aliis rebus non potest, et in se est obscurus; *non distinctus, incertus*, 1 Cor. 14, 8. (2 Macc. 7, 34. 3 Macc. 1, 17. Ioseph. ant. 1, 18. 5.) •.

Ἀδηλότης, *ητος*, ἡ, *obscuritas, incertum* (cf. Ἄδηλος). Semel 1 Tim. 6, 17 ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, i. e. divitiis incertis, quibus neutiquam fidendum est. (Polyb. 16, 4. 2.)

Ἀδήλως, (ab eod.) adv. non manifeste, obscure; *incertum*. Semel 1 Cor. 9, 26 οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως, non curro quasi nescius s. incertus quo tendam, pro οὐκ εἰς ἄδηλον (ut legitur Plat. symp. p. 1180 secundum *Elsneri* obss. sacr. T. II. p. 104.).

Ἀδημονέω, *ῶ*, (ἄδος, taedium) *gravissime angor, valde perturbor animo*, Matth. 26, 37. Marc. 14, 33. Phil. 2, 26. Symmach. Ps. 61, 3. pro hebr. בְּעָטְפִי, ἐν τῷ ἀδημονεῖν, et Ps. 116, 11 בְּחָפְזִי ἀδημονῶν. (Aquila Iob. 18, 20 pro נָשַׁם. Plutarch. Timol. 5. Aelian. V. H. 13, 3.) •.

Ἅιδης, *ου*, ὁ, (contract. ex ἀϊδής, ex ἰδεῖν et ἀ priv.) propr. in tenebris versans; Deus inferus, Pluto; *orcus, inferna*. Sic apud profanos. LXX usi sunt hoc vocabulo in vertendo hebr. שְׁאוֹל, cuius significationem nostri scriptores sequuntur. Est igitur: 1) *orcus, inferna*, i. e. locus subterraneus, tenebricosus et tristis in infimis locis terrae, in quem animae post mortem omnes descendere, ibique inclusae teneri putabantur, quem vero seriores Iudaei in paradisum et gehennam (vid. Luc. 16, 23) diviserant. Luc. 16, 23. Act. 2, 27. 31 εἰς ᾅδου intellige δόμον s. τόπον, ut legitur Homer. Iliad. 15, 251. Odyss. 11, 149. Vid. *Lamb. Bos.* ellips. graec. p. 113 sq. ed. *Schaefer.* (Herodot. 1, 133 ἐν τοῦ [οἴκῳ] ἂν ἐόντες βουλεύωνται. cf. *Viger.* de idiotism. ling. gr. p. 47 ed. *Herm.*) 1 Cor. 15, 55. Apoc. 20, 13. 14. (Vid. e V. T. Gen. 15, 15. 25, 8. Deut. 32, 50. Iob. 3, 14. 14, 7—14. Ies. 14. ib. c. 38, 18. Coh. 3, 19—22. Sir. 14, 16.) — Coelum et hades tanquam extrema sibi opponuntur (Ez. 31, 16. 18. Amos. 9, 2. Sir. 51, 7.) Matth. 11, 23. Luc. 10, 15 ἕως ᾅδου καταβ. ad infima descendere; sensus: penitus dirui. — πύλαι ᾅδου Matth. 16, 18. cf. Πύλη. τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου Apoc. 1, 18. vid. Κλεῖς. — 2) *dominus inferorum* (Iob. 38, 17 πυλωροὶ ᾅδου), diabolus, Apoc. 6, 8. (vid. Sap. 1, 14. 16. 2, 24. 1 Cor. 15, 55. In evangelio Nicodemi diabolus describitur princeps orci, ᾅδης vero custos animarum. Vid. *Birch.* auctarium cod. apocr. N. T. Fabric. (Hafn. 1804.) p. 115 sq. •.

Ἀδιάκριτος, *ον*, (ex ἀ privat. et διακρίνω) indiscretus, non discernendus, Symmach. Gen. 1, 2 pro בֹּהוּ, non dispositum, non separatum; LXX Prov. 25, 1. Sic etiam apud profanos. In N. T. semel Iac. 3, 17 σοφία ἀδιάκριτός ἐστι, ubi plurimi interpretes, quoniam διακρίνειν est etiam rixari, significatione activa vertunt: a rixa alienus; *Schulthess.* (comment. in epist. Iac.): „nullum personarum discrimen faciens." Cum vero nusquam legatur active, maluerim explicare: cui nihil ambigui vel dubii inest, *sincerus, fidus*. (Ignat. epist. ad Ephes. §. 3 καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν.)

Ἀδιάλειπτος, *ον*, (ex ἀ priv. et διαλείπω) *non cessans, perpetuus*. Bis Rom. 9, 2. 2 Tim. 1, 3. (Clemens Alex. strom. 7, 1 ἀδιάλειπτος ἀγάπη.)

Ἀδιαλείπτως, *sine intermissione*; hyperbolice pro: *assidue*. Rom. 1, 9. 1 Thess. 1, 3. 2, 13. 5, 17. — 1 Macc. 12, 11. 3 Macc. 6, 33. 2 Macc. 3, 26. 15, 7. Ioseph. bell. 3, 7. 23. •.

Ἀδιαφθορία, *ας*, ἡ, (ex ἀ priv. et διαφθείρω) dicitur de eo, quod non corrumpitur, non absumitur, incorruptibilitas (ut cum Tertulliano loquar). In N. T. semel de doctrina, Tit. 2, 7 ubi est doctrinae *sanitas* et *sinceritas*, i. q. in aliis locis Paulinis διδασκαλία ὑγιαίνουσα, ὑγιαίνοντες λόγοι. Vid. Ὑγιαίνω. — Lectio bonorum codd., qui ἀφθορίαν habent, non est spernenda. (Apud profanos non legitur, sed S. Antioch. hom. 102. p. 1190. A.)

Ἀδικέω, *ῶ*, fut. *ήσω*, (ab ἄδικος) 1) iniuste ago, — a) *leges violo, crimen committo*, Act. 25, 10. 11. 2 Cor. 7, 12. Coloss. 3, 25. Apoc. 22, 11. LXX hebr. חָטָא Ier. 37, 17. מָעַל 2 Chron. 26, 16. Ez. 17, 10. — b) *iniuria alium afficio*, Matth. 20, 13. Act. 7, 26. 27. 1 Cor. 6, 8. 2 Cor. 7, 2. Gal. 4, 12. Phil. v. 18. Ἀδικοῦμαι, *iniuria afficior*, Act. 7, 24. et in medio: *iniuria me affici patior*, 1 Cor. 6, 7. (Xenoph. anab. 5, 4. 6.) — Metonymice: 2) *laedo, noceo, vim infero*, Luc. 10, 19. Apoc. 2, 11. 6, 6. 7, 2. 3. 9, 4. 10. 19. 11, 5. (LXX hebr. יָגָה Ies. 51, 23. נָכָה Ies. 10, 20. et עָשַׁק Levit. 6, 2. ἀδικεῖν (דִּכָּא) τὸν λαὸν Ies. 3, 14. Plutarch. sympos. 4, 2. §. 3 οὐκ αὐτὸν ἠδίκησεν, de fulmine.) •.

Ἀδίκημα, *τος*, τό, (ab ἀδικέω) propr. quod contra ius fit, *iniuste factum, crimen, scelus*, Act. 18, 14. 24, 20. Apoc. 18, 5. (In vers. Alex. hebr. חָמָס 2 Sam. 22, 49 עָוֹן Jes. 59, 12. Ioseph. ant. 3, 15. 3. ib. 5, 7. 1.) •.

Ἀδικία, *ας*, ἡ, (ab ἄδικος) — LXX potissimum pro עָוֹן, saepius etiam pro עָוֶל, חָמָס et passim pro רָעָה et שֶׁקֶר — 1) *iniustitia*, Luc. 18, 6 κριτὴς τῆς ἀδικίας, i. e. qualis describitur v. 2. Rom. 9, 14. Deut. 32, 4. — *iniuria illata*, 2 Cor. 12, 13. Ps. 7, 3. Mich. 3, 10. — Ex hebraica dicendi ratione, ubi צְדָקָה saepius de morum probitate dicitur, vi oppositionis ἀδικία 2) est: *improbitas, facta improba*, quatenus τῷ δικαίῳ repugnant, Luc. 13, 27 ἐργάται τῆς ἀδικίας improbi vita. Act. 1, 18. Rom. 1, 29. 3, 5. 6, 13. 2 Tim. 2, 19. 2 Petr. 2, 13. Hebr. 8, 12. 1 Io. 5, 17. Sic etiam 1 Io. 1, 9 ubi sensus est: Deus, qui ipse est δίκαιος, non solum peccata condonabit, sed etiam hominem δίκαιον i. e. probum reddet. (Gen. 6, 11. 13. Ps. 11, 5. Zeph. 3, 5. 1 Sam. 3, 13 sq. Zach. 3, 9.) — Nominatim ea improbitas, quae cernitur in contemtu veri Dei et legis ab eo datae, *contemtus (veri) Dei*, qui potissimum ei tribuitur, qui idolis adhaeret, spreto Deo eiusque lege, et in N. T. opponitur τῇ ἀληθείᾳ, pietati in verum Deum; Rom. 1, 18 τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχοντες, cultum veri Dei sua pertinacia, qua idololatriae adhaerent, impedientes. ib. 2, 8. 2 Thess. 2, 10. 12. 2 Petr. 2, 15. Vid. etiam Ἀλήθεια. (2 Sam. 7, 10 υἱὸς ἀδικίας gens cultui idolorum dedita. Ez. 9, 9. Ier. 7, 9 ὀμνύετε ἐπ' ἀδίκῳ, per Deos fallaces, idola). Ἀδικία vero in his locis eatenus quoque potest dici de idololatria, quatenus Dii, qui coluntur, sunt commentitii neque aliquid veri in se habent. — Nostris enim script. ἀδικία nonnunquam est 3) *fraus, dolus* iustum violans, Io. 7, 18. Luc. 16, 8 οἰκονόμος τῆς ἀδικίας, dispensator, qui fraude uti solebat. ib. 16, 9 μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας, opes per fraudem acquisitae. (Eurip. Helen. v. 905 et Electr.

v. 943 *πλοῦτος ἄδικος*. Sir. 34, 18 *θυσιάζειν ἐξ ἀδίκου*), coll. ibid. v. 11. Act. 8, 23. 1 Cor. 13, 6. (Hos. 12, 7 pro מִרְמָה fallacia. Ezech. 28, 18 *διὰ τῶν ἀδικιῶν τῆς ἐμπορίας σου*, per fraudes mercaturae tuae, hebr. עָוֶל. Deut. 9, 28 *μάρτυς ἄδικος ἐμαρτύρησεν ἄδικα*, hebr. שֶׁקֶר. ib. 19, 16. Mich. 6, 10. coll. Iob. 13, 4. Ioseph. ant. 4, 6. 5 ubi Bileamus, sese excusaturus, quod Israelitis non maledixisset, regi dicit: *ἤν τέ μοι δι᾽ εὐχῆς μηδὲν ἀδικῆσαί σου τὴν ἐπιθυμίαν*, nolebam fallere desiderium tuum.) — Locum Iac. 3, 6 *κόσμος τῆς ἀδικίας* vid. in *Κόσμος*. *.

Ἄδικος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *δίκη*) 1) ***iniustus**, **ius violans**, **iniuste agens erga alios***, Luc. 18, 11. Rom. 3, 5. Hebr. 6, 10. — 2) ***improbus**, **peccator omnino***, quippe leges Dei nihili faciens, Matth. 5, 45. Act. 24, 15. 1 Cor. 6, 9. 1 Petr. 3, 18 et 2 Petr. 2, 9 ubi *τοῖς ἀδίκοις* opponuntur *οἱ εὐσεβεῖς*. LXX pro רָשָׁע, Exod. 23, 1. Iob. 16, 11. Ez. 21, 3. Hinc, ut *ἀδικία*, quod vid., transfertur ad idololatriam, et *ἄδικος* dicitur *idolorum cultor*, quatenus Deum et legem eius spernit, 1 Cor. 6, 1 coll. v. 6. — 3) *fraudator*, *fraude et dolo nocens*, Luc. 16, 10. 11. Vid. *Ἀδικία*. (LXX pro שֶׁקֶר Deut. 19, 16. Ier. 5, 31. 39, 9.) *.

Ἀδίκως, adv. ***iniuste**, **immerito***. 1 Petr. 2, 19 *πάσχων ἀδίκως*, patiens sine culpa. Ioseph. ant. 10, 7. 3. LXX hebr. חִנָּם Prov. 1, 11. 17. cl. Sap. 12, 13. 2 Macc. 7. 16. *.

Ἀδόκιμος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *δόκιμος*) 1) *non probatus*, *adulterinus;* propr. de metallis; LXX *ἀδόκιμον ἀργύριον* Prov. 25, 4. Ies. 1, 22. — metaphorice: *reprobandus*, *reiiciendus*, *malus*, 1 Cor. 9, 27. 2 Cor. 13, 5. 6. 7. 2 Tim. 3, 8. Rom. 1, 28 *νοῦς ἀδόκιμος*, mores reprobandi, mali; — et quum moneta non genuina sit quoque inutilis, est 2) *ineptus*. Tit. 1, 16 *ἀδόκιμος πρὸς ἔργον ἀγαθόν*. — Hebr. 6, 8 *γῆ ἀδόκιμος*, terra frugibus proferendis non apta. Hesych. *ἀδόκιμον· πονηρόν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον*. *.

Ἄδολος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *δόλος*) *doli expers*, de homine. De rebus: *non adulteratus*, *non noxius*, *purus;* 1 Petr. 2, 2 *γάλα ἄδολ.* lac sincerum, purum (Columell. 7, 8), i. e. doctrina ad veram virtutem ducens. (Polluc. Onom. III, 10. §. 86 *ἀργύριον ἄδολον*. Philo de Iosepho p. 547 *ἄδολος πίστις*.) *.

Ἀδραμυττηνός, *ή*, *όν*, *Adramyttenus*, adiectivum gentile. (Adramyttium fuit urbs maritima in Aeolia sita. cf. Herod. 7, 42. Pomp. Mel. 1, 18.) Act. 27, 2 *πλοῖον Ἀδραμυττηνόν*, navis Adramyttena. *.

Ἀδρίας, *ίου*, *ὁ*, sc. *πόντος*, *mare adriaticum*, non, quod nunc ita dicitur, sinus inter Italiam et Dalmatiam, sed quod comprehendebat maria quoque Ionicum, Creticum, Siculum. Hesych. *Ἰόνιον πέλαγος· ὁ νῦν Ἀδρίας*. Legitur Act. 27, 27.

Ἁδρότης, *τητος*, *ἡ*, (ab *ἁδρός*, maturus, ad iustam magnitudinem excretus, magnus, multus) maturitas; — magnitudo (proceritas, Hom. Iliad. 16, 857); sic apud profanos. — 2) in N. T. *copia*, *abundantia*. 2 Cor. 8, 20 *ἐν τῇ ἁδρ. ταύτῃ*, in hac copia donorum. (Eodem sensu apud Chrysost. T. III. p. 645. Hesych. *ἁδρότης· δύναμις, μέγεθος*.) *.

Ἀδυνατέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (ab *ἀδύνατος*) non possum, non valeo (Sap. 13, 16). — *Ἀδυνατεῖ* impersonaliter singulari modo, apud scriptores profanos haud obvio, *fieri non potest*, pro *ἀδύνατόν ἐστι*, et quidem a) cum dativo personae, Matth. 17, 20 *οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν*. (Iob. 42, 2 *ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν*.) — b) seq. *παρά τινι*, Luc. 1, 37 *οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα*. (Levit. 25, 35 *ἀδυνατήσῃ ταῖς χερσὶ παρά σοι*. Gen. 18, 14 *μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ θεῷ ῥῆμα*. — *ἀπὸ σοῦ* Deut. 17, 8. — *ἐνώπιόν τινος* Zach. 8, 6.) *.

Ἀδύνατος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *δύναμαι*) propr. *δυνάμει* destitutus; *infirmus*, *debilis*, (Iob. 36, 18. 5, 14. Ioel. 3, 10.) — corpore, Act. 14, 8 *τοῖς ποσίν*. — mente et iudicio, Rom. 15, 1. — *τὸ ἀδύνατον*, *quod fieri non potest;* Rom. 8, 3 *τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου*, quod per legem effici non poterat. — *Ἀδύνατόν ἐστι παρά τινι*, quod fieri non posse videtur alicui, vel ab ipso effici nequit, Matth. 19, 26. Marc. 10, 27. Luc. 18, 27. (Prov. 30, 18.) — *Ἀδύνατον* (intellige *ἐστί* 2 Macc. 4, 6) sequente infinitivo: *fieri non potest*, Hebr. 6, 4. 18. 10, 4. 11, 6. (2 Macc. 4, 6.) *.

Ἄιδω, contracte pro *ἀείδω*, (LXX pro שִׁיר) *cano*, *canto*, — *ᾠδήν*, Apoc. 5, 9. 14, 3. 15, 3. (Exod. 15, 1. Num. 21, 17. Ioseph. ant. 3, 3 *ᾄδειν ὕμνους*.) — *τινί*, in gloriam alicuius, *laudo eum cantu*, Eph. 5, 19. Col. 3, 16. (Exod. 15, 21. 1 Chron. 16, 23. 2 Chron. 29, 27.) *.

Ἀεί, adv. temporis, *semper*, i. e. vel *perpetuo*, 2 Cor. 6, 10. Tit. 1, 12. 1 Petr. 3, 15. (Ies. 51, 13.) — vel *quovis tempore*, quotiescunque nimirum ex rerum conditione fieri potest, 2 Cor. 4, 11 *ἀεὶ γὰρ παραδιδόμεθα*. Act. 7, 51 *ἀεὶ ἀντιπίπτετε*. Hebr. 3, 10. (Ps. 95, 10. 2 Macc. 14, 15.) — Marc. 15, 8 *καθὼς ἀεὶ ἐποίει*, i. e. quovis anno, ut solebat. (Iud. 16, 21 *ποιήσω καθὼς ἀεί* [in textu vaticano: *ὡς ἅπαξ καὶ ἅπαξ*].) — Ex adiuncto: *assidue*, 2 Petr. 1, 12 *ἀεὶ ὑμᾶς ὑπομιμνήσκειν*. (Ioseph. ant. 3, 2. 4 *ἦσαν ἀεὶ πρὸς τὸ πονεῖν*.) *.

Ἀετός, *οῦ*, *ὁ*, *aquila;* LXX hebr. נֶשֶׁר, Iob. 9, 26. Ies. 40, 31. Legitur Matth. 24, 28. Luc. 17, 37. Apoc. 4, 7. 8, 13. 12, 14. In locis Matth. 24, 28. Luc. 17, 37 vero est *vultur* (vid. Exod. 19, 4. 13. Levit. 11, 13), quum aquilae cadavera non petant; et sensus proverbii est vel: ubi foeda impietas, illuc vindicta de coelis certissime et repente advolabit; vel: ubi gravia mala ingruunt, illuc advolant improbi (impostores, pseudochristi), ut ex hominum miseria et consternatione lucrum faciant. Alia dedit Fritzschius comment. in Matth. p. 713.

Ἄζυμος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *ζύμη*) — hebr. מַצָּה — *fermentum non habens*, *non fermentatus;* propr. de panibus, Gen. 19, 3. Ioseph. ant. 3, 6. 6. — tropice: *expers fermenti cupiditatum*, *purus corde*, 1 Cor. 5, 7 *καθώς ἐστε ἄζυμοι*, si quidem puros a libidine vos esse decet. (Phavor. *ἄζυμοι· καθαροί, ἄτυφοι, ἢ ἔπαρσιν μὴ ἔχοντες*.) — Iudaei per septem dies festi paschatos panibus sive placentis non fermentatis ex praecepto Mosis (Exod. 2, 14 sqq.) utebantur. Hinc *τὰ ἄζυμα* intellige *λάγανα* (vid. Exod. 29, 2. Levit. 2, 4. 7, 2. 1 Chron. 23, 29), — a) *placentae non fermentatae*, quibus vescebantur Iudaei tempore paschatos, 1 Cor. 5, 8 *ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας*, instar placentarum non fermentatarum usi animi sinceritate. — b) dies festi, quibus pascha agebatur, Marc. 14, 1 *ἦν δὲ τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα*. (Exod. 34, 18. Levit. 23, 6. Num. 28, 17. Ioseph. ant. 2, 15. 1.) — *τῇ πρώτῃ (ἡμέρᾳ) τῶν ἀζύμων*, Marc. 14, 12. Matth. 26, 17. — *ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζ.* Luc. 22, 1. (Exod. 23, 15. 34, 17. Ioseph. ant. 3, 10. 5.) — *αἱ ἡμέραι τῶν ἀζ.* Luc. 22, 7. Act. 12, 3. 20, 6. *.

Ἀζώρ, *ὁ*, *Asor;* nom. propr. indecl. viri ex maioribus Christi, de quo caeterum nil constat. Matth. 1, 13. 14.

Ἄζωτος, *ου*, *ἡ*, *Azotus*, hebr. אַשְׁדּוֹד, *Asdod* (LXX *Ἀσηδώθ*), urbs Palaestinae maritima, inter Ascalonem et Iamniam, quae Act. 8, 40 commemoratur. Caeterum vid. Ios. 13, 3. 15, 46. 1 Sam. 5. Iudith. 2, 18. 1 Macc. 4, 15. 10, 77. Ioseph. ant. 5, 1. 22. ib. 5, 2. 4.

Ἀήρ, *έρος*, *ὁ*, (ab *ἄημι*, spiro, flo) *aër*, elementum spirabile, quod orbem terrarum circumdat, Apoc. 9, 2. 16, 17. (2 Sam. 22, 12. Ps. 18, 13 pro שַׁחַק.) — *εἰς τὸν ἀέρα*, in altum, Act. 22, 23. 1 Thess. 4, 17. — *ἀέρα δέρειν*, *aërem caedere*, de pugilibus, qui frustra mittunt caestus, vel ictu aberrant; sensus: frustra aliquid conari, nil efficere, 1 Cor. 9, 26. (Virg. Aen. 5, 376 *verberat ictibus auras*. Lucian. Hermot. p. 562 *λακτίζων εἰς τὸν ἀέρα*.) — *εἰς ἀέρα λαλεῖν*, *ventis verba profundere* (Lucret. 4, 932), i. e. frustra verba facere, ut nostrum: „es ist in den Wind gesprochen.“ 1 Cor. 14, 9. — Diabolus Eph. 2, 2 dicitur *ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος*. i. e. princeps spirituum in aëre inferiore versantium. (Alii minus recte *ἀέρα* h. l. explicant *caliginem* sive *tenebras*, ut *ἀήρ* legitur Iliad. 5, 776. 12, 240. 17, 646. Hesiod. Theogn. 119.) Test. duod. patr. (Fabric. Cod. Pseud. V. T. I. p. 729) *τὸ ἀέριον πνεῦμα τοῦ Βελιάρ*, ubi vero non liquet, sitne *ἀέριος* caliginosus, an in aëre versans. *.

Ἀθανασία, *ας*, *ἡ*, (ab *ἀθάνατος*, immortalis) ea natura alicuius, qua morti non est obnoxius, *immortalitas*, 1 Cor. 15, 53. 54. (Sap. 3, 4. 8, 14. 18. 15, 3.) — absoluta Deo soli tribuitur, 1 Tim. 6, 16 *ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν*. *.

Ἀθέμιτος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *θεμιτός*, legi conveniens, fas) *nefarius*, — *quod contra ius atque fas est*, *legibus vetitum;* 1 Petr. 4, 3 *ἀθέμ. εἰδωλολατρείαι*. (2 Macc. 7, 1 *ἀθεμίτων ὑείων*. ib. 10, 34 *λόγους ἀθεμίτους*. ib. 6, 5. Ioseph. bell. 4, 9. 10 *ἀθεμίτους ἡδονάς*.) — Act. 10, 28 *ἀθέμιτόν ἐστι*, *nefas est*. **.

Ἄθεος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *θεός*) propr. qui sine Deo est, i. e. sine eius auxilio, — qui Deum esse negat, nec eum colit, nec secundum eius praecepta vivit, *atheus*, *impius*.

Sic apud profanos. — Semel Eph. 2, 12 ubi Christiani e gentilibus quondam fuisse dicuntur *ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ*, i. e. verum Deum ignorantes. (Theodoretus explicat *ἔρημοι θεογνωσίας*.)

Ἄθεσμος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *θεσμός*, lex) et, qui sine lege est, exlex, et: legibus vetitus, *nefarius;* apud profanos non nisi de rebus; in N. T. autem bis 2 Petr. 2, 7. 3, 17 de hominibus *nefariis, impiis.* (3 Macc. 6, 26 *ἄθεσμοι αἰκίαι*, iniusta tormenta, et 5, 12 *ἄθεσμος πρόθεσις*, improbum consilium.)

Ἀθετέω, *ῶ*, (ab *ἄθετος*, [quod ex *ἀ* et *τίθημι*] abrogatus, reiectus) — LXX potissimum pro בָּגַד, passim etiam pro הֵפֵר et מָאַס — propr. *ἄθετον* facio, i. e. *abrogo, repudio, reiicio, sperno.* In N. T. semper sequitur accusativus, in versione alexandrina maxime *εἴς τινα* vel *ἔν τινι.* — Vario modo dicitur: — a) de rebus, *τὴν ἐντολήν* Marc. 7, 9. *τὴν βουλήν τινος* Luc. 7, 30. 1 Cor. 1, 19. (coll. Ies. 29, 14. Ps. 33, 10.) Gal. 2, 21. 3, 15. (1 Macc. 11, 36.) Hebr. 10, 28. (Ies. 24, 17. Ezech. 22, 26.) — *τὴν πίστιν*, fidem datam abrogare i. e. fallere, 1 Tim. 5, 12. (Ezech. 21, 8. Ier. 3, 20. Ps. 14, 4. 131, 11. Polyb. 11, 27 *ἀθετήσαντες τοὺς ὅρκους καὶ τὴν πίστιν.*) — b) de personis, Luc. 10, 16. Io. 12, 48. 1 Thess. 4, 8. Iud. v. 8. (Ies. 1, 2. Exod. 21, 8. 1 Sam. 2, 17.) — Marc. 6, 26 *οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι*, ubi *αὐτήν* ex negligentia quadam loquendi est pro *πίστιν* ei data, noluit promissum ei datum fallere. (Ioseph. ant. 15, 2. 6 *οὐδενὸς ἀθετήσειν, ὧν ἀξιοῖ*, fore ut Antonius in nulla, quamcunque petierit, re eam sit repudiaturus.) *.

Ἀθέτησις, *εως*, *ἡ*, (ab *ἀθετέω*) *abrogatio*, Hebr. 7, 18 de peccatis eorumque culpa; *abolitio* videl. per expiationem, Hebr. 9, 26. (Tantum apud seriores, ut Diog. Laërt. 3, 66. Apoll. Dysc. de contr. 1, 2.) *.

Ἀθῆναι, *ῶν*, *αἱ*, *Athenae*, urbs Graeciae olim nobilissima, a Cecrope condita, et a Minerva (*Ἀθήνη*) nomen nacta. Commemoratur Act. 17, 15. 16. 18, 1. 1 Thess. 3, 1. (5, 28 et 2 Thess. 3, 18 in varia lect.)

Ἀθηναῖος, *αία*, *αῖον*, *Atheniensis*, Act. 17, 21. 22.

Ἀθλέω, *ῶ*, (meliores scriptores *ἀθλεύω*, ab *ἆθλον*, praemium certaminis) *certo, certamen ineo in ludis publicis.* Semel 2 Tim. 2, 5. Coronabantur, qui victores discesserant e certaminibus. (*ἀθλοῦν* legitur Sap. 4, 2.) (Pollux onomast. 3, 30.)

Ἄθλησις, *εως*, *ἡ*, *certamen;* tropice: *conflictatio* cum calamitatibus et malis, Hebr. 10, 32. (Polyb. 5, 64. 6.)

Ἀθυμέω, *ῶ*, (ab *ἄθυμος*, qui *τὸν θυμόν*, animum, abiecit) *animum abiicio, despero, moerore, tristitia perturbor.* Semel Coloss. 3, 21 ubi vertendum est: *ne nimis perterreantur;* Lutherus bene: damit sie nicht scheu werden. Alii: ne vobis irascantur; sed minus recte. Etenim hebr. חָרָה, quod LXX 1 Sam. 15, 11. 2 Sam. 6, 8. 1 Chron. 13, 11 *ἀθυμεῖν* verterunt, ibi non est *irasci*, sed *animo valde perturbari*, confundi. 1 Sam. 1, 6. 1 Macc. 4, 27. Ioseph. ant. 9, 4, 6.

Ἀθῷος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *θωή*, poena, mulcta persolvenda) — LXX pro נָקִי — *qui* poena, et (causa pro effectu posita) qui *culpa vacat;* ergo tum *impunis*, Exod. 21, 28. Ioseph. ant. 4, 8. 27. tum *insons, innocens*, Matth. 27, 4 *αἷμα ἀθῷον*, insontem. (Deut. 27, 25. 1 Sam. 19, 5. Ier. 26, 15.) — Apud profanos genitivo iungitur: *ἀθῷός τινος*, immunis, liber ab aliqua re; nostri vero scriptores, secuti hebr. נָקִי מִן, dicunt *ἀθῷος ἀπό τινος*, Matth. 27, 24. (2 Sam. 3, 28. Gen. 24, 41. Contrariam sententiam vid. Ier. 26, 15. — Iosephus *ἀθῷον* quoque genitivo iungit, ut profani, sed habet etiam *καθαρὸς ἀπό*, ant. 4, 8. 16. 9, 4. 5.) *.

Αἴγειος, *ον*, (et *αἴγεος*, *εία*, *ον*, Exod. 25, 4.) (ab *αἴξ*, *αἰγός*, *capra, caper*) *hircinus, caprinus* (LXX hebr. עֵז *capra*, Num. 31, 20), Hebr. 11, 37 *ἐν αἰγείοις δέρμασιν*, induti vestibus e caprinis pellibus confectis. (Exod. 25, 4. 35, 6. 24. Ioseph. ant. 3, 6. 1.)

Αἰγιαλός, *οῦ*, *ὁ* (ab *ἅλς*, mare, et *ἀΐσσω*, vehor in aliquid) propr. littus planum, quod interdum inundatur a fluctibus maris (Xenophon anab. 6, 4. 4), *littus, ora maritima*, Matth. 13, 2. 48. Io. 21, 4. Act. 21, 5. 27, 39. 40. (Iud. 5, 17 ubi pro *παράλιαν θαλασσῶν* Alex. Ox. Ald. Compl. habent *παρ' αἰγιαλὸν θαλασσῶν.* Sir. 24, 14.) **.

Αἰγύπτιος, *ία*, *ιον*, (nomen gentile ab *Αἴγυπτος*) *Aegyptius*, vel: e gente Aegyptiorum, Act. 7, 24. 28 *Αἰγύπτιοι* incolae Aegypti, Act. 7, 22. Hebr. 11, 29., vel: *in Aegypto habitans, ex Aegypto oriundus*, Act. 21, 38 ubi *ὁ Αἰγύπτιος* est Iudaeus quidam ex Iudaeis in Aegypto habitantibus, qui inde venerat in Palaestinam, seque pro Messia venditaverat. Iosephus ant. Iud. 20, 8. 6 et de bello Iud. 2, 13. 5 rem narrat, nomen vero viri quoque non affert, sed simpliciter dicit: *ὁ Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης*, falsus ille propheta, qui ex Aegypto venerat. Manus seditiosorum ab eo collecta a Felice, procuratore Iudaeae, dissipata quidem est, ipse autem evasit.

Αἴγυπτος, *ου*, *ἡ*, *Aegyptus*, nobilissima Africae regio, a Nilo irrigata, inter Arabiam, sinum arabicum, Aethiopiam, Lybiam et mare mediterraneum sita, et inde ab antiquissimis temporibus agricultura, mercatura, artibus et scientia illustris, nomen (ut refert Euseb. in chron.) ab Aegypto, Beli filio, nacta, Hebraeis autem מִצְרַיִם dicta, a filio Chami secundo, quem Israelitae gentis Aegyptiacae auctorem habebant. Commemoratur in N. T. Matth. 2, 13. 14. 15. 19. Act. 2, 10. 7, 9. Hebr. 3, 16. 11, 26. 27 et saepius; et plene *γῆ Αἰγύπτου* Act. 7, 36. 40. 13, 17. Hebr. 8, 9. Iud. v. 5. 1 Macc. 1, 19. — Apoc. 11, 8 inservit reipublicae Iudaicae descriptioni, improba et pertinace Iudaeorum erga Dei consilia inobedientia et vexatione proborum comparata cum veterum Aegyptiorum impietate et inimicitia adversus populum Dei.

Ἀΐδιος, *ον*, (ab *ἀεί*) *sempiternus, perpetuus*, Rom. 1, 20 *ἀΐδιος δύναμις.* coll. 1 Sam. 7, 26. — Iud. v. 6 *δεσμοὶ ἀΐδιοι*, perpetua, nunquam solvenda vincula. (Ioseph. ant. 4, 8. 2 *ἀΐδιον τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν.*) *.

Αἰδώς, *όος*, *οῦς*, *ἡ*, (ab *ἀ* priv. et *εἴδω*) 1) proprie *pudor*, qui oculos avertit, vel aliquid aliorum oculis subducit, — *pudor*, 1 Tim. 2, 9 ubi mulieres *κοσμεῖν ἑαυτάς* iubentur *μετὰ αἰδοῦς*, *pudice*, i. e. ne oculi aliorum offendantur. coll. 3 Macc. 1, 19 ubi mulieres *τὴν αἰδῶ παραλελοιποῦσαι*, pudorem abiicientes commemorantur. (Ioseph. ant. 2, 4. 4.) — ut Latinor. *pudor* dicitur 2) de *verecundia, reverentia*, qua illicitum facere erubescimus, Hebr. 12, 28 *λατρεύειν τῷ θεῷ μετὰ αἰδοῦς*, *reverenter*, ita ut mali nos pudeat. (Ioseph. ant. 6, 12. 7 *αἰδὼς ἐπὶ γέρουσιν.* ib. 4, 8. 14. Plutarch. Timol. 7. Test. XII patr. (apud Fabric. Cod. Pseud. I, p. 705): *αἰδέσθητι τὸν κύριον, καὶ μὴ ποιήσῃς τὴν πρᾶξιν ταύτην τὴν πονηράν.*) *.

Αἰθίοψ, *οπος*, *ὁ*, (ab *ὤψ*, facies et *αἴθομαι* uror, ut putant, qui adusta est facie) *Aethiops*, Hebraeis כּוּשִׁי a Cusch, Chami filio. Semel Act. 8, 27. (Ier. 13, 23. 38, 7.)

Αἷμα, *τος*, *τό*, — apud LXX hebr. דָּם respondens — 1) *sanguis* a) universe, Luc. 8, 43 sq. 22, 44. Marc. 5, 25. 29. — tropice: *sanguini simile* propter nigrescentem colorem, Act. 2, 19. (Ioel. 2, 31.) Apoc. 8, 7. 8. 11, 6. 16, 3. 4. — *εἰς αἷμα* Act. 2, 20 de luna, i. e. *ὡς αἷμα*, ut legitur Apoc. 6, 12. — b) sanguis, qui profunditur, velut *victimarum*, Act. 15, 20. 29. 21, 25. Hebr. 9, 7. 12. 13. 18—25. c. 10, 4. 11, 28. 13, 11. — *hominum*, Luc. 13, 1. Io. 19, 34. Apoc. 14, 20 ubi quidam *αἷμα* explicant *αἷμα σταφυλῆς*, sanguis uvae (ut Gen. 49, 11. Deut. 32, 14. Sirac. 39, 26), Apoc. 17, 6. — sanguis Christi in cruce profusus, *αἷμα τοῦ Χριστοῦ* (*αἷμα τοῦ ἀρνίου*, Apoc. 7, 14. 12, 11. 19, 13), et quidem respectu habito α) sacrae coenae, Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. 1 Cor. 10, 16. 11, 25. 27. fortasse etiam Io. 6, 53—58. et 1 Io. 5, 6. 8. — β) colligendi coetus Christianorum, Act. 20, 28. Col. 1, 20. Eph. 2, 13. — γ) expiationis per mortem Christi effectae, Rom. 3, 25. 5, 9. Eph. 1, 7. (Coloss. 1, 14.) Hebr. 9, 12. 14. 10, 19. 1 Petr. 1, 2. 19. 1 Io. 1, 7. Apoc. 1, 5. 5, 9. — δ) novi foederis, Hebr. 10, 29. 12, 24. 13, 20. — c) *αἷμα καὶ σάρξ*, *humanum corpus*, homo tanquam animal sensibus subiectum, adiuncta notione imbecillitatis, Matth. 16, 17. 1 Cor. 15, 50. Gal. 1, 16. Eph. 6, 12. Hebr. 2, 14. coll. Sir. 14, 18. — d) *αἷμα δίκαιον* Matth. 23, 35. et *αἷμα ἀθῷον* Matth. 27, 4 pro *αἷμα τῶν δικαίων*, *τοῦ ἀθῴου.* (1 Sam. 25, 26. 31. 1 Reg. 2, 5. Ier. 7, 6.) — e) *αἷμα ἐκχύνειν*, *sanguinem profundere*, i. e. *caedem committere*, Luc. 11, 50 sq. Act. 22, 20. Rom. 3, 15. Apoc. 16, 6. (hebr. שָׁפַךְ דָּם Gen. 37, 22. Ezech. 18, 10.) — Inde 2) *caedes* cum sanguinis profusione coniuncta, Matth. 23, 30. 27, 6. 8. 24. Act. 1, 19. Apoc. 6, 10. 19, 2. (Gen. 4, 10. 2 Sam. 16, 7 et apud profanos.) Apoc. 18, 24 *ἐν αὐτῇ αἵματα προφητῶν καὶ ἁγίων εὑρέθη*, i. e. contaminata est caede prophetarum sanctorumque. (coll. Ezech. 24, 6 *πόλις αἱμάτων.*) — Hebr. 12, 4 *μέχρις αἵματος*, usque ad caedem, i. e. ita ut in vitae discri-

men venissetis. — Ex hebraismo: *caedis culpa et poena*, Matth. 23, 35. 27, 25. Act. 5, 28. 18, 6. 20, 26. (Num. 35, 27. Iud. 9, 24. Ezech. 18, 33. 33, 4. 38, 22. 2 Sam. 1, 16. coll. Levit. 16, 21. et Herodot. 2, 39.) — Quum veteres animam sive halitum vitalem in sanguine esse putarent (Gen. 9, 4. Levit. 17, 11. Deut. 12, 23. Ioseph. ant. 3, 11. 2) αἷμα, ut Latinor. *sanguis* et nostrum *Blut*, — 3) dicitur de generatione, Act. 17, 26 ἐξ ἑνὸς αἵματος, ex unius sanguine. (Ioseph. ant. 2, 6. 3 ἐσμὲν ἀδελφοὶ καὶ κοινὸν ἡμῖν αἷμα. ib. 20, 10 ἐξ αἵματος Ἀαρῶνος. Saepius apud profanos.) Io. 1, 13 οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων ἐγεννήθησαν, non geniti sanguine maiorum, non filii Dei ex cognatione cum Abrahamo. (Ioseph. ant. 4, 8. 45 οἱ ἐξ αἵματος, Israelitae.) *.

Αἱματεκχυσία, ας, ἡ, (ab αἷμα et ἐκχύνειν, formatum ut φωτοχυσία) *profusio sanguinis, sanguinis profundendi ritus*. Est ἅπαξ λεγόμενον Novi Test. Hebr. 9, 22.

Αἱμοῤῥοέω, ῶ, (ab αἱμόῤῥοος, sanguinis profluvio laborans) *sanguinis profluvio laboro*; semel, Matth. 9, 20 de muliere profluvio sanguinis e matrice laborante. — LXX Levit. 15, 33. Hippocr. de haem. 893 G. Plutarch. Tom. X. p. 791. 7. ed. *Reisk*.

Αἰνέας, ου, ὁ, *Aeneas*, nomen propr. viri caeterum ignoti, Act. 9, 33 sqq.

Αἴνεσις, εως, ἡ, (ab αἰνέω) in versione LXX hebr. תּוֹדָה saepissime respondens, — *laudatio*, laudandi actus, 2 Chron. 20, 22. — *laudes ipsae*; Esdr. 10, 11 laudes ob beneficia accepta, *gratiarum actio*; Hebr. 13, 15 θυσία αἰνέσεως i. e. Dei eiusque beneficiorum laudatio, quae ore fit ex pia mente et sacrificii loco est. (Iudith. 16, 1. (15, 14 in aliis libris.) Sir. 32, 2 et Ps. 107, 22. 116, 17. Ps. 50, 23. Clemens Alex. stromat. 7, 6.) *.

Αἰνέω, ῶ, (ab αἶνος) *praedico, laudo, hymnis celebro*, in versione LXX hebr. בֵּרַךְ, שִׁיר, הִלֵּל. In N. T. legitur Luc. 2, 13. 20. 19, 37. 24, 53. Act. 2, 47. 3, 8. 9. Rom. 15, 11. Apoc. 19, 5. et quidem non nisi de Dei laudatione. *.

Αἴνιγμα, τος, τό, *aenigma* (ab αἰνίττομαι, *obscure aliquid significo*), *sermo, cuius sensus non patet*, Sir. 39, 3. 47, 15. Sap. 8, 8. 1 Reg. 10, 1. Prov. 1, 6. — 2) quaelibet *obscura rei* alicuius *significatio*. Sic Num. 12, 8 et apud Philon. de allegor. II, p. 80 opponitur τῷ εἴδει, eodemque sensu in N. T. semel 1 Cor. 13, 12 ubi est: videmus non res coelestes ipsas, sed earum obscuras imagines. *.

Αἶνος, ου, ὁ, 1) dictum; narratio, sententia, i. q. ἀπόφθεγμα (Sir. 15, 9. 10 et saepius apud Homer. et alios). — 2) *laus, laudes in oratione solemni prolatae*, Matth. 21, 16. (Ps. 8, 2.) Luc. 18, 43. (Esdr. 3, 11. Sap. 18, 9. Clem. Alex. strom. 7, 6. 7 οἱ αἶνοι laudes Dei in conventibus Christianorum. Sic apud poetas, ut Pind. Ol. 2, 173. 6, 18.) **.

Αἰνών, ἡ, *Aenon*, nomen vel urbis vel fontis Io. 3, 23 commemoratae, de qua vero caeterum nil constat.

Αἵρεσις, εως, ἡ, (ab αἱρέω, capio) 1) τὸ capere; (Ioseph. ant. 7, 7. 5 τὴν αἵρεσιν τῆς πόλεως. et apud profanos.) — 2) (ab αἱρέομαι) electio, optio, Gen. 49, 5. Levit. 22, 18. 21. 1 Macc. 8, 30. Ioseph. ant. 7, 13. 2. — 3) *electa vitae disciplina, secta*, Act. 5, 17. 15, 5. 24, 5. 14. 26, 5. 28, 22. (Plat. Phaed. p. 256 C. Ignat. epist. ad Ephes. §. 6. Clem. Alex. stromat. 1, 7 αἱρέσεις de familiis philosophorum, ut apud Athen. et Diog. L. De sectis in republica Polyb. 2, 61.) — Ex adiuncto apud nostros scriptores in malam partem dicitur et est *dissensiones*, 1 Cor. 11, 19. Gal. 5, 20. 2 Petr. 2, 1. *.

Αἱρετίζω, aor. 1. ᾑρέτισα, (ab αἱρετός, captus, electus; exoptatus) — usitatum in codice graeco V. T. pro αἱρέομαι, et respondens hebr. בָּחַר et חָפֵץ, — 1) eligo, Ps. 132, 14 sq. Iud. 5, 8. 1 Chron. 28, 4. 6. 2 Chron. 29, 11. 3 Esdr. 8, 10. — Ex adiuncto: — 2) aliis *praefero, amo*; semel Matth. 12, 18. (Gen. 30, 20 αἱρετιεῖ με ὁ ἀνήρ μου. Num. 14, 8. Mal. 3, 17. 3 Esdr. 4, 19. Eodem sensu αἱρέομαι 1 Sam. 19, 2 καὶ Ἰωνάθαν ᾑρεῖτο [in edit. Complut. ἠγάπα] τὸν Δαυὶδ σφόδρα.) Hesych. ᾑρετισάμην· ἠγάπησα, ἐπεθύμησα, ἠθέλησα, ἠράσθην.

Αἱρετικός, οῦ, ὁ, (ab αἱρετίζω) apud profanos, ni fallor, non legitur, excepto Platonis loco Defin. p. 412 A, ubi est: eligendi facultatem habens, sed frequenter apud scriptores ecclesiasticos (vid. *Suiceri* thesaur. ecclesiast. s. h. v.), ubi est: *dissensiones faciens, errores* in doctrina christ. *spargens, sectam instituens*; in N. T. semel Tit. 3, 10 ubi dictum videtur de homine dissensiones excitante et concordiam turbante. (In V. T. semel Sir. 11, 31 in codd. quibusdam pro αἱρετοῖς.)

Αἱρέομαι, f. ἥσομαι, aor. 2 εἱλόμην, (ab αἱρέω, capio) propr. capio mihi; *eligo, praefero, volo quia placet*; Phil. 1, 22 τί αἱρήσομαι, quid praeferendum, exoptandum mihi sit, quid magis placeat? (Ier. 8, 3.) 2 Thess. 2, 13 εἵλετο (boni libri εἵλατο) ὑμᾶς ὁ θεὸς εἰς σωτηρίαν, elegit vos etc. (Deut. 26, 17. 18. 2 Sam. 15, 15. 2 Macc. 11, 25. Iob. 34, 4. Ioseph. ant. 9, 6. 1 ὅτι τὸ θεῖον αὐτὸν ᾕρηται βασιλέα. ib. 3, 8. 1.) — Hebr. 11, 25 μᾶλλον ἑλόμενος, multum praeferens. (Plat. Gorg. c. 24 ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν.) *.

Αἴρω, f. ἀρῶ, aor. 1 ἦρα, perf. ἦρκα (Coloss. 2, 14), perf. pass. ἦρμαι (Io. 20, 1), aor. 1. pass. ἤρθην, fut. 1. pass. ἀρθήσομαι, — hebr. נָשָׂא, cui in versione alexandrina maxime respondet, — Latinor. *tollo*, 1) *tollo, attollo, ich hebe auf, in die Höhe*; — a) propr. ut humo pisces Matth. 17, 27. lapides Io. 8, 59. serpentes Marc. 16, 18. — e maris fundo ancoras Act. 27, 13 ubi ad ἄραντες supplendum est τὰς ἀγκύρας, solutis ancoris. (Vid. *Lamb. Bos.* ellips. gr. p. 14 sq. ed. Schäf. *Kypkii* obss. s. II, p. 135.) Inde ἄραντες saepissime apud profanos de iis, qui solutis ancoris ulterius navigant, et sequitur saepius ἐκ, ἀπό, ἐκεῖθεν. Arrian. exped. Alex. 6, 21 ἄρας ἐκ παττάλων. Etiam de pedestri itinere exercitus, Ioseph. ant. 9, 11. 1 ἄρας μετὰ πάσης τῆς στρατιᾶς. (Ibid. 3, 1. 7 ἐκεῖθεν ἄραντες.) — manum, Apoc. 10, 5. 6. (Ies. 10, 15. 49, 22.) — passiv. Matth. 21, 21 ἄρθητι, tollitor, tolle te. — b) tropice: *elevo*, oculos, Io. 11, 41. (Ps. 121, 1. 123, 1); vocem, i. e. alta voce loquor, clamo, cano, Luc. 17, 13. Act. 4, 24. (Iud. 21, 2. 1 Sam. 11, 4.) — αἴρειν τὴν ψυχήν τινος, propr. elevare animum alicuius, i. e. commoveo, excito eius animum spe, metu, aliove modo, nostrum *aufregen*; Io. 10, 24 ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις, quousque tandem fiet, ut commoveas animos nostros, videlicet spe, te esse Messiam et vindicem nostrum. (Ioseph. ant. 3, 2. 3 οἱ δὲ ἦσαν ἐπὶ τὸν κίνδυνον τὰς ψυχὰς ἠρμένοι (animis alacriores), καὶ πρὸς τὸ δεινὸν ἑτοίμως ἔχοντες. ib. 3, 5. 1 ἠρμένοι ταῖς διανοίαις. Philostr. 2, 4 κἀμὲ πάνυ αἴρει ὁ λόγος ὃν εἴρηκεν. Sic ἐπαίρειν, Philo Leg. ad Cai. p. 1016 E: τούτοις παραλόγοις λογισμοῖς ἐπάρας καὶ συγκροτήσας ἑαυτόν. — Alii vertunt: suspensum tenere animum, videl. vana spe. — Aliena vero est a nostro loco locutio hebr. נָשָׂא נֶפֶשׁ seq. אֶל Hos. 4, 8. Ps. 25, 1. item Ps. 86, 4. 143, 8. quum significet: desiderio ferri ad aliquid. — 2) *tollo et mihi impono, porto*, Matth. 4, 6. (Ps. 91, 12.) 11, 29. 16, 24. 27, 32. Marc. 2, 3. 8, 34. 10, 21. (Thren. 3, 27 αἰρ. ζυγόν.) Apoc. 18, 21. (Ios. 4, 5. Ies. 60, 4.) — *mecum fero*, Marc. 6, 8. Luc. 9, 3. 22, 36. 11, 52. (Gen. 44, 1. Ies. 46, 1.) — 3) *sublatum aufero*, velut mortuum, lectum, cibos, Matth. 9, 6. 14, 12. 20. 15, 37. 20, 14. 22, 13. 24, 17 sq. Marc. 2, 11. 6, 29. 43. 8, 8. 19. 20. 15, 24. Luc. 9, 17. 19, 21 sq. Io. 2, 16. 19, 31. 38. 20, 1. 2. 13. (1 Macc. 9, 19.) Act. 20, 9. 21, 11. — αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, auferens peccata mundi, ut non amplius sint, i. e. non puniantur, Io. 1, 29. 1 Io. 3, 5. Sic αἴρειν τὴν ἁμαρτίαν 1 Sam. 15, 24. Sed quum αἴρειν in versione alexandrina saepius sit: in me suscipio et porto, ut Gen. 45, 23. Deut. 10, 8. 31, 9. 2 Chron. 35, 3. et hebr. נָשָׂא cum vocabulo *peccati* coniunctum saepius de eo dicatur, quem poena manet, qui eam luit, quasi portat (ut Num. 14, 33 ἀναφέρειν τὴν πορνείαν. Ezech. 18, 19. 20. 23, 35 λαμβάνειν τὴν ἀσέβειαν. Mich. 7, 9 ὑποφέρειν τὴν ὀργήν. coll. Gal. 5, 10), alii αἴρειν explicant: *in se suscipere* poenas; sed obstat, quod in nullo alio loco *graecum* αἴρειν hoc sensu cum ἁμαρτίᾳ iungatur. — 4) *Aufero* simpliciter, evanescente notione tollendi, — a) propr. Luc. 6, 29. 30. 11, 22. Io. 10, 18. — *e medio tollo*, nostrum: *wegschaffen*, Luc. 23, 18. Io. 19, 15. (LXX pro הֵסִיר, Gen. 35, 2 ἄρατε τοὺς θεοὺς ἀλλοτρίους.) — e coetu *eiicio*, 1 Cor. 5, 2 ubi ἀρθῇ pro ἐξαρθῇ legendum est. — e vivis tollo aliquem, Io. 17, 15. Act. 8, 33. et simplex αἴρειν vita privare aliquem, Matth. 24, 39. Act. 21, 36. (Ies. 57, 1. 2 ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται. ib. 53, 8. 1 Macc. 5, 2.) — ramos: abscindere, Io. 15, 2. — Matth. 9, 16 αἴρει scil. τι, aufert simul panniculus partem vestis iam detritae. Vid. locum parallelum Marc. 2, 21. — b) tropice, Io. 11, 48 ἀροῦσι ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος, auferent i. e. evertent et urbem et gentem. — 1 Cor. 6, 15 ἄρας τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ποιήσω πόρνης μέλη, auferens s. eripiens membra ministerio Christi. — regnum coeleste, Matth. 21, 43.

Poenas, Act. 8, 33. Vitia, Eph. 4, 31. Dona, Marc. 4, 25. (Ies. 16, 10 ἀρθήσεται εὐφροσύνη.) Legem i. e. abrogo, Col. 2, 14. (1 Macc. 3, 29.) *.

Αἰσθάνομαι, aor. 2. ᾐσθόμην, (ab ἀΐω, sensu percipio, unde ἀΐσθω contr. αἴσθω) *sentio, percipio*, primum sensibus; — tum mente, Luc. 9, 45. (LXX pro הֵבִין Iob. 23, 5. pro יָדַע Prov. 24, 14. Ioseph. ant. 1, 20. 2.) *.

Αἴσθησις, εως, ἡ, (ab αἰσθάνομαι) *sensus, perceptio*, propr. per sensus; inde *cognitio* mentis. Semel Phil. 1, 9 ubi ab ἐπιγνώσει vel non differre videtur, quum Hebraeis solitum sit, notionem sapientiae duplici verbo significare (vid. 2 Chron. 1, 10—12. Ies. 11, 2. 40, 14. Prov. 2, 6. Exod. 28, 3 ubi LXX רוּחַ חָכְמָה verterunt: πνεῦμα σοφίας καὶ αἰσθήσεως. coll. Rom. 11, 33. 1 Cor. 1, 5), vel ἐπίγνωσις est intelligentia rerum divinarum, contemplatione animi acquisita, et αἴσθησις sapientia in rebus humanis experientia aucta. In versione LXX respondet hebr. דַּעַת, Prov. 1, 22. 2, 10. 3, 20. 5, 2. Iudith. 16, 17.

Αἰσθητήριον, ου, τό, 1) sentiendi instrumentum; Hesych. αἰσθητήρια· τὰ μέλη, δι' ὧν αἰσθανόμεθα, Philo de alleg. II, p. 94 E. et saepe apud profanos; — etiam facultas sentiendi. Nostri: *facultas percipiendi*, tum per sensus, tum mente, Hebr. 5, 14 αἰσθητήρια γεγυμνασμένα, facultas intelligendi, usu bene exculta. (Ier. 4, 19 τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας. 4 Macc. 2, 22 ὁ θεὸς τὸν ἡγεμόνα νοῦν διὰ τῶν ἔνδον αἰσθητηρίων ἐνεθρόνισε.) **.

Αἰσχροκερδής, ἐς, genit. οῦς, (ab αἰσχρός et κέρδος) *turpis lucri cupidus*. Bis 1 Tim. 3, 8. (et ib. v. 3 in textu vulg.) Tit. 1, 7. (Herodot. 1, 187.)

Αἰσχροκερδῶς, adv. *ita, ut turpe lucrum quaeras*. Semel 1 Petr. 5, 2. (Apud profanos non legitur.)

Αἰσχρολογία, ίας, ἡ, (ab αἰσχρολόγος, obscoena loquens) *turpitudo verborum*, turpiloquium (ut Tertullianus dicit), *sermones obscoeni*. Semel Col. 3, 8. (Xenoph. de rep. Lac. 5, 6. Aristot. pol. 7, 17.)

Αἰσχρός, ά, όν, 1) *deformis, foedus* (LXX Gen. 41, 3), — 2) *turpis, inhonestus*, 1 Cor. 11, 6. 14, 35. Eph. 5, 12. Tit. 1, 11. *.

Αἰσχρότης, τητος, ἡ, (ab αἰσχρός) 1) *deformitas*; — ad mores translatum: 2) *turpitudo, inhonestas* cum agendi tum loquendi. Semel Eph. 5, 4.

Αἰσχύνη, ης, ἡ, (ab αἶσχος, deformitas, turpitudo) hebr. בֹּשֶׁת, חֶרְפָּה et similia, 1) subiective: *pudor ob illicita et inhonesta*, Luc. 14, 9. Sir. 4, 21. 20, 23. — 2) obiective: *ignominia, contumelia*, Hebr. 12, 2. Sir. 22, 3. 25, 22. — 3) res, cuius nos pudere debet, *flagitium, turpitudo*, 2 Cor. 4, 2 τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, *occulta dedecora* i. e. clandestinae machinationes, quarum apostolum Iesu debeat pudere. Phil. 3, 19 ἡ δόξα αὐτῶν ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, i. e. qui in flagitiis quaerunt gloriolam. Pluralis αἱ αἰσχύναι eodem sensu Iud. v. 13. — In loco Apoc. 3, 18 ἡ αἰσχύνη non significat *pudenda*, sed ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητος est ex hebraismo γυμνότης αἰσχρά, turpis nuditas. cf. 1 Sam. 20, 30 εἰς αἰσχύνην ἀποκαλύψεως μητρός σου, pro εἰς ἀποκάλυψιν αἰσχύνης. *.

Αἰσχύνω, (ab eodem) *pudefacio* (Prov. 29, 15), in passivo, ut hebr. בּוֹשׁ, *pudefio, pudore suffundor*, Phil. 1, 20 ex frustratione conatus et spei (Ps. 25, 2. 3. Ps. 31, 1.) — 2 Cor. 10, 8 ex munere apostolico peracto (Sir. 24, 22.) — 1 Ioh. 2, 28 per alterius reprobationem sive reprehensionem. (Ezech. 16, 52. Prov. 20, 4.) — In medio: *pudefacio me, pudet me, erubesco*, Luc. 16, 3. dedecori mihi duco 1 Petr. 4, 16. (Prov. 13, 5. Gen. 2, 25.) *.

Αἰτέω, ῶ, — LXX pro שָׁאַל — (formatum a sono αἰ, qui desiderantis, optantis est) 1) propr. *rogo* aliquid quod opto, desidero, *rogo, postulo*; in medio: rogo mihi, ich bitte mir etwas aus, a) absolute, Matth. 7, 7. 8. 20, 22. Luc. 11, 9. 10. Io. 16, 24. 1 Io. 5, 16. — Medium: Marc. 6, 25. 11, 24. 15, 8. Luc. 23, 23. Io. 15, 7. 16, 26. Act. 3, 14. 13, 28. Iac. 1, 6. 4, 2. 3. — b) αἰτεῖν et αἰτεῖσθαί τι, Matth. 7, 10. 14, 7. 21, 22. Marc. 6, 24. 10, 35. 38. 15, 43. Io. 14, 13. 14. Act. 12, 20. 16, 29 et saepius. — αἰτ. τι παρά τινος, Matth. 20, 20. Io. 4, 9. Act. 3, 2. 9, 2. Iac. 1, 5. 1 Io. 5, 15. — Matth. 18, 19 πράγματος οὗ (ex attractione pro ὅ) ἐὰν αἰτήσωνται, Eph. 3, 20 ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα. — c) αἰτεῖν τινα, rogare aliquem, Matth. 5, 42. 6, 8. 7, 11. Marc. 6, 22. 23. Luc. 6, 30. 11, 13. Io. 4, 10. — d) αἰτεῖν τινά τι, rogare, postulare ab aliquo aliquid, Matth. 7, 9. Luc. 11, 11. 12, 48. Io. 11, 22. 15, 16. 16, 23. 1 Petr. 3, 15. — e) αἰτεῖσθαί τινα, rogare sibi aliquem, precibus sibi expetere aliquem, Matth. 27, 20. Marc. 15, 6. Luc. 23, 25. Act. 13, 21. — 2) Medium ex hebraismo, ut hebr. שָׁאַל (Deut. 14, 26. Ion. 4, 8) *desidero, opto*, seq. infinitivo Act. 7, 46. Eph. 3, 13. — seq. ἵνα Col. 1, 9. (1 Reg. 19, 4 ᾐτήσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀποθανεῖν. Eccl. 2, 10 πᾶν ὃ ᾔτησαν οἱ ὀφθαλμοί μου.)

Αἴτημα, τος, τό, (ab αἰτέω) — LXX pro שְׁאֵלָה — 1) *petitum, res petita*, Luc. 23, 24. (1 Sam. 1, 17. 27.) — ex hebraismo (vid. Αἰτέω) 2) *mentis desideria* (τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας, Ps. 37, 4.) Phil. 4, 6. 1 Io. 5, 15. *.

Αἰτία, ας, ἡ, 1) *causa, ratio*; Matth. 19, 3 κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. — δι' ἣν αἰτίαν, qua de causa, quare, Luc. 8, 47. Act. 22, 24. 2 Tim. 1, 6. 12. Hebr. 2, 11. (3 Esdr. 2, 23. 2 Macc. 4, 28. 35. 42. 8, 26.) — ratio, res, Act. 10, 21. 28, 20. (Susann. v. 14.) — Matth. 19, 10 εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός, Latinor. si sic res se habet, si haec est ratio. (Sic hebr. דָּבָר est nonnunquam: res, Cohel. 7, 8. Gen. 20, 8. et ratio rei, Deut. 15, 1. 19, 4. 1 Reg. 9, 15.) — 2) *causa*, sensu forensi, et quidem a) *accusatio, crimen quod defertur*, Act. 25, 18 αἰτίαν ἐπιφέρειν. ibid. v. 27. (Phavor. αἰτία· ἡ κατηγορία.) — b) *crimen, delictum*; αἰτίαν εὑρίσκειν, Io. 18, 38. 19, 4. 6. Act. 13, 28. 28, 18. — Matth. 27, 37. Marc. 15, 26. (Gen. 4, 13 μείζων ἡ αἰτία [עָוֹן] μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Prov. 28, 17 ἄνδρα τὸν ἐν αἰτίᾳ φόνου.) Eodem modo apud profanos. *.

Αἰτίαμα, τος, τό, vid. *Αἰτίωμα*.

Αἰτιάομαι, *accuso, criminor*; Rom. 3, 9 in Var. Lect. pro προαιτιάομαι.

Αἴτιος, ία, ιον, (ab αἰτία) qui causa est alicuius rei; ὁ αἴτιός τινος, substantive: *auctor* rei; semel, Hebr. 5, 9 αἴτιος σωτηρίας. (Ioseph. ant. 3, 3 θεὸν τῆς σωτηρίας αἴτιον. Drac. v. 42 τῆς ἀπωλείας αἰτ. 2 Macc. 4, 47. 13, 4.) — τὸ αἴτιον, substantive, 1) i. q. αἰτία, *causa*, Act. 19, 40. (Ioseph. ant. 7, 4. 1.) — 2) *culpa, crimen*, Luc. 23, 4. 14. 22. (αἴτιος, reus criminis, Susann. v. 53. 1 Sam. 22, 22.) **.

Αἰτίωμα, τος, τό, (ab αἰτιάομαι, *accuso*) pro quo profani (Thucyd. 5, 72. Hesych. αἰτιαμάτων· ἐγκλημάτων.) usurpant αἰτίαμα, *accusatio*, crimen, cuius quis accusatur. Semel Act. 25, 7 ubi ex auctoritate libror. optimorum pro αἰτιάματα, quod extat in textu vulgari, reposuit *Griesbachius* αἰτιώματα.

Αἰφνίδιος, ον, (ab ἄφνω, sive αἴφνης, ex improviso) *subitus, repentinus, ex improviso, praeter opinionem superveniens*; in N. T. bis, Luc. 21, 34. 1 Thess. 5, 3. cf. Sap. 17, 15. 2 Macc. 14, 17. 3 Macc. 3, 24. Ioseph. ant. 3, 8. 6. ib. 4, 3. 3.

Αἰφνιδίως, adv. *repente, subito*; Luc. 21, 34 in Var. Lect. (Ios. ant. 6, 5. 3.)

Αἰχμαλωσία, ας, ἡ, (ab αἰχμάλωτος) vocab. militare 1) actus *comprehensionis*, Ioseph. ant. 10, 9. 7. et apud Diod. Sic. et Plutarch. — 2) status *captivitatis*; sic saepius in versione LXX respondet hebr. גּוֹלָה (Amos. 1, 15. Ioseph. ant. 10, 4. 5.) — 3) *captivi ipsi*, Apoc. 13, 10. (Ezech. 1, 1. 3, 11. 11, 24 sq. 2 Chron. 28, 15. 1 Macc. 9, 70. 72. Diod. Sic. 17, 70.) Eodem sensu Eph. 4, 8 ubi αἰχμαλ. sunt homines in diaboli et peccati servitute versati, ut in Test. XII patriarch. (Fabricii Cod. Pseud. V. T. I, p. 654), ubi de Messia, qui τῷ *Βελιάρ* bellum intulisset, leguntur: τὴν αἰχμαλωσίαν λάβῃ ἀπὸ τοῦ Βελιὰρ ψυχὰς ἁγίων, καὶ ἐπιστρέψει καρδίας ἀπειθεῖς πρὸς κύριον, καὶ δώσει τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν εἰρήνην αἰώνιον. Act. Thomae §. 10 ὁ πρεσβευτής (Christus), ὁ ἀπὸ τοῦ ὕψους ἀποσταλείς, καὶ ἕως τοῦ ᾅδου καταντήσας, ὃς καὶ τὰς θύρας ἀνοίξας ἀνήγαγεν ἐκεῖθεν τοὺς ἐγκεκλεισμένους πολλοὺς χρόνους ἐν τῷ τοῦ κόσμου ταμείῳ, καὶ τούτοις ἄνοδον ὑποδείξας τὴν εἰς το ὕψος ἀνάγουσαν.) *.

Αἰχμαλωτεύω, aor. 1. ᾐχμαλώτευσα, (ab αἰχμάλωτος) quod verbum *Lobeckius* (ad Phrynich. p. 442) extremae Graeciae aetati proprium esse dicit, quod vero frequens est in versione alexandrina pro hebr. גָּלָה, שָׁבָה, לָקַח, — 1) armis capio (1 Macc. 8, 10); — 2) *captivum abduco*, Eph. 4, 8 ubi, quod ad sensum attinet, est: meum facio, mihi vindico nimirum ereptos potestati mortis. — [2 Tim. 3, 6.

vid. Αἰχμαλωτίζω.] (1 Sam. 30, 2. Iob. 1, 15. 17. 2 Chron. 6, 36. Constant. Porphyr. Adm. 30, 94. Nicet. Ann. 16, 5.) *.

Αἰχμαλωτίζω, (ab αἰχμάλωτος) quod non nisi apud seriores scriptores legitur (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 442), et quo LXX pro hebr. גָּלָה et שָׁבָה usi sunt, est 1) *captivum facio*; (propr. Iud. 5, 12. Ies. 49, 25. Ioseph. ant. 10, 9, 5 et 7. ib. 1, 9.) — tropice: *subiicio, in servitutem redigo*, Rom. 7, 23 αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ, subiicientem me in servitutem legis. 2 Tim. 3, 6 αἰχμαλωτίζοντες γυναικάρια mulierculas captantes. (Iudith. 16, 9 τὸ κάλλος αὐτῆς ᾐχμαλώτισε ψυχὴν αὐτοῦ. Epiphan. adv. haer. prooem. §. 1 de iis utitur, qui alios ad errores seducunt. Cod. Pseud. V. T. Fabric. I. p. 529 mulieres τῷ ἔργῳ αἰχμαλωτίζουσιν, viros rei venereae captant.) — 2) *captivum abduco*, ἔκ τινος, ex loco (Ignat. epist. ad Ephes. §. 17 μὴ αἰχμαλωτισθῇ (ecclesia) ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν.) — ἀπό τινος εἴς τι, ex loco in locum; Luc. 21, 24 αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη. (1 Reg. 8, 46. 1 Macc. 10, 33 αἰχμαλωτισθεῖσα ἀπὸ γῆς Ἰούδα εἰς πᾶσαν βασιλείαν μου. Sic et αἰχμαλωτεύειν Ezech. 12, 3 αἰχμαλωτευθήσῃ ἐκ τοῦ τόπου σου εἰς ἕτερον τόπον.) — Tropice, 2 Cor. 10, 5 αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, captivas faciens omnes machinationes adversariorum, ut Christo se subiiciant; sensus: adversarios, malis consiliis plenos, pertrahens in castra Christi. Alii putant εἰς τ. ὑπακ. pendere a νόημα, machinatio adversus Christum. *.

Αἰχμάλωτος, ον, (ab αἰχμή, hasta, et ἁλίσκομαι, capio) *captivus*; semel Luc. 4, 19 ubi est mancipium peccati et diaboli, ideoque miseriae. (Ezech. 12, 4. Ies. 61, 1. 1 Macc. 2, 9. Ioseph. ant. 10, 9. 7.)

Αἰών, ῶνος, ὁ, quod profani usurpant de duratione in perpetuum, de aevo, de duratione vitae humanae, vita, in N. T. partim Graecorum more usurpatur, partim significationes hebr. עוֹלָם, cui apud LXX respondet, sequitur, et est 1) *tempus, tempus continuum, omne tempus.* — a) εἰς τὸν αἰῶνα (כָּל־הַיּוֹם Ps. 25, 6. לָנֶצַח Ies. 28, 28. Ier. 50, 39. Sir. 18, 1), *in perpetuum, in omne tempus*, Io. 6, 51. 58. 8, 35. 12, 34. 14, 46. — cum negatione: in nullum tempus, *nunquam*, Matth. 21, 19. Marc. 3, 29. 11, 14. Io. 4, 14. 8, 51. 52. 10, 28. 11, 26. 13, 8. 1 Cor. 8, 13. — b) εἰς τοὺς αἰῶνας, *in sempiternum*, ut Luc. 1, 33 explicatur: οὐκ ἔσται τέλος, ita in doxologiis (Matth. 6, 13.) Luc. 1, 33. Rom. 1, 25. 9, 5. 11, 36. cf. Ps. 76, 7. — c) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, sive εἰς αἰῶνας αἰώνων, eodem sensu, Gal. 1, 5. Apoc. 1, 6. (5, 14.) 10, 6. 14, 11. 15, 7 et saepius (coll. Ps. 18, 10. 20, 4. 110, 7. Tob. 6, 17), vel εἰς ἡμέραν αἰῶνος 2 Petr. 3, 18. i. e. εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ut habent LXX Ies. 13, 20. Exod. 14, 13. — Hinc 2) οἱ αἰῶνες, temporis periodi, in quibus mundus continuo est et esse pergit (Ioseph. ant. 1, 18. 6), *mundus ipse, eiusque mutationes*, Hebr. 1, 2. 11, 3. 1 Tim. 1, 17. (Philo de mundo p. 1157 κύριος βασιλεύων τῶν αἰώνων. et ὁ αἰών Sap. 13, 9. et *saeculum* in quarto libr. Esdr. cap. 6, 55 et 59. Vid. Fabric. Cod. Pseud. Vol. II. p. 230 sq.) — ἀπ' αἰῶνος, sive ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, ἀπὸ τῶν αἰώνων, Luc. 1, 70. Act. 3, 21. Col. 1, 26. ἐκ τοῦ αἰῶνος Io. 9, 32. hebr. מֵעוֹלָם Gen. 6, 4. Ies. 64, 4. *a mundo condito, ab hominum inde memoria*, (Tob. 4, 12. Sir. 44, 2. Diod. Sic. 4, 83 de templo Veneris: τὴν ἐξ αἰῶνος ἀρχὴν λαβόν.) etiam *ab aeterno* Act. 15, 18. Eph. 3, 9. 11 ubi πρόθεσις τῶν αἰώνων est πρόθ. ἀπὸ τῶν αἰώνων. Ps. 93, 2. — πρὸ τῶν αἰών. *ante mundum conditum* 1 Cor. 2. 7. i. q. πρὸ χρόνων αἰωνίων 2 Tim. 1, 9. Tit. 1, 2. Prov. 8, 23. — 3) *tempus definitum, circumscripta temporis periodus*, i. q. καιρός, in locutionibus ex Iudaeorum dicendi ratione ductis: a) ὁ αἰὼν οὗτος, i. q. ὁ καιρὸς οὗτος, ὁ νῦν αἰών, — et b) αἰὼν ὁ μέλλων, s. ἐκεῖνος, ἐρχόμενος. Iudaei omne mundi tempus in duas dividebant partes sive in duo saecula; prius עוֹלָם הַזֶּה, ὁ αἰὼν οὗτος, comprehendebat tempus ante Messiae regnum peragendum, Matth. 12, 32. 13, 40. 24, 3. 28, 20. Tit. 2, 12. Eph. 1, 21., et finiendum, quando hoc regnum initium fuerit habiturum. Dicitur finis huius saeculi τὸ τέλος, ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος τούτου (Matth. 24, 3 τοῦ αἰῶνος) 1 Cor. 10, 11. Hebr. 9, 26. eumque Iudaei cum immutatione et renovatione mundi coniunctum fore arbitrabantur. Prius vero saeculum in scriptis Iudaeorum et in N. T. ubique describitur ut depravatum et impium, quare notio impietatis in multis locis N. T. voci αἰῶνος adiecta est, saepiusque, ut *saeculum* Latinorum, significat *homines huius periodi depravatos.* Sic Matth. 13, 22. Marc. 4, 19 αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος scil. τούτου sunt studia istius aevi prava. Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶν. τούτ. Luc. 16, 8. coll. Luc. 20, 34 homines pravos istius saeculi mores secuti. Πλούσιοι ἐν τῷ νῦν αἰῶνι 1 Tim. 6, 17. homines divitiis, quae in hac periodo valent, ornati. Ὁ νῦν αἰὼν 2 Tim. 4, 10. i. e. bona et deliciae huius saeculi. Ἄρχοντες τοῦ αἰῶν. τούτ. 1 Cor. 2, 6. qui nunc inter homines depravatos principem tenent locum, cf. v. 8. Dicitur quoque αἰὼν τοῦ κόσμου τούτου Eph. 2, 2. i. e. κόσμος τοῦ αἰῶνος τούτου, homines pravi, ut nunc sunt. Συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου, sophistae, ut solent esse, huius periodi, 1 Cor. 1, 20. sive σοφὸς ἐν τῷ αἰῶνι τούτ. 1 Cor. 3, 18 coll. v. 19. — Gal. 1, 4 ὁ ἐνεστὼς αἰὼν πονηρός, instantes calamitates periodi primae, proxime antecedentis aevo futuro. — Propter hanc prioris saeculi pravitatem Satanas, quippe impietatis et idololatriae dux, dicitur ὁ θεὸς τοῦ αἰῶν. 2 Cor. 4, 4. saeculoque ipsi adscribitur σκότος i. e. impietas Eph. 6, 12. Similiter in test. XII patriarch. (Fabric. Cod. Pseud. V. T. 1, p. 189. 191) homines depravati ante diluvium dicuntur αἰών, et periodus ab initio usque ad iudicium Messiae appellatur ibid. p. 196 ὁ αἰὼν ὁ μέγας. — *Alteram* mundi periodum Iudaei appellabant עוֹלָם הַבָּא, τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, s. ἐκεῖνον, s. ἐρχόμενον, i. e. tempus inde a Messiae adventu, iudicio eiusque regni initiis futurum, ubi pios praemiis ornatum, malos poenis affectum iri simulque mortuorum resurrectionem eventuram esse arbitrabantur. Matth. 12, 32. Marc. 10, 30. Luc. 18, 30. 20, 35. Eph. 1, 21. Hebr. 6, 5. (αἰῶνες ἐπερχόμενοι Eph. 2, 7.) — 4 Esdr. 7, 43 leguntur: „dies iudicii erit finis temporis (καιροῦ, αἰῶνος) huius et initium temporis futurae immortalitatis", — et c. 8, 1: „hoc saeculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos." Act. Thom. §. 6. — (Sap. 4, 2 αἰὼν significat alteram post mortem vitam.)

Αἰώνιος, ιον, et [2 Thess. 2, 16. Hebr. 9, 12. Num. 25, 13] αἰώνιος, ία, ιον, (ab αἰών) LXX pro עוֹלָם 1) *qui semper erit, qui nunquam finem habebit, sempiternus, perpetuus*; αἰωνία λύτρωσις Hebr. 9, 12. coll. 7, 24. κράτος 1 Tim. 6, 16. οἰκία 2 Cor. 5, 1. παράκλησις 2 Thess. 2, 16. διαθήκη Hebr. 13, 20. εὐαγγέλ. Apoc. 14, 6. (Gen. 9, 16. 17, 7. Exod. 12, 14. Prov. 22, 28. Ies. 35, 10. Tob. 3, 6. Ioseph. ant. 7, 14. 5: apprecari regi αἰωνίαν ἡγεμονίαν.) Ita etiam Philem. v. 15 ubi αἰώνιον αὐτὸν est: *illum in sempiternum*, nimirum quia Christianus factus iam vitae aeternae particeps erat. Rom. 2, 7. 2 Cor. 4, 17. 18. Hebr. 5, 9. 9, 15. 2 Petr. 1, 11. Αἰώνιος in formulis ζωὴ αἰών., πῦρ αἰών., δόξα αἰών., κόλασις, ὄλεθρος, κρίμα s. κρίσις αἰών., Matth. 18, 8. 19, 16. 29. 25, 41. 46. Marc. 3, 29. 10, 17. 30. Luc. 10, 25. 18, 18. 30. Io. 3, 15. 16. 36. 4, 14. 36. 5, 24. 39. 6, 27. 40. 47. 54. 68. 10, 28. 12, 25. 17, 2. 3. Act. 13, 46. 48. Rom. 5, 21. 6, 22. 23. Gal. 6, 8. 1 Tim. 1, 16. 6, 12. (19 in text. vulg.) 2 Tim. 2, 10. Tit. 1, 2. 3, 7. 1 Io. 1, 2. 2, 25. 3, 15. 5, 11. 13. 20. Iud. v. 7. 21. Hebr. 6, 2. 2 Thess. 1, 9. *sempiternum, nunquam finiendum* indicare, dubio caret, quum praemia aeque ac poenae post resurrectionem sempiternae haberentur a Iudaeis. Vid. Dan. 12, 2. 2 Macc. 7, 9. 4 Macc. 9, 9. 10, 15. 12, 12. 13, 15. Act. Thom. §. 55. Test. Aser in Fabric. Cod. Pseud. V. T. I, p. 693. potissimum Psalter Salom. Ps. 3, v. 13. 15. 16 ubi: ἡ ἀπώλεια τοῦ ἁμαρτωλοῦ εἰς τὸν αἰῶνα; piorum ζωὴ αἰώνιος autem οὐκ ἐκλείψει ἔτι. Eadem tradit auctor IV libr. Esdr. cap. 7. — Alii αἰώνιος hic vertunt: *futuri aevi*, i. e. in regno Messiae; et sic certe explicandum videtur Luc. 16, 9 σκηνὰς αἰωνίους, tabernacula futuri aevi. (Act. Thom. §. 7 οἱ αἰώνιοι, cives regni Messiae.) — 2) *qui semper fuit et erit*, omni tempore est, *aeternus*, i. q. ἀΐδιος; θεὸς αἰώνιος Rom. 16, 26. (coll. Gen. 21, 33. Ies. 40, 28. Bar. 4, 8. 10. 14. 20. 22. — Hebr. 9, 14 πνεῦμα αἰών., quod ab aeterno fuit (Ier. 31, 3). Rom. 16 [14], 25 χρόνοις αἰωνίοις, inde ab aeterno. 2 Tim. 1, 9 πρὸ χρόνων αἰωνίων, ante omne aevum. *.

Ἀκαθαρσία, ας, ἡ, (ab ἀκάθαρτος) — LXX pro טֻמְאָה *impuritas* a) physica, *immunditia*, Matth. 23, 27. (Levit. 5, 3. Num. 19, 13.) — *impuritas* b) morum, potissimum *scortatio, veneris flagitia*, quia per ea corpus polluebatur; Rom. 1, 24. 6, 19. 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. Eph. 4, 19. 5, 3. Coloss. 3, 5. 1 Thess. 4, 7 coll. v. 3—6. (2 Sam. 11, 4. Prov. 6, 16.) Semel de *sordibus avaritiae* 1 Thess. 2, 3 coll. v. 5. — (3 Esdr. 1, 42 de templi profanatione.) *.

Ἀκαθάρτης, ητος, ἡ, (per syncopen pro ἀκαθαρότης) *impuritas scortationis*; tropice *idololatria*, semel Apoc. 17, 4 in textu vulg. ubi *Griesbach.* reposuit: καὶ τὰ

ἀκάθαρτα τῆς πορνείας αὐτῆς. (ἀκαθαρσία de eadem re 3 Esdr. 1, 42. 2 Chron. 29, 16. Apud profanos non legitur.)

Ἀκάθαρτος, ον, (ex ἀ priv. et καθαίρω) LXX pro טָמֵא 1) *impurus* sensu physico; *impurus secundum legem* mosaicam, impuritas *levitica*, Levit. 5, 2. de cibis Act. 10, 14. coll. 11, 8. de avibus Apoc. 18, 2. (Deut. 14, 7 sqq. Levit. 11, 4 sqq.) — impurus ex *idololatria*, qua scilicet veri Dei cultor omnium maxime inquinabatur, Act. 10, 28. 1 Cor. 7, 14. 2 Cor. 6, 17. Apoc. 17, 4 τὰ ἀκάθαρτα τῆς πορνείας, impuritas ex idololatria contracta. Ita hebr. טָמֵא Ies. 52, 1. Amos. 7, 17. et ἀκαθαρσία 3 Esdr. 8, 69. 1 Macc. 13, 47. 48. 14, 7. — 2) *libidinosus* (vid. ἀκαθαρσία) Eph. 5, 5. (Symmach. Hos. 4, 14 pro קְדֵשָׁה scortum.) — Quo sensu *daemones* dicantur πνεύματα ἀκάθαρτα Matth. 10, 1. 12, 43. Marc. 1, 23. 26. 3, 11. 30. 5, 2. 8. 13. 6, 7. 7, 25. 9, 25. Luc. 4, 33. 36. 6, 18. 8, 29. 9, 42. 11, 24. Act. 5, 16. 8, 7. Apoc. 16, 13. 18, 2. coll. Zach. 13, 2. Fabric. Cod. Pseud. Vol. I, p. 732. Evang. Nicod. p. 7, ambiguum videtur, cum ita dici potuerint vel quod immunda loca inhabitare putabantur (Baruch. 4, 35. Tob. 8, 3. LXX in Ies. 34, 14. 13, 21. Luc. 11, 24. coll. Fabric. Cod. Pseud. I, p. 191), vel quod impii et scelerati cogitabantur (πονηρά Tob. 3, 8. 17. 6, 7.), vel quod auctores et fautores idololatriae (Bar. 4, 7. LXX Ps. 95, 5. 2 Cor. 4, 4. coll. Io. 16, 11. Fabric. Cod. Pseud. I, p. 97. 167. 195), vel quod libidinosi, mulierumque cupidissimi habebantur. (LXX Gen. 6, 2. Tob. 3, 8. 6, 14.) *.

Ἀκαιρέομαι, οῦμαι, (ab ἄκαιρος, importunus), *tempus opportunum non habeo;* deinde *opportunitate, facultate destituor;* semel Phil. 4, 10. (Apud meliores scriptores non legitur. Vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 126.)

Ἀκαίρως, (ab ἄκαιρος) adverb. *tempore importuno;* tempore, quo aliis iucundum non est, quo nolunt nos audire; semel 2 Tim. 4, 2 εὐκαίρως ἀκαίρως i. e. placeant iis necne, velint nolintve audire. (Sir. 22, 6 μουσικὰ ἐν πένθει ἄκαιρος διήγησις, μάστιγες καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ σοφία. Sir. 35, 4 ἀκαίρως μὴ σοφίζου. Ioseph. ant. 6, 7. 2.)

Ἄκακος, ον, (ex ἀ priv. et κακός) LXX pro פֶּתִי, alienus a κακία, i. e. — a) *doli expers, simplex animo, non callidus,* Rom. 16, 18. (Prov. 1, 4 ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν. ib. 8, 5. 14, 15 ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ. Ier. 11, 19. Sap. 4, 12. Philo in Flacc. p. 974 E: παίδων ἄκακος ἡλικία. — ἀκακία eodem sensu in Fabric. Cod. Pseudep. I. p. 626.) — b) *malitiae expers, alios non laedens,* Hebr. 7, 26. (Iob. 36, 5. Ps. 25. 21.)

Ἄκανθα, ης, ἡ, (ab ἀκή, cuspis), *spina, vepres, sentis,* Matth. 7, 16. Luc. 6, 44. (Ies. 5, 2. 4.) — σπείρειν ἐπὶ ἀκ. Matth. 13, 7. 22. Marc. 4, 7. 18. Luc. 8, 7. 14. (Ier. 4, 3. Cant. 2, 2.) — Hebr. 6, 8. (Gen. 3, 18. Ies. 32, 13.) — *virgultum spinosum,* Matth. 27, 29 στέφανος ἐξ ἀκανθ. Io. 19, 2. *.

Ἀκάνθινος, ίνη, ινον, vel *spinis refertus,* Ies. 34, 13. vel *e ramis spinosis factus.* Bis Marc. 15, 17. Io. 19, 5.

Ἄκαρπος, ον, (ex ἀ et καρπός) 1) *fructu carens,* propr. Iud. v. 12 δένδρα. (Ier. 2, 6 ἐν γῇ ἀνύδρῳ καὶ ἀκάρπῳ) — metaph. inutilis, bona non efficiens, 1 Cor. 14, 14. Tit. 3, 14. 2 Petr. 1, 8. (Philo de alleg. I, p. 49.) — effectu carens, Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. (Similiter 4 Macc. 16, 7 ἄκαρποι τιθηνίαι de educatione iuvenum praemature vitae ereptorum.) — 2) fructus malos gignens; trop. *perniciosus, malus,* Eph. 5, 11 ἔργα ἄκαρπα τοῦ σκότους. (Vid. quae in Ἀ diximus. Sap. 15, 4 πόνος ἄκαρπος, labor improbus idola fingentium, i. q. κακότεχνος ibidem. Act. Thom. §. 12 ἀποιητοί sunt malefici, mala patrantes. Vid. Ἄχρηστος.) *.

Ἀκατάγνωστος, ον, (ex ἀ priv. et καταγινώσκω) qui damnari non potest; *in quem reprehensio iusta non cadit;* semel Tit. 2, 8. — 2 Macc. 4, 47.

Ἀκατακάλυπτος, ον, (ex ἀ priv. et κατακαλύπτω, obvelo) non opertus, *non velatus,* 1 Cor. 11, 5. 13. (LXX Levit. 13, 45 in textu Alex. Ald. et Compl. Polyb. 15, 27. 2.) *.

Ἀκατάκριτος, ον, (ab ἀ priv. et κατακρίνω) voc. forense: *cuius causa non est cognita, qui indicta causa iudicatur s. damnatur, inauditus.* Bis Act. 16, 37. 22, 25.

Ἀκατάλυτος, ον, (ex ἀ priv. et καταλύω) qui non dissolvitur; — *perennis,* Hebr. 7, 16 ζωὴ ἀκατάλυτος. (4 Macc. 10, 11 ἀκαταλύτους βασάνους. Dion. Halic. 10, 31 τὸ ἀκατάλυτον κράτος τῆς δημαρχίας.)

Ἀκατάπαυστος, ον, (ex ἀ priv. et καταπαύω) *non desinens, non requiescens;* 2 Petr. 2, 14 oculi ἀκατάπαυστοι ἁμαρτίας, semper intenti ad peccata committenda. (Ioseph. bell. 7, 2 τὴν ἀκατάπαυστον νεωτεροποιΐαν, inquietum rerum novarum studium. Polyb. 4, 17. 4 ἐν ἀκαταπαύστοις στάσεσιν.)

Ἀκαταστασία, ας, ἡ, (ab ἀκατάστατος) 1) inconstantia (Prov. 26, 28); — 2) *rerum perturbatio* s. *confusio, tumultus,* 1 Cor. 14, 33. Iac. 3, 16. (Tob. 4, 13.) — *seditio, turba,* Luc. 21, 9. 2 Cor. 6, 5. 12, 20. (Sir. 26, 27 in libro Compl. 29. Eodem sensu legitur *inconstabilitio* 4 Esdr. 15, 16. Arrian. diss. epict. 3, 19.) **.

Ἀκατάστατος, ον, (ex ἀ priv. et καθίστημι) *instabilis, vacillans;* Iac. 1, 8 ἀκατάστ. ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, mutabilis s. instabilis in volendo agendoque. (Tob. 1, 15 αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκαταστάθησαν, mutavit in peius mores. LXX Ies. 54, 11 pro סֹעֲרָה, i. e. iactata varietate fortunae. Symmach. Thren. 4, 14 ἀκατ. γίνομαι, pro נוּעַ.) **.

Ἀκατάσχετος, ον, (ex ἀ et κατέχειν *coërcere*) 1) *qui coërceri, cohiberi non potest; indomitus,* Iac. 3, 8. (Iob. 31, 11 θυμὸς ὀργῆς ἀκατάσχετος. 3 Macc. 6, 17 ἀκατάσχετος οἰμωγή, non desinens eiulatus. Ioseph. de bell. Iud. 2, 11. p. 173 φόβος ἀκατάσχ.) **.

Ἀκελδαμά, Act. 1, 19 quod ibi explicatur χωρίον αἵματος, est vox syriaca ܚܩܠ ܕܡܐ, Chald. חֲקַל דְּמָא, *ager sanguinis,* s. *caedis.*

Ἀκέραιος, ον, (ex ἀ priv. et κεράννυμι) non mixtus, nimirum malis, μὴ κεκραμένος κακοῖς, ἀλλ᾽ ἁπλοῦς καὶ ἀποίκιλος, ut explicat Etym. Magn., purus, integer, simplex; — tropice: *simplex, doli, fraudis expers.* Matth. 10, 16 ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. Phil. 2, 15 ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, vita, moribus integri. Rom. 16, 19 ἀκέραιοι εἰς τὸ κακόν, simplices quod ad pravum attinet. (Addit. Esth. 16, 4 ἀκέραιος εὐγνωμοσύνη. Ioseph. ἀκέραιος βίος, ant. 1, 2. 2. ib. 1, 6. 2. ib. 12, 2. 3 ἀκέραιος νομοθεσία, cui nil mali admixtum est, perfecta. Sic saepius etiam in profanorum scriptis.) **.

Ἀκλινής, ές, (ex ἀ priv. et κλίνω) non inclinans; *stabilis, firmus, constans;* Hebr. 10, 22 ἡ ὁμολογία τῆς ἐλπίδος ἀκλινής, i. e. promissa bona, quae firmissima sunt, a Deo nobis certo dabuntur. (Aelian. V. Hist. 12, 64 βασιλείας ἀσφαλοῦς καὶ ἀκλινοῦς ὅμηρον. Pollux. Onom. 8, 3. 10 δικαστὴς ἀκλινής. 4 Macc. 6, 7. 17, 3. Symmach. Iob. 41, 14.) **.

Ἀκμάζω, f. άσω, (ab ἀκμή) 1) floreo, Ioseph. 1, 18. 3. — 2) vigeo, *maturesco;* de frugibus Apoc. 14, 18 et saepissime apud profanos.

Ἀκμή, ῆς, ἡ, cuspis; flos, aetas florens. — Ἀκμήν, adverbialiter pro κατ᾽ ἀκμὴν χρόνου, in hoc temporis momento; in seriorum scriptorum libris (vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 123) pro ἔτι καὶ νῦν, *etiam num, etiam nunc,* Matth. 15, 16. (Strabo 1, 56. Polyb. 1. 13. 12 ἀκμὴν ἀκέραιοι ἦν τοῖς ἐθισμοῖς. Vid. plura in *Kypkii* obss. s. I, p. 76.)

Ἄκναφος, vid. Ἄγναφος.

Ἀκοή, ῆς ἡ, 1) *audiendi facultas, auditus,* 1 Cor. 12, 17. 2 Petr. 2, 8. Sir. 43, 24. — 2) *auris, tanquam audiendi organon,* Marc. 7, 35. Luc. 7, 1 εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, coram populo. Act. 17, 20 εἰσφέρειν εἰς τὰς ἀκοάς i. e. narrare. 2 Tim. 4, 3. (vid. Κνήθω et 2 Macc. 15, 39. Ioseph. ant. 7, 11. 4.) Hebr. 5, 11 νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς, segnes, hebetes auribus ad audiendum et intelligendum. Ἀκοῇ ἀκούειν aure percipere, Matth. 13, 14. Act. 28, 26. (Exod. 15, 26. 19, 5) ex hebraismo: *ipse* (quasi propriis auribus) i. e. bene audire. — 3) id quod auditur, a) *narratio audita, praedicatio doctrinae ore facta,* Io. 12, 38. (Ies. 53, 1.) Rom. 10, 16. 17. et ἐξ ἀκοῆς πίστεως Gal. 3, 2. 5. i. e. evangelio praedicato et fide accepto. — λόγος ἀκοῆς i. e. ἀκουσθείς, doctrina ore tradita, auribus percepta, 1 Thess. 2, 13. Hebr. 4, 2. (Apud profanos saepissime de narratione ore propagata.) — b) *rumor, fama,* Matth. 4, 24. 14, 1. 24, 6. Marc. 1, 28. 13, 7. LXX hebr. שְׁמוּעָה 2 Sam. 4, 4. 13, 30. Ps. 112, 7.

Ἀκολουθέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἀκόλουθος, una sequens, comitans) plerumque, ut apud profanos, cum dativo obiecti, et (in Apocal.) sequente μετά τινος (vid. *Lobeck.*

ad Phrynich. p. 354)¹, sed in N. T. ex hebraismo etiam seq. ὀπίσω, hebr. הָלַךְ אַחֲרֵי Ies. 45, 14. Ezech. 29, 16. — LXX pro יָלַךְ — 1) *sequor aliquem, subsequor*, Matth. 8, 1. 9, 19. 27. 14, 13. 21, 9. 26, 58. Marc. 5, 24. 10, 52. 14, 13 et saepius. (Ruth. 1, 14. 1 Sam. 25, 42. 1 Reg. 19, 20.) — *succedendi* sensu, Apoc. 14, 8. 9. (Prolog. Sir. ἄλλων τῶν καθ' αὐτοὺς (προφήτας) ἠκολουθηκότων, i. e. aliorum qui serius scripserant. — *comitor aliquem*, Matth. 4, 25. 8, 10. 27, 55. 1 Cor. 10, 4. — de discipulis, qui ex more antiquo magistros stipare solebant, Matth. 4, 20. 22. 9, 9. 19, 27. 28. Marc. 1, 18. 8, 34. Io. 1, 41. (1 Reg. 19, 20. 21.) Marc. 9, 38 οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, non est e discipulis. — *doctorem*, i. e. *disciplinam eius sequor*, Matth. 10, 38. 16, 24. Luc. 9, 23. Io. 8, 12. 12, 26. (2 Macc. 8, 36. Ioseph. ant. 4, 6. 11.) — De rebus: *comitor*, Apoc. 14, 13 τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν, benefacta comitabuntur eos ad iudicem Deum, i. e. statim post mortem accipient praemia sua. vid. contrarium Apoc. 18, 5 ubi vero *Griesb.* ἠκολούθησαν reiecit. (Passiv. signific. Iudith. 12, 2 τὰ ἠκολουθηκότα μοι [nimirum ὀψοποιήματα] cibi ab ancilla mihi allati.)

Ἀκούω, f. ούσομαι, rarius ἀκούσω [Matth. 13, 14. 12, 19. Ies. 6, 9], de qua forma seriorum scriptorum vid. *Wineri* Gramm. p. 78. perfect. ἀκήκοα; aor. 1. pass. ἠκούσθην, hebr. שָׁמַע, iungitur genitivo et accusativo rei et maxime genitivo hominis, a quo dici quidquam audimus, (pro genitivo rei Marc. 5, 27 περὶ τινος; pro genitivo personae in Evang. Ioann. saepius παρά τινος, et 1 Io. 1, 5 ἀπό τινος; etiam sequente accusativo cum infinitivo, 1 Cor. 11, 18; seq. ὅτι Act. 22, 2) 1) est: *audio*; et quidem de *actu audiendi*; a) *ope auditus aliquid percipio*, saepissime, v. c. Matth. 2, 18. 8, 10. 9, 12. 10, 27. 11, 5. 12, 19. 21, 16. Marc. 7, 37. 14, 64. Io. 3, 8. 5, 25. 28. 1 Io. 1, 1. Luc. 7, 22. Act. 7, 34. 22, 9. 2 Cor. 12, 4. Apoc. 4, 1. 5, 13. 18, 22 sq. — b) *sonum audiendi discerno*, Io. 10, 3. 8. 16. 27. Apoc. 3, 20. — c) *aures alicui praebeo, auribus attendo, ausculto*, Marc. 4, 3. 7, 14. 12, 29. Act. 2, 22. — audire doctorem, Marc. 6, 20. Luc. 15, 1. 19, 48. Io. 12, 47. inde οἱ ἀκούοντες Luc. 6, 27 auditores, *discipuli*. — Saepius coniuncta est notio *diligenter considerandi*, Apoc. 1, 3. Act. 4, 19. (Ies. 48, 18) et auditis *obsequendi*, ut Matth. 10, 14. 17, 5. 18, 16. Marc. 6, 11. Luc. 10, 16. 16, 29. Io. 5, 24. 8, 47. (coll. Io. 3, 29.) 18, 37. 9, 27. Act. 3, 22 sq. 7, 37. 1 Io. 4, 5. 6. Hebr. שָׁמַע saepissime, v. c. Exod. 16, 20. Deut. 11, 17. coll. 3 Esdr. 5, 69. Quo etiam referenda est locutio: ὁ ἔχων οὖς, ὦτα, ἀκουέτω, *quicunque potest, aurem praebeto*, Matth. 11, 15. 13, 9. 13 sq. Marc. 8, 18. Apoc. 2, 7. 11. 17. 29. 3, 6. 13. 22. 13, 9. coll. Rom. 11, 8. quae Apoc. 13, 18 etiam ita dicuntur: ὁ ἔχων νοῦν, vel c. 17, 9 ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Gen. 3, 17. — Caeterum Ioanni proprium est, ἀκούειν dicere pro ἐξακούειν de Deo *preces audiente iisque annuente*, Io. 9, 31. 11, 41. 42. 1 Io. 5, 15. Gen. 11, 7. 1 Sam. 12, 15. — 2) *audio*, de actu *intelligendi* per auditum, et quidem a) *audiendo comperio*, Matth. 2, 3. 9. 22. 4, 12. 11, 2. 4. 14, 13. 22, 7. 24, 6. Marc. 3, 21. 5, 27. 6, 14. Act. 14, 24. 15, 24. 23, 16. — de doctrina Act. 1, 4. 4, 20. Rom. 10, 14. 18. 1 Io. 1, 5. 2, 7. 24. coll. v. 27. — *fama cognosco*, Luc. 16, 2. Gal. 1, 13. 23. Philem. v. 5. Passive: *fama ferri*, Matth. 28, 14. Marc. 2, 1. Act. 11, 22. 1 Cor. 5, 1. *divulgari*, Luc. 12, 3. 2 Chron. 26, 15. — b) *ex aliorum institutione cognosco, disco, tradita ab aliis accipio, scio*, Matth. 5, 21. 27. 33. 38. 13, 22. Marc. 4, 15. Io. 5, 30. 6, 45. 8, 26. 40. 12, 34. 15, 15. 1 Io. 2, 18. 2 Io. v. 4. Act. 15, 7. Rom. 15, 21. Gal. 4, 21. Eph. 1, 13. 3, 2. Coloss. 1, 6. 23. Hebr. 2, 1 τοῖς ἀκουσθεῖσι, doctrinae vobis traditae; Iac. 5, 11. Apoc. 7, 4. 9, 16. — Sensu forensi: *accusatum audio*, i. e. causam eius cognosco, Io. 7, 51. Act. 25, 22. — c) *audiendo capio*, sensum auditi adsequor, *intelligo*, Marc. 4, 33. Io. 6, 60. 1 Cor. 14, 2. (hebr. שָׁמַע Gen. 11, 7. Prov. 16, 21. 2 Reg. 18, 26. coll. Sir. 25, 9. Origen. περὶ εὐχῆς c. 15 ἐὰν δὲ ἀκούωμεν ὅ τι ποτέ ἐστι προσευχή, si intellexerimus etc. et saepius in Origenis scriptis.)

Ἀκρασία, ας, ἡ, (ab ἀκρατής) *intemperantia, incontinentia*. Semel 1 Cor. 7, 5. [Matth. 23, 25 in textu vulg., ubi *Griesb.* habet ἀδικίας.] In codice graeco V. T. non legitur. (Ioseph. de bell. 1, 1. 2 ἀκρασία παθῶν. ant. 8, 7. 5 τὴν τῶν ἀφροδισίων ἀκρασίαν.)

Ἀκρατής, ές, genit. οῦς, (ex ἀ priv. et κράτος) κράτος οὐκ ἔχων, *impotens sui*, (Philo de alleg. II, p. 81 ὁ νοῦς ἀκρατὴς ἑαυτοῦ γίνεται) *intemperans*, cui opponitur ἐγκρατής. Semel 2 Tim. 3, 3. (Clem. Alex. stromat. III, 7 ἀκρατεῖς γενόμενοι, ἐπιθυμίᾳ ἁλόντες. Xenoph. Mem. 1, 2. 12.)

Ἄκρατον, τό, vid. Ἄκρατος.

Ἄκρατος, ον, (ex ἀ priv. et κεράννυμι *misceo*), *non mixtus, purus, merus*. (οἶνος ἄκρατος Ier. 25, 15. Ps. 75, 8 et 3 Macc. 5, 2 *merum*.) — Semel Apoc. 14, 10 τοῦ οἴνου τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου, vini, quod in poculum vindictae infunditur non dilutum i. e. inebrians; tropice de *fervore* poenarum divinarum. Vid. Ps. 75, 8. Ies. 51, 17. Ier. 25, 15. Alii τοῦ ἀκράτου pro substantivo τὸ ἄκρατον, *merum*, habent, non mutato sensu. *.

Ἀκρίβεια, είας, ἡ, (ab ἀκριβής) *subtilitas, diligentia, cura*, quae accuratissime agit, *Genauigkeit*; semel Act. 22, 3 κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, secundum subtilitatem patriae legis, i. e. accurate, subtiliter institutus in patriis legibus. Alii: *secundum severitatem, rigorem*. Sed priori sensu legitur Sir. 16, 25 ubi ἐν ἀκριβ. est i. q. ἐν σταθμῷ i. e. bene perpensa docere, subtiliter instituere; Sir. 18, 29 παροιμίαι ἀκριβεῖς, acute, subtiliter dicta; cap. 19, 25 πανουργία ἀκριβής. Sir. 42, 4 περὶ ἀκριβείας ζυγοῦ καὶ σταθμῶν. Sap. 12, 21 ἀκρίβεια iudicii aequitas (ἐπιείκεια v. 18), quae culpam accurate et subtiliter ponderat, neque aestu irae fertur. Dan. 7, 16 ἀκρίβεια, somnii accurata explicatio, quae omnia recte exponit. Ioseph. ant. 9, 10. 2 τὴν ἀκρίβειαν τῶν πραγμάτων παραδιδόναι, res accurate narrare. Nec Iosephi (vit. c. 38) verba: οἱ (φαρισαῖοι) περὶ τὰ πάτρια νόμιμα δοκοῦσι τῶν ἄλλων ἀκριβείᾳ διαφέρειν severitatem Pharisaeorum, sed eorum subtilitatem in legibus cognoscendis et explicandis indicare videntur, quum eos ratione acuminis et intelligentiae velit laudare.

Ἀκριβής, ές, genit. οῦς, (ab ἀκή, cuspis) *diligens, accuratus*; Sir. 34, 24. 35, 3. Comparativus ἀκριβέστερον adverbialiter legitur de accurata exploratione causae in foro Act. 23, 15. 20 et de subtiliori pleniorique doctrinae cognitione Act. 18, 26. 24, 22. (Philo de alleg. 1, p. 82 ἀκριβέστερον ἴδωμεν.) — Superlativus ἀκριβέστατος semel Act. 26, 5 ubi ἡ ἀκριβεστάτη αἵρεσις non familiam *severissimam, superstitiosissimam*, ut quidam explicant, sed familiam, subtilissima legis et τῶν ἐθῶν καὶ τῶν ζητημάτων (v. 3) cognitione praeditam significare videtur. (Ioseph. ant. 2, 5. 1 ἀκριβὴς δήλωσις.) Vid. Ἀκρίβεια. *.

Ἀκριβόω, ῶ, (ab ἀκριβής) ut ἀκριβάζω, accurate, magna diligentia aliquid facio (Aquila Ies. 49, 16 pro חָקַק, accurate delineavit); *accurate disco, studiose percontor*, Matth. 2, 7. 16 ἠκρίβωσε, i. e. ἀκριβῶς ἀνέμαθεν, ut Theophil. explicat. (Philo de opif. mundi p. 16 μετὰ πάσης ἐξετάσεως ἀκριβοῦντες.) *.

Ἀκριβῶς, adv. 1) *accurate, diligenter*, Matth. 2, 8. Luc. 1, 3. Act. 18, 25. 1 Thess. 5, 2. (Deut. 19, 18. Dan. 7, 19. Ioseph. ant. 3, 4. 1. ib. 9, 13. 3.) — 2) *prudenter, scite*, Eph. 5, 15. coll. Sap. 19, 18. Vid. etiam Ἀκρίβεια. *.

Ἀκρίς, ίδος, ἡ, (apud LXX hebr. אַרְבֶּה, גּוֹב, יֶלֶק, חָגָב respondens) *locusta*, et quidem id locustarum genus, quod arbores et plantas depascere solet, Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. Eas comedere mos est Orientalibus (Bochart. Hieroz. P. II. lib. 4. c. 7), permissumque erat Iudaeis ex lege mosaica, Levit. 11, 22. — Apoc. 9, 3. 7 inserviunt descriptioni exercitus hostilis, ut Ioël. 1 et 2. coll. Exod. 10, 13 — 15. *.

Ἀκροατήριον, ίου, τό, (ab ἀκροάομαι, auditor sum) *auditorium* philosophorum et doctorum, (Arrian. diss. epict. 3, 23. 8.) Semel Act. 25, 23 ut Latinor. *auditorium*, de loco iudicii, ubi partes audiuntur a iudice vel arbitris.

Ἀκροατής, οῦ, ὁ, (ab eodem) *auditor*, Sir. 3, 29. Ioseph. ant. 3, 5. 3 ἀκροατὴς φωνῆς. ib. 2, 14. 4. — In N. T. ἀκροατὴς τοῦ νόμου, τοῦ λόγου, Rom. 2, 13. Iac. 1, 22. 23. 25 τῷ ποιητῇ opponitur, et est is, qui auribus tantum doctrinam percipit, non autem animo, *auditor obliviosus*, ut Iac. 1, 25 explicatur. *.

Ἀκροβυστία, ας, ἡ, (ab ἀκρόβυστος, praeputiatus, Ios. 5, 7 in Ald. et Compl. Evang. Nicod. ap. Birch. p. 39 ἀκρόβυστος τῇ σαρκί, quod ex ἄκρον, summum, extremitas et βύω, obturo, obstruo) in profanorum libris non invenitur, in versione LXX respondet hebr. עָרְלָה 1) *praeputium*, Act. 11, 3. (Gen. 17, 11 — 25. Levit. 12, 3. Ier. 9, 25. Iudith.

14, 10. Philo de alleg. I, p. 49.) — 2) *status ἀκροβυστίας, status gentilismi*, (Act. 11, 3.) Rom. 2, 25. 26. 1 Cor. 7, 18. 19. Gal. 5, 6. 6, 15. Col. 2, 13 de physico praeputio et statu hominis praeputiati sermonem esse, docet additum τῆς σαρκός (cf. Eph. 2, 11), nec igitur de ἀκροβυστίᾳ καρδίας, ut aliis visum, hic cogitandum est. (Deut. 10, 16 περιτεμεῖσθε τὴν σκληροκαρδίαν, s. ut alii libri habent, ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν.) — 3) abstractum pro concreto: *praeputiati, gentiles;* opponitur ἡ περιτομή i. e. Iudaei, Rom. 2, 26. 27. 3, 30. 4, 9 sqq. Gal. 2, 7. Coloss. 3, 11. Eph. 2, 11. Hoc nomine Iudaeos in contemtum gentilium usos esse, docent Iud. 14, 3. 15, 18. Ies. 52, 1. *.

Ἀκρογωνιαῖος, *αία, αῖον*, (ex ἄκρος et γωνία) in extremo angulo positus; de lapide: *lapis angularis*, qui Matth. 21, 42. (Ps. 118, 22) dicitur κεφαλὴ γωνίας, Ier. 51, 26 λίθος εἰς γωνίαν, Iob. 38, 6 λίθος γωνιαῖος. In N. T. bis legitur de Christo, qui, ut lapis angularis duos muros coniungit et continet, homines utriusque partis, et Iudaeos et gentiles, coniunxit in unam societatem, Eph. 2, 20; (Chrysostom. hom. 6 in ep. ad Ephes. §. 1. Euseb. dem. evang. I. Vid. *Suicer*. thes. eccl. I, p. 172.) A Petro autem comparatur cum lapide angulari, quatenus eiusmodi lapis est magni pretii, 1 Petr. 2, 6. quae descripta sunt ex Ies. 28, 16. (Barnab. epist. c. 6.) *.

Ἀκροθίνιον, *ίου, τό*, maxime in plurali, ἀκροθίνια, τά, (ex ἄκρος et θίς s. θίν, acervus) *manubiae*, i. e. ea pars praedae in tumulum coacervatae, quam e tumuli apice imperator sibi eligebat, cuiusque partem Diis dicare solebat. De quo more vid. Herodot. 8, 121. 9, 8. Liv. 10, 46. Corn. Nep. Cim. 2. — Semel legitur, Hebr. 7, 4 de *praeda*, s. λείᾳ, quo vocabulo Ioseph. ant. 1, 10. 2 et Philo de Abrah. p. 381, eandem rem narrantes, utuntur. (Xenoph. Cyrop. 7, 5. 35. Pindar. Nem. 7, 58. Euripid. Heraclid. v. 861. Profani ἀκροθ. dicunt etiam de primitiis frugum, quae Deo offeruntur. Euripid. Phoen. v. 203.) — In codice graeco V. T. non legitur.

Ἄκρος, *α, ον*, (ab ἀκή, cuspis) acutus; *extremus, summus*. In scripturis tantum neutrum τὸ ἄκρον et τὰ ἄκρα, substantive legitur; *summum, extremum, extremitas*, Matth. 24, 31. Marc. 13, 27. (coll. Deut. 4, 32. 28, 64. Ies. 13, 5.) Luc. 16, 24. Hebr. 11, 21. *.

Ἀκύλας, *ου, ὁ*, *Aquila*, nomen viri, comitis Pauli, qui commemoratur Act. 18, 2. 18. 26. Rom. 16, 3. 1 Cor. 16, 19. 2 Tim. 4, 19. *.

Ἀκυρόω, *ῶ*, (ex ἄκυρος [Prov. 1, 25. 5, 7], auctoritate privatus, abrogatus, quod ab ἀ priv. et κῦρος, auctoritas) ἄκυρον aliquid reddo, *auctoritate privo, irritum reddo, abrogo*, Matth. 15, 6. Marc. 7, 13. Luc. 16, 24. Hebr. 11, 21. (3 Esdr. 6, 32 ἐὰν παραβῶσί τι τῶν γεγραμμένων καὶ ἀκυρώσωσι, coll. Esdr. 6, 11 ubi legitur chald. נְסַח. Aquila Num. 30, 13 pro הֵפִיר annihilo, ἐὰν ἀκυρῶν ἀκυρώσῃ αὐτάς. 4 Macc. 2, 1 ἀκυρ. τὰς ἐπιθυμίας. ib. 5, 18 ἀκυρ. τὴν ἐπὶ τῇ εὐσεβείᾳ δόξαν.) *.

Ἀκωλύτως, (ex ἀ priv. et κωλυτός, impeditus) adv. *sine impedimento, nemine prohibente*, Act. 28, 31. (Sap. 7, 22 ἀκώλυτον. — Ἀκωλύτως, Symmach. Iob. 34, 31. Herodian. 8, 2. 1 διέβησαν ἀκωλύτως. μηδενὸς ἐμποδὼν γενομένου.)

Ἄκων, *οντος, ὁ, ἄκουσα, ης, ἡ, ἆκον, οντος, τό*, (pro ἀέκων, ex ἀ priv. et ἑκών, *volens*) *invitus*, non sponte aliquid agens, 1 Cor. 9, 17. (Iob. 14, 17. Ioseph. ant. 1, 18. 9. ib. 2, 13. 4.) **.

Ἀλάβαστρον, *ου, τό*, (etiam ἀλάβαστρος, ὁ et ἡ) 1) *alabastrum;* 2) *vas unguentarium* ex alabastrite lapide confectum (Athen. 15, 13), Matth. 26, 7. Marc. 14, 3 (ubi pro τό multi boni libri habent τόν, alii τήν.) Luc. 7, 37 et 2 Reg. 21, 13 (ubi liber Vatic. ὁ ἀλάβαστρος, cod. Alex. τὸ ἀλάβαστρον), quibus in locis *vas unguentarium* e quovis lapide factum simpliciter significare videtur. (Theocrit. Idyll. XV, 114.) Anthol. gr. ed. Iacobs. 9, 3. Verba Marc. 14, 5 συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον, ut notavit *Schoettgen*. in lexico, non intelligenda sunt de tota lagenula unguentaria, sed de superiore eius parte s. orificio obsignato, quod signum erat unguenti genuini et foris advecti. **.

Ἀλαζονεία, *ας, ἡ*, (ab ἀλαζών), *ostentatio, gloriatio, iactantia*, (Ioseph. ant. 4, 1. 1. ib. 6, 9. 2. Symmach. Iob. 9, 13 pro רַהַב. 4 Macc. 1, 26.) In N. T. bis de *arrogantia* eorum legitur, qui Deum nihil curant, sibique ipsis confidunt: *impia audacia*. Iac. 4, 16 ἐν ταῖς ἀλαζονείαις, factis dictisque impiae audaciae. 1 Io. 2, 16 ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, arrogantia quae in vita componenda Dei leges et voluntatem non respicit. Vid. Sap. 5, 8. 17, 7. 2 Macc. 9, 8. 15, 6 ubi τῇ ἀλαζονείᾳ opponitur pia in Deum fiducia. (Eodem sensu apud nostros scriptores saepius legitur ὑπερηφανία. Suid. ἀλαζονεία· ὑπερηφανία) *.

Ἀλαζών, *όνος, ὁ, ἡ*, (ab ἄλη, i. e. τό vagari, s. oberrare) propr. vagus, oberrans; — *ostentator, iactator vanus, gloriosus*, Rom. 1, 30. 2 Tim. 3. 3 et in V. T. Hab. 2, 5. Iob. 28, 8. (Ioseph. ant. 8, 10. 4 ἀλαζὼν ἀνὴρ καὶ ἀνόητος.) *.

Ἀλαλάζω, (ab ἀλαλά s. ἀλαλή, vox militum quam emittunt pugnam inituri; clamor magnus quivis.) — LXX pro הָרִיעַ — 1) clamorem militarem edo, (Ioseph. 6, 20. Iudic. 15, 14. Ioseph. ant. 5, 6. 5. ib. 6, 9. 5.) — 2) *clamorem magnum edo;* (de laeto clamore Ps. 47, 1. 66, 1. 81, 1. Iudith. 14, 9.) — de tristi clamore: *eiulo, lamentor*, Marc. 5, 38 et eodem sensu bis in V. T. pro הֵילִיל Ier. 25, 34. 47, 2. — 1 Cor. 13, 1 κύμβαλον ἀλαλάζον, fortiter tinniens, sed praeter sonum vanum nihil efficiens. *.

Ἀλάλητος, *ον*, (ex ἀ priv. et λαλητός, verbis pronuntiatum, dictum) *verbis s. lingua non pronuntiatus;* Rom. 8, 26 στεναγμοὶ ἀλάλητ. suspiria quae verbis non efferuntur. (Legitur praeterea non nisi in epigr. Philodem. Anthol. Pal. 5, 4.)

Ἄλαλος, *ον*, (ex ἀ priv. et λάλος, loquens, garrulus) *non loquens, mutus*, (apud LXX Ps. 38, 13. 31, 18 ubi respondet hebr. אִלֵּם). Marc. 7, 37 ubi vero alii ob v. 32 μογιλάλον intelligunt. — Marc. 9, 17. 25 πνεῦμα ἄλαλον non est daemon *mutum faciens*, sed daemon ob pertinaciam *non loquens*, quod alii daemones facere solebant (vid. Marc. 1, 24. 34. 5, 7. Luc. 4, 34. 8, 28); quare singulare genus daemonum, quod facile eiici ex homine non possit, nominatur v. 29. Quae enim homines δαιμονιζόμενοι faciebant vel loquebantur, ea non ab ipsis, sed a daemone profecta putabantur. Vid. potissimum Matth. 8, 29 sqq. et cf. Luc. 11, 14. Act. Thom. §. 12. *.

Ἅλας, *τό*, dativ. (qui semel in scripturis, Col. 4, 6 legitur) ἅλατι, *sal*, quo cibi condiuntur. Forma ἅλας pro ἅλς, ἁλός, non nisi a Suida in locutione ἅλασι ὕει (de qua vid. Buttmanni ausführl. Sprachl. I, p. 227) commemoratur, videturque consuetudini vitae communis propria fuisse. Legitur Matth. 5, 13. Marc. 9, 49. 50. Luc. 14, 34. (LXX pro מֶלַח Levit. 2, 13. Deut. 29, 22. Iud. 9, 45. 2 Reg. 2, 21. Ezech. 43, 24. 47, 11. Esdr. 6, 9.) — metaph. *sal*, i. e. *gratia* et *sapientia* in loquendo, Coloss. 4, 6. coll. Eph. 4, 29 et Marc. 9, 50 ubi apostoli dicuntur τὸ ἅλας τῆς γῆς, i. e. divinae doctrinae doctores idonei, quorum opera homines sapere debent, s. sale sapientiae sunt instruendi. (cf. Terent. Eunuch. 3, 1. 10. Diog. Laërt. lib. 8. §. 35 sive 8, 1. 19.) **.

Ἀλείφω, aor. ἤλειψα, perf. ἤλειφα, (ab ἀ copulativo et λίπος, ungentum) — LXX pro סוּךְ et מָשַׁח — *illino, unguento illino, ungo;* — *caput*, Matth. 6, 17 quod facere solebant ornamenti causa diebus festis vel laetis, cf. Ps. 104, 15. Ps. 23, 5. Cohel. 9, 8. Sap. 2, 7. Iudith. 16, 8; — *pedes*, honoris gratia et ad significandam singularem amicitiam, Luc. 7, 38. 46. Io. 11, 2. 12, 3. cf. Gen. 18, 4. 19, 2. 2 Sam. 11, 8. Cantic. 5, 3. Luc. 7, 44. Io. 13, 5 sq. — *defunctorum corpora*, Marc. 16, 1. et honoris gratia, et ad avertendam putredinem, Gen. 50, 2. 2 Chron. 16, 14. Io. 19, 40; — *aegrotos*, Marc. 6, 13. Iac. 5, 14. ad corpus sanandum. cf. Luc. 10, 34. (*Lightfoot*. hor. hebr. et talm. ad Matth. 6, 17 et h. l. et Ioseph. de bell. iud. l. c. 33. sect. 5. De usu olei apud Hebraeos vid. *Iahn*. bibl. Archaeol. T. I. P. I. p. 520 et *Wineri* Reallex. s. v. *Salbe*.) *.

Ἀλεκτοροφωνία, *ας, ἡ*, (ex ἀλέκτωρ et φωνή) *gallicinium;* (Aesop. Fab. 79. Niceph. Gregor. 9, 14. §. 3. cf. *Lobeck*. ad Phryn. p. 229.) Semel in N. T. Marc. 13, 35 ubi est tertia noctis vigilia Iudaeorum, quae primo diluculo, quo galli expergefacti canere solent, finiebatur. Vid. etiam 3 Macc. 5, 23. *Wolfii* curae phil. ad Matth. 14, 25 et infra φυλακή.

Ἀλέκτωρ, *ορος, ὁ*, *gallus gallinaceus*, Matth. 26, 34. 74. 75. Marc. 14, 30. 68. 72. Luc. 22, 34. 60. 61. Io. 13, 38. 18, 27. *.

Ἀλεξανδρεύς, έως, ὁ, *Alexandrinus* i. e. vel Alexandria oriundus, vel ibi degens et habitans. Iudaei, qui Alexandriae in Aegypto magno numero consederant, Ἀλεξανδρεῖς nominabantur teste Iosepho ant. lib. 19. c. 5. sect. 2. Vid. etiam Philo in Flacc. p. 971. — Συναγωγὴ Ἀλεξανδρέων Act. 6, 9 est igitur synagoga, in qua conveniebant Iudaei Alexandrini. Caeterum legitur Act. 18, 24.

Ἀλεξανδρῖνος, η, ον, *Alexandrinus*, ex urbe Alexandria; de navi Act. 27, 6. 28, 11. i. e. civi Alexandrino propria. *.

Ἀλέξανδρος, δρου, ὁ, *Alexander*, nomen propr. Quatuor huius nominis commemorantur in N. T. — 1) filius Simonis Cyrenaei, Marc. 15, 21. — 2) unus e sacerdotibus summis, Act. 4, 6. — 3) Iudaeus quidam, Act. 19, 33 sqq. — 4) faber quidam aerarius, 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 4, 14. *.

Ἄλευρον, ου, τό, (ab ἀλέω, *molo*) *farina tritici, similago*, (Hesych. ἄλευρα· κυρίως, τὰ τοῦ σίτου· ἄλφιτα δὲ, τὰ τῶν κριθῶν.) *farina pura et optima*, Matth. 13, 33. Luc. 13, 21. (LXX pro קֶמַח Num. 5, 15. Iud. 6, 19. Ies. 47, 2. Ioseph. ant. 3, 6. 6. ib. 8, 13. 2.) *.

Ἀλήθεια, ας, ἡ, (ab ἀληθής, quod vid.) propr. quod non celatur, non latet, sed dicitur vel cognoscitur, ut re vera est; — 1) *veritas, verum*; et quidem a) in dicendo s. narrando res in facto positas; Marc. 5, 33 εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. (Ioseph. de bell. 7, 2 πυθόμενος παρ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Plat. apol. Socr. p. 17 ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. ib. p. 20 D.) Io. 5, 33. 2 Cor. 6, 7 ἐν λόγῳ ἀληθείας, in vero dicendo. — λαλεῖν ἀλήθειαν, sive λέγειν τὴν ἀλήθειαν, verum dicere, vera loqui, Io. 16, 7. Rom. 9, 1. Eph. 4, 25. 1 Tim. 2, 7. (1 Reg. 22, 16.) — ἐπ' ἀληθείας, *vere*, de eo, quod eventu patet, vel comprobatur, Luc. 4, 25. 22, 59. Act. 4, 27. 10, 34. (Iob. 9, 2. Ies. 37, 18. Deut. 22, 20. 2 Macc. 3, 9 ταῖς ἀληθείαις, vere.) — b) *verum per se, veritas*, cui nil falsi vel erroris admixtum est, Marc. 12, 32. Act. 26, 25. Rom. 2, 20. 2 Tim. 3, 7. 8. 4, 4. (Sir. 4, 25. 28.) — ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγ. Gal. 2, 5. 14. i. e. verum quod vobis annunciavimus, videlicet de salute per Christum acquirenda sine interventu legis mosaicae. — ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, doctrina verissima, Eph. 1, 13. Col. 1, 5. 2 Tim. 2, 15. 18. Iac. 1, 18. (Ps. 119, 86 πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια, ib. v. 142. Neh. 9, 13 νόμοι ἀληθείας.) — 2) *veri amor*, s. *studium, sinceritas*, quae fraudem, dolum mendaciumque fugit, Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. Luc. 20, 21. Io. 4, 23. 24 ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ mente sincera, quae Deum caerimonia quasi fallere non studet, (1 Sam. 12, 24. 1 Reg. 2, 4. 3, 6.) Io. 8, 44 οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ, nullus veri amor. Rom. 2, 2. 3, 7. 15, 8. 1 Cor. 5, 8. 2 Cor. 7, 14. 11, 10 ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοί, i. e. Christi sinceritatem sequor. Eph. 4, 24. 5, 9. 6, 14. Phil. 1, 18. Col. 1, 6. 1 Io. 1, 6 οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν, non agimus convenienter sinceritati. ib. v. 8 ἡ ἀλήθ. οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν, nulla nobis inest sinceritas. ib. 2, 4. 3, 18. 19. 5, 6 τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, i. e. ἀληθινόν, veracissimum. 2 Io. v. 1. 3. 3 Io. v. 1. (Ios. 2, 14. 2 Sam. 2, 6. Ps. 36, 5. 40, 11. 89, 2. 33. 2 Chron. 19, 9. Sir. 7, 20.) — Ex loquendi consuetudine nostrorum scriptorum dicitur ἀλήθεια absolute 3) de *vera religionis doctrina et disciplina*, a Deo profecta, quae κατ' ἐξοχήν nominatur ἡ ἀλήθεια, vel quod a verissimo Deo ortum habet et in se est vera, vel quod de uno vero Deo eiusque vera voluntate exponit. Opponitur hoc sensu ἀλήθεια idolis eorumque cultui, quae אֱלִילִים, *res nihili*, et הֶבֶל *mendacium* dicuntur. Hinc verus Deus ipse 3 Esdr. 4, 33—41 sub nomine τῆς ἀληθείας laudibus effertur; אֱמֶת de vera religione, Dan. 8, 12. 9, 13. Ps. 25, 5. 26, 3. Arabes *deflectere a vero ad mendacium* dicere solent, pro: deflectere a vero Deo ad idola. Philo de creat. princip. p. 726 E. μεταναστάντα εἰς ἀλήθειαν dicit proselytum conversum ad verum Deum. conf. idem de vita Mos. p. 694 A. — In N. T. ἀλήθ. igitur est: *vera atque salutaris doctrina*, per Christum patefacta, cui et mythi aliarum gentium et fabulae Iudaeorum opponuntur, Io. 1, 14. 17. 8, 32. 40. 45. 46. 17, 17. 19. 18, 37 ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, qui divinae veritatis est amans. ib. v. 38. 2 Cor. 4, 2. 13, 8. Gal. [3, 1.] 5, 7. 2 Thess. 2, 10—12. 13. 1 Tim. 2, 4. 7. 3, 15. 2 Tim. 2, 25. Tit. 1, 1. 14. Hebr. 10, 26. Iac. 1, 18. 3, 14. 1 Petr. 1, 22. 2 Petr. 1, 12. 2, 2. 1 Io. 2, 21. 2 Io. v. 4. 3 Io. v. 8. Hinc Iesus ipse dicitur ἀλήθεια, doctor verae doctrinae, (πατὴρ ἀληθείας, Act. Thom. §. 26.) — τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθ., spiritus verissima de Deo et religione tradens, Io. 14, 17. 15, 26. 16, 13. 1 Io. 4, 6. — ἐγνωκότες τὴν ἀλήθ., veram doctrinam edocti, 1 Tim. 4, 3. 2 Io. v. 1. (Clemens Alex. doctrinam christianam saepissime nominat simpliciter τὴν ἀλήθειαν, velut strom. prooem. §. 1 περιέξουσι δὲ οἱ Στρωματεῖς ἀναμεμιγμένην τὴν ἀλήθειαν τοῖς φιλοσοφίας (gentilium) δόγμασι, Id. strom I, 5. Act. Thom. §. 1 τοῖς Ἰνδοῖς κηρύξαι τὴν ἀλήθειαν.) — 4) *probitas vitae*, vita composita secundum praecepta τῆς ἀληθείας; Io. 3, 21 ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, qui probe agit (opponitur τῷ φαῦλα πράσσοντι, v. 20); Io. 8, 44 ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, in probitate non constans fuit. Rom. 2, 8 ἀπειθ. τῇ ἀληθείᾳ, i. e. praeceptis de probitate. 1 Cor. 13, 6 ubi τῇ ἀδικίᾳ opponitur. Eph. 4, 21. 1 Tim. 6, 5. Iac. 5, 19. 3 Io. v. 3. 12. (Ps. 119, 30. Ies. 26, 10. — et pro hebr. תֹּם et תָּמִים Prov. 14, 22. 28, 6. Pseudepigr. V. T. [Fabric. I, p. 604]: οἶνος διαστρέφει τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐμβάλλει ὀργὴν ἐπιθυμίας.) *.

Ἀληθεύω, *vera loquor*, τὴν ἀλήθειαν *dico*, Gal. 4, 16. Eph. 4, 15 ἀληθ. ἐν ἀγάπῃ, vera dicere, sed eo modo, quem postulat caritas. (Gen. 42, 16. Sir. 31, 4. Prov. 21, 3. Philo leg. alleg. II, p. 84 A.) *.

Ἀληθής, ές, (ex ἀ priv. et λανθάνω s. λήθω, lateo, in med. obliviscor; ergo proprie: qui rem non celat, vel eius non obliviscitur, igitur verum dicit, et dicere potest) 1) *verus*, Io. 8, 16. 19, 35. Act. 12, 9. (Prov. 22, 21. Sap. 1, 6.) — Io. 4, 18 τοῦτο ἀληθὲς (i. e. ἀληθῶς) εἴρηκας. 1 Io. 2, 8 ὅ ἐστιν ἀληθὲς (i. e. ἀληθῶς) ἐν αὐτῷ. (Deut. 17, 4.) — *eventu comprobatus*, Io. 10, 41. Tit. 1, 13. 2 Petr. 2, 22. — *pro vero habendus, fide dignus*, μαρτυρία, Io. 5, 32 sq. 8, 13. 14. 17. 21, 24. 3 Io. v. 12. — χάρις 1 Petr. 5, 12. — doctor, 2 Cor. 6, 8. 1 Io. 2, 27. (Dan. 8, 26. — pro נָכוֹן Gen. 41, 32. Iob. 42, 7. 8. Ioseph. ant. 4, 8. 15.) — 2) *veri amans, verax*, Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. Io. 3, 33. 8, 26. Rom. 3, 4. — 3) *probus, honestus*, Io. 7, 18. Phil. 4, 8. (2 Chron. 31, 20 ἐποίησε τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀληθὲς [text. Vatic. τὸ εὐθές.] Ies. 41, 26.) *.

Ἀληθινός, ή, όν, ab ἀληθής, LXX pro אֱמֶת 1) *verus*, Io. 4, 37. 19, 35. — *verus, non fictus*, Io. 17, 3 μόνος ἀληθ. θεός, unice verus, non opinione Deus, ut idola (Ies. 65, 16. 2 Chron. 15, 3. Philo legat. ad Cai. p. 1042. Xenoph. Anabas. 1, 9. 17 ἀληθινὸν στράτευμα, qui hoc nomen meretur.) 1 Thess. 1, 9. 1 Io. 5, 20. Apoc. 3, 7. (Sic בֵּאלֹהֵי אָמֵן Ies. 65, 16.) — *quod in se verum est*, nihil falsi in se habet, Io. 1, 9. 4, 23. 1 Io. 2, 8. — *genuinum, verum*, cui opponitur derivatum, falsum, rei essentiam non habens; ἄμπελος Io. 15, 1 vitis vera, vere divina, coll. Ier. 2, 21. Zach. 8, 3; ἄρτος ἀπ' οὐρανοῦ Io. 6, 32 cuius umbra et typus fuerat manna; σκηνὴ ἀληθιν. Hebr. 8, 2 templum πρωτότυπον in coelo, ad cuius typum templum terrestre hierosolymitanum formatum putabant Iudaei. cf. Sap. 9, 8. Sir. 24, 8—12. Etiam in test. XII. patriarch. (Fabr. Cod. Pseud. I, p. 550) commemorantur ὁ ναὸς ὁ ἅγιος in coelo supremo, et αἱ πλάκες τῶν οὐρανῶν, tabulae (scil. legis) coelestes. (coll. *Eisenmengeri* entdecktes Iudenth. I. p. 316 sq. II. 243 sq. et 840. et quae 4 Esdr. 3, 6 de paradiso coelesti leguntur. — τὰ ἀληθινὰ ἅγια Hebr. 9, 24 eodem sensu τοῖς ἀντιτύποις sacris in his terris opponuntur. coll. Hebr. 11, 10. Apoc. 11, 19. 15, 5. — τὸ ἀληθινόν Luc. 16, 11 genuinum, verum bonum significat, oppositum bonis caducis, falsis, vanis. — 2) *verax*, ideoque fide dignus, Io. 7, 28. Apoc. 3, 14. 19, 9. 11. 21, 5. 22, 6. Prov. 12, 19. — 3) *sincerus, probus*; καρδία Hebr. 10, 22. coll. Ies. 38, 3. hebr. יָשָׁר Iob. 2, 3. 8, 6. נָקִי Iob. 27, 17. — de iudice et iudicio: rei accurate conveniens, *rectus, iustus*, Apoc. 6, 10. 15, 3. 16, 7. 19, 2. coll. Cant. triumvir. 4, 7. Ies. 25, 1. 59, 4. Deut. 25, 15. 3 Esdr. 8, 89 pro צַדִּיק, Esdr. 9, 15.

Ἀλήθω, (in scriptis recentiorum scriptorum loquendi consuetudinem vulgi secutis pro ἀλέω, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 151) *molo, molam trusatilem circumago*; bis, Matth. 24, 41. Luc. 17, 35. (Exod. 11, 5. Num. 11, 8. Iudic. 16, 21. Cohel. 12, 3. 4. Diod. Sic. 3, 13 et 14.) **.

Ἀληθῶς, ab ἀληθής, adv. *vere, verissime, certissime, profecto*, Matth. 14, 33. 26, 73. 27, 54. Marc. 14, 70. 15, 39. Io. 1, 48. 4, 18. 42. 6, 14. 55. 7, 26. 40. 8, 31. 17, 8. Act. 12, 11. 1 Io. 2, 5. 1 Thess. 2, 13. Ἀληθῶς λέγω certissime affirmo, Luc. 9, 27. 12, 44. 21, 3. (Ier. 28, 6. Gen. 20, 12.) *.

Ἁλιεύς, έως, ὁ. (ab ἅλιος, marinus) *piscator, pisces capiens*, Matth. 4, 18. Marc. 1, 16. (Ezech. 47, 10. Ies. 19, 8.) — Ἁλιεῖς ἀνθρώπων Matth. 4, 19. Marc. 1, 17 metaphorice: homines capientes regno Dei. Eodem modo Latini utuntur verbo *venari* (Horat. epist. I, 19. 37.) et Graeci verbo θηρεύειν v. c. ἡδονάς, ἀρετήν. cf. Sir. 27, 20. Ier. 51, 41. Vid. etiam *Loesner*. obss. e Phil. p. 8 sq. *.

Ἁλιεύω, (ab ἁλιεύς) *piscor*; Io. 21, 3 ὑπάγω ἁλιεύειν, abeo piscatum. (Ier. 16, 16.) **.

Ἁλίζω, (ab ἅλς, ἁλός, *mare, sal*) *sale conspergo, sale condio*. Med. ἁλίζομαι (הָמְלֵחַ Levit. 2, 13.) *sal*, i. e. vim condiendi, *recipio*, Matth. 5, 13. coll. Marc. 9, 50. — Passiv. legitur Marc. 9, 49. (Ignat. epist. ad Magnesian. §. 10 ἁλίσθητε ἐν αὐτῷ (Christo) ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν.) Salis usum in sacrificiis testantur loca Lev. 2, 13. Ezech. 43, 24. Verba Marc. 9, 49 πυρὶ ἁλισθήσεται ab interpretibus vario modo explicata sunt. Alii: quivis impius igne peribit, ut victima sale conspersa interficitur. Alii: quivis homo Deo consecratus sale verae sapientiae ad felicitatem aeternam praeparari debet. Alii: quilibet vestrum (scil. discipulorum) vel potius quivis homo (vid. Fritzschii comment. ad Marc. p. 403) calamitatibus, veluti sale, emendari et praeparari debet, sicuti omnes oblationes sale praeparari debent, quo sint Deo acceptae. Alii: quivis damnatorum igne, gehennae sale (quod ipsis in vita terrestri versantibus defuit) imbuetur, i. e. poenis vitae futurae discet resipiscere. Alii: omnes damnati ignis huius subsidio Deo sacrantur, quasi victima, quae sale Deo vovetur. De improbis, ope ignis ab omnibus peccati sordibus olim purgandis, quae Zoroaster opinatus est, habes in *Kleuckert* Zendavesta im Kleinen, P. II. p. 128 sqq. *.

Ἀλίσγημα, τος, τό, apud profanos non legitur, nec ἀλισγέω, a quo deducendum est. Ἀλισγέω, (quod ab ἀλίω, voluto, ducendum videtur,) volutando inquino, contamino, polluo, legitur in versione Alexandrina pro גָּאַל, inquinavit, Mal. 1, 7. 12. Dan. 1, 8. Sir. 40, 29. de cibis aliisque rebus, quae secundum praecepta mosaica impurae habebantur. Hinc substantivum: *inquinamentum, sordes*; semel Act. 15, 20 ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, i. e. a carnis e victimis gentilium residuis; etenim v. 29 ubi haec verba repetuntur, leguntur ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων. Hesych. ἀλισγημάτων· τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν. Suidas: τῶν μιασμάτων ἐκ μυσαρᾶς τῶν εἰδώλων θυσίας. — Hesych. ἀλίσγοντες· μολύνοντες, μιαίνοντες. Idem: ἠλισγημένους· μεμολυσμένους, ἠρτυμένους.

Ἀλλά, particula *adversativa*, cognata verbo ἄλλος, et ponitur ubi sermo ad oppositum, contrarium, vel etiam, imminutâ vi, ad diversum et alienum transit, Latinorum *sed, at*, nostrum *sondern, aber*. Vario modo, ut profani, hac particula utuntur nostri scriptores (vid. *Wineri* Gramm. N. T. p. 414 et 421), in codice autem Vet. Test. rarius legitur, quum lingua hebr. non habeat particulam Graecorum ἀλλά prorsus respondentem, quare LXX interpr. plerumque καί habent, ubi ἀλλά fuisset dicendum. — Propria et plena vi facit transitum 1) ad *oppositum* vel *contrarium*, a) *universe*; Io. 11, 11. 15. 16, 20. Rom. 11, 4. Act. 15, 11. 1 Cor. 6, 11. 1 Io. 2, 19 ἀλλ' ἵνα i. e. sed (factum est, ut excederent) ut etc. (1 Sam. 29, 9. Ies. 7, 17. Esdr. 5, 13.) — b) *obiiciendo*; Rom. 10, 18. 19. 1 Cor. 15, 35. Iac. 2, 18. (Iudith. 6, 30.) — c) *corrigendo*; Matth. 24, 6. Marc. 14, 36 παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο· ἀλλ' οὐ, τί ἐγὼ θέλω. Act. 15, 11. Rom. 5, 15. 1 Cor. 9, 12. 2 Cor. 8, 7. Hebr. 3, 16. (Ios. 22, 28.) — d) *excipiendo et limitando*; Hebr. 3, 16 τινὲς γὰρ παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες (secundum interpunctionem vulgarem; Griesb. τίνες παρεπίκραναν; ἀλλ' οὐ etc.) 1 Cor. 7, 7. 14, 19. (Iob. 1, 12. Sap. 18, 20.). — In propositionibus *conditionatis*, εἰ — ἀλλά, i. e. *si vel — at tamen, s. at certe*; Marc. 14, 29 εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' οὐκ ἐγώ. Rom. 4, 2. 6, 5. 9, 2 εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμί. 2 Cor. 4, 16. 5, 16. 11, 6. 13, 4. Col. 2, 5. (1 Macc. 2, 19. 20.) Eodem sensu ἐὰν — ἀλλά 1 Cor. 4, 15. (Vid. Kypkii obs. s. II, p. 197 qui collegit exempla ex profanis.) — e) refertur ad antecedens μέν vel δέ, Marc. 9, 13 Ἡλίας μὲν — ἀλλὰ λέγω ὑμῖν. Luc. 24, 21 ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν — ἀλλά γε etc. Io. 7, 44. 11, 42. 12, 42. 16, 6. 7. 1 Cor. 4, 4. 14, 7. 2 Cor. 1, 9. Hebr. 4, 2 et saepissime. — f) incipit propositionem post negationem antecedentem; Matth. 4, 4. 5, 17. Marc. 9, 8 οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, pr. neminem amplius conspexerunt, sed Iesum solum (conspexerunt), i. e. neminem praeter Iesum. Marc. 13, 24 ubi ἀλλά referendum est ad μὴ πιστεύετε v. 21. Marc. 14, 49. Luc. 4, 4. 14, 10 ubi ἀλλά respicit ad μή v. 8. Luc. 14, 13. Io. 13, 18. 24, 18 ubi ἀλλά pendet a μὴ γένοιτο v. 16. Act. 2, 16. Rom. 2, 13. 1 Cor. 6, 6. 13. 12, 22. 15, 10 coll. v. 9. Eph. 5, 4 coll. v. 3. 2 Tim. 1, 7. Hebr. 2, 16. (Iob. 32, 8. Ies. 10, 4. 7. 1 Sam. 6, 13.) — Sequitur *plenam negationem*, ubi verti potest, quod ad sensum attinet: *immo, potius*; Luc. 1, 60 οὐχί· ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης. 13, 3 οὐχὶ λέγω ὑμῖν· ἀλλ'. ib. v. 5. 16, 30. Io. 7, 12 οὔ· ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον. Act. 16, 37 οὐ γάρ· ἀλλά. Rom. 3, 27. 31 μὴ γένοιτο· ἀλλά. 7, 7. 1 Cor. 7, 21 et passim. — g) οὐ et ἀλλά in eadem propositione: *non — sed*; Io. 7, 16 οὐκ ἔστιν ἐμή, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με. Matth. 20, 23 οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου, pro ἀλλὰ τοῦ πατρός, ὃς etc. 1 Cor. 1, 17. 7, 10. 14, 22. (3 Macc. 7, 9 οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν θεόν.) — in negatione relativa: *non tam — quam*; Marc. 9, 37 οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. (Vid. quae uberius de hac verborum significatione disseruit *Fritzschius* in comment. in Evang. Marci p. 773 sqq.) Eodem modo Matth. 10, 20. Io. 12, 44. Act. 5, 4. 1 Cor. 15, 10 οὐκ ἐγὼ δέ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ. 1 Thess. 4, 8. (4 Macc. 1, 6.) — h) οὐ μόνον — ἀλλὰ καί, *non solum — sed etiam*, Io. 5, 18. 11, 52. 12, 9. Act. 19, 26 ubi καί in altero membro omissum est. Phil. 2, 27. (Plura vid. in *Μόνον*.) — i) οὐ — ἀλλ' ἤ, *non — nisi, s. praeterquam*; Luc. 12, 51 οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν. [1 Cor. 3, 5.] 2 Cor. 1, 13. (LXX ἀλλ' ἤ pro אֶפֶס Num. 13, 28. 23, 13. Pro זוּלָתִי Deut. 4, 12. Pro אֲבָל Dan. 10, 7. 21. Vid. etiam Ier. 7, 23. 9, 24. 1 Sam. 30, 17. 22. 2 Chron. 21, 17. 18, 30. 1 Macc. 9, 6. 9. et *Hermann*. ad Viger. p. 812.) — k) Saepius propositio negativa, ad quam ἀλλά respicit, ex breviloquentia tacetur, quia ea quoque facile addi potest cogitando; sic post quaestionem, quae negationem includit: Luc. 17, 8 ἀλλ' οὐχί, *nonne potius*. Hebr. 3, 16. — Luc. 6, 27 ἀλλ' ὑμῖν i. e. vos non ita, sed etc. Io. 6, 36 ἀλλ' εἶπον, (non omnes capiunt) sed dixi. Io. 7, 49 ἀλλ' ὁ ὄχλος, i. e. nullus, sed populus. Act. 19, 2 ἀλλ' οὐδέ, i. e. minime! Sed ne quidem etc. Act. 5, 14 ἀλλά, i. e. (non igitur mori debebant) at etc. Rom. 8, 37 (μὴ γένοιτο·) ἀλλ' ἐν τούτοις etc. 1 Cor. 10, 20 (minime!) Sed etc. Gal. 2, 3 ἀλλ' οὐδέ (nihil mihi contradixerunt) neque. Eph. 5, 24 ἀλλ' ὥσπερ (ne igitur sitis inobedientes), sed quemadmodum etc. — Passim. (1 Sam. 16, 6.) — Sic etiam intelligendus est locus Matth. 11, 7—9 τί ἐξήλθετε θεάσασθαι; κάλαμον — ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον — ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; προφήτην. Addendum est cogitando post κάλαμον et ἄνθρωπον: hunc sive eiusmodi hominem non invenietis. Eodem modo Luc 11, 42. 2) Ἀλλά facit transitum ad *aliud quid*, ita ut a) rem et rationem *augeat*; Luc. 16, 21 ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες, imo etiam canes. 23, 15 ἀλλ' οὐδέ, neque vero Herodes. Io. 16, 2 ἀλλ' ἔρχεται, imo veniet tempus. 2 Cor. 7, 11 ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν etc. Phil. 2, 17 ἀλλ' εἰ καί, imo si vel. ib. 3, 8 ἀλλὰ μὲν οὖν καί, immo etiam. 2 Tim. 1, 17. (4 Macc. 1, 4. 15, 23.) — b) ita ut sententiarum seriem abrumpat et ad aliud transeat; Io. 8, 26. (Ioseph. ant. 5, 8. 6.) — c) cum imperativis verborum saepe iungitur, si oratio flectit ad adhortationem, ubi est: *sed iam*, nostrum *nun aber*, et verti potest fere: *agedum*; Matth. 9, 18. Marc. 9, 22. 16, 7. Luc. 22, 36 ἀλλὰ νῦν. Act. 10, 20. 26, 16. (Iob. 12, 7. 36, 21. 40, 10. 1 Macc. 10, 56. Vid. quae e profanis de hoc particulae usu dixit *Viger*. de idiotism. graecae dictionis p. 469 sqq. et ibidem *Hermannus* p. 811 sq. LXX interpretes in hoc orationis genere pro ἀλλά fere ubique dixerunt: καὶ νῦν.)

Ἀλλάττω, sive ἀλλάσσω, fut. άξω, (ab ἄλλος) LXX pro הֵמִיר et חָלַף. 1) *muto, muto rei formam vel naturam*. Hesych. ἤλλαξεν· ἄλλον ἐξ ἄλλου ἐποίησεν. De mutatione in melius 1 Cor. 15, 51. 52. cf. Ier. 13, 23. Sap. 12, 10. — ἀλλ. τὴν φωνήν, mitius loquor, nostrum: ich stimme den Ton um, Gal. 4, 20. — *muto in peius, corrumpo*; ita Hebr. 1, 12 ἀλλαγήσονται videl. οἱ οὐρανοί, i. e. senescent, splendore et firmitate minuentur, vestimenti instar. Vid. Ps. 102, 26. Sap. 4, 11. coll. Ies. 51, 6. — ἀλλ. leges Act. 6, 14. i. e. irritas facere leges, praeceptorum auctoritatem mutare. Vid. Esdr. 6, 11. 12 ubi est i. q. ἀφανίσαι, et Ies. 24, 5 ubi est i. q. παραβαίνειν. — 2) *commuto aliquid cum aliquo*, Rom. 1, 23 ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ ἐν ὁμοιώματι, commutarunt maiestatem Dei cum simulacro,

i. e. simulacrum in Dei veri locum posuerunt. Sic ἀλάσσ. ἐν Ps. 106, 20. — ἀλλ. τὴν στολήν, vestem permutare Gen. 41, 14. 2 Sam. 12, 20. coll. Sir. 7, 19. *.

Ἀλλαχόθεν, adv. loci, *aliunde*, *ex alio loco*. Semel Io. 10, 1. (Esth. 4, 14 in edit. Ald. et Compl. 4 Macc. 1, 7. Ioseph. ant. 4, 8. 21.)

Ἀλληγορέω, ῶ, (ex ἄλλος et ἀγορεύω, loquor) *allegoriam loquor*, i. e. secundum Quintilianum *aliud verbis*, *aliud sensu ostendo*, sive rem, quae tantum cogitatur, alia re, quae sub sensum cadit, significo, vel significatam puto. Semel Gal. 4, 24. (In codice graeco V. T. non legitur. Philo de migrat. Abrah. p. 420 B πέντε Σιλπαάδ θυγατέρες, ἃς ἀλληγοροῦντες αἰσθήσεις εἶναί φαμεν. Clem. Alex. protrept. 11 ὄφις ἀλληγορεῖται ἡδονὴ ἐπὶ γαστέρα ἕρπουσα. Stromat. 5, 11. Iudaeos Iesu temporibus, item patres ecclesiae antiquiores praeter sensum proprium etiam alium mysticum et allegoricum libris divinis inesse putasse, satis constat.)

Ἀλληλούϊα, hebr. הַלְלוּ־יָהּ *celebrate Iehovam*, v. c. Ps. 104, 1. Legitur Apoc. 19, 1. 3. 4. 6. cf. Tob. 13, 18. (Τὸ ἀλληλούϊα substantive 3 Macc. 7, 13 verosimiliter indicat Psalmos 113 — 118 qui a Iudaeis magnum halleluiah nominabantur.) *.

Ἀλλήλων, genit. pluralis pronominis reciproci, dativ. ἀλλήλοις, αις, οις, acc. ἀλλήλους, ας, α, *invicem*, *inter sese*, *alius alium*; saepissime, ut Matth. 24, 10. Io. 13, 35. Act. 7, 26. 28, 25. Rom. 1, 27. Hebr. 10, 24. Iac. 5, 16.

Ἀλλογενής, ές, genit. οῦς, (ex ἄλλος et γένος) LXX pro זָר et pro בֶּן נֵכָר, *alienigena*, *peregrinus*. Semel Luc. 17, 18 de Samaritano. (Exod. 29, 33. Levit. 22, 10. 25. Ies. 56, 3. 6.)

Ἅλλομαι, aor. 1. ἡλάμην, verb. depon. med. *salio*, *tripudio*, Ies. 35, 6. Act. 3, 8. 14, 10 ubi text. vulg. ἥλλετο, Griesbach. ἥλατο. — De aquis est: *scaturio*, Io. 4, 14. ut Latin. *salio*, Virg. Eclog. 5, 47. Suet. Octav. 82. (Iob. 6, 10. 1 Sam. 10, 10. Sap. 5, 21.) *.

Ἄλλος, η, ο, 1) *alius*, i. e. non ipse, non idem, Matth. 2, 12 δι' ἄλλης ὁδοῦ. 13, 33. 26, 71. 27, 42. Marc. 12, 31. Io. 4, 37. 19, 18. Act. 4, 12. Gal. 1, 7. — Saepissime. — alius eiusdem generis, Marc. 7, 4. 8. Io. 20, 30. 21, 25. — alius praeter illum, Matth. 25, 16. 17. 20. 22. Marc. 12, 32. 15, 41. Io. 6, 22. 14, 16 ἄλλον παράκλητον. — Saepissime. — Distributive: alius i. e. secundo vel tertio loco subsequens, Marc. 12, 4. 5. Apoc. 12, 3. 13, 11 et passim. — οὗτος — ἄλλος, *hic — ille*, Matth. 8, 9. — οἱ μὲν — ἄλλοι δέ, *alii — alii*, Matth. 16, 14. — ἄλλοι — ἄλλοι, Matth. 13, 5—8. Marc. 4, 7. 8. 6, 15. 8, 28. Luc. 9, 19. Io. 7, 41. 9, 9. 1 Cor. 12, 8—10. — Act. 2, 12 ἄλλος πρὸς ἄλλον. — Act. 19, 32 ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον, alii alia clamabant, ib. 21, 34. (Sap. 18, 18 ἄλλος ἀλλαχῇ.) — (LXX potissimum pro אַחֵר, Gen. 41, 3. Num. 23, 13. 1 Reg. 13, 10.) — 2) ὁ, ἡ, τό, ἄλλος, η, ο, cum articulo: *alter*, Matth. 5, 39. 10, 23. 12, 13. 27, 61. Io. 18, 15. 16 et passim. — ὁ ἄλλος, alter, Apoc. 17, 10. — οἱ ἄλλοι, *caeteri*, 1 Cor. 14, 29.

Ἀλλοτριοεπίσκοπος, όπου, ὁ, (ex ἄλλος et ἐπίσκοπος) non nisi in N. T. legitur, et semel 1 Petr. 4, 15. Est vero: ἀλλοτρίων ἐπίσκοπος, vel: exterorum hominum i. e. non christianorum praefectus, vel: alienarum rerum curator. Dicitur de christiano, qui punitur non ὡς χριστιανός, sed tanquam ἀλλοτρίων ἐπίσκοπος, i. e. *magister exterorum*, i. e. qui praefecturam aliquam gerit in non christianos. (Ἀλλότριος enim saepe in V. T. de gentili homine, vid. Ἀλλότριος; et Iosephus ant. 8, 7. 5 advenas e gentilibus nominat ἀλλοτριοχώρους.) Alii: alienis rebus se immiscens, i. q. ἀλλοτριοπράγμων (ut Plato loquitur). Alii: nimis severus alienorum vitiorum censor.

Ἀλλότριος, ία, ιον, (ab ἄλλος.) — LXX pro זָר, נֵכָר, אַחֵר, — 1) *alienus*, non proprius, et τῷ ἰδίῳ, vel τῷ ἡμετέρῳ opponitur, Luc. 16, 12. Io. 10, 5 (ubi quod ad sensum attinet, est *ignotus*, ut Sir. 8, 18.) Rom. 14, 4. 15, 20. 2 Cor. 10, 15. 16. 1 Tim. 5, 22. Hebr. 11, 9. 9, 25. (Prov. 7, 5. Ps. 49, 10. 109, 10. 1 Macc. 15, 33.) — 2) alienus, i. e. *peregrinus*, Matth. 17, 25 sq. Act. 7, 6. (Deut. 31, 18. 20. Sap. 19, 15. Sir. 11, 34.) — 3) *exterus*, *hostis*, adiecta notione impietatis, quia omnes exteri propter idololatriam simul impii a Iudaeis habebantur, Hebr. 11, 34. (Ps. 54, 3. — *gentiles*, 1 Reg. 8, 41. Esdr. 10, 2. Sir. 29, 21. 33, 3. 21, 25. 1 Macc. 1, 38.) *.

Ἀλλόφυλος, ον, (ex ἄλλος et φῦλον) ex aliena stirpe (Ioseph. 1, 21. 1); *ex aliena gente*, *alienigena*, et, si Iudaeo opponitur: *gentilis*. Sic semel Act. 10, 28. (Ioseph. ant. 4, 8. 2. Philo de legat. ad Cai. p. 1022 D. 4 Macc. 3, 7. et ἀλλοφυλῆσαι 4 Macc. 18, 5. In versione Alexandrina eodem sensu, velut de Philistaeis 1 Sam. 13, 3—5. Obad. 19. [Ioseph. ant. 9, 5. 3]; de Hellenistis 1 Macc. 4, 12. 22. 26. et ἀλλοφυλισμός 2 Macc. 4, 13. 6, 24 i. q. ἑλληνισμός.)

Ἄλλως, adverb. (ab ἄλλος) *aliter*, *alia ratione*. Semel 1 Tim. 5, 25 τὰ ἄλλως ἔχοντα videl. ἔργα, quae aliter sunt comparata, i. e. non recte facta, οὐ καλὰ ἔργα. (Iob. 11, 12. 40, 3. Esth. 1, 19. 9, 27.)

Ἀλοάω, ῶ, 1) circumago, i. q. δινέω, — 2) circumago boves sive equos in area, *trituro*, *fruges excutio*, 1 Cor. 9, 9. 1 Tim. 5, 18. coll. Deut. 25, 4. Ies. 41, 15. Ier. 51 (graec. cap. 28), 53. Ioseph. ant. 7, 13. 4. — 1 Cor. 9, 10 metaphorice ὁ ἀλοῶν de nunciis Evangelii. (Phil. 3, 2.) *.

Ἄλογος, ον, (ex ἀ priv. et λόγος) 1) τὸν λόγον non habens; igitur quum λόγος sit *sermo et ratio*, vel *ratione*, vel *facultate loquendi destitutus*. Posteriori modo Exod. 6, 12. (Philo, quis rer. div. haer. p. 483); priori modo, ut sit *rationis expers*, 2 Petr. 2, 12. Iud. v. 10. coll. Sap. 11, 15. 3 Macc. 5, 40. Clem. Alex. paedag. 1, 13. — 2) *absurdus*, *temere dictus et factus*, Act. 25, 27. (Ioseph. ant. 3, 1. 5. Athenag. apolog. B. p. 8. et ἀλόγως 3 Macc. 6, 25.) *.

Ἀλόη, ης, ἡ, *aloe*. Semel Io. 19, 39 et hic est *arbor* aromatica, etiam agallochum et xylaloe appellata (Cant. 4, 14), in India et Arabia frequens, qua Aegyptii ad thymiamata et condienda cadavera utebantur. Vid. *Celsii* Hierobot. P. I. p. 135 sq. — Caeterum etiam *herba*, e qua succus amarissimus elicitur, ἀλόης nomen gerit.

Ἅλς, ἁλός, ὁ, *sal*. Semel Marc. 9, 49. (Gen. 14, 3. Levit. 2, 13.) Vid. Ἅλας.

Ἁλυκός, ή, όν, (ab ἅλς, mare, *sal*) *salsus*. Semel Iac. 3, 12 de aqua. (Num. 34, 3. 12. Ioseph. ant. 15, 2. 5.)

Ἄλυπος, ον, (ex ἀ priv. et λύπη, *dolor*) *doloris*, *molestiarum expers*. Legitur comparativus Phil. 2, 28 ἵνα ἀλυπότερος ὦ, ut minus doleam, a curis magis vacuus sim. (Clem. Rom. homil. 11, 17 τὸν ἄλυπον αἰῶνα κληρονομῆσαι. Act. Thom. §. 28 γίνεσθε ἀφροντίδες καὶ ἄλυποι. Ἀλύπως Sir. 4, 8 in Complut.)

Ἅλυσις, εως, ἡ, (quod etiam ἄλυσις scribitur, ab ἀ priv. et λύω) 1) *vinculum*, quo vel manus vel pedes vel alia corporis pars constringuntur, Marc. 5, 3. — *catena* Apoc. 20, 1. Act. 21, 33. *manica* Marc. 5, 4. Luc. 8, 29. Act. 12, 6. 7. (Ioseph. ant. 3, 7. 5.) — 2) ex adiuncto: *captivitas*, Act. 28, 20. Eph. 6, 20. 2 Tim. 1, 16. (Tropice Sap. 17, 17.) *.

Ἀλυσιτελής, ές, genit. οῦς, (ex ἀ priv. et λυσιτελής) 1) *inutilis*; — 2) *noxius*, *perniciosus*. Semel Hebr. 13, 17. (Xenoph. de vectig. 4, 6. Polyb. 3, 116.)

Ἀλφαῖος, αίου, ὁ, *Alphaeus*, frater germanus Iosephi, mariti matris Christi, et maritus alterius Mariae, sororis Iesu matris, pater apostolorum Matthaei et Iacobi minoris. Commemoratur Matth. 10, 3. Marc. 2, 14. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. Vid. Ἰάκωβος. — Idem a Ioanne c. 19, 25 (vid. loca Matth. 27, 56. Marc. 15, 40) Κλωπᾶς appellatur. Hebraicum enim חַלְפַי a Matth. et Marco abiecta aspiratione Ἀλφαῖος efferebatur, ut Hagg. 1, 1 חַגַּי a LXX Ἀγαῖος, a Ioanne vero Κλωπᾶς, ח mutata in K, ut פֶּסַח 2 Chron. 30, 1 a LXX per φασέκ redditur. *.

Ἅλων, ωνος, ὁ et ἡ, (etiam, ut in versione LXX interpretum, ἅλως, genit. ἅλω, ὁ, ἡ) *area*, Gen. 50, 10. 11. — 2) *frumenta*, quae excutiuntur in area. Sic Matth. 3, 12. Luc. 3, 17. et גֹּרֶן Exod. 22, 6. Ruth. 3, 2. coll. Iud. 15, 5. Iob. 39, 12. (Fritzschius in comm. ad Matth. 3, 12 vertit: aream purgabit, i. e. frumento levabit.) *.

Ἀλώπηξ, εκος, ἡ, *vulpes*, Matth. 8, 20. Luc. 9, 58. hebr. שׁוּעָל Iud. 15, 4. Ezech. 13, 4. — metaphorice: homo callidus et insidiosus, Luc. 13, 32. ut saepe apud profanos. (Plutarch. Sulla, c. 28. Palaeph. de incred. c. 8.) Vid. etiam *Schoettg.* hor. hebr. ad h. l. *.

Ἅλωσις, εως, ἡ, (ab ἁλίσκομαι, capior) *captura*. Semel 2 Petr. 2, 12 εἰς ἅλωσιν, ut capiantur. (Ier. 50, 46. Aquila

Iob. 24, 5 εἰς ἅλωσιν pro לַשְּׂרֵפָה. Ioseph. ant. 2, 10. 2. ibid. 5, 1. 5 τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως.)

Ἅμα — LXX pro יַחְדָּו et יַחַד, — 1) adv. *simul*, Act. 24, 26 ἅμα καὶ ἐλπίζων. 27, 40. Rom. 3, 12. Col. 4, 3. 1 Thess. 4, 17 ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα. ib. 5, 10. 1 Tim. 5, 13. Phil. v. 22. (Ies. 41, 7. Gen. 13, 6. 19, 4. 22, 6. Ies. 31, 3.) — 2) praeposit. *una, una cum*, seq. dativo; Matth. 13, 29 μήποτε ἅμα αὐτοῖς ἐκριζώσητε τὸν σῖτον. (Deut. 33, 5. Ier. 31, 24. Num. 31, 8. Ioseph. ant. 5, 7. 4 ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις. ibid. 4, 7. 1 γυναιξὶν ἅμα.) — Matth. 20, 1 ἐξῆλθεν ἅμα πρωΐ, i. e. prima luce, (Ioseph. ant. 6, 3. 5 ἅμα ἕῳ. — ἅμα τῇ ἡμέρᾳ Mich. 2, 1. 1 Macc. 4, 6. Ioseph. ant. 6, 3. 5. Vid. etiam Neh. 7, 3. et loca e profanis in *Kypkii* obss. s. I, p. 98.)*.

Ἀμαθής, ές, genit. οῦς, (ex ἀ priv. et μανθάνω) *qui nihil didicit, indoctus, rudis*. Semel 2 Petr. 3, 16. (Symmach. Ps. 49, 11 pro בַּעַר *stupidus*. Xenoph. Mem. 1, 2. 49.)

Ἀμαράντινος, ον, (ex ἀ priv. et μαραίνω) *non flaccescens, perennis*. Semel 1 Petr. 5, 4. Hesych. ἀμαράντινον· ἄσηπτον. cf. Apoc. 4, 4. 6, 2. Opponitur στέφανος φθαρτός 1 Cor. 9, 25.

Ἀμάραντος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, i. q. ἀμαράντινος, *perennis*, nunquam marcescens sive evanescens. Semel 1 Petr. 1, 4. et in V. T. Sap. 6, 12.

Ἁμαρτάνω, f. ήσω (Matth. 18, 20. Rom. 6, 15) pro ἁμαρτήσομαι, quod frequentius legitur, aor. 1 ἡμάρτησα (Matth. 18, 15. Rom. 5, 14. 16. Luc. 17, 4 in codd.), qui tantum apud seriores legitur, (vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 732. *Winer*. Gramm. p. 78) aor. 2. ἥμαρτον, (secundum Buttmanni Lexil. I, p. 137 ex ἀ priv. et μέρος vel μείρω, ut sit: expers fio, ich werde untheilhaft, verfehle,) — LXX pro חָטָא, — 1) erro, aberro, nostrum *verfehlen*; pr. aberro a scopo, a via, Xenoph. Cyrop. 4, 6. 4. Homer. Odyss. 11, 510. — metaph. *aberro a vero*, 1 Cor. 15, 34 ἐκνήψατε δικαίως καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, i. e. cavete ne in errorem abducamini; loquitur enim Apostolus de erroribus fidei. Tit. 3, 11. (Ioseph. de bello Iud. 4, 8. 3 ὡς οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν τινα εἰπόντα, ita ut nemo facile erraverit, qui etc. Philo de opif. m. p. 17. Ioseph. ant. 3, 7. 6 ταύτῃ γὰρ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰκάζων αὐτήν. ibid. §. 7.) — 2) erro in agendo, aberro a via lege praescripta, aberro sciens a tramite praecepti (Hom. Iliad. ο, 430 ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ) *pecco, delinquo*, adiuncta semper notione culpae contractae; — de peccatis omnis generis, Matth. 27, 4. Io. 5, 14. 8, 11. 9, 2. 3. Rom. 2, 12. 3, 23. 5, 12. 14. 16. 6, 15. 1 Cor. 7, 28. 36 et passim. (Exod. 9, 27. 34. Ioseph. ant. 5, 9. 4 ἁμαρτάνοντες εἰς τὰ ἅγια καὶ τοὺς νόμους.) — Ἁμαρτάνειν ἁμαρτίαν, peccatum committere, 1 Io. 5, 16.* (Levit. 4, 3. 14. 5, 5. Exod. 32, 30. 31.) — Ἁμαρτάνειν εἴς τινα, aliquem laedere, offendere, Matth. 18, 15. 21. Luc. 15, 18. 21. 17, 3. 4. Act. 25, 8. 1 Cor. 6, 18. 8, 12. (Gen. 20, 6. 9. 43, 9. 1 Sam. 2, 25.) — Ἁμαρτ. ἐνώπιόν τινος, eodem sensu ex hebraismo, Luc. 15, 21. (Susann. v. 23. 1 Sam. 7, 6. 20, 1. — ἔναντί τ., Deut. 1, 41. 20, 18. Num. 15, 28. — τινὶ 1 Sam. 14, 33. 34.)

Ἁμάρτημα, ατος, τό, (ab ἁμαρτάνω) *peccatum*, i. e. actio, qua quis delinquit, Marc. 3, 28 et v. 29. codd. quidam pro κρίσις. 4, 12. Rom. 3, 25. 5, 16 in codd. 1 Cor. 6, 18. 2 Petr. 1, 9. coll. Sap. 2, 12. 17, 3. Gen. 31, 36. 1 Sam. 15, 25. 2 Sam. 12, 13. Ioseph. ant. 3, 8. 10. de bell. 4, 5. 5.)*.

Ἁμαρτία, ας, ἡ, (ab ἁμαρτάνω) — LXX pro חַטָּאת, עָוֹן — 1) aberratio a via vel scopo, metaph. *error* in vero cognoscendo (vid. Ἁμαρτάνω), vel in agendo; Io. 8, 46 τίς ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας, i. e. me scientem errasse in eo, quod dixi de Deo eiusque regno; opponitur enim τὸ λέγειν ἀλήθειαν. Io. 16, 8 ἐλέγξει περὶ ἁμαρτίας, convincet erroris, videlicet, ut v. 9 additur, quod me repudiarunt. 2 Cor. 11, 7 εἰ ἁμαρτίαν ἐποίησα ἐμαυτὸν ταπεινῶν, num in eo errorem commisi, quod etc. (Thuc. 1, 32.). — 2) aberratio a recto tramite, a via praescripta a Deo, ab eius legibus, *delictum, peccatum* quod committitur et committentem reum facit, ita ut ἁμαρτία non solum sit violatio legis (ἀνομία), neque solum violatio iusti (ἀδικία), sed actio qua rei fimus et poenis obnoxii; quare Ioannes 1. ep. 5, 17 πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστί, quodvis iniuste factum peccatum s. delictum est, i. e. nos reos facit. Dicitur autem duplici sensu: a) *peccatum*, i. e. *peccatio*, τὸ ἁμαρτάνειν, *das Sündigen, das Sündethun*. Sic praecipue in ep. ad Rom., ut c. 3, 9 ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, peccato subesse, i. e. peccando prorsus deditos esse, i. q. v. 23 πάντες ἥμαρτον. Porro Rom. c. 5—8 ubi ἡ ἁμαρτία, absolute et cum articulo, non, ut multis visum est, vitiositatem indicat, quod nunquam significat, sed τὸ ἁμαρτάνειν, *peccare*, et de actione ubique dicitur. Inducit autem Paulus, potissimum c. 7 et 8, τὴν ἁμαρτίαν, *personam*, eique ex προσωποποιΐᾳ tribuit, quae personae sunt. Rom. 5, 12 ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰςῆλθε, das Sündethun nahm seinen Anfang. v. 13 ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ, ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου, i. e. usque ad legis promulgationem peccatio locum habuit, sed non imputatur in peccationem absque lege. 6, 1 ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, perseverabimusne in peccando? v. 6 σῶμα τῆς ἁμαρτίας, corpus peccati sedes vel domicilium. ibid. δουλεύειν τῇ ἁμαρτίᾳ, peccando prorsus deditum esse. v. 10 τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανον, peccationum causa, vel in commodum peccantium. v. 11 νεκροὺς τῇ ἁμαρτίᾳ, todt für das Sündigen. v. 12. 13. 14. 17. 18. 20. 22. 23. cap. 7, 5 τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, affectus ad peccandum incitantes, quorum sedem Paulus quaerebat in corpore, quare dicit τὴν ἁμαρτίαν in nobis habitare v. 17. 20. cap. 7, 7. 8. 9. 11. 13 ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία, vid. Ὑπερβολή. v. 14. 23 τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, dictamini peccati, (i. q. 7, 5 παθήμασι τῆς ἁμαρτίας). cap. 8, 2. 3. 1 Cor. 15, 56. — (Similis προσωποποιΐα est Iac. 1, 15. Prov. 8, 1 sqq. — Sir. 25, 20 ἀπὸ γυναικὸς ἀρχὴ ἁμαρτίας.) — b) *peccatum*, i. e. quod peccando peragitur, factum vel res e peccatione nata, *delictum, das Gesündigte*, i. q. ἁμάρτημα. Sic in locutionibus ἄφεσις, ἀθέτησις ἁμαρτιῶν, vid. Ἄφεσις, Ἀθέτησις. Porro ἀφιέναι, ἀφαιρεῖν, ἀναφέρειν, αἴρειν, περιαιρεῖν, ἐξαλείφειν, ἀπολούειν τὰς ἁμαρτίας, vid. in Ἀφίημι, Ἀφαιρέω et caeteris. — Καθαρίζειν, λούειν, σώζειν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, vid. Καθαρίζω, Λούω, Σώζω. Παύεσθαι τῆς ἁμαρτίας, ἀπογίνεσθαι ταῖς ἁμαρτίαις, vid. Παύω, Ἀπογίνομαι. In omnibus his locutionibus ἁμαρτία non significat culpam, quanquam interdum, quod ad *sensum* attinet, sic verti potest, sed peccatum, delictum, quod deletur, removetur e conspectu Dei iudicis, ideoque non punitur, sed condonatur. Contrarium est ἱστάναι ἁμαρτίαν Act. 7, 60 (Sir. 28, 1 διατηρεῖν); Io. 9, 41 ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει, i. e. punietur. — Vid. praeterea ὁμολογεῖν τὰς ἁμαρτίας Matth. 3, 6. Io. 1, 19. — Ἁμαρτίαν ἔχειν propr. delictum habere tanquam peculium, i. e. peccatum commisisse, Io. 9, 4. 15, 21. 24, 19. 1 Io. 1, 8. — ποιεῖν ἁμαρτίας Iac. 5, 15 (ποιεῖν δικαιοσύνην Ezech. 18, 17. 19. ἀδικίαν v. 24) i. q. ἁμαρτίαν ἁμαρτάνειν, peccatum committere, Iac. 5, 16. (Exod. 18, 24. 32, 20. Lev. 5, 7). — θυσία ὑπὲρ ἁμαρτιῶν Hebr. 5, 1. 7, 27. et (θυσία) ὑπὲρ ἁμαρτ. Hebr. 5, 3. vel (θυσία) περὶ ἁμαρτίας ibid. 10, 6. 8. coll. 13, 11. (Ps. 7, 6. Lev. 5, 8.) — Io. 9, 34 ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, peccatis coopertus natus es, quantus quantus es, i. e. ab utero peccatis iam parentum infectus es. (coll. Ps. 51, 7. 58, 3. Ies. 48, 8. et contrarium Sap. 8, 19. 20. Sir. 44, 10 sqq.) 1 Cor. 15, 17 ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν, vestra peccata sunt adhuc vestra, i. e. vobis non condonata. Hebr. 9, 28 χωρὶς ἁμαρτίας, non interveniente peccato, i. e. non ut luat peccata. — c) ἡ ἁμαρτία apud Ioannem collective: *peccatum*, i. e. peccata, vita peccatis contaminata; Io. 1, 29 αἴρειν τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, (1 Io. 3, 4 ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ.) Io. 8, 28 ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν (v. 24 ἐν ταῖς ἁμ. ὑμ.) ἀποθανεῖσθε. Io. 8, 34 ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας, qui peccatis vivit, eorum fit mancipium. 1 Io. 3, 4. 8. 9. (2 Reg. 21, 17.) — d) abstractum pro concreto, ἁμαρτία pro ἁμαρτωλός, Rom. 7, 7 ὁ νόμος ἁμαρτία, estne lex ipsa ἁμαρτωλός, peccati fautrix? 2 Cor. 5, 21 ἁμαρτίαν ἐποίησεν, vel: tractavit ut peccatorem, vel: ex hominum opinione ut peccatorem habuit. — Ut autem ἁμαρτία non nisi de delicto proprio et graviori dicitur, sic etiam 3) ἡ ἁμαρτία absolute de peccato κατ' ἐξοχήν, de complexu scelerum, ad quae diabolus et daemones excitant homines, et est idololatria potissimum, voluptates veneris illicitae et libidines foedae et turpes omnino; uno, quanquam barbaro, verbo dixeris: *gentilismus, scelera impura gentilismi, das daemonische Leben*; 2 Thess. 2, 3 ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, i. e. minister, vel stator scelerum gentilismi.* Hebr. 3, 13 ἀπάτη τῆς ἁμ. fraudibus, malis artibus gentilismi. 12, 1 τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, scelera gentilismi, quibus undique cincti sumus. 12, 4 πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, adversus improbitatem idololatrarum. Sic etiam 1 Io. 5, 16 ἁμαρτία πρὸς θάνατον est vel scelus idololatriae, vel scelus τῆς πορνείας. (Test. XII patr. p. 682 οὐκ ἔγνων ἐν ἐμοὶ ἁμαρτίαν εἰς θάνατον· πλὴν τῆς γυναικός μου οὐκ ἔγνω-

ἄλλην etc.). Quare etiam Rom. 5—8 ἡ ἁμαρτία non est quodvis peccatum, ut nostrum Sünde, sed sunt scelera, potissimum nata ex cultu impuro idolorum et libidinibus pravis, vid. Rom. 1, 18—32. 2, 17—24. 3, 9—18. Eph. 2, 1—3. (ἁμαρτία de idololatria 1 Reg. 12, 30. 16, 13. 17, 21. 22. Deut. 9, 21. Dan. 8, 12. 13. 9, 24. Sap. 14, 22—27. Test. XII patr. p. 522 πνεῦμα σπορᾶς καὶ συνουσίας, μεθ' ἧς συνεισέρχεται διὰ τῆς φιληδονίας ἡ ἁμαρτία.)

Ἀμάρτυρος, ον, (ex ἀ priv. et μάρτυρ) *sine testimonio, de quo non extat testimonium; testimonio non comprobatus.* Semel Act. 14, 17 de Deo sui documenta in rerum natura edente. (Ioseph. ant. 14, 7. 2 οὐκ ἔστι δὲ ἀμάρτυρον. Thucyd. 2, 41.)

Ἁμαρτωλός, όν, (ab ἁμαρτάνω, quod vide) — LXX pro חֹטֵא et רָשָׁע — (propr. aberrans a via, a scopo, Amos. 9, 10. 1 Reg. 1, 21.) — qui peccavit, a) adiective: *peccator, peccato contaminatus;* Marc. 8, 38 γενεᾷ ἁμαρτωλῷ. — ἀνὴρ ἁμαρτωλός, homo peccator, Luc. 5, 8. 19, 7. 24, 7. Io. 9, 16. 24. γυνὴ ἁμαρτ. Luc. 7, 37. 39. (Num. 32, 14. Ies. 1, 4 ἔθνος ἁμαρτωλόν. Sir. 27, 30.) — Luc. 13, 2 ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας. cap. 18, 13 μοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ. Rom. 3, 7. 5, 8. Gal. 2, 17. Iac. 4, 8. — Rom. 5, 19 ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, ut omnes sisterentur peccatores, i. e. ostenderetur eos peccavisse. ibid. 7, 13. vid. Ὑπερβολή. Gal. 2, 15. Iud. v. 15 ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς, impii peccatores. — b) ὁ ἁμαρτωλός, substantive: *peccator, homo peccatis contaminatus,* Matth. 9, 10. 11. 13. 11, 9. Marc. 2, 15—17. Luc. 5, 30. 6, 32—34. 7, 34. 15, 1. 2. 7. 10. Io. 9, 25. 31. 1 Tim. 1, 9. 15. Hebr. 7, 26. 12, 3. Iac. 5, 20. 1 Petr. 4, 18. — In N. T. Matth. 26, 45. Marc. 14, 41. Luc. 5, 32 ἁμαρτωλοί, i. e. *Dei contemtores,* intelligendi sunt gentiles, i. q. τὰ ἔθνη, ut Luc. 18, 32. Matth. 5, 47 legitur. Vid. e V. T. Amos. 9, 8. 1 Sam. 15, 18. 1 Macc. 2, 44 coll. v. 40. 48. Tob. 13, 6. coll. Sap. 17, 2. Addit. Esth. 3, 12. Psalt. Salom. 2, 1 ubi ἁμαρτ. i. q. ἔθνη ἀλλότρια. Vid. Fabric. Cod. Pseud. I, p. 918. *.

Ἄμαχος, ον, (ex ἀ priv. et μάχη) non pugnans, a pugna alienus, (Xenoph. Cyrop. 4, 1. 8.) — In N. T. de rixis: *non contentiosus, non pugnax,* 1 Tim. 3, 3. Tit. 3, 2. Eodem sensu adverb. ἀμάχως Sir. 19, 6 secundum codices. *.

Ἀμάω, ῶ, f. ήσω, (ex ἀ priv. et ἅμα) colligo; *demeto.* Semel Iac. 5, 4. (De sententia huius loci vid. Levit. 19, 13. Deut. 24, 14. — LXX pro קָצַר Levit. 25, 11. Deut. 24, 19. Ies. 17, 5. 37, 30. Mich. 6, 15.) Hesych. ἀμῆσαι· θερίσαι. **.

Ἀμέθυστος, ου, ὁ, (et ἀμέθυσος [Ioseph. ant. 3, 7. 5], ut etiam habent codd. quidam in loco apocal.) *amethystus,* gemma purpurei sive violacei coloris. Semel Apoc. 21, 20. (Exod. 28, 19. 39, 10. Plin. hist. nat. 27, 9.)

Ἀμελέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἀμελής, securus, negligens) *negligo, non curo,* Matth. 22, 5 ἀμελήσαντες (intellige τούτου) ἀπῆλθον. 2 Petr. 1, 12 οὐκ ἀμελήσω, non obliviscar, non intermittam. — Sequente genitivo rei, 1 Tim. 4, 14. Hebr. 2, 3. 8, 9. (Ier. 31, 32. 4, 17. Sap. 3, 10. 2 Macc. 4, 14. Ioseph. ant. 4, 4. 3 ἀμελεῖν τοῦ ἱεροῦ.) *.

Ἄμεμπτος, ον, (ex ἀ priv. et μέμφομαι) *non vituperandus, in quem reprehensio non cadit,* Phil. 2, 15. 3, 6. 1 Thess. 3, 13. Hebr. 8, 7 de oeconomia mosaica. — *vitiis vacans, integer,* Luc. 1, 6. (LXX pro בַּר Iob. 11, 4. תָּם Iob. 1, 1. 8. 2, 3. 9, 20. vid. etiam Iob. 33, 9. Gen. 17, 1.) *.

Ἀμέμπτως, adv. (ab eodem) *ita ut reprehendi nequeat, sine reprehensione,* 1 Thess. 2, 10. — *sine culpa, sine peccati labe;* 1 Thess. 5, 23 ἀμέμπτως τηρηθείη. (Addit. Esth. 13, 3. Herodian. 6, 9. 5 ἀμέμπτως βεβιώκεσαν.) *.

Ἀμέριμνος, ον, (ex ἀ priv. et μέριμνα) *vacuus curis;* tum *qui curam rerum non gerit,* ut 1 Cor. 7, 32 de curis rerum externarum; tum *qui curis non premitur, securus,* a cura et sollicitudine liberatus, ut Matth. 28, 14 ἀμερίμνους ποιήσομεν, tutos praestabimus. — Symm. Ps. 112, 7. Sap. 6, 15. 7, 23. **.

Ἀμετάθετος, ον, (ex ἀ priv. et μετατίθημι) qui e loco suo moveri non potest, *immutabilis, constantissimus,* Hebr. 6, 18. 3 Macc. 5, 1. 12. (Diod. Sic. bibl. 1, 23 πίστιν ἀμετάθετον. Clem. Alex. strom. 6, 13 ἀμετάθετον σωτηρίας δόσιν.) Neutrum substantive: *immutabile, immutabilitas.* (Polyb. hist. lib. 2. c. 32. 5.) Hebr. 6, 17. *.

Ἀμετακίνητος, ον, (ex ἀ priv. et μετακινέω) *immotus, immobilis, constans.* Semel 1 Cor. 15, 58. (Dion. Halic. 8, 74.)

Ἀμεταμέλητος, ον, (ex ἀ priv. et μεταμέλομαι) Graecis est: a poenitentia liber, diciturque etiam de eo, quod ita comparatum est, ut poenitentiae sensum non excitet. — Quum vero in poenitentia sit semper mutatio mentis 2) est *immutabilis, certissimus, firmissimus.* Bis Rom. 11, 29. 2 Cor. 7, 10 σωτηρία ἀμεταμέλητος, felicitas certissime nos manens, s. salus immutabilis. Etiam נִחַם cum negatione, de immutabilitate consiliorum Dei dicitur. Vid. Num. 23, 19. 1 Sam. 15, 29. Ps. 110, 4.

Ἀμετανόητος, ον, (ex ἀ priv. et μετανοέω) *qui mentem non mutat, poenitere nescius;* semel in N. T. Rom. 2, 5. — Test. XII patr. (Fabric. Cod. Pseud. I, p. 685) ἀμετανοήτῳ τηρεῖ εἰς αἰῶνα τὴν κόλασιν.

Ἄμετρος, ον, (ex ἀ priv. et μέτρον) *mensura carens, immensus.* Bis in V. T. 2 Cor. 10, 13. 15 ubi εἰς τὰ ἄμετρα pro adverbio ἀμέτρως, extra terminos, ultra modum. Ioseph. de bell. 4, 5. 5 ἄμετρος ὠμότης. In V. T. eodem sensu ἀμέτρητος Ies. 22, 18. Bar. 3, 15. Sir. 16, 17.

Ἀμήν, ipsa vox hebr. אָמֵן, adiect. *verum, certum, ratum.* Haec vox in N. T. est 1) acclamatio: *ratum sit, hoc eveniat, ita sit,* (LXX et ἀμήν, et γένοιτο, v. c. Num. 5, 22. Iudith. 13, 20. 15, 10) quam pronunciabat a) *populus* ad sententiam damnatoriam, Deut. 27, 15—26. Neh. 5, 13. — b) *concio* in laudibus Deo canendis, et piis votis efferendis; saepius in Psalmis, v. c. 41, 14. 72, 19. 89, 53 ubi אָמֵן esse responsionem concionis ad carmen, clarissime patet e Ps. 106, 48 et 1 Chron. 16, 36. — c) *singuli* vel ad exsecrationem, Num. 5, 22. vel ad mandata, 1 Reg. 1, 36. — Deinde in V. T. — 2) rarius *adverbialiter* in sententiae fronte ponitur, et significat: *certissime, verissime,* sanctissimae assertioni inserviens (LXX interdum ἀληθῶς, ὄντως), v. c. Ier. 28, 6 et אָמְנָה Ios. 7, 20. coll. Iob. 19, 5. — Eodem fere modo ἀμήν in N. T. eodemque sensu legitur 1) in fine sententiarum, quibus Deo laudes dicuntur, *ita sit, ita profecto est,* (Matth. 6, 13 in text. vulg.) Rom. 1, 25. 9, 5. 11, 36. Gal. 1, 5. Eph. 3, 21. Phil. 4, 20. 1 Tim. 1, 17. 6, 16. 2 Tim. 4, 18. Hebr. 13, 21. 1 Petr. 4, 11. 5, 11. 2 Petr. 3, 18. Iud. v. 25. Apoc. 1, 6. 5, 14 ἀμὴν ἀλληλούϊα. Apoc. 19, 4. coll. Ps. 106, 48. 1 Chron. 16, 36. — 1 Cor. 14, 16 λέγειν τὸ ἀμήν, *amen accinere* iis, qui in Dei laudes prorumpunt. (De qua consuetudine vid. etiam Act. Thom. §. 29.) — 2) in fine bonarum apprecationum: *hoc eveniat, hoc Deus ratum faciat,* Rom. 15, 33. 16, 24. 1 Cor. 16, 24. Gal. 6, 18. Phil. 4, 23. 2 Thess. 3, 18. Hebr. 13, 25. 2 Petr. 3, 18. Iud. v. 25. (quibus addenda sunt secundum lectionem vulg. loca 2 Cor. 13, 13. Eph. 6, 24. Coloss. 4, 18. 1 Thess. 5, 28. 1 Tim. 6, 21. 2 Tim. 4, 22. Tit. 3, 15. Phil. v. 25. 1 Petr. 5, 14.) — 3) adverbialiter, *certo, certissime, verissime, profecto,* a) ad initium orationis, Matth. 5, 18. 16, 28 (ubi Luc. 9, 27 ἀληθῶς habet) 25, 40. 26, 34. Luc. 4, 24 coll. v. 25 ἀμὴν ἀμήν (ex hebraismo pro superlativo), Io. 3, 3. 5, 19. 8, 51. 12, 24. 14, 12. 21, 18. — b) rarius in *fine* alicuius sententiae; sic coniunctum cum ναί bis, Apoc. 1, 7. 22, 20. — τὸ ναὶ καὶ τὸ ἀμήν 2 Cor. 1, 20. i. e. verissimae sunt. — ὁ ἀμήν Apoc. 3, 14 de Messia: qui verus est, i. e. in quo promissiones salutis certissimum habent eventum.

Ἀμήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μήτηρ, mater) *qui sine matre est, matrem non habens.* Graecis dicitur vel is, qui non a matre est in lucem editus, ut dii deaeve, (Lactant. div. instit. 4, 13. 2: „ipse enim pater Deus, et origo et principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ a Trismegisto verissime nominatur.“) vel matre orbatus, vel ignobili matre natus. cf. *Wolfii* curae phil. ad Hebr. 7, 3. — In N. T. semel Hebr. 7, 3 de Melchisedeco, ubi plurimi, iam Philone lib. 2 de Monarch. praeeunte (p. 827 B: προστάξας [sc. ὁ νόμος] τῷ μὲν ἀρχιερεῖ μνᾶσθαι μὴ μόνον γυναῖκα παρθένον, ἀλλὰ καὶ ἱέρειαν ἐξ ἱερέων), verba μὴ ἔχων μητέρα interpretantur: *cuius mater* (et pater) *non recensetur in sacerdotum genealogiis;* igitur: non ex stirpe Aaronitica et tamen Dei sacerdos. Obstare autem videntur et verba μήτε ἀρχὴν — ἔχων, et sacerdotium perpetuum, quod inde deducitur (iam Ps. 110, 4 Melchisedeco tributum), et quod opponuntur v. 8 Levitae tanquam ἄνθρωποι ἀποθνήσκοντες. Verba igitur ἀμήτωρ,

ἀπάτωρ, ἀγενεαλόγητος multi etiam interpretati sunt: a patre et matre, ut homines solent, non genitus, ideoque nec in genealogias relatus. Varias de Melchised. opiniones et commenta vid. in *Wolfii* curis ad h. l. *Deylingii* observatt. sacr. P. 2. p. 73 sq. *Fabricii* Cod. Pseud. P. I. p. 311 sq.

Ἀμίαντος, ον, (ex ἀ priv. et μιαίνω) *sordibus non pollutus;* metaphorice: *sordibus peccati non pollutus, a vitiorum labe purus, intaminatus*, Hebr. 7, 26. Sap. 8, 20. (Clem. Alex. strom. 7, 7 ἀμίαντον τὴν ψυχὴν ἔχειν χρή.) — de matrimonio: *stupro non pollutum, castum*, Hebr. 13, 4. Sap. 3, 13. 4, 2. — *purus, inviolatus*, cf. 2 Macc. 14, 36. 15, 34; de cultu Dei: *sincerus, verus*, Iac. 1, 27. — de salute aeterna: *inviolata*, cui nil mali admiscetur, quae nunquam turbatur, 1 Petr. 1, 4. *.

Ἀμιναδάβ, *Aminadab*, nom. propr. viri ex maioribus servatoris, qui commemoratur Ruth. 4, 19. 20. 1 Chron. 2, 10. Matth. 1, 4. Luc. 3, 33.

Ἄμμος, ου, ἡ, *arena, sabulum*. Ἄμμος τῆς θαλάσσης imago ingentis multitudinis, Rom. 9, 27. Hebr. 11, 12. Apoc. 12, 18. 20, 8. cf. Hos. 1, 10. Ier. 33 (in graeco cod. cap. 40), 22. 15, 8. Ies. 10, 22. — *solum arenosum* ideoque *instabile (Flugsand)*, Matth. 7, 26. coll. Luc. 6, 49. Sir. 25, 20. *.

Ἀμνός, οῦ, ὁ, *agnus*. In N. T. metaphorice dicitur de Christo morti tradito, comparato cum agno *et* ratione *patientiae*, qua mortem tulit, Act. 8, 32. coll. Ies. 53, 7. — *et* ratione *innocentiae*, qua victima fuit pro hominum peccatis, 1 Petr. 1, 19. Io. 1, 29. 36 ἀμνὸς θεοῦ, i. e. quem Deus constituit, ut expiaret. Caeterum cf. Hebr. 9, 12. 14 et 1 Cor. 5, 7. — Ἀμνὸς θεοῦ Messias quoque nominatur in test. XII patr. p. 724. 725 et 730. *.

Ἀμοιβή, ῆς, ἡ, (ab ἀμείβω, commuto) 1) commutatio, si pro re accepta alia res datur; — 2) *retributio*, in utramque partem; — in N. T. in bonam partem: *remuneratio, gratiae*, 1 Tim. 5, 4. (Sic etiam Ioseph. ant. 1, 16. 2. ib. 4, 8. 13 et 25. Symmach. 1 Sam. 24, 19 pro טוֹב.)

Ἄμπελος, ου, ἡ, *vitis*, Matth. 26, 29. Marc. 14, 25. Luc. 22, 18. Iac. 3, 12. (Gen. 40, 9. 10. 49, 11.) — Tropice ἡ ἄμπελος τῆς γῆς (dixerat c. 3, 10. 6, 10 οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς) Apoc. 14, 18. 19 dicuntur hostes Messiae florentes, et ad interitum maturi, exscindendi ab angelo Iehovae, sicut uvae abscinduntur coniiciunturque in torcular. Similis imago legitur Ies. 63, 2. 3. Thren. 1, 15. — Iesu ipse se nominat vitem Io. 15, 1. 4. 5. quia vitis, palmites longe lateque extendens, praestantissimosque et uberrimos fructus ferens, imago est prosperitatis et bonorum uberrimorum. cf. Ezech. 17, 6. 19, 10. Ps. 80, 9 sqq. 128, 3. Sir. 24, 17 σοφία dicit: ἐγὼ ὡς ἄμπελος ἐβλάστησα χάριν. *.

Ἀμπελουργός, όν, (contracte pro ἀμπελοεργός ex ἄμπελος et ἔργον) *vinetum colens, vinitor*, Luc. 13, 7. (2 Chron. 26, 10. Ies. 61, 5.)

Ἀμπελών, ῶνος, ὁ, *vinea, vinetum*, Matth. 20, 1—4. 7. 8. 21, 28. 33. 39—41 et loca parallela Marc. 12, 1—9. Luc. 20, 9—16. 13, 6. coll. Ies. 5, 1 sqq. — *vites* in vinea plantatae, 1 Cor. 9, 7. (Deut. 28, 39. Zeph. 1, 13.) *.

Ἀμπλίας, ου, ὁ, *Amplias* (alii codd. Ἀμπλιᾶτον habent), nomen propr. viri, qui non nisi Rom. 16, 8 commemoratur.

Ἀμύνομαι, aor. 1. ἠμυνάμην, (a μύνη, praetextus; cunctatio, mora). Apud profanos ἀμύνω, arceo, defendo, Ioseph. ant. 3, 1. 6 opitulor alicui; ulciscor, (Ioseph. ant. 4, 8. 45) et medium: defendo me. Apud nostros non nisi medium legitur, et transitive: arceo, repello, 2 Macc. 10, 17. Sap. 11, 3. Ioseph. ant. 9, 1. 2. — *opem fero, defendo*, Act. 7, 24 ἠμύνατο καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ. (Ies. 59, 16 ἠμύνατο αὐτούς, auxilium tulit eis, pro hebr. הוֹשִׁיעַ.) Potest vero etiam verti *punio*, ut ἀμύνομαι legitur Ps. 118, 10—12 ubi pro hebr. הָמִיל et Ios. 10, 13 ubi pro נָקַם. Ioseph. ant. 9, 13. 2 ὁ θεὸς αὐτοὺς ἀμυνόμενος τῆς ἀσεβείας. ib. 7, 15. 1. (Non igitur observant nostri Suidae regulam: ἀμύνω σοι· βοηθῶ σοι. ἀμύνομαι δέ σε· ἀντὶ τοῦ τιμωρῶ σε.) *.

Ἀμφιβάλλω, (ex ἀμφί, circum, et βάλλω) *circumiicio*, i. e. a) circumdo, induo; de vestimentis. — b) *circumduco*, — ἀμφίβληστρον, bis in scripturis, Marc. 1, 16 (in textu *Griesb.*) et Hab. 1, 17.

Ἀμφίβληστρον, ου, τό, (ab ἀμφιβάλλω) id quod circumiicitur; ut vestimentum sive pallium; — *rete piscatorium*, quo expanso circumdantur pisces; bis, Matth. 4, 18. Marc. 1, 16. (Hab. 1, 15—17. Coh. 9, 12. Herodot. 2, 95.) *.

Ἀμφιέννυμι, (s. ἀμφιέζω, ut quidam boni libri Luc. 12, 28) perf. pass. ἠμφίεσμαι, (ex ἀμφί, circum, et ἕννυμι, vestio) *induo, vestio*, propr. Matth. 11, 8 ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένος. Luc. 7, 25. (Iob. 31, 19 ἠμφίεσα γυμνόν. Ioseph. ant. 3, 8. 7 τὴν στολήν. ib. 8, 7. 3.) — metaphor. *induo*, i. e. *decoro, orno*, Matth. 6, 30 τὸν χόρτον. Luc. 12, 28. (Iob. 40, 10 δόξαν καὶ τιμήν. ib. 29, 14.) *.

Ἀμφίπολις, εως, ἡ, *Amphipolis*, urbs Macedoniae ad fluvium Strymonem sita, Act. 17, 1.

Ἄμφοδον, ου, τό, (etiam ἄμφοδος, ου, ἡ, ex ἄμφω, ambo, et ὁδός) propr. *bivium, compitum;* deinde *platea, vicus* urbis; semel Marc. 11, 4. (Ier. 17, 27. 49, 27 et in fragmentis verss. graec. V. T. Ier. 11, 13. Am. 5, 16. Prov. 1, 20 pro חוּץ. Hesych. ἄμφοδα· αἱ ῥῦμαι, ἀγυιαί, δίοδοι.

Ἀμφότερος, έρα, ον, (ab ἀμφί) *uterque*. — In libris sacris non nisi in plurali legitur; ἀμφότεροι, *uterque, ambo*, Matth. 9, 17. 13, 30. 15, 14. Luc. 1, 6. 7. 5, 7 et passim. — Act. 23, 8 τὰ ἀμφότερα, nimirum: esse resurrectionem et esse spiritus sive angelos. — Eph. 2, 14. 16. 18 τοὺς ἀμφοτέρους, utramque partem, Iudaeos et gentiles. (LXX pro שְׁנַיִם, Gen. 21, 27. Exod. 12, 22. Sir. 10, 7.)

Ἀμώμητος, ον, (ex ἀ priv. et μωμάομαι, vitupero) i. q. ἄμωμος (Hesych. ἀμώμητος· ἄμωμος, ἄψογος, ἀγαθὸς ἢ σώματι ἢ ψυχῇ), *non vituperandus, integer, probus*, Phil. 2, 15. 2 Petr. 3, 14. (Cyrill. Alex. in cap. 53 Iesaiae: ἀμώμητος παντελῶς ἐν ἡμῖν οὐδείς. Id. in Ies. 54.) *.

Ἄμωμον, ου, τό, *amomum*, aroma praestans, quo uti solebant veteres ad unguenta. Vid. Plin. hist. nat. 12, 13. 28. Theophr. hist. plant. 9, 7. coll. Ovid. Heroid. 21, 166. Lucan. 10, 165 sq. — Semel Apoc. 18, 13 in textu *Griesb.*

Ἄμωμος, ον, (ex ἀ priv. et μῶμος) *sine macula s. labe*, vel *vitio;* propr. de victimis in V. T. ubi saepius respondet hebr. תָּמִים; Lev. 1, 10. 22, 20—22. Num. 6, 14. In N. T. Christus dicitur ἀμνὸς ἄμωμος. 1 Petr. 1, 19. (etiam in test. XII patr. ap. *Fabric.* I, p. 724) i. e. victima omnis peccati expers, purissima; vel ἄμωμος simpliciter secundum eandem imaginem, Hebr. 9, 14. — Ecclesia Eph. 5, 27 comparata cum corpore vel muliere, ἄμωμος dicitur, quatenus est pura a vitiis et scandalis. — metaph. *purus a vitiis, a peccati labe*, Eph. 1, 4. Coloss. 1, 22. Iud. v. 24. Apoc. 14, 5. (2 Petr. 3, 14 in quibusdam codd.) Vid. Sap. 2, 22. Sir. 34, 8. 40, 19. 1 Macc. 4, 42. *.

Ἀμών, ὁ, *Amon*, hebr. אָמוֹן, nomen propr. regis Iudaeorum, Matth. 1, 10. Vid. 2 Chron. 33, 20—25. 2 Reg. 21, 18 sqq.

Ἀμώς, ὁ, *Amos*, hebr. אָמוֹץ, nomen propr. viri e maioribus Servatoris, Luc. 3, 25.

Ἄν, particula, quae conditionem quandam innuit, cuius vero vis et potestas secundum coniunctionem eius cum aliis verbis definienda est. In latino sermone non est particula, quae cum ἄν Graecorum congruat, neque nostrum: *wohl, etwa* ei satis respondet. Qua quomodo scriptores profani usi fuerint, post *Vigerum* (de graecae dict. idiotism. p. 478 sq.) et *Hermannum* (ad Viger. p. 812—822) subtilius nuper exposuerunt *Poppo*, de usu particulae ἄν apud Graecos, in Miscellan. crit. edit. a *Seebode*, Vol. 1. pt. 1., *Reisig*, in commentat. de vi et usu ἄν particulae, subiecta edit. Nubium Aristoph., *Hermannus* de partic. ἄν lib. IV opuscul. Vol. 4., *Rostius* griech. Grammat. edit. 5. §. 120. cf. etiam *Wineri* Grammat. §. 43. p. 278 sqq. Scriptores N. T. ea particula rarius usi sunt, quam profani; multo vero rarius LXX interpretes. — Scriptores N. T. hac particula eodem fere modo usi sunt, quo apud profanos legitur.

1) Ἄν *optativo* iunctum, indicat rem, quae vi optativi cogitabilis indicatur, *aliqua ratione veram quoque esse, vel evenire posse*, dass die blosse Vorstellung, oder die subiective Möglichkeit, welche der einfache Optativ anzeigt, sich auch unter Umständen, die eben durch das ἄν angedeutet werden, realisiren werde. (Vid. *Rost*. Gramm. p. 582. *Reisig*. l. l.)

a) *optativo* simpliciter iunctum semel legitur, Act. 26, 29 εὐξαίμην ἂν τῷ θεῷ, *velim* Deum precari, et fortasse, data occasione, faciam, (εὐξαίμην τῷ θεῷ esset simpliciter:

velim, animus est Deum precari. (Gen. 30, 27.) — b) cum *optativo* in interrogatione indicat rem, de qua quaeratur, non solum cogitari, sed etiam fieri posse, interrogantem autem incertum esse, quando vel quomodo sit eventura; Luc. 1, 62 *τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν*; quo *velit* nomine eum vocari, wie er ihn, da er ihm einmal einen Namen zu geben hatte, wohl genannt wissen wolle. (*τί θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν* scribi potuisset, si interrogans incertus fuisset, utrum pater nato nomen dare vellet, an nollet.) Luc. 9, 46 *τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν;* aliquem nimirum sperabant fore principem, incerti autem erant, quis? Io. 13, 24. Act. 2, 12. 5, 24. 8, 31. 10, 17. 17, 18. 21, 33. (Ioseph. ant. 8, 14. 2 *πυθόμενος, διὰ τίνων ἂν ἡ νίκη* (a Deo promissa) *γένοιτο*. Gen. 23, 15. 44, 8. Iob. 19, 23. 29, 2. 41, 13.

2) *coniunctivo* iungitur *ἄν* in *enuntiationibus relativis*, si a) comitatur vel pronomen relativum vel particulam relativam, ubi indicat, rem aliqua conditione esse circumscriptam, incertumque esse, an, et quando locum sit habitura; fere Latinor. *cunque*. Sic *α*) *ὃς ἄν*, *quicunque*, Matth. 5, 21. 31. 32. 10, 11. 12, 32. 16, 25. Marc. 3, 29. Io. 1, 33 et saepissime. (Dan. 3, 5 *ᾗ ἂν ὥρᾳ ἀκούσητε*. ib. v. 6. Gen. 2, 17. 3 Macc. 3, 27. 5, 11.) — *β*) *ὅστις ἄν*, *quicunque*, Matth. 10, 33. 12, 50. Luc. 10, 35. Io. 2, 5. Act. 3, 23 et saepius. — *γ*) *ὅσος ἄν*, idem, Matth. 7, 12. 21, 22. 22, 9. 23, 3. Marc. 3, 28. Io. 11, 22. Act. 2, 39 et passim. (3 Esdr. 8, 24. 9, 4.) *Ὅσος ἄν* cum indicativo, vid. 3, lit. *b*. — *δ*) *ὅπου ἄν*, *ubicunque*, Marc. 9, 18. 14, 9. Luc. 9, 57. Apoc. 14, 4. (Cum indicativo, vid. II, 1.) — Iungitur *ἄν* coniunctivo in enuntiationibus relativis b) si comitatur *particulas temporis* et *coniunctiones*, nimirum *α*) *ἕως ἄν*, *usque dum*, *donec*, Matth. 2, 13 *ἴσθι ἐκεῖ, ἕως ἂν εἴπω σοι*, usque dum (quod, quando erit, definire nolo), tibi dixero. Matth. 5, 18. 26. 10, 11. 23. 12, 20. 16, 28. Marc. 6, 10. Luc. 20, 43. Act. 2, 35 et saepius. (Num. 32, 19. 21. Gen. 24, 19. Cant. 3, 5. Iob. 7, 19.) — Eodem modo *ἄχρις οὗ ἄν*, 1 Cor. [11, 26.] 15, 25. — *β*) *ἡνίκα ἄν*, *quandocunque*, 2 Cor. 3, 16. (Iudith. 14, 2. Deut. 7, 12. Ioseph. ant. 5, 1. 2.) — *γ*) *ὡς ἄν* de tempore: *quando*, wenn *einmal*, 1 Cor. 11, 34 *ὡς ἂν ἔλθω*, quando (quod quidem fiet, sed nescio quo tempore) venero. Phil. 2, 23 *ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμέ*, simulac prospexero rebus meis. — *δ*) *ὁσάκις ἄν*, *quotiescunque*, 1 Cor. 11, 25. 26 *ὁσάκις ἂν ἐσθίητε*, quotiescunque fiet, ut etc. (Gen. 30, 38. 33, 10. 2 Reg. 10, 2.) — de comparatione: *quemadmodum*, 1 Thess. 2, 7 *ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ τέκνα*. (Prov. 1, 27.) — Denique c) *ἄν*, si nectitur particulae finali *ὅπως*, rem verisimilem esse indicat, Luc. 2, 35. Act. 3, 19. 15, 17. Rom. 3, 4. (Gen. 12, 13. 18, 19.) — Caeterum monendum est, scriptores N. T. saepius *ἐάν* pro *ἄν* ponere. Vid. *Ἐάν*.

3) *indicativo* a) imperfecti, plusquamperfecti et aoristorum iungitur *ἄν* in altera parte enuntiationis *hypotheticae*, et indicat, aliquid eventurum fuisse (quod quidem non evenit), si aliud, quod in priori parte enuntiationis dicitur, locum habuisset vel evenisset. Praecedit *εἰ*, et sequitur *ἄν*. Latini in eiusmodi locutione pro *imperfecto* Graecorum uti solent *imperfecto coniunctivi*, pro *plusquamperfecto* Graecorum autem et pro *aoristis plusquamperfecto coniunctivi*. Matth. 11, 21 *εἰ ἐν Τύρῳ ἐγένοντο αἱ δυνάμεις — πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν*, — *resipuissent*. Io. 4, 10 *σὺ ἂν ᾔτησας αὐτόν*, precibus eum *adiisses*. Io. 9, 41 *εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν*, non *haberetis* culpam. Hebr. 4, 8 *οὐκ ἂν ἐλάλει*, non *loqueretur*, nimirum in illo loco V. T. Io. 8, 42 *ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ*, me *amaretis*. Vid. etiam Matth. 11, 23. 12, 7. 23, 30. 24, 22. 43. 25, 27. Marc. 13, 20. Luc. 7, 39. 10, 13. 12, 39. 17, 6. Io. 5, 46. 8, 19. [39.] Act. 18, 14. Rom. 9, 29. 1 Cor. 2, 8. 11, 31. Gal. 1, 10. 3, 21. 4, 15. Hebr. 4, 8. 8, 4 et saepius. (Ioseph. ant. 7, 4. 2 *εἰ γὰρ ταῦτ' ἔπραξαν, οὐκ ἂν δεινὸν οὐδὲν ἔπαθον*. Sap. 11, 25 *πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι, εἰ μὴ σὺ ἠθέλησας*. Vid. e V. T. Gen. 31, 27. 42. Ies. 1, 9. Iob. 4, 12. 42, 8. 4 Macc. 2, 20. 5, 30. Apud seriores scriptores *ἄν* in altera sententia saepius desideratur, ut in N. T. Io. 8, 39. 2 Cor. 11, 4. — Nonnunquam protasis, conditionem inferens, abest et cogitando addenda est; Matth. 25, 27 *καὶ* (si hoc factum esset) *ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ*. Luc. 19, 23. Hebr. 10, 2 *ἐπεὶ ἂν ἐπαύσαντο*, siquidem (si praestitissent *τὸ τελειῶσαι τοὺς προσερχομένους*) cessassent. (Vid. *Rostii* Gramm. p. 587. *Wineri* Gramm. p. 278. — Gen. 26, 10 *καὶ* [si illud evenisset] *ἐπήγαγες ἄν*. Iob. 3, 10.) — b) indicativo eorundem praeteritorum *ἄν* iungitur in enuntiationibus *relativis*, ubi *ἄν* ad particulas relativas vel pronomina relativa accedit, quod fit, si quis loquitur de re, quae vere vel saepius evenit, quam autem, quoties, quando, quo modo evenerit, definire non vult. Marc. 6, 56 *καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ*, *quotquot* (nescio quot) eum attigerant. Ibid. *ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας*, in quoscunque (nescio quos) intrabat pagos. Act. 2, 45. 4, 35 *καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε*, pro modo quo singulis (quantum? definire nolo) opus erat. 1 Cor. 12, 2 *πρὸς τὰ εἴδωλα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι* ad idolorum cultum adducti, prout (non dicam per quos vel quomodo) ducebamini. (Gen. 27, 30. 30, 42. Iob. 1, 5.) — Nunquam autem apud profanos (vid. Rostii Gramm. p. 584) *ἄν* iungitur aut *perfecto* indicativi (ut Act. Thom. §. 23 p. 38 *εἴ τις ᾔτησέ σε τὸ ἥμισυ τῆς βασιλείας σου, δέδωκας ἂν ὑπὲρ ἐμοῦ*·), aut *praesenti* indicativi. Marc. 11, 24 *πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε*, ubi autem Fritzschius (comment. ad Marc. p. 489 sq.) e quibusdam codd. restituit *αἰτήσθε*, et ab optimis libris commendatur lectio haec: *ὅσα προσεύχεσθε καὶ αἰτεῖσθε*, omisso *ἄν*. (Codices quidam, sed minoris pretii, praesens etiam habent Luc. 8, 18. 10, 8. Io. 5, 19.) —

4) *ἄν* cum *infinitivo* in propositionibus transitivis ponitur, ubi in oratione directa *ἄν* vel optativo vel indicativo praeteritorum iungitur; maxime post verba *δοκεῖν*, *νομίζειν*, *ἐλπίζειν* et similia (vid. Rost. Gramm. p. 590.) 2 Cor. 10, 9 *ἵνα μὴ δόξω, ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς*, pro *ὡς ἂν ἐκφοβοῖμι ὑμᾶς*, ne videar quasi velim vos terrere. (Ioseph. ant. 6, 1. 2 *ἦσαν δὲ οἱ λέγοντες, τοῦτο μὲν μὴ ποιεῖν· — οὐ γὰρ ἄν ποτ' αὐτῆς κηδομένου θεοῦ ὑποχείριον ἀνθρώποις γενέσθαι*.)

5) *ἄν* sine verbo, si verbum vel ex antecedentibus repetendum, vel cogitando facile addendum est; semel 1 Cor. 7, 5 *μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν* (*γένοιτο*) *ἐκ συμφώνου*, nisi (quoties definire nolo) ex mutuo consensu. (Exempla e profanis dedit Rostius in Gramm. p. 594. Philo de opif. m. p. 9 *ἐκ τε γὰρ φυτῶν ὁ καρπός, ὡς ἂν ἐξ ἀρχῆς τὸ τέλος, καὶ ἐκ καρπῶν τὸ σπέρμα, ὡς ἂν ἐκ τέλους ἀρχή*.

Ἄν, contracte pro *ἐάν*, *si*, in fronte enuntiationis apud scriptores seriores; bis, Io. 20, 23 *ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας*, si quibus condonaveritis peccata. (Ioseph. ant. 4, 4. 4 *τὸ γεννηθὲν πρῶτον, ἂν ἄρσεν ᾖ*. ib. 4, 8. 15 *ἂν δέ τις ψευδῆ μαρτυρήσας*. ib. 8, 14. 2 *ἂν μὲν — ἂν δέ*. cf. *Hermann*. ad Viger. p. 822.)

Ἀνά, praepos., de cuius usu apud profanos vid. *Viger*. p. 574 et ibid. *Hermann*. p. 835. et *Spitzner* de vi et usu praepositionum *ἀνά* et *κατά*. Viteb. 1831. — In N. T. 1) accusativo iuncta facit periphrasin adverbii; *ἀνὰ μέρος*, *per vices*, *alterne*, 1 Cor. 14, 27 *ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον*, sie empfingen *denarienweise*, i. e. singuli denarium, Matth. 20, 9. — *ἀνὰ μέσον* s. *ἀνάμεσόν τινος*, *in medio*, *in*, *inter*, — de loco, Matth. 13, 25. Marc. 7, 31. Apoc. 7, 17. (Ies. 57, 5. 2 Reg. 16, 14.) — de hominibus, 1 Cor. 6, 5. (1 Macc. 7, 28 *μάχη ἀνάμεσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν*.) — 2) vocabulis numeri iunctum distributive dicitur et per nomina numeralia distributiva vertendum est; Marc. 6, 40 *ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα*. *centeni et quinquageni*; Luc. 9, 14. (Ioseph. de bell. 6, 2. 5 *ἀνὰ χιλίους*.) — *ἀνὰ δύο*, *bini*, Luc. 9, 3. 10, 1. (Ioseph. ant. 3, 6. 1.) — Io. 2, 6 *ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς*, capiebant singulae metretas binas vel ternas. Apoc. 4, 8 *ἀνὰ πτέρυγας ἕξ*. (Ies. 6, 2.) — Singulari modo *ἀνά* adverbiascit: Apoc. 21, 21 *ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων*, singulae portae ex margarita constabant. — In compositis *ἀνά* est 1) sursum tendentis, Latinor. *su*, *e*, *ex*, *ad*, nostrum *auf*, *aufwärts*; — 2) ad initium redeuntis, Latinor. *re*, nostrum *rück*, *zurück*, *um*, *wieder*; — 3) ad finem tendentis, Latinor. *per*, *ex*, vel *ad*, nostrum *durch*, *hindurch*, *hin*, *zu*.

Ἀναβαθμός, οῦ, ὁ, (ex *ἀνά* et *βαθμός*) 1) actus adscendendi, — 2) *gradus*, *Stufe*, *Treppe*. Bis Act. 21, 35. 40. *gradus*, qui ab arce Antonia ad templum ducebant. — (1 Reg. 10, 19. 2 Reg. 20, 9. 10 in Aldina et Compl. — *ἀναβαθμίς*, Exod. 20, 26. — Ioseph. ant. 8, 5. 2 *θρόνον ἔχοντα ἓξ ἀναβαθμούς*. Philo de Legat. ad Cai. p. 1003.)

Ἀναβαίνω, fut. *βήσομαι*, aor. 2. *ἀνέβην*, imperat. *ἀνάβα* [Apoc. 4, 1. cf. Win. Gramm. §. 14] perf. *ἀναβέβηκα*, (ex *ἀνά* et *βαίνω*, gradior) LXX pro עָלָה — 1) de eo qui sursum tendit: *adscendo*, *me moveo in locum editum*, e loco *ἀπό*, *ἐκ*, in locum *εἰς*, interdum *ἐπί*, Matth. 3, 16. 5, 1. Marc. 3, 13. Luc. 5, 19 (*ἐπὶ τὸ δῶμα*, tectum conscendere, coll. Ioseph. ant. 3, 1. 5. Gen. 49, 4.) Luc. 19, 4 (arborem)

Io. 1, 52 ἐπὶ τὸν υἱόν. (coll. Gen. 28, 12.) Act. 8, 39. Apoc. 11, 7. 13, 11. — De hominibus *iter* in regionem editiorem *facientibus*, Luc. 2, 4. Act. 18, 22. ut עָלָה Esdr. 2, 1. Neh. 7, 6. Saepissime de hominibus Hierosolyma petentibus, Matth. 20, 17. 18. Io. 7, 8. 10. 12, 20. coll. 1 Reg. 12, 27. 28. Esdr. 7, 6. 7. 3 Esdr. 2, 18. — De piscibus e profundo *emergentibus*, Matth. 17, 27. coll. Gen. 41, 3. 27. — De *adscendente in coelum*, Io. 3, 13. 6, 62. 20, 17. Eph. 4, 8—10. Rom. 10, 6. Apoc. 4, 1 ἀνάβα ὧδε, adscende huc, scil. ad coeli portam. De locutione: *in coelum adscendere*, vid. Deut. 30, 12. Prov. 30, 4. Ies. 14, 13. 14. Ier. 51, 53. Ps. 139, 8. Bar. 3, 29. Tob. 12, 20. coll. Iob. 38, 19—38. — De rebus: *efferri*, v. c. de fumo Apoc. 8, 4. 9, 2. 14, 11. 19, 3. coll. Exod. 19, 18. Ies. 34, 10. 1 Macc. 5, 31. — De plantis: solo emergere, *progerminare*, *succrescere*, *florere*, Matth. 13, 7. Marc. 4, 8. 32. ut apud profanos saepissime. Eodem modo hebr. עָלָה de plantis, v. c. Ies. 11, 1. 32, 13. 55, 13. — 2) de *perveniente ad finem* vel *in locum*, ubi est a) vel *ingredior*, v. c. caulam Io. 10, 1. navem Matth. 15, 39 (text. comm. ἐνέβη.) Marc. 6, 51. (Io. 21, 3 in text. vulg. Ion. I', 3.) currum Act. 8, 31. q. d. *conscendo* navem, currum. — b) vel intransitive: *perferor* in aliquem locum, v. c. de rumore, Act. 21, 31. *venire in mentem* s. *memoriam*, ἐν τῇ καρδίᾳ Luc. 24, 38. ἐπὶ τὴν καρδ. Act. 7, 23. 1 Cor. 2. 9. εἰς μνημόσυνον Act. 10, 4. quae quidem dicendi ratio nostris est propria et ex hebraismo עָלָה עַל לֵב repetenda. Vid. Ies. 65, 17. Ier. 3, 15. 16. 44, 19. Dan. 2, 29.

Ἀναβάλλω, aor. 2. med. ἀνεβαλόμην, (ex ἀνά et βάλλω) 1) *sursum tollo*, *elevo*, de variis rebus apud profanos, cf. Ier. 13, 20. — Med. ἀναβάλλομαι, proprie: me elevo, me subduco; inde: *me subduco negotio*, *differo aliquid*, *protraho*. Sic semel in N. T. sensu forensi: *amplio*, i. e. non decerno rem, sed pronuntio *„amplius,"* *differo*. Act. 24, 22 ἀνεβάλετο αὐτούς, (ut Cicero ad Luccei. epist. lib. V, 12. §. 10 *differs me* in aliud tempus) dimisit eos indicta causa, distulit causam, ampliavit. Similiter nostri: einen Termin aufnehmen. (Ps. 78, 21 οὐκ (hoc enim addendum est) ἀνεβάλετο, non distulit poenam, pro הִתְעַבָּר. Ioseph. ant. 4, 8. 38 ἀναβάλλεσθαι τὴν ἀπόδοσιν. Xenoph. Mem. 3, 6. 6.)

Ἀναβιβάζω, (ex ἀνά et βιβάζω, adscendere facio) — LXX potissimum pro הֶעֱלָה, Gen. 37, 28. Exod. 3, 17. Thren 2, 10. Levit. 2, 12. — *adscendere facio*, *adduco in locum editiorem*. De navigiis: *subduco*, in littus duco; semel Matth. 13, 48. (Xenoph. hist. gr. 1, 1. 2 πρὸς τὴν γῆν ἀνεβίβαζε τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις.)

Ἀναβλέπω, (ex ἀνά et βλέπω) 1) *suspicio*, *sursum specto*, *ich blicke auf*, Act. 22, 13 ἀνάβλεψον. — sequente εἴς τι, ad aliquid, Matth. 14, 19. Marc. 6, 41. 7, 34. Luc. 9, 16. 19, 5. Act. 22, 13 ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν. (LXX ἀναβλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς pro נָשָׂא עֵינַי, saepius, ut Gen. 13, 14. 18, 2. Deut. 4, 19. 2 Macc. 7, 28.) — oculos demissos erigo, q. d. *circumspicio*, Marc. 8, 24. Luc. 21, 1. — 2) de redeunte ad priora: iterum specto, i. e. *visum recupero*, quod de iis, qui caecitate tum serius orta, ut Matth. 11, 5. 20, 34. Marc. 8, 25. 10, 51. 52. coll. Matth. 20, 33. Luc. 7, 22. 18, 41—43. Act. 9, 12. 17. 18. tum nativa, ut Io. 9, 11. 15. 18 laborant. (Ies. 42, 18 οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν. Ies. 61, 1 τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.) — 3) de perveniente ad finem: *perspicio*, *accurate intueor*; Marc. 16, 4 ἀναβλέψασαι diligentius rem intuitae, da sie genau hinsahen.

Ἀνάβλεψις, εως, ἡ, (ab ἀναβλέπω) *visus recuperatio*. Semel Luc. 4, 19 e loco Ies. 61, 1 ubi in textu hebr. leguntur: פְּקַח־קוֹחַ apertio carceris. Utrum ad miracula Iesu, an ad doctrinae lumen referenda sint haec verba, incertum est. (Aelian. hist. anim. 17, 13.)

Ἀναβοάω, ῶ, f. ήσω, (ex ἀνά et βοάω) vocem clamans tollo, *ich schreie auf*, *vociferor*, — *alta voce pronuntio aliquid*, Matth. 27, 46. Marc. 15, 8. Luc. 9, 38. (Eodem modo in versione Alexandr. pro זָעַק s. צָעַק Ezech. 11, 13. Zach. 6, 8. 2 Reg. 4, 40. קָרָא Ies. 36, 13. Ioseph. ant. 9, 1. 2 ἀνεβόησα λέγων. ib. 4, 8. 16.)

Ἀναβολή, ῆς, ἡ, (ab ἀναβάλλομαι quod vid.) *mora*, *cunctatio*. (Ioseph. ant. 3, 2. 3 et 7, 9. 7.) Semel Act. 25, 17 ἀναβολὴν ποιησάμενος, (ut apud profanos, Dionys. Hal. A. 11, 33. Thucyd. 2, 42) cunctatus, moras nectens.

Ἀνάγαιον, ου, τό, (i. q. ἀνώγεον quod habet text. vulg. Scribitur etiam ἀνώγαιον, ἀνώγεων, de qua scribendi ambiguitate vid. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 297 et Fritzschius ad Marc. 14, 15. p. 611 sq. ex ἀνά et γαῖα, i. q. γῆ) 1) conclave quod solo est altius (Hesych. ἀνάγαιον· ἀνὰ τὴν γῆν.) — 2) *coenaculum*. Bis, Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. coll. Act. 20, 8. (Xenoph. anab. 5, 4. 29. Socrat. hist. eccl. 5, 22.)

Ἀναγγέλλω, fut. ελῶ, aor. 1. ἀνήγγειλα, aor. 2. pass. ἀνηγγέλην (Rom. 15, 21. 1 Petr. 1, 12 de quo cf. Rostii Gramm. p. 273. §. 84. Saepius apud LXX, ut Gen. 22, 20. 31, 22. Exod. 14, 5. et futurum ἀναγγελήσομαι Ps. 22, 30.) (ex ἀνά et ἀγγέλλω, nuntio) LXX pro הִגִּיד, *annuntio*, *notum facio*. De variis rebus dictum vario modo verti potest. — De rebus, quae evenerunt: *annuntio*, *narro*, (Marc. 5, 14 in text. vulg. ubi, ut saepe in codd., cum ἀπαγγέλλω permutatum est) ib. c. 5, 19. Act. 14, 27. 15, 4. 16, 38. 2 Cor. 7, 7. — *defero* ad magistratum, Io. 5, 15. — de rebus futuris: *praenuntio*, Io. 16, 13. Ies. 41, 22 sq. 46, 10. — de doctrina christiana: *notum facio*, *doceo*, Io. 4, 25. 16, 14. 15. 25. Act. 20, 20. 27. Rom. 15, 21 ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ. 1 Petr. 1, 12. (hebr. הוֹדִיעַ Deut. 8, 3. Dan. 2, 9. הוֹרָה Deut. 24, 8.) — de male factis: *fateor*, *profiteor*, Act. 19, 18. (Ps. 38, 18. Ies. 3, 9. Iob. 33, 23.)

Ἀναγεννάω, ῶ, (ex ἀνά et γεννάω) gigno ut excrescat, *aufzeugen*, si sensu proprio unquam inveniatur; metaph. de rebus: *exsistere* s. *oriri facio*, (med. orior; Ioseph. ant. 4, 2. 1 τὰ ἐκ τοῦ στασιάζειν αὐτοῖς ἀναγεννώμενα δεινά.) — de homine: *excito aliquem*, facio ut aliquis sit, s. fiat; sic bis in N. T. 1 Petr. 1, 3 ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα, qui excitavit nos, er hat uns *aufgebildet*; ib. v. 23 ἀναγεγεννημένοι, christiani homines (i. e. perfectiores) facti, aufgebildet zu dem vollkommnern Menschen, den das Christenthum erzeugt. (Apud patres eccles. saepius dicitur de conformatione nova hominis, qua iam, a peccatis liber, spiritu sancto plenus ex aquis baptismatis exsurgit; Iustin. Mart. apol. 2. p. 93 ἔπειτα ἄγονται (qui initiandi sunt) ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστί, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως ὃν καὶ ἡμεῖς ἀνεγεννήθημεν ἀναγεννῶνται. Theophil. ad Autol. lib. 2. p. 95. Sed neque apud patres, certe antiquiores, est regenero, i. e. in priorem statum restituo, sed potius ἀνά retinet notionem surgendi in altum; quare etiam Cyrill. Hieros. orat. de Sim. §. 12 de Iesu dicit: μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναγεννήσεως (sic enim ibi pro ἀναστάσεως legendum) εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἀνελήλυθε. Clem. Alex. protrept. 11. p. 90 edit. Pott. λόγος ἀληθείας ὁ ἀναγεννῶν τὸν ἄνθρωπον, εἰς ἀλήθειαν αὐτὸν ἀναφέρων. Congruit cum his loquendi consuetudo Rabbinorum, qui בְּרִיָּה חֲדָשָׁה *creaturam novam* fieri dicebant eos, qui (non: restituerentur in pristinum quendam statum, sed) alii, quam antea fuerant, et praestantiores reddebantur, i. e. qui vel ab inscitia ad sapientiam, a vitiis ad probitatem, ab idolorum cultu ad veri Dei cognitionem perducebantur, vel qui unctione sacerdotes fiebant, vel quibus peccata condonabantur, novaque quaedam felicitas contingebat. Vid. *Schoettgenii* horae hebr. et talmud. ad 2 Cor. 5, 17. In V. T. non legitur.)

Ἀναγινώσκω, aor. 1. ἀνέγνωσα, aor. 2. ἀνέγνων, particip. ἀναγνούς (Act. 23, 24), aor. 1 passiv. ἀνεγνώσθην, (ex ἀνά et γινώσκω) 1) vel: *ad cognitionem pervenio*, vel: *alios ad cognitionem perduco*, *notum facio*. Vid. Ἀνά. Posteriori sensu ἀναγινώσκειν τὰς ἁμαρτίας, Orat. Manass. v. 11. Hesych. Ἀναγινώσκω· ἀναγνωρίζω. — Dicitur 2) potissimum de iis, quae legendo cognovimus, *legendo cognosco*, *legi et ideo novi*, Matth. 12, 3. 5. 19, 4. 21, 16. 42. 2 Cor. 1, 13 ἃ ἀναγινώσκετε ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε, quod aut ex epistola mea aut aliunde iam cognovistis. Apoc. 1, 3. — Hinc simpliciter: *lego* scil. cognoscendi causa, Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. Io. 19, 20. Act. 8, 28. 30. 23, 34. Eph. 3, 4. 2 Cor. 3, 2 ἀναγινωσκομένη sensu metaphorico: quae legitur, i. e. conspicitur, palam est. — lego, ut alii cognoscant, *praelego*, Luc. 4, 16. Act. 13, 27. 15, 21. 2 Cor. 3, 15. 1 Thess. 5, 27. (LXX saepissime pro קָרָא, praelego, Deut. 31, 11. 2 Reg. 22, 10. 23, 2. Neh. 13, 1. Dan. 5, 7. 1 Macc. 10, 7. Ioseph. ant. 4, 8. 12 ἀναγινωσκέτω τοὺς νόμους πᾶσι.)

Ἀναγκάζω, (ab ἀνάγκη) 1) *cogo*, *adigo*, vi vel minis, Act. 26, 11. 28, 19. Gal. 2, 3. 14. (3 Esdr. 4, 6. Drac.

v. 30. 1 Macc. 2, 25.) — 2 Cor. 12, 11 *ἀναγκάζειν* de iis, qui sua agendi ratione nos quasi cogunt aliquid facere, quod alias non fecissemus. — 2) adigo precibus persuasoriis, *compello, persuadeo,* Matth. 14, 22. Marc. 6, 45. Luc. 14, 23 *ἀνάγκασον εἰσελθεῖν*, de invitante, ut nostrum *nöthigen*. Gal. 6, 12. (Ioseph. ant. 6, 14. 3 *συνηνάγκασεν ἡ γυνὴ γεύσασθαι*, verbis s. precibus urgebat regem, ut cibum sumeret. Diog. Laërt. 1, 1. 4 *τῆς μητρὸς ἀναγκαζούσης αὐτὸν γῆμαι.* Similiter Ioseph. ant. 5, 6. 7 *Γεδεὼν δὲ τὴν ἀρχὴν ἀποθέσθαι βουλόμενος, βιασθεὶς* (precibus) *ἔσχεν αὐτὴν ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα.* Plutarch. Timol. 5 *πᾶσαν δέησιν καὶ πᾶσαν ἀνάγκην προσενεγκαμένων.* — Argumentis cogo, Plato Gorg. c. 17. Anacr. 36, 2 *ἀνάγκαι ῥητόρων.*)

'Ἀναγκαῖος, *αία, αῖον*, (ab *ἀνάγκη*) *necessarius;* a) quod natura necessarium est, 1 Cor. 12, 22 *τὰ μέλη τοῦ σώματος.* — b) quod ad vitam sustentandam necessarium, quae profani dicere solent *τὰ ἀναγκαῖα* (Ioseph. ant. 2, 5. 6 *ἡ σπανὶς τῶν ἀναγκαίων.*) Tit. 3, 14 *ἀναγκαίαι χρεῖαι*, nostrum: *dringende Bedürfnisse.* (coll. 2 Macc. 4, 23.) — c) quod consuetudine necessarium est. Act. 10, 24 *ἀναγκαίους φίλους, necessarios, intimos amicos.* (Ioseph. ant. 10, 1. 2 *ἀναγκαιοτάτους φίλους.* ib. 7, 6. 1 *συνέντες δὲ οἵ τε ἀναγκαῖοι* [Davidis] *καὶ ἡγεμόνες.* ib. 7, 14. 4. Nonnunquam etiam apud profanos, ut Polyb. 8, 9 *τοὺς ἀναγκαιοτάτους τῶν φίλων*, quanquam in libris profanorum maxime de *consanguineis* legitur. Vid. *Kypk.* obss. II, p. 49.) — *'Ἀναγκαῖον* adverbialiter: *necesse, necessarium;* Act. 13, 46 *ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον, decuit vos,* officii vestri fuit. (Ignat. ad Trallian. §. 2 *ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς.*) — *ἀναγκαῖον ἡγέομαι, necessarium duco,* 2 Cor. 9, 5. Phil. 2, 25. (2 Macc. 9, 21.) — Hebr. 8, 3 *ὅθεν ἀναγκαῖον* (*ἐστί*), *unde necessario consequitur.* — Phil. 1, 24 *ἀναγκαιότερον* (*ἐστί*), magis necessarium est, i. e. *magis conducit.* *.

'Ἀναγκαστῶς, (ab *ἀναγκαστός*, coactus, Ioseph. ant. 18, 3. 3.) adv. *coacte.* Semel 1 Petr. 5, 2.

'Ἀνάγκη, *ης, ἡ*, Latinor. *necessitas;* — 1) *necessitas;* 2 Cor. 9, 7 *ἐξ ἀνάγκης*, coacte, non sponte. Phil. v. 14 *κατὰ ἀνάγκην*, coactus. 1 Cor. 7, 37 *μὴ ἔχων ἀνάγκην*, qui nulla necessitate urgetur. Dicitur de necessitate orta a) ex lege vel consuetudine, Luc. 23, 17. (coll. Io. 18, 39.) Hebr. 9, 16. Rom. 13, 5. — b) ex religione, 1 Cor. 9, 16. — c) e rerum natura, Matth. 18, 7. Hebr. 7, 27 *ἀνάγκην ἔχειν*, debere, opus habere. — d) ex commodo, Luc. 14, 18 *ἔχω ἀνάγκ.* necesse est, ut etc. Iud. v. 3. — e) ex ratiocinio in cogitando, Hebr. 7, 12 *ἐξ ἀνάγκης*, necessario, consequitur iam. Ibid. 9, 23 *ἀνάγκη οὖν* intellige *ἐστί*, sequitur necessario. — 2) ex hebraismo: *angustia, afflictio,* Luc. 21, 23. 1 Cor. 7, 26. 2 Cor. 6, 4. 12, 10. 1 Thess. 3, 7. (LXX saepissime pro צַר, מְצוּקָה, Iob. 5, 19. 7, 11. 15, 24. Ps. 25, 17. 107, 6. 13. 19. 119, 143. Tob. 3, 6. Sequitur loquendi rationem Alexandrinorum Iosephus quoque, ant. 2, 5. 2 *ἄφεσιν τῆς παρούσης ἀνάγκης.* ib. 2, 9. 3 *τὸ Ἑβραίων γένος τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνάγκης ἀπολύσει.* ib. 6, 5. 6. 9, 3. 2. 16, 8. 1. de bell. 2, 15. 1. Philo de vit. Mos. I, p. 616.) *.

'Ἀναγνωρίζω, (ex *ἀνά* et *γνωρίζω*) *recognosco, agnosco.* Semel Act. 7, 13 *ἀνεγνωρίσθη*, cognitus est. (Gen. 45, 1 הִתְוַדַּע cognoscendum se praebuit, LXX *ἀνεγνωρίζετο.* Saepius non legitur in scripturis.)

'Ἀνάγνωσις, *εως, ἡ*, (ab *ἀναγινώσκω* quod vid.) *lectio*, actus legendi, Act. 13, 15. 2 Cor. 3, 14. — 1 Tim. 4, 13 *πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει* videl. librorum sacrorum. — Neh. 8, 8. coll. 3 Esdr. 9, 41. Prol. Sir. *.

'Ἀνάγω, aor. *ἀνήγαγον*, aor. pass. *ἀνήχθη*, (ex *ἀνά* et *ἄγω*) *sursum duco.* Utuntur autem Graeci hoc composito ubique, cum motum quendam ex inferiori in altiorem locum indicare volunt, ubi Latini vel simplici *duco*, vel compositis *educo, adduco, abduco* utuntur; nostrum *hinaufführen, heraufführen;* LXX pro הֶעֱלָה, adscendere fecit; — Matth. 4, 1 *ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον*, a ripis Iordanis in desertum. Luc. 2, 22 *ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα.* 4, 5. 22, 66 *ἀνήγαγον* scil. in ipsas Caiphae aedes. Act. 7, 41 *ἀνήγαγον θυσίαν*, scil. ad altare in loco eminentiore, vel colli positum, *adducere, offerre* (*ἀναγ. θυσίαν*, 1 Reg. 3, 15. 2 Chron. 29, 21 in Ald. et Complut. *ἀνήγαγεν.* Philo de agric. p. 205. de gigant. p. 294. de plant. Noë p. 237. Herodot. 2, 60.) Act. 9, 39. 12, 4 *ἀναγαγεῖν τῷ λαῷ* porducere populo, sistere coram tribunali, quod in loco magis edito erat. (2 Macc. 6, 10 *δύο γυναῖκες ἀνηνέχθησαν περιτετμηκυῖαι τὰ τέκνα αὐτῶν.*) Act. 16, 34. — *ἀναγ. ἐκ νεκρῶν, educere* ex inferno, Rom. 10, 7. Hebr. 13, 20. (Ps. 30, 3. 71, 20.) — *'Ἀνάγειν τὴν ναῦν*, navem in maris altitudinem (surgere enim videntur aquae, Luc. 5, 4. Iob. 26, 12) ducere, *navem solvere*, et *ἀνάγεσθαι* (intellige *ἐν πλοίῳ*, ut plene legitur Act. 28, 11) est *navi avehi, navem solvere, in altum ferri, abschiffen,* Luc. 8, 22. Act. 13, 13. 16, 11. 18, 22. 20, 13. 21, 1. 2. 27, 2. 4. 12. 21. 28, 10. 11. (Xenoph. anab. 5, 7. 17. Aelian. V. hist. 1, 15. Hesych. *ἀνάγοντο· ἀνέπλεον.*) *.

'Ἀναδείκνυμι, et *ἀναδεικνύω*, aor. 1. *ἀνέδειξα*, (ex *ἀνά* et *δείκνυμι*) propr. elatum in sublime monstro, ich zeige auf; hinc *omnibus notum facio, palam significo,* Act. 1, 24. (2 Macc. 2, 8 *τότε ὁ κύριος ἀναδείξει ταῦτα*, coll. v. 6. Xenophon hellen. 3, 5. 16. Polyb. 1, 80. 12.) — de regibus, praefectis, qui electi publice renuntiabantur: *renuntio, creo,* Luc. 10, 1. (*βασιλέα* 3 Esdr. 1, 34. 37. 43. 2 Macc. 9, 25 *στρατηγόν.* 2 Macc. 14, 12. ib. 10, 11 et saepissime apud profanos.) *.

'Ἀνάδειξις, *εως, ἡ*, (ex *ἀνά* et *δείκνυμι*) palam aliquid monstrare, palam facere; Sir. 43, 6 *σελήνη — εἰς ἀνάδειξιν χρόνων.* In N. T. semel Luc. 1, 80 *ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ*, usque dum posset palam prodire propheta; *Lutherus* bene vertit: bis dass er sollte hervortreten vor das Volk Israel. (Alii passive intelligunt: *inauguratio.* Vid. *Elsneri* observ. s. Tom. I, p. 183.)

'Ἀναδέχομαι, aor. *ἀναδεξάμην* (ex *ἀνά* et *δέχομαι*) in me suscipio; (2 Macc. 6, 19. 8, 36.) — *excipio,* — hospitio, Act. 28, 7. (Aelian. V. hist. 4, 9.) — animo excipio, Hebr. 11, 17 *ἐπαγγελίας.* (Clemens Alex. strom. 6, 12 init. *ἀναδέξασθαι τὴν ἀρετήν.*) *.

'Ἀναδίδωμι, aor. 2. *ἀνέδων*, (ex *ἀνά* et *δίδωμι*) 1) sursum do; metaph. produco, Sir. 1, 22. — de terra plantas edente, Ioseph. ant. 1, 11. 1. Philo de somn. p. 580. — 2) *in manus* (*ἀνά* ex tertiâ significatione) *trado*, Act. 23, 33 *ἐπιστολήν.* (Ioseph. ant. 1, 16. 2 *τινὰς κόσμους ἀνεδίδου τῇ κόρῃ.* Polyb. 29, 10. 7 *ἀνέδωκαν τοῖς ἄρχουσιν ἐπιστολάς.*) **.

'Ἀναζάω, *ῶ*, aor. 1. *ἀνέζησα*, (ex *ἀνά* et *ζάω*) 1) vitam nanciscor, *ich lebe auf,* tropice: *vigere incipio,* Rom. 7, 9 *ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν.* — 2) *revivisco,* propr. de mortuis [Rom. 14, 9. Apoc. 20, 5.] (Act. Thom. §. 23); — tropice: Luc. 15, 24. 32 *de filio ad meliorem frugem redeunte.* **.

'Ἀναζητέω, *ῶ*, (ex *ἀνά*, per, et *ζητέω*) quaero, usque dum invenerim, *perquiro, diligenter quaero,* Act. 11, 25. Luc. 2, 44 et v. 45 in codd. (2 Macc. 13, 21. Iob. 3, 4. Ioseph. ant. 5, 1. 14. ib. 9, 6. 6.) *.

'Ἀναζωννύω, et *ἀναζώννυμι*, (ex *ἀνά* et *ζωννύω*) *succingo.* Med. *ἀναζώννυμαι*, aor. *ἀνεζωσάμην*, *me succingo,* ich gürte mich auf, quod facere solebant orientales, ne vestibus laxis et ad pedes usque demissis impedirentur, sed ad negotia facienda essent expeditiores. Hinc tropice: *promptus, paratus sum,* 1 Petr. 1, 13 ut חָגַר et אָזַר Prov. 31, 17. Ier. 1, 17. *.

'Ἀναζωπυρέω, *ῶ*, (ex *ἀνά* et *ζωπυρέω*, *incendo, refocillo*) ignem afflatu resuscito, ne extinguatur. Metaphorice: *resuscito, excito;* de donis spiritualibus 2 Tim. 1, 6. (Gen. 45, 27. 1 Macc. 13, 7 *ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα.* Ioseph. ant. 9, 8. 6 *ἀναζ. τὸν νεκρόν.* ibid. 2, 7. 5. 8, 8. 5.) **.

'Ἀναθάλλω, aor. 2. *ἀνέθαλον* (rarius et apud poëtas, vid. Win. Gramm. p. 82, in V. T. Ps. 28, 7. Sap. 4, 4 et Sir. 46, 12.) (ex *ἀνά* et *θάλλω* germino, viresco) 1) *progermino, reviresco,* Sir. 46, 12. 49, 10. Sap. 4, 4. — 2) transitive, (הִפְרַחְתִּי Ezech. 17, 24) *produco,* v. c. *καρπούς* Sir. 50, 10; metaphorice: *largiter produco aliquid, efficio ut sit,* ut *ἀναθάλλειν εἰρήνην, εὐλογίαν*, felicitatem efficere, Sir. 1, 18. 11, 22. In N. T. semel Phil. 4, 10 *ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν*, resuscitastis curam mei.

'Ἀνάθεμα, *τος, τό*, (ab *ἀνατίθημι*) in codicibus saepe cum *ἀνάθημα* (quae est forma attica, *ἀνάθεμα* vero hellenistica. Moeris Attic. *ἀνάθημα· ἀττικῶς. ἀνάθεμα· ἑλληνικῶς.* Vid. etiam *Lobeck.* ad Phryn. p. 249) commutatur: *id quod Deo devovetur, donarium,* *τὸ ἀνατιθέμενον τῷ θεῷ*, ut Suidas explicat, חֵרֶם Hebraeorum, Levit.

27, 28. πᾶν δ ἐὰν ἀνατεθῇ intell. τῷ κυρίῳ, ut legitur Levit. 27, 29. Sic apud profanos. In versione Alexandrina vero est a) aurum et argentum bello captum, quatenus in tabernaculo sacro *reponebatur*, igitur *donarium* i. q. ἀνάθημα, Num. 16, 37—39. Ios. 7, 11. 21. 23 ubi leguntur: καὶ ἔθηκαν αὐτὰ ἔναντι κυρίου. coll. c. 6, 17. 19. 24. — b) animalia dicebantur ἀνάθημα κυρίῳ, quatenus *morti destinabantur* et victimae *immolabantur* Deo. cf. Levit. 27, 28. 29. De urbibus eiusque aedificiis et incolis et de populis dictum, indicat, eos *interitui*, tanquam victimas maximas Deo offerendas, esse destinatos, Ios. 6, 17. 18. 21. Num. 21, 2. 3. Hinc ἀνάθεμα *omne quod interitui est devotum* Deut. 13, 17. 20, 17. et γίνεσθαι ἀνάθεμα Ios. 7, 12 interitui destinari. — Denique c) *detestandum, abominandum*, quia, quae interitui destinata erant, attingere, habere non licuit. vid. Deut. 7, 26. — Hinc in N. T. ἀνάθ. ex hebraismo — 1) *piaculum*, quod aliorum loco mortem subit, Rom. 9, 3 ἀνάθ. εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, a Iesu morti destinari tanquam piaculum. (Gal. 3, 13 κατάρα, Sir. 44, 17 ἀντάλλαγμα in eadem fere sententia, et 4 Macc. 17, 22 Eleazar et septem fratres occisi ἀντίψυχον τῆς τοῦ ἔθνους ἁμαρτίας dicuntur.) — 2) *abominandum, detestandum*; 1 Cor. 12, 3 λέγειν ἀνάθεμα *maledicere*. Gal. 1, 8. 9 ἀνάθεμα ἔστω, detestabile sit, diris sit devotus. 1 Cor. 16, 22. — ἀναθέματι ἀναθεματίζειν *diris devovere*; Act. 23, 14 ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτούς, voto, diris nos devovimus. Vid. Deut. 20, 17. Lib. Henoch. (*Fabric.* Cod. Pseudep. p. 180) ἀναθεματίσωμεν ἀλλήλους. *.

Ἀναθεματίζω, (ab ἀνάθεμα, quod vid.) LXX pro הֶחֱרִים, *diris devoveo*, (τινά, Num. 21, 2. 3. Ios. 6, 21. 1 Sam. 15, 3. 1 Macc. 5, 5.) — ἑαυτόν s. ἑαυτούς, quater: Marc. 14, 71 ἤρξατο ἀναθεματίζειν (ἑαυτὸν) καὶ ὀμνύναι. Act. 23, 12. 14. 21. Vid. Ἀνάθεμα in fine. *.

Ἀναθεωρέω, ῶ, (ex ἀνά et θεωρέω) *diligenter intueor, contemplor*; oculis Act. 17, 23. mente Hebr. 13, 7. (Diod. Sic. 12, 15.) *.

Ἀνάθημα, τος, τό, (ab ἀνατίθημι), dona, quae in templis deorum suspendebantur vel reponebantur et *donaria* vocabantur. Semel Luc. 21, 5. Caeterum vid. Ἀνάθεμα. (Iudith. 16, 19. 2 Macc. 2, 13. 5, 16. 9, 16. 3 Macc. 3, 17. Ioseph. ant. 7, 14. 7 ἀναθήματα ἃ συνέβη τοὺς βασιλεῖς ἀναθῆναι. ib. 9, 12. 3.

Ἀναίδεια, ας, ἡ, (ab ἀναιδής, impudicus) *impudentia*; — *importunitas*. Semel Luc. 11, 8 ubi importunam pertinaciam significare videtur. Sic Ier. 8, 5 adiectiv. ἀναιδής, importunus, et Act. Thom. §. 40 ἀναίδεια de immodica importunitate iuvenis erga mulierem.

Ἀναίρεσις, εως, ἡ, (ab ἀναιρέω) *internecio, caedes*. Semel Act. 8, 1 (et c. 22, 20 in text. vulg.) Iudith. 15, 4. 2 Macc. 5, 13. Ioseph. ant. 2, 3. 1. ib. 8, 12. 2.

Ἀναιρέω, ῶ, fut. ήσω, aor. 2. ἀνεῖλον, aor. passiv. ἀνῃρέθην, aor. 2. med. ἀνειλόμην (formae aoristor. ἀνεῖλα et ἀνειλάμην seriorum scriptorum sunt; vid. Lobeck. ad Phryn. p. 183. Sturz de dial. mac. p. 62. Rost. Gramm. p. 275. Winer. p. 37. In N. T. boni libri Act. 10, 39 habent ἀνεῖλαν pro ἀνεῖλον, et Act. 7, 21 codd. auctoritate Griesbachius ἀνείλατο commendavit pro ἀνείλετο. Vid. etiam Exod. 2, 5. et adde ἀνήλουν Drac. v. 13.) — (ex ἀνά et αἱρέω) 1) *humo tollo, suscipio*, Exod. 2, 10. Num. 16, 37. — De infantibus dictum, ut Latinorum *tollere* (v. c. Terent. And. 1, 3. 14. ib. 3, 1. 6. Adelph. 5, 3. 23. Cicer. de div. 1, 21), est: infantem humo suscipere, suum declarare, *alere, educare*. Sic medium Act. 7, 21. (ἀράμενοι, Ioseph. ant. 4, 8. 24) et saepius apud profanos. Hesych. ἀναιρεῖν· τὸ τεχθὲν ἀνατρέφειν. — 2) *e medio tollere*; de rebus: *abolere, profligare, vi sua privare*, Hebr. 10, 9. (Test. XII patr. ap. Fabr. C. Pseud. I, 681 ἡ ταπείνωσις ἀναιρεῖ τὸ μῖσος, — ἡ μετάνοια ἀναιρεῖ τὴν ἀπείθειαν, καὶ φυγαδεύει τὸ σκότος, — et p. 691: ἀναιροῦντες τὸν διάβολον ἐν ταῖς ἀγαθαῖς ὑμῶν πράξεσι. Xenoph. Cyrop. 1, 1. 1 ἀναιρεῖν τὴν ὀλιγαρχίαν.) — De hominibus: e medio tollere, *supplicio afficere, trucidare*, Matth. 2, 16. Luc. 22, 2. 23, 32. Act. 10, 39. 12, 2. 22, 20. — Act. 16, 27 ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, manum sibi inferre. (Saepissime apud LXX pro הָרַג, הֵמִית, et apud profanos.) *.

Ἀναίτιος, ον, (ex ἀ priv. et αἰτία) *insons, qui sine culpa est*. Bis: Matth. 12, 5. 7. LXX pro נָקִי Deut. 19, 10. 13. 21, 8 sq.

Ἀνακαθίζω, aor. 1. ἀνεκάθισα, (ex ἀνά et καθίζω) *me erigo, erectus sedeo*, Luc. 7, 15. Act. 9, 40. (Plutarch. Philop. c. 20 μόλις ἑαυτὸν ὑπ᾽ ἀσθενείας ἀνεκάθισε.) *.

Ἀνακαινίζω, (ex ἀνά et καινίζω, novo) *renovo, instauro*, restituo in pristinum statum; propr. (τὸ πρόσωπον τῆς γῆς Ps. 104, 30 pro חִדֵּשׁ. τὸν ναόν Ioseph. ant. 9, 8. 2.) — metaph. Hebr. 6, 6 τοὺς παραπεσόντας πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, revocare ad mentis mutationem, reddere pristinae fidelitati. (Ps. 103, 5 ἀνακαινισθήσεται ἡ νεότης σου. 1 Macc. 6, 9 ἀνεκαινίσθη ἐπ᾽ αὐτὸν λύπη μεγάλη. Barnab. epist. c. 6 ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν.) *.

Ἀνακαινόω, ῶ, (ex ἀνά et καινόω, novo, novum facio) *excrescere s. succrescere facio novum*, quod antea non adfuit. Apud nostros non nisi in Pauli scriptis legitur, ubi metaph. est: novum hominem (Col. 3, 10), quem spiritus s. format, i. e. mentem novam et in melius mutatam gignere; nostrum: *aufbilden*, 2 Cor. 4, 16 ὁ ἔσωθεν (ἄνθρωπος) ἀνακαινοῦται, quotidie crescit cognitione, virtute, spe. Col. 3, 10 ἀνακαινούμενος εἰς ἐπίγνωσιν, auctus quotidie cognitione. coll. Eph. 4, 23. *.

Ἀνακαίνωσις, εως, ἡ, (ab ἀνακαινόω, quod vid.), quod non nisi apud Paulum invenitur, metaphorice est: *conformatio*, nimirum novi hominis, quem spiritus s. format in christianis, i. e. sapientia et probitate eos imbuit. Rom. 12, 2 μεταμορφοῦσθαι τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοός, mutari in melius conformatione mentis. Tit. 3, 5 λουτρὸν ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγ. balneum quo per spiritum s. novus homo in nobis formatur. coll. Io. 3, 5. *.

Ἀνακαλύπτω, (ex ἀνά et καλύπτω) LXX pro גִּלָּה, *velamen retraho, revelo, detego*, Deut. 22, 30. Ies. 47, 3. Tropice de intellectus quasi velamine, 2 Cor. 3, 14 τὸ κάλυμμα μὴ ἀνακαλυπτόμενον, velamen non retractum, i. e. ignorantia non sublata est. Ibid. v. 18 ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, detecta facie (coll. v. 13.) i. e. sine impedimento, clarissime. cf. Iob. 33, 16. Ies. 22, 14. Tob. 12, 7. *.

Ἀνακάμπτω, (ex ἀνά et κάμπτω) (quod in LXX vers. maxime hebr. שׁוּב respondet) 1) reflecto, recurvo. — 2) reflecto me, *reflecto cursum, revertor*. Matth. 2, 12. Act. 18, 21. Hebr. 11, 15. (Iud. 11, 39 Alex. et Ald. ἀνέκαμψε πρὸς τὸν πατέρα. 1 Reg. 12, 20. 3 Esdr. 8, 87.) — Luc. 10, 6 de vi benedictionis ad benedicentem redeunte. cf. Ies. 55, 11. *.

Ἀνάκειμαι, imperf. (semel Matth. 26, 20) ἀνεκείμην, (ex ἀνά et κεῖμαι) 1) propr. erectus situs sum; — repositus sum; [Marc. 5, 40.] (Ioseph. ant. 3, 1. 7 ἡ ἐν τῷ ἱερῷ ἀνακειμένη γραφή. Profani de donariis et statuis.) — 2) apud seriores scriptores (Phrynich. p. 216 ἀνάκειται ἐπὶ τῆς κλίνης οὐκέτι (καλῶς ἐρεῖς), ἀλλὰ κεῖται): *accumbo* (intellige: ad mensam), de iis, qui more veterum in lectis triclinaribus ad mensam accumbebant, Matth. 26, 7. 20. Marc. 14, 18. 16, 14. Io. 13, 23. (3 Esdr. 4, 10. Polyb. 13, 6. 8. Athenae. 7, 35. 58.) — *convivor, epulor*, Matth. 9, 10. Luc. 7, 37. — ὁ ἀνακείμενος, *conviva*, Matth. 22, 10. 11. Luc. 22, 27. Io. 13, 28. *.

Ἀνακεφαλαιόω, ῶ, (ex ἀνά et κεφαλαίω) 1) in unum caput redigo, *summam rei repeto s. comprehendo; ich recapitulire*. Sic saepius de oratoribus summam rei in orationis fine repetentibus. (Quinctil. 6, 1: „rerum repetitio et congregatio, quae Graece ἀνακεφαλαίωσις dicitur.") — 2) ἀνακεφαλαιοῦμαι, *comprehendor*, in unam quasi rem, *in unum caput recolligor*, Rom. 13, 9 de legibus diversis una amoris mutui lege comprehensis; Eph. 1, 10 de Iudaeis et paganis in unam ecclesiam collectis. cf. Eph. 2, 14. 15. (Epiph. adv. haeres. I, 31. 30 τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν παρουσίαν αὐτοῦ (Christi) ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα etc.) *.

Ἀνακλίνω, fut. ινῶ, aor. ἀνέκλινα, aor. pass. ἀνεκλίθην, fut. ἀνακλιθήσομαι, (ex ἀνά et κλίνω) 1) *reclino, facio*, ut aliquis reclinis iaceat. Luc. 2, 7 de infante: *repono*. — 2) de cibo recreandis: *facio discumbere, iubeo, ut recumbant*, Matth. 14, 19. Marc. 6, 39. Luc. 9, 15. 12, 37. (Meliores scriptores non hoc modo loqui, sed seriores, monuit *Lobeck*. ad Phrynich. p. 216.) — Passiv. ἀνακλι-

γομαι, *ad coenam accumbo, convivor,* Luc. 7, 36. Act. Thom. §. 4. — Matth. 8, 11. Luc. 13, 29 „convivari in regno Messiae" i. e. huius regni eiusque felicitatis participem fieri. Seriores enim Iudaeos putasse, magnum in Messiae regno epulum futurum esse, notum est (cf. *Schoettgenii* hor. hebr. ad h. l. 4 Esdr. 2, 38. 8, 52), quare servator in regno suo describendo saepius utitur imaginibus ab epulo ductis, vid. Matth. 22, 1 sq. 25, 1 sq. 26, 29. Marc. 14, 25. Luc. 14, 15 sq. 22, 16. 18. 30. *.

Ἀνακόπτω, (ex ἀνά et κόπτω) *repello, retundo; reprimo, cohibeo,* Sap. 18, 23 τὴν ὀργήν. *Philo* de monarch. p. 821 ἡμᾶς ἀνακόψαι (Ioseph. ant. 2, 16. 2.) Semel [Gal. 5, 7] ubi *Griesb.* ἐνέκοψε. Vid. ἐγκόπτειν.

Ἀνακράζω, aor. 1. ἀνέκραξα (ex ἀνά et κράζω) *exclamo, vociferor,* ich schreie auf, (Ioseph. ant. 2, 9. 7) *magnum clamorem edo.* Marc. 1, 23. 6, 49. Luc. 4, 33. 8, 28. 23, 18. (1 Sam. 4, 5. Ioël, 3, 16 (in textu hebr. c. 4, 16.) Iud. 7, 20. Ezech. 9, 1.) *.

Ἀνακρίνω, aor. 1. ἀνέκρινα, aor. pass. ἀνεκρίθην, (ex ἀνά et κρίνω) proprie de eo dicitur, qui cogitat, quo modo iudicium possit ferre, (ut ἀνά sit ad finem tendentis), ideoque est 1) *examino, investigo, scrutor,* et quidem *studiose,* Act. 17, 11. (LXX hebr. חָקַר 1 Sam. 20, 12. Ioseph. ant. 5, 9. 3 ἀνέκρινε τίς εἴη. ib. 4, 6. 2 ὁ μάντις ἀνέκρινε τὴν τοῦ θεοῦ διάνοιαν.) — 1 Cor. 10, 25. 27 μηδὲν ἀνακρίνοντες, nil anxie investigantes videl. utrum sint carnes e victimis gentilium residuae (quae in foro vendebantur), nec ne. — De iudice: *examino causam,* reum interrogo, ich verhöre gerichtlich, Luc. 23, 14. Act. 4, 9. 12, 19. 24, 8. 28, 18. coll. Susann. v. 48 et 51. — 2) *iudico, aestimo,* 1 Cor. 2, 14. 15 et quidem aut *iudicio comprobo, probo,* 1 Cor. 4, 3. 4. aut iudicio *improbo, damno,* 1 Cor. 9, 3. 14, 24 ἀνακρίνεται i. q. ἐλέγχεται, erroris, improbitatis convincitur, vid. vers. sq. — Phavorin. ἀνακρίνω· τὸ πραχθὲν ἐξετάζω, εἰ καλῶς ἢ κακῶς ἐπράχθη. — Ἀνακρίνειν, ἐξετάζειν, ἀναπυνθάνεσθαι, ἐπερωτᾶν, ἐλέγχειν, βασανίζειν εἰς ταὐτὸν φέρουσι. *.

Ἀνάκρισις, εως, ἡ, (ab ἀνακρίνω quod vid.), *interrogatio, causae cognitio, inquisitio,* Act. 25, 26. 3 Macc. 7, 5. (Polyb. 12, 27. 3.) Phavor. ἀνάκρισις· ἡ ἐξέτασις. **.

Ἀνακύπτω, (ex ἀνά et κύπτω nimirum τὴν κεφαλήν) *caput erigo* s. *tollo,* (LXX Iob. 10, 15 pro נָשָׂא רֹאשׁ) — *suspicio,* Io. 8, 7. 10. (Ioseph. ant. 19, 8. 2.) — *corpus erigo,* corpore erecto sto vel incedo, Luc. 13, 11. coll. v. 13 ubi ἀνωρθώθη contrarium indicat; — metaph.: caput tollo, suspicio, spe erectus, *animum erigo, animum recipio,* Luc. 21, 28 ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. (Ioseph. de bell. 6, 8. 5 ὀλίγον ἀνακύψαντες ἐκ τοῦ δέους. Philo in Flacc. p. 988 τὸν αὐχένα ταῖς συμφοραῖς πιεζόμενος, οὐδ᾽ ὅσον ἀνακύψαι σθένων.) *.

Ἀναλαμβάνω, aor. 2. act. ἀνέλαβον, aor. 1. pass. ἀνελήφθην, (ex ἀνά et λαμβάνω) — LXX pro נָשָׂא et לָקַח — 1) *sursum tollo,* in die Höhe nehmen (Ezech. 8, 3. Dan. 4, 31.) — ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν, in coelum sublatus est, Marc. 16, 19. Act. 1, 11. 10, 16. vel ἀνελήφθη simpliciter, ubi intellige εἰς τὸν οὐρ., Act. 1, 2. 22. 1 Tim. 3, 16. hebr. וַיַּעַל הַשָּׁמַיִם, 2 Reg. 2, 11. (Vid. 2 Reg. 2, 9. 1 Macc. 2, 58. Sir. 48, 9. 49, 14. coll. 44, 16 ubi μετετέθη pro ἀνελήφθη. Tob. 3, 6.) — Ex adiuncto: *sublatum fero,* Act. 7, 43. (vid. Amos. 5, 26 ubi est נָשָׂא. Hos. 11, 3.) Solebant veteres simulacra Deorum multa pompa circumferre. Vid. *Rosenmüll.* Scholia ad Amos. 5, 26 et *Kuinoel* comment. ad Act. 7, 43. — De armis: arma *capio,* Eph. 6, 13. 16. (Deut. 1, 41. Ier. 46, 3. 2 Macc. 10, 27 et saepius apud profanos.) — 2) socium suscipio, *socium mihi iungo,* nostrum: mit sich nehmen, Act. 20, 13. 14. Act. 23, 31. (2 Chron. 25, 28.) 2 Tim. 4, 11. (Gen. 24, 61. 45, 18. 48, 1. Ioseph. ant. 2, 10. 2 τὸν στρατὸν ἀναλαβὼν ἦγεν, cum exercitu profectus est. ib. 8, 14. 4.) *.

Ἀνάληψις, εως, ἡ, (ab ἀναλαμβάνω) *ferri in altum, adscensus;* in N. T. semel Luc. 9, 51 de adscensu Christi in coelum. De eadem re in Test. XII patr. p. 585 et apud patres ecclesiae saepissime, velut Clem. Alex. strom. 6, 15.

Ἀναλίσκω, fut. (a forma antiquiore ἀναλόω) ἀναλώσω, aor. 1. ἀνήλωσα, aor. 1. pass. ἀνηλώθην, (ex ἀνά et ἁλίσκομαι, capior, expugnor; teneor, abripior) — LXX pro אָכַל — impendo aliquid ita, ut consumatur, (Sap. 13, 12, Ioseph. ant. 3, 9. 4); *consumo, conficio,* Luc. 9, 54 ἀναλῶσαι infinit. aor. 1. pro usitatiore ἀναλῶσαι. Gal. 5, 15 μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε, ne vos ipsi conficiatis. 2 Thess. 2, 8. (Ezech. 15, 4. 5. 19, 12. Ies. 32, 10. 2 Macc. 1, 31. 2, 10. 11. Ioseph. ant. 2, 5. 7. ib. 2, 6. 9 ἀναλωθεὶς φροντίσι. Act. Thom. §. 21 ποίῳ θανάτῳ αὐτοὺς ἀναλώσει.) *.

Ἀναλογία, ας, ἡ, (ab ἀνάλογος, rationem ad aliquid habens, conveniens) *proportio, convenientia* (Philo de opif. m. p. 17 ἀριθμῶν ἀναλογίαι); semel Rom. 12, 6 ubi κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως plurimi interpretes vertunt: pro ratione virium et facultatum a Deo concessarum, i. q. v. 3 κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεως. Potest vero etiam πίστις accipi sensu obiectivo: utatur dono vatis convenienter doctrinae, quam fide amplexi sumus, i. e. ita, ut doctrinae christianae non repugnet. (In graeco cod. V. T. non habetur. Ἀναλόγως Sap. 13, 5. Demosth. de cor. c. 30 κατὰ τὴν αὐτὴν δὲ ἀναλογίαν (Verhältniss, Maasstab der Berechnung) ἔστω.)

Ἀναλογίζομαι, (ex ἀνά et λογίζομαι) propr. omnes rationes computo; reputo; de arithmeticis; — *reputo, diligenter expendo* s. *considero,* Hebr. 12, 3. (3 Macc. 7, 7 τὴν τοῦ φίλου εὔνοιαν ἀναλογισάμενοι. Ioseph. ant. 4, 8. 46. Diod. Sic. 20, 8 τὸ μέγεθος τοῦ διείργοντος πελάγους ἀναλογιζόμενοι.)

Ἄναλος, ον, (ex ἀ priv. et ἅλς *sal*), sale carens; tropice: *insipidus, fatuus.* Semel Marc. 9, 50 ubi ἅλας ἄναλον sal sine sale est: sal corruptum, fatuum, acrimonia sua destitutum. (Plutarch. symp. Tom. VIII, p. 728 edit. *Reisk.* ἄρτον ἄναλον.)

Ἀνάλυσις, εως, ἡ, (ex ἀνά et λύω) 1) dissolutio; — 2) *discessus,* (Ioseph. ant. 19, 4. 1. Philo in Flacc. p. 981 ἀνάλυσιν ἐκ συμποσίου ποιησάμενος.) — ἀνάλυσις intellige ἐκ τοῦ βίου, (ut addit Philo in Flacc. p. 991 τὴν ἐκ τοῦ βίου τελευταίαν ἀνάλυσιν) *discessus e vita;* semel 2 Tim. 4, 6. coll. Phil. 1, 23.

Ἀναλύω, (ex ἀνά et λύω) 1) dissolvo; (Sir. 3, 15 peccata, i. e. condonare.) — 2) *discedo,* Phil. 1, 23 ἀναλῦσαι, intellige e vita, (vid. Ἀνάλυσις et *Schoettgen.* hor. hebr. ad Phil. 1, 23.) — discedo ut redeam, *revertor,* Luc. 12, 36 ἐκ τῶν γάμων. (Sap. 2, 1 ἐξ ᾅδου. 2 Macc. 9, 1 ἐκ τῶν τόπων. Sap. 5, 12. 16, 14. Ioseph. ant. 6, 4. 1 οἱ μὲν ἀναστάντες ἀνέλυον πρὸς αὐτοὺς ἕκαστος.) *.

Ἀναμάρτητος, ον, (ex ἀ priv. et ἁμαρτάνω) 1) non aberrans, 2) *non peccans,* sine peccato eiusque culpa, insons. Vid. Ἁμαρτάνω. Semel Io. 8, 7. (2 Macc. 8, 4. Deut. 29, 19. Xenoph. mem. 4, 2. 26. *Murator.* thesaur. inscript. IV, p. 2062 Ναρκίσσῳ τέκνῳ γλυκυτάτῳ ἀναμαρτήτῳ.)

Ἀναμένω, (ex ἀνά et μένω) 1) *remaneo,* Iudith. 7, 12. — 2) *maneo* ut *expectem,* hinc ἀναμένω τινά *expecto aliquem,* adiuncta notione patientiae vel fiduciae. Semel 1 Thess. 1, 10. Saepius apud profanos. (Clem. Alex. strom. 6, 13 δόξα ἀναμένει τοὺς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον βεβιωκότας.)

Ἀνάμεσος, ον, *medius, intermedius.* In N. T. neutrum ἀνάμεσον, adverbialiter *inter, per, in medio* legitur. Vid. Ἀνά.

Ἀναμιμνήσκω, f. μνήσω, aor. 1. pass. ἀνεμνήσθην, (ex ἀνά et μιμνήσκω) — LXX pro הִזְכִּיר et זָכַר — *in mentem revoco,* — sequente accusativo rei et personae, 1 Cor. 4, 17 ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου. (Gen. 41, 9 τὴν ἁμαρτίαν. 1 Reg. 17, 18. Ezech. 21, 23. 23, 19. Seq. genitivo Ioseph. ant. 9, 6. 3.) — ex adiuncto: *commonefacio, moneo,* 2 Tim. 1, 6 ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν. — Passivum: excitor ad memoriam rei, revocatur mihi aliquid in mentem, memoria rei moneor, Marc. 11, 21. — seq. genitivo rei, Marc. 14, 72 ἀνεμνήσθη τοῦ ῥήματος. (Sir. 3, 15. Ioseph. ant. 2, 6. 8.) — Medium: mihi in mentem revoco, *recordor,* et ex adiuncto: *recordando considero,* 2 Cor. 7, 15 τὴν ὑπακοήν. Hebr. 10, 32. (Eodem sensu Sap. 16, 6 ἀνάμνησις νόμου.) *.

Ἀνάμνησις, εως, ἡ, (ab ἀναμιμνήσκω) *recordatio, memoria,* Hebr. 10, 3. (Sap. 16, 6. Ioseph. ant. 4, 8. 2. Levit. 24, 7. Num. 10, 10.) — In locis Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24. 25 verba: εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, ad mortis meae memoriam renovandam i. q. 1 Cor. 11, 26 τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλειν. *.

Ἀνανεόω, ῶ, (ex ἀνά et νεόω, novum facio) renovo, restauro; (propr. ut ἀνανεώσασθαι τὴν φιλίαν, 1 Macc.

4*

14, 18. 22. 4 Macc. 18, 4. Ioseph. 1, 10. 4.) metaph. ἀνανεοῦσθαι τῷ πνεύματι, *novum mentem induere*, Eph. 4, 23. Vid. Ἀνακαινόω et hebr. חָדַשׁ Ps. 51, 12. (Marc. Anton. 4, 3 ἀνανέου σεαυτόν.) *.

Ἀνανήφω, (ex ἀνά et νήφω) 1) ex ebrietate ad me redeo et mentis compos fio. — 2) metaphorice: *resipisco, ad me redeo;* semel 2 Tim. 2, 26 ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, expedire sese ex diaboli s. impietatis illecebris. (Ioseph. ant. 6, 11. 10 μόλις δ' ἐκ θρήνων ἀνανήψαντες. Philo de alleg. 3. p. 1098 B. ἀνανήφει [ὁ σοφὸς], τοῦτο δ' ἐστι, μετανοεῖ. Cebet. tab. c. 9.)

Ἀνανίας, α, ὁ. *Ananias*. Nom. pr. — Tres huius nominis commemorantur in N. T. 1) Ananias, *Hierosolymitanus*, ut videtur, Act. 5, 1—6. — 2) Ananias, christianus *Damascenus*, Act. 9, 10—18. 22, 12 sqq., de quo utroque praeterea nil constat; — 3) Ananias, *Nebedaei filius*, Iudaeorum pontifex maximus inde ab anno Claudii Imperat. septimo usque ad Neronis imperii initia, Act. 23, 2 sq. 24, 1. Ioseph. ant. 20, 5. 2. *.

Ἀναντίῤῥητος, ον, (ex ἀ priv., ἀντί et ῥέω dico) cui contradici non potest, *extra dubitationem positus;* semel Act. 19, 36. (Suid. ἀναντίῤῥητον· τὸ ἀντιλογίαν μὴ δεχόμενον. Symmach. Iob. 11, 2 μὴ ὁ πολύλαλος ἀναντίῤῥητος ἔσται. Polyb. 6, 7. 7 et 28, 11. 4.)

Ἀναντιῤῥήτως, adv. *sine contradictione, vel repugnantia*. Semel Act. 10, 29 ἀναντιῤῥ. ἦλθον, nil oblocutus, non repugnans veni. (Polyb. 23, 8. 11.)

Ἀνάξιος, ον, (ex ἀ priv. et ἄξιος) *qui est sine dignitate, auctoritate; indignus;* seq. genitivo. Semel 1 Cor. 6, 2 ἀνάξ. i. e. qui non satis auctoritatis et iudicii habet. (Ier. 15, 19. Sir. 25, 8. Ioseph. ant. 6, 1. 4. — De pretio et dignitate, Plat. Protag. c. 37 ἀνάξιά ἐστι τἀγαθὰ τῶν κακῶν ἢ τὰ κακὰ τῶν ἀγαθῶν;)

Ἀναξίως, adv. *indigne*. 2 Macc. 14, 42. Bis 1 Cor. 11, 27. 29 ubi τὸ ἀνάξιον in eo est, quod quidam sacra coena tanquam epulo ad satiandum corpus (cf. v. 21. 22), non vero tanquam epulo, quo mors servatoris praedicanda sit (v. 26), utebantur; igitur: *non reverenter, non qua decet pietate.*

Ἀνάπαυσις, εως, ἡ, (ab ἀναπαύω) — LXX pro מְנוּחָה, מָנוֹחַ et שַׁבָּתוֹן — 1) intermittere motum, velut laborem, iter, das Aufhören einer Bewegung; *quies, requies*, a) propr. Apoc. 4, 8 ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν λέγοντες, nunquam cessant dicere. c. 14, 11 ἀνάπ. οὐκ ἔχουσι, intellige τοῦ βασανισμοῦ, nunquam cessant pati. (LXX שַׁבָּת Levit. 25, 8. coll. Esth. 9, 18. Ioseph. ant. 3, 12. 3 ἀνάπαυσις ἀπὸ τῶν ἔργων.) — b) liberari ab aerumnis, *tranquillitas, quies animi*, Matth. 11, 29. (Sap. 4, 7. Sir. 6, 28. 51, 27. Ps. 116, 7. Clem. Alex. paedag. 3, 7. p. 277, 23 edit. Potter. vitam futuram τὴν ἀληθῆ ἀνάπαυσιν nominat.) — 2) ex metonymia: *locus quietis*, Matth. 12, 43. Luc. 11, 24. (1 Chron. 28, 2 οἰκοδομῆσαι οἶκον ἀναπαύσεως τῆς κιβωτοῦ. Gen. 8, 9. Ruth. 3, 1. Ies. 34, 18. Sir. 24, 7.)

Ἀναπαύω, fut. αύσω, (ex ἀνά et παύω) LXX pro שָׁכַן, הִרְבִּיץ, הֵנִיחַ — 1) transitive: quiescere facio, quietem do, (Ioseph. ant. 3, 2. 5.) — in N. T. ad animum translatum: *recreo, a curis et aerumnis libero*, Matth. 11, 28. 1 Cor. 16, 18. Philem. v. 20 ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα. (2 Sam. 7, 11. Prov. 29, 17. Ezech. 34, 15. Sir. 3, 6.) — Passivum: *recreor*, 2 Cor. 7, 13. Philem. v. 7. — Medium: *quiesco, requiesco, ich ruhe mich aus*, Matth. 26, 45. Marc. 14, 41. Luc. 12, 19 ἀναπαύου, requiesce nunc, videl. a labore. (Ies. 13, 21. 34, 14. Deut. 5, 14. Mich. 4, 4.) — *recreo me* (quiescendo) Marc. 6, 31. (Iob. 10, 20.) — Apoc. 14, 13 ἀναπαύσεσθαι ἐκ τῶν κόπων, i. e. ereptus ex aerumnis recreari. (Esth. 9, 16 ἀπό τινος.) — Ex adiuncto: *patienter expecto*, Apoc. 6, 11 ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον, ut amplius aliquamdiu expectent, videl. dum vindicta sumpta fuerit ab eorum persecutoribus. — 2) Medium ex hebraismo: *consideo aliquo loco*, ich lasse mich nieder, *habito, commoror;* 1 Petr. 4, 14 τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται. (Ies. 11, 2 נָחָה עַל. Eandem locutionem habes in test. XII patr. p. 737. Act. Thom. §. 43 daemon de muliere, qua abusus fuerat ad libidinem: ἣν πρὸ πολλοῦ εὑρὼν ἀνεπαύθην. Caeterum vid. Num. 11, 26. Ies. 32, 16. 34, 17. Prov. 21, 16.) *.

Ἀναπείθω, (ex ἀνά et πείθω) *persuadeo;* in malam partem, *induco* aliquem, ut credat vel faciat aliquid, *seduco, instigo*. Act. 18, 13. (Philo de alleg. II, p. 100. 1 Macc. 1, 11. LXX hebr. הִשִּׁיא *decepit, seduxit*, Ierem. 29, 8.) **.

Ἀναπέμπω, (ex ἀνά et πέμπω) *remitto*, Philem. v. 12. — De reo vel causa forensi: *defero* ad iudicem, remitto; Luc. 23, 7. 11. 15. Act. 25, 21 in codd. optimis pro verbo simplici. (Ioseph. ant. 4, 8. 14 ἀναπέμπειν τὴν δίκην εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, causam deferre ad synedrium.) *.

Ἀναπηδάω, (ex ἀνά et πηδάω, salio) *subsilio, exsilio*. Marc. 10, 50 ubi boni codd. ἀναπηδήσας habent pro ἀναστάς.

Ἀνάπηρος, ον, (ex ἀνά et πηρός, mutilus) *mutilus, membris captus; — debilis, usu membri cuiusdam destitutus*. Bis: Luc. 14, 13. 21. coll. 2 Macc. 8, 24. Diog. Laërt. 6, 2. 6 sive lib. 6. §. 33. Hesych. ἀνάπηρος· πηρός, τυφλός, νοσώδης.

Ἀναπίπτω, [fut. ἀναπεσεῖται Sir. 25, 18] aor. 2. ἀνέπεσον; apud seriores scriptores (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 724. *Rostii* Gramm. p. 325. *Winer.* §. 13) etiam forma aor. 1. ἀνέπεσα (Tob. 2, 1 et imperativ. ἀνάπεσον Luc. 14, 10 in textu vulg. Sir. 35, 12 in textu Alex. ἀνάπεσον); denique imperativ. aor. 1. med. ἀνάπεσαι Luc. 17, 7 et 14, 10 in libro Griesb. quod errori scribarum, terminationem ε et αι saepe permutantium, tribuunt, et putant ἀνάπεσε, ut boni libri habent, rescribendum esse. Vid. *Winer.* Gramm. p. 70. (Sed non solum Polyb. 6, 37. 4 habet ἐκπεσαμένους, sed etiam textus Alexandr. Tob. 2, 1 pro ἀνέπεσα exhibet ἀνεπαυσάμην, quod ex scribendi errore videtur ortum pro ἀνεπεσάμην.) — (ex ἀνά et πίπτω) propr. cado ad aliquid, accido, ich falle hin, decumbo (Gen. 49, 9 ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης. Susann. v. 37 ἀνέπεσε μετ' αὐτῆς, cum muliere); — *accumbo ad mensam*, ad cibum capiendum (τοῦ φαγεῖν, ut legitur Tob. 2, 1) Matth. 15, 35. Marc. 6, 40. 8, 6. Luc. 11, 32. 14, 10. 17, 7. 22, 14. Io. 13, 12. et v. 25 in codd. ἀναπεσών pro ἐπιπεσών. 21, 20. (Iudith. 12, 16. Sir. 35, 2.) — (Phrynich. p. 216 ἀναπεσεῖν οὐ καλῶς ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι τάττεται· ad quae *Lobeck.* ibid. adscripsit: „praeter Lucianum et Polybium Diodorus 4, 59. Synesius ep. 114. Theophylactus ep. 14 pro ἀνακλιθῆναι i. e. ad mensam accumbere, vel etiam humi iacere resupinum, posuerunt, significatione novitia, sed propinqua ei, quam Cratinus et Xenophon huic verbo tribuunt, remiges, quum resupinantur, ἀναπίπτειν dicentes.") *.

Ἀναπληρόω, ῶ, aor. 1. ἀνεπλήρωσα, (ex ἀνά et πληρόω) 1) *impleo, compleo;* a) propr. de loco, ut χάσμα (Ioseph. ant. 7, 10. 2.) — de tempore, (Gen. 29, 28. Exod. 7, 25.) — de mensura, 1 Thess. 2, 16 ἀναπλ. αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας (i. e. τὸ μέτρον τῶν ἁμαρτιῶν, Matth. 23, 32), peccatorum committendorum complere numerum. (Vid. Gen. 15, 16. 2 Macc. 6, 13—15. coll. Dan. 8, 23.) — b) tropice: de vaticiniis et praedictis, ubi i. q. *eventum habeo, absolvor*, Matth. 13, 14 ἀναπληροῦται αὐτοῖς ἡ προφητεία. und so erfüllte sich ganz für sie, oder an ihnen, die Weissagung. (Sic ἀναπλήρωσις 3 Esdr. 1, 57 pro hebr. לְמַלֹּאות 2 Chron. 36, 21. Vid. etiam Πληρόω.) — de opere peragendo: absolvo (1 Reg. 7, 51 ἀνεπληρώθη τὸ ἔργον, templi exstructio), de officio: *impleo officii partes, perago;* Gal. 6, 2 τὸν νόμον, praeceptum domini, nimirum, ut videtur, illud quod Io. 13, 14. 34 legitur. (Ioseph. ant. 6, 13. 5 ἡ περὶ τὴν ταφὴν καὶ τὴν τῶν νομιζομένων ἀναπλήρωσιν σπουδή. Barnab. epist. §. 21 ἀναπληροῦτε πᾶσαν ἐντολήν. Philo de Abraham. p. 384 C. νόμον φύσεως ἐπιμπλὰς ἀναγκαῖον.) — τόπον τινός, Latinor. [Plin. epist. 6, 6. 6] *implere vicem alicuius*, seine Stelle vertreten, 1 Cor. 14, 16 ὁ ἀναπληρ. τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, qui loco idiotae est, comparatus ut idiota, quo sensu etiam Rabbini dixerunt מְמַלֵּא מָקוֹם, vid. *Rhenferd.* de stylo N. T. p. 400 et *Buxtorf.* Lex. Talmud. Rabb. p. 2001. (Ioseph. de bell. 5, 2. 5: „imperator στρατιώτου τάξιν ἀποπληρῶν, militis gregarii officio functus.) — 2) repleo, *suppleo;* ἀναπληρ. τὸ ὑστέρημά τινος, supplere alicuius defectum s. absentiam, i. e. eius loco esse, officia eius vice praestare, 1 Cor. 16, 17. Phil. 2, 30. (Gen. 2, 21. Ioseph. ant. 5, 6. 2 ἀναπληρώσειν τὸ λεῖπον. Polyb. 7, 7. 7. Diod. Sic. 3. cap. 8 τὴν τῆς φύσεως ἔνδειαν ἀναπληροῦσι.) *.

Ἀναπολόγητος, ον, (ex ἀ priv. et ἀπολογέομαι) *qui excusari, s. defendi, a culpa liberari, absolvi non*

potest. Bis: Rom. 1, 20. 2, 1. (Polyb. 12, 21. 10. Iustin. Mart. ap. 2. p. 71 liberum creavit Deus hominem, ὥςτε τ' ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς ἀνθρώποις παρὰ τῷ θεῷ. Clemens Alex. strom. 7, 2. p. 834, 37. ed. Potter. ἀναπολόγητός ἐστι πᾶς ὁ μὴ πιστεύσας.)

Ἀναπτύσσω, f. ύξω, (ex ἀνά et πτύσσω) *expando, explico*. Semel Luc. 4, 17. (Deut. 22, 17. 2 Reg. 19, 14.)

Ἀνάπτω, (ex ἀνά et ἅπτω) *incendo, accendo*. Ter: Luc. 12, 49. Act. 28, 2. Iac. 3, 5. (Mal. 4, 1. 2 Chron. 13, 11.)

Ἀναρίθμητος, ον, (ex ἀ priv. et ἀριθμέω) *innumerabilis*. Semel Hebr. 11, 12. (Iob. 21, 33. Prov. 7, 26. Sap. 7, 11.)

Ἀνασείω, (ex ἀνά et σείω) succutio, ich schüttle auf; tropice: *excito, instigo*, ich reize, rege auf; bis: Marc. 15, 11. Luc. 23, 5 τὸν λαόν. (Dion. Halic. 8, 81 τοῖς ἀνασείουσι τὸ πλῆθος. Aquila Iob. 2, 3 pro הֵסִית excitavit.)

Ἀνασκευάζω, (ab ἀνά et σκεῦος) 1) vasa s. suppellectilem colligo; migrandi causa, (Xenoph. cyrop. 8, 5. 2.) — 2) depopulor, devasto, propr. terram (Ioseph. ant. 14, 15. 3 et 4.) — tropice: *destruo, everto*, Act. 15, 24 ἀνασκ. τὰς ψυχάς, animos deturbare s. perturbare; sensus: veri cognitionem eis eripere. Ad notionem destruendi huic loco vindicandam *Krypkius* (observv. s. II, p. 74) affert exempla Polyb. 9, 31. 6 ἀνασκευάζειν συνθήκας καὶ ὅρκους. Id. 12, 25. 4 τὴν κοινὴν φήμην ἀνασκευάζειν. Verius autem vertendum videtur: recolligere, *reparare*, quod iam tropice est: reddere animas, ut scilicet opinabantur, verae pietati. Vid. etiam Κατασκευάζειν. (Strabo lib. 16 ἣν Ἀλέξανδρος ἐβούλετο ἀνασκευάσαι. Thucyd. 4, 116 τὴν Λήκυθον καθελὼν καὶ ἀνασκευάσας.) *.

Ἀνασπάω, (ex ἀνά et σπάω) *sursum traho, extraho*. Bis: Luc. 14, 5. Act. 11, 10. (Hab. 1, 15. Ioseph. ant. 2, 11. 2 aquas e puteo.)

Ἀνάστασις, εως, ἡ, (ab ἀνίστημι) 1) *exsurgere, das Aufstehen, sich Aufrichten*, velut iacentis (Thren. 3, 63), vel exsurgentis ad opus peragendum (Zeph. 3, 8) — mortui e sepulchro, vel e statu mortis: *reditus in vitam*, vel, ut scriptores ecclesiastici loquuntur, *resurrectio*, (rectius *surrectio*); duplici modo in N. T. a) de eorum reditu in vitam, qui modo exspiraverant, Hebr. 11, 35 ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν, i. e. mulieres piae receperunt natos suos, qui exspiraverant, ἐξ ἀναστάσεως eo quod in vitam revocabantur. (Vid. 1 Reg. 17, 17 sqq. 2 Reg. 4, 20—36.) — Eodem sensu Christi ἀνάστασις, sive ἀνάστ. ἐκ νεκρῶν, Act. 1, 22. 2, 31. 4, 33. 17, 18. Rom. 1, 4. 6, 5. Phil. 3, 10. 1 Petr. 1, 3. 3, 21. — b) *futurus* omnium mortuorum *reditus* in vitam in fine rerum, s. ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, Io. 11, 24. quae vel simpliciter dicitur ἀνάστασις, vel ἀνάστασις τῶν νεκρῶν vel ἐκ νεκρῶν (2 Macc. 7, 9 αἰώνιος ἀναβίωσις ζωῆς), Io. 5, 29. Act. 17, 32. 24, 15. 21. 26, 23. 1 Cor. 15, 12. 13. 21. 42. Hebr. 6, 2. 11, 35 κρείττων, nimirum quam illa sub a) descripta. Eam negabant Sadducaei, Matth. 22, 23. 28. 30. 31. Marc. 12, 18. 23. Luc. 20, 27. 33. 35. Act. 4, 2. 23, 6—8. et quidam christianorum, 2 Tim. 2, 18. — c) ἀνάστασις τῶν δικαίων, Luc. 14, 14. nimirum εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ (Luc. 14, 15), Luc. 20, 36. quam auctor apocalyps. Apoc. 20, 5. 6 τὴν πρώτην ἀνάστασιν nominat, eamque ad christianos solos spectare dicit. Vid. etiam 1 Cor. 15, 23. 24. 1 Thess. 4, 16. (In V. T. non nisi 2 Macc. 7, 9. 14. 12, 43—45 commemoratur et solum refertur ad Dei veri cultores, Iudaeos. Iudaei enim propter locum Ies. 26, 14 negabant, gentiles in vitam esse redituros.) — d) metonymice: *auctor novae vitae*, Io. 11, 25. — 2) *deturbare de loco suo, expulsio* (Ioseph. ant. 10, 9. 7 ἡ τῶν δύο φυλῶν ἀνάστασις. Id. ant. 2, 10. 2 ὡς περὶ ἀνδραποδισμοῦ καὶ παντελοῦς ἀναστάσεως τὸν κίνδυνον εἶναι); tropice: *deturbare aliquem de mente* (ut loquitur Cicero in Pis. 20. §. 46), *mentis perturbatio*; Luc. 2, 34 εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν, causa, ut multi errent et animo perturbentur. (Vid. etiam Ἀναστατόω.) Alii vertunt: aliis erit causa interitus, aliis causa salutis, s. restitutionis ad salutem.. Sed locus Ies. 8, 14 e quo haec repetita videntur, obstat. (Demosth. Olynth. 1, 1 τὰς πρὸς ἐκεῖνον διαλλαγὰς πρῶτον μὲν ἀπίστους, εἶτα τῆς ἑαυτῶν πατρίδος νομίζειν ἀνάστασιν εἶναι.) *.

Ἀναστατόω, ῶ, quod in melioribus scriptoribus non invenitur, sed dialecto macedonicae proprium est (vid. *Sturz.* de dial. macedon. p. 146), ab ἀνάστατος (surgens, expulsus, destructus), pro ἀνάστατον ποιέω, ut puriores scriptores loquuntur, 1) sedibus suis expello (in Aquilae et Symmachi reliquiis Ps. 11, 1 pro נוּד, vagari; Symm. Ps. 59, 12 pro הֵנִיעַ expulit); — 2) destruo (Ioseph. ant. 8, 12. 2 αἱ πόλεις ἀνάστατοι γενήσονται. ib. 10, 6. 2.) — *deturbo, perturbo*; de iis qui seditione rem publicam perturbant, Act. 17, 6. 21, 38. — de iis, qui erroribus animum aliorum perturbant, Gal. 5, 12. **.

Ἀνασταυρόω, ῶ, (ex ἀνά et σταυρόω) *sursum in crucem ago*, (Ioseph. ant. 2, 5. 3. 11, 6. 10. de bell. 2, 14. 9.) Semel Hebr. 6, 6 ἀνασταυροῦντας (nimirum πάλιν, quod ex antecedentibus repetendum est) ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, i. e. necesse esset, ut ad expianda nova horum hominum peccata post baptismum commissa, filius Dei iterum in crucem ageretur.

Ἀναστενάζω, aor. 1. ἀνεστέναξα, (ex ἀνά et στενάζω) *ingemisco, suspiria duco, aufseufzen;* Marc. 8, 12. (Thren. 1, 4. Sir. 25, 18. Susann. v. 22. 2 Macc. 6, 30.) **.

Ἀναστρέφω, aor. 1. ἀνέστρεψα, aor. 2. pass. ἀνεστράφην, (ex ἀνά et στρέφω) 1) *subverto, inverto*, Io. 2, 15 τὰς τραπέζας. (Sir. 36, 12 ἀνέστρεψεν αὐτοὺς ἀπὸ στάσεως αὐτῶν. coll. Sir. 12, 12. Iudith. 1, 13 ἀναστρέφειν τὴν δύναμιν hostium. Philo de nom. mutat. p. 1082 B. Hesych. ἀναστρέφειν· ἀνατρέπειν.) — 2) *revertor*, Act. 5, 22. (LXX saepissime pro שׁוּב, ut Gen. 8, 9. 14, 7. 37, 29. Sap. 16, 14.) — Dubium est, quid sit Act. 15, 16 ἀναστρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω. Aut enim ἀναστρέψω καὶ ex hebraismo est pro adverbio: *iterum*, ut אָשׁוּבָה Gen. 30, 31. 2 Reg. 1, 13. 20, 5. Ies. 6, 13. aut, quum in textu hebr. Amos. 9, 11 nil nisi אָקִים legatur, ἀναστρέψω additum est, ut plenior fieret oratio, et est *revertar*, videl. ad benefaciendum; ut Ier. 12, 15 ἀναστρέψω καὶ ἐλεήσω αὐτούς. coll. Ier. 15, 19. — 3) Medium et aor. 2. pass. *me verto, vertor*, et eodem fere modo dicitur ut Latinor. *versari;* — nimirum: a) versor in aliquo loco, *commoror*, Matth. 17, 22. 2 Cor. 1, 12. (Ios. 5, 5. Ezech. 19, 6 pro הִתְהַלֵּךְ. Ioseph. ant. 1, 2. 1. Hesych. ἀναστρεφόμενος· περιερχόμενος.) — b) *versor in aliqua re*, i. e. *occupatus sum ea*, 2 Petr. 2, 18 ἐν πλάνῃ. (Sir. 8, 8 ἐν παροιμίαις. 39, 3. 50, 28. Sap. 13, 7. Ioseph. ant. 2, 7. 5 περὶ νομὰς ἀναστρέφεσθαι, gregibus pascendis occupatum esse.) — et ex adiuncto: c) *me gero, ich betrage mich*, Eph. 2, 3 ἀναστ. ἐν ἐπιθυμίαις, de eo qui cupiditates sequi solet. Hebr. 10, 33 οἱ οὕτως ἀναστρεφόμενοι, sic se gerentes. 1 Tim. 3, 15. Hebr. 13, 18. 1 Petr. 1, 17. (Prov. 20, 7 ἀναστρέφεται ἄμωμος ἐν δικαιοσύνῃ, pro הָלַךְ. Ezech. 22, 7 πρὸς τὸν προσήλυτον ἀνεστρέφοντο ἐν ἀδικίαις, pro עָשָׂה. Xenoph. anab. 2, 5. 14.) *.

Ἀναστροφή, ῆς, ἡ, (ab ἀναστρέφω, quod vid.) 1) conversio, Polyb. 10, 21. 3. — 2) versari in aliqua re, *agendi* sive *vivendi ratio*, Eph. 4, 22. Gal. 1, 13. Iac. 3, 13. 1 Petr. 1, 18. 2, 12. 3, 1. 2. 16. (2 Macc. 5, 8 κακὴ ἀναστροφή. Tob. 4, 14 ἴσθι πεπαιδευμένος ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ σου.) — 3) agere, *actiones*, 1 Tim. 4, 12 ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, in loquendo, agendoque. 2 Petr. 2, 7 ἡ ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφή, actiones libidinosae. 2 Petr. 3, 12 ἅγιαι ἀναστροφαί, pia facta. — Hinc *vita*, quatenus actionibus continetur, Hebr. 13, 7. 1 Petr. 1, 15. **.

Ἀνατάσσομαι, (ab ἀνά et τάσσω) *in ordinem redigo, compono*. Luc. 1, 1. (Hesych. ἀνατάξασθαι· εὐτρεπίσασθαι, concinnare. Plutarch. mor. p. 968 C. ubi est: iterum pertracto) *.

Ἀνατέλλω, aor. 1. ἀνέτειλα, perf. ἀνατέταλκα, (ex ἀνά et τέλλω, produco, efficio ut sit), LXX pro זָרַח et צָמַח — 1) transitive: adscendere facio, *oriri facio, produco*, Matth. 5, 45 τὸν ἥλιον. (Ies. 61, 11 δικαιοσύνην. Gen. 3, 18. Philo de nom. mutat. p. 1083 B. καρπὸν γνήσιον ἀνατέλλειν. Id. de confus. linguar. p. 329 de λόγῳ: τοῦτον — ὁ τῶν ὄντων ἀνέτειλε πατήρ.) — 2) intransitive: *exorior*, adscendo ut conspiciar, a) propr. de luce, Matth. 4, 16. (Ps. 97, 11. Ies. 58, 10.) — de nube Luc. 12, 54. — de stella matutina, 2 Petr. 1, 19. (Iob. 3, 9. Ies. 14, 12.) — de sole Matth. 13, 6. Marc. 4, 6. 16, 2. Iac. 1, 11. (Gen. 32, 31. Exod. 22, 3. Iud. 9, 33 et saepius. Monet *Lobeckius* ad Phryn. p. 124. antiquiores et meliores scriptores ἀνατέλλειν de sole et luna, ἐπιτέλλειν autem de astris dixisse.) — b) tropice: de ortu Messiae, Hebr. 7, 14 ubi imago aut ducta est de surculo progerminante, צֶמַח Zach. 3, 8. 6, 12. Ies. 11, 1. aut quod

praefero (coll. Luc. 1, 78), de astro exoriente. (Num. 24, 17 ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ. Test. XII patr. p. 686 ἐξ αὐτῶν, intellige Iuda et Levi, ἀνατελεῖ ὑμῖν κύριος σωτὴρ τῷ Ἰσραήλ. ibid. p. 542.) *.

Ἀνατίθημι, aor. 2. med. ἀνεθέμην, (ex ἀνά et τίθημι) a) suspendo; de donis Deo consecratis, Levit. 27, 28. 1 Sam. 31, 10. Iudith. 16, 19. — 2) medium: trado aliquid, *expono, enarro;* bis: Act. 25, 14. Gal. 2, 2. (Mich. 7, 5. 2 Macc. 3, 9 ἀνέθετο περὶ τοῦ γεγονότος ἐμφανισμοῦ. Artemidor. Onirocrit. 2, 64 ἀναθέμενός τινι τῶν ἐπιστημόνων τὸ ὄναρ. Diog. Laërt. 2, 18. 16 sive lib. 2. §. 144 ἀκούω πρός σε ἀνατεθῆναι περὶ ἡμῶν. Apud meliores scriptores hac significatione vix legitur.)

Ἀνατολή, ῆς, ἡ, (ab ἀνατέλλω) 1) ortus; de sole et luna, Iud. 5, 31. (in Alex. Ald. et Compl. nam cod. Vatic. habet ἔξοδος) Ies. 60, 19. Seriores scriptores etiam de astris; vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 124. — metonymice: *sidus oriens*, Luc. 1, 78 ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, sidus coeleste; vid. Ies. 9, 2. 60, 1—3. Alii explicant: *surculus*, LXX Ier. 23, 5 pro צֶמַח coll. Zach. 3, 8. 6, 12. Ies. 4, 2. — 2) ἀνατολή et ἀνατολαί, *oriens, plaga orientalis*, tum coeli tum terrae, Matth. 2, 1. 2. 9. 24, 27. Luc. 13, 29. Apoc. 7, 2. 16, 12. 21, 13. (LXX pro מִזְרָח Num. 2, 3. 3, 38. Deut. 4, 41. et קֶדֶם 1 Reg. 7, 24.) *.

Ἀνατρέπω, (ex ἀνά et τρέπω, verto) *everto, subverto*, Ps. 117, 13; metaphorice: vel *corrumpo, labefacto*, vel *turbo, perturbo.* (Prov. 10, 3 ζωὴν ἀνατρέψει, pro הָדַף.) Utrumqque esse potest in locis 2 Tim. 2, 18. Tit. 1, 11. *Πίστιν ἀνατρέπειν* legitur quoque apud Diod. Sic. 1, 77. Idem habet ἀνατρέπεσθαι ταῖς ψυχαῖς, *animo frangi.* Vid. *Munthii* observ. e Diod. Sic. ad N. T. p. 417. *.

Ἀνατρέφω, aor. 2. pass. ἀνετράφην, perf. ἀνατέθραμμαι, aor. 1. med. ἀνεθρεψάμην, (ex ἀνά et τρέφω) 1) curo ut crescat, *alo, educo*, Act. 7, 20. 21. (Sap. 7, 4. Ioseph. ant. 4, 8. 24. ib. 9, 7. 1.) — 2) de formatione animi et morum iuventutis: *instituo, formo* aliquem, Act. 22, 3. (2 Macc. 6, 23 ἐκ παιδὸς καλλίστη ἀναστροφή, optima s. pia a pueris inde institutio. 4 Macc. 10, 2 ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀνετράφημεν δόγμασιν. Herodian. 1, 4. 8.) **.

Ἀναφαίνω, aor. 2. pass. ἀνεφάνην, (ex ἀνά et φαίνω) spectandum praebeo, ostendo. — Pass. *conspicior, appareo*, Luc. 19, 11. (Iob. 13, 18. 40, 8. 4 Macc. 1, 4 τῶν παθῶν κυριεύειν ἀναφαίνεται. — med. *orior*, Iob. 11, 18 ἀναφανεῖταί σοι εἰρήνη.) — Singulari modo legitur Act. 21, 3 ἀναφανέντες τὴν Κύπρον, pro ἀναφανείσης τῆς Κύπρου, vel ἀναφανεῖσαν ἔχοντες τὴν Κύπρον, in conspectu habentes. Referunt haec ad eam consuetudinem Graecorum, qua dativus personae activo verbo iunctus in subiectum passivi mutatur, et accusativus rei, ab activo pendens, retinetur. Vid. *Matthiae* Griech. Gramm. §. 424. *Rostii* Griech. Gramm. §. 112. no. 7. *Wineri* Gramm. §. 40. p. 237. (Thucyd. 1, 126 οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν φυλακήν, pro οἷς ἡ φυλακὴ ἐπετέτραπτο. Aristoph. Eccl. 517 κεχειροτόνημαι ἀρχήν, pro ἀρχή μοι κεχειροτόνηται.) **.

Ἀναφέρω, [fut. ἀνοίσω, Num. 14, 33] aor. 1. ἀνήνεγκα, aor. 2. ἀνήνεγκον, (ex ἀνά et φέρω) — LXX potissimum pro הֶעֱלָה, — 1) *sursum fero, — sursum*, e loco inferiori in altiorem, *duco*, seq. εἰς. Matth. 17, 1. Marc. 9, 2. (1 Sam. 17, 54 ubi Ald. et Compl. ἀνήνεγκεν, 2 Chron. 29, 31 pro הֵבִיא) — de victimis: *offero*, Hebr. 7, 27. 13, 15. 1 Petr. 13, 16. (Levit. 14, 20. Iud. 11, 31. Levit. 6, 26.) Proprie enim est ἀναφ. ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ut plene legitur Iac. 2, 21. (Gen. 8, 20. Num. 23, 2. 2 Chron. 1, 6.) — 1 Petr. 2, 24 ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν — ἐπὶ τὸ ξύλον, qui peccata nostra ipse sursum in crucem egit, i. e. abolevit poenas earum. — Medium: *me confero* in locum altiorem, Luc. 24, 51 ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. — 2) attollo et mihi impono, i. e. *impositum mihi porto*, tropice de poenis: *poenam susceptam luo*, Hebr. 9, 28 εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, quae e Ies. 53, 12 repetita videntur, ubi ἀναφέρ. pro נָשָׂא. (Vid. etiam Num. 14, 33 ἀνοίσουσι τὴν πορνείαν ὑμῶν, poena vestrae perfidiae illis persolvenda est.) *.

Ἀναφωνέω, ῶ, (ex ἀνά et φωνέω) *vocem attollo, alta voce clamo* sive *loquor, exclamo.* Semel Luc. 1, 42. (1 Chron. 15, 28. 16, 4. 2 Chron. 5, 12.)

Ἀνάχυσις, εως, ἡ, (ab ἀναχέω, effundo) *effusio, profusio.* Semel 1 Petr. 4, 4 ubi plurimi sequuntur Hesychium, qui habet: ἀνάχυσιν· φυρμόν, βλακείαν, *sordes, mollitiem*, et hinc vel *animi mollitiem*, vel *turpe et inhonestum* intelligunt. Sed est potius *effusa, flagrans libido*, quum verba effundendi de iis, qui multi sunt in aliqua re, in illam vehementer ruunt, et Graecis et Latinis dicantur. Vid. Ἐκχύνω. Ἀνάχυσις τῆς ἀσωτίας est igitur ἀσωτία effusa, *immodica*, sive ἐκχύνεσθαι εἰς τὴν ἀσωτίαν. (Clem. Alex. fragm. ex Chrysoceph. orat. XI. in Luc. [p. 1017 opp. ed. Potter.] τὰς ἐθνῶν συντρέχων εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν.)

Ἀναχωρέω, ῶ, (ex ἀνά et χωρέω) 1) recedo. (Ioseph. ant. 5, 2. 11 de fugiente, Hos. 12, 12. Iud. 4, 17 in Alex. Ald. et Compl. ἀνεχώρησε.) — 2) *discedo, abeo*, ex aliquo loco in alium *me confero*, Matth. 2, 12—14. 4, 12. 15, 21. 17, 5. Marc. 3, 7. Io. 6, 15. (2 Macc. 5, 27. Ioseph. bell. 4, 5. 5 ἀναχωρεῖν ἐπ᾽ οἴκου. Idem ant. 4, 6. 8.) — ἀνεχώρησαν ἐκεῖθεν, Matth. 12, 15. 14, 13. — 3) *secedo*, ich trete bei Seite, Matth. 9, 24. Act. 23, 19 ἀναχωρήσας κατ᾽ ἰδίαν, nimirum simul cum Paulo, quem manu prehenderat. ib. 26, 31. (Polyb. 1, 11. 15.) *.

Ἀνάψυξις, εως, ἡ, (ab ἀναψύχω) *refocillatio, recreatio, — quies.* Semel Act. 3, 19 καιροὶ ἀναψύξεως, tempora quietis, i. e. summae felicitatis, in regno Messiae (vid. v. 20. 21) Hesych. ἀνάψυξις· ἀνάπαυσις. — Exod. 8, 15 ἀνάψυξις quies videl. a ranarum multitudine, in textu hebr. (ubi est v. 11) legitur רְוָחָה. Philo de Abraham. p. 371 D ἐν ταῖς ἀναψύξεσι καὶ ἀνέσεσι (animi).

Ἀναψύχω, f. ξω, (ex ἀνά et ψύχω) 1) respiro, spiritum iterum duco, Exod. 23, 12. Iud. 15, 19 (ubi Alex. Ald. et Compl. ἀνέψυξεν pro ἔζησε.) — 2) recreo me, Ps. 39, 13. 1 Sam. 16, 23. — transitive: *recreo aliquem;* semel 2 Tim. 1, 16 ἀνέψυξε nimirum beneficiis, vel solatio. (Act. Thom. §. 19 ἀναψύχειν τοὺς τεθλιμμένους. Ignat. ad Ephes. §. 2 ἀναψύξει αὐτὸν ὁ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ.)

Ἀνδραποδιστής, οῦ, ὁ, ab ἀνδραποδίζω, (quod ab ἀνδράποδον, mancipium) *hominem rapio et servum vendo;* igitur i. q. ἀνδραποδιζόμενος, ἀνδραποδισμὸν exercens, *plagiarius*, nostrum: Seelenverkäufer, Menschenräuber. Semel 1 Tim. 1, 10. cf. legis mos. praecepta Exod. 21, 17. Deut. 24, 7. (Aristoph. Plut. v. 521. Polyb. 12, 9. 2. Philo de Ioseph. p. 529.)

Ἀνδρέας, ου, ὁ, *Andreas*, frater Simonis Petri, Bethsaida in Galilaea oriundus, primum Ioannis bapt. discipulus, post Christi apostolus, Matth. 4, 18. 10, 2. Marc. 1, 16. 29. 3, 18. 13, 3. Luc. 6, 14. Io. 1, 41. 45. 6, 8. 12, 22. Act. 1, 13. — cf. Eusebii hist. eccles. lib. 3, 1.

Ἀνδρίζω, (ab ἀνδρικός, virilis, fortis) *virum, fortem reddo.* Xenoph. oecon. 5, 4. In medio: *virum, fortem me praesto, mascule me gero.* Ita saepius apud LXX pro אָמֵץ Ios. 1, 6. 7. et חָזַק Deut. 31, 6. 7. Semel in N. T. 1 Cor. 16, 13 ubi est: constantem esse in fide profitenda vel in obsequio christiano. 1 Macc. 2, 64 ἀνδρίζεσθε ἐν τῷ νόμῳ.

Ἀνδρόνικος, ου, ὁ, *Andronicus*, vir Iudaeo-Christianus, de quo vid. Rom. 16, 7.

Ἀνδροφόνος, ου, ὁ, (ab ἀνήρ homo et φόνος caedes) *homicida*, 1 Tim. 1, 9 et 2 Macc. 9, 28. **.

Ἀνέγκλητος, ον, (ab ἀ priv. et ἐγκαλέω) qui in ius vocari non potest, — *inculpatus, irreprehensus*, 1 Cor. 1, 8. Coloss. 1, 22. 1 Tim. 3, 10. (3 Macc. 5, 31. Ioseph. ant. 5, 8. 8.) *.

Ἀνεκδιήγητος, ον, (ex ἀ priv. et ἐκδιηγέομαι) *ineffabilis;* Hesych. ἀνεκδιήγητον· ἀνεκλάλητον, ἄῤῥητον. Semel 2 Cor. 9, 15 de beneficio, quod satis celebrari non potest. (De Deo, Athenagor. apol. p. 10.)

Ἀνεκλάλητος, ον, (ex ἀ priv. et ἐκλαλέω) *ineffabilis*, qui verbis satis describi non potest; 1 Petr. 1, 8 de laetitia s. felicitate summa. (Ignat. ad Ephes. c. 19 τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν.)

Ἀνέκλειπτος, ον, (ab ἀ priv. et ἐκλείπω) qui exhauriri non potest, *inexhaustus, copiosissimus, nunquam desinens.* Semel Luc. 12, 33 et rarius apud profanos. Exempla e Diod. Sic. 1, 36. 4, 84 dedit *Munthe* in observ. e Diod. Sic. p. 162. Clem. Alex. strom. 4, 6. p. 578, 26 ed. Potter. Dionys. Areop. 15, 9. Frequentius legitur ἀνεκλιπής quod idem significat, v. c. Sap. 7, 14. 8, 18.

Ἀνεκτός, ον, (ab ἀνέχομαι, tolero) *tolerabilis*. In N. T. comparativus legitur in locutione ἀνεκτότερον ἔσται, *tolerabilius erit*, i. e. tolerabilior erit conditio, mitior sors manebit, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. [Marc. 6, 11.] Luc. 10, 12. 14. (Polyb. 12, 9. 5. Demosth. 295, 25.)

Ἀνελεήμων, ον, genit. ονος, (ex ἀ priv. et ἐλεήμων) *immisericors, crudelis, immanis*. Semel Rom. 1, 31. (Prov. 5, 9. 12, 10. Sap. 12, 5. 19, 1.)

Ἀνέλεος, ον, (ex ἀ priv. et ἔλεος) *qui est sine misericordia, immisericors*. Semel Iac. 2, 13 ubi lectionem codd. κρίσις ἀνέλεος Griesbachius commendavit pro κρίσις ἀνίλεως. Vox improbanda pro ἀνελεής, ές, quod passim legitur, sed etiam vilior forma est pro ἀνηλεής, ut boni scriptores habent.

Ἀνεμίζω, (ab ἄνεμος, ventus) *ventis agito, iacto*; pass. Iac. 1, 6. — Nec in cod. gr. V. T. nec apud profanos invenitur.

Ἄνεμος, ου, ὁ, (ab ἄω s. ἄημι, spiro, flo) 1) *ventus*, aër, quatenus commovetur, spirat, et sic tactu suo sentitur. Matth. 11, 7. 14, 24. Ventus *vehementior, procellosus*, Matth. 7, 25. 14, 30. Act. 27, 5. Iac. 3, 4. Iud. v. 12. Luc. 8, 23. 24. Io. 6, 18. — οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τῆς γῆς, quatuor *venti cardinales*, Apoc. 7, 1. (Ioseph. ant. 8, 3. 5 πρὸς τὰ κλίματα τῶν τεσσάρων ἀνέμων ἀποβλέποντες.) — hinc: quatuor *coeli* plagae, unde venti spirant, 1 Chron. 9, 24. Ezech. 37, 9. — porro etiam: quatuor *terrae* plagae, Matth. 24, 31. Marc. 13, 27. coll. Luc. 13, 29. (רוּחַ Ier. 49, 36. Dan. 11, 4. Zach. 2, 6) id est: *ex omnibus regionibus*. — 2) Tropice: ἄνεμος τῆς διδασκαλίας Eph. 4, 14 ubi ἄνεμος est imago inconstantiae et vanitatis: *quaelibet opinio instabilis et vana*. Similiter Sir. 5, 9 μὴ λίκμα ἐν παντὶ ἀνέμῳ dicuntur de homine levissimo, qui in horas mutatur et ad aliorum voluntatem sese accommodat.

Ἀνένδεκτος, ον, (ex ἀ priv. et ἐνδέχεται, fieri potest) *quod fieri non potest*; semel Luc. 17, 1 ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, coll. Matth. 18, 7. — Apud profanos vix invenietur.

Ἀνεξερεύνητος, ον, (ex ἀ priv. et ἐξερευνάω) *qui indagari, perspici non potest*; semel Rom. 11, 33. (Symmach. Prov. 25, 3 pro אֵין חֵקֶר et Ier. 17, 9 pro עָקֹב.)

Ἀνεξίκακος, ον, (ab ἀνέχομαι et κακόν) *tolerans malorum, patiens et constans in perferendis malis*. Semel 2 Tim. 2, 24. coll. Sap. 2, 19. (Lucian. ind. voc. 9. Hesych. ἀνεξικακία· ἡ ἀνοχὴ τοῦ κακοῦ.)

Ἀνεξιχνίαστος, ον, (ex ἀ priv. et ἐξιχνιάζω, investigo) 1) qui investigari nequit, cuius vestigia vel non adsunt, vel non conspiciuntur. — 2) tropice: *quod mente adsequi s. perspicere non possumus, absconditus*. Bis: Rom. 11, 33. Eph. 3, 8. et ter in V. T. Iob. 9, 10. 34, 24. Orat. Manass. v. 6.

Ἀνεπαίσχυντος, ον, (ex ἀ priv. et ἐπαισχύνομαι) qui pudore suffundi non potest, igitur vel impudicus, sive homo perfrictae frontis, vel *inculpatus*, qui non habet cur erubescat. Sic 2 Tim. 2, 15. Adverbium ἀνεπαισχύντως passim legi, notavit *Wetstenius* ad h. l.

Ἀνεπίληπτος, ον, (ex ἀ priv. et ἐπιλαμβάνω) 1) qui apprehendi non potest, (Philo de opif. m. p. 14 ἡ ἀνεπίληπτος τέχνη.) — 2) qui reprehendi non potest, non deprehenditur in peccato, *inculpatus, reprehensioni non obnoxius*. Hesych. ἀνεπίληπτον· ἄμεμπτον, ἀκατάγνωστον. Ter: 1 Tim. 3, 2 (ubi in loco parallelo Tit. 1, 7 est ἀνέγκλητος) 5, 7. 6, 14. In cod. gr. V. T. non habetur. (Philo de opif. m. p. 17. Polyb. 14, 2. 14. Clem. Alex. paed. 1, 2. p. 99, 11 ed. Potter. de λόγῳ Dei: υἱὸς ἀνεπίληπτος. Idem strom. 6, 14. p. 794, 16 ed. Pott. τοῖς ἀνεπιλήπτως βεβιωκόσιν.)

Ἀνέρχομαι, aor. 2. ἀνῆλθον, (ex ἀνά et ἔρχομαι) *venio in locum altiorem, adscendo*; de iis qui Hierosolymam proficiscebantur (ut ἀναβαίνω), Gal. 1, 17. 18. (Iud. 21, 8. [in Aldina] 1 Reg. 13, 12. Test. XII patr. p. 546 ὅταν ἀνέλθῃς ἐκεῖ [nimirum in coelum]. Act. Thom. §. 37 εἰς ὑψηλοὺς τόπους ἀνήρχοντο.) **.

Ἄνεσις, εως, ἡ, (ab ἀνίημι) 1) *relaxatio*, a) *vinculorum*, Act. 24, 23 ἔχειν ἄνεσιν, liberius custodiri, vel etiam, quod malim, custodia teneri, sed vinculis non constrictum. (δοῦναι ἄνεσιν, vincula solvere, 2 Chron. 23, 15; vincula captivitatis solvere, 3 Esdr. 4, 62. Sir. 15, 20 οὐκ ἔδωκεν ἄνεσιν οὐδενὶ ἁμαρτάνειν. ib. 26, 10. — b) a laboribus, operibus; 2 Cor. 8, 13 ἵνα ἄλλοις (intellige ᾖ) ἄνεσις, nimirum in beneficiorum largitione. (Ioseph. ant. 3, 10. 6 τοῖς ἔργοις ἄνεσιν οὐ διδόασιν. Ibid. 3, 12. 3 ἄνεσιν δίδωσι τῇ γῇ ἀπ᾽ ἀρότρου.) — 2) *remissio, quies* in laborum locum succedens, 2 Cor. 7, 5. 2 Thess. 1, 7 ubi est idem quod ἀνάπαυσις. Apoc. 14, 13. (Sic Hebraei צַר angustia, et מֶרְחָב s. הִרְחִיב dilatavit, sibi opponunt, ut Ps. 4, 2. 25, 27. Ioseph. ant. 1, 21. 1. Act. Thom. c. 19 ἄνεσις τοῖς τεθλιμμένοις γίνεται.) *.

Ἀνετάζω, (ex ἀνά et ἐτάζω, exploro) *exploro, examino, inquiro* (Iud. 6, 29 ubi Alex. et Compl. ἀνήταζον καὶ ἐξεζήτουν. Susann. v. 14); sensu forensi: quaestionem habeo, inquiro in aliquem, Act. 22, 24. 29. **.

Ἄνευ, praepos. cui genitivus iungitur, *sine*, nostrum *ohne, getrennt von, sonder*. „Ἄνευ et χωρίς differunt sic, quod χωρίς ad subiectum, quod ab obiecto seiunctum est, refertur, ἄνευ autem ad obiectum, quod a subiecto abesse cogitandum est.“ Tittmann. de synonymis in N. T. I, p. 94. — Dicitur ἄνευ a) de rebus, et quidem de instrumento s. adminiculo: *sine interventu*, 1 Petr. 3, 1 ἄνευ λόγου. (Ies. 55, 1. Exod. 21, 11. Dan. 2, 34 ἄνευ χειρῶν.) — de modo, quo quid se habet: *sine, ita ut absit*, 1 Petr. 4, 9 ἄνευ γογγυσμῶν. (1 Sam. 6, 7 βόας ἄνευ τέκνων, quae non pepererе.) — b) de personis: *inscio, invito aliquo*, Matth. 10, 29 ἄνευ τοῦ πατρός. (Amos. 3, 5. Sic ἄνευ θεοῦ Hom. Odyss. 2, 372. Pindar. Olymp. 9, 156.) *.

Ἀνεύθετος, ον, (ex ἀ priv. et εὔθετος) *non appositus, non aptus, incommodus*. Semel Act. 27, 12. Hesych. ἀνευθέτου· ἀχρήστου. (Apud profan. non legitur.)

Ἀνευρίσκω, aor. 2. ἀνεῦρον, (ex ἀνά et εὑρίσκω) *reperio, invenio*, auffinden, a simplici εὑρίσκω eo differt, quod hoc ei quoque, qui non quaerit, illud autem quaerenti s. investiganti tribuitur; bis: Luc. 2, 16. Act. 21, 4. (4 Macc. 3, 14. Clem. Alex. strom. 7, 16 τὰς ἀποδείξεις ἀνευρίσκειν.)

Ἀνέχω, (ex ἀνά et ἔχω) suspensum fero, Ioseph. ant. 3, 1. 6 ἀνέχειν τὰς χεῖρας. Hinc: cohibeo, Amos. 4, 7. Sir. 48, 3. — In N. T. non nisi medium ἀνέχομαι, fut. ἀνέξομαι, imperf. ἀνειχόμην [2 Cor. 11, 4 ubi text. vulg. ἠνειχόμην cum duplici augmento], aor. ἠνεσχόμην (vid. *Winerі* Gramm. p. 69 et p. 78), apud profanos sequente accusativo, et rarius seq. genitivo, in N. T. semper seq. genitivo, 1) *cohibeo me, sustineo, fero aliquid*; — a) de rebus: patienter fero, sustineo, velut persecutiones 1 Cor. 4, 12. afflictiones 2 Thess. 1, 4 ταῖς θλίψεσιν, αἷς [ex attractione, quam dicunt grammatici, pro ὧν] ἀνέχεσθε. (Ies. 42, 14. 2 Macc. 9, 12.) — b) de hominibus: *fero aliquem*, i. e. perfero eius errores, vitia etc. Matth. 17, 17. Marc. 9, 19. Luc. 9, 41. 2 Cor. 11, 1 ἀνέχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ, ferte me paullulum quod attinet ad illam (mihi a vobis imputatam) insipientiam, i. e. ferte me paullulum, quanquam ex vestra opinione stultum. 19. 20. Eph. 4, 2. Col. 3, 13. (Gen. 45, 1. Ies. 63, 15.) — 2) *aures praebeo, morem gero, admitto*, Act. 18, 14. 2 Cor. 11, 4 καλῶς ἠνείχεσθε, Griesb. ἀνείχεσθε, libenter aures praeberetis. (Quomodo ἀνείχεσθε s. ἠνείχεσθε conveniat cum praesentibus antecedentibus κηρύσσει et λαμβάνετε, quae ἀνέχεσθε postulant, exposuit *Winerus* in Gramm. §. 43. p. 281.) — de doctrina, 2 Tim. 4, 3. Hebr. 13, 22. (Iob. 6, 26. Philo quod omn. prob. lib. p. 870 πῶς πατρὸς ἢ μητρὸς ἐπιταγμάτων παῖδες ἀνέξονται. ibid. p. 873 οὐδὲ παρηγορίας ἀνέξονται. cf. *Kypk*. II, p. 93.) *.

Ἀνεψιός, οῦ, ὁ, *patruelis, consobrinus*, Geschwisterkind. Col. 4, 10. (Num. 36, 11. Tob. 7, 2. Hesych. ἀνεψιοί· ἀδελφῶν υἱοί. Ioseph. ant. 1, 19. 5.) **.

Ἄνηθον, ου, τό, *anethum (Dille)*, herba, qua veteres et ad condiendum, et ad comedendum et ad sanandum utebantur. Semel Matth. 23, 23. Plin. hist. nat. 19, 8.

Ἀνήκω, (ex ἀνά et ἥκω) pervenio, pertingo, bis zu etwas hinkommen, hinreichen; metaphor. specto ad aliquid, pertineo ad aliquid, 1 Macc. 10, 40. 2 Macc. 14, 8. Hinc a) ἀνήκει impersonaliter, *quod pertinet ad rem, convenit rei, decet*, Col. 3, 18. — b) τὸ ἀνῆκον, *quod convenit alicui, ad eum spectat, eius officii est*, Eph. 5, 4. Philem. v. 8. (1 Macc. 11, 35. 10, 42. Ioseph. ant. 4, 8. 4 τῶν νόμων τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν πολιτείαν. Suidas: ἀνῆκον· πρέπον.) **.

Ἀνήμερος, ον, (ex ἀ priv. et ἥμερος, mitis) *immitis, inhumanus*. Semel 2 Tim. 3, 3. (Arrian. in Epict. 1, 3. Dion. Halic. ant. 1, 41. 42.)

Ἀνήρ, ἀνδρός, ὁ, 1) ***homo mas et adultus,*** Latin. *vir*, hebr. אִישׁ, (secundum Hippocratem homo ab anno aetatis suae 27. usque ad ann. 49. Vid. Philo de opif. m. p. 24.) — a) propr. Matth. 14, 21. 15, 38. Marc. 6, 44. Luc. 1, 34 et saepissime. — In allocutione: ἄνδρες, *viri*, Act. 14, 15. 19, 25. 27, 10. 21. 25. Ἄνδρες ἀδελφοί, Act. 2, 29. — Varie dicitur de viris, ita ut contexta oratio definire debeat, quo modo sit intelligendum vertendumque; est enim *maritus*, Matth. 1, 16. Marc. 10, 2. 12. Luc. 2, 36. Gal. 4, 27 et passim. (Gen. 2, 23. 3, 6. Sir. 4, 10.) — futurus maritus, *sponsus*, Matth. 1, 19. Apoc. 21, 2. (אִישׁ Deut. 22, 23.) — *nuntius*, Act. 9, 38. 10, 5. — *miles*, Luc. 22, 63. (1 Macc. 3, 39. 4, 1. 28.) — ἄνδρες τοῦ τόπου, *incolae*, Matth. 14, 35. (1 Sam. 5, 7.) — Adiectivis iungitur ita, ut adiectivum substantive vertendum sit, Matth. 7, 24 ἀνδρὶ φρονίμῳ. ib. v. 26. Luc. 5, 8 ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι. Nominibus propriis gentium additur, ut faciat periphrasin substantivi eiusmodi nominis proprii, ut ἀνὴρ Ἰουδαῖος, *Iudaeus*, Act. 2, 14. 22, 3. 8, 27. 11, 20. 13, 21. 16, 9. Matth. 12, 41. Luc. 11, 32. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Act. 17, 22. Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, Act. 2, 22. 3, 12. 5, 35. 13, 16. 19, 35. 21, 28. (Ioseph. ant. 3, 8. 1.) Inest in eiusmodi allocutionibus reverentiae quaedam significatio, et ἀνήρ etiam aliis in locis indicat *virum gravem*, Luc. 24, 19. Io. 1, 30. Iac. 2, 2. (Sir. 10, 23 ubi τῷ πτωχῷ opponitur. 1 Macc. 2, 25. 31. 6, 57. 3 Esdr. 8, 27 ubi i. q. προηγούμενοι, duces, et respondet in textu hebr. Esdr. 7, 28 voc. רָאשִׁים, principes, quod LXX ἄρχοντες verterunt.) — b) tropice: ἀνήρ, homo perfectioris intelligentiae, 1 Cor. 13, 11. — Eph. 4, 13 ecclesia christiana ἀνὴρ τέλειος dicitur, quatenus effecit, ut christiani ad veram sapientiam adolescant. — 2) indefinite: *homo, aliquis*, Luc. 11, 31 μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης, cum hominibus huius aevi, coll. v. 29. Luc. 5, 12. 18. 8, 27. 9, 38. 11, 31. 19, 2. Act. 6, 11. Rom. 4, 8 μακάριος ἀνήρ, beatus *ille*. (Ps. 1, 1. 32, 4. 84, 5. Iac. 1, 8. 20. 23. 3, 2. (hebr. אִישׁ Prov. 6, 27. 28. Cohel. 6, 3. Neh. 4, 18.)

Ἀνθίστημι, perf. ἀνθέστηκα, aor. 2. ἀντέστην, imperfect. med. ἀνθιστάμην (ex ἀντί et ἵστημι), 1) in praes. imperf. fut. et aor. 1. act. oppono; in perfect. plusquamperf. et aor. 2. activi et in medio: *me oppono, resisto, repugno*, vel verbis, Matth. 5, 39. Luc. 21, 15. Gal. 2, 11 κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην. (2 Chron. 13, 7. 8. Deut. 7, 24. Ios. 1, 5. 23, 9. coll. Hab. 1, 9.) Act. 6, 10. 13, 8. — vel factis, vel utroque, Rom. 9, 19. 13, 2. Eph. 6, 13. 2 Tim. 3, 8. 4, 15. Iac. 4, 7. 1 Petr. 5, 9. (Dan. 4, 32. Ps. 76, 7. Iob. 9, 19. Ier. 49, 19. 50, 24. 29.) *.

Ἀνθομολογέω, ῶ, (ex ἀντί et ὁμολογέω) activum et medium: propr. *vicissim confiteor*, unde et profanis de solemni confessione in paciscendo dicitur (*pactum inire, pacisci*). Cum *confitendi* notione 3 Esdr. 8, 19 legitur προσευχόμενος ἀνθωμολογεῖτο κλαίων, peccata populi Deo flens confessus est; in textu hebr. Esdr. 10, 1 legitur הִתְוַדָּה, confessus est, LXX ibid. ἐξηγόρευσε. Ioseph. ant. 8, 10, 3 τὰς ἁμαρτίας ἀνθομολογούμενος. Nostris scriptoribus est: *laudo, praedico*, quod et idem verbum הוֹדָה significat, fortasse quia hymni in Deum in templo alternis canebantur choris vicissim Dei beneficia et maiestatem profitentibus. Vid. Esdr. 3, 11 ἀπεκρίθησαν ἐν αἴνῳ καὶ ἀνθομολογήσει. Sic semel Luc. 2, 38 et in V. T. Ps. 79, 13. Sir. 20, 1. coll. 17 27 ubi ἀνθομολόγησις eodem sensu legitur. **.

Ἄνθος, εος, τό, *flos, flos graminis*. Ter: Iac. 1, 10. 11. 1 Petr. 1, 24. (Zeph. 2, 2. Iob. 14, 2. Ies. 40, 7.)

Ἀνθρακιά, ᾶς, ἡ, (ab ἄνθραξ) *prunae ardentes, congeries prunarum ardentium*, Io. 18, 18. 21, 9. (Sir. 11, 32. 4 Macc. 9, 20 σωρὸς τῆς ἀνθρακιᾶς.) **.

Ἄνθραξ, ακος, *pruna, carbo*. Semel Rom. 12, 20 ubi proverbium ἄνθρακας πυρὸς σωρεύειν ἐπὶ τὴν κεφαλήν τινος significat: magnum alicui excitare dolorem, s. acerrimum aegritudinis sensum. Legitur quoque Prov. 25, 22 et 4 Esdr. 16, 54. In posteriori loco habentur: „non dicat peccator, se non peccasse, quoniam carbones ignis comburet super caput eius (*suum*, αὐτοῦ), qui dicit: non peccavi coram Deo." In hoc nexu est: poenas sibi augere, gravissime puniri.

Ἀνθρωπάρεσκος, ον, (ex ἄνθρωπος et ἀρέσκω, *placeo*, vocabulum vulgaris sermonis seriorum, vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 621) *aliorum favorem captans, qui hominibus placere nimium studet*, Eph. 6, 6. Coloss. 3, 22. (Ps. 53, 5 et Psalter. Salom. 4, 8. 10 in *Fabric*. Cod. Pseud. I, p. 929.) **.

Ἀνθρώπινος, ίνη, ον, (ab ἄνθρωπος) *humanus*, i. e. a) homini competens, quod hominis est, Act. 17, 25 χειρῶν ἀνθρωπίνων, in codd. pro ἀνθρώπων. Iac. 3, 7 φύσις ἀνθρωπ. 1 Cor. 4, 3 ἀνθρωπίνη ἡμέρα, forum humanum. (Iob. 10, 5. Num. 19, 16. Sap. 12, 5. Ioseph. ant. 2, 15. 5 ἀνθρωπίνη ἐλπίς.) — b) ab hominibus profectus, 1 Cor. 10, 13 πειρασμὸς ἀνθρώπ., vid. v. 10—12. 1 Petr. 2, 13 κτίσις, magistratus ab hominibus institutus. 1 Cor. 2, 13 σοφία ἀνθρωπίνη i. e. ἀνθρώπων, ut hominum esse solet, coll. v. 6 σοφία τοῦ αἰῶνος τούτου. (Ioseph. ant. 1, 3. 8 σφαγὴ ἀνθρωπίνη pro ἀνθρώπου.) — Ἀνθρώπινον λέγω, humano ingenio, hominis imbecillitati accommodate loquor, Rom. 6, 19. (Ioseph. ant. 7, 7. 2 ἀνθρώπινόν ἐστι τὸ συμβεβηκός.) *.

Ἀνθρωποκτόνος, ον, (ex ἄνθρωπος et κτείνω, occido) 1) *homicida*. Sic Io. 8, 44 diabolus dicitur, vel quatenus putabatur auctor mortis (coll. Sap. 1, 14. 2, 23. 24. Sir. 25, 24. Rom. 5, 12. Apoc. 12, 9), vel quatenus putabatur Cainum ad primum homicidium patrandum excitasse. — 2) *homicidae similis, aeque abominandus ac homicida*; 1 Io. 3, 15. *.

Ἄνθρωπος, ου, ὁ, ἡ, (quod ab ἄνω, sursum, et ὤψ, ὠπός, facies, deducere solent) Latinor. *homo*, nostrum *Mensch*; — LXX potissimum pro אָדָם, אִישׁ, אֱנוֹשׁ, passim etiam pro בָּשָׂר — 1) *homo*, a) universe, sine ulla accuratiori definitione, Matth. 4, 19. 12, 12. 18, 7. Marc. 1, 17. 7, 8. 21. Luc. 2, 52. 5, 10. Io. 1, 4. 1 Cor. 4, 9. — Saepissime. — ὦ ἄνθρωπε, *mi homo!* si quis alloquitur vel ignotos et auctoritate minores, ut Luc. 5, 20. 12, 14. 22, 58. 60; vel lectorem quemcunque, Rom. 2, 1. 3. 9, 20. Iac. 2, 20. — οἱ ἄνθρωποι, i. e. *viventes*, Apoc. 9, 10. 15. 18. 20. 11, 13. (Ioseph. ant. 9, 2. 2 Ἠλίας ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη.) — indefinite: *homines*, quibuscum vivimus, nostrum: *die Leute*, Matth. 5, 13. 16. 19. 6, 1. 8, 27. 13, 25. Marc. 8, 24. 27. Luc. 11, 44. Io. 4, 28. 6, 10 et saepius. — homines huius saeculi, i. e. malevoli, pravi homines, Matth. 10, 17. 17, 22. Luc. 6, 22. 26. 31. — *alii* simpliciter, Matth. 6, 5. 14—16. 7, 12. 19, 12. 23, 4 sq. Luc. 11, 46. — b) homo, *ratione habita humanae naturae, α*) proprie, Phil. 2, 7. Iac. 5, 17 Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν. 1 Tim. 2, 5 ἄνθρ. Χριστός. Apoc. 4, 7. 9, 7 et passim. — ὁ πρῶτος, ὁ δεύτερος ἄνθρ. 1 Cor. 15, 45—47. — Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, vel οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, vid. Υἱός. — Genitivus ἀνθρώπου nonnunquam pro ἀνθρώπινος, 2 Petr. 2, 16 ἐν ἀνθρώπου φωνῇ. Apoc. 13, 18 ἀριθμὸς ἀνθρώπου. 21, 17 μέτρον ἀνθρ. — *β*) metaphorice: *homo ratione habita animi et morum*; ὁ ἔσω ἄνθρωπος, homo internus, ratione praeditus, Rom. 7, 22. 23. 25. 2 Cor. 4, 16. Eph. 3, 16 qui dicitur 1 Petr. 3, 4 ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρ. invisibilis homo, cui opponitur ὁ ἔξω ἄνθρ. externus, visibilis homo, 2 Cor. 4, 16. (Philo de gigant. p. 288 C ὁ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἄνθρωπος.) — ὁ παλαιός et ὁ καινὸς ἄνθρωπος, i. e. prior vitiositas et nova melior vivendi ratio, Rom. 6, 6. Eph. 2, 15. 4, 22. 24. Col. 3, 9. (Act. Thom. §. 55 ἕκαστος δὲ ὑμῶν ἀποδυσάσθω τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδυσάσθω τὸν νέον, τὴν δὲ πρώτην ὑμῶν ἀναστροφὴν καὶ πολιτείαν καταλείψατε.) — c) κατὰ ἄνθρωπον, *secundum hominum* (non Dei) *praecepta et voluntatem*, 1 Cor. 3, 3. 9, 8. 15, 32. Gal. 1, 11. 12. — Sic etiam 1 Cor. 15, 32 ubi non est: *ut exemplo utar*, ut multi intellexerunt; cogitando enim addenda sunt οὐ κατὰ θεόν, non ex Dei voluntate (ut 2 Cor. 7, 9. 11. 11, 17.) — *secundum hominum opinionem*, Rom. 3, 5 *ut homo loquor* (videl. Deum iniuriam facere posse) i. e. hominis more dico, qui de Deo loquens facile aliquid inepti profert. 1 Petr. 4, 6. — *secundum rationem e rebus humanis repetitam*, i. e. affero exemplum ex hominum vita depromtum, Gal. 3, 15.

2) ὁ ἄνθρωπος, cum articulo, *quisquis hominum*, Matth. 4, 4 ἐπ' ἄρτῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος. 12, 35 ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, bonus quisque. 15, 11. 18. Marc. 2, 27. 7, 15. 18. 20. Luc. 4, 4. 6, 45. Io. 2, 25 περὶ τοῦ ἀνθρώπου, de ullo homine; ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, in quocunque. 7, 51. Rom. 7, 1 ubi ἄνθρ. non de uxore, ut quidam volunt, dicitur, quum sit enuntiatio universalis, specialis autem, qua uxor subsumitur, a Paulo sit omissa. ibid. 10, 5 ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, quicunque ea fecerit. 14, 20 et passim. (Gen. 8, 21. Levit. 5, 4. Deut. 8, 3. Ps. 94, 12.)

3) *ἄνθρωπος*, sine articulo, *aliquis*, a) nude positum, Matth. 9, 3. 5. 9 *εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον*, vidit *aliquem* etc. 12, 10 *καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ἦν*. 13, 31. 16, 26. Marc. 1, 23. 3, 1. 4, 26. 5, 2. 10, 7. Luc. 2, 25. 4, 33. 5, 18. 6, 48. Io. 3, 4. 27 et saepius. (Levit. 6, 3. 13, 2. 8.) — In enuntiatione universali non quidem *quemcunque* (i. q. *ὁ ἄνθρωπος* cum articulo) indicat, sed indefinite de multis vel plurimis dicitur et respondet nostro *man*; Rom. 3, 28 *πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον*, i. e. hominem probatum fieri solere fiducia sua. Gal. 2, 16 *οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος*, non facile probatur aliquis, *man* wird nicht gerecht. 1 Cor. 4, 1 *οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος*, habeant nos homines. 1 Cor. 11, 28 *δοκιμαζέτω ἄνθρωπος ἑαυτόν*, explorent se homines, man prüfe sich selbst. — b) addita negatione: non aliquis, i. e. *nemo, nullus*, ita tamen, ut non absolute, sed de eo quod fieri solet dicatur; Matth. 19, 6 *ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω*. Io. 5, 7 *ἄνθρωπον οὐκ ἔχω*. 7, 46 *οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος*. Act. 4, 17. 2 Cor. 12, 4. (Exod. 33, 20.) — c) additis aliis vocabulis, conditionem alicuius hominis describentibus, ubi respondet articulo indefinito: *ein*, ut etiam nonnunquam Latinor. *aliquis*; Matth. 11, 19 *ἄνθρωπος φάγος*, *ein* Fresser. 13, 24 *ἄνθρ. σπείρων*, *ein* Säemann. ib. 13, 45 *ἄνθρ. ἔμπορος*. v. 52 *ἄνθρ. οἰκοδεσπότης*. 18, 23. 21, 33. 27, 32 *ἄνθρωπον Κυρηναῖον*. Act. 16, 37. 21, 39 *ἄνθρ. Ἰουδαῖος*. Tit. 3, 10 *ἄνθρ. αἱρετικός*, et passim. (Gen. 9, 5. 20. Exod. 2, 11.) — d) *τὶς ἄνθρωπος*, *aliquis*, Matth. 18, 12. Luc. 10, 30. 12, 16. 14, 2. Io. 5, 5. (Ps. 89, 47.) — *τὶς ἄνθρωπος* in quaestione, *quis*, Matth. 7, 9. 12, 11. Luc. 15, 4. Io. 5, 12. — *εἷς ἄνθρωπος* pro *εἷς τις*, Io. 11, 50. 18, 14.

4) *ὁ ἄνθρωπος*, cum articulo, pro relativo *αὐτός* vel *ἐκεῖνος*, *ille, iste*; Matth. 12, 13. 45. 26, 72 *οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον*, non novi illum, nimirum quem tu putas; est enim pro: *τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὃν λέγετε*, ut Marc. 14, 71 explicatur, neque, ut quibusdam visum est, in contemtum dicitur. Marc. 3, 3. 5. 14, 21. Luc. 2, 15 *οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες*, pro *ἐκεῖνοι οἱ ποιμένες*. Luc. 6, 8. [10 ubi *Griesb.* reposuit *αὐτῷ*.] Luc. 23, 4. 6 *εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι*, an ille Galilaeus sit. Io. 4, 50. 19, 5 *ἴδε ὁ ἄνθρωπος*, ecce illum, nimirum quem tradidistis. (Gen. 24, 29 sq.) — Nonnunquam additur *ἐκεῖνος*, ut Matth. 26, 24 *ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος*. Marc. 14, 21. Iac. 1, 7.

5) ***Homo*** de conditione; nimirum a) *vir*; universe, Matth. 8, 9. 11, 8. 25, 24. Marc. 3, 3. Luc. 7, 8. 25. 19, 21. Io. 1, 6. 3, 1. 9, 11. Act. 4, 13 et passim. — *ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ*, i. e. *minister Dei, vir Deo devotus*, 1 Tim. 6, 11. 2 Petr. 1, 21. 2 Tim. 3, 17. (1 Reg. 13, 1. 2 Reg. 1, 9—13. 4, 7—42. 2 Chron. 8, 14. Ps. 90, 1. 3 Esdr. 5, 49. Philo de gigant. p. 292 C. *θεοῦ δὲ ἄνθρωποι ἱερεῖς καὶ προφῆται*. Id. de nom. mutat. p. 1048 B. C.) — *ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας*, 2 Thess. 2, 3 homo sceleratus, idololatriae minister. Vid. *Ἁμαρτία*. — homo mas, *vir* ratione habita sexus, Matth. 19, 10 *ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός*. 1 Cor. 7, 1. (Deut. 22, 30. Tob. 6, 7. 3 Esdr. 9, 40 *ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως γυναικός*, coll. Neh. 8, 2 ubi pro מֵאִישׁ. Test. XII patriarch. p. 529 *αἱ γυναῖκες ἡττῶνται ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον, — μηχανῶνται κατὰ τὸν ἄνθρωπον*.) — b) *filius*, si opponitur patri, Matth. 10, 35. coll. Sir. 3, 11. — c) *paterfamilias*, Matth. 10, 36. — d) *servus*, Luc. 12, 36 sq. (Ezech. 27, 13. 1 Macc. 2, 38.) — *servae*, Apoc. 18, 13. vid. *Ψυχή*. (*ἡ ἄνθρωπος*, femina, Aelian. V. H. 12, 1. 13, 33. Philo de Abrah. p. 384 B. coll. *Hermann*. not. 94 ad *Viger*. p. 77 sq.

Ἀνθυπατεύω; (ab *ἀνθύπατος*) *proconsul sum*. Semel Act. 18, 12. (Herodian. 7, 5. 2.)

Ἀνθύπατος, *ου*, *ὁ*, (ex *ἀντί* vice, et *ὕπατος* consul) *proconsul*, Act. 13, 7. 8. 12. Temporibus reipublicae liberae Cyprus erat provincia praetoria (*στρατηγική*), non consularis, neque igitur a proconsulibus, sed a propraetoribus administrabatur. Augustus autem, rerum potitus, divisit provincias in *caesareas*, quibus ipse *propraetores* praefixit, et *senatorias*, senatui demandatas, quarum praefecti iam *ἀνθύπατοι*, proconsules, dicebantur. In senatoriis provinciis Cyprus quoque fuit (vid. Dio Cassius 54. p. 523 ed. *Leuncl.*), quare Lucas Sergium Paulum *ἀνθύπατον* appellavit. Legitur etiam Act. 19, 38 ubi *ἀνθύπατοι* non proconsules, sed universe magistratus summos indicare videtur.

Ἀνίημι, aor. 2. *ἀνῆν*, aor. 1. pass. *ἀνέθην*, (ex *ἀνά* et *ἵημι*) 1) sursum mitto; emitto, (Gen. 18, 24. Ies. 2, 9.) — 2) *remitto, laxo* (oppositum *τῷ ἐντείνειν* Xenoph. mem. 3, 10, 7. vel *ἐπιτείνειν* Sap. 16, 24), *solvo* vincula, Act. 16, 26. 27, 40. (coll. 2 Chron. 10, 9. Mal. 4, 2. Sir. 30, 8 *υἱὸς ἀνειμένος ἐκβαίνει προαλής*.) — 3) *intermitto*, i. e. *omitto*, facere desino, Eph. 6, 9 *τὴν ἀπειλήν*. (Ioseph. ant. 6, 11. 8 *οὐκ ἀνήσω — πρὶν ἤ*.) — *desero, cura destituo*, Hebr. 13, 5 *οὐ μή σε ἀνῶ*. (Deut. 31, 6 ubi pro hebr. רָפָה. Ies. 5, 6. 1 Sam. 9, 5.) *.

Ἀνίλεως, *ω*, *ὁ*, *ἡ*, (ex *ἀ* priv. et *ἵλεως*) *immisericors*. Semel Iac. 2, 13. Praeterea non legitur.

Ἄνιπτος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *νίπτω*) *illotus*; ter: Matth. 15, 20. Marc. 7, 2. [5.] (Hom. Iliad. 6, 266.)

Ἀνίστημι, fut. *ἀναστήσω*, aor. 1. *ἀνέστησα*, aor. 2. *ἀνέστην*, in imperativo *ἀνάσθητι*, et per apocopen *ἀνάστα* (Act. 12, 7. Eph. 5, 14), fut. med. *ἀναστήσομαι*, — ex *ἀνά* et *ἵστημι*, — LXX pro קוּם in Kal et Hiphil, et nonnunquam pro עָמַד — I) *transitive*, in praesenti, aor. 1. et fut. 1. activi, *surgere facio, erigo*, a) propr. iacentem, Act. 9, 41. (Ioseph. ant. 5, 4. 2. ibid. 7, 8. 5. — *στήλην* Levit. 26, 1. *σκηνήν* Num. 7, 1.) — mortuum e sepulchro, e statu mortis, Io. 6, 39. 40. 44. 54. Act. 2, 32. 13, 33. *ἐκ νεκρῶν* Act. 13, 34. 17, 31. — b) metaphorice: *exsistere facio, excito*, *σπέρμα τινί*, Matth. 22, 24. (Gen. 38, 8.) — *τὸν Χριστόν* (Act. 2, 30.) — *προφήτην*, *ἱερέα*, Act. 3, 22. 26. 7, 37. (Esdr. 2, 63. Neh. 7, 65. 1 Macc. 14, 41.) — passiv. Hebr. 7, 11. 15. — II) *Intransitive* in perfecto, plusquamperf. et aor. 2. activi et in medio; 1) *surgo*, a) propr. de eo qui sederat vel iacuerat, Matth. 26, 62. Marc. 5, 42. 9, 27. 14, 60. Luc. 4, 16. 29. 39. 5, 25. 6, 8. 22, 45 *ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς*, et saepius. — ex sepulchro, hade, Matth. 20, 19. Marc. 8, 31. 9, 31. 10, 34. 12, 23. 16, 9. Luc. 9, 8. 19. 18, 33. 24, 7. Io. 11, 23 sq. Act. 2, 24. 1 Thess. 4, 14. 16. (2 Macc. 7, 9. 12, 44.) — *ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν*, Matth. 17, 9. Marc. 9, 9 sq. 12, 25. Luc. 16, 31. 24, 46. Io. 20, 9. Act. 10, 41. 17, 3. — tropice Eph. 5, 14 *ἀνάστα ἐκ νεκρῶν*, surge de morte peccati, novam mentem indue. (coll. Ies. 26, 19 ubi de republica Iudaica instauranda dicitur. Clem. Alex. protrept. 8 *ἀνιστῶσιν ἀγχόμενον ὑπὸ κακίας τὸν ἄνθρωπον*.) — b) metaph. *exsisto*, Act. 7, 18 *ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος*. 20, 30 *ἀναστήσονται ἄνδρες*. (Exod. 1, 8. Dan. 8, 22. 11, 2.) — 2) *prodeo, in medium prodeo, hervortreten, auftreten*, Matth. 12, 41. Marc. 14, 57. Luc. 11, 32. 10, 25. Act. 5, 6. 34. 36 sq. 6, 9. (2 Chron. 20, 5.) — *ἀναστῆναι ἐπί τινα*, *insurgere* contra aliquem, Marc. 3, 26. (2 Chron. 20, 23. Gen. 4, 8.) — 3) coniunctum cum verbis eundi vel faciendi aliquid, inservit pleniori descriptioni actionis, et inest huic verbo his in locis notio sese movendi (Ioseph. ant. 4, 1. 3 *ἀναστήσας τὸ στράτευμα*, castra movens), fere nostrum: *sich aufmachen*, Matth. 9, 9 *ἀναστὰς ἠκολούθησεν*. Marc. 1, 35 *ἀναστὰς ἐξῆλθε*. 2, 14. 7, 24. 10, 1. 50. Luc. 1, 39. 4, 38 *ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς εἰσῆλθεν*. Luc. 5, 28. 15, 18. 20. 17, 19. 23, 1. 24, 33. Act. 8, 26 *ἀνάσθητι καὶ πορεύου*. ibid. v. 27. 9, 6. 11 et saepius. (Gen. 13, 17. 19, 14. 15. 22, 3. 27, 19 *ἀναστὰς κάθισον*.) — Sic etiam Rom. 15, 12 *ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν*. (Ies. 11, 10.) 1 Cor. 10, 7 *ἀνέστησαν παίζειν*. (Exod. 32, 6.)

Ἄννα, *ης*, *ἡ*, ***Anna***, nomen prophetissae, Luc. 2, 36 commemoratae, caeterum ignotae.

Ἄννας, *α*, *ὁ*, ***Annas***, nomen pontificis Iudaeorum summi, constituti a *Quirinio*, Syriae praeside, exuti munere imperante Tiberio a Valerio Grato, Iudaeae procuratore, qui Caipham in eius locum suffecit. Luc. 3, 2. Io. 18, 23. 24. Act. 4, 6. cf. Ioseph. ant. Iud. 18, 2. 1.

Ἀνόητος, *ον*, (ex *ἀ* priv. et *νοητός*, intellectus) proprie passive: qui cogitari, intelligi nequit; deinde active: *qui non intelligit, stultus, stolidus*, Luc. 24, 25. Rom. 1, 14 *σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις*. Gal. 3, 1. 3. 1 Tim. 6, 9 *ἐπιθυμίας ἀνοήτους*, cupiditates coecas, stolidas. Tit. 3, 3. (Ps. 49, 12 *κτήνεσιν ἀνοήτοις*. Deut. 32, 31. Prov. 15, 21. 17, 28. 19, 10. Ier. 10, 8.) *.

Ἄνοια, *ας*, *ἡ*, (ex *ἀ* priv. et *νοέω*) amentia; *insania, furor insanus*; bis: Luc. 6, 11. 2 Tim. 3, 9. (Prov. 22, 15. Sap. 15, 18. 19, 3. 2 Macc. 14, 5. 15, 33. 3 Macc. 3, 16. — Ioseph. ant. 8, 13. 1 regi idola colenti tribuitur *ἄνοια καὶ πονηρία*.) *.

Ἀνοίγω, f. *ἀνοίξω*, aor. 1. *ἀνέῳξα* et (forma serioris aevi) *ἤνοιξα*, perf. 2. *ἀνέῳγα*, intransitive: *pateo* (apud seriores, vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 157), perf. pass. *ἀνέῳγμαι* et *ἠνέῳγμαι*, aor. 1. pass. *ἀνεῴχθην*, *ἠνοίχθην* et *ἠνεῴχθην*, aor. 2. pass. *ἠνοίγην*, fut. 2. *ἀνοιγήσομαι* (de quibus formis

vid. grammatici, *Matthiae* §. 168. *Rost* p. 318. *Winer* p. 69 et 79. Caeterum pro ἀνοιχθῶσιν Matth. 20, 33 boni libri habent ἀνοιγῶσιν; pro ἠνεῳγμένη Apoc. 3, 1 *Griesb.* restituit ἀνεῳγμένη, et Apoc. 15, 5 ἠνεῳγμένη abest a quibusdam bonis codd. Pro ἠνεῴχθησαν Apoc. 20, 12 *Griesb.* ἠνοίχθησαν) — (ex ἀνά et οἴγω, aperio) — LXX pro פָּתַח et פָּצָה — *aperio*, et ἀνέῳγα, *pateo;* vario modo in N. T. vel proprio vel metaphorico sensu, ut tamen ubique notio aperiendi subiaceat. Leguntur autem locutiones: a) ἀνοίγειν θησαυρούς, Matth. 2, 11. Vid. Θησαυρός. — b) στόμα, i. e. *os diduco,* Matth. 17, 27. *os diduco ad loquendum*, Matth. 5, 2. 13, 35. Act. 8, 35. 10, 34. 18, 14. Apoc. 13, 6. (Ps. 22, 13. Dan. 10, 16. Iud. 11, 35 sq. Sir. 15, 5 ubi ἀνοίγ. τὸ στόμα est: disertum reddere. Sir. 39, 5.) — *effundo animum*, omnia, quae animus aegre fert, proloquor, 2 Cor. 6, 11. (Ps. 38, 13.) — *os non aperio*, i. e. *non obloquor, non conqueror,* Act. 8, 32. (Ies. 53, 7.) — de mutis: *loqui facio,* Luc. 1, 64. (Num. 22, 28.) — tropice de terra: *voraginem aperio* ad deglutiendum, Apoc. 12, 16. (Num. 16, 30. 26, 10. Deut. 11, 6. Ps. 106, 17. coll. Gen. 4, 11.) — c) τοὺς ὀφθαλμούς, *oculos aperio,* i. e. visum restituo, Matth. 9, 30. 20, 33. Io. 9, 10—32. 10, 21. 11, 37. — palpebras aperio ad spectandum, Act. 9, 8. 40. — tropice: mentis oculos aperio, i. e. cognitione imbuo, Act. 26, 18. (Gen. 3, 7. 21, 19. Ies. 35, 5. coll. Num. 22, 31. 2 Reg. 6, 17. 20. Ps. 119, 18.) — d) τὸ τάφος, *sepulchrum* aperire, i. e. lapidem, quo sepulchrum clausum erat, removere, Matth. 27, 52. — tropice dicitur lingua Rom. 3, 13 τάφος ἀνεῳγμένος, sepulchrum apertum (Ps. 5, 9) ad deglutiendum; sensus: conviciis atrocissimis proscindunt alios. — c) βιβλίον, *librum,* nimirum sigillo clausum vel complicatum, Apoc. 5, 2—5. 10, 2. 8. 20, 12. — f) τὰς σφραγῖδας, *sigilla* libri, Apoc. 5, 9. 6, 1—12. 8, 1. — g) τὸν οὐρανόν s. τοὺς οὐρανούς, *coelum aperio,* coelum scindo, ita ut res coelestes conspici queant, Matth. 3, 16. Luc. 3, 21. Io. 1, 52. Act. 7, 56. 10, 11. Apoc. 19, 11. (Ies. 64, 1. Ezech. 1, 1. Ps. 78, 23. Sir. 43, 14.) — h) τὴν θύραν, *portam, ianuam,* Act. 5, 23. 12, 10. 14. 16. 16, 26. 27. Apoc. 4, 1. — vel, ut aliquis intret, Matth. 25, 11. Luc. 12, 36. 13, 25. Io. 10, 3. vel ut exeat, Act. 5, 19. vel ut introspiciat, Apoc. 11, 19. 15, 5. coll. 9, 2. Sic etiam Matth. 7, 7. 8. Luc. 11, 9 sq. ἀνοιγήσεται ita legitur, ut intelligendum sit ἡ θύρα, i. e. hospitio excipietur. — Tropice: aperire portam cordis, i. e. excipere animo, Apoc. 3, 20. — portam fidei vel regni coelorum aperire, i. e. aditum facere ad religionem christ., sive ad regnum, Act. 14, 27. Apoc. 3, 7. 8. — portam aperire evangelio, doctori, i. e. praedicandi occasionem dare, propagationem evangelii promovere, 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12. Col. 4, 3. *.

Ἀνοικοδομέω, ῶ, (ex ἀνά et οἰκοδομέω) proprie: sursum aedifico, *erigo, reaedifico.* Semel Act. 15, 16. coll. Amos. 9, 11. Deut. 13, 16. Ier. 1, 10.

Ἄνοιξις, εως, ἡ, (ab ἀνοίγω) *apertio.* Semel Eph. 6, 19 λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος, facultas dicendi s. eloquentia, quoties oratio habenda est. Vid. Ἀνοίγειν τὸ στόμα. (Thucyd. 4, 67 et sq.)

Ἀνομία, ας, ἡ, (ab ἀνομέω, legem violo) 1) *actio legi,* potissimum divinae, *contraria, legis violatio,* Matth. 7, 23. 13, 41. Rom. 4, 7. 6, 19 τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, cupiditatibus legi adversis ad malas actiones perficiendas. Hebr. 8, 12. 10, 17. 1 Io. 3, 4 ἀνομία legis violatio vel facto vel voluntate peracta. — 2) defectio a lege divina, *impietas, improbitas*, Matth. 23, 28. 24, 12. Hebr. 1, 9. Tit. 2, 14. praecipue *idololatria,* defectio a vero Deo, adiuncta, ut semper, notione improbitatis, 2 Cor. 6, 14. 2 Thess. 2, 7. Sic ἀνομέω 3 Esdr. 9, 7 est: legem mosaicam violo et mores paganorum sequor. Apud LXX respondet hebr. אַשְׁמָה Exod. 34, 9. Ies. 5, 18. סָרָה Ies. 1, 5. פֶּשַׁע Iob. 7, 21. 8, 4. Ps. 51, 3. *.

Ἄνομος, ον, (ex ἀ priv. et νόμος) LXX maxime pro רָשָׁע, proprie *exlex,* legi non subiectus; inde 1) legi mosaicae non subiectus; de *gentilibus* Act. 2, 23. 1 Cor. 9, 21 ut 1 Macc. 2, 44. 3, 5. Sap. 17, 2. et Fragm. Esth. v. 4 ubi ἄνομοι, ἀπερίτμητοι et ἀλλότριοι iunguntur. In loco 2 Thess. 2, 8 ἄνομος est fautor idololatriae eiusque impuritatis, qui etiam v. 3 dicitur ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας. — 2) qui lege divina se solutum habet, 1 Cor. 9, 21 μὴ ὢν ἄνομος θεῷ, Dei legibus me solutum non ratus, leges Dei non transgressus, — *impius*, 2 Petr. 2, 8. 1 Tim. 1, 9. *maleficus*, Luc. 22, 37. Marc. 15, 28. (Ies. 53, 12. Ezech. 18, 24. 33, 8. Iob. 11, 14.) *.

Ἀνόμως, (ab ἄνομος) adv. *sine lege;* (2 Macc. 8, 17. Philo de alleg. p. 46.) Rom. 2, 12 ubi est: qui legi mosaicae non subiecti peccant, illi etiam ex *hac* lege non iudicantur, non damnantur, i. q. c. 7, 9 χωρὶς νόμου. **.

Ἀνορθόω, ῶ, (ex ἀνά et ὀρθόω, rectum statuo) LXX pro כּוּן, 1) *erectum statuo, erigo, surrigo*, Act. 15, 16. (τὸν θρόνον 2 Sam. 7, 13. 16. 26. τὴν οἰκουμένην Ier. 10, 12. 33, 2.) — Luc. 13, 13 ἀνωρθώθη, erecta est. (Ps. 20, 8. Ezech. 16, 7.) — 2) *stabilio, firmum facio,* Hebr. 12, 12. (vid. Ies. 35, 3 ubi hebr. חִזֵּק legitur.) (Ps. 145, 14. 146, 8. 2 Sam. 7, 13.) *.

Ἀνόσιος, ον, (ex ἀ priv. et ὅσιος) *profanus, impius, scelestus.* Bis: 1 Tim. 1, 9. 2 Tim. 3, 2. (Ioseph. ant. 2, 3. 1. ibid. 7, 11. 7. — ἀνοσίως 3 Macc. 1, 21.)

Ἀνοχή, ῆς, ἡ, (ab ἀνέχω) 1) retinere, inhibere; tempus quod alicui conceditur, mora data, die Frist, (Ioseph. ant. 6, 5. 1 ἀνοχὴ ἡμερῶν ἑπτά. 1 Macc. 12, 25.) — 2) *patientia s. indulgentia,* quae moram concedit, Rom. 2, 4. 3, 26. (Hesych. ἀνοχή· μακροθυμία.) **.

Ἀνταγωνίζομαι, (ex ἀντί et ἀγωνίζομαι) *pugno contra, repugno, obnitor.* Semel Hebr. 12, 4. (Xenoph. oecon. 10, 12.)

Ἀντάλλαγμα, τος, τό, (ab ἀνταλάττω, rem re permuto) proprie id quod loco alterius vel ad compensandum vel ad emendum datur; inde *pretium rei,* LXX pro מְחִיר, 1 Reg. 21, 2 ubi text. Vat. ἄλλαγμα. Iob. 28, 15. Ier. 15, 13. Sic Matth. 16, 26. Marc. 8, 37 ubi locutio depromta est ex redemtione servorum, et ἀντάλλ. est *pretium redemtionis,* liberationis a morte. (Sir. 6, 15. 26, 14. Ioseph. bell. 1, 18. 3.) *.

Ἀνταναπληρόω, ῶ (ex ἀντί et ἀναπληρόω) *alterius loco aliquid perficio.* Rarissime legitur in graecis scriptoribus (vid. *Wetsten.* N. T. II, p. 283), semel in N. T. Col. 1, 24. (Demosth. p. 182, 22.)

Ἀνταποδίδωμι, f. δώσω, (ex ἀντί et ἀποδίδωμι) *retribuo, rependo pro accepto;* in utramque partem: vel *pro beneficio*, Luc. 14, 14. Rom. 11, 35. 1 Thess. 3, 9. coll. Sir. 3, 31. 30, 6. vel *pro malo,* quod inflictum fuerat, Rom. 12, 19. 2 Thess. 1, 6. Hebr. 10, 30. (Iudith. 7, 15. Sir. 17, 23. Etiam שִׁלֵּם et גָּמַל, quibus in LXX vers. respondet, in utramque partem dicuntur. 1 Sam. 24, 18. Gen. 44, 4. 50, 15. Prov. 19, 17.) *.

Ἀνταπόδομα, τος, τό, (ab ἀνταποδίδωμι) id quod in retributionem datur, igitur pro bono *praemium*, Luc. 14, 12. — pro malo *poena, vindicta*, Rom. 11, 9. (LXX pro גְּמוּל Iud. 9, 16. 2 Chron. 32, 25. Prov. 12, 14. Ioël. 3, 4. Sir. 12, 2. 14, 6.) *.

Ἀνταπόδοσις, εως, ἡ, (ab ἀνταποδίδωμι) *retributio.* Semel Coloss. 3, 24 ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας i. e. κληρονομίαν εἰς ἀνταπόδοσιν. (LXX pro גְּמוּל, Ps. 94, 2. Ies. 59, 18. Ier. 51, 56.)

Ἀνταποκρίνομαι, aor. 1. pass. ἀνταπεκρίθην, (ex ἀντί et ἀποκρίνομαι) *contra respondeo, respondendo contradico,* Luc. 14, 6 οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα. (De significatione aor. passivi vid. Ἀποκρίνομαι.) Rom. 9, 20. (LXX pro עָנָה, Iob. 16, 8. 32, 12. coll. Iudic. 5, 29.) **.

Ἀντεῖπον, (ex ἀντί et εἶπον) aor. 2. qui vice aoristi verbi ἀντιλέγω fungitur, *contradico, obloquor*, Luc. 21, 15. Act. 4, 14. (Gen. 24, 50. Esth. 8, 8. Iob. 20, 2 ἀντερεῖν. 1 Macc. 14, 44.) *.

Ἀντέχω, (ex ἀντί et ἔχω) ante me teneo; — resisto, Ioseph. ant. 5, 8. 6. — Medium ἀντέχομαι, fut. ἀνθέξομαι, seq. genitivo: 1) *addictus sum alicui, firmiter et adhaereo, fideliter eum sequor,* Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. Tit. 1, 9. (LXX pro דָּרַשׁ Ier. 8, 2. Zeph. 1, 6. חָזַק Ies. 56, 2. 4. 6. Prov. 3, 18. 1 Macc. 15, 34.) — Ex adiuncto: 2) *opem fero alicui, curam eius gero*, 1 Thess. 5, 14 ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν. (Iob. 33, 24. Prov. 4, 6. et pro תָּפַשׂ Ier. 2, 8 οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου, legi operam dantes. Hesych. ἀντέχεται· ἀντιλαμβάνεται, φροντίζει, περιποιεῖται.) *.

Ἀντί, praepositio, quam sequitur genitivus, et quae indicat A) aliquid alicui *e regione positum* esse, eine

Gegenüberstellung; quare est 1) e regione, adversus, contra; sic apud profanos. — 2) *gratia, causa, ratione habita,* nostrum: *in Betracht, wegen,* Matth. 17, 27 δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, mea et tua gratia. (Ier. 11, 17. Demosth. pro cor. cap. 92 εἶτα μ' ἐρωτᾷς, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιῶ τιμᾶσθαι; Hinc profani etiam ea praepositione in obtestationibus utuntur, vid. *Hermann.* ad Viger. p. 855.) et ἀνθ' ὧν est: *in Betracht dessen, quare,* Luc. 12, 3. Eph. 5, 31 ἀντὶ τούτου. (Sap. 18, 3.) — pro ἀντὶ τούτων ὅτι (2 Sam. 12, 6) i. e. *propterea quod,* Luc. 1, 20. 19, 44. Act. 12, 23. (LXX pro עֵקֶב אֲשֶׁר Gen. 22, 18. 26, 5. 2 Sam. 12, 6. תַּחַת אֲשֶׁר Deut. 28, 47. 62. עַל אֲשֶׁר Ier. 22, 9. Ezech. 5, 11. Ioseph. ant. 7, 6. 2.) — B) aliquid *iuxta* aliquid *positum* esse vel poni, ad commutandum, eine *Nebeneinanderstellung* zum Tausch oder Wechsel, ubi est: *loco, pro, in vicem,* a) universe, Luc. 11, 11 ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν. 1 Cor. 11, 15 κόμη ἀντὶ περιβολαίου. Hebr. 12, 2. Iac. 4, 15. (1 Macc. 2, 11. 16, 3. Ioseph. ant. 3, 10. 7.) — b) de pretio: λύτρον ἀντὶ πολλῶν, Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. Hebr. 12, 16. (Num. 18, 21. 31. Ioseph. ant. 4, 6. 5.) — c) de retributione, Matth. 5, 38 ὀφθαλμὸς ἀντὶ ὀφθαλμοῦ. Rom. 12, 17. 1 Thess. 5, 15. 1 Petr. 3, 9. — d) de successione, Matth. 2, 22 Ἀρχέλαος βασιλεύει ἀντὶ Ἡρώδου. Io. 1, 16 ἐλάβομεν χάριν ἀντὶ χάριτος, beneficia sibi succedentia, i. e. multa; nostrum: Wohlthat um Wohlthat. (Theognid. sent. v. 344 δοίης ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας. Chrysost. de sacerdot. 6, 13 ἑτέραν ἀνθ' ἑτέρας φροντίδα.) — In nominibus compositis indicat oppositionem, — aequalitatem, das Gegenstück, — successionem vel vicissitudinem. — In verbis compositis est: e regione, — contra, — pro, — vicissim. *.

Ἀντιβάλλω, (ex ἀντί et βάλλω) 1) vicissim iacio; alterum pro altero substituo; aliud pro alio do; — 2) apud seriores: comparo, *confero aliquid cum aliqua re;* hinc ἀντιβ. λόγους, *conferre sermones,* Luc. 24, 17. (2 Macc. 11, 13 πρὸς ἑαυτὸν ἀντιβάλλειν τι, aliquid secum reputare.) **.

Ἀντιδιατίθημι, (ex ἀντί et διατίθημι) ex adverso pono. Med. ἀντιδιατίθεμαι *adversarius sum.* Semel 2 Tim. 2, 25 τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, qui se ex adverso ponunt, adversarios.

Ἀντίδικος, ον, (ex ἀντί et δίκη) *adversarius, qui causam contra alium agit;* propr. *in iudicio,* Matth. 5, 25. Luc. 12, 58. coll. Ies. 41, 11. Ier. 50, 34. deinde *adversarius quivis, inimicus,* i. q. ἐχθρός, Luc. 18, 3. 1 Petr. 5, 8. (Ier. 51, 36.) nisi in his locis, certe in posteriori, potior est notio *accusatoris, obtrectatoris,* cf. Iob. 1. 6 sq. Apoc. 12, 10 sq. coll. Zach. 3, 1. *.

Ἀντίθεσις, εως, ἡ, (ex ἀντί et θέσις, positio) oppositio, — *sententia opposita;* 1 Tim. 6, 20 ἀντιθ. τ. ψευδ. γνώσ. dogmata falsae sapientiae, doctrinae christianae adversa. *.

Ἀντικαθίστημι, aor. 2. ἀντικατέστην, (ex ἀντί et καθίστημι) in alterius locum colloco, *substituo,* Ios. 5, 7. — in adversum colloco, *oppono,* Deut. 31, 21. — In temporibus intransitivis: *resisto, renitor,* Hebr. 12, 4. **.

Ἀντικαλέω, ῶ, aor. 1. ἀντεκάλεσα, (ex ἀντί et καλέω) *vicissim invito.* Semel Luc. 14, 12. (Xenoph. symp. 1, 15.)

Ἀντίκειμαι, (ex ἀντί et κεῖμαι) 1) ex adverso positus s. situs sum; tropice: *adversor, repugno, contrarius sum,* Gal. 5, 17. 1 Tim. 1, 10. (Exod. 23, 22. Iob. 13, 25. Zach. 3, 1.) — Ὁ ἀντικείμενος, qui contra molitur, *adversarius,* Luc. 13, 17. 21, 15. 1 Cor. 16, 9. Phil. 1, 28. 2 Thess. 2, 4. 1 Tim. 5, 14. LXX hebr. צוּר Exod. 23, 22. אוֹיֵב Ies. 66, 6. שָׂטָן Zach. 3, 1. et Theodotion Iob. 1, 6. *.

Ἀντικρύ, sive ἀντικρύς, ut Act. 20, 15 boni libri habent, adv. *e regione, ex adverso;* semel Act. 20, 15. (Ioseph. ant. 7, 10. 2 ἀντικρὺ τῶν πολεμίων. ibid. 6, 9. 1. Xenoph. hist. gr. 6, 2. 22.)

Ἀντιλαμβάνω, aor. 2. med. ἀντελαβόμην, (ex ἀντί et λαμβάνω) vicissim accipio. — Medium seq. genitivo a) rei: capio aliquid, vindico mihi. (Ioseph. ant. 5, 4. 3 παρεκάλει τῆς ἐλευθερίας ἀντιλαμβάνεσθαι. 1 Macc. 2, 48 ἀντελάβετο τοῦ νόμου ἐκ χειρὸς τῶν ἐθνῶν.) — tueor aliquid. (Philo in Flacc. p. 967 D. ἀ. τῶν πραγμάτων.) — *valde studiosus sum rei, et deditus sum,* 1 Tim. 6, 2 οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, verte: fideles enim habentur amanturque qui recte faciendo operam dant. (Ies. 26, 3 ἀντιλαμβ. τῆς ἀληθείας. 1 Reg. 9, 9 ἀντελάβοντο θεῶν ἀλλοτρίων. 2 Chron. 7, 22.) — b) de personis: *tueor aliquem,* vindico illum a malis s. periculo, Luc. 1, 54. Act. 20, 35. (Saepissime apud LXX interpretes, velut pro חָזַק Levit. 25, 35. 2 Chron. 28, 15. 29, 34. סָמַךְ Ps. 3, 5. 119, 116. Ies. 63, 5. עָזַר 2 Chron. 28, 23.) *.

Ἀντιλέγω, (ex ἀντί et λέγω) 1) *contradico,* Act. 13, 45. 28, 19. 22. Tit. 1, 9. (Sir. 4, 25.) ἀντιλέγειν seq. μή, *negare,* Luc. 20, 27. — 2) *adversor, non obedio, rebellis sum,* Luc. 2, 34 σημεῖον ἀντιλεγόμενον, homo eximius, cui multi adversabuntur. Io. 19, 12. Rom. 10, 21. Tit. 2, 9. (LXX hebr. נָסוֹג Ies. 50, 5 et סוֹרֵר Ies. 65, 2. Ioseph. ant. 4, 6. 2 τὸν θεὸν ἀντιλέγειν αὐτοῦ τῇ προαιρέσει, Deum adversari suis consiliis.) **.

Ἀντίληψις, εως, ἡ, (ab ἀντιλαμβάνω) propr. apprehensio; deinde apud nostros: *auxilium, opitulatio, cura,* Sir. 11, 12. 51, 7. 3 Esdr. 8, 27. Semel in N. T. 1 Cor. 12, 28 ubi ἀντιλήψεις, abstractum pro concreto, indicat *curatores* aegrotorum, pauperum, aliorumque a calamitatibus vexatorum. Haud dubie ad munus diaconorum et diaconissarum respicitur, ut etiam patres ecclesiast. putarunt. Vid. *Suicer.* thes. s. h. v.

Ἀντιλογία, ας, ἡ, (ab ἀντιλέγω) LXX pro מְרִיבָה, רִיב, et aliquoties pro מָדוֹן, 1) *contradictio* (Ioseph. ant. 2, 4. 2), *controversia;* Hebr. 7, 7 χωρὶς ἀντιλογίας. ib. 6, 16. (De controversia coram iudice, Exod. 18, 16. Deut. 25, 1. 2 Sam. 15, 4.) — 2) *convictum,* Hebr. 12, 3. (ubi respicitur ad Matth. 26, 60 sqq. 27, 22. 23. 29. 40—44. 49 similiaque loca) Iud. v. 11. quae ad eos, qui βλασφημοῦσι, referenda sunt (vid. 8—10), ad impios, τὰ σκληρὰ λαλοῦντας κατὰ τοῦ κυρίου. (v. 15. coll. Act. 13, 45.) Sic ἀντιλογία Ps. 80, 6 tribuitur malitiose deridentibus, et Num. 20, 13 coll. v. 3 sqq. τῷ λοιδοροῦντι. Deut. 21, 5. Alii in loco Iudae vertunt *rebellionem.* (cf. Num. 27, 14. Deut. 32, 51. Ps. 18, 43. Evang. Nicod. §. 9 (apud *Birch.* p. 312) ἐδιχάσθη ἡ γῆ καὶ κατέπιεν αὐτοὺς (Dathan, Kore et Abiram) διὰ τὴν ἀντιλογίαν αὐτῶν.) *.

Ἀντιλοιδορέω, ῶ, (ex ἀντί et λοιδορέω) *convicium regero.* Semel 1 Petr. 2, 23. (Plutarch. Anton. 42.)

Ἀντίλυτρον, ου, τό, (ex ἀντί et λύτρον) *pretium redemtionis.* Semel 1 Tim. 2, 6 de liberatione a potestate et poenis peccatorum. Hesych. ἀντίλυτρον· ἀντίδοτον. (Incert. Ps. 49, 9 ubi LXX τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως.)

Ἀντιμετρέω, ῶ, (ex ἀντί et μετρέω) *remetior, vicissim metior.* Metaphorice: *rependo, remetior, par pari refero,* Luc. 6, 38. [Matth. 7, 2.] (Lucian. amor. 19.)

Ἀντιμισθία, ας, ἡ, (ex ἀντί et μισθός) *retributio* merito respondens, i. e. a) actio retribuendi, retribuere; de praemio 2 Cor. 6, 13 τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, eodem modo (quo nimirum ego feci, v. 11) in retribuendo mihi (referendo mihi paria officia vel beneficia) effundite animum vestrum. — b) retributio, i. e. retributum; de poena Rom. 1, 27. (Apud profanos non legitur. Theophil. ad Autol. lib. 2. p. 87 διὸ κατηξιώθησαν [prophetae] τὴν ἀντιμισθίαν ταύτην λαβεῖν.)

Ἀντιόχεια, ας, ἡ, *Antiochia.* Duae huius nominis in N. T. commemorantur urbes: 1) *Antiochia Syriae,* urbs celeberrima et opulenta, ad Orontem sita, a Seleuco Nicanore, Antiochi filio, condita, cognomine Epidaphnes (ἐπὶ Δάφνῃς. Irenae. I, 22. 1: „Antiochia ea, quae est apud Daphnen.") insignita, Act. 11, 19. 25. 26. 13, 1. 14, 26. 15, 22—35. 18, 22. Gal. 2, 11. 2 Macc. 4, 33. cf. Strabo 16. Plin. hist. nat. 5, 21. De multitudine Iudaeorum ibi habitantium vid. Ioseph. de bell. 7, 3. 3. — 2) *Antiochia Pisidiae,* Ἀντιόχεια τῆς Πισιδίας, urbs in Phrygia quidem sita, sed propter confinium Pisidiae quoque adnumerata, Act. 13, 14. 14, 19. 21. 2 Tim. 3, 11. cf. Strabo 12. Plin. hist. nat. 5, 27.

Ἀντιοχεύς, έως, ὁ, *Antiochenus, Antiochia oriundus.* Semel Act. 6, 5.

Ἀντιπαρέρχομαι, aor. 2. ἀντιπαρῆλθον, (ex ἀντί et παρέρχομαι) praetereo ἀντί τινος, i. e. vel adverso latere, auf der andern Seite, gegenüber, contrario itinere, praetereo ita, ut non accedam. Vid. *Tittmann.* de synonym. I, p. 231. Bis: Luc. 10, 31. 32 ad quem locum vid. *Grotius.* (In V. T. semel Sap. 16, 10.)

Ἀντίπας, α, ὁ, *Antipas*, nomen christiani Apoc. 2, 13 commemorati, caeterum prorsus ignoti.

Ἀντιπατρίς, ιδος, ἡ, *Antipatris*, nomen propr. urbis in Iudaea, quam (teste Iosepho antiq. Iud. 16, 5. 2) ἐν τῷ πεδίῳ τῷ λεγομένῳ Καφαρσαβᾷ condidit Herodes Magnus in honorem Antipatri, patris sui. Ex alio Iosephi loco (ant. Iud. 13, 15. 1) apparere videtur, hanc urbem fuisse antea vicum, Chabarzabam dictum. Commemorat enim, fossam ductam esse ἀπὸ τῆς Χαβαρζαβᾶ, — ἡ νῦν Ἀντιπατρὶς καλεῖται, usque ad Ioppen. Vid. etiam 1 Macc. 7, 31 κατὰ Χαφαρσαλαμά. — Commemoratur semel Act. 23, 31.

Ἀντίπερα, i. q. ἀντιπέραν, quod vid. Legitur in codd. Luc. 8, 26.

Ἀντιπέραν, (ex ἀντὶ et πέραν) adv. *e regione, ex adverso littore, trans.* Semel Luc. 8, 26. (Ioseph. ant. 2, 16. 3 εἰς τὴν ἀντιπέραν γῆν.)

Ἀντιπίπτω, (ex ἀντὶ et πίπτω) proprie *contra cado*; deinde *obnitor, resisto, adversor.* Semel Act. 7, 51. (Num. 27, 14. Herodian. 6, 3. 13. Polyb. 25, 9. 5 ἀντιπίπτειν τοῖς γραφομένοις.)

Ἀντιστρατεύομαι, (ex ἀντὶ et στρατεύω) propr. exercitum duco contra aliquem (Xenoph. cyrop. 8, 8. 26). — *repugno, adversor*; semel Rom. 7, 23. (Hesych. ἀντιστρατευόμενον· ἀνθιστάμενον. Aristaenet. II, ep. 1 ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ.)

Ἀντιτάσσω, (ex ἀντὶ et τάσσω) ex adverso statuo, oppono (Ioseph. ant. 3, 1. 2 τῷ βιαζομένῳ τῆς ἀνάγκης ἀντιτάξαι τὸ ἀνδρεῖον); maxime in acie, Ioseph. ant. 4, 8. 42. — Medium: *contrarias partes sequor, oppono me, repugno*, Act. 18, 6. Rom. 13, 2. Iacob. 4, 6. 1 Petr. 5, 5. (Prov. 3, 34 pro יָלִיץ) — Iac. 5, 6 οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν, non repugnat, i. e. non vult repugnare, patitur hoc a vobis sibi fieri. — (1 Reg. 11, 34. Hos. 1, 6. Prov. 3, 15.) **.

Ἀντίτυπος, ον, (ex ἀντὶ et τύπτω) 1) qui tactui non cedit, ictum repellit, Iulian. epist. 54 φωνῆς ἀντίτυπος ἠχή. Vid. *Elsner.* obss. s. II, p. 407. Esth. 3, 13 ἔθνος τοῖς νόμοις ἀντίτυπον (text. Vatic. ἀντίθετον) πρὸς πᾶν ἔθνος. — Quum ἀντὶ ad aequalitatem quoque referatur, est 2) *typo respondens, ad typum* s. *exemplar formatus, die Copie*; Hebr. 9, 24 χειροποίητα ἅγια, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν. (De sacris coelestibus vid. Hebr. 8, 5 et supra Ἅγιος et Ἀληθινός.) (Sic patres panem et vinum in sacra coena ἀντίτυπον corporis et sanguinis Christi nominant, Gregor. Naz. orat. 11. Constitut. apost. 4, 14 τὰ ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. ibid. 6, 30, 7, 25. — Ἀντίγραφον, exemplum literarum, 1 Macc. 12, 5. 15, 24.) — *typo similis*, 1 Petr. 3, 21 ἀντίτυπον βάπτισμα, bapt. simili modo salvans quo arca Noae. (Hesych. ἀντίτυπος· [sic enim pro ἄντυπος legendum] ἴσος, ὅμοιος.) **.

Ἀντίχριστος, ον, ὁ, (ex ἀντὶ et Χριστός, formatum, ut ἀντίθεος, ἀντιφιλόσοφος et similia) *Messiae Iesu adversarius*, non nisi in epistolis Ioanneis legitur, 1 Io. 2, 18. 22. 4, 3. 2 Io. v. 7, et dicuntur hoc nomine homines, qui Iesum fuisse Messiam, vel λόγον in Iesu venisse ἐν σαρκί, negarent. Quosnam in animo habuerit Ioannes, non satis liquet; fortasse adversarios e Iudaeis, quum hi potissimum negarent, Iesum Nazarenum Messiam fuisse. (Apud patres ecclesiast. saepissime. Vid. *Suiceri* thes. s. h. v. Apocal. Ioann. apocrypha [in *Birchii* auctuar. p. 247): τότε φανήσεται ὁ ἀρνητὴς καὶ ἐξωρισμένος ἐν τῷ σκότει, ὁ λεγόμενος ἀντίχριστος.)

Ἀντλέω, ῶ, (ab ἄντλος, sentina) *haurio, exhaurio.* Legitur in N. T. Io. 2, 8. 9. 4, 7. 15. (Gen. 24, 13. 20. Exod. 2, 16. Ies. 12, 3.)

Ἄντλημα, τος, τό, (ab ἀντλέω) *haustrum, vas ad hauriendam aquam idoneum.* Semel Io. 4, 11. (Dioscor. 4, 64. Plutarch. moral. p. 974 E.)

Ἀντοφθαλμέω, ῶ, (ex ἀντὶ et ὀφθαλμός) 1) rectis oculis adspicio; (Barnab. epist. c. 5 εἰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου ἀντοφθαλμῆσαι. Chrysost. in Ies. 6, 2 μὴ δύνασθαι ἀντοφθαλμεῖν τῇ ἀπροσίτῳ δόξῃ.) — tropice: 2) *resisto, obnitor*; semel Act. 27, 15. (Sap. 12, 14. Sir. 19, 5 ubi in ed. Compl. in cod. August. adduntur: ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ, quae etiam Clem. Alex. paedag. lib. 2. c. 10 habet. Polyb. 2, 24. 1. Similiter Ioseph. c. Apion. 2, 32 τοῖς προστάγμασι οὐκ ἀντέβλεψαν.) **.

Ἄνυδρος, ον, (ex ἀ priv. et ὕδωρ) *aqua destitutus, aridus, siccus*, Matth. 12, 43. Luc. 11, 24 ἄνυδροι τόποι loca aqua carentia, arenosa, ideoque deserta. cf. Ps. 105, 41. Hos. 2, 3. Ies. 44, 3. 2 Macc. 1, 19. — πηγαὶ ἄνυδροι, 2 Petr. 2, 17. et νεφέλαι ἄνυδροι Iud. v. 12 fontes s. putei, et nubes aquam quidem promittentes, sed mentientes et spem fallentes, tropice dicuntur homines, praeclara et optima promittentes quidem, neque tamen praestantes, πλάνοι, seductores.

Ἀνυπόκριτος, ον, (ex ἀ priv. et ὑποκρίνομαι) *non simulatus, sincerus*; qui id est quod esse vult; de amore Rom. 12, 9. 2 Cor. 6, 6. 1 Petr. 1, 22. (Sap. 18, 16.) — *nil simulans*, nil promittens, quod non praestet, *non fallax*, de σοφίᾳ Iac. 3, 17. — *sincerus, verus*, qui id est, quod esse debet, de fide 1 Tim. 1, 5. — (Sap. 5, 18 de Dei iudiciis.) **.

Ἀνυπότακτος, ον, (ex ἀ priv. et ὑποτάσσω) 1) in ordinem non redactus; — 2) *non subditus, imperio non subiectus*, Hebr. 2, 8. — 3) ordini et mandato se non subiiciens, *refractarius, inobediens*, 1 Tim. 1, 9. Tit. 1, 6. 10. (Symm. 1 Sam. 2, 12 pro בְּלִיַּעַל.) **.

Ἄνω, adv. *supra*; 1) de loco in *quo, superne*, hebr. מַעַל et מַעְלָה Deut. 4, 39. Ios. 2, 11. Exod. 20, 4. Ies. 7, 3. cui oppositum κάτω s. ὑποκάτω, in formula ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, Act. 2, 19. Apoc. 5, 3 ubi ἄνω addidit *Griesb.* — Hinc ὁ, ἡ, τὸ ἄνω saepius ad coelum, tanquam locum supremum, refertur, ut τὰ ἄνω *coelum*, Io. 8, 23. (coll. 3, 13. 31. 6, 38. 8, 14. 17, 5.) ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ, Hierosolyma coelestis, Gal. 4, 26. — ἡ ἄνω κλῆσις, felicitas promissa in coelo nos manens, Phil. 3, 14. quae ἐπουράνιος dicitur Hebr. 3, 1. — τὰ ἄνω res coelestes, quae Dei sunt, Coloss. 3, 1. 2. Act. Thom. §. 36 λέγομεν περὶ τοῦ ἄνω κόσμου, περὶ θεοῦ καὶ ἀγγέλων. — 2) de motu ad locum superiorem, *sursum*, (לְמַעְלָה Ies. 8, 21. 37, 31. Eccl. 3, 21. 1 Chron. 22, 5.) Io. 11, 41. Hebr. 12, 15. — ἕως ἄνω, ad summum usque, Io. 2, 7. (2 Chron. 26, 8.) *.

Ἀνώγεον, ου, τό, (ex ἄνω et γαῖα, i. q. γῆ) *conclave superius*; Etym. m. 115, 22 Ἀνώγεον ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ γαῖα, τὸ ἄνω τῆς γῆς ὄν. Non differt ab ἀνάγαιον, quod vide.

Ἄνωθεν, (ab ἄνω) — LXX pro מִמַּעַל et מִלְמַעְלָה adv. 1) loci: *desuper, von oben herab*, Matth. 27, 51. Marc. 15, 38 ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω, a summo ad imum. Io. 19, 23 ἐκ τῶν ἄνωθεν, a superioribus partibus. (Exod. 25, 22. 28, 27. 1 Reg. 7, 3. Ios. 3, 13 [in Alex. et Compl.] 16. Ioseph. ant. 3, 7. 3.) — Ut ἄνω saepius de coeli altitudine, sic ἄνωθεν de *coelo*, (coll. Ies. 45, 8. Ier. 4, 28) quod, quum coelum nostris saepe pro Deo dicatur, saepe idem est quod ἐκ θεοῦ, *a Deo, divinitus*, i. e. de coelo s. a Deo veniens, Io. 3, 31. (Sap. 19, 6. Clem. Alex. protrept. 1 ἦν ὁ λόγος ἄνωθεν. Iustin. Mart. cohort. p. 9 ἡ ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας κατελθοῦσα δωρεά. ibid. p. 11.) — a Deo effectus Io. 3, 3. 7. (ubi ἄνωθεν γεννηθῆναι idem est quod c. 1, 13 ἐκ θεοῦ γενν.) 19, 11. Iac. 1, 17. 3, 15. 17. — 2) temporis: *a principio*, Luc. 1, 3. Act. 26, 5. (Demosth. 1125, 23. Herodian. 8, 6. 12 κατ' εὔνοιαν, ἣν εἶχον πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν.) Nec aliter Gal. 4, 9 πάλιν ἄνωθεν, *iterum a principio*, i. e. iterum ac si nondum fuissetis christiani. Alii vertunt *denuo*; sed hoc iam inest in πάλιν, neque ἄνωθεν ullo in loco *iterum* significat. Etenim Sap. 19, 6 πάλιν ἄνωθεν est iterum eo modo quo a principio, vel etiam: divinitus; et Ioseph. ant. 1, 18. 3 φιλίαν ἄνωθεν ποιεῖται πρὸς αὐτὸν vertenda sunt: *priorem* (προτέραν φιλίαν, ut paullo ante legitur) amicitiam, amicitiam talem, qualem a principio. Neque igitur in loco Io. 3, 3 γεννηθῇ ἄνωθεν est: *denuo* nascatur, sed vel: *a Deo* s. spiritu divino, vel: *a principio*, i. e. alius totus nascendus est. Sic Barnab. epist. c. 16 christianos, olim deorum cultores, nunc καινοὺς πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζομένους dicit. *.

Ἀνωτερικός, ή, όν, (ab ἀνώτερος) *superior.* Semel Act. 19, 1.

Ἀνώτερος, έρα, ον, (ab ἄνω) *superior.* Neutrum adverbialiter: *superius, altius*, Luc. 14, 10. coll. Levit. 11, 21. — *supra, antea*, Hebr. 10, 8.

Ἀνωφελής, ές, genit. οῦς, (ex ἀ priv. et ὠφελέω) 1) qui nil iuvat, (Ioseph. ant. 4, 8. 2 ἀνωφ. μετάνοια) vel ea non praestat, quae debet praestare, *inutilis, inefficax*,

vel impar, Hebr. 7, 18. (Ier. 2, 8. Ies. 44, 10 de idolis, ad auxilium ferendum ineptis.) — 2) *noxius*, Tit. 3, 9. (Prov. 28, 3. Plat. Protag. c. 21. §. 334. Psalt. Salom. 16, 8 ἁμαρτία ἀνωφελής, peccatum exitiosum. Eodem sensu Act. Thom. §. 37 πράξεις ἀνωφ.) *.

Ἀξίνη, ης, ἡ, (ab ἄγνυμι, ἄξαι, frangere) *securis*; bis: Matth. 3, 10. Luc. 3, 9. (Ies. 10, 15. 1 Sam. 13, 20. Ier. 46, 22.)

Ἄξιος, ία, ον, 1) *conveniens*, *congruens*, *angemessen*, *entsprechend*, — καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, Matth. 3, 8. Luc. 3, 8. Act. 26, 20. (1 Macc. 10, 54. Ioseph. ant. 9, 12. 1 ἀξιόμαχός τινι, par alicui in bello.) — Hinc: ἄξιόν ἐστι, *convenit*, 1 Cor. 16, 4. 2 Thess. 1, 3. — 2) de pretio: conveniens pretio, *eiusdem pretii*, *aequiparandus*; Rom. 8, 18 οὐκ ἄξια τὰ παθήματα πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν, non aequiparanda est miseria etc. (Prov. 3, 15. 8, 11 πᾶν τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστι. Vid. etiam Gen. 23, 9. 1 Chron. 21, 22. 24.) — 3) de merito: *merito conveniens*, *werth*, in utramque partem, nimirum a) bonam, *dignus*, — absolute: dignus, intellige beneficio, Matth. 10, 11. 13. 22, 8. Apoc. 3, 4. — seq. genitivo rei, Matth. 10, 10 τῆς τροφῆς. Act. 13, 46. 1 Tim. 1, 15. 4, 9. 6, 1. (Esth. 7, 4. Sap. 6, 16. 9, 12. 2 Macc. 4, 25.) — τινός, i. e. τοῦ εἶναί τινος, dignus alicuius amicum esse, ab eo amari, Matth. 10, 37. 38. Hebr. 11, 38. (Sap. 3, 5 εὗρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ.) — seq. infinitivo verbi, Luc. 15, 21 ἄξιος κληθῆναι υἱός. Act. 13, 25. Apoc. 4, 11. 5, 2. 4. 9. 12. (Sap. 1, 16. 18, 4.) — seq. ἵνα, semel Io. 1, 27. — seq. ᾧ, semel Luc. 7, 4. — b) in malam partem, *qui meruit*, absolute, Apoc. 16, 6 ἄξιοί εἰσι, utique meruerunt nimirum eiusmodi poenam. — seq. genitivo: πληγῶν, Luc. 12, 48. — ἄξιον θανάτου, quod poenam capitalem meruerit, Luc. 23, 15. Act. 25, 11. 25. 26, 31. Rom. 1, 32. Sap. 19, 4. Iob. 11, 6.) — seq. ὧν, semel Luc. 23, 41. *.

Ἀξιόω, ῶ, (ab ἄξιος) 1) *congruum habeo*, *conveniens iudico*, *ich halte für angemessen*, *placet* s. *convenit mihi*; Act. 15, 38 ἠξίου, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον. (Alii hoc loco vertunt *volo*, et οὐκ ἀξιόω, *nolo*, ut *Krebs.* in obss. Flav. p. 230. *Loesn.* obss. p. 208. Sed nunquam significat *velle* simpliciter, quum ubique, etiam in locis a *Krebsio* et *Loesn.* laudatis subiaceat notio τοῦ placere. Sic saepissime apud Ioseph. velut ant. 7, 7. 3 τῶν ἰδίων οὐδὲν ἐκεῖνος βοσκημάτων ἠξίωσε καταθύσας εὐωχῆσαι τὸν φίλον. ib. 3, 8. 10 et 10, 7. 1.) Neque aliter ubi ἀξιόω est iubentis. Non enim est *iubeo* simpliciter, sed: *convenit mihi ut fiat*, *placet*; Act. 28, 22 ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι, ut Act. Thom. §. 11 ὁ δὲ βασιλεὺς ἠξίου, τοὺς παρανύμφους ἐξέρχεσθαι. (Alii hic vertunt: peto, rogo, ut certe apud LXX saepius legitur ἀξιοῦν τινα, vel παρά τινος, Dan. 2, 16. Esth. 4, 8. 8, 3. 9, 12. Ier. 7, 16. 11, 14. 1 Macc. 11, 28 et saepius.) — 2) *dignum habeo*, *dignum iudico*; Luc. 7, 7 οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρὸς σὲ ἐλθεῖν, neque me dignum iudicavi, qui ipse te adirem. 2 Thess. 1, 11 ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ θεός. 1 Tim. 5, 17. Hebr. 3, 3. 10, 29. (Gen. 31, 28. Ioseph. ant. 2, 11. 2 πολλῆς ἠξιούμενος τιμῆς, valde honoratus.) *.

Ἀξίως, adv. *ut convenit*, *dignum est*, (ab ἄξιος), seq. genitivo, Rom. 16, 2. Eph. 4, 1. Phil. 1, 27. Coloss. 1, 10. 1 Thess. 2, 12. 3 Io. v. 6. (Sap. 7, 15. 16, 1. Sir. 14, 11.) **.

Ἀόρατος, ον, (ex ἀ priv. et ὁρατός) 1) non visus, (Ies. 45, 3 ἀοράτους θησαυρούς, non videndus, Ioseph. ant. 14, 4. 4.) — 2) *qui oculis cerni nequit*, *invisibilis*, ut dicere solent; de spiritibus Coloss. 1, 16. — de Deo, Col. 1, 15. 1 Tim. 1, 17. Hebr. 11, 27. (Philo de opif. m. p. 3.) — Rom. 1, 20 τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ, i. e. vel Dei maiestas, quae oculis cerni nequit, vel Dei mens et consilia abscondita. — (2 Macc. 9, 5. — Gen. 1, 2 ubi est: luce destitutus, pro תֹּהוּ, ut ἀωρία Ies. 59, 9 tenebrae.) **.

Ἀπαγγέλλω, f. ελῶ, imperf. ἀπήγγελλον [Act. 26, 20] aor. 1. ἀπήγγειλα, aor. 2. pass. ἀπηγγέλην [Luc. 8, 20], (ex ἀπό et ἀγγέλλω. nuntio) — LXX saepissime pro הִגִּיד — propr. ἀγγέλλω τινὶ ἀπό τινος, i. e. 1) nuntium fero *ab* aliquo, *renuntio*, Matth. 2, 8. 11, 4. Act. 5, 22. 22, 26. 23, 16. (Gen. 27, 42. 29, 12.) — 2) nuntium fero, *de* aliquo, i. e. a) *narro* quae facta sunt, seq. dativo personae, Matth. 8, 33. 14, 12. 28, 8. 10. 11. Luc. 7, 18. Io. 20, 18. Act. 4, 23. 1 Thess. 1, 9 et saepius. (Iudic. 13, 10.) — seq. εἰς, semel Luc. 8, 34 ἀπήγγ. εἰς τὴν πόλιν. (Amos. 4, 13 ubi in hebr. מַגִּיד seq. לְ. Ioseph. ant. 5, 11. 3 ἀπαγγελθείσης δὲ τῆς ἥττης εἰς τὴν Σιλώ.) — b) *annuntio*, quae fiunt vel fient, Matth. 12, 18. Luc. 18, 37. Io. 4, 51. Act. 5, 25. 12, 14. 1 Io. 1, 2. 3 et saepius. (Gen. 24, 49. 29, 15. Ios. 2, 2. Iud. 13, 6.) — Hebr. 2, 12 ἀπαγγελῶ [LXX Ps. 22, 22 διηγήσομαι] τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, i. e. notum faciam. (cf. Ps. 89, 1. 105, 1 ubi pro הוֹדִיעַ legitur. Ps. 78, 4 pro סִפֵּר.) — *Exhortandi* sensu, ubi de eo dicitur, quod faciendum est, Act. 26, 20 ἀπήγγελλον μετανοεῖν. — *Profitendi* sensu, Luc. 8, 47. 1 Cor. 14, 25. (Gen. 12, 18. 1 Sam. 9, 19.)

Ἀπάγχω, (ex ἀπό et ἄγχω constringo) *constringo fauces*, *gulam*, *strangulo*. Aor. 1. med. ἀπηγξάμην, semel Matth. 27, 5 ἀπήγξατο, laqueo se suspendit, gulam sibi constrinxit. Suidas: ἀπήγξατο· βρόχον ἧψεν. 2 Sam. 17, 23. Tob. 3, 10. — De Iuda vid. quoque Act. 1, 17 sq.

Ἀπάγω, aor. 2. ἀπήγαγον, aor. 1. pass. ἀπήχθην, (ex ἀπό et ἄγω) — LXX potissimum pro הוֹלִיךְ et נָהַג — 1) *abduco*, Luc. 13, 15. (Deut. 28, 36. 1 Reg. 1, 38. 2 Reg. 24, 15. Gen. 31, 18.) — De iis, qui ad iudicem vel *in carcerem* abducuntur, Matth. 26, 57. 27, 2. 31. Marc. 14, 44. 53. 15, 16. Io. 18, 13. Act. 23, 17. 24, 7. — vel ad *supplicium*, Luc. 23, 26. Io. 19, 16. Act. 12, 19. (Epist. Ier. v. 18 ὡς ἐπὶ θανάτῳ ἀπηγμένῳ. Addit. Esth. 12, 3. Philo de Ioseph. p. 558 B. — Hinc ἀπηγόμενοι, qui vincti tenentur, Gen. 39, 22. 42, 16 pro אָסַר. Hesych. ἀπάγεσθαι· εἰς θάνατον ἕλκεσθαι.) — De via, ut Latinor. *ducit via*, Matth. 7, 13. 14 ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν vel εἰς τὴν ζωήν. (Ioseph. ant. 8, 7. 4 ὁδοὺς τὰς ἀγούσας εἰς Ἱεροσόλυμα. Philo de vict. p. 841 A. ἐκτραπόμενοι τῆς ἐπ' ἀρετὴν ἀγούσης ὁδοῦ. — Ἀπάγειν εἰς, Ps. 60, 9. 1 Reg. 1, 38. Ioseph. ant. 4, 6. 10 εἰς μετάνοιαν ἀπάγειν τινά.) — 2) Ἀπάγομαι intransitive: me abduco, *abeo*, *aberro*, 1 Cor. 12, 2 πρὸς τὰ εἴδωλα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι, ad idolorum cultum aberrantes. (ἀπάγ. πρός τινα, 2 Reg. 11, 4 pro הֵבִיא. ibid. 6, 19.) *.

Ἀπαίδευτος, ον, (ex ἀ priv. et παιδεύω) 1) disciplina (παιδείᾳ) non usus, rudis, indoctus, et de eo cuius intellectus et de eo cuius mores non sunt exculti (Prov. 17, 21. Sir. 8, 4. Ioseph. ant. 2, 13. 3), quare et *insipientem*, *stolidum*, Prov. 8, 5. (כְּסִיל) 15, 14. et *rudem moribus* Prov. 5, 23. Sir. 6, 20 indicat. Semel 2 Tim. 2, 23 ἀπαιδεύτους ζητήσεις, insulsas, stolidas quaestiones mitte.

Ἀπαίρω, aor. 1. pass. ἀπήρθην, (ex ἀπό et αἴρω) LXX potissimum pro נָסַע, transitive: *aufero*; intransitive et in medio: *abeo*, *discedo*. Posteriori modo activum apud LXX interpretes saepissime, ut Gen. 12, 9. 13, 11. 26, 22. Num. 21, 12. — In N. T. ter in locutione: ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, Matth. 9, 15. Marc. 2, 20. Luc. 5, 35 *quando ablatus fuerit.*

Ἀπαιτέω, ῶ, (ex ἀπό et αἰτέω) *repeto*, *quod meum est*, *exigo debitum*, (Deut. 15, 2. 3. [נָגַשׂ] Sir. 20, 15 σήμερον δανειεῖ καὶ αὔριον ἀπαιτήσει.) bis: Luc. 6, 30 μὴ ἀπαίτει noli repetere, quod pauper necessitate ductus tibi abstulit. Luc. 12, 20 ἀπαιτοῦσιν τὴν ψυχήν σου ἀπὸ σοῦ, repetetur a te anima i. e. vita, quae hic cum ornamento ad tempus a Deo concesso comparatur, ut Sap. 15, 8. (Ioseph. ant. 12, 4. 5. ibid. 3, 2. 1.)

Ἀπαλγέω, ῶ, perf. ἀπήλγηκα, (ex ἀπό et ἀλγέω doleo) Graecis est 1) dedoleo, dolorem vinco; — 2) occallesco, *torpeo*, *sensum exuo*, gefühllos seyn. (Heliodor. 5. p. 213 ἀπαλγοῦντες πρὸς τὴν τύχην.) Sic semel Eph. 4, 19 ubi est: sensum honesti et decori exuere. Hesych. ἀπηλγηκότες· μηκέτι θέλοντες πονεῖν, ἀναίσθητοι γενόμενοι, ἀποκαμόντες.

Ἀπαλλάσσω, f. άξω, (ex ἀπό et ἀλλάττω) 1) *removeo*, τὶ ἀπό τινος, removere aliquid ab aliquo, (LXX pro הֵסִיר, Iob. 9, 34 ἀπαλλαξάτω ἀπ' ἐμοῦ τὴν ῥάβδον. ib. 27, 5. 34, 5. Ier. 32, 31 ἀπαλλάξαι αὐτὴν ἀπὸ προσώπου μου.) — Medium: *removeo me*, *discedo*, Act. 19, 12 ὥστε καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους, ita ut morbi ab iis discederent. (Exod. 19, 22 μήποτε ἀπαλλάξῃ ἀπ' αὐτῶν κύριος.) — 2) *liberum dimitto*, *absolvo*, Hebr. 2, 15 ἀπαλλάξῃ τούτους, liberos dimittat; dicitur enim etiam de manumissione. (Philo de septen. p. 1182 E. εἰ μὴ [δοῦλος] πένης ὢν ἀπαλλάττοιτο τῆς οἰκίας. Id. de special. leg. p. 793 D. ἀπηλλάχθω τῆς ἐπὶ τῷ θανάτῳ τιμωρίας.) Luc. 12, 58 δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, cura, ut *liber ab eo dimit-*

taris, i. e. ut liberum te dimittat. (Ἀπαλλάσσεσθαί τινος, liberari ab aliqua re, Sap. 12, 2. 20. Ioseph. ant. 2, 3. 3 μιάσματος. ibid. 5, 2. 8 πραγμάτων.) *.

Ἀπαλλοτριόω, ῶ, (ex ἀπό et ἀλλοτριόω alieno) proprie ἀλλότριον ποιέω, abalieno, alienum reddo, (entfremden), Ps. 69, 8. Ioseph. ant. 7, 9. 2 τὴν διάνοιαν πρός τινα. — cum accusativo personae et genitivo rei: *destituo aliquem aliqua re, privo*, Eph. 2, 12 ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας, destituti iure civitatis Israeliticae. c. 4, 18 ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ, destituti vita in Deo, i. e. vera pietate, vel spe adipiscendae olim vitae apud Deum. (Sir. 11, 34. Ioseph. ant. 4, 1. 1 ἀπαλλοτριωθησόμενοι τοῦ πλήθους.) — Med. *me abalieno, desero*; ad Deum ubi refertur, *animum averto*; Coloss. 1, 21 ἀπηλλοτριωμένοι καὶ ἐχθροί, a Deo aversi et (propter peccatum) Deo infensi. Sic Ps. 58, 4. Ezech. 14, 7 ubi in textu hebr. נָזֹר *recessit*. 3 Macc. 1, 3 τῶν πατρίων δογμάτων ἀπηλλοτριώμενος. *.

Ἁπαλός, ή, όν, mollis tactu, tactui non resistens; *tener, mollis*; (de animantibus tenerae aetatis Gen. 18, 7. 1 Chron. 29, 1. de terra: mollis, tactui facile cedens Sap. 15, 7.) de ramis Matth. 24, 32. Marc. 13, 28 *tener*, quod deinde est *recens*, quia κλάδοι recentes tenerrimi esse solent. (Aquila Levit. 2, 14 ἁπαλὰ λάχανα olera recentia, quod LXX verterunt νέα πεφρυγμένα. LXX Ezech. 17, 4 יְנִיקוֹת *rami teneri* per ἁπαλότης verterunt.) *.

Ἀπαντάω, ῶ, fut. ήσω, [Marc. 14, 13] (meliores scriptores ἀπαντήσομαι) (ex ἀπό et ἀντάω, occurro) *obviam eo, occurro*, sive consilio Matth. 28, 9. Io. 4, 51. Act. 16, 16. sive casu Marc. 5, 2. 14, 13. Luc. 17, 12. LXX pro פָּגַע, Iud. 8, 21 ubi Vatic. συνάντησον, reliqui ἀπάντησον. 1 Sam. 10, 5. — *hostiliter obviam eo, proelio occurro*, Luc. 14, 31. (1 Sam. 22, 17. 2 Sam. 1, 15.) *.

Ἀπάντησις, εως, ἡ, (ab ἀπαντάω) *occursus*. *Εἰς ἀπάντησιν, obviam*; quater: Matth. 25, 1. 6. Act. 28, 15. 1 Thess. 4, 17. (apud LXX respondet hebr. אֶל־פְּנֵיר 2 Chron. 19, 2. לִקְרַאת Iud. 4, 18. 22 ubi text. Vat. συνάντησιν, Alex. ἀπάντησιν. Ier. 41, 6. 51, 31. לִפְנֵי 1 Chron. 12, 17.)

Ἅπαξ, adv. numeri, 1) *semel, una vice*, 2 Cor. 11, 25. Hebr. 9, 7. 26. 27. 28. 12, 26. 27. 1 Petr. 3, 18. [20.] (Exod. 30, 10. Levit. 16, 34.) — ἅπαξ καὶ δίς, semel et bis, i. e. *saepius, iterata vice*, Phil. 4, 16. 1 Thess. 2, 18. (Neh. 13, 20. 1 Macc. 3, 30.) — 2) semel, ita, ut indicetur, altera vice non opus esse, *semel pro semper, perfecte, satis*, Hebr. 6, 4. 10, 2. Iud. v. 3. 5. (Ps. 62, 11. 89, 35. Ioseph. ant. 5, 3. 2.)

Ἀπαράβατος, ον, (ex ἀ priv. et παραβαίνω, vel poëtico παράβατος, qui transgredi potest) non nisi apud seriores scriptores legitur (*Lobeck*. ad Phrynich. p. 313); 1) active: terminos non excedens, legem non transgrediens, Ioseph. ant. 18, 8. 2 ἀπαράβατοι, legem non transgressi. Id. c. Apion. 2, 41 εὐσεβείας ἀπαραβάτου, i. e. quae legem religiose observat. — 2) passive, quod violare non licet, *inviolabilis*, Iust. Mart. ad orthod. respons. 27 ἐφύλαξε τὸν ὅρκον ἀπαράβατον. Plutarch. de fat. 1 λόγος θεῖος ἀπαράβατος. — In N. T. semel, Hebr. 7, 24 ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην, *nunquam transiens* in alium, i. e. *perpetuum* sacerdotium.

Ἀπαρασκεύαστος, ον, (ex ἀ priv. et παρασκευάζω) *imparatus*. Semel 2 Cor. 9, 4. coll. v. 3. (Xenoph. cyrop. 2, 4. 15. Ioseph. ant. 4, 8. 41 ἀπαρασκεύαστοι τοῖς καιροῖς.)

Ἀπαρνέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, (ex ἀπό et ἀρνέομαι) *recuso, renuntio, abnego*; (*Sturzius* de dial. Maced. verbis dialect. Alexandr. adnumerat.) — Ἀπαρνέομαί τινα in N. T. a) *abnegare Christum*, de Petro legitur Matth. 26, 34. 35. 75. Marc. 14, 30. 31. 72. Luc. 22, 61. Io. 13, 38 ubi est, ut Luc. 22, 34 plenius legitur, ἀπαρν. μὴ εἰδέναι τὸν Ἰησοῦν, negare, se Iesum nosse, eius esse asseclam. — b) ἀπαρ. ἑαυτόν, *se ipsum abnegare*, Matth. 16, 24. Marc. 8, 34. [Luc. 9, 23 ubi *Griesb.* ἀρνησάσθω] i. e. animo non indulgere, desideriis animi, commodis suis renuntiare. (Ies. 31, 7 ἀπαρνηθήσονται [Vatic. ἀπαρνήσονται] οἱ ἄνθρωποι τὰ χειροποίητα, pro מָאַס. Diod. Sic. 5, 24 τὸν γάμον ἀπαρν.) — c) ἀπαρνηθήσομαι, passive (vid. Grammaticos, *Rostium* p. 425. *Matth.* §. 495), Luc. 12, 9 ἀπαρνηθήσεται, abnegabitur, repudiabitur a Christo. **.

Ἀπάρτι, tanquam unum verbum scriptum, adv. *ab hoc tempore*; semel Apoc. 14, 13 ἀπάρτι, i. e. ab hoc tempore, quo Dei cultores (v. 1—5) per mortem vexationibus erepti (v. 13), nunc, a mortis suae tempore, felicitate summa fruuntur in coelis. Sensus non mutatur si vel antecedentibus, vel, ut in multis codd., sequentibus iungitur. Ἀπ' ἄρτι vid. sub Ἄρτι.

Ἀπαρτισμός, οῦ, ὁ, (ab ἀπαρτίζω, perficio, quod verbum seriorum est scriptorum, ut Ioseph. ant. 3, 6. 7. Aristot. polit. 5, 8. vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 447) *perfectio, operis absolutio*; semel Luc. 14, 28 εἰ ἔχει (τὰ δέοντα s. χρήματα) εἰς ἀπαρτισμόν, an satis pecuniae habeat ad aedes perficiendas. (Teste *Schneidero* [lex. graec.] apud Dion. Halic. de comp. 24 legitur. Ἀπάρτισμα, consummatio, legitur in Symmachi reliq. 1 Reg. 7, 9. Ignat. ad Philadelph. §. 9 τὸ εὐαγγέλιον ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας.)

Ἀπαρχή, ῆς, ἡ, (ab ἀπάρχομαι, primitias offero, 2 Chron. 30, 24. 35, 7. 9.) 1) oblatio primitiarum; — *primitiae* ipsae, hebr. רֵאשִׁית Exod. 23, 19. Levit. 23, 10. Philo de legat. ad Cai. p. 1014. Ioseph. ant. 4, 8. 19. — Rom. 11, 16 ubi vertendum est: si primitiae frugum Deo sacrae et acceptae sunt, etiam massa s. farina ex istis primitiis subacta Deo est sacra et accepta. — Tropice Rom. 8, 3 καὶ αὐτοί, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, ii quoque ipsi, qui primitias Spiritus S. habent, i. e. qui (ut Petrus, Ioannes aliique) primi (ante Paulum et alios) donis spiritus sancti ornati sunt. (Sir. 32, 8 μὴ σμικρύνῃς ἀπαρχὴν χειρῶν σου, noli minuere primitias, quas manu tua offers.) — 2) *primus, der Erstling*, ita ut sit idem quod πρῶτος. 1 Cor. 15, 20 Christus ἐγήγερται ἀπαρχή (haec enim sunt iungenda), primus resuscitatus est scil. ad vitam *coelestem*, et ib. v. 23 ἀπαρχὴ Χριστός, ἔπειτα, primus Christus, deinde etc. Hesych. ἀπαρχὴ Χριστός· πρῶτος Χριστός. Rom. 16, 5. 1 Cor. 16, 15 et Iac. 1, 18 intelligendi sunt, qui *primi* ad societatem Christi accesserant. — Eodem modo Apoc. 14, 4 οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀπαρχὴ τῷ θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ, primi, tanquam Deo devoti, selecti sunt ex hominibus ut cum Deo et Christo essent in coelis. — (LXX pro תְּרוּמָה, Exod. 25, 2. 3. Ezech. 20, 40. Hesych. ἀπαρχή· προσφορά.) *.

Ἅπας, ασα, αν, (ex ἅμα et πᾶς) omnino *omnis iunctim; totus, omnes simul*, ut Latinor. *omnis*, vario modo dicitur a) *omnis, omnes* sensu strictiori, vel absolute de numero indefinito, Luc. 17, 27. 29. Matth. 24, 30. coll. Ps. 22, 28. (כֹּל), vel relative de numero circumscripto, Matth. 6, 32. Luc. 3, 16. 5, 26. 9, 15. ἅπαντα, omnia, omnis apparatus Act. 11, 10. — b) *omnes* sensu laxiori, ut intelligendi sint *permulti*, Marc. 8, 25. 11, 32. Luc. 3, 21. 8, 37. 19, 48. ἅπαντα Eph. 6, 13. — c) de rebus: *omnis, totus, universus*, ἅπαντα τὰ γενόμενα, Matth. 28, 11. — Marc. 16, 15 τὸν κόσμον ἅπαντα, omnes quascunque terras; Luc. 4, 6 τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν, qualecunque, omne imperium; Luc. 21, 4 ἅπας ὁ βίος, quodcunque habet ad vitam sustentandam. (Ier. 18, 23 ἅπασα ἡ βουλή, quodcunque consilium.) — ἅπαντα vel absolute: *omnia, tota* s. *omnis res*, Act. 10, 8. vel *omnes opes, omnia sua*, Luc. 5, 11. 28. 15, 13. Act. 2, 44. 4, 32.

Ἀπατάω, ῶ, abduco a recta via; *seduco, decipio, fallo*, Eph. 5, 6. 1 Tim. 2, 14. Iac. 1, 26 ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, se ipse fallens i. e. se in vanam de mentis pietate opinionem inducens. (LXX pro הֵסִית 2 Reg. 18, 32. הִשִּׁיא Gen. 3, 13. Ies. 37, 10. פִּתָּה Exod. 22, 15. Iob. 31, 27.) *.

Ἀπάτη, ης, ἡ, (ab ἀπατάω) propr. abducere a recta via; 1) *seducere ad vitia, corruptio*; ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, corruptio morum per divitias effecta, Matth. 13, 22. Marc 4, 19. (Iudith. 16, 8 et ἀπάτησις Iudith. 10, 4.) Potest vero etiam esse *illecebrae, deliciae*, (ut Phil. quod omn. prob. lib. p. 875 C. ὄψεως ἀπάτη, oculorum deliciae. Moeris Attic. ἀπάτη· ἡ πλάνη, παρ' ἀττικοῖς· ἀπάτη δὲ ἡ τέρψις παρ' ἑλληνικοῖς.) Eph. 4, 22 ἐπιθυμίαι τῆς ἀπάτης, cupiditates, quae hominem decipere, corrumpere solent. — Ex adiuncto: *flagitia*, quorum deliciis decipitur aliquis, 2 Petr. 2, 13 de quo loco vid. Ἐντρυφάω. — 2) *fraus, mendacium*, Col. 2, 8 κενὴ ἀπάτη, vana mendacia, i. e. opiniones falsae et fallaces. 2 Thess. 2, 10 ἀπάτη τῆς ἀδικ. fraudes (i. e. miracula fraudulenta, ut Ioseph. ant. 2, 13. 3) improborum ho-

nimum. Hebr. 3, 13 ἀπάτη τῆς ἁμαρτίας, fraudibus peccati. (Iudith. 9, 10. 13. Ioseph. ant. 2, 14. 3.) **.

Ἀπάτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et πατήρ) *patre carens*, eadem significationis varietate ut ἀμήτωρ. Semel Hebr. 7, 3 de quo loco vid. Ἀμήτωρ.

Ἀπαύγασμα, ατος, τό, (ab ἀπαυγάζω, splendorem repercutio) proprie splendor repercussus, maxime de splendore solis. Hesych. ἀπαύγασμα· ἡλίου φέγγος. Quum Iudaei, et Orientales maxime, Deum cogitarent lumen purissimum (Ezech. 1, 26—28. Sap. 7, 26. coll. 1 Tim. 6, 16. Act. Thom. §. 35 ἀπαύγασμα τοῦ φωτὸς αὐτοῦ, Dei), ἀπαύγασμα ad Deum relatum Iudaeis graece loquentibus est i. q. ἀπόῤῥοια, *eine Ausstrahlung*, radius effulgens luminis divini, quo sensu legitur Sap. 7, 26. Athenag. apol. p. 10 τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀπόῤῥοιαν εἶναι φαμὲν τοῦ θεοῦ, ἀποῤῥέον καὶ ἐπαναφερόμενον, ὡς ἀκτῖνα ἡλίου. Philo (de somniis I, p. 576 D. E., de nom. mutat. p. 1045 A., de mundi opific. p. 6, de Cherubim p. 124 D.) Deum itaque appellat τὸ πρῶτον φῶς, πηγὴν καὶ ἀρχέτυπον παντὸς ἑτέρου φωτός, et ἀρχέτυπον αὐγήν, cuius ἀπαύγασμα sint et divinus λόγος, et vero etiam spiritus hominum (coll. de vita Mos. I, p. 612 ed. *Mang.*) Est vero etiam Philoni *imago rei perfecta*, alteram rem, cuius est imago, exacte referens, quare coniunxit cum vocab. εἰκών, χαρακτήρ, ἐκμαγεῖον, ut sanctuarium appellat, quasi ἁγίων ἀπαύγασμα, μίμημα ἀρχετύπου (de plant. Noë p. 221 C. Vid. plura in *Carpzovii* sacris exercitatt. in ep. ad Hebr. e Philone Al. p. 13 sq.). Tatian. orat. ad graec. p. 154 οἱ δαίμονες τῆς ὕλης καὶ τῆς πονηρίας εἰσὶν ἀπαυγάσματα. In N. T. semel Hebr. 1, 3 ubi Dei filius dicitur ἀπαύγ. τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, quod vel esse potest: natura e Dei essentia, lumine (δόξῃ), progressa, igitur natura divina, vel: natura, Dei perfectiones exacte referens, imago Dei perfectissima, i. q. εἰκὼν τοῦ θεοῦ Coloss. 1, 15. (Orig. c. Cels. 5, 10 σοφία, ἥτις ἐστὶν ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου.) **.

Ἀπεῖδον, aor. 2. act., coni. ἀπίδω, supplet aor. 2. verbi ἀφοράω (ex ἀπό et stirpe εἴδω) 1) oculos a re averto, ut aliud intuear; intueor, ich blicke hin, propr. εἴς τι, Act. Thom. §. 51. tropice: rationem habeo, respicio ad aliquid, seq. πρός τι, Ioseph. ant. 2, 6. 1. ib. 5, 1. 26. 4 Macc. 17, 23 πρὸς τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν ὁ τύραννος ἀπιδών. Dio Cass. p. 396 ed. *Reim.* πρὸς τὰ παρόντα ἀπιδόντες. et ib. p. 1052.) — 2) ut nostrum *absehen, perspicio*, seq. accus. rei; Phil. 2, 23 ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμέ, quam primum clare perspexerim res meas. (Ion. 4, 5 pro רָאָה, ἕως οὗ ἀπίδῃ, τί ἔσται τῇ πόλει.) **.

Ἀπείθεια, ας, ἡ, (ab ἀπειθής) vitium hominis ἀπειθοῦς, i. e. qui sibi persuaderi non patitur, et fidem atque obsequium denegat; *contumacia, pertinax inobedientia*; — in N. T. (in Veteri enim non legitur) non nisi de iis, qui verum Deum agnoscere eique obedire nolunt, Rom. 11, 30. 32. Hebr. 4, 6. 11. (Ioseph. ant. 3, 15. 2. Clemens Alex. protrept. 11. p. 86, 26 ed. Pott.) — υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, increduli, de ethnicis, Eph. 2, 2. 5, 6. Col. 3, 6. *.

Ἀπειθέω, ῶ, aor. 1. ἠπείθησα, (ab ἀπειθής) — LXX potissimum pro מָרָה, סָרַר, etiam pro מָאַן — ἀπειθής sum, *mihi persuaderi non patior*, et dicitur cum de iis, qui dictis *fidem prorsus denegant*, tum de iis, qui dicto *prorsus non obediunt*. In N. T. non nisi de iis, qui vel Deo non obediunt, vel Christo fidem denegant. — a) absolute de fidem denegantibus Christo, Act. 14, 2. [17, 5.] 19, 9. Rom. 11, 31. 15, 31. 1 Petr. 2, 7. — de immorigeris Deo, Rom. 10, 21. (Ies. 65, 2.) Hebr. 3. 18. 1 Petr. 3, 20. (Deut. 9, 7. Ies. 50, 5. 63, 10. Hos. 9, 15. — b) sequente dativo vel rei vel personae, τῷ υἱῷ Io. 3, 36. τῷ θεῷ Rom. 11, 30. (Num. 14, 43 κυρίῳ) — τῇ ἀληθείᾳ Rom. 2, 8. τῷ λόγῳ 1 Petr. 2, 8. 3, 1. τῷ εὐαγγελίῳ ibid. 4, 17. (Deut. 1, 26. 9, 23. 32, 51.) — ἀπειθήσαντες, Deum non colentes, *ethnici*, Hebr. 11, 31. (LXX ἀπειθῶν Ies. 66, 14 pro אֹיֵב. Sir. 47, 21 βασιλεία ἀπειθής, regnum idololatriam fovens. cf. Ἀπείθεια.) *.

Ἀπειθής, ἐς, genit. οῦς, (ex ἀ priv. et πείθομαι) *is, qui sibi persuaderi non patitur, ut faciat aliquid, fidem obedientiamque denegans, immoriger*, Luc. 1, 17 ἀπειθεῖς intellige ἐπιστρέψαι, immorigeros revocabit ad prudentiam et obsequium. Tit. 1, 16. 3, 3. — seq. dativo vel rei, vel personae, Act. 26, 19. Rom. 1, 30. 2 Tim. 3, 2. — (LXX pro מֹרֶה Num. 20, 10. Ier. 5, 23. מְרִי Ies. 30, 9. vid. etiam Zach. 7, 12. Deut. 21, 18. Sir. 16, 6. 47, 41.) **.

Ἀπειλέω, ῶ, 1) minor, (τινί, Gen. 27, 42. Ies. 66, 14.) — *minis concutio aliquem*, (ἀπειληθῆναι, de Deo, Num. 23, 19. Iudith. 8, 16.) — seq. μή, *minis deterreo, ne*, Act. 4, 17 ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς μηκέτι λαλεῖν, minis severis deterreamus eos etc. (Ioseph. ant. 5, 2. 8 ἠπείλουν ἀποκτείνειν.) — 2) *increpo, indignor*, 1 Petr. 2, 23 πάσχων οὐκ ἠπείλει. (Nah. 1, 4. Ies. 66, 14. Sir. 19, 17 ἔλεγξον τὸν πλησίον σου πριν ἢ ἀπειλῆσαι.) **.

Ἀπειλή, ῆς, ἡ, (ab ἀπειλέω) 1) *minae*, Act. 4, 17. 29. 9, 1. (Ioseph. ant. 8, 13. 8.) — 2) *increpatio*, Eph. 6, 9. coll. Prov. 19, 12. (זַעַף indignatio) Prov. 13, 8. 17, 10. (גְּעָרָה increpatio, obiurgatio, Prov. 20, 2. Ies. 54, 9. Hab. 3, 12.) **.

Ἄπειμι, (ex ἀπό et εἰμί, sum) *absum*. 1 Cor. 5, 3. 2 Cor. 10, 1. 11. 13, 2. 10. Phil. 1, 27. Coloss. 2, 5. (Prov. 25, 10. Sap. 9, 6.) *.

Ἄπειμι, tert. plur. imperf. ἀπήεσαν, (ex ἀπό et εἶμι, vado, eo) *abeo, discedo*. Semel Act. 17, 10. (Ioseph. ant. 1, 2. 1. ib. 4, 6. 6.)

Ἀπειπεῖν, aor. 1. med. ἀπειπάμην [*Winer*. Gramm. p. 45] (ex ἀπό et εἰπεῖν) 1) interdico, 1 Reg. 11, 2. Ioseph. ant. 3, 12. 1. — recuso, Zach. 11, 12. — 2) med. *abdico me, avertor, respuo*; semel 2 Cor. 4, 2 ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. (Iob. 6, 14. coll. Sap. 11, 14. Herodot. 6, 10 οὐκ ἀπείπαντο τὴν ἐπικουρίην. Ἄμασις ἀπείπατο Πολυκράτην. Plutarch. Coriol. 8. Dio Cass. p. 605 ed. *Reim.* τὴν τῆς Ὀκταουίας συνοίκησιν ἀπεῖπε.)

Ἀπείραστος, ον, (ex ἀ priv. et πειράζω, pro quo meliores scriptores dicunt πειράω et ἀπείρατος) *qui periculum alicuius rei nunquam fecit, non expertus, intentatus*; semel Iac. 1, 13 ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν i. e. malum non experitur, i. q. ἀπειρόκακός ἐστι, [Thucyd. 5, 105 μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον.] malum, peccatum non patitur s. experitur. (Ioseph. de bell. 5, 9. 3 οὐκ ἀπείραστόν ἐστιν αὐτοῖς, iam expertum habent. Id. de bell. 7, 8. 1 μηδ' ἔργον ἀπείραστον εἰς ὄλεθρον παραλείποντες.) — Alii Iac. l. l. passive accipiunt: non tentatur, non sollicitatur a malo, ad malum impelli nequit, ut legi videtur apud Ignat. epist. ad Philipp. τί πειράζεις τὸν ἀπείραστον (intellige: Deum)? Constit. apost. 1, 8 λέγει ἡ γραφή· ἀνὴρ ἀδόκιμος ἀπείραστος παρὰ θεῷ, improbus a Deo ad improbitatem non excitatur. Vid. quae Winerus de loco Iacobi scripsit in gramm. p. 179.

Ἄπειρος, ον, (ex ἀ priv. et πεῖρα, distinguendum ab ἄπειρος, immensus, infinitus, a πεῖρας s. πέρας, finis) *imperitus, ignarus rei*, seq. genit., Hebr. 5, 13 ἄπειρος λόγου, ignarus doctrinae. (Zach. 11, 15. 1 Sam. 17, 39. Ioseph. ant. 7, 14. 1 τῶν τοιούτων ἄπειρος. ib. 5, 1. 29. — γῆ ἄπειρος terra inculta, desertum, Ier. 2, 6. — ἀπειρότατος, qui nil omnino scit, Sap. 13, 18.) **.

Ἀπεκδέχομαι, imperf. ἀπεξεδεχόμην [1 Petr. 3, 20] — (ex ἀπό et ἐκδέχομαι) proprie: expecto aliquid cum desiderio usque dum veniat (ἀπό in significatione absolvendi), i. e. *expecto constanter et cum desiderio*; de desiderio futurae salutis a Christo venturo expectandae, Rom. 8, 19. 23. 25. 1 Cor. 1, 7. Gal. 5, 5. Phil. 3, 20. Hebr. 9, 28. — 1 Petr. 3, 20 ubi Griesb. pro ἅπαξ ἐξεδέχετο restituit ἀπεξεδέχετο, ubi significare videtur: cum desiderio expectare an aliquid eventurum sit, videlicet, an homines se sint emendaturi. *.

Ἀπεκδύομαι, part. aor. 1. ἀπεκδυσάμενος, (ex ἀπό et ἐκδύομαι) *prorsus exuo*, veluti arma, vestem. Sic tropice Coloss. 3, 9 exuentes veterem hominem, i. e. prorsus deponentes pristinam vitiositatem. (Ioseph. ant. 6, 14. 2 ἀπεκδὺς τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα. Conf. Philo de nomin. mutat. p. 1081 B. ἐκδυόμενοι τὰ ἁμαρτήματα.) — Ibid. 2, 15 ἀπεκδυσάμενοι τὰς ἀρχάς, arma eripientes potestatibus, i. e. potestate sua exuentes hostes, ut etiam Latini verbo *exuere* pro *privare* uti solent.

Ἀπέκδυσις, εως, ἡ, (ab ἀπεκδύομαι) *actus exuendi, deponendi*, v. c. vestem, arma. Semel Coloss. 2, 11 tropice: ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκός. in depositione i. e. eo, quod corpus i. e. ἄνθρωπον σαρκικὸν exuistis, deposuistis. Vid. c. 3, 9.

Ἀπελαύνω, pro inusitato ἀπελάω, aor. 1. ἀπήλασα,

(ex ἀπό et ἐλαύνω) *abigo, abduco.* Semel Act. 18, 16 ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος. (Ezech. 34, 12. Sap. 17, 8.)

Ἀπελεγμός, οῦ, ὁ, (ab ἀπελέγχω, redarguo, refello, convinco) *refutatio, convictio.* Semel Act. 19, 27 εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν i. e. ἀπελέγχεσθαι confutari, succumbere, contemni. Potest itaque etiam verti *contemtus,* quoniam iis, qui erroris convincuntur, erubescendum est. (Apud profanos non legitur.)

Ἀπελεύθερος, ον, (ex ἀπό et ἐλεύθερος) *manumissus, libertus, libertate donatus.* Semel 1 Cor. 7, 22 ἀπελεύθερος κυρίου, libertus domini i. e. redemtus est a domino ex servitute morali. cf. v. 23. (Ioseph. ant. 7, 11. 2 Σιβὰς ἀπελεύθερος Σαύλου.)

Ἀπελλῆς, οῦ, ὁ, *Apelles,* nomen propr. viri Rom. 16, 13 commemorati, caeterum ignoti.

Ἀπελπίζω, (ex ἀπό et ἐλπίζω) *spem abiicio, spem non habeo.* Vario modo dicitur et de quacunque spe, vid. Ies. 29, 19. Iudith. 9, 11. 2 Macc. 9, 18. Sir. 22, 21. 27, 21. — Semel in N. T. Luc. 6, 35 δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. *Schleusnerus* in lex. et ante illum *Krebs.* obss. p. 118 ἀπελπίζειν hic pro ἐλπίζειν ἀπό τινος, *sperare ab alio,* dici docent, quia sit optimorum scriptorum mos, ut brevitatis causa vocis omissae indicium faciant ope praepositionis, quae, cum sola poni nequeat, verbo adiungatur, ut ἀπεσθίειν (observante Athenaeo lib. 14. c. 17. p. 649 ed. *Casaubon.*) ponatur pro ἐσθίειν ἀπό τινος, ἀπαιτεῖν Euripidi et Theophrasto adhibeatur pro αἰτεῖν ἀπό τινος. Sed est: *nil dubitantes de retributione,* eius spem non abiicientes; sequuntur enim statim καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολύς. Sensus igitur est: si mutuum datis ei, qui reddere non potest (v. 34), tamen de remuneratione dubitandum vobis non est; nam Deus retribuet, si vel homines hoc non faciant. **.

Ἀπέναντι, (ex ἀπό et ἔναντι) LXX maxime pro לִפְנֵי, לְנֹכַח, נֶגֶד, — adv. 1) *in conspectu, coram,* a) proprie, Matth. 21, 2 εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν. 27, 24 ἀπέναντι τοῦ ὄχλου. Act. 3, 16. (Gen. 21, 16. Iud. 19, 10. Exod. 14, 2. Num. 7, 10. Ios. 3, 16.) — Matth. 27, 61 καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου. (Neh. 7, 3 ἀνὴρ ἀπέναντι οἰκίας αὐτοῦ. ibid. 13, 21.) — b) ex hebraismo, tropice de eo, *quod animo obversatur,* Rom. 3, 18 οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, quae e Ps. 36, 1 repetita sunt, ubi legitur לְנֶגֶד. — 2) de opposito: *adversus, contra;* non nisi apud nostros scriptores, Act. 17, 7 ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράττουσι. (LXX pro לִקְרַאת 2 Sam. 10, 17. Sir 37, 4 ἐν καιρῷ θλίψεως ἔσται ἀπέναντι.) *.

Ἀπέραντος, ον, (ex ἀ priv. et περαίνω, termino) *terminos non habens, immensus,* 3 Macc. 2, 9 ἀπέραντος γῆ. — De *numero,* qui finiri et definiri non potest, *infinitus,* Iob. 36, 26. (hebr. לֹא־חֵקֶר non est pervestigatio.) — Semel 1 Tim. 1, 4 γενεαλογίαι ἀπέρ. genealogiae infinitae, i. e. vel quae in infinitum producuntur, vel quarum pervestigatio finiri non potest; id est: quarum pervestigatio est inutilis. (Philo de conf. ling. p. 352 C. ἄμετρον καὶ ἀπέραντον διήγησιν. Id. de congr. quaer. erudit. gratia p. 431 E. ἐπ' ἀπεράντῳ καὶ ἀτηνύτῳ περιεργίᾳ.) **.

Ἀπερισπάστως, adv. (ex ἀ priv. et περισπάω) *sine cura, sine distractione;* Hesych. explicat ἀμερίμνως, ἀφροντίστως, ἡσυχῶς. Semel 1 Cor. 7, 35 ubi ἀπερισπ. est: ita, ut non distrahatur, non abstrahatur a rebus divinis cura rerum humanarum. Vid. v. 32—34. (Polyb. 2, 20. 10. Athenag. de resurr. p. 68.)

Ἀπερίτμητος, ον, (ex ἀ priv. et περιτέμνω) *non circumcisus, praeputiatus,* Gen. 17, 14. Exod. 12, 48. (עָרֵל), 2 Macc. 1, 51. Quum per circumcisionem homo ad Dei populum accederet et legi mosaicae cultuique veri Dei obstringeretur, Iudaei praeputium tropice auribus, menti tribuebant, ut indicarent hominis *pervicaciam* et *inobedientiam* erga Deum. Vid. Ier. 6, 10. 9, 25. Ezech. 44, 7. Sic semel in N. T. Act. 7, 51 *praeputiati,* i. e. pervicaces mente, auribus obdurati, qui audire et animum advertere nolunt.

Ἀπέρχομαι, f. ἀπελεύσομαι, aor. 2. ἀπῆλθον, perf. ἀπελήλυθα [Iac. 1, 24], plusquamperf. ἀπεληλύθειν [Io. 4, 8], (ex ἀπό et ἔρχομαι) LXX pro variis verbis eundi, potissimum pro יָלַךְ, שׁוּב, הָלַךְ, etiam pro בּוֹא — *abeo ex aliquo loco et me confero in alterum;* dicitur autem ita, ut mox notio abeundi, mox notio se conferendi pro potiori habenda sit, quare verti potest a) *abeo, discedo,* Matth. 8, 21. 13, 25. 28. 16, 4. 18, 30. Marc. 5, 20. 6, 28 et passim. — seq. ἀπό Marc. 5, 17. 24. Luc. 1, 38. 2, 15. 8, 37. — tropice ut Latinor. abire, *evanesco, removeor,* Marc. 1, 42 ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα. Luc. 5, 13. Apoc. 18, 14 ἡ ὀπώρα ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, tibi erepta est, i. q. ibid. ἀπώλετο ἀπὸ σοῦ. Apoc. 21, 1 ἡ πρώτη γῆ ἀπῆλθον [quod *Griesb.* restituit pro παρῆλθε]. ib. v. 4. (Cant. 2, 11 ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν.) — *praetereo, finior,* Apoc. 9, 12 ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν. ib. 11, 14. — b) *me confero, proficiscor,* Matth. 2, 22. 8, 19. — seq. εἰς, Matth. 8, 32 sq. 10, 5. 14, 15. 25, 46. Marc. 7, 30. Io. 4, 3. 8. 28. 10, 14 et passim. — seq. πρός, Matth. 14, 25. Marc. 3, 13. Apoc. 10, 9. et Io. 16, 7 ubi e versu 5. supplendum est πρὸς τὸν πατέρα. — De iis, qui navi abeunt, s. proficiscuntur, Matth. 8, 18. Marc. 6, 32. 8, 13. Io. 6, 1. 22. — De fama: *exeo, divulgor,* Matth. 4, 24. coll. 9, 26. — c) de ulterius progrediente ut adveniat: *advento, accedo,* Luc. 23, 33 ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον, cum ulterius progressi advenissent etc. Luc. 24, 24. (Gen. 42, 21 ἀπῆλθεν [בָּאָה] ἐφ' ὑμᾶς θλῖψις. 1 Reg. 19, 19.) — d) ex hebraismo: ἀπέρχομαι ὀπίσω τινός, (הָלַךְ אַחֲרֵי Deut. 4, 3. 1 Reg. 14, 8. Ier. 2, 8) *abeo ut sequar alium, sequor aliquem,* quod Iud. v. 7 ad mulieres, Marc. 1, 20. Io. 12, 19 et Luc. 17, 23 (ubi intellige ὀπίσω αὐτ.) ad doctorem refertur, quia doctores docere solebant obambulantes, discipulorum choro stipati. Semel Io. 6, 68 ἀπέρχ. πρός τινα. — e) *secedo,* Matth. 26, 36. Act. 4, 15. — f) de recedente, revertente: — *abeo et revertor,* Matth. 9, 7. Luc. 1, 23. (LXX pro שׁוּב Gen. 3, 19. 31, 13. Iob. 1, 15. Iob. 1, 21. Ios. 6, 14.) — ἀπέρ. ὀπίσω apud Ioannem: *pedem refero, retro cedo,* Io. 18, 6. — *domum revertor,* Io. 6, 66. vid. Ὀπίσω.

Ἀπέχω, (ex ἀπό et ἔχω) 1) *retineo, cohibeo,* Prov. 3, 27. Ies. 54, 14. In medio: *cohibeo me, abstineo,* vel cum genitivo rei, vel sequente praepos. ἀπό, Act. 15, 20. 29. 1 Thess. 4, 3. 5, 22. 1 Tim. 4, 3. 1 Petr. 2, 11 et saepissime apud LXX. (Iob. 1, 1. 8. Mal. 3, 6. Prov. 23, 4.) — 2) de loco, intransitive: *disto, absum;* μακρὰν ἀπέχων, Luc. 7, 6. 15, 20. — ἀπέχουσα, distans, Luc. 24, 13. (Ies. 55, 9. 2 Macc. 12, 29. 1 Macc. 8, 4. Ioseph. ant. 4, 6. 4.) — tropice de animo πόῤῥω ἀπέχοντι ἀπό τινος, aliquem non curante, non colente, Matth. 15, 8. Marc. 7, 6. Ies. 29, 13. — 3) ἀπέχω, *acceptum habeo, weghaben;* saepissime apud profanos, et in N. T. de μισθῷ Matth. 6, 2. 5. 16. et παράκλησιν Luc. 6, 24. (Ioseph. de bell. 1, 30. 6.) de homine Philem. v. 15. i. e. eius societate frui. — Ἀπέχω πάντα Phil. 4, 18: accepi omnia, iam habeo omnia. — (Gen. 43, 23. Num. 32, 19. Phavorin. ἀπέχω· ἀντὶ τοῦ ἀπολαμβάνω.) — 3) Apud seriores scriptores, sed rarius, ἀπέχει impersonaliter legitur: *sufficit, sat est;* semel Marc. 14, 41 ubi est: non amplius vestras vigilias expeto. Sic in carmine Anacreonti (sed perperam) tributo Anacr. 28, 33 ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν, satis est (non necesse est ut mihi puellae formam verbis pingas), nam conspicio illam. Vid. omnino quae *Fritzschius* in comment. ad Marc. p. 631—633 docte de h. l. disputavit. *.

Ἀπιστέω, ῶ, (ab ἄπιστος) propr. ἄπιστος sum, i. e. fidem non habeo, non praesto, i. e. 1) *fidem denego, persuaderi mihi non patior,* Act. 28, 24. Rom. 3, 3. (Sap. 1, 2. Ioseph. ant. 2, 4. 5.) — fidem differo, i. e. *dubito, diffido,* Marc. 16, 11. Luc. 24, 11. 41. (Sap. 12, 17.) — [despero, Sap. 18, 13. 2 Macc. 8, 13.] — 2) πιστόν me non praesto, *fidem datam fallo, perfidus sum,* Marc. 16, 16. 2 Tim. 2, 13. (Sap. 10, 7.) **.

Ἀπιστία, ας, ἡ, (ab ἄπιστος) 1) *defectus* sive *denegatio fidei.* Ad narrationes, doctrinam, personas, promissa refertur. Matth. 13, 58. 17, 20. Marc. 6, 6. 16, 14. 9, 24. Luc. 24, 11. 41. Act. 28, 24. Rom. 3, 3. 4, 20. 11, 20. 23. (Ioseph. ant. 2, 4. 3.) — Status ἀπιστίας, 1 Tim. 1, 13 ἐν ἀπιστίᾳ i. e. ἄπιστος ὤν, — quum Iesu Messiae fidem nondum dedissem. — 2) *perfidia,* ubi, quod fides data postulat, non facio, ergo *inobedientia,* Hebr. 3, 12 καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, i. e. καρδία πονηρὰν ἀπιστίας ἔχουσα. ibid v. 19. (Sap. 14, 25. 4 Macc. 1, 26. Polyb. 3, 99. 7. Phavorin. ἀπιστία· ἡ ἀσέβεια, καὶ ἡ ἀπείθεια.) *.

Ἄπιστος, ον, (ex ἀ priv. et πίστις) propr. qui sine fide est, i. e. 1) de rebus: quod credi non potest, *incredibile,* Act. 26, 8 ἄπιστόν ἐστι. (Xenoph. symp. 4, 49 ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν ἄπιστον. Ioseph. ant. 6, 10. 2 ἔργον ἄπιστον.)

— 2) de hominibus: *incredulus*, fidem *denegans*, Matth. 17, 17. Marc. 9, 19. Luc. 9, 41. Io. 20, 27. — fidem non *habens* — de homine Iesu fidem non habente, 2 Cor. 4, 4. — de *pagano*, Deum non colente, 1 Cor. 6, 6. 7, 12. 13. 15. 10, 27. 14, 22. 24. — adiuncta notione impietatis, 2 Cor. 6, 14 sq. 1 Tim. 5, 8. Tit. 1, 15. (Ies. 17, 10.) — 3) *fidem datam fallens, perfidus*, Luc. 12, 46. Apoc. 21, 8. (Xenoph. mem. 2, 6. 19.) **.

Ἁπλόος, οῦς, όη, ῆ, όον, οῦν, 1) propr. plicis carens, simplex; non compositus vel mixtus; 2) *integer, sanus, purus*; bis: Matth. 6, 22. Luc. 11, 34 de oculo sano, vitio non laborante, ac proinde clare vidente, vera intelligente.

Ἁπλότης, τητος, ἡ, (ab ἁπλόος) *simplicitas*; — a) universe, i. e. *candor animi, sinceritas, probitas*, 2 Cor. 1, 12 ἐν ἁπλότητι θεοῦ, in sinceritate Deo probata, (LXX pro תֹּם 2 Sam. 15, 11. Prov. 19, 1 ubi Compl. et cod. Aug. πτωχὸς πορευόμενος ἐν ἁπλότητι αὐτοῦ. Iob. 21, 23 verterunt ἁπλοσύνη. Ioseph. de bell. 5, 7. 4.) — ἐν ἁπλότητι καρδίας, sincero animo, Eph. 6, 5. Col. 3, 22. (LXX pro בְּיֹשֶׁר לְבָבִי 1 Chron. 29, 17. Sap. 1, 1. Test. XII patr. p. 624 ἐν ἁπλότητι ὀφθαλμῶν, i. e. sine invidia.) — b) ea sinceritas, quae fido animo praestanda praestat, *fidelitas, fidus animus*, 2 Cor. 11, 3 ἁπλότης εἰς Χριστόν. (1 Macc. 2, 37. 60 de fidelitate in observanda lege) *fidus amor*, quo aliis, ut decet, benefacimus, Rom. 12, 8. 2 Cor. 8, 2. 9, 11. 13 ἁπλότης τῆς κοινωνίας, fidus amor, quo coniuncti sunt christiani. (Ioseph. ant. 7, 13. 4.) **.

Ἁπλῶς, adv. (ab ἁπλόος) simpliciter, (2 Macc. 6, 6. Sap. 16, 27.) — *probo, sincero, fido animo*, Iac. 1, 5. (LXX Prov. 10, 9 pro בַּתֹּם.) **.

Ἀπό, praepos. cui genitivus iungitur; Latinor. *ab, ex*, nostrum *von, ab, aus*, LXX potissimum pro hebr. מִן, passim etiam pro לְ et בְּ praefixis, et aliis particulis. Omnis huius praepositionis potestas referenda est ad duas notiones primarias, alteram *separationis*, ubi est nostrum *von, weg, ab*, alteram *originis*, unde aliquid veniat, ubi respondet nostro *aus*. Quodsi vero quis dicat etiam in origine esse separationem aliquam a loco vel a causa cogitandam, non repugnaverim. Indicat igitur

I) *separationem*, et quidem 1) *actum separandi*, ubi dicitur a) de separatione *partis* a toto, indicatque *partem ex genere rerum*, quare τὸ ἀπό τινος saepius per adiectivum vertendum est; Luc. 5, 36 ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ, i. e. novum. Act. 2, 17. 18 ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, pro τὰ ἀπὸ τοῦ πν. dona spiritus mei. Act. 12, 1 τινὰς τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας i. e. quosdam christianorum. ib. 15, 5 τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρ., quidam Pharisaeorum. Act. 19, 12 ἐπιφέρεσθαί (τι) ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ, σουδάρια, aegrotis imponere quaedam eorum, quae cutem eius tegerant (etwas von seiner Leibesbedeckung), velut sudaria etc. Act. 27, 44 ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου, insidentes fragmentis navis. — De *materia, ex qua*, tanquam suo genere, aliquid constat; Matth. 3, 4 ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν. (hebr. מִן Gen. 2, 23. Hos. 13, 2. 3 Esdr. 8, 57 σκεύη ἀπὸ χρηστοῦ χαλκοῦ. Herodot. 7, 65 εἵματα ἀπὸ ξύλων πεποιημένα.) — Si de *ciborum generibus* sermo est, ubi apud Graecos elegantiores genitivus sine praepositione sequitur, ut Apoc. 2, 17 δώσω αὐτοῦ τοῦ μάννα (nam φαγεῖν ἀπό, quod in textu vulg. ante τοῦ μάννα legitur, Griesbachius reprobavit), nostri scriptores ἀπό praefigunt generi rerum, quibus vescendum est, ut respondeat articulo Gallorum partitivo (velut *du pain, du vin*), ut ἐσθίειν ἀπὸ τῶν ψιχίων, i. e. non omnia frustula, sed partem eorum comedere, Matth. 15, 27. Marc. 7, 28. Luc. 16, 21. — Marc. 6, 43 ἦραν — καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, piscium quoque fragmenta. (Marc. 7, 4 ἀπὸ ἀγορᾶς non cum ἐσθίουσι coniungendum, neque vertendum est: carnes in foro emtas. Vid. Ἀγορά.) Marc. 12, 2. Luc. 20, 10. 24, 42 ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος μέρος καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου. — πίνειν ἀπό Luc. 22, 18. — Io. 21, 10 ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων, pisces. — b) de *separatione rerum ullo modo coniunctarum: ab, ex, von, ab, weg*; α) cum variis *verbis separationem indicantibus*, Matth. 7, 4 ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ. 26, 39 παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον. 28, 2 ἀποκυλίζειν ἀπό. — Ἀποστρέφειν τινὰ ἀπό τινος, Act. 3, 26. 26, 18. Rom. 11, 26. 2 Tim. 4, 4. — Ἐπιστρέφεσθαι ἀπό τινος πρός τινα, 1 Thess. 1, 9. — Marc. 7, 17 εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ex populi turba discedens. 7, 33 ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου, seducens eum a turba. Luc. 5, 3 ἀπὸ τῆς γῆς (vom Lande ab) ἐπανάγειν. Matth. 25, 32 ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. Luc. 22, 41 ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν. — Αἴρειν, ἀφαιρεῖν ἀπό, Matth. 9, 15. 13, 12. Marc. 2, 20. Luc. 5, 35. 10, 42 et saepius. — Luc. 22, 45 ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς, surgens ex precibus, quas humi prostratus fecerat. Matth. 27, 21 τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο. Luc. 6, 13 ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα. (Evang. Nicod. ap. Birch. p. 85 ἐξελέξαντο ἀπὸ παντὸς Ἰσραὴλ ἑπτά.) Io. 18, 28 ἄγειν ἀπό τινος, abducere ab aliquo. Act. 15, 38 τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας, qui se seiunxerat ab iis vel egressus vel egressis e Pamphylia. Gal. 1, 6. Col. 1, 23. Apoc. 6, 4 λαμβάνειν ἀπό (*Griesb.* ἐκ). Apoc. 14, 3 ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς, v. 4 ἀπὸ ἀνθρώπων, erepti huic mundo et in coelum translati beneficio martyrii. Apoc. 18, 14 τὰ λαμπρὰ ἀπώλετο ἀπὸ σοῦ, erepta tibi sunt. 21, 4. Vid. etiam Ἀποχωρέω, Ἀφίστημι, Ἀποτάσσω, Ἀποπίπτω, Ἄφαντος, Ἀπολαμβάνω, Βάλλω, Ἐκδημέω, Καθαρίζω, Νοσφίζω, Παρέρχομαι, Συλλέγω, Ὑστερέω, Φεύγω, Χωρίζω ἀπό τινος. — β) cum verbis *absolvendi, liberandi, avertendi*, ubi ἀπό praefigitur rei removendae vel tollendae; Matth. 1, 24 διεγερθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου. — σώζειν τινὰ ἀπό τινος, Matth. 1, 21. Act. 2, 40. Rom. 5, 9. — θεραπεύεσθαι ἀπό τινος aliaque verba sanandi, Matth. 5, 29. Luc. 5, 15. 6, 18. 7, 21. 8, 2 sq. Marc. 5, 34. — φεύγειν ἀπό τινος, effugere aliquid, Matth. 3, 7. 23, 33. — δικαιοῦσθαι ἀπ. τ. absolvi ab aliqua re, Matth. 11, 19. Vid. Δικαιόω. Act. 13, 39. Rom. 6, 7. coll. Luc. 18, 3. — λύειν, Luc. 13, 15. 16. [Act. 22, 30.] 1 Cor. 7, 27. — Act. 16, 33 ἔλουσεν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν πληγῶν, vulnera eorum i. e. cruorem vulnerum lavando abstersit. Apoc. 1, 5 τῷ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. (Iustin. Mart. dial. c. Tryph. p. 231 βαπτίσθητε τὴν ψυχὴν ἀπὸ ὀργῆς καὶ ἀπὸ πλεονεξίας.) — Act. 8, 22 μετανοεῖν ἀπό τ. deserere vitium. Hebr. 6, 1. — Ἀθῷος, Καθαρὸς ἀ. τ. Matth. 27, 24. Act. 20, 26. — 1 Thess. 2, 17 ἀπορφανισθεὶς ἀφ' ὑμῶν, vobis, quasi filiis meis, orbatus. Vid. etiam Γίνομαι, Ἐλευθερόω, Ἀποθνήσκω, Καταπαύω, Καταργέω, Στέλλω, Φθείρω, Σαλεύω, Λυτρόω, Ῥαντίζω, Ἐνδυναμόω ἀπό τινος. (Ier. 44, 2 ἔρημοι ἀπὸ [מֵאֵין] ἐνοικούντων. ib. 26, 9 ἡ πόλις ἐρημωθήσεται ἀπὸ [מֵאֵין] κατοικούντων. ib. 34, 22.) — γ) cum verbis *cavendi, sibi prospiciendi, fugiendi*, ubi ἀπό nostro *vor* respondet, et praefigitur rei, de qua cavendum est; 1 Cor. 10, 14 φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλ. — Ἀπέχεσθαι ἀπό τινος, Act. 15, 20. 1 Thess. 4, 3. 5, 22. Προσέχειν ἀπό τ. Matth. 7, 15. 10, 17. Βλέπειν ἀπό τ. Marc. 8, 15. 12, 38. Φυλάσσεσθαι ἀπό τ. Luc. 12, 15. 2 Thess. 3, 3. Ἐκκλίνειν ἀ. τ. Rom. 16, 17. 1 Petr. 3, 11. Παύειν vid. Παύω. — δ) cum verbis *denegandi, privandi*, ubi ἀπό praefigitur ei, cui aliquid denegatur, ut κρύπτειν, παρακαλύπτειν τι ἀπό τινος, Matth. 11, 25. Luc. 9, 45. 10, 21. 19, 42. Col. 1, 26. Apoc. 6, 16. — Κωλύειν τι ἀ. τ. alicui aliquid denegare, Luc. 6, 29. 1 Io. 3, 17 κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, i. e. misericordiam erga eum in animo suo oppresserit. — Indicat ἀπό

2) *statum separationis*, separatum esse, den Zustand des Getrenntseins, et quidem a) *terminum a quo: ab, ex*, nostrum: *von, von an, seit*; ratione habita α) *ordinis*; Matth. 1, 17 ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυΐδ. Matth. 2, 16 ἀπὸ διετοῦς, a bimulis inde. Luc. 24, 27 ἀρξάμενος ἀπὸ Μωϋσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν. 1 Petr. 4, 17. Matth. 20, 8. Io. 8, 9 εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων. Act. 8, 10 πάντες, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Hebr. 8, 11. Iud. v. 14 ἕβδομος ἀπὸ Ἀδάμ. Matth. 23, 35 ἀπὸ τοῦ αἵματος (a caede) Ἄβελ ἕως τοῦ αἵματος Ζαχ. Luc. 11, 51. 2 Cor. 3, 18 ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, i. e. in maiorem indies gloriam. Saepius. — β) *loci*; Matth. 23, 24 ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. 24, 31 ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. 27, 51 ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω, a summo ad imum. Marc. 13, 27. Luc. 24, 47 ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. 1 Thess. 1, 8 ἀφ' ὑμῶν (i. e. a vestro coetu) ἐξήχηται ὁ λόγος. Saepius. — γ) *temporis: ab, inde ab, ex, post*; Matth. 11, 12 ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου. Matth. 9, 22 ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. Io. 11, 53. (Exod. 12, 15 pro בְּ.) Luc. 2, 36 ἀπὸ παρθενίας αὐτῆς, postquam desierat esse virgo. Luc. 8, 43 ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα. Act. 11, 19 ἀπὸ τῆς θλίψεως, inde a persecutione; nisi hic ἀπό est: occasione data. Vid. etiam Act. 3, 21. 23, 23. 2 Cor. 8, 10. 2 Tim. 3, 15 et passim. — Locutiones ἀπὸ τότε, ἀπ' ἄρτι, ἀπὸ τοῦ νῦν, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπ' ἀρχῆς vid. in Τότε, Ἄρτι, Νῦν, Καταβολή, Ἀρχή. — Ἀπό sequente ἄχρι Phil. 1, 5. seq. μέχρι Act. 10, 30. Rom. 5, 14. 15, 19.

— Ἀφ' ἧς (intellige ἡμέρας, quod additum legitur Exod. 10, 6. Deut. 9, 7. 24. Col. 1, 6. 9), *ex quo, seit*, Luc. 7, 45. Act. 24, 11. 2 Petr. 3, 4. (Ezech. 38, 8. 1 Macc. 1, 11. Xenoph. hist. gr. 4, 6. 6.) Ἀφ' οὗ (intellige χρόνου, ut plene legitur Xenoph. cyrop. 1, 2. 13) *ex quo*, Luc. 13, 25. 24, 21. Apoc. 16, 18. (1 Macc. 10, 29. 12, 22. Ioseph. ant. 4, 4. 6.) — Indicat

b) *distantiam localem: procul ab, ab;* 2 Thess. 1, 9 δίκην τίσουσιν ἀπὸ (procul remoti a) προσώπου τοῦ κυρίου καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Apoc. 12, 14 ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως, procul a serpente. (Xenoph. anab. 3, 3. 9.) Μακρὰν ἀπό, *procul ab*, vid. Μακράν. — Ἀπὸ μακρόθεν, *e longinquo*, vid. Μακρόθεν. Ἀπέχειν ἀπό vid. Ἀπέχω. — Seriores scriptores, Arrianus, Diodorus Sic., Appianus aliique, quorum loca multa congessit *Kypk.* T. I. p. 390 sq., ἀπό etiam praefigunt mensuris, ut indicent distantiam, a qua aliquid ducitur (Ioseph. ant. 5, 1. 4 βάλλων στρατόπεδον ἀπὸ δέκα σταδίων τῆς Ἱεριχοῦντος. ib. 18, 4. 2 ἐκλαβὼν τὴν ἀρχὴν ὅσον ἀπὸ διακοσίων σταδίων); quare εἶναι ἀπό vertendum est: *distare intervallo;* ter: Io. 11, 18 ἦν ἐγγὺς ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε. 21, 8 ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς ὡς ἀπο πηχῶν διακοσίων. Apoc. 14, 20 ἀπὸ σταδίων, i. e. in longitudinem stadiorum. (Ioseph. de bell. 1, 3. 5 τοῦτο [χωρίον] ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἐντεῦθεν ἐστίν.) Vid. de his locis *Winerí* Gramm. p. 513. — tropice de *distantia s. differentia auctoritatis*, meritorum; semel Gal. 2, 6 ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι οὐδέν μοι διαφέρει, non istis inferior sum, qui summi habentur. (Sir. 18, 10 ὡς σταγὼν ὕδατος ἀπὸ θαλάσσης, differt a mari.)

II) Altera notio primaria est *originis*, ad quaestionem *unde*, ubi potissimum est *ex*, nostrum *aus*, diciturque dupliciter 1) de *loco unde;* — 2) de *causa unde* s. *ex qua*. Indicat igitur

1) *locum unde* aliquis s. aliquid est, venit, oritur; a) proprio sensu: α) cum verbis *motum e loco* indicantibus; Matth. 3, 13 παραγίνεται ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, e Galilaea advenit. v. 16. Marc. 1, 10 ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ex aquis fluvii. Matth. 8, 11 ἀπὸ ἀνατολῶν ἥξουσι. v. 34. — Ἐξέρχεσθαι ἀπό τινος, vid. Ἐξέρχομαι. — Ἔρχεσθαι ἀπὸ τοῦ θεοῦ, e coelo, a Deo, Io. 3, 2. 13, 3. 16, 30. — Matth. 14, 2 ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν. 27, 69. 28, 7. ib. 14, 13 ἠκολούθησαν ἀπὸ τῶν πόλεων. 15, 22. 19, 1 μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. 24, 1 ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ. 28, 8. Marc. 16, 9 ἀφ' ἧς ἐβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. Act. 15, 38 ἀπὸ Παμφυλίας, decedens e Pamphylia. — *de, herab*, Matth. 15, 27 πίπτοντες ἀπὸ τῆς τραπέζης. Luc. 1, 52 καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων. — β) de *loco, urbe, genere, ex quo aliquis oriundus est*, Matth. 2, 1 μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν. 4, 25 ὄχλοι ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, turba Galilaeorum. Marc. 8, 11 σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Luc. 21, 11. 2 Thess. 1, 7. Io. 1, 45 ἦν ἀπὸ Βηθσαϊδά. 11, 1. Luc. 9, 38 ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου, vir e turba, quae convenerat. Luc. 19, 30. Act. 2, 5 ἄνδρες ἀπὸ παντὸς ἔθνους. Act. 11, 25 διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, ex regia terra. Act. 15, 19. 28, 21. Gal. 4, 24 μία (διαθήκη) ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, altera a monte Sinaitico repetenda. Hebr. 7, 13 et passim. — Hinc ὁ sive οἱ ἀπό τινος, *oriundi ex aliquo loco, gente, familia*, quae locutio periphrasin adiectivorum facit; Matth. 15, 1 οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς i. e. Hierosolymitani. Marc. 3, 22. Matth. 21, 11 ὁ προφήτης ὁ ἀπὸ Ναζαρέθ, Nazarethanus. ib. 27, 57. Io. 1, 46. 12, 21 Φιλίππῳ, τῷ ἀπὸ Βηθσαϊδά, Bethsaidano. 19, 38 ὁ ἀπὸ Ἀριμαθίας. 21, 2. Act. 6, 9 οἱ ἀπὸ Κιλικίας, 10, 23. 17, 13 οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, Itali. Hebr. 13, 24. (1 Macc. 11, 2. 14, 62. — Act. Thom. §. 41 Thomas daemonem alloquitur: ὦ ἀπὸ τοῦ διαβόλου! ὦ ἀπὸ τῆς πονηρίας!) — b) tropice, de *loco metaphorico*, ubi positum est pro ἐκ vel παρά, α) de personis, Matth. 5, 42 δανείσασθαι ἀπό τινος. 27, 9 ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Luc. 11, 51 ἐκζητήσεται (τὸ αἷμα) ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. Apoc. 6, 10. Matth. 17, 25 ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη. v. 26. 3 Io. v. 7. Luc. 12, 20 ἀπαιτοῦσι ἀπὸ σοῦ. 1 Thess. 2, 6 οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν οὔτε ἀπ' ἄλλων. — β) de *fonte cognitionis*, Matth. 7, 16 ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. v. 20. — Μανθάνειν ἀπό τινος, ex aliquo discere, Matth. 11, 29. 24, 32. Marc. 13, 28. Gal. 3, 2. Col. 1, 7. Hebr. 5, 8. — Rom. 1, 20 τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου νοούμενα, divina, quae oculis conspici non potest, perfectio intellecta ex rebus creatis. (Sic vulgo explicantur haec verba, et similia leguntur Sap. 13, 4 νοησάτωσαν ἀπ' αὐτῶν. Aristot. de mundo c. 6 ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται ὁ θεός. Plura vid. in *Elsneri* obss. II. p. 5. Rectius autem alii ἀπὸ κτίσεως κόσμου vertunt: a mundi inde initiis. Vid. *Fritzschii* comment. in epist. ad Rom. ad h. l.) Act. 17, 2 διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν, e singulis effatis scripturae sacrae. ib. 28, 23 πειθὼν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ νόμου, argumentis e libris Mosis repetitis. 2 Cor. 10, 7 λογιζέσθω ἀφ' ἑαυτοῦ, suo exemplo. Vid. Λογίζομαι. (Act. Thom. §. 37 ἀπὸ τούτου τύπον λάβετε καὶ ἴδετε.)

2) *causam*, et quidem *remotiorem*, s. secundam, qua aliquid efficitur, oritur. Dicitur a) de causa *accidentali*, ut dicere solent, s. de causa, propter quam aliquid fit: *propter, causa;* Matth. 18, 7 οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. Luc. 19, 3 οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου. Io. 21, 6. Act. 22, 11 οὐκ ἐνέβλεπε ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτός. Rom. 9, 3 ἀνάθεμα ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Christi causa. Hebr. 5, 7 εἰσακουσθεὶς ἀπὸ εὐλαβείας. Iud. v. 23 τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα, i. e. propter sanguinem effusum, vid. Σπιλόω. (2 Chron. 20, 9. 5, 6. Exod. 6, 9. Sir. 41, 17 sq. 19, 11. Ioseph. ant. 9, 4. 3 ἀχλὺν, ἀφ' ἧς ἀγνοήσειν αὐτὸν ἔμελλον.) — b) de causa *instrumentali*, quae dicitur, ubi est: *ex, per, ope;* Luc. 8, 3 διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς. 15, 16 γεμίσαι τὴν κοιλίαν ἀπὸ τῶν κερατίων. Apoc. 18, 15 οἱ πλουτίσαντες ἀπ' αὐτῆς. (Sir. 11, 18 ἔστι πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς αὐτοῦ. Ioseph. ant. 4, 8. 9 τὰ ἀφ' ὕβρεως, quaestus ex prostitutione.) — c) de causa *movente*, ubi est *ex, prae;* Luc. 22, 45 κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης. Matth. 13, 44 ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει. 14, 26 ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξεν. (Evang. Nicod. apud Birch. p. 73: ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐγενόμεθα ὡσεὶ νεκροί.) Luc. 21, 26. 24, 41. Act. 12, 14. 2 Cor. 2, 3 ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω ἀφ' ὧν (ἀπὸ τούτων, ὧν) ἔδει με χαίρειν, ne tristitiam caperem ex iis, quorum causa gaudere debebam. — Φεύγειν ἀπό τινος, prae timore alicuius aufugere, Io. 10, 5. Apoc. 20, 11. (Num. 16, 34.) — φοβεῖν ἀπό τινος, timere ab aliquo, Matth. 10, 28. Luc. 12, 4. (Iudith. 4, 2. coll. 10, 19 θαυμάζειν ἀπό τινος.) — d) de *causa efficiente, dante, praebente aliquid*, Matth. 12, 38 θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν, a te effectum. Marc. 15, 45 γνοὺς ἀπὸ τοῦ Κεντυρίωνος. Luc. 22, 71 ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Act. 9, 13. 1 Io. 1, 5. Act. 23, 21 τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν, i. e. tuum mandatum. 1 Cor. 11, 23 παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, traditum accepi a domino. (De potestate praepositionis ἀπό hoc in loco et de lectione παρά, quae est in bonis codd., docte disputarunt qui nuper de sacra coena singulos libros ediderunt, *Schulzius* et *Schulthessius*.) 2 Cor. 3, 18 καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος, prout hoc effectum erit a spiritu domini. Gal. 1, 1 ἀπ' ἀνθρώπων, hominum auctoritate. 2 Tim. 1, 3 ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων, quem Deum colo auctoritate maiorum. Hebr. 11, 12 ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν. — Ἔχειν τι ἀπό τινος, acceptum habere aliquid ab aliquo, auctore, 1 Cor. 6, 19. 1 Tim. 3, 7. 1 Io. 2, 20. 27 χρίσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ. 4, 21. — Ἀπὸ θεοῦ, s. τοῦ θεοῦ, a Deo largitore, auctore, Act. 3, 19. Rom. 1, 7. 18. 13, 1. 1 Cor. 1, 3. 30. 4, 5. 2 Cor. 1, 2. Gal. 1, 3. Eph. 1, 2. 6, 23. Phil. 1, 2. 28. Col. 1, 2. 3, 24. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 1, 2. 1 Tim. 1, 2. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. Phil. v. 3. Hebr. 6, 7. Apoc. 1, 4. 5. (Sir. 25, 24 ἀπὸ γυναικὸς ἀρχὴ ἁμαρτίας.) — Ἀφ' ἑαυτοῦ, *sua sponte, nemine monente*, Luc. 12, 57. 21, 30. Io. 5, 19. 30. 8, 28. 10, 18. 15, 4. 2 Cor. 3, 5. — Ἀπ' ἐμαυτοῦ, *mea auctoritate, proprio motu, ex meo ingenio*, Io. 7, 17. 18. 11, 51. 14, 10. 16, 13. 18, 34. (Ezech. 13, 3 προφητεύουσιν ἀπὸ [hebr. מֵאַחַר] καρδίας αὐτῶν.) — Ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, Io. 7, 28. 8, 42. (Exempla e profanis collegit *Kypk.* 1, p. 391.) — e) ἀπό iunctum verbis passivis apud meliores etiam scriptores (ut Herodot. 3, 54. Thucyd. 3, 36. Aesch. adv. Ctesiph. §. 99) pro ὑπό, de causa efficiente *proxima*, legi contenderunt quidem alii (ut *Dorvills* ad Chariton. p. 548. *Reiz.* ad Lucian. de gymn. c. 29), alii autem pernegarunt, ut *Iensius* in ferculo literar. p. 17. *Fritzsche* in comment. ad Matth. p. 408, alii, ut *Winerus* in Gramm. p. 354 sq., in dubio reliquerunt, vel ad seriorum et impuriorum scriptorum usum retulerunt. Vid. omnino *Hermann.* ad Viger. p. 581. — In N. T. mittenda sunt loca, ubi codd. utramque lectionem, et ἀπό et ὑπό, commendant, ut Marc. 8, 31. Luc. 6, 18. Rom. 13, 1. — Aliis in locis N. T. ἀπό cum passivis non quidem est quod ὑπό, ut indicet illum, qui ipse, velut loquuntur, immediate aliquid fecerit, sed est: *a parte*, nostrum *von Seiten*, ut res referatur tantum ad alterius auctoritatem, voluntatem vel mandatum, (ut ἀπό cum verbis neutris et activis legitur Matth. 16, 21 πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, von Seiten der Aeltesten. c. 26, 47.) — Sic Luc. 9, 22 ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρε-

ϐυτέρων. 17, 23. Act. 2, 22 Ἰησοῦν, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς, a Deo, Dei voluntate per miracula et resurrectionem. (Ioseph. ant. 7, 14. 5 ἵνα γνῷ ὁ λαὸς ἀποδεδειγμένον αὐτὸν (Salomonem) ἀπὸ τοῦ πατρὸς βασιλέα, i. e. ex patris voluntate, qui mandata ea de re dederat.) Iac. 1, 13 ἀπὸ θεοῦ πειράζομαι, a parte Dei, ex eius voluntate. Apoc. 12, 6 τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ θεοῦ, Dei iussu et beneficio. ib. 20, 9. Iac. 5, 4 ὁ μισθὸς, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν, vestra voluntate vel culpa. — Act. 10, 17 οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου, a parte Cornelii missi. (Act. Thom. §. 2 ἔμπορον ἀπὸ τῆς Ἰνδίας ἐλθόντα, ἀπὸ τοῦ βασιλέως Σουνδαφόρου ἀποσταλέντα.) Verba passiva mittendi et separandi etiam ita leguntur, ut ἀπό non ad mandatum, quo quis mittitur, sed ad separationem a mittente referendum sit. Luc. 12, 58 ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, dimitti et separari ab illo. c. 16, 18 ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρός, a viro dimissam et separatam uxorem. Act. 15, 33 ἀπελύθησαν ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν, dimissi se separarunt a fratribus. — Act. 20, 9 κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, est: prae somno. (1 Macc. 8, 6 Ἀντίοχος cum exercitu συνετρίβη ἀπ' αὐτῶν, Iudaeis, et ib. 9, 15 ubi autem ἀπ' αὐτῶν nil est nisi ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, ut 1 Macc. 1, 18. 5, 22. 43. — Lib. Henoch. apud Fabr. c. pseud. I, p. 197 τηκόμενον ὡς κηρὸς ἀπὸ πυρός. Test. XII patr. apud Fabric. I, p. 533 ἡ ἀνδρεία ἀπὸ ὑψίστου δίδοται τοῖς ἀνθρώποις. Psalt. Salom. 4, 21 ἐσκορπίσθησαν σάρκες ἀνθρωπαρέσκων ἀπὸ θηρίων.)

III) indicat *rationem rei, modum,* quo aliquid oritur, vel peragitur, et facit periphrasin adverbii, ut etiam Latinor. *ex,* — ἀπὸ μέρους, *ex* aliqua *parte,* Rom. 11, 25. 15, 15. Matth. 18, 35 ἐὰν μὴ ἀφῆτε τῷ ἀδελφῷ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, *ex animo, sincere.* Luc. 14, 18 ἀπὸ μιᾶς (intellige φωνῆς, ut plene legitur Exod. 24, 3. Gen. 11, 1. Herodian. 1, 4 ἐκ μιᾶς φωνῆς) *uno ore.* Saepius apud profanos; Theophr. char. 19 ἀπὸ ψυχῆς φιλεῖν. Aeschyl. Eumen. 674 ἀπὸ γνώμης, ex animo.) — In compositione ἀπό significat 1) *separationem;* et ex adiuncto *tollit* etiam *vim verbi* simplicis, ut ἀ privativum; — 2) *cessationem, liberationem, absolutionem,* et ex adiuncto etiam *absolutionem* operis, *finem* laboris; — 3) motum e loco in alium, *transitum* in aliam formam, mutationem conditionis.

Ἀποβαίνω, fut. ήσομαι, aor. 2. ἀπέβην, (ex ἀπό et βαίνω, eo) 1) *descendo,* velut e navi, ut saepius apud profanos, Luc. 5, 2. Io. 21, 9 ἀπέβησαν (intellige ἀπὸ τῶν πλοίων) εἰς τὴν γῆν. — 2) tropice: ἀποβαίνει εἰς, *abit in,* i. e. *fit, evenit, cedit.* Luc. 21, 13. Phil. 1, 19. — LXX cum dativo: ἀποβήσ. αὐτῷ, *accidet illi* Iob. 15, 31. Exod. 2, 4. Sap. 2, 3 τέφρα (pro εἰς τέφραν) ἀποβησ. cinis fiet. coll. Iob. 11, 6. Hesych. ἀποβήσεται· γίνεται. — ἀπέβη· συνέβη, ἐγένετο. *.

Ἀποβάλλω, aor. 2. ἀπέβαλον, (ex ἀπό et βάλλω) *abiicio,* (Ies. 1, 30) — vestem depono, Marc. 10, 50. — Metaphor. τὴν παῤῥησίαν, Hebr. 10, 35 fiduciam *abiicere, spem spernere* (Prov. 28, 24 ὃς ἀποβάλλεται (liber Alex. ἀποβιάζεται) πατέρα ἢ μητέρα. Deut. 26, 5), vel fiduciam *amittere,* (ut saepius apud Iosephum et Philonem, velut Philo de incorrupt. mund. p. 951 A. ἀφθαρσίαν θεοὺς ἀποβαλεῖν ἀδύνατον. Ioseph. ant. 5, 1. 8 ὅπως τὸν νεώτατον τῶν παίδων ἀποβάλῃ. Vid. *Krebs.* p. 263. *Loesn.* p. 438.) *.

Ἀποβλέπω, (ex ἀπό et βλέπω) 1) propr. oculos a rebus circumpositis averto et in unam rem defigo; intentis oculis adspicio, intueor; — 2) mente intueor, cogito de aliqua re, *respicio* aliquid, *rationem* vel *curam eius habeo.* Semel Hebr. 11, 26. (LXX pro חזה, Ps. 10, 8 ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἀποβλέπουσι. Hos. 3, 1. Test. XII patr. p. 694 κατὰ τὸ ὄντως καλὸν ἀποβλέπετε, veri boni curam habete. Ioseph. ant. 20, 3. 2 οὐκ εἰς τὸ παρὸν αὐτοῦ τῆς τύχης ἀποβλέπων, ἀλλ' εἰς τὸ πρότερον ἀξίωμα. Philo de vict. offerent. p. 852 A. εἰς τὸ τοῦ θεοῦ μέγεθος ἀποβλέπων. Vid. etiam Ἀπειδεῖν et Ἀφοράω.)

Ἀπόβλητος, ον, (ab ἀποβάλλω) 1) abiiciendus; — 2) *spernendus, abominandus;* semel 1 Tim. 4, 4 ubi opponitur τῷ καλῷ, bono, puro, quo uti licet, ita, ut ἀποβ. hic sit: impurum, quo uti non licet. (Symmach. Hos. 9, 3 pro טָמֵא, *impurus;* et Aquila et Symmach. Levit. 7, 18 et Aquila ib. 19, 7 pro פִּגּוּל *res abominanda.* Lucian. in Tim. p. 82 οὗτοι ἀπόβλητά εἰσι δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός.)

Ἀποβολή, ῆς, ἡ, (ab ἀποβάλλω) 1) abiectio; metaph. *repudiatio,* Rom. 11, 15 ubi τῇ προσλήψει opponitur. — 2) *iactura,* Act. 27, 22 ἀποβολὴ ψυχῆς οὐδεμία, nulla vitae iactura. (Philo de praem. et poen. p. 915 C. οὔτε τῷ κυβερνήτῃ τῆς ἀποβολῆς μέμψις ἕπεται, neque gubernator iacturae causa vituperatur. Ioseph. ant. 2, 6. 9 παίδων ἀποβολή. ib. 4, 8. 46 et 14, 14. 3.) *.

Ἀπογίνομαι, aor. 2. ἀπεγενόμην, (ex ἀπό et γίνομαι) 1) absum, removeor. — 2) decedo, morior. Saepius apud profanos. (Ioseph. ant. 5, 1. 10.) Tropice: ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι 1 Petr. 2, 24. i. e. peccato valedicentes. cf. Rom. 6, 4. Hesych. ἀπογενόμενοι· ἀποθανόντες. *.

Ἀπογραφή, ῆς, ἡ, (ab ἀπογράφω) 1) descriptio, relatio in tabulas, 2 Macc. 2, 1. 3 Macc. 7, 22. — 2) tabulae censoriae (Polyb. 2, 23. 9), et *census ipse,* qui fiebat, cum cives nomina, reditus; quaestum apud censores profitebantur, qui, quae quisque professus fuerat, in tabulas referebant. Sic ἀπογραφαί apud Ioseph. ant. 18, 1. 1. — In N. T. bis: Luc. 2, 2 qui videtur fuisse census non facultatum, sed capitum sive hominum propter tributi exactionem. — Act. 5, 37 census hominum et facultatum, de quo vid. Ioseph. ant. l. l. qui eum appellat τιμησιν τῶν οὐσιῶν. *.

Ἀπογράφω, (ex ἀπό et γράφω) 1) *describo;* — 2) literis *consigno, in tabulas refero,* Iud. 8, 14 in textu Alex. coll. 3 Macc. 4, 14. 6, 38. Ἀπογεγραμμένοι ἐν οὐρανοῖς Hebr. 12, 23 in coeli tabulas, liberum vitae relati. cf. Βίβλος. — Med. *nomen meum profiteor apud censorem,* Luc. 2, 1. 3. 5. Vid. Ἀπογραφή. *.

Ἀποδείκνυμι, aor. 1. ἀπέδειξα, part. perf. pass. ἀποδεδειγμένος, (ex ἀπό et δείκνυμι) 1) ostendo, aufzeigen (Iob. 33, 21.) — 2) *designo, creo, facio,* de iis, qui ad munus eligebantur et coram populo sistebantur, vel quorum nomina publice designabantur. 1 Cor. 4, 9. coll. Susann. v. 5. Ioseph. ant. 2, 11. 2. ib. 7, 3. 2. Herodot. 1. 124. Vid. etiam ἀναδείκνυμι. Refero huc 2 Thess. 2, 4 ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν, qui se ipse facit, i. e. iactat se esse. — 3) *demonstro, probo, evinco,* Act. 25, 7. 2, 22 ἀποδεδειγμένος δυνάμεσι, miraculis vobis a Deo satis comprobatus. Saepius sic apud profanos. Vid. etiam 1 Macc. 10, 34. 14, 23. *.

Ἀπόδειξις, εως, ἡ, (ab ἀποδείκνυμι) 1) actus ostendendi, producendi; — 2) monstratio, productio eorum, quae testimonii vel argumenti loco sunt, *demonstratio, testimonium rei veritatem evincens.* Semel 1 Cor. 2, 4 ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, doctrinae meae veritas evincitur testimonio spiritus divini, i. e. eorum, quae spiritus Dei operatur, et miraculorum. Vid. etiam 3 Macc. 4, 20. De demonstratione per facta 4 Macc. 3, 19. 13, 10. per testes Ioseph. ant. 4, 8. 23. ib. 8, 2. 8. Apud profanos saepe etiam de probatione ex argumentis logicis legitur.

Ἀποδεκατόω, ῶ, (ex ἀπό et δεκατόω) *decimas, decimam rei partem solvo,* Luc. 11, 42. 18, 12. Matth. 23, 23. coll. Gen. 28, 22. Deut. 14, 22. Test. XII patriarch. (*Fabric.* I, p. 569) ἀπεδεκάτωσε πάντα τῷ κυρίῳ, Deo decimas dedit de omnibus. — *Decimas exigo, accipio,* Hebr. 7, 5. coll. v. 8. Sic 1 Sam. 8, 15. 17. Neh. 10, 35. — Respondet hebr. עִשֵּׂר. **.

Ἀπόδεκτος, ον, (ab ἀποδέχομαι, recipio) recipiendus; deinde *acceptus, probatus.* Bis: 1 Tim. 2, 3. 5, 4. Hesych. ἀπόδεκτον· ἐπαινετόν.

Ἀποδέχομαι, aor. 1. ἀπεδεξάμην, aor. 1. pass. ἀπεδέχθην, verbum depon. med. (ex ἀπό et δέχομαι) propr. aufero mihi, aufero mecum (Tob. 7, 17 τὰ δάκρυα, auferre lacrymas, tristitiam; 2 Macc. 3, 35); 1) *recipio, accipio,* i. e. excipio hospitio, Luc. 8, 40. Act. 15, 4. 18, 27. 28, 30. (2 Macc. 3, 9. 13, 24.) — de doctrina, conditione: *admitto, probo,* Act. 2, 41. (1 Macc. 9, 71 ἀπεδέξατο, placuit ei. Ioseph. ant. 9, 8. 5. vid. Ἀρετή. Philo de Abrah. p. 362 E. ἀποδεξάμενος ὁ θεὸς τὴν πρᾶξιν.) — 2) *laudo, praedico;* Act. 24, 3. (Ioseph. ant. 7, 1. 1 ἐπαινῶν καὶ ἀποδεχόμενος το ἔργον. ibid. 7, 7. 5 ἀποδεξάμενος αὐτὸν τῆς πίστεως (fidei causa) ὁ βασιλεύς. ib. 6, 14. 4. Philo de gigant. p. 289 B. μὴ θαυμάζειν αὐτὰ καὶ ἀποδέχεσθαι πλέον τοῦ μετρίου.) **.

Ἀποδημέω, ῶ, (ab ἀπόδημος) 1) ἀπόδημος sum, absum a populo vel patria, peregre commoror; — *peregre abeo, exulo,* Matth. 21, 33. 25, 14. (coll. Luc. 19, 12.) 15. Marc. 12, 1. Luc. 15, 13. 20, 9. (Hom. Il. α, 95. Xenoph. cyr. 8, 5. 1.) *.

Ἀπόδημος, ον, (ex ἀπό et δῆμος populus), qui a populo suo abest, *peregre agens, peregre abiturus,* Marc. 13, 34. (Pind. Py. 4, 8.) *.

Ἀποδίδωμι, particip. praes. ἀποδιδοῦν Apoc. 22, 2 (ubi Griesb. commendavit ἀποδιδούς) contracte pro ἀποδιδόον, a forma ἀποδιδόω pro ἀποδίδωμι, fut. ἀποδώσω, aoristi 1. persona 3. sing. ἀπέδωκε (bis Luc. 9, 42. Apoc. 18, 6), aor. 2. ἀπέδων, imper. ἀπόδος, coniunct. ἀποδῴη 2 Tim. 4, 14 pro ἀποδῷ ex usu seriorum (vid. Lobeck. ad Phryn. p. 346.) — aor. 1. pass. inf. ἀποδοθῆναι [Matth. 27, 58. 18, 25], aor. 2. med. ἀπεδόμην, [Act. 5, 8. 7, 9.] — (ex ἀπό et δίδωμι) — LXX pro הֵשִׁיב, נָתַן, שִׁלֵּם et מָכַר — 1) *trado, exhibeo, ich gebe ab, gebe heraus, überliefere,* Matth. 27, 58. (Iudic. 2, 14. 3, 8.) — *mercedem* dare, Matth. 20, 8. (Levit. 25, 28. Tob. 4, 14. Philo de charit. p. 702 D. μισθὸν πένητος ἀποδιδόναι) — *tributum* solvere, Matth. 21, 41. 22, 21. Marc. 12, 17. Luc. 20, 25. Rom. 13, 7. — *vota* persolvere, Matth. 5, 33. (Iob. 22, 27. Deut. 23, 21. Sir. 18, 22. Ioseph. ant. 11, 1. 3 ἀποδιδόναι εὐχὰς τῷ θεῷ.) — *officia* praestare, Rom. 13, 7. 1 Cor. 7, 3. — *fructus* dare, Hebr. 12, 11. Apoc. 22, 2. — *testimonium* edere, Act. 4, 33. — tropice: ἀποδιδόναι λόγον, *rationem reddere,* Matth. 12, 36. Luc. 16, 2. Act. 19, 40. Hebr. 13, 17. 1 Petr. 4, 5. (Dan. 6, 2. 2 Chron. 34, 28. Sir. 29, 15 ἀποδώσει λόγους ἀκηδίας.) — In medio: *trado mihi,* in meam utilitatem, *vendo;* ter: Act. 5, 8. 7, 9. Hebr. 12, 16. (LXX pro הִשְׁבִּיר Deut. 2, 28. pro מָכַר Gen. 25, 33. 37, 27. 35. Amos. 2, 6. Philo de Ioseph. p. 560 D. ἀδελφὸν ὃν ἀπέδοσθε εἰς Αἴγυπτον. Herodot. 2, 56.) — 2) *reddo, restituo,* Luc. 4, 20. 9, 42. (Num. 5, 7.) — debitum, Matth. 5, 26. 18, 25—30. 34. Luc. 7, 42. 12, 59. — impensa, Luc. 10, 35. — bona aliis erepta, Luc. 19, 8. — De retributione in utramque partem: *retribuo, rependo,* Matth. 6, 4. 6. 18. 16, 27. Rom. 2, 6. 12, 17. 1 Thess. 5, 15. 1 Tim. 5, 4 (ἀμοιβὰς ἀποδ. gratas vices reddere.) 2 Tim. 4, 8. 14. 1 Petr. 3, 9. Apoc. 18, 6 (ἀπόδοτε αὐτῇ, ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκε, par illi referte) 22, 12. (Ies. 65, 6. Prov. 24, 12. 1 Sam. 6, 3. Sir. 11, 26. 12, 6.) *.

Ἀποδιορίζω, (ex ἀπό et διορίζω terminos pono ab omni parte; seiungo) *seiungo, separo.* Semel Iud. vers. 19 ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς semet ipsos (vitiis suis et erroribus) a coetu sanctorum separantes. Si ἑαυτούς, quod in multis et bonis libris deest, reiicitur, potest verti: dissidia in ecclesia facientes.

Ἀποδοκιμάζω, f. άσω, (ex ἀπό et δόκιμος) LXX pro מָאַס, *reprobo, repudio* tanquam spurium vel inutile. Saepius de metallis, Ier. 6, 30; in N. T. de λίθῳ, lapide reprobato, tanquam inepto, Matth. 21, 42. Luc. 20, 17. Marc. 12, 10. 1 Petr. 2, 4. 7. (Ps. 118, 22. coll. Sir. 20, 20.) Suidas: ἀποδοκιμάσας· ὡς ἄχρηστον ἐκφαυλίσας. — de Iesu, ubi est, *repudiare,* reprobare cum contemtu, tanquam Messiam quasi spurium, Marc. 8, 31. Luc. 9, 22. 17, 25. — de homine a Deo *repudiato* vel *reiecto,* Hebr. 12, 17. (Ier. 14, 19. 7, 28. 8, 9. 31, 36.) *.

Ἀποδοχή, ῆς, ἡ, (ab ἀποδέχομαι quod vid.) 1) admissio; excipere hospitaliter s. benigne. — 2) *approbatio, assensus, laus.* Bis: 1 Tim. 1, 15. 4, 9. (Ioseph. ant. 6, 14. 4.)

Ἀπόθεσις, εως, ἡ, (ex ἀποτίθημι) *depositio.* Bis: 1 Petr. 3, 21. 2 Petr. 1, 14. (Clem. Alex. strom. 4, 25. p. 636, 16 ed. Pott. ἀπόθεσις τῶν κοσμικῶν.)

Ἀποθήκη, ης, ἡ, (ab ἀποτίθημι) *repositorium,* locus, ubi aliquid reconditur, 1 Chron. 28, 12. 29, 8. Deut. 28, 5. — In N. T. de *repositorio frugum, granario, horreo,* Matth. 3, 12. 6, 26. 13, 30. Luc. 3, 17. 12, 18. 24. (LXX Ier. 50, 26. Aquila Prov. 3, 10 ἀποθῆκαι, LXX ταμιεῖα. Ioseph. ant. 8, 13. 3.) *.

Ἀποθησαυρίζω, (ex ἀπό et θησαυρίζω) 1) *thesaurum colligo* sive *repono,* Sir. 3, 4. — 2) tropice: *mihi comparo, comparatum quasi recondo,* 1 Tim. 6, 19. Phavor.: ἀποθησαυρίζοντας· ἀποτιθεμένους. coll. Matth. 6, 20. Rom. 2, 5. **.

Ἀποθλίβω, (ab ἀπό et θλίβω) valde *urgeo,* ab omni parte *premo.* Semel Luc. 8, 45. (Ioseph. ant. 2, 5. 2 uvas ἀποθλίβειν εἰς φιάλην).

Ἀποθνήσκω, fut. ἀποθανοῦμαι (Io. 8, 21. 24.) imperf. ἀπέθνησκον (Luc. 8, 42.) aor. 2. ἀπέθανον, (ex ἀπό et θνήσκω) LXX pro מוּת — 1) *emorior, vita defungor, ich sterbe ab;* a) propr. de exspirantibus, *exspiro,* Matth. 9, 24. Marc. 5, 35. 39. 9, 26. 15, 44. Luc. 8, 42. 49. Act. 9, 37. Hebr. 11, 4 ἀποθανών, exspirans. — De morte violenta: *pereo, mortem patior, necor,* Matth. 8, 32. 26, 35. Act. 21, 13. 25, 11. Rom. 5, 6—8. c. 14, 8 ἀποθν. τῷ κυρίῳ, in honorem domini mortem patior; (alii: secundum Dei voluntatem morior; sed vid. v. 6. 7.) ib. 14, 15. Hebr. 11, 37. Apoc. 8, 9. 11. 16, 3. 14, 13 οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, qui propter dominum (religionem christ.) mortem patiuntur, martyres. (Ioseph. ant. 4, 5. 2 ἀποθνήσκει [in proelio] δ' αὐτῶν καὶ Σιχῶν. ib. §. 3 αὐτός τε ἀποθνήσκει κατὰ τὴν μάχην.) — b) de rebus inanimis: *emorior,* Io. 12, 24. 1 Cor. 15, 36. Iud. v. 12. — d) tropice: *torpesco,* i. e. *segnis, iners fio* in pietatis studio, fide, amore, Rom. 7, 10 ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ (homo internus, πνευματικός) ἀπέθανον, torpescere, mori coepi. Apoc. 3, 2 στήρισον τὰ λοιπά, ἃ (pro τοὺς λοιπούς, οἱ, vid. Ὅς) ἔμελλον ἀποθανεῖν, confirma reliquos, qui in eo sunt, ut torpescant, sive fidem amittant. — Ἀποθνήσκειν ἀπό τινος, vel τινί, *valedicere rei,* missam eam facere, Col. 2, 20 ἀπὸ τῶν στοιχείων. — τῷ νόμῳ, oeconomiae mosaicae valedicere, Gal. 2, 19. Rom. 7, 6 ubi τῷ νόμῳ intelligendum est. Secundum lectionem a Griesb. receptam ἀποθανόντες pro vulgari ἀποθάνοντος. Sed vid. Νόμος. Col. 3, 3 ἀποθν. intellige τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, rebus humanis. Rom. 6, 2 τῇ ἁμαρτίᾳ, valedicere peccato. — 2) i. q. simplex θνήσκω, *morior,* Matth. 22, 24. 27. Marc. 12, 19. 20. Rom. 6, 10. 7, 2. Phil. 1, 21 et saepius. — *morte punior,* Io. 19, 7. Hebr. 10, 28. (Histor. Susann. 41, 43.) — *morti subiectus sum,* Rom. 5, 15. coll. v. 17. Rom. 6, 9. 1 Cor. 15, 22. Hebr. 7, 8 ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι, homines, quibus moriendum est. — *mortis periculum subeo,* 1 Cor. 15, 31 καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω. (Ps. 44, 22 θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν.) 2 Cor. 6, 9 nisi hic propter opposita potius est: ex aliorum opinione mihi pereundum est. (Ioseph. de bell. 1, 33. 2: καλόν ἐστι, εἰ καί τις γένοιτο κίνδυνος, ὑπὲρ τοῦ πατρίου νόμου θνήσκειν.) — 3) *morior in perpetuum, morti aeternae subiicior;* Io. 6, 50 ubi τῷ ἀποθνήσκειν opponitur τὸ ζῆν εἰς τὸν αἰῶνα v. 51. coll. 54. 58. 8, 5. ib. c. 8, 21. 24. 11, 26. coll. v. 25 ubi mors aeterna de morte corporis in hisce terris diserte distinguitur. Rom. 8, 13. cf. Apoc. 20, 14 ubi ista mors ὁ θάνατος ὁ δεύτερος dicitur. Vid. etiam Θάνατος.

Ἀποκαθίστημι, et ἀποκαθιστάνω [Act. 1, 6] f. ἀποκαταστήσω, aor. 1. pass. ἀποκατεστάθην, vel potius cum duplici augmento ἀπεκατεστάθην (nam Matth. 12, 13. Marc. 3, 5. 8, 25. Luc. 6, 10 boni libri habent ἀπεκατεστάθη pro ἀποκατεστάθη) — (ex ἀπό et καθίστημι) — LXX pro הֵשִׁיב et הוֹשִׁיב — 1) *restituo,* in pristinum statum s. locum restituo; — de valetudine Matth. 12, 13. Marc. 3, 5. 8, 25. Luc. 6, 10. (Test. XII. patr. p. 535 ἵνα ἀποκαταστήσῃ τὴν χεῖρά μου. Medicis est: ossa, suo loco mota, in sedem reponere propriam, Hippocr. op. sect. 6. p. 12 edit. *Foes.* καθίσταται τοῦ δακτύλου τὸ ἄρθρον. — De munere restituendo alicui, Gen. 40, 13. 21. 41, 13.) — De urbe, regno s. republica. (Ezech. 16, 55. 1 Macc. 15, 3.) Matth. 17, 11. Marc. 9, 12 ἀποκ. τὰ πάντα, i. e. τὴν βασιλείαν, totam rempublicam parabit restitutioni. (De Elia ante Messiam venturo vid. Malach. 3, 1. 4, 5. Sir. 48, 9—12.) Act. 1, 6 ἀποκαθ. βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ. Putabant seriores Iudaei, imperium in gentes, quale habuissent sub Davide, a Messia ipsis restitutum iri. (Diod. Sic. 20, 32 τοῖς μὲν πολίταις τὴν δημοκρατίαν ἀποκατέστησε.) — 2) *reduco,* — in patriam, Hebr. 13, 19 ἵνα ἀποκ. ὑμῖν, ut ad vos reducar, vobis reddar. (Ier. 16, 15. 23, 8. Hos. 11, 11. 3 Esdr. 1, 31. coll. 2 Chron. 35, 24 ubi in textu hebr. est הוֹלִיךְ. Tob. 10, 13. Ioseph. ant. 11, 1. 1 ἀποκαταστήσει αὐτοὺς εἰς τὴν πάτριον γῆν.) *.

Ἀποκαλύπτω, f. ψω, (ex ἀπό et καλύπτω) — LXX pro גָּלָה — propr. velamen retraho, Num. 5, 18. Deut. 27, 20. — retego, quod tectum erat, Ex. 20, 26. Levit. 18, 11 sqq. — metaph. *revelo, manifestum facio absconditum* vel *ignotum,* a) universe, Matth. 10, 26. Luc. 12, 2. — b) de Dei revelationibus, si per spiritum suum homines ea, quae ignorant, docet, Matth. 11, 25. 16, 17. Luc. 10, 21. 1 Cor. 2, 10. 14, 30 ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ, intellige τι ἀπὸ τοῦ θεοῦ. Eph. 3, 5. Phil. 3, 15. 1 Petr. 1, 12. (Dan. 2, 19. 22. 28 sq. 47. ib. 10, 1. Libr. Henoch. (*Fabric.* p. 189) ἐδίδαξε τὰ μυστήρια καὶ ἀπεκάλυψε τῷ αἰῶνι τὰ ἐν οὐρανῷ. Act. Tom. §. 10 κύριε, ὁ ἀποκαλύπτων

μυστήρια ἀπόκρυφα.) — De Dei revelationibus per filium, Matth. 11, 27. Luc. 10, 22. — per Paulum Gal. 1, 16 nisi cum Winero *ἐν ἐμοὶ* malis vertere: in animo meo. — c) de rebus, quae per facta manifestantur, passivum est: *conspicuus fio*, *innotesco*, *per facta cognoscor; διαλογισμοὶ* Luc. 2, 35. *Βραχίων κυρίου* Io. 12, 38. (Ies. 53, 1. 52, 10.) *Δικαιοσύνη θεοῦ* Rom. 1, 17. (Ps. 98, 2. Ier. 11, 20.) *Ὀργὴ τοῦ θεοῦ* Rom. 1, 18. (Ies. 56, 1.) — *Δόξα, σωτηρία* futura, Rom. 8, 18. 1 Petr. 1, 5. 5, 1. — 1 Cor. 3, 13 *ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται*, igne innotescet, manifestabitur. Gal. 3, 23 *τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι*, usquedum fides in Christum, i. e. Christus, cui fides debetur, revelandus esset. — d) de personis passivum est: *appareo*, palam *conspicuus fio;* de Christo de coelo venturo, Luc. 17, 30. (coll. 1 Sam. 3, 21. 4 Esdr. 13, 32.) — de antichristo, 2 Thess. 2, 3. 6. 8. *.

Ἀποκάλυψις, *εως*, *ἡ*, (ab *ἀποκαλύπτω*) proprie velaminis remotio (1 Sam. 20, 30); metaphorice 1) *revelatio*, rei ignotae vel absconditae manifestatio, a) revelatio per institutionem, Rom. 14, 25. (in textu vulg. est c. 16, 25.) coll. Sir. 22, 22. 42, 1. — mysteriorum et doctrinae occultae, 1 Cor. 14, 6 *λαλεῖν ἐν ἀποκαλύψει*, loqui convenienter doctrinae divinitus patefactae. Ibid. v. 26. — revelatio a Deo vel Christo facta 2 Cor. 12, 1. 7. Gal. 1, 12. 2, 2. Eph. 3, 3. — revelatio rerum futurarum Apoc. 1, 1. — *πνεῦμα ἀποκαλύψεως*, spiritus Dei manifestans Dei secreta, Eph. 1, 17. — b) *manifestatio factis* conspicua; Rom. 2, 5 *ἡμέρα ἀποκαλύψεως*, dies, quo factis conspicua fiet. Rom. 8, 19 *ἀποκ. τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ*, i. e. *τῆς δόξης τῶν υἱ. τ. θ.* cf. vers. 18. 21. exspectant manifestationem felicitatis filiorum, quae (vid. vers. 23) die ultimo per corporis depositionem efficietur. (Sir. 11, 27.) — 2) *apparitio*, Luc. 2, 32 *φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν*, lux gentibus apparitura; — de apparitione Christi de coelo venturi 2 Thess. 1, 7. 1 Cor. 1, 7. 1 Petr. 1, 7. 13. 4, 13. **.

Ἀποκαραδοκία, *ίας*, *ἡ*, descendit ab *ἀποκαραδοκέω*, quod compositum est ex *ἀπό*, *κάρα* caput, et *δοκέω*, existimo, sive *δοκεύω*, observo, cuius certe significationem sequitur, ita ut *καραδοκέω* proprie sit, ut Etymol. M. explicat: *τῇ κεφαλῇ προβλέπειν* (caput spectatum exserere), *καὶ ἐλπίζειν ἐκδεχόμενον. Ἀπό* autem verbi significationem auget, et *ἀποκαρ.* est: ab omni parte i. e. *sollicite observo, cupide exspecto* s. *desidero*, nostrum *harren auf etwas*. Ita legitur apud profanos, velut Polyb. 16, 2. 8. Ioseph. de bell. Iud. 3, 7. 26 ubi est: sollicite observo vel exspecto. Aquila Ps. 37, 7 pro הִתְחוֹלֵל. Substantivum igitur est: *sollicita exspectatio*, differtque ab *ἐλπίδι* eo, quod spes de incertis vel longe remotis, *ἀποκαρ.* autem de iis dicatur, quae iam conspiciuntur et proxima habentur. In N. T. bis legitur: Rom. 8, 19 ubi *ἀποκ. τῆς κτίσεως* est pro *ἡ κτίσις ἀποκαραδοκοῦσα* sollicite caput exserens, ut videat, num adsit tempus *ἀποκαλύψεως* et liberationis, i. e. sollicite desiderans. — Phil. 1, 20 *κατὰ τὴν ἀποκ. μου*, ut cupide desidero.

Ἀποκαταλλάσσω, aor. 1. *ἀποκατήλλαξα*, (ex *ἀπό* et *καταλλάσσω*) *prorsus, ab omni parte reconcilio dissentientes, dissidia dirimo*. Hesych. *ἀποκαταλλάξαι· φίλον ποιῆσαι.* Bis: Eph. 2, 16 *καὶ — τῷ θεῷ* i. e. ut utramque sibi infensam partem reconciliaret in unum corpus, unam societatem Deo dicatam. — Coloss. 1, 20 qui locus ex Eph. 1, 10 explicandus est.

Ἀποκατάστασις, *εως*, *ἡ*, (ab *ἀποκαθίστημι*) *restitutio in statum priorem*, *restitutio in integrum*. (De restitutione reipublicae Iudaicae Ioseph. ant. 11, 3. 8. de instauratione urbis ib. 11, 4. 6.) In N. T. semel Act. 3, 21. Alii hic de restitutione hominum et terrae in pristinam perfectionem et puritatem, qua fuerint ante lapsum, cogitant, quam Rabbinos docuisse (utuntur verbo שׁוּב sequente לְ de ea re) certissimum est, quamque etiam reperimus in libris Zoroastri. cf. *Bertholdti* christologia Iudaeorum p. 214 sqq. Referunt etiam ad illam rem Rom. 8, 19 sq. Apoc. 21, 1. 2 Petr. 3, 13. Theophyl. ad Autol. lib. 2. p. 96: *ἐκεῖνα* (res naturae) *ἀποκατασταθήσεται εἰς τὴν ἀρχῆθεν* (ante lapsum) *ἡμερότητα.* — Alii, sed minus recte, de animi perfectione per evangelium efficienda intelligunt, vertuntque: quamdiu N. T. tempora durant, quibus per religionem christ. omnia in statum meliorem sunt redigenda. De perfectione animi Clem. Alex. strom. 2, 22. p. 500, 38 ed. Pott. *ἀποκατάστασις εἰς τὴν τελείαν υἱοθεσίαν.* Alii male *consummationem* (i. q. *τελείωσιν*) vertunt, locumque reddunt: usque dum omnia eventum habeant, quae sunt praedicta a prophetis. In loco Iob. 8, 6 autem, quem excitant, *ἀποκαθίστημι* minime est perficere, sed restituere.

Ἀπόκειμαι, deponens med. (ex *ἀπό* et *κεῖμαι*), *sepositus sum, asservor*, Luc. 19, 20. — metaph. de eo, quod *manet aliquem, paratum et est*, *instat*, seq. dativo personae; Coloss. 1, 5 *τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* (2 Macc. 12, 45. Heliodor. 1, p. 33 *σοὶ ἐλευθερία μισθὸς ἀποκείσεται.* Ioseph. ant. 6, 14. 7 *τῆς δόξης αὐτοῖς ἀποκειμένης.*) — *ἀπόκειταί τινι*, 2 Tim. 4, 8. Hebr. 9, 27. (4 Macc. 8, 10 *ὑμῖν τὸ ἀποθανεῖν ἀπόκειται.* Dionys. Halic. ant. 5, 8 *ὅσα τοῖς κακούργοις ἀπόκειται παθεῖν.*) *.

Ἀποκεφαλίζω, (ex *ἀπό* et *κεφαλή*) *caput amputo, decollo;* Matth. 14, 10. Marc. 6, 16. 27. Luc. 9, 9. (In V. T. apud incertum interpr. 1 Sam. 31, 9 pro כָּרַת אֶת־רֹאשׁ. Ps. 151, 7 in ed. Complut. Arrian. dissert. in Epict. 3, 26 *εἰς φυλακὴν βάλλειν καὶ ἀποκεφαλίζειν.* ib. 1, 1. Artemid. 1, 37. Dio Cass. 71, 28. Vid. *Alberti*, *Kypkii* et *Raphelii* annotat. ad Matth. 14, 10. — Est, ut docuit *Lobeck.* ad Phryn. p. 341 verbum serioris aevi et Macedonicae dialecti, pro quo Atticistae dicebant *ἀποτέμνειν τὴν κεφαλήν.*) **.

Ἀποκλείω, aor. 1. *ἀπεκλεισα*, (ex *ἀπό* et *κλείω*) *claudo, ne intret alius, occludo;* semel, *τὴν θύραν*, Luc. 13, 25. (Gen. 19, 10. Iudic. 2, 23. 2 Sam. 13, 17 sq. 2 Reg. 4, 4 sq.)

Ἀποκόπτω, fut. med. *ἀποκόψομαι*, (ex *ἀπό* et *κόπτω*) *abscindo, amputo, reseco*, Marc. 9, 43. (Similiter Philo de alleg. II, p. 85 *ὅλον τὸν θυμὸν ἐκτέμνειν καὶ ἀποκόπτειν.* Ibid. p. 86 *ἐκτέμνειν τὰ πάθη.*) — Io. 18, 10. 26. Act. 27, 32. — Fut. Medii *ἀποκόψομαι*, Gal. 5, 12 *ὄφελον καὶ ἀποκόψονται*, non passive: resecentur a coetu christiano, destituantur conatu suo, sed vel: *se abscidant* a coetu, i. e. coetum christ. deserant, vel: *se castrent*, et cum Chrysostomo et Theophylacto vertendum: utinam se non solum circumcidant, imo etiam exsecent sibi genitalia. (Sic כָּרַת Deut. 23, 1. Arrian. Epict. 2, 20. 19. Lucian. eunuch. §. 8. coll. *Raphelii* annot. e Polyb. p. 530 et *Grotius* ad h. l.)

Ἀπόκριμα, *ατος*, *τό*, (ab *ἀποκρίνομαι*) *responsum, decretum iudicis* quodvis, (Aelian. H. A. 9, 15. Ioseph. ant. 14, 10. 6) sententia, qua quis absolvitur, (apud profanos saepissime); in N. T. semel 2 Cor. 1, 9 *ἀπόκριμα τοῦ θανάτου*, sententia qua ad mortem condemnatur aliquis; sensus: ipse de mea salute prorsus desperaveram. Hesych. *ἀπόκριμα· κατάκριμα, ψῆφος.*

Ἀποκρίνομαι, aor. 1. med. *ἀπεκρινάμην*, aor. 1. pass. *ἀπεκρίθην*, fut. 1. pass. *ἀποκριθήσομαι*, (ex *ἀπό* et *κρίνω*) — LXX pro עָנָה respondeo, et הֵשִׁיב — Activum et passivum: secerno, segrego (Hom. Iliad. 5, 12. Thucyd. 2, 49); item: abiudico alicui aliquid. — Hinc Medium: sententiam dico, *responsum do*, *respondeo*. Nostri scriptores etiam aor. 1. pass. et fut. 1. pass. significatione medii saepissime utuntur, quod recte vituperatur a Phrynicho (ed. *Lob*. p. 108) qui habet: *ἐπὶ μὲν τοῦ ἀποδοῦναι τὴν ἐρώτησιν ἀποκρίνασθαι λέγε, ἐπὶ δὲ τοῦ διαχωρισθῆναι, ἀποκριθῆναι.* Quibus adscripsit *Lobeckius:* „apud Polybium, Diodorum, Iosephum etc. multa huius vitii exempla observantur, a quo ne attici quidem rhetores abstinuerunt. Vid. Lucian. Demonact. 26, 244. T. 5. Aristaen. Ep. 1, 22. et 24.“ cf. etiam *Sturz.* de dialecto Maced. p. 148. LXX interpretes *ἀπεκρίθην* saepissime pro: respondit. — Sequitur maxime dativus personae, et *πρός τινα* non nisi in Lucae scriptis (Luc. 4, 4. 6, 3. Act. 3, 12. 25, 16. coll. Hab. 2, 2. Gen. 23, 5.) Est autem in N. T. 1) *respondeo*, de respondente vel ad quaestionem, Matth. 11, 4. 13, 11. 19, 4. Marc. 12, 28. 34 et saepissime, — ad interrogationem iudicis vel accusatoris, Matth. 26, 62. 27, 12. 14. Marc. 14, 61. Col. 4, 6. — vel ad mandata, preces, adhortationes, Matth. 4, 4. 12, 39. 13, 37. 25, 9. Luc. 22, 68 et saepissime; — de contradicente, regerente, *erwiedern*, Matth. 3, 15. 8, 8. 12, 48. 14, 28. 15, 24. 28. 16, 17. 22, 46. Marc. 7, 28. 10, 20. Io. 2, 18. 3, 9 et passim. — de iubente: respondendo iubeo, Act. 25, 4. — 2) *ulterius loquor, in dicendo pergo,* Matth. 11, 25. 12, 38. 15, 15. 22, 1. 26, 25. 63.

Marc. 9, 19. 10, 24. Nonnunquam sub initium orationis ita ponitur, ut sit: *incipio loqui, ich nehme das Wort,* ubi saepius ex hebraismo (Ios. 1, 16. Gen. 18, 27. 27, 37 et saepissime) ἀποκριθεὶς εἶπε, vel καὶ ἀπεκρίθη καὶ εἶπε, maxime apud Matthaeum, saepius etiam apud Marcum et Lucam et passim apud Ioannem legitur; Matth. 17, 4. 17, 28, 5. Marc. 9, 5. 10, 51. 11, 14. 12, 35. Luc. 1, 60. 23, 40. Io. 5, 17. Act. 3, 12. Legitur etiam de eo, qui *interrogando* sermonem producit, Matth. 27, 21. (coll. Marc. 14, 61 ubi habes ἐρωτάω) Apoc. 7, 13. (Dan. 3, 14. Etiam Act. Thom. §. 40 ἀπόκρισις de sermone alloquentis.)

Ἀπόκρισις, εως, ἡ, (ab ἀποκρίνομαι, quod vid.) *responsio*, Luc. 2, 47. 20, 26. Io. 1, 22. 9, 9. (Deut. 1, 22. Prov. 15, 1. Ioseph. ant. 7, 6. 1.) *.

Ἀποκρύπτω, (ex ἀπό et κρύπτω) *abscondo, recondo*, Matth. 25, 18. (Sap. 7, 13. Ioseph. ant. 3, 6. 5). Metaphorice, *reticeo, celo*, Matth. 11, 25. Luc. 10, 21. 1 Cor. 2, 7. Eph. 3, 9. Coloss. 1, 26. (2 Reg. 4, 27. Ps. 69, 7. 119, 19. Ioseph. ant. 3, 4. 2.) *.

Ἀπόκρυφος, ον, (ab ἀποκρύπτω) *absconditus, occultus*, Marc. 4, 22. Luc. 8, 17. Dan. 2, 22. — *reconditus*, Coloss. 2, 3. coll. Dan. 11, 43. 1 Macc. 1, 22.

Ἀποκτείνω, et ἀποκτένω [Matth. 10, 28. Luc. 12, 4 in textu *Griesbach.* qui edidit ἀποκτενόντων] et ἀποκτέννω [Apoc. 6, 11 in text. *Griesb.*] LXX Hab. 1, 17. Dan. 2, 13. 3 Esdr. 4, 7. Ies. 66, 3. Nicarch. annal. Br. XX ex dialecto communi, ut videtur (cf. Gregor. Cor. de dial. p. 588 et 597 edit. *Schaef. Sturz.* de dial. Maced. p. 119 et 128; *Breitinger* prolegg. ad LXX, cap. II. §. 7), vel ex dial. Aeolica, vid. *Buttm.* gramm. ampl. I, p. 84. — fut. ἀποκτενῶ, aor. 1. ἀπέκτεινα, aor. 1. pass. ἀπεκτάνθην (de qua forma seriorum vid. *Win.* Gramm. p. 79. *Rost.* gramm. gr. p. 312.) (ex ἀπό et κτείνω, neco, interficio) — LXX pro חָרַג, saepius pro הֵמִית, nonnunquam pro הִכָּה — 1) *occido, interficio*, quocunque modo hoc fiat; Matth. 14, 5. 16, 21. 21, 35—39. Marc. 6, 19. Luc. 6, 9. 11, 47. Io. 18, 31. Apoc. 6, 8. 9, 5. 13, 10. 19, 21 et passim. Ἀποκτ. ἑαυτόν, manum sibi inferre, Io. 8, 22. (Sap. 16, 14 ἀποκτέννει intellige ἑαυτόν.) — Passiv. *morte pereo*, Apoc. 9, 18. 20. 6, 11. 11, 5. 13. 13, 15. — 2) *mortem aeternam* (vid. Θάνατος), vel mortis aeternae poenam, *affero*, Matth. 10, 28 τὴν ψυχὴν ἀποκτεῖναι, quod ibidem explicatur: ψυχὴν ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ (coll. Luc. 12, 4. 5), 2 Cor. 3, 6 τὸ γράμμα ἀποκτείνει, lex literis scripta mortem aeternam infert vel denuntiat. Rom. 7, 11 ἡ ἁμαρτία δι' αὐτῆς (ἐντολῆς) ἀπέκτεινεν (με), peccatum per legis praeceptum mortis poenae me subiecit. — 3) tropice, *e medio tollo, aboleo*, τὴν ἔχθραν, Eph. 2, 16.

Ἀποκυέω, ῶ, aor. 1. ἀπεκύησα, (ex ἀπό et κυέω, in utero gero, Ioseph. ant. 1, 18. 1.) ex utero emitto, *pario*, pr. de feminis (4 Macc. 15, 17 γυνὴ τὴν εὐσέβειαν ὁλόκληρον [i. e. filios immotae pietatis] ἀποκυήσασα). — metaphorice: *gigno, produco*; bis: Iac. 1, 15 ἡ ἁμαρτία ἀποκύει θάνατον. Ib. v. 18 ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, genuit nos per doctrinam veram, ut essemus eius filii.

Ἀποκυλίω, et ἀποκυλίζω, f. ίσω, (ex ἀπό et κυλίω, volvo) *devolvo*. Quater in N. T.: Matth. 28, 2. Marc. 16, 3. 4. Luc. 24, 2. (Gen. 29, 3. 8. 10. Iudith. 13, 9. Ioseph. ant. 4. 8. 37 et 5, 11. 3.) **.

Ἀπολαμβάνω, f. ἀπολήψομαι, aor. 2. ἀπέλαβον, partic. aor. 2. medii ἀπολαβόμενος [Marc. 7, 33] (ex ἀπό et λαμβάνω) 1) *accipio ab alio*; Gal. 4, 5 τὴν υἱοθεσίαν. (Num. 34, 14 pro לָקַח.) — Ἀπέλαβον, *accepi, acceptum habeo, ich habe weg*; Luc. 16, 25 ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου. — 2) *recipio, recupero*; Luc. 6, 34. 15, 27. (Ioseph. ant. 5, 1. 3 τὸ ἴδιον ἀπελάμβανε [Iordanes] μέγεθος.) — accipio in retributionem, Luc. 18, 30. 23, 41. Rom. 1, 27. Col. 3, 24. 2 Io. v. 8. — 3) capio mihi (2 Macc. 8, 6 τοὺς ἐπικαίρους τόπους), sumo mihi (Ioseph. ant. 4, 8. 44 τιμωρίαν); de personis: *sumo, mecum abduco* aliquem; Marc. 7, 33 ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, quum sumpsisset eum de populo seorsim. (Eandem locutionem habes 2 Macc. 6, 21 ἀπολαβόντες αὐτὸν κατ' ἰδίαν. coll. ib. 4, 46. Ioseph. de bell. 2, 7. 2 ἀπολαβόμενοι αὐτὸν κατ' ἰδίαν. Appian. de bello civ. lib. 5. c. 40. p. 1105 ἰδίᾳ δὲ ἕνα τῶν τριῶν ἀπολαβών. Philostrat. vit. Apoll. 7, 18.) — 3 Io. v. 8 ἀπολαμβάνειν, nobiscum ducere, intellige εἰς τὴν οἰκίαν, i. e. *hospitaliter excipere*. Sed boni libri hic legunt ὑπολαμβάνειν, quod praeferendum est. **.

Ἀπόλαυσις, εως, ἡ, (ab ἀπολαύω, fruor) 1) *fructus, oblectamentum*, Hebr. 11, 25 ἁμαρτίας ἀπόλαυσις, oblectamentum e peccato natum. (Ioseph. ant. 2, 7. 3. Symmach. Ps. 119, 143 pro שַׁעֲשֻׁעִים, deliciae, αἱ ἐντολαί σου ἀπόλαυσίς μου.) — 2) *oblectatio*, quae ex usu commodorum oritur; 1 Tim. 6, 17. (Ioseph. ant. 2, 4. 4. Antonin. 8, §. 1. coll. 3 Macc. 7, 16.) **.

Ἀπολείπω, aor. 2. ἀπέλιπον (ex ἀπό et λείπω) 1) *relinquo*, 2 Tim. 4, 13 ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι. v. 20. Tit. 1, 5 in codd. pro κατέλιπον. (Ioseph. ant. 4, 8. 21 ἀπολιπεῖν τὰς ἐπιφυλλίδας τοῖς πένησι.) — Passiv. reliquus sum (Exod. 14, 28); — ἀπολείπεται, *reliquum est, restat, futurum est, manet*; Hebr. 4, 6. 9. 10, 26. (Hesych. ἀπολείπεται· ἀπομένει. coll. Sap. 14, 6.) — 2) *desero*, Iud. v. 6 ἀπολιπόντες τὸ ἴδιον οἰκητήριον. (Prov. 2, 17 pro עָזַב, βουλὴ ἡ ἀπολείπουσα διδασκαλίαν νεότητος. ib. 9, 6. Sir. 17, 25 ἀπόλειπε ἁμαρτίας.) *.

Ἀπολείχω, (ex ἀπό et λείχω lambo) *lambo, delingo*, bedecken. Semel Luc. 16, 21. (Aristoph. Vesp. 27.)

Ἀπόλλυμι, f. ἀπολέσω, (Matth. 21, 41. Marc. 8, 35. Io. 6, 39. 12, 25. Gen. 18, 30—32. Ies. 65, 8. Sir. 6, 3) fut. attic. ἀπολῶ (semel 1 Cor. 1, 19; sed saepissime apud LXX), aor. 1. ἀπώλεσα, fut. med. ἀπολοῦμαι, aor. 2. med. ἀπωλόμην, partic. perf. med. (ἀπόλωλα) ἀπολωλός — (ex ἀπό et ὄλλυμι, quod tempora sua format ab ὀλέω, perdo.) — LXX saepissime pro אָבַד et pro verbis cognatis — I) In activo: 1) transitive: *perdo* i. e. a) destruo, corrumpo, facio ut evanescat (Deut. 12, 2. Mich. 5, 10. Ezech. 30, 13), — de hominibus: b) *vita privo, interficio, occido*, Matth. 2, 13. 12, 14. 21, 41. 22, 7. Marc. 3, 6. 9, 22. 11, 18. 12, 9. Luc. [6, 9.] 17, 29. 19, 47. 20, 16. Io. 10, 10. Iud. v. 5. (LXX pro הָרַג, Gen. 20, 4. Esth. 9, 6. 1 Macc. 2, 37. coll. Exod. 30, 38. Ies. 11, 13.) — occidendum declaro, morte puniendum iudico. Matth. 27, 20. Iac. 4, 12. (Deut. 8, 20.) — c) *morti aeternae* (vid. Θάνατος) *devoveo*, poenis futuris subiicio, Matth. 10, 28. Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. [9, 56.] Rom. 14, 15 μὴ ἐκεῖνον ἀπόλλυε, i. e. ne auctor sis, ut ille peccando poenas futuras subeat. (Similiter ἀπολεῖ de eo, qui non quidem consilio, sed sua agendi ratione causa interitus est, Sir. 10, 3.) — Luc. 9, 25 ἑαυτὸν ἀπολέσαι, sibi ipsum consciscere mortem aeternam. (Sir. 20, 22 ὁ ἀπολλύων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.) — 2) intransitive: *amitto, iacturam facio, ich verliere*; τὴν ψυχὴν ἀπολέσαι, Matth. 10, 39. 16, 25. Marc. 8, 35. Luc. 9, 24. 17, 33. Io. 12, 25. — Matth. 10, 42 μισθόν. Marc. 9, 41. Luc. 15, 4 πρόβατον. Luc. 15, 8 sq. δραχμήν. Io. 6, 39 ἵνα μὴ ἀπολέσω (τι) ἐξ αὐτοῦ, i. e. ne unum eorum perire patiar. 2 Io. v. 8 ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ne fructum operis apostolici, i. e. vos, discipulos, amittamus. (Sir. 6, 3. 8, 12. Prov. 29, 3.) — II) In passivo et med. 1) *perdor, pereo* i. e. a) *corrumpor, destruor*, Matth. 5, 29. 30. 9, 17 οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται. Marc. 2, 22. Luc. 5, 37. Io. 6, 27 τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμ. corruptioni obnoxium. Hebr. 1, 11 αὐτοὶ (οἱ οὐρανοὶ) ἀπολοῦνται (vid. Ps. 102, 26), Iac. 1, 11. 1 Petr. 1, 7 χρυσίου ἀπολλ. ornamenta aurea destruenda. Apoc. 18, 14 τὰ λαμπρὰ ἀπώλετο (pro ἀπῆλθεν, quod est in textu vulg.) ἀπὸ σοῦ, destruentur ita, ut amplius non habeas, i. e. eripientur tibi. (hebr. אָבַד vel נִכְרַת seq. מִן, Ier. 48, 36. Ezech. 29, 8. 35, 7.) — b) *occidor, vita privor, pereo*; Matth. 8, 25. 18, 14. 26, 52. Marc. 4, 38. Luc. 8, 24. 15, 17 λιμῷ ἀπόλλυμαι, fame conficior. Io. 11, 50. 18, 9. 14. Act. 5, 37. 1 Cor. 10, 9 sq. 2 Petr. 3, 6. Iud. v. 11. (Ex. 34, 29. Levit. 23, 30. Esth. 9, 2.) — c) *vita aeterna privor, pereo post mortem*, Io. 3, 15. 16. 10, 28. 17, 12. Rom. 2, 12. 1 Cor. 8, 11. 15, 18. 2 Petr. 3, 9. — οἱ ἀπολλύμενοι (oppos. τοῖς σωζομένοις), morti aeternae obnoxii, ad vitam aeternam per Christum non perventuri, 1 Cor. 1, 18. 2 Cor. 4, 3. 2, 15. 2 Thess. 2, 10. — τὸ ἀπολωλός, pro τοὺς ἀπολωλότας, eos, quibus pereundum est, morti aeternae devotos, Matth. 18, 11. Luc. 19, 10. (coll. Ezech. 34, 4. 16. Ps. 119, 176. Ier. 50, 6.) — c) *amittor, pereo*, ich gehe verloren; Luc. 21, 18 θρὶξ ἀπόληται. Io. 6, 12. Act. 27, 34 ubi Griesb. ἀπολεῖται pro πεσεῖται. — de ovibus in desertis aberrantibus a grege, Matth. 10, 6. 15, 24. — de filio misere oberrante in regionibus exteris, Luc. 15, 24. *.

Ἀπολλύων, οντος, ὁ, (particip. ab ἀπολλύω) *perditor*, *vastator*. Apoc. 9, 11. Vid. Ἀβαδδών.

Ἀπολλωνία, ιας, ἡ, *Apollonia*, urbs Macedoniae maritima, Apollini sacra, ab Amphipoli unius diei itinere distans. Act. 17, 1.

Ἀπολλώς, ώ, ὁ, *Apollos*, nomen Iudaeo-Christiani, et doctoris in ecclesia, qui nonnisi Act. 18, 24. 19, 1. 1 Cor. 1, 12. 3, 4 — 6. 22. 4, 6. 16, 12. Tit. 13, 13 commemoratur.

Ἀπολογέομαι, οῦμαι, imperf. ἀπελογούμην (Act. 26, 1), aor. ἀπελογησάμην, infinit. aor. pass. ἀπολογηθῆναι (semel Luc. 21, 14) pro ἀπολογήσασθαι (de qua permutatione aoristorum medii et passivi vid. *Wineri* Gramm. §. 40. p. 238), verb. depon. med. (ab ἀπολογία) propr. rem accurate enarro; 1) *verba facio mei defendendi causa*, Act. 26, 1. 26, 24. (Ioseph. ant. 4, 7. 3.) — ἀπολογέομαί τι, profero aliquid ad me defendendum, Luc. 12, 11. — τὰ περὶ ἐμοῦ ἀπολ. narrabo defendendi causa, quae ad me spectant, Act. 24, 10. — *defendo me verbis, causam dico*, Luc. 21, 14. Rom. 2, 15. (coll. Ier. 12, 1. 2 Macc. 13, 26.) — seq. dativo personae, Act. 19, 33 ἀπολ. τῷ δήμῳ, causam dicere ad populum. 2 Cor. 12, 19. — seq. περί cum genitivo rei, Act. 26, 2. (Ioseph. de bell. Iud. 4, 5. 5.) — 2) *argumentis probo, demonstro*, Act. 25, 8 ἀπολογουμένου, ὅτι κ. τ. λ. quum defensione sua evicisset, se etc. (Hinc οἱ ἀπολογούμενοι Ier. 31, 6 sunt ii, quorum defensio probata est, insontes iam a Deo declarati (in textu hebr. נֹצְרִים, pro quo LXX legisse videntur נִצָּרִים, salvati); et Sap. 6, 10 ἀπολογία est absolutio.) **.

Ἀπολογία, ας, ἡ, (ab ἀπόλογος, narratio accurata) *oratio defendendi causa habita, defensio, causae dictio*, Act. 22, 1 ἡ πρὸς ὑμᾶς ἀπολογία. 2 Tim. 4, 16 ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ, quum primum defendendi me causa loquerer. — *defensio*, 2 Cor. 7, 11. — τοῦ εὐαγγελίου, religionis christ. Phil. 1, 7. 17. — περί τινος, alicuius rei causa, Act. 25, 16. — ἀπολ. seq. dativo personae, defensio coram iudice aliquo facta, 1 Cor. 9, 3. 1 Petr. 3, 15. — (Sap. 6, 10 ubi est absolutio.) **.

Ἀπολούω, (ex ἀπο et λούω lavo) *abluo*. Metaphorice: *abstergo, removeo*. Sic bis de peccatis eorumque poenis Act. 22, 16. 1 Cor. 6, 11. coll. Ps. 51, 1. 2. 7. (Ies. 1, 16. Iob. 9, 30. Ier. 4, 14. Philo de nom. mut. p. 1051 E. τὰ καταῤῥυπαίνοντα τὴν ψυχὴν ἐκνίψασθαι καὶ ἀπολούσασθαι.) **.

Ἀπολύτρωσις, εως, ἡ, (ab ἀπολυτρόω, pretio redimo, LXX hebr. פְּדוּת Exod. 21, 8) 1) *redemtio captivi per pretii solutionem*. In N. T. de redemtione a potestate diaboli, peccati et mortis per sanguinem Iesu, in pretium redemtionis solutum, Rom. 3, 24. 1 Cor. 1, 30. Eph. 1, 14 εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, quae cum ἐσφραγίσθητε iungenda et vertenda sunt: obsignati estis ad eiusmodi redemtionem videl. a diaboli et peccati potestate, ut iam sitis peculium Dei et Christi (coll. Act. 20, 28. Hebr. 2, 14. Io. 12, 31). Brevius dicitur nonnunquam redemtio i. e. liberatio a peccato eiusque poenis, Eph. 1, 7. Coloss. 1, 14. Hebr. 9, 15. (Clem. Alex. strom. 7, 10. p. 865, 20.) — 2) *liberatio*, e malorum angustiis Luc. 21, 28. e mortis periculo Hebr. 11, 35. — animae e corpore, quasi eius carcere, Rom. 8, 23. Eph. 4, 30. coll. Rom. 7, 24. Sap. 9, 15. *.

Ἀπολύω, f. ύσω, (ex ἀπό et λύω) 1) λύω ἀπό τινος, disiungo aliquem ab aliqua re, solvo, seq. genitivo personae vel rei (Ioseph. ant. 5, 1. 26 ἀλλήλων ἀπελύθησαν) — *libero* aliquem ab aliqua re, Luc. 13, 12 τῆς ἀσθενείας. (2 Macc. 4, 47 τῶν κατηγορημάτων. Ioseph. ant. 2, 5. 2 τῶν δεσμῶν. Tob. 3, 6 τῆς ἀνάγκης.) — 2) *liberum dimitto, absolvo*; — debitorem, Matth. 18, 27. — vinctum, accusatum, Matth. 27, 15. Marc. 15, 6. Luc. 22, 68. 23, 16 sq. Io. 18, 39. 19, 10 sq. Act. 26, 32. 28, 18 et saepius. (2 Macc. 6, 22.) — rogantem absolvere, Matth. 15, 23. — Luc. 6, 37 ἀπολύετε, καὶ ἀπολυθήσεσθε, i. e. ignoscite aliis ea, quae in vos peccaverint, ut etiam vobis ignoscatur. — *dimitto*, simpliciter, i. e. vel: *iubeo ut abeat*, vel (ut Ioseph. ant. 2, 14. 6. ib. 5, 2. 8): *patior ut abeat aliquis, von sich lassen, gehen heissen* oder *lassen*; τὸν ὄχλον, Matth. 14, 15. 22 sq. 15, 32. 39. Marc. 10, 2. 4 et passim. Vid. praeterea Luc. 8, 38. 14, 4. Act. 13, 3. 15, 30. 33. 23, 22. Hebr. 13, 23. — τὴν ἐκκλησίαν, concionem dimittere, Act. 19, 40. — γυναῖκα, uxorem dimittere, i. e. eam repudiare, Matth. 1, 19. 5, 31 sq. 19, 3 — 9. Marc. 10, 4. Luc. 16, 18. — etiam de uxore, maritum repudiante, Marc. 10, 12 ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα. (Diod. lib. XII. p. 490 ed. Wessel. νόμος, ὁ διδοὺς ἐξουσίαν τῇ γυναικὶ ἀπολύειν τὸν ἄνδρα.) — Luc. 2, 29 νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου ἐν εἰρήνῃ, ubi ἀπολ. de *dimissione ex hac vita*, τοῦ ζῆν, dicitur. (LXX pro גָּוַע, Num. 20, 29. Tob. 3, 6 ὅπως ἀπολυθῶ, καὶ γένωμαι γῆ. ib. v. 13 ἀπολῦσαί με ἀπὸ τῆς γῆς. 2 Macc. 7, 9 ἐκ τοῦ παρόντος ζῆν ἡμᾶς ἀπολύεις. Aelian. V. H. 13, 20 ἀπολύεσθαι τοῦ ζῆν.) — 3) medium: dimitto me; *discedo, abeo*, Act. 28, 25. (Exod. 33, 11.)

Ἀπομάσσω, s. μάττω, (ex ἀπό et μάσσω, manibus tracto, tergo) abstergo, abstergendo purgo; med. *abstergo mihi*; semel Luc. 10, 11 τὸν κονιορτόν. (Polyb. 15, 26. 3.)

Ἀπονέμω, (ἀπό et νέμω, tribuo) propr. secerno partem et tribuo alicui; — attribuo, assigno: ich theile zu, (Deut. 4, 19. 3 Macc. 1, 7. 3, 16. Ioseph. ant. 5, 1. 24.) — *tribuo, exhibeo, ich gebe, erweise*; semel 1 Petr. 3, 7 ἀπονέμοντες τιμήν. (Ioseph. ant. 1, 7. 1 ᾧ καλῶς ἔχει τὴν τιμὴν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀπονέμειν. Clem. Alex. strom. 7, 2. p. 832, 26 τοῖς πεπιστευκόσιν ἀπονείμας τιμάς. Ignat. ad Magnes. §. 3 τῷ ἐπισκόπῳ πᾶσαν ἐντροπὴν ἀπονέμειν.) **.

Ἀπονίπτω, (ex ἀπό et νίπτω) *abluo*; — med. semel, Matth. 27, 24 ἀπενίψατο τὰς χεῖρας, abluit sibi manus, s. manus suas. Volebant, qui manus suas solemni ritu lavabant, significare, se immunes esse a caede vel morte alterius. Vid. Deut. 21, 6. 7. Ioseph. ant. 4, 8. 16. Scholiast. ad Sophocl. Aiac. 645.

Ἀποπίπτω, aor. 2. ἀπέπεσον, (ex ἀπό et πίπτω) *decido, delabor*. Semel Act. 9, 18. (Iob. 24, 24.)

Ἀποπλανάω, ῶ, (ex ἀπό et πλανάω) aberrare facio, a recta via abduco, Ier. 50, 6. — metaph. a veritatis, pietatis via abduco, *in errorem induco*, Marc. 13, 22. (2 Chron. 21, 11. Prov. 7, 21. 13, 6.) — ἀποπλανάομαι ἀπό τινος, abducor ab aliqua re, 1 Tim. 6, 10 ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως. (Sir. 4, 19. Lib. Henoch. (*Fabr.* p. 180) ἐγρήγοροι ἀπεπλανήθησαν ὀπίσω αὐτῶν, amore abrepti prosequebantur mulieres.) **.

Ἀποπλέω, aor. 1. ἀπέπλευσα, (ex ἀπό et πλέω) *navigo, nave discedo, solvo*. Quater: Act. 13, 4. 14, 26. 20, 15. 27, 1.

Ἀποπλύνω, aor. 1. ἀπέπλυνα, (ex ἀπό et πλύνω) *abluo*, maxime de vestimentis et vasis. Semel Luc. 5, 2. coll. Ier. 2, 22. 4, 14.

Ἀποπνίγω, aor. 1. ἀπέπνιξα, aor. 2. pass. ἀπεπνίγην, (ex ἀπό et πνίγω) *suffoco, suffocando neco*. Luc. 8, 33. (Tob. 3, 9.) — Tropice, ut Latinor. praefoco, de semine spinis obducto et necato, Matth. 13, 7. Luc. 8, 7. **.

Ἀπορέω, ῶ, et (ut in N. T. solum legitur) ἀπορέομαι, οῦμαι, deponens passiv. (ab ἄπορος, quod ex ἀ priv. et πόρος, via, exitus, tropice: ratio, praesidium; quare ἄπορος, via, praesidio destitutus) 1) propr. de eo, qui vel via destitutus, nescit quo se vertat, cui exitus non patet, vel (sequente genitivo), qui destituitur aliqua re; metaph. *dubius, incertus sum* (γνώμης ἀπορέω, Ioseph. ant. 1, 21. 1.) Io. 13, 22 ἀπορούμενοι, περὶ τίνος λέγει, incerti, de quonam loquatur. (Ioseph. ant. 2, 12. 2 ἀπορῶ, πῶς ἂν πείσω λόγοις.) Act. 25, 20 ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν τούτου ζήτησιν, incertus, quid statuam de hac quaestione. — 2) ex adiuncto *sollicitus sum*, 2 Cor. 4, 8. Gal. 4, 20 ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν: sollicitus sum de vobis. (Sap. 11, 5. Ier. 8, 18 καρδία ἀπορουμένη, hebr. דַּוָּי. Gen. 32, 7 ubi καὶ ἠπορεῖτο legitur pro וַיֵּצֶר לוֹ. 1 Macc. 3, 31. vid. etiam Ἀπορία.) *.

Ἀπορία, ιας, ἡ, (ab ἀπορέω) ei tribuitur, cui vel via deest, qui, quo se vertat, quo evadat vel non habet, vel nescit, vel ei, qui ratione, praesidio caret; hinc: rei inopia, Sir. 4, 2. Deut. 28, 22. — *consilii inopia, anxietas, desperatio*; semel Luc. 21, 25. (cf. Lev. 26, 16. Ies. 8, 22. 24, 19. Ier. 8, 21. Plutarch. Timol. 9.) *.

Ἀποῤῥίπτω, (ex ἀπό et ῥίπτω) *abiicio, proiicio*. Exod. 22, 31. Ios. 23, 4 et saepius. — Semel Act. 27, 43 ἀποῤῥίψαντες reflexive, ut saepius activa leguntur in significatione reflexiva (vid. *Winer*. Gramm. §. 39), i. q. ἀποῤῥίψαντες ἑαυτούς, iussit eos se primos in mare proiicere. (Thucyd. 4, 108. Arrian. exped. Alex. lib. 2. p. 89:

ὁ δὲ εἰς τὸν Κύδνον ποταμὸν λέγουσι ῥίψαντα νήξασθαι. Idem Hist. Ind. cap. 24. §. 7 ἐπεῤῥίπτουν ἑωυτοὺς εἰς τὸν πόντον.)

Ἀπορφανίζω, (ab ἀπό et ὄρφανος) parentibus orbo (Aeschyl. Choeph. v. 247). In N. T. semel 1 Thess. 2, 17 ubi Paulus de se, doctore, discipulis suis orbato, ab amicis quasi deserto: ἡμεῖς δὲ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν, ego vero vobis orbatus.

Ἀποσκευάζω, et medium ἀποσκευάζομαι, (ex ἀπό et σκευάζω) propr. sarcinas amoveo; deinde simpliciter: amoveo, removeo, aufero, ita ut ἀπό indicet, aliquid removeri ex loco; LXX Levit. 14, 36. Ioseph bell. 1, 13. 5 ἀποσκευασάμενος τὴν ὑποψίαν, suspicionem a se removens. Ioseph. ant. 14, 16. 2. bell. 1, 31. 1. Saepissime apud profanos. — In N. T. semel Act. 21, 15 ἀποσκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱερουσαλήμ, quod vulgo vertunt: sublatis i. e. collectis, nobis impositis sarcinis profecti sumus. Sed ἀπό hic est ad finem pervenientis, ut in ἀποτελέω, ἀποτελευτάω, et ἀποσκευασ. vertendum: omnibus ad iter necessariis paratis. (Chrysost. homil. 45. in Act. §. 3 τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες.) Quod si praeferas retinere notionem amovendi, poteris etiam vertere: remotis omnibus impedimentis. Lectio codd. ἐπισκευασάμενοι correctioni debetur. **.

Ἀποσκίασμα, τος, τό, (ab ἀποσκιάζω, umbram facio, umbra tego, obumbro) *umbra ab aliqua re facta;* semel Iac. 1, 17 ubi in patre luminum coelestium dicitur non esse τροπῆς ἀποσκίασμα, umbra conversione effecta, ut in sole et luna. Sensus: Dei perfectio mutationi non subiecta est. — Alii ἀποσκ. tropice: *leve vestigium*, ut Etymol. M. et Hesych. τροπῆς ἀποσκίασμα· ἀντὶ τοῦ ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς ἴχνος.

Ἀποσπάω, aor. 1. ἀπέσπασα, aor. 1. pass. ἀπεσπάσθην, (ex ἀπό et σπάω) *abstraho, avello, aufero, eripio,* adiecta notione violentiae vel doli, Ier. 12, 14. Ies. 28, 9. Ioseph. ant. 7, 7. 3. — τὴν μάχαιραν, Matth. 26, 51 quod vertunt: gladium *stringo* (ἐκσπάω τὴν μάχ. 1 Sam. 17, 51 σπάω τὴν μ. 1 Chron. 11, 11. Marc. 14, 47). Rectius fortasse: ἀπέσπασε τὴν μάχ. αὐτοῦ est: eripuit gladium eius (intellige Iudae Carioth.), quam explicationem suadent antecedentia ἐκτείνας τὴν χεῖρα. Sequens σοῦ v. 52 ante μάχαιραν omittunt codices, recte ut videtur. — Act. 20, 30 ἀποσπᾶν τοὺς μαθητάς, dolo abstrahere discipulos a magistro (Aelian. V. hist. 13, 32 ubi Theodota, meretrix, ad Socratem σὺ μὲν γάρ, inquit, οὐδένα τῶν ἐμῶν δύνῃ ἀποσπάσαι, ἐγὼ δὲ, ἐὰν βούλωμαι, τοὺς σοὺς πάντας. Vid. etiam Ioseph. ant. 13, 4. 7 ubi est: dolo vel vi rapere uxorem alterius). — Passiv. separor, abstrahor, *discedo, secedo,* — seq. ἀπό τινος Luc. 22, 41. Act. 21, 1. (2 Macc. 12, 10. 17. Diod. Sic. 20, 39 εἰδότες τὸν Ἀγαθοκλέα μακρὰν ἀπεσπασμένον. Clem. Alex. strom. 1, 1. p. 327, 26 ed. Pott. ἀποσπᾶσθαι τῆς πίστεως.) *.

Ἀποστασία, ας, ἡ, (ab ἀφίσταμαι) *defectio;* — a vero Deo et cultu eius, Act. 21, 21. 2 Thess. 2, 3. (2 Chron. 29, 19. 1 Macc. 2, 15.) *.

Ἀποστάσιον (quod in nominativo apud meliores scriptores non legitur), ίου, τό, (ab eod. them.) *repudium;* Hesych. τὸ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα καὶ γράψαι ἀποστάσιον. — Βιβλίον ἀποστασίου, libellus repudii, Matth. 19, 7. Marc. 10, 4. (Deut. 24, 1. 3. Ies. 50, 1. Ier. 3, 8.) — *libellus repudii,* Matth. 5, 31. ut *repudium* nonnunquam apud Latinos, ut Sueton. Tib. 11 et Calig. 36. Pandect. 24, 2. 3. **.

Ἀποστεγάζω, aor. 1. ἀπεστέγασα, (ex ἀπό et στεγάζω tego) *detego, tectum aperio.* Semel Marc. 2, 4. (Strabo lib. 4. p. 304 τὸ ἱερὸν ἀποστεγάζεσθαι.)

Ἀποστέλλω, f. ελῶ, aor. 1. ἀπέστειλα, perf. ἀπέσταλκα, perf. pass. ἀπέσταλμαι, aor. 2. pass. ἀπεστάλην, (ex ἀπό et στέλλω) — LXX pro שָׁלַח — *mitto a me,* dimitto; — a) propr. *emitto, dimitto, abire iubeo,* Matth. 10, 5. 11, 10. 21, 1. 3. Marc. 1, 2. 6, 7. 11, 3. Luc. 14, 32. Act. 3, 20 et saepissime. — Act. 11, 30 ἀποστείλαντες intellige τὴν διακονίαν, beneficium. — *dimitto a me ad mandata exsequenda, mitto cum mandato,* Matth. 10, 16. 13, 41. — Sic de Deo legatos, doctores, angelos mittente, Matth. 10, 40. 15, 24. 23, 37. Luc. 1, 26. Io. 1, 6. 3, 17. Hebr. 1, 14. — Saepius. — Apoc. 1, 4 ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, ex confusione duarum locutionum pro ἀποστείλας τὸν ἄγγελον αὐτοῦ ἐσήμανεν δι' αὐτοῦ. — Etiam de Messia ex Dei voluntate olim redituro, Act. 3, 20. — Saepe iungitur alio verbo sic, ut indicet, aliquem non ipse fecisse aliquid, sed per alium, quem miserit; Io. 5, 33 ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην. ib. 11, 3 ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς αὐτὸν λέγουσαι i. e. aliquos, qui eum ipsarum nomine sic alloquerentur. Act. 11, 13 ubi text. vulg. addit ἄνδρας. ib. 13, 15. 16, 36. coll. v. 35. Similiter ἀποστείλας seq. verbo activo, Matth. 2, 16 ἀποστείλας ἀνεῖλε, i. e. misit, qui occiderent. Marc. 6, 17 ἀποστείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, misit qui caperent Ioannem. Act. 7, 14. (Gen. 31, 4. 41, 8. 14. Exod. 9, 28. Ios. 24, 9. Thucyd. 7, 8 ἔπεμπε καὶ αὐτὸς εἰς τὰς Ἀθήνας ἀγγέλλων.) — *abire iubeo, abigo,* Matth. 8, 31 (in textu *Griesb.*) Marc. 5, 10. 12, 3. 4. — Ἀποστεῖλαι ἐν ἀφέσει, *liberum dimittere,* Luc. 4, 19. (Ies. 58, 6 שַׁלַּח חָפְשִׁים.) — Io. 9, 7 Σιλωάμ, ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος, quasi שִׁלוֹחַ a שָׁלַח, pro שָׁלוּחַ, missus. — b) tropice: mitto i. e. *immitto,* Marc. 4, 29 τὸ δρέπανον. (Sir. 15, 9 παρὰ κυρίου ἀπεστάλη. ib. 31, 6. Exod. 23, 27 τὸν φόβον. Ex. 15, 7 τὴν ὀργήν. 9, 15 τὴν χεῖρα.) — *eventre iubeo,* Luc. 24, 49 τὴν ἐπαγγελίαν. Act. 10, 36 λόγον, vid. Λόγος. — Ἀποστέλλεταί μοι, *datur, donatur mihi;* Act. 13, 26 ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη. Act. 28, 28 τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον. (Lev. 25, 21 εὐλογίαν. Deut. 28, 8. Exod. 4, 28.) — Quod ad grammaticam huius verbi cum aliis coniunctionem attinet, apud nostros sequitur, ratione habita a) *personae ad quam* mittitur, πρός, Matth. 21, 34. 37. 23, 34. 37. Marc. 3, 31. 12, 2. Saepius. (Gen. 37, 13. 38, 25. Exod. 3, 10. 13.) — dativus personae, Matth. 22, 16. Act. 28, 28. (Gen. 32, 18. 38, 17. Num. 22, 40. 2 Chron. 16, 3.) — εἰς, Matth. 15, 24. Luc. 1, 26. 11, 49. Act. 26, 17. (Ier. 49, 14. 2 Reg. 17, 26.) — b) *loci in quem,* ἐν, Matth. 10, 16. Luc. 10, 3. (2 Reg. 17, 25.) — εἰς, Matth. 14, 35. 20, 2. Marc. 8, 26. Luc. 10, 1. Io. 3, 17 et saepius. (Num. 21, 6. Zach. 7, 2.) — particula ὧδε, Marc. 11, 3. — c) *consilii* ad quod mittitur aliquis, εἰς, Luc. 4, 43 εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι. Hebr. 1, 14. (Gen. 45, 5 εἰς ζωὴν ἀπέσταλκέ με ὁ θεός.) — ἵνα, Marc. 12, 2. 13. Luc. 20, 10. Io. 1, 19. 3, 17. 7, 32. Act. 16, 36. (Gen. 30, 25.) — ὅπως, Act. 9, 17. Sequitur infinitivus Matth. 22, 3 ἀπέστειλε τοὺς δούλους καλέσαι, ut vocarent. Marc. 3, 14. Luc. 1, 19. 4, 18. 9, 2. 14, 17. Io. 4, 38. Act. 5, 21. 1 Cor. 1, 17. Apoc. 22, 6. (Num. 16, 12. 22, 37. 31, 4.) — sequitur accusativus appositionis, Act. 7, 35 τοῦτον ὁ θεὸς ἄρχοντα (ut esset dux) ἀπέστειλεν. 1 Io. 4, 10 ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμόν. ib. v. 14. — d) *dimittentis,* ἀπεστάλη seq. παρά semel Io. 1, 6. (Sir. 15, 9. 31, 6), ἀπό [Act. 10, 21.] (Esdr. 7, 14.) — e) *loci* e quo mittitur, ἀπό, Act. 11, 11. 1 Petr. 1, 12. (Gen. 28, 27.) — f) *alterius,* seq. ὀπίσω, Luc. 19, 14. (Zach. 2, 8.) — ἔμπροσθέν τινος, Io. 3, 28. (Gen. 46, 28.)

Ἀποστερέω, ῶ, (ex ἀπό et στερέω, privo) propr. depositum, commodatum non reddo, Ioseph. ant. 4, 8. 38. — *privo, fraudo,* — a) τί, fraude aliqua re potior, Marc. 10, 19 μὴ ἀποστερήσῃς, intellige τί, ne fraude aliquid tuum facias. (Exod. 21, 10. Sir. 4, 1.) — de mercede: *denego,* Iac. 5, 4 ὁ μισθὸς ὁ ἀπεστερημένος, merces detracta. (Deut. 24, 14. Mal. 3, 5. Sir. 31, 21. 22. Philo de vita Mos. I. p. 624 μισθὸν ὃν ἀπεστεροῦντο.) — b) τινά, *aliquem privo, fraudo,* 1 Cor. 6, 8 ἀποστερεῖτε ἀδελφούς. ib. 7, 5 μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, i. e. nolite vos fraudare invicem officio coniugali. — c) seq. genitivo rei, 1 Tim. 6, 5 τῶν ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας. (Sir. 29, 8. Ioseph. ant. 2, 14. 3 ἡ γῆ τῆς ἐπιμελείας ἀπεστέρητο.) — d) medium: *patior ut priver, ut destituar,* 1 Cor. 6, 7. coll. Sir. 29, 7. **.

Ἀποστολή, ῆς, ἡ, (ab ἀποστέλλω) 1) missio, i. e. actus mittendi, die Entsendung, (Plutarch. Timol. 1 πρὸ τῆς Τιμολέοντος εἰς Σικελίαν ἀποστολῆς. — deinde id, quod mittitur; saepius in V. T. 1 Reg. 9, 16. 3 Esdr. 9, 51. 1 Macc. 2, 18.) — 2) in N. T. *munus apostoli, apostolatus* (ut scriptores ecclesiastici loquuntur); quater: Act. 1, 25. Rom. 1, 5. 1 Cor. 9, 2. Gal. 2, 8.

Ἀπόστολος, ου, ὁ, (ab ἀποστέλλω) *legatus* a) *quilibet,* (hebr. שָׁלוּחַ 1 Reg. 14, 6.) Io. 13, 16. Phil. 2, 25 ὑμῶν ἀπόστολος, a vobis ad me missus, cf. c. 4, 18. — b) *Dei legatus, interpres divinus,* quare saepius ἀπόστολοι cum προφήταις coniunguntur, Luc. 11, 49. Eph. 3, 5. Apoc. 18, 20. ib. 2, 2 λέγοντες ἑαυτοὺς εἶναι ἀποστ. mentientes se Dei legatos et interpretes esse. Hoc sensu Iesus quoque ἀπόστ. dicitur Hebr. 3, 1. — c) *legati Christi,* illi duodecim e discipulis, quos Iesus selegerat, ut praecones

evangelii essent primarii, quosque ipse hoc nomine insignes fecerat, Matth. 10, 2. Marc. 6, 30. Luc. 6, 13. 9, 10. 22, 14. Act. 1, 26. Iud. v. 17. Apoc. 21, 14 et saepius. Paulus, qui eorum numero serius accesserat 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11. Hoc sensu ἀπόστολος in Ioannis scriptis (excepta apocalypsi) plane non legitur. — d) sensu latiori etiam *vicarii, delegati, comites apostolorum* dicebantur ἀπόστολοι, videl. ii, qui ecclesias colligerent, et 2 Cor. 8, 23 ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν nominantur. Sic Paulus et Barnabas, comes eius, Act. 14, 4. 14. (15, 33 in text. vulg. ubi *Griesb.* reposuit ἀποστείλαντες αὐτούς), Andronicus et Iunias Rom. 16, 7. coll. 1 Cor. 4, 9. Act. 8, 14. Sic etiam apud patres eccl. graec., ut Clem. Alex. strom. 3, 6. p. 535, 16 sq. ed. Pott. 4, 17. p. 609, 42 ed. Pott. Duodecim apostoli a Paulo, ut distinguerentur ab his, appellabantur οἱ ὑπερλίαν ἀπόστολοι, 2 Cor. 11, 5. 12, 11. iisque facultas miraculorum patrandorum tribuebatur, 2 Cor. 12, 12. Iidem intelligendi sunt, ubi loquitur Lucas in Actis (v. c. 8, 14) vel Paulus (Gal. 1, 17. 19) de apostolis τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις. — Nonnunquam reticetur, Act. 2, 14. Matth. 26, 14.

Ἀποστοματίζω, (ex ἀπό et στόμα) propr. ἀπὸ στόματος λέγω, vel ἀπὸ μνήμης λέγω (ut explicat Timaei Lex. Platon. Pollux onom. 2, 4. 100.) i. e. memoriter aliquid recito (Themist. orat. 20. p. 238 A.), recito aliquid discipulis, ut discant. Plat. Euthyd. Tom. III. ed. Bipont. p. 14 ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστής, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παιδῶν τὰ ἀποστοματιζόμενα, οἱ σοφοὶ ἢ οἱ ἀμαθεῖς; — In N. T. semel, et transitive: responsionem exigo, *quaestionibus exerceo* aliquem, *ausfragen*, Luc. 11, 53 ἀποστοματίζειν αὐτόν.

Ἀποστρέφω, f. ἔψω, aor. 1. act. ἀπέστρεψα, aor. 2. pass. ἀπεστράφην, (ex ἀπό et στρέφω) LXX maxime pro שׁוּב, etiam pro הֵסִיר, סָבַב — 1) *averto* a) propr. τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, 2 Tim. 4, 4. (Deut. 15, 7. Prov. 4, 27. Sir. 4, 5.) — b) tropice: Luc. 23, 14 ἀποστρέφ. τὸν λαόν, avertere a fide, excitare ad defectionem (Ios. 22, 16. 18. 29. Sir. 46, 11.) Act. 3, 26 ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. (Iob. 33, 17.) — c) Medium et aor. 2. pass. ἀποστρέφομαί τινα, s. τί: *averto me*, i. e. *desero*, 2 Tim. 1, 15 ἀπεστράφησάν με πάντες. (Ier. 15, 6.) — *repudio, aversor*, Matth. 5, 42. Tit. 1, 14 ἀποστρεφόμενοι τὴν ἀλήθειαν. Hebr. 12, 25 οἱ τὸν ἀπ' οὐρανοῦ ἀποστρεφόμενοι. (Ier. 15, 6 σὺ ἀπεστράφης με. Hos. 8, 3 pro זָנַח. Sap. 16, 3. 3 Macc. 3, 23. Ioseph. ant. 2, 4. 3 ἀποστρέφεσθαι τὴν ἀξίωσιν. ib. 4, 6. 8 τὴν δέησιν. ib. 5, 1. 25 τὸ γένος ὑμῶν. Polyb. 9, 39. 6.) — 2) *facio ut recedat, abeat* aliquis s. aliquid, i. e. a) *removeo*. Rom. 11, 26 ἀποστρ. ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. (LXX pro הֵסִיר, Exod. 23, 25. Ps. 85, 4. Sir. 23, 5 ἐπιθυμίαν ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ. 1 Macc. 3, 8.) — b) *refero*, — τινί, *reddo alicui*, Matth. 27, 3 ἀπέστρεψε τὰ ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι. (1 Chron. 10, 14 ἐπέστρεψε τὴν βασιλείαν τῷ Δαυίδ. ib. 12, 23. — c) de gladio: Matth. 26, 52 τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον, i. e. gladium in vaginam recondo; hebr. הֵשִׁיב 1 Chron. 21, 27 ubi LXX κατέθηκε τὴν ῥομφαίαν. coll. Gen. 28, 25. *.

Ἀποστυγέω, ῶ, (ex ἀπό et στυγέω, odio habeo) *valde abhorreo, detestor*; semel Rom. 12, 9. (Eurip. in Ione v. 488 τὸν ἄπαιδα δ' ἀποστυγῶ βίον. Callim. hymn. in Del. v. 223. Herodot. 2, 47.) Theophylact. ad Rom. 12, 9 ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν· τουτέστιν, ἐκ ψυχῆς μισοῦντες.

Ἀποσυνάγωγος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀπό et συναγωγή) qui συναγωγῇ excluditur, vel exclusus est, *sacris prohibitus*, qui scriptoribus sacris dicitur *excommunicatus*. Ter legitur in Evang. Ioann. 9, 22. 12, 42. 16, 2. Duplici modo apud Iudaeos aliquis sacris poterat excludi, quorum alter dicebatur חֵרֶם, eratque eiectio e conventibus sacris cum diris et maledictionibus coniuncta; cum eiusmodi homine synagogis excluso nulla reliquis erat consuetudo. Altera eiectio, qua quis in perpetuum separabatur ab ecclesia et populo iudaico, appellabatur שַׁמְתָּא et videtur Io. 16, 2 intelligenda esse. Vid. *Lightfoot.* hor. ad Io. 9, 22.

Ἀποτάσσω, (ex ἀπό et τάσσω) sepono, secerno (Ier. 20, 2. 1 Macc. 11, 3). — Medium ἀποτάσσομαι, aor. 1. ἀπεταξάμην, seq. dativo: secerno me ab alio, i. e. 1) *valedico*, pro ἀσπάζομαί τινα, (ut antiquiores et puriores scriptores loquebantur; nam ἀποτάσσεσθαί τινι, valedicere alicui, „Atticis ignotum ea aetate viguit, quae Alexandrina dicitur. Ex nativis Graecis unum aut alterum seculo 3. et 4. hac labe contactum reperimus, v. c. Iambl. V. P. c. 28. p. 145. Liban. declam. p. 511 et 824. T. IV." Haec *Lobeckius* ad Phrynich. p. 24.) — a) propr. Act. 18, 18. 20. 2 Cor. 2, 13. (Ioseph. ant. 8, 13. 7.) — b) tropice: *renuntio alicui rei*, Luc. 14, 33. (Ioseph. ant. 11, 6. 8 τροφῇ καὶ ποτῷ καὶ τοῖς ἡδέσιν ἀποταξάμενος. Phil. lib. 2. alleg. p. 87 B. τῇ γαστρὶ ἀποτάττεται. Id. de resip. Noë p. 274 C. ὕπνῳ ἀποτάξεται. Iamblich. de vit. Pythag. c. 3 πολυφαγίᾳ ἀποταξάμενος.) — 2) ex adiuncto: valedicendo dimitto, *dimitto*, Marc. 6, 46 ἀποταξάμενος αὐτοῖς, populo dimisso (in loco parall. Matth. 14, 23 ἀπολύσας τοὺς ὄχλους). Luc. 9, 61 ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, vel: ut dimittam eos, vel ut valedicam iis, qui rebus meis praesunt. (Ioseph. ant. 11, 8. 6 τοῖς Σικιμίταις οὕτως ἀπετάξατο, hoc modo Sicemitas dimisit.) *.

Ἀποτελέω, ῶ, (ex ἀπό et τελέω) *perficio, ad finem perduco, τέλειον facio* (2 Macc. 15, 39. 3 Esdr. 5, 73); semel Iac. 1, 15 ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον, peccandi cupido, ubi perfecit id, ad quod fertur. (Gal. 5, 16 τελεῖν ἐπιθυμίαν σαρκός.) *Schulthess.* h. l. ἀποτελεσθεῖσα vertit *adulta*; non male, quum auctor hic ἁμαρτίαν tanquam feminam mortem parturientem describat. Certe τέλειος etiam adultum significat. — Caeterum ἀποτελῶ vel ἀποτελοῦμαι in quibusdam libris Luc. 13, 32 pro ἐπιτελῶ. *.

Ἀποτίθημι, aor. 2. med. ἀπεθέμην, (ex ἀπό et τίθημι) *sepono, depono*, (Exod. 16, 33 sq. Levit. 16, 23.) Medium ἀποτίθεμαι, a me depono, *depono* a) propr. Act. 7, 58 τὰ ἱμάτια. (2 Macc. 8, 35.) — b) metaphorice: *depono, exuo, renuntio*; Rom. 13, 12. Eph. 4, 22. 25. Coloss. 3, 8. Hebr. 12, 1. Iac. 1, 21. 1 Petr. 2, 1. (Dionys. Halic. ant. 9, 33 ἀποτιθ. τὴν ὀργήν, τὴν ἀρχήν. Themist. orat. 6 ἀποτιθ. τὴν ἀπέχθειαν.) *.

Ἀποτινάσσω, aor. 1. ἀπετίναξα, (ex ἀπό et τινάσσω quatio) *excutio*, Luc. 9, 5. excutio, *abiicio*, Act. 28, 5. coll. 1 Sam. 10, 2. Thren. 2, 7. *.

Ἀποτίω, f. ίσω, (ex ἀπό et τίω) *persolvo, rependo, restituo*. Semel Philem. v. 19 ἐγὼ ἀποτίσω, ego restituam tibi damnum ab illo illatum. (Gen. 31, 39. Exod. 21, 19. Hom. Il. α. 128.)

Ἀποτολμάω, ῶ, (ex ἀπό, quod hic notionem auget, et τολμάω) *libere, confidenter audeo*; semel Rom. 10, 20 ἀποτολμᾷ καὶ λέγει, audacter, libere professus est. (Act. Thom. §. 33 μὴ τόλμα λέγειν, noli audacter recensere.) Vid. etiam Polyb. 2, 45. 2. Philo de legat. ad Caium p. 1003 A.

Ἀποτομία, ας, ἡ, (ab ἀποτέμνω, abscido) proprie actus abscidendi; acies, qua aliquid deciditur, schneidende Schärfe; metaphorice: *severitas, rigor*; Rom. 11, 22. (Symmach. pro פֶּרֶךְ, Nah. 3, 1. Plutarch. de puer. educ. c. 18 τὴν ἀποτομίαν τῇ πραότητι μιγνύναι. Diod. Sic. 12, 16. Adiectiv. ἀπότομος *severus, acerbus*, de poenis divinis legitur Sap. 5, 20. 12, 9. 18, 15.) *.

Ἀποτόμως, adv. (vid. Ἀποτομία) *acriter*; metaph. *severe, rigide*. Bis: 2 Cor. 13, 10. Tit. 1, 13. coll. Sap. 5, 22. Polyb. 17, 11. 2.

Ἀποτρέπω, (ex ἀπό et τρέπω, verto) averto, deflecto, (Sir. 20, 29. 3 Macc. 1, 23.) — medium: averto me, *fugio, vito*; 2 Tim. 3, 5. (4 Macc. 1, 33 ἀποτρεπόμεθα τὰς ἡδονάς. Plutarch. Fab. c. 16 ταύτην μὲν ἀπεστρέψατο τὴν δέησιν.) *.

Ἀπουσία, ας, ἡ, (a particip. ἀπών, ἀποῦσα) *absentia*. Semel Phil. 2, 12. In V. T. non habetur. (Philo de alleg. II. p. 82 B. Ioseph. ant. 2, 4. 5.)

Ἀποφέρω, aor. 1 ἀπήνεγκα, aor. 2. inf. ἀπενεγκεῖν, aor. 1. pass. inf. ἀπενεχθῆναι, (ex ἀπό et φέρω) 1) *abduco*, Marc. 15, 1. Apoc. 17, 3. 21, 10. (Iob. 21, 32.) Item Act. 19, 12 ubi *Griesb.* commendavit lectionem τὰ δὲ πνεύματα τὰ πονηρὰ ἀποφέρεσθαι ἀπ' αὐτῶν. — 2) ablatum ad alios perfero, *perfero, deduco*, Luc. 16, 22. 1 Cor. 16, 3 τὴν χάριν, beneficia. (3 Esdr. 1, 13 ἀπήνεγκαν, intellige τὰς θυσίας. Ioseph. ant. 4, 8. 19 ἀποφέρειν τῷ θεῷ τὰς ἀπαρχάς. vid. etiam 2 Chron. 36, 7. Esdr. 5, 14.) *.

Ἀποφεύγω, aor. 2. ἀπέφυγον, (ex ἀπό et φεύγω) aufugio, (Sir. 22, 22 ἀποφεύξεται); — *effugio, evado*; ter

in N. T. a) seq. genitivo, vi praepositionis, 2 Petr. 1, 4 ἀποφυγόντες τῆς φθορᾶς. — b) sequente accusativo, 2 Petr. 2, 18. 20.

Ἀποφθέγγομαι, aor. 1. ἀπεφθεγξάμην, (ex ἀπό et φθέγγομαι) alta voce loquor, *eloquor, sententiam dico,* Act. 26, 25. — *τινί*, Act. 2, 14. (Ezech. 13, 19.) — de iis, qui divino spiritu ducti loquebantur vel scite dicta vel oracula, Act. 2, 4. (1 Chron. 25, 1. Mich. 5, 12. Ezech. 13, 9. Zach. 10, 2. Ps. 59, 8. Diog. Laërt. 1, 73 et 79. Saepius apud Philon.) **.

Ἀποφορτίζομαι, (ex ἀπό et φορτίζω) *onus depono, me exonero;* (Philo de exsecr. p. 935 D.) — De nautis et mercatoribus naves exonerantibus *(ausladen);* semel Act. 21, 3. (Philo de praem. p. 915 B. κυβερνήτης χειμώνων ἐπιγινομένων ἀποφορτίζεται. Dionys. Halic. ant. 3, 44.)

Ἀπόχρησις, εως, ἡ, (ab ἀποχράομαι, usu consumo, Polyb. 1, 45. 2) *consumtio rei per usum, das Verbrauchen, Aufbrauchen;* semel Col. 2, 22 ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει κατὰ τὰ ἐντάλματα etc. i. e. quae omnia perniciosa utentibus, für den Gebrauch, habentur ex istorum hominum praeceptis. (Dionys. Halic. 1, p. 47 ἀπόχρησις γῆς μοίρας, usus terrae s. agrorum exulibus concedendus.)

Ἀποχωρέω, ῶ, (ex ἀπό et χωρέω cedo) *discedo, abscedo.* Matth. 7, 23. Act. 13, 13. Luc. 9, 39. (Ier. 46, 5. 2 Macc. 4, 33. Ioseph. ant. 1, 18. 2.) **.

Ἀποχωρίζω, (ex ἀπό et χωρίζω) separo, (Ezech. 43, 21.) — *disiungo, discindo,* Apoc. 6, 14 de coelo, quod veteres tanquam solidum diductum (רָקִיעַ Gen. 1, 6) cogitabant, cuius partes discissae et convolutae hic describuntur, voluminis instar, ad indicandam coeli destructionem. Repetita sunt ex Ies. 34, 4 ubi in textu hebr. legitur נָגֹלּוּ (LXX εἱλιγήσεται), cui ibidem respondet נָמַקּוּ (LXX τακήσονται). — medium: *separo me, discedo,* Act. 15, 39 ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. **.

Ἀποψύχω, (ex ἀπό et ψύχω) propr. animam amitto; — spiritum exhalo, *exspiro, exanimor;* (de morientibus, 4 Macc. 15, 18. Phil. de mund. incorrupt. p. 961 B. Ioseph. ant. 19, 1. 15 ἀποψυχθεὶς [vulneribus confossus] ἔκειτο.) — ut Latinor. exspiro (Senec. nat. quaest. 2, 59), exanimor (Terent. Andr. 1, 5. 16), de paene exspirantibus prae metu s. terrore; semel Luc. 21, 26 ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου, coll. Matth. 28, 4 ὡςεὶ νεκροί. (Homer. Odyss. 24, 347. Arrian. diss. epict. 4, 1. 145.)

Ἄππιος, ου, ὁ, *Appius.* Act. 28, 15 ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ Τριῶν ταβερνῶν. *Appii forum,* oppidum, quatuor fere milliaria Roma distans, ad viam Appiam situm. cf. Horat. sat. 1, 5. 3. Cicero ad Attic. lib. 2. ep. 10 „ab Appii foro hora quarta dederam, aliam paulo ante a Tribus tabernis." Vid. etiam Plin. hist. nat. 14, 6.

Ἀπρόςιτος, ον, (ex ἀ priv. et πρόςιτος, ad quem accessus patet, quod a πρόςειμι, accedo) *inaccessus, ad quem aditus non patet.* Semel 1 Tim. 6, 16 φῶς οἰκῶν ἀπρόςιτον. (Tatian. orat. ad Graec. p. 159 φέγγος ἀπρόςιτον. Philo de vita Mos. lib. III. p. 665 mons Sinai appellatur ὄρος ἀπρόςιτον καὶ ἄβατον. Polyb. 9, 27. 6.) Si φῶς tropice de maiestate explicatur, ἀπρόςιτος est: incomprehensibilis, mente nunquam adsequenda lux.

Ἀπρόςκοπος, ον, (ex ἀ priv. et προςκόπτω) 1) non impingens, μὴ προςκόπτων, *offendiculo carens,* (Sir. 35, 21 ὁδὸς ἀπρός. via plana.) — Metaphor. Act. 24, 16 ἀπρός. συνείδησις, conscientia *pura,* quae recordatione peccati non offendit animum. 1 Cor. 10, 32 ἀπρόςκοποι γίνεσθε Ἰουδαίοις, nolite offendiculo esse Iudaeis. (3 Macc. 3, 8 est: inopinatus.) **.

Ἀπροςωπολήπτως, (ab ἀπροςωπόληπτος, quod ex ἀ priv., πρόσωπον et λαμβάνω) adv. ἅπαξ λεγόμενον N. T. ex hebraismo (vid. *Πρόσωπον*): *sine partium studio, non habito respectu personae,* 1 Petr. 1, 17. (Adiectivum ἀπροςωπόληπτος, de Deo, apud scriptores ecclesiast. legitur, ut Clem. Alex. strom. 6, 6. p. 764, 11 ed. Pott. Theophyl. in Gal. 6, 2. Olympiodor. caten. in Iob. c. 9.)

Ἄπταιστος, ον, (ex ἀ priv. et πταίω) 1) non impingens; (de equo, Xenoph. de re equest. 1, 6 de loquentibus sine haesitatione, Dio Cass. p. 1259 ed. Reim.) — 2) *incolumis, integer,* qui per vexationes fide, pietate non deiicitur; semel Iud. v. 24. (3 Macc. 6, 39 ἀπταίστους αὐτοὺς ἐῤῥύσατο, incolumes liberavit eos. Lucian. amor. T. II. p. 449 ed. Reiz. δι' ἀπταίστου καὶ ἀκλινοῦς βίου ἀκύπως εἰς γῆρας ὁδεῦσαι.)

Ἅπτω, aor. 1. partic. ἅψας, 1) necto, iungo, apto; 2) facio, ut ignis nectatur alicui rei, *incendo, accendo;* λύχνον, Luc. 8, 16. 11, 33. 15, 8. (Ioseph. ant. 4, 3. 4. Theophr. char. 18, 1 ἀνυπόδητος τὸν λύχνον ἅψας. coll. Exod. 30, 8.) τὸ πῦρ, Luc. 22, 55. (Iudith. 13, 13.) — **Ἅπτομαι**, imperf. ἡπτόμην, aor. 1. ἡψάμην, verb. dep. med. LXX pro נָגַע, הִגִּיעַ, — iungo me rei, *tango, attingo* illam, vel manu vel alio modo, sequente genitivo obiecti; a) universe Matth. 8, 3. 15. 9, 20. Marc. 1, 41. 5, 27. Luc. 7, 14. 22, 51 et saepius. — Io. 20, 17 μή μου ἅπτου referunt multi interpretes ad morem Iudaeorum, quo inferiores superiorum genua prensabant vel pedes eorum amplectebantur (coll. Matth. 28, 9. 2 Reg. 4, 27), alii ad reverentiam iis rebus et hominibus debitam, qui Dei esse putabantur (Exod. 19, 12. 13. 29, 37.) — 2 Cor. 6, 17 ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθαι. (Levit. 5, 2. 3. 7, 19—21.) — b) ex adiuncto ἅπτεσθαι, de cibis, propr. cibum manu capere (Ioseph. ant. 4, 8. 21 τῆς ὀπώρας ἅπτεσθαι), i. e. *vesci* cibo, Col. 2, 21. (Philo de spec. legg. p. 794 E. ὅσα σαρκῶν ἀνθρωπίνων ἅπτεται θηρία. Id. de exsecr. p. 931 D. ἅψεται γὰρ καὶ πατὴρ υἱοῦ σαρκῶν, καὶ μήτηρ σπλάγχνων θυγατρός. Homer. Odyss. 4, 60. Aelian. V. H. 72, 37 ἐπ' ἀπορίᾳ τροφῶν γενόμενος αὐτός τε (Alexander) ἥψατο τῶν καμήλων, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.) — Ἅπτεσθαι γυναικός, attingere mulierem, i. e. per εὐφημισμόν: *rem habere cum muliere, ea uti,* 1 Cor. 7, 1. (Gen. 20, 4. 6. 26, 11. Prov. 6, 29. Ioseph. ant. 1, 8. 1. Eurip. Hippol. v. 1026 τῶν σῶν ἅψασθαι γάμων. Anton. 1, 17.) — Ἅπτεσθαί τινος, *manum alicui inferre,* ad capiendum vel laedendum eum, *vim infero, laedo,* 1 Io. 5, 18 ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ. (1 Chron. 16, 22 μὴ ἅψησθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. Iob. 1, 11. 12. 2, 5. 5, 19.)

Ἀπφία, ας, ἡ, *Apphia,* nom. mulieris, Philem. v. 2, quam Philemonis uxorem fuisse putarunt Chrysostomus et Theodoretus.

Ἀπωθέω, ῶ, (ex ἀπό et ὠθέω, pello, trudo) depello, (Ps. 43, 2.) — In N. T. non nisi medium legitur: ἀπωθέομαι, aor. 1. ἀπωσάμην, (de quo aor. vid. *Winer.* Gramm. p. 84) — LXX pro זָנַח, מָאַס, נָטַשׁ — depello a me, repello, detrudo, (saepius apud Homerum) — *repudio, reiicio, aversor;* de Deo populum israel. reiiciente, Rom. 11, 1. 2. (Ezech. 5, 11. Ps. 60, 12.) — de reo, iudicem repudiante, Act. 7, 27. — legem mos. Act. 7, 39. — evangelium, Act. 13, 46. (Ier. 6, 19. Ezech. 5, 6.) — 1 Tim. 1, 19 ἥν τινες ἀπωσάμενοι, ubi ἥν alii ad πίστιν alii ad συνείδησιν referunt, et monent ἀπωθ. dici etiam de rebus, quae in nobis sunt, ut Prov. 23, 23 (ubi in Alex. μὴ ἀπώσῃ σοφίαν καὶ παιδείαν. vid. ed. LXX Breiting.) Ezech. 43, 9 ἀπ. τὴν πορνείαν. Hos. 4, 6 ἀπ. ἐπίγνωσιν. Rectius ἥν (ut saepius relativa in N. T., 2 Io. v. 7) ad subiectum remotius, στρατείαν, refertur, hoc sensu: quam pro fide tuenda pugnam aversati. — (Ioseph. ant. 4, 6. 5 ἀπώσασθαι τὴν ἀξίωσιν. Plutarch. Timol. 4.) *.

Ἀπώλεια, ας, ἡ, (ab ἀπόλλυμι) 1) perdere, das Verlieren; deinde *dispendium* et quidem inutile, quod igitur quasi perditur. Matth. 26, 8 ubi τοῦ μύρου est addendum, ut intelligitur e loco parallelo Marc. 14, 4 ἀπώλεια τοῦ μύρου, inutile τοῦ μύρου dispendium. Similiter dicitur ἀπόλλυμι τὸ ἀργύριον, et Latinor. *perdo pecuniam.* — 2) *pernicies, miseria,* 1 Tim. 6, 9. 2 Petr. 2, 1 αἱρέσεις ἀπωλείας, i. e. perniciosa, ad perniciem ducens. ibid. 2, 3. 3, 16. (LXX hebr. אֵיד calamitas, interitus, Obad. v. 13. Deut. 32, 35.) — *mors, interitus.* Ita in imprecatione Act. 8, 20 εἰς ἀπώλ. εἴη, pereat, interitui, diris devotus sit. cf. Ies. 34, 5 λαὸς τῆς ἀπωλείας, עַם חֶרְמִי. — Act. 25, 16 de damnatione ad mortem per iudicem. — *mors aeterna, interitus perpetuus, pernicies in futura vita,* quae Matth. 7, 13. Hebr. 10, 39 opponitur τῇ ζωῇ, Phil. 1, 28 τῇ σωτηρίᾳ, et plenius describitur 2 Petr. 3, 7 ἡμέρα τῆς κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων. Rom. 9, 22. Phil. 3, 19. Apoc. 17, 8. 11. coll. 19, 20. — ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας Io. 17, 12 homo perniciei devotus; 2 Thess. 2, 3 alios ad defectionem et perniciem abducens, ut Ies. 57, 4 τέκνα τῆς

ἀπωλείας pro hebr. בְּלִי־מַשָּׂא. — 2 Petr. 2, 2 ubi ἀπώλεια rem perniciosam significaret, *Griesbach.* rectius ἀσελγείαις edidit. *.

Ἀρά, ᾶς, ἡ, — LXX potissimum pro אָלָה, etiam pro קְלָלָה — preces; bono sensu (Hom. Il. ο, 378 et saepius) — frequentius malo sensu, ubi est: *imprecatio;* semel Rom. 3, 14. coll. Ps. 10, 7. (Ies. 24, 6. Num. 5, 21. Deut. 29, 18. 27. Hom. Odyss. β, 59. Il. η, 365. — De iureiurando Gen. 24, 41. 26, 28.)

Ἄρα, [et cum γέ intendente, ἄραγε, quatuor in locis, Matth. 7, 20. 17, 26. Act. 11, 18. 17, 17.] particula quae I) ut apud profanos, non incipit propositionem, sed semper voci alteri subiungitur, et est 1) *concludentis, comprobantis: igitur, ergo, itaque, quam ob rem;* Rom. 7, 21 εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον. ib. 8, 1 οὐδὲν ἄρα νῦν. 1 Cor. 15, 14. Gal. 3, 7. (Sap. 6, 20.) — ἐπεὶ ἄρα, alioquin *sequeretur,* 1 Cor. 5, 10. 7, 14 ἐπεὶ ἄρα, i. e. quod si secus esset, sequeretur liberos quoque vestros impuros esse. 1 Cor. 15, 15 εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, siquidem sequeretur, nec mortuos in vitam esse redituros. — 2) accuratius *sermonem terminantis* est: *fortasse, tamen, nam* (encliticum); nostrum: *wohl, denn, vielleicht;* τίς ἄρα, *quis tandem, quisnam,* Matth. 18, 1. 19, 25. 24, 45. Marc. 4, 41. Luc. 8, 25. 12, 42. 22, 23. — τί ἄρα, Matth. 19, 27. Luc. 1, 66. Act. 12, 18. — εἰ ἄρα, *num fortasse,* Marc. 11, 13. Act. 7, 1. 8, 22. 17, 27. (Ps. 58, 1. 11. Gen. 18, 3. Num. 22, 11. 4 Macc. 1, 3. Ioseph. ant. 6, 11. 6 εἴ τινες ἄρα εἰσίν, si qui sint. — ἐὰν ἄρα, 1 Macc. 9, 8.) — οὐκ ἄρα, *num fortasse,* Act. 21, 38. — μήτι ἄρα, *num tandem,* 2 Cor. 1, 17. — — II) Ἄρα, ubi sententiam incipit et initio periodi legitur, apud profanos non ἄρα, quod concludendi vim habet, scribendam esse, sed ἆρα, quod interrogat (vid. Ἆρα), docuerunt *Hermann.* ad Viger. p. 823. *Stallbaum* ad Platon. Phileb. p. 225 sq. et alii; sic legitur in N. T. a) nude positum initio periodi: *ergo, igitur, iam igitur;* Luc. 11, 45. Rom. 10, 17. 2 Cor. 7, 12. — redit ad priora conclusionem repetens, Matth. 7, 20. Gal. 4, 31. — Interdum loquentis menti obversata est sententia, ex qua concluditur, Matth. 17, 26 ἄραγε ἐλεύθεροί εἰσι, quae quum ita sint, necessario sequitur liberos esse etc. Hebr. 4, 9 ἄρα ἀπολείπεται, quum autem promiserit, sequitur relictam esse etc. — b) incipit apodosin conclusionem inferentem, Matth. 12, 28 εἰ δὲ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. Luc. 11, 20. 2 Cor. 5, 15. Gal. 2, 21. 3, 29. 5, 11 (ubi ad κατήργηται repetenda sunt εἰ κηρύσσω.) Hebr. 12, 8. — c) ἄρα οὖν, *hinc igitur, folglich nun,* ubi ἄρα est concludentis, οὖν transeuntis; nonnisi apud Paulum Rom. 5, 18. 7, 3. 25. 8, 12. 9, 16. 18. 14, 12. 19. Gal. 6, 10. Eph. 2, 19. 1 Thess. 5, 6. 2 Thess. 2, 15. *.

Ἆρα, (circumflexum, et distinguendum ab antecedente ἄρα) et cum γέ intendente, ἆρά γε, partic. interrogandi, *num?* — ter legitur in N. T. ita ut innuat negationem interrogationis; Luc. 18, 8 ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει, venit ut quaerat num inveniat. Act. 8, 30. Gal. 2, 17. (LXX pro ה interrogativo Gen. 18, 13. Neh. 4, 2. ἆρά γε Gen. 26, 9. 37, 10. Ierem. 4, 10. Ioseph. ant. 6, 10. 2 μικρὸν ἆρ' ὑμῖν δοκεῖ;) *.

Ἀραβία, ας, ἡ, *Arabia,* quae in desertam, felicem et petraeam, a Petra huius partis urbe primaria ita appellata (vid. Ioseph. de bell. Iud. 1, 6. 2), dividebatur. Petraea attigit Arabiam desertam, sinum maris rubri, Aegyptum, Palaestinam et Syriam. Commemoratur bis: Gal. 1, 17. 4, 25. (Ioseph. ant. 4, 5. 1.)

Ἀράμ, *Aram;* nom. propr. indecl. viri e maioribus Christi; Matth. 1, 3. 4. Luc. 3, 33. coll. 1 Chron. 2, 10.

Ἄραψ, βος, ὁ, *Arabs,* vel incola Arabiae, vel ex Arabia oriundus. Act. 2, 11.

Ἀργέω, ῶ, (ab ἀργός) *ab opere desisto, otiosus sum;* 2 Petr. 2, 3 τὸ κρίμα οὐκ ἀργεῖ, non cessat, nimirum venire non cunctatur. Graeci enim de rebus futuris utuntur praesente, ubi rem certissime eventuram, praecipue ex decreto deorum, cogitabant. Vid. *Rost.* gramm. gr. p. 568. *Winer.* Gramm. p. 242. (3 Esdr. 2, 30 ἤργει ἡ οἰκοδομή. — pro בְּטֵל Esdr. 4, 24. Cohel. 12, 3. Sir. 30, 27.) **.

Ἀργός, ή, όν, [forma recentiorum scriptorum, ut Artemid. 1, 32. Arist. hist. anim. 10, 27. Nicet. annal. 8, 4. pro forma antiquiore ὁ, ἡ ἀργός, όν, τό, vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 104 sq.] — (contr. pro ἀεργός, ex ἀ priv. et ἔργον) — 1) ἔργον *non habens, labore vacans, nihil faciens,* Matth. 20, 3. 6. 1 Tim. 5, 13. (ἀεργός Prov. 13, 4. coll. ib. 15, 19. — etiam operam non expertus, rudis, 1 Reg. 6, 7 et Symm. Gen. 1, 2 pro תֹּהוּ. Sir. 38, 28.) — 2) *piger, iners,* 2 Petr. 1, 8 ἀργὸς εἰς Χριστοῦ ἐπίγνωσιν. (Sap. 15, 15 πόδες ἀργοὶ πρὸς ἐπίβασιν.) Tit. 1, 12 γαστέρες ἀργαί, ventres inertes, i. e. homines pigri et ventri sive gulae indulgentes. (Prov. 19, 15 ψυχὴ δὲ ἀεργοῦ πεινάσει. Philo de opif. mundi p. 14 piscibus tribuit ψυχὴν ἀργοτάτην.) — 3) ex adiuncto: inutilis (Sap. 14, 5) et — ἀ priv. contrarium iudicante, ut in ἄχρηστος, ἀγνωσία, ἄκαρπος — *perniciosus, improbus,* Matth. 12, 36 ῥῆμα ἀργόν, i. e. convitium, maledictum (coll. v. 31. 32) vel in filium Dei vel in spiritum s. (Symmach. Levit. 19, 7 pro פִּגּוּל, abominandum, foedum, ubi LXX ἄθυτον) **.

Ἀργύρεος, οῦς, έα, ᾶ, εον, οῦν, (ab ἄργυρος) *argenteus,* ex argento factus, vel etiam eo obductus. Ter: Act. 19, 24. 2 Tim. 2, 20. Apoc. 9, 20. (Gen. 24, 53. Exod. 3, 22.)

Ἀργύριον, ίου, τό, (ab ἄργυρος) propr. argenti aliquid, ein Stück Silber, LXX pro כֶּסֶף — 1) *argentum,* Act. 7, 16 ubi ἀργύριον est pondus argenti, de quo vid. Gen. 23, 16. — χρυσίον καὶ ἀργύριον, Act. 3, 6. 20, 33. 1 Petr. 1, 18. (Gen. 13, 2. 2 Sam. 21, 4.) — 2) *pecunia,* simpliciter, Matth. 25, 18. 27. 28, 12. 15. Marc. 14, 11. Luc. 9, 3. 19, 15. 23. 22, 5. Act. 8, 20. (Eodem modo hebr. כֶּסֶף Gen. 23, 13. 42, 25. 35.) — 3) *nummus argenteus, siclus,* statera, vel tetradrachma attica vel didrachma alexandrina, i. e. fere 16 grossos nostrae monetae valens. Ante exilii babylonici tempora Iudaeis siclus שֶׁקֶל־כֶּסֶף, Gen. 23, 15 vel כֶּסֶף simpliciter Gen. 20, 16. 37, 28. Zach. 11, 12. (LXX σίκλος, δίδραχμον) erat pondus argenti non excusi, excudebatur vero inde a Simonis, summi sacerdotis et principis Iudaeorum, temporibus (fere ab anno 143 ante Chr. nat.), cf. 1 Macc. 15, 6 sq. et omnino *Wineri* bibl. Reallex. s. v. *Geld.* *Fischeri* proluss. de vitiis Lexicor. N. T. III, 2. p. 73 sq. et XXIV, 4. p. 553 sqq. — Legitur Matth. 26, 15. 27, 3. 5. 6. 9. — Act. 19, 19 ubi alii autem drachmas intelligunt. Vid. *Grotius* ad h. l. *.

Ἀργυροκόπος, ου, ὁ, (ex ἄργυρος et κόπτω, tundo) proprie: argentum tundens i. e. fabricans, vel laminas argenteas ducens, vel vasa argentea fabricans, *argentifex;* Act. 19, 24 *faber argentarius.* (Ier. 6, 29 hebr. צֹרֵף. Iud. 17, 4.) **.

Ἄργυρος, ου, ὁ, (ab ἀργός albus) 1) *argentum,* Act. 17, 29. 1 Cor. 3, 12. Iac. 5, 3. Apoc. 18, 12 γόμος ἀργύρου, onus argenti, vel: massa argenti (Silberbarren) vel: vasa argentea. — 2) *nummus argenteus,* Matth. 10, 9. (Ioseph. ant. 9, 4. 4.) *.

Ἀργυροῦς, vid. Ἀργύρεος.

Ἄρειος πάγος, Ἀρείου πάγου, ὁ, *Areopagus,* (ab Ἄρης *Mars,* et πάγος *collis*) *collis Martius;* in specie collis Martius Athenis, in quo sedes erat iudicii Atheniensium supremi, a Solone instituti, quod ipsum Ἄρειος πάγος dicebatur et de rebus capitalibus et gravissimis cognoscebat. Demosth. de corona c. 42. Xenoph. mem. Socr. 3, 5. 20. Cicero ad Attic. 1, 14. Bis: Act. 17, 19. 22 ubi non senatum, sed forum Areopagi, in quo magna populi multitudo confluere solebat, indicare videtur.

Ἀρεοπαγίτης, ου, ὁ, *Areopagita, iudex in Areopago.* Act. 17, 37. (Aeschin. c. Timarch. c. 11. p. 104.)

Ἀρέσκεια, ας, ἡ, (ab ἀρέσκω) propr. insinuare se, se applicare alicui, das Anschmiegen an etwas; *studium se accommodandi ad alterius arbitrium, studium placendi.* Apud profanos in malam fere semper legitur partem; in N. T. semel Col. 1, 10 in bonam de *studio se accommodandi ad Dei voluntatem, placendi Deo;* εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ita ut ubique Deo placere studeatis. (Philo de opif. mundi p. 33 C. πάντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἐσπούδαζεν [Adamus] εἰς ἀρέσκειαν τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως. Id. de profug. p. 463 B. Λευῖται τρόπον τινὰ φυγάδες εἰσίν, ἕνεκα ἀρεσκείας θεοῦ γονεῖς καὶ τέκνα — ἀπολελοιπότες. Id. de vict. p. 837 D. πρὸς τὴν τοῦ ὄντος ὄντως ἀρέσκειαν ζῆν. — In V. T. semel Prov. 31, 30 de gratia corporis.)

'Αρέσκω, imperf. ἤρεσκον, fut. ἀρέσω, [1 Cor. 7, 32—34] aor. 1. ἤρεσα, (ab ἄρω, commodo, apto, ich passe, füge an) 1) intransitive: propr. placo, amicum facio, ut apud Homerum; hinc ex adiuncto: *placeo* alicui; ἀρέσκω τινὶ, Matth. 14, 6. Marc. 6, 22. 1 Cor. 7, 33. 34. — *probor* alicui, seq. dativo personae, Rom. 8, 8. 1 Cor. 7, 32. Gal. 1, 10. 1 Thess. 2, 15. 4, 1. 2 Tim. 2, 4. — ἀρέσκω ἐνώπιόν τινος, ex hebraismo, יָטַב בְּעֵינֵי, *probor alicui*, Act. 6, 5 ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον τοῦ πλήθους. (Deut. 1, 23. 2 Sam. 3, 36. 1 Reg. 3, 10. Iud. 14, 7 in Alex. et Compl. Ier. 18, 4. Dan. 6, 1. 1 Macc. 6, 60. 8, 21. coll. Gen. 34, 18. 1 Sam. 18, 5.) — 2) transitive: *studeo placere*, i. e. *studeo alicui, accommodo me ad eius voluntatem, desideria*, seq. dativo; 1 Cor. 10, 33 πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν. Rom. 15, 2. Gal. 1, 10. 1 Thess. 2, 4. — ἑαυτῷ ἀρέσκειν, sibi studere, sua commoda sequi, Rom. 15, 1. 3. *.

'Αρεστός, ή, όν, (ab ἀρέσκω) LXX pro טוֹב, יָשָׁר, רָצוֹן, quod accommodatum est voluntati, desiderio alterius, *gratus, acceptus, probatus* alicui; τὰ ἀρεστὰ τῷ θεῷ ποιεῖν, facere quae Deo probantur, eius voluntati conveniunt, Io. 8, 29. (Deut. 12, 28.) — τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ex hebraismo, 1 Io. 3, 22. (Ies. 38, 3. Exod. 15, 26. Deut. 6, 18. 12, 25. Esdr. 10, 11.) — ἀρεστόν ἐστιν, *placet, probandum est, convenit*, Act. 6, 2. seq. dativo personae Act. 12, 3. (vid. Gen. 16, 6. Levit. 10, 19. Bar. 4, 3. Sir. 48, 22.) *.

'Αρέτας, α, ὁ, *Aretas*, nom. propr. regis Arabiae petraeae, et Damascenae civitatis, soceri Herodis Antipae, 2 Cor. 11, 32. de quo vid. Ioseph. ant. 18, 5. Aretas fuit frequens nomen regulorum Arabiae. cf. 2 Macc. 5, 8. Vid. *Wineri* bibl. Reallex. s. h. v.

'Αρετή, ῆς, ἡ, (quod ab αἴρω deducunt) Latinor. *virtus*, 1) *virtus* i. e. a) vigor, Kräftigkeit, fortitudo virilis, Ioseph. ant. 3, 2. 4. — fortitudo animi, 2 Macc. 6, 31. Ioseph. ant. 17, 5. 6. — *efficacitas insignis*, 2 Petr. 1, 3 καλέσας ἡμᾶς (Deus) διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, per efficaciam suam insignem. (Ioseph. ant. 17, 5. 6 ubi ii, qui ipsi sunt destituti forti animo, vel scelera sua eo excusare velle dicuntur, quod ea tribuant τῇ ἀρετῇ τοῦ θείου. Id. ant. 1. 3. 8 ἐξυβρίζον εἰς τὴν ἐμὴν (Dei) ἀρετήν. — b) *bonitas*, qua aliquis s. aliquid praestat, quod praestare debet, (ἀρετὴ γῆς, Ioseph. ant. 4, 5. 3.) — de animo: *probitas, honestas*, die *Redlichkeit, Rechtschaffenheit*, 2 Petr. 1, 5. (Sap. 4, 1. 5, 13. Ioseph. ant. 1, 3. 1 θεὸν ἡγούμενοι δεσπότην τῶν ὅλων, καὶ πάντα πρὸς ἀρετὴν βλέποντες, in omni re probitati studentes. Id. ant. 9, 8. 5 ὁ θεὸς τὴν μετάνοιαν ὡς ἀρετὴν ἀποδεχόμενος.) — 2) metonymice: *facta bona* s. *honesta*, Phil. 4, 8 εἴ τις ἀρετή, quidquid honestum fuerit. (Sap. 8, 7 οἱ πόνοι ταύτης (σοφίας) εἰσὶν ἀρεταί. Philo de alleg. I, p. 49 ἐργάζεται τὰς ἀρετάς.) — αἱ ἀρεταί, de Deo: facta laudabilia, praestantissima, 1 Petr. 2, 9. (LXX pro תְּהִלּוֹת, Ies. 43, 21. 42, 12. 63, 7.) *.

'Αρήν, ὁ, (nominativus in libris non reperitur) genit. ἀρνός, per syncopen pro ἀρένος, *ovis*; Luc. 10, 3 ὡς ἄρνας, i. e. insidiarum ignaros. (Exod. 23, 19. Ies. 65, 25. Ier. 51, 40. Gen. 30, 32) *.

'Αριθμέω, ῶ, (ab ἀριθμός) *numero*; Apoc. 7, 9. (סָפַר, Gen. 15, 5.) — Matth. 10, 30 et Luc. 12, 7 ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί, i. e. vel minima, quae ad vos spectant, Deus curat. Videtur hic ἀριθμεῖν esse: *numerando cognosco*, lustro, Hom. Odyss. ν, 215 et hebr. סָפַר Iob. 31, 4 ubi LXX ἐξαριθμεῖν. *.

'Αριθμός, οῦ, ὁ, (ab ἄρω, commodo, iungo) LXX pro מִסְפָּר, *numerus*; i. e. a) numerus definitus, *Zahl*, — Luc. 22, 3 ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδ. ut Latinor. *e numero* esse. (Exod. 16, 16. Esdr. 6, 17.) Io. 6, 10 οἱ ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν πεντακισχ. *numero*, de quo accusativo videantur Grammatici, *Rost*. p. 491 sq. *Winer*. p. 206. (LXX ἀριθμῷ 2 Sam. 21, 20.) — Act. 4, 4. 5, 36. Apoc. 7, 4. 9, 16. 13, 17 τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος, numerum, quem literae nominis efficiunt. (Veteres literis tanquam notis numerorum usos esse, notissimum est.) Apoc. 13, 18 ἀριθμὸς ἀνθρώπου ἐστί, i. e. literae numerum efficientes sunt nomen hominis cuiusdam. ib. 15, 2. — b) numerus non definitus, i. e. *multitudo*, i. q. τὸ πλῆθος, *Anzahl, Menge*, Act. 6, 7 ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν. Act. 11, 21. Πολὺς ἀριθμός, multi, Act. 16, 5. Apoc. 20, 8. (Deut. 26, 5. 28, 62. Sir. 51, 20.) *.

'Αριμαθαία, ας, ἡ, *Arimathaea* s. *Arimathia*, urbs Iudaica, Matth. 27, 57. Marc. 15, 43. Luc. 23, 51. Io. 19, 38 commemorata. Nomen ortum est ex hebr. רָמָה, cuius nominis erant quatuor urbes, in tribubus Beniamin, Naphthali, Aser et Ephraim. Hic Rama in tribu Beniamin, quatuor fere milliaribus Hierosolyma distans intelligitur, quae quia duabus urbibus, superiore et inferiore, constabat, הָרָמָתַיִם (1 Sam. 1, 1) appellata est. Lucas eam recte πόλιν τῶν Ἰουδαίων nominare poterat, quia tunc temporis ad provinciam Iudaeam pertinebat.

'Αρίσταρχος, ου, ὁ, *Aristarchus*, nom. propr. viri christiani, de quo exponitur Act. 19, 29. 20, 4. 27, 2. Coloss. 4, 10. Phil. v. 24.

'Αριστάω, aor. 1. ἠρίστησα, (ab τὸ ἄριστον) *iento, ientaculum capio*, Io. 21, 12. 15. coll. v. 4. (Athen. 1, 9. 10.) Serioribus scriptoribus est: cibum capere, *epulari*, et de prandio etiam dicitur Luc. 11, 37. (Gen. 43, 25. Aelian. V. H. 9, 19. et ἄριστον 1 Reg. 4, 20. 2 Sam. 24, 15. Susann. v. 13. Tob. 2, 1.) **.

'Αριστερός, ά, όν, *sinister, laevus*. Ter: Matth. 6, 3. Luc. 23, 33. 2 Cor. 6, 7 ὅπλα δεξιὰ καὶ ἀριστερά, arma ab utroque latere in promptu, i. e. paratissima.

'Αριστόβουλος, ου, ὁ, *Aristobulus*, nomen viri ignoti, Rom. 16, 10 commemorati; οἱ ἐκ τῶν, scil. οἰκείων, Ἀριστοβούλου, domestici Aristobuli.

"Αριστον, ου, τό, 1) ientaculum, cibus quem mane capiebant, das Frühstück; ita apud Homerum et antiquiores. Ioseph. ant. Iud. 2, 1. 1. — Apud seriores scriptores 2) *prandium* et *convivium quodcunque*. Luc. 11, 38. 14, 12. Matth. 22, 4. (Ioseph. ant. 5, 4. 2. Act. Thom. §. 44.) Loca V. T. vid. in Ἀριστάω. — Multi codd. Luc. 14, 15 pro ἄρτον legerunt ἄριστον. **.

'Αρκετός, ή, όν, (ab ἀρκέω) *sufficiens*, qui *satis est*, sequente dativo, Matth. 6, 34 ἀρκετὸν (sufficiens est, vid. *Wineri* Gramm. p. 331) τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, i. e. non temere augenda sunt mala quotidiana. Matth. 10, 25 ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, sufficit discipulo i. e. contentus esse debet. 1 Petr. 4, 3 ἀρκετὸς ἡμῖν ὁ χρόνος, sufficiat nobis tempus praeteritum, quo gentilium more viximus. *.

'Αρκέω, ῶ, aor. 1. ἤρκεσα, fut. 1. pass. ἀρκεσθήσομαι [1 Tim. 6, 8] 1) arceo ab aliquo; — *opitulor, opem fero*, seq. dativo personae; 2 Cor. 12, 9 ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, opem tibi feret benignitas mea. (Eurip. Hecub. v. 1164 παισὶ δ' ἀρκέσαι χρῄζων ἐμοῖς. ibid. v. 1233. Hom. Odyss. 15, 261. vid. *Kypkius* ad h. l.) Alii, rectius ut videtur, explicant: *sufficiat* tibi, te a me amatum esse; videtur enim apostolus afferre velle causam, cur malis amplius prematur, nimirum Dei potentiam tanto clarius intellectum iri. — 2) *sufficio, satis sum*, seq. dativo personae; Matth. 25, 9 μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ intellige τὸ ἔλαιον, (minime), ne fortasse non sufficiat oleum. Io. 6, 7. (2 Chron. 6, 18. 1 Reg. 8, 27. Num. 11, 22. Sap. 14, 22. Ioseph. ant. 9, 13. 2.) — Ἀρκεῖ impersonaliter: *sufficit, satis est*, Io. 14, 8. (Prov. 30, 16.) — Medium: ἀρκέομαί τινι, *acquiesco* in aliqua re, *contentus sum, ich lasse mir genügen*, Luc. 3, 14. 1 Tim. 6, 8. Hebr. 13, 5. (Phocyl. sent. v. 4: ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. Stob. serm. 95 [ed. Gaisf. 97, 31]. Ioseph. ant. 12, 7. 2 οὐκ ἠρκεῖτο τοῖς οὖσιν, iis, quae habebat.) 3 Io. v. 10 μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, intellige τοῖς λόγοις, non in verbis solum acquiescens. (2 Macc. 5, 15 οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τούτοις.) **.

"Αρκος, ου, ὁ, ἡ, *ursus, a*, semel Apoc. 13, 2. — Ἄρκου rectius *Griesb.* pro ἄρκτου, quod est in edit. vulg., edidit. Seriores enim, potissimum Alexandrini, τ in hoc voc. omittebant. cf. 1 Sam. 17, 34. Thren. 3, 10. Sap. 11, 17. Sir. 47, 3. Ioseph. ant. 6, 9. 3. — In test. XII patr. autem ter ἄρκτος, p. 590. 674 sq. Item apud Philon. de opific. mundi p. 26.

"Αρκτος, vid. Ἄρκος.

"Αρμα, ατος, τό, (ab ἄρω, iungo) — LXX saepissime pro רֶכֶב et מֶרְכָּבָה — *currus* equis iunctus; a) *currus, vehiculum*, Act. 8, 28. 29. 38. (Gen. 41, 43. 46, 29.) — b) *currus falcatus*, de quo in acie pugnabatur (vid.

Curtii lib. 4, 9. Xenoph. cyrop. 6, 1. 17—30.) Apoc. 9, 9 φωνὴ ἁρμάτων ἵππων πολλῶν, i. e. sonitus curruum equorumque multorum (Ioel. 2, 5. Exod. 14, 9. 17. 18. 23. Deut. 11, 4. Ios. 11, 4. Ioseph. ant. 5, 1. 18). Rectius fortasse ἵππων, quod boni libri omittunt, interpretamentum est voc. ἁρμάτων. Ut enim Homerus saepius ἵππους solos nominat et ἅρμα subintelligit, ita ἅρματα sola quoque pro equis nominantur (Pind. Py. 2, 21.) — et רֶכֶב de equis Ies. 21, 7. 2 Sam. 10, 18. 2 Reg. 7, 14. *.

Ἀρμαγεδών, in edit. vulg. Ἀρμαγεδδών, *Armageddon*. Semel Apoc. 16, 16. Varie explicatur ab interpretibus. Sequor *Eichhornium* (in comment. in Apocal.) scribentem: „Ἀρμαγεδδών h. e. הַר מְגִדּוֹ, *montem Megiddo*, h. e. *locum supplicii*. Mons Megiddo pertinet ad poetae commenta. Ager ille ad radices montis Carmel, in tribu Manassis, dici poterat *vallis Megiddo*, a Cendebia, quam continebat, palude sive *aquis Megiddo*, מֵי מְגִדּוֹ. Duplici clade vallis illa celebris erat, altera Israelitarum (2 Reg. 23, 29. 2 Chron. 35, 22), altera Cananaeorum (Iud. 5, 19. 4, 16)." — „Ea igitur uti potuit poesis symbolica ad locum supplicii publici poenarumque divinarum effingendum, praesertim quod Cananaei a Baraco ibi internecione deleti erant. Ioannes tamen non vallem, sed, ut exquisitius loqueretur, *montem Megiddo*, qui nonnisi Carmel esse potest, voluit esse supplicii locum, in quo exercitus ad Romam defendendam collectus caederetur. Igitur *exercitum in montem Megiddo colligere* idem est, ac *internecione eum delere*."

Ἁρμόζω, (ab ἁρμός) arcte, commode iungo (Ioseph. ant. 6, 9. 5 ἁρμόζειν λίθον τῇ σφενδόνῃ.) — intransitive: idoneus sum, convenio, (Ioseph. ant. 4, 8. 19 ἁρμόζειν τῷ θεῷ, de oblationibus. 3 Macc. 1, 19. Prov. 17, 7. — seq. πρός, Ioseph. ant. 2, 4. 1. Dioscorid. de mat. med. 2, 14.) — Medium: *apto, iungo mihi*, apto mihi in commodum; semel 2 Cor. 11, 2 ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρί, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ χριστῷ, iunxi vos in meum commodum uni viro, videlicet, ut vos tanquam virginem castam Christo (sponso) sisterem. (De ornatu sponsarum vid. Esth. 2, 12. coll. Ioseph. ant. 11, 6. 2. — De coniunctione per matrimonium Prov. 19, 14 παρὰ δὲ κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί. Philo de Abrah. p. 364 B. γάμος, ὃν ἁρμόζεται ἡδονή. ibid. p. 384 C. ἡ φύσις τὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡρμόσατο κοινωνίαν.) — Alii ἡρμοσάμην 2 Cor. 11, 2 active accipiunt *despondendo iunxi, despondi*, ut glossa Hesychii: ἡρμοσάμην· ἐνυμφευσάμην, de quo mediorum usu vid. *Wineri* Gramm. p. 231. (Ioseph. de bell. Iud. 1, 28. 2 ἐπεύχομαι καὶ τῷ θεῷ, συναρμόσασθαι τοὺς γάμους.) *.

Ἁρμός, οῦ, ὁ, (ab ἄρω, iungo) *iunctura, commissura*, Hebr. 4, 12. (Sir. 27, 2. Test. XII patr. p. 633 οἱ ἁρμοὶ τοῦ σώματος. Ioseph. ant. 1, 3. 2.) **.

Ἀρνέομαι, οῦμαι, fut. ήσομαι, aor. 1. ἠρνησάμην, perf. ἤρνημαι, verb. depon. med. seq. τί sive τινά, nonnunquam ex hebraismo (לִפְנֵי) seq. ἔμπροσθεν (Matth. 10, 33. 26, 70), ἐνώπιον (Luc. 12, 9) κατὰ πρόσωπόν τινος (Act. 3, 13); 1) *nego, infitior, ich leugne, stelle in Abrede*, contrarium τοῦ ὁμολογεῖν; nego, me aliquid esse, fecisse, Luc. 8, 45. Io. 1, 20. Act. 4, 16. (Gen. 18, 15.) — De Petro, negante, se esse Christi discipulum, Matth. 26, 70. 72. Marc. 14, 68. 70. Luc. 22, 57. Io. 18, 25. 27. — Tit. 1, 16 ἀρν. τὸν θεὸν τοῖς ἔργοις, factis negare Deum esse, quem ore profitemur. 1 Io. 2, 22 ὁ ἀρνούμενος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν, negans Deum esse patrem Christi, et Christum esse filium Dei. v. 23 ὁ ἀρν. τὸν υἱόν, negans, Christum esse filium Dei. — 2) *nolo, renuo, ich verweigere*, Hebr. 11, 24 ἠρνήσατο λέγεσθαι, nolebat dici. (Sap. 12, 27 ἠρνοῦντο εἰδέναι τὸν θεόν, nolebant agnoscere Deum. ibid. 16, 16. 17, 10. Ioseph. ant. 4, 5. 1. ib. 5, 7. 2.) — 3) *me abdico, respuo, repudio, renuntio, ich sage mich los, verleugne*; — a) propr. Christum repudio, Matth. 10, 33. Luc. 12, 9. Act. 3, 13. 14. 7, 35. 2 Tim. 2, 12. 2 Petr. 2, 1. Iud. v. 4. — τὴν πίστιν, deserere religionem christ. 1 Tim. 5, 8. Apoc. 2, 13. 3, 8 τὸ ὄνομα Χριστοῦ. — De Christo repudiante homines, Matth. 10, 33. 2 Tim. 2, 12. — b) tropice: ἀρν. ἑαυτόν, Luc. 9, 23. (ubi edit. vulg. ἀπαρν.) renuntiare suis, suis commodis, i. e. sui amorem non sequi. 2 Tim. 2, 13 ἀρν. ἑαυτόν, renuntiare benignitati suae, sibi non constare. — 2 Tim. 3, 5 τὴν δύναμιν τῆς εὐσεβείας, vim pietatis factis non demonstrare, factis se abdicare a pietate. Tit. 2, 12 τὴν ἀσέβειαν, impietati renuntiare. **.

Ἀρνίον, ίου, τό, (diminutivum ab ἀρήν, genit. ἀρνός) *agnellus, agnus*. (Ier. 11, 19. 50, 45. Ps. 114, 4. 6. Ioseph. ant. 3, 8. 10.) In N. T. de Iesu Apoc. Ioann. c. 5, 6. 8. 12. 13. 6, 1. 16. 7, 9. 10. 14. 17. 12, 11. 13, 8. 14, 1. 4. 15, 3. 17, 14. 19, 7. 9. 21, 9. 22. 23. 22, 1. 3. haud dubie petita metaphora ex Ies. 53, 7. (In evangelio pro ἀρνίον legitur ἀμνός Io. 1, 29. 36.) — τὰ ἀρνία oves, grex christianorum, semel Io. 21, 15 ubi haud pauci codd. habent τὰ πρόβατα, quo voc. Evangelista cap. 10, 1 sqq. usus est. **.

Ἀροτριάω, ῶ, (ab ἄροτρον) *aro, terram colo*. Bis: Luc. 17, 7. 1 Cor. 9, 10. (Deut. 22, 10. Mich. 3, 12.)

Ἄροτρον, ου, τό, (ab ἀρόω, aro) *aratrum*. Semel Luc. 9, 62 ὁ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα etc. proverbium, cuius sensus est: qui rem incipit, et coeptam iterum deserit. (Ies. 2, 4. Ioseph. ant. 2, 5. 6.)

Ἁρπαγή, ῆς, ἡ, (ab ἁρπάζω) *rapina* i. e. a) rapiendi actus, raptus (Levit. 6, 2. 1 Macc. 13, 34). — b) passive: direptio, quam aliquis patitur, das Beraubtwerden, *damnum, iactura* ex rapina aliorum, Hebr. 10, 34. (Eccles. 5, 8. — praeda ex rapina, Ies. 3, 14. Nah. 2, 12.) — 2) *rapacitas, cupiditas rapinae*, Matth. 23, 25 γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς. Luc. 11, 39 γέμουσιν ἁρπαγῆς, pleni sunt aviditate rerum alienarum. (Xenoph. cyrop. 5, 2. 17.) **.

Ἁρπαγμός, οῦ, ὁ, (ab ἁρπάζω) *rapina*, proprie: *direptio*, rapiendi actus; deinde res rapta, *praeda*. Semel Phil. 2, 6 οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, non praedam, vi non merito capiendam, esse censuit. Nexus enim est: Iesus honorem divinum, quo Deo par est (τὸ εἶναι ἴσα θεῷ), non tanquam praedam (vi et astutia) capiendam censuit, sed potius illo honore dignus fieri studuit eo, quod humiliter vivens Deo obsequium praestitit. (Sic ἁρπάζειν Plutarch. Philop. c. 10 τὸ δὲ φιλοσοφίας ὄνομα καὶ τὴν τοῦ φιλοσοφεῖν δόξαν οὐχ ἁρπάζουσιν αὐτοῖς.)

Ἁρπάζω, fut. άσω, aor. 1. ἥρπασα, aor. 1. pass. ἡρπάσθην, aor. 2. (melioribus scriptoribus incognitus, vid. *Wineri* Gramm. p. 79) ἡρπάγην, fut. 2. pass. ἁρπαγήσομαι, (ab ἅρπαξ) — LXX pro גָּזַל et טָרַף — *rapio, vi abduco, abripio*, Matth. 11, 12 τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, rapere regnum divinum, i. e. vi eripere hominibus regnum Dei, videlicet eo, quod praecones huius regni corripiebantur. Vid. Βιάζω. (Ies. 10, 2 ἁρπάζοντες κρίμα πενήτων.) Matth. 13, 19. Io. 6, 15. 10, 12. Act. 8, 39. 2 Cor. 12, 2. 4. 1 Thess. 4, 17. Apoc. 12, 5 ἡρπάσθη πρὸς τὸν θεόν, i. e. in coelum. (Iud. 21, 21. Gen. 37, 33. Ps. 7, 2.) — Ἁρπάζω ἐκ, *eripio*, Act. 23, 10. Io. 10, 29. (2 Sam. 23, 21.) Iud. v. 23 ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάζοντες, ex igne eripientes, cuius proverbii (Amos. 4, 11. Zach. 3, 2. Sir. 51, 4. coll. 1 Cor. 3, 15) sensus est: e periculo gravissimo et imminente liberare. *.

Ἅρπαξ, αγος, ὁ, ἡ, adiect. *rapax*; Luc. 18, 11. Matth. 7, 15 λύκος ἅρπαξ, de homine insidioso et pessimo. (Alio sensu Gen. 49, 27.) — ἅρπαξ, ὁ, substantive: *latro*, 1 Cor. 5, 10. 11. 6, 10. (Act. Thom. §. 12 ἅρπαγες καὶ πλεονέκται. Xenoph. mem. 3, 1. 36.) **.

Ἀῤῥαβών, ῶνος, ὁ, verbum e re mercatoria, hebr. עֵרָבוֹן 1) *arrha*, s. *arrhabo*, das *Angeld*, das *Daraufgeld*, πρόδομα, ut Hesych. explicat; (Stobaei serm. 42.) — 2) *pignus*; ter in N. T. διδόναι τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις, 2 Cor. 1, 22. 5, 5. Eph. 1, 14. quod plurimi intelligunt quasi scriptum esset διδ. τὸ πνεῦμα εἰς ἀῤῥαβ., dare spiritum sanctum, sive eius dona, in pignus; rectius: dare *arrham* spiritus sancti, i. e. praesensione felicitatis animum his in terris imbuere, tanquam arrha futurae felicitatis. (vid. quae Rom. 5, 5. 14, 17. 8, 15. 2 Tim. 1, 7 de sensu felicitatis per spiritum effectae leguntur.) — Ceterum ἀῤῥαβ. cum significatione pignoris habes Gen. 38, 17—20. Stobaei serm. 59 (ed. Gaisf. 61, 2): ἡμεῖς ἔχοντες ἀῤῥαβῶνα τὴν τέχνην τοῦ ζῆν. Act. Thom. §. 51 παρέχων τῆς πίστεώς σου τὸν ἀῤῥαβῶνα, pignus quo intelligam, te promissa praestare.) **.

Ἄῤῥαφος, ον, (ex ἀ priv. et ῥάπτω, consuo) *non consutus, nullam habens suturam*. Semel Io. 19, 23. Iosephus ant. 3, 7. 4 pontificis summi tunicam describens „non constat, ait, ex duabus plagulis, ut suturas habeat (ὥστε ῥαπτὸς εἶναι) in humeris ac lateribus; sed unicum est vestimentum in longum undique circumtextum, qua collo

induitur aperturam habens non obliquam, sed in longitudinem discissam, a pectore usque ad interscapilium medium (μέσον τὸ μετάφρενον)."

Ἄῤῥην, ενος, ὁ, et ἄῤῥεν, τό, Attica scriptura, quae post Homerum obtinuit pro ἄρσην, ἄρσεν (vid. *Rost.* gramm. p. 370 sq.) *mas, masculus,* Apoc. 12, 5. 13. (Levit. 27, 7. Sir. 36, 21. Ioseph. ant. 7, 7. 2.) **.

Ἄῤῥητος, ον, (ab ἀ priv. et ῥητός, dictus, dicendus) non dictus (Hom. Odyss. 14, 466); — non dicendus, vel quia nefas est, vel quia verbis dici non potest; — ergo: *nefandus;* (Eurip. Hec. v. 198. Symmach. Levit. 18, 23 ubi LXX μυσαρόν) vel *arcanus,* (Diod. Sic. 2, 18. Heliod. lib. 9. p. 424 τὰ μυστικώτερα ἀῤῥήτῳ σιγῇ τετιμήσθω. Act. Thom. §. 10 ἐκφαίνων λόγους ἀποῤῥήτους ὄντας) vel *ineffabilis* (Clem. Alex. strom. 2, 2. p. 431, 8 ed. Pott. θαῦμα ἄῤῥητον.) — 2 Cor. 12, 4 ἄῤῥητα ῥήματα, vel arcana, de quibus tacendum, vel ore non efferenda, quae efferri non possunt. **.

Ἄῤῥωστος, ον, (ex ἀ priv. et ῥώννυμι) *invalidus, infirmus, corpore laborans.* Matth. 14, 14. Marc. 6, 5. 13. 16, 18. 1 Cor. 11, 30. (1 Reg. 14, 5. Mal. 1, 8. Sir. 7, 35.) **.

Ἀρσενοκοίτης, ου, ὁ, (ex ἄρσεν mas et κοίτη) *cinaedus,* vel qui cum masculis concumbit, vel qui se a masculo ad venerem illicitam adhiberi patitur. Bis: 1 Cor. 6, 9. 1 Tim. 1, 10. (Diog. Laërt. 6, 2. 6. Origen. comm. in Matth. Tom. XIV. §. 10.)

Ἄρσην, ενος, ὁ, neutr. ἄρσεν, τό, (i. q. ἄῤῥην, quod vid.) *mas, masculus.* Rom. 1, 27. Matth. 19, 4. Marc. 10, 6. Luc. 2, 23. Gal. 3, 28.

Ἀρτεμᾶς, ᾶ, ὁ, *Artemas,* nom. propr. amici Pauli, Tit. 3, 12.

Ἄρτεμις, ιδος, ἡ, *Diana,* Iovis ex Latona filia, Apollinis soror, Graecorum Romanorumque Dea, cuius splendidissimum templum, Ephesi exstructum, ab Herostrato incensum, deinde magnificentius instauratum, per totam Asiam clarissimum erat. Act. 19, 24—35.

Ἀρτέμων, ονος, ὁ, *artemon,* velum maius, quod ad puppim est, a Venetis etiam nunc *Artimon, (a Polluce: dolon)* dictum, das Braamsegel. Alii minus recte malum vel antennam intelligunt. Legitur Act. 27, 40 ad quem locum vid. interpretes.

Ἄρτι, adv. (ab ἄρω, iungo, arcto) propr. tempus arcte coniunctum cum praesenti, igitur tempus modo praeterlapsum; 1) *modo, nunc ipsum, gerade, so eben,* ut indicetur, rem aliquam modo ac ante hoc tempus de quo loquimur, vel coeptam, vel absolutam esse. (Vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 20.) Hoc sensu, quo Attici unice utebantur (vid. *Lobeck.* l. l. p. 18) hac particula, eamque igitur futuro non iungebant, bis in N. T. legitur; Matth. 9, 18. Apoc. 12, 20. (2 Macc. 3, 28.) quanquam utroque loco etiam alteram significationem habere potest, qua est — 2) *nunc, iam, in praesenti, hoc ipso tempore,* quae significatio, purioribus antiquioribusque scriptoribus ignota, in N. T. praevalet; Matth. 3, 15. 26, 53. Io. 13, 33. 37 ubi ἄρτι opponitur τῷ ὕστερον. Io. 16, 12 ἄρτι — ὅταν δέ. 16, 31. 1 Cor. 13, 12 ἄρτι — τότε. 16, 7. Gal. 1, 9. 10. 4, 20. 1 Thess. 3, 6. 2 Thess. 2, 7. 1 Petr. 1, 6. 8. (Ioseph. ant. 2, 12. 2 ἀφέντες ἣν ἄρτι κατοικοῦσι γῆν. ibid. 1, 6. 1 Καππαδόκαι μὲν ἄρτι κέκληνται. Theocrit. idyll. 2, 104. idyll. 23, 26.) — ἡ ἄρτι ὥρα, *tempus quod nunc est,* 1 Cor. 4, 11. — ἕως ἄρτι, *ad hoc usque tempus,* Matth. 11, 12. Io. 2, 10. 5, 17. 16, 24. 1 Cor. 4, 13. 8, 7. 15, 6. 1 Io. 2, 9. — ἀπ' ἄρτι, (hebr. מֵעַתָּה, LXX ἀπὸ τοῦ νῦν) *ab hoc inde tempore,* Io. 13, 19. 14, 7. — seq. ἕως, Matth. 23, 39. 26, 29. — seq. futuro Matth. 26, 64 sq. Io. 1, 52. — Ἀπάρτι Apoc. 14, 13 uno verbo scriptum, idem significans. (Vid. praeter *Lobeck.* l. l. *Viger.* de idiot. p. 386 sq.) **.

Ἀρτιγέννητος, ον, (ex ἄρτι et γεννητός) *recens genitus, modo natus,* nonnisi 1 Petr. 2, 2 de novis christianis tropice legitur. (Lucian. dial. mort. 12, 1.)

Ἄρτιος, ον, (ab ἄρτι, quod in compositis etiam est i. q. τελείως) *perfectus, omnibus numeris absolutus,* vollendet, vollkommen; semel 2 Tim. 3, 17. (Philo de legat. ad Cai. p. 1000 μένει δὲ ἄρτιος καὶ πλήρης ἡ ἡγεμονία. Etymol. M. ἄρτιος σημαίνει τὸν ὑγιῆ καὶ πεπληρωμένον. *Albert.* Gloss. N. T. p. 163 ἄρτιος· ὑγιής, τέλειος.)

Ἄρτος, ου, ὁ, hebr. לֶחֶם 1) *panis,* e farina coctus, Matth. 4, 3. 4. 7, 9. 12, 4. 14, 17. 19. 15, 34. 36. Marc. 6, 41. Io. 21, 9. 13. Hebr. 9, 2 saepius. — De pane in sacra coena, Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1 Cor. 10, 16. 17. 11, 23—28. — κλάσαι τὸν ἄρτον, vid. Κλάω. — In loco Io. 6, 31—58 ἄρτος est nutrimentum coeleste et mysticum, quod corpore filii Dei animo praebetur, quare cum Manna, coelitus veniente (Ps. 78, 24. Sap. 16, 20), comparatur. Alii nutrimentum animi, doctrinam, intelligunt, ut Sir. 15, 3. 24, 19—21. Prov. 9, 5., sed αἷμα et σῶμα, quae v. 51—56 panis esse dicuntur, de doctrina doctoris non leguntur. — 2) ut hebr. לֶחֶם *cibus quivis,* quo corpus alitur, Matth. 6, 11. 15, 33. Marc. 6, 8. 36. Luc. 11, 3. Io. 6, 5. 2 Cor. 9, 10 alibi. — Ἄρτος τῶν τέκνων, Matth. 15, 26. Marc. 7, 27 nutrimenta liberis destinata. (ἄρτος ἐπιθυμίας s. ἐπιθυμιῶν, cibi delicati, exquisiti, Dan. 10, 3 et *Fabric.* cod. pseud. V. T. I, p. 521.) — Locutiones φαγεῖν ἄρτον, Marc. 3, 20. Luc. 14, 1. 15 et ἄρτον ἐσθίειν, Matth. 15, 2. 7, 5 nostris scriptoribus ex hebraismo אָכַל לֶחֶם (Gen. 43, 25. 1 Sam. 20, 24. Prov. 23, 6. coll. Sir. 34, 23. 24) sunt: *epulari, convivari, cibum capere,* Io. 13, 18 τρώγων μετ' ἐμοῦ ἄρτον, qui mecum coenat, i. e. mihi familiaris (Ps. 41, 10). Hinc: ἄρτον φαγεῖν παρά τινος 2 Thess. 3, 8 ab aliquo nutriri (2 Sam. 9, 7); τὸν ἑαυτῶν ἄρτον 2 Thess. 3, 12 victum ab ipsis sibi paratum. *.

Ἀρτύω, f. ύσω, (ab ἄρω, iungo, apto) *adapto.* Sic apud antiquissimos, ut Homerum. Postea de cibis: *condio,* (Symmach. Cant. 8, 2 ἠρτυμένου pro רֶקַח) Marc. 9, 50 ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε. Luc. 14, 34 ἐν τίνι ἀρτυθήσεται intellige τὶς sive τί. (Sic Ignat. ad Magnes. §. 10 Christianis dicit: ἁλίσθητε ἐν αὐτῷ [Χριστῷ], ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν.) — Metaphor. Col. 4, 6 ἠρτυμένος ἅλατι, sale conditus, i. e. suavis, saluber. **.

Ἀρφαξάδ, ὁ, *Arphaxad,* nom. propr. ind. filii Semi, Luc. 3, 36. cf. Gen. 10, 22. 24. 11, 10. 12.

Ἀρχάγγελος, ου, ὁ, (ex ἀρχι, quod vid., et ἄγγελος) *princeps angelorum, princeps inter angelos,* ἄγγελος τοῦ προσώπου θεοῦ, quasi interioris admissionis. (Vid. Ἄγγελος.) Iud. v. 9 ubi Michael, angelus, ita appellatur, qui Dan. 10, 13. 12, 1 εἷς τῶν ἀρχόντων, ὁ ἄρχων ὁ μέγας (שַׂר) dicitur, et 1 Thess. 4, 16 ubi idem videtur intelligendus esse. Iudaeos etiam Urielem, Raphaelem et Gabrielem archangelos appellasse constat. (Libr. Henoch. p. 187 οἱ τέσσαρες μεγάλοι ἀρχάγγελοι, Μιχαήλ, καὶ Οὐριήλ, καὶ Ῥαφαήλ, καὶ Γαβριήλ. Ibid. p. 190. 191. 193.) *.

Ἀρχαῖος, α, ον, (ab ἀρχή) qui ab initio fuit, *priscus, antiquus.* Matth. 5, 21. [27.] 33. Luc. 9, 8. 19. — Ἀρχαῖος κόσμος 2 Petr. 2, 5 prisci, ante diluvium viventes, Apoc. 12, 9. 20, 2. (coll. 1 Reg. 4, 30.) — Ἀφ' ἡμερῶν ἀρχ. Act. 15, 7 *iam pridem, olim;* ἐκ γενεῶν ἀρχ. Act. 15, 21 *a priscis saeculis* (Ies. 37, 26. Thren. 1, 7.) — ἀρχ. μαθητής Act. 21, 16 *veteranus.* (Sir. 9, 10. 2 Macc. 6, 22.) — 2 Cor. 5, 17 τὰ ἀρχαῖα, plurimi, et quidem recte, explicant *priorem vitiositatem;* alii: priores mores; alii: obsoletam i. e. oeconomiam mosaicam (Sap. 8, 8. Ies. 43, 18.) *.

Ἀρχέλαος, ου, ὁ, *Archelaus,* filius Herodis M., tetrarcha Iudaeae, Idumaeae et Samariae constitutus quidem, post novem vero annos a Caesare Viennam Allobrogum in exilium missus, ubi obiit. Vid. Ioseph. (qui eum non τετράρχην sed ἐθνάρχην appellat) ant. 17, 11 sq. de bell. Iud. 2, 7. — Commemoratur Matth. 2, 22.

Ἀρχή, ῆς, ἡ, — LXX maxime pro רֹאשׁ, רֵאשִׁית, passim pro תְּחִלָּה, קֶדֶם — 1) *initium, exordium,* Matth. 24, 8. Marc. 1, 1 ἀρχή, exordium libri. 13, 9. Hebr. 7, 3. — ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι, coepta est tradi, Hebr. 2, 3. (Philo de vita Mos. I, p. 614 E. τὴν ἀρχὴν τοῦ γενέσθαι λαβόν. Aelian. var. hist. 2, 28.) — Io. 2, 11 ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων. Hebr. 3, 14 vid. Ὑπόστασις. Hebr. 5, 12 τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων, elementa initii, i. e. a quibus initium ducebatur. ib. 6, 1 ὁ τῆς ἀρχῆς τοῦ Χρ. λόγος, doctrina de Christo, a quo initium factum est. — Locutiones: a) ἀπ' ἀρχῆς, hebr. מֵעוֹלָם, מֵרֹאשׁ, מִקֶּדֶם, *ab initio,* vel omnium rerum, Matth. 19, 4. 8. Io. 8, 44. 1 Io. 3, 8. (Ies. 43, 13. Hab. 1, 12. Eccl. 3, 11), quod plenius dicitur ἀπ' ἀρχῆς κόσμου s. κτίσεως, Matth. 24, 21. Marc. 10, 6. 13, 19. 2 Petr. 3, 4. — vel rei cuiusdam, ut ab initio rei christianae, Luc. 1, 2. Io. 15, 27. 2 Thess. 2, 13. 1 Io. 1, 1. 2, 7. 13. 14. 24. 3, 11. 2 Io. v. 5. 6. — ab initio vitae,

Act. 26, 4. — b) *ἐν ἀρχῇ*, a rerum initio, initio mundi, Io. 1, 1. 2. (בְּרֵאשִׁית, Gen. 1, 1.) — initio rei christ. Act. 11, 15. Phil. 4, 15. — c) *ἐξ ἀρχῆς*, statim ab initio, nimirum quum colligeret discipulos, Io. 6, 64. 16, 4. — d) *κατ' ἀρχάς*, in principio rerum, Hebr. 1, 10. (Ps. 102, 26. 119, 152.) — e) *τὴν ἀρχήν*, adverbialiter vel: *statim ab initio, primum*, (LXX pro בַּתְּחִלָּה, Gen. 43, 18. 20. Dan. 8, 1. Ioseph. de bell. 1, 3. 1 *τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθείς*. Arrian. exped. 3, 11 *οὕτως, ὅπως τὴν ἀρχὴν ἐτάξαντο, ἔμειναν τῆς νυκτός*. Iustin. Mart. apol. 2. p. 71. Similiter *τὴν πρώτην*, Epictet. enchir. c. 33) vel: *omnino, prorsus*, (Philo de Abr. p. 366 C. de spec. leg. p. 796 A. *οὐδὲ γὰρ λόγους τὴν ἀρχὴν παραδέχεται*. vid. *Zeunius* ad Viger. de idiot. p. 80 edit. Herm.) — semel Io. 8, 25 *τὴν ἀρχὴν (ἐλάλησα) ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν*, vel: statim ab initio dixi idem (populo) quod nunc vobis dico; vel omnino: is sum, quem me esse vobis assevero. — 2) is s. id a quo exordium fit, *primus* s. *primum;* Col. 1, 18 *ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν*. (Gen. 49, 3 *ἀρχὴ τέκνων*, primogenitus. Deut. 21, 17. Iob. 40, 19. Exod. 34, 22 *ἀρχὴν θερισμοῦ*, primitias messis.) — *ἀρχὴ καὶ τέλος*, primus et ultimus, Apoc. [1, 8.] 21, 6. 22, 13. vid. quae sub *A* dicta sunt. Apoc. 3, 14 ubi filius Dei dicitur *ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως*, quod vel esse potest: primus rerum creatarum (coll. Prov. 8, 22), vel: *auctor* rerum creatarum, ut *ἀρχή* transitive intelligatur de principio efficiente, ut Sap. 12, 16. 14, 27. Sir. 10, 12. Evang. Nicod. apud Birch. p. 135 ubi diabolus dicitur *ἡ ἀρχὴ τοῦ θανάτου καὶ ἡ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας*. Ioseph. ant. 5, 1. 27 ubi altare idolis exstructum dicitur *ἀρχὴ*, causa, *παραβάσεως*. (Theophil. ad Autol. lib. 2. p. 88 de *λόγῳ* divino: *οὗτος λέγεται ἀρχὴ, ὅτι ἄρχει καὶ κυριεύει πάντων τῶν δι' αὐτοῦ δημιουργημένων*. Tatian. orat. ad Graec. p. 145 *τοῦτον (λόγον) ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν*. Clem. Alex. protrept. 1. p. 6, 40 edit. Pott. *ὁ λόγος ἀρχὴ θεία τῶν πάντων*.) — 3) *extremitas* rei, Act. 10, 11. 11, 5. (Ezech. 48, 1. Obad. v. 20. Gen. 2, 10. Herodot. 4, 60. Philo de vita Mos. I, p. 638 D.) — 4) primus locus, *potestas, dominatio*, Luc. 20, 20. (Gen. 1, 16. Ier. 34, 1. Ioseph. ant. 4, 6. 11. Philo de opif. m. p. 19.) — *officium, provincia*, (Gen. 40, 13. 21. 1 Chron. 26, 10. 4 Macc. 4, 17.) Iud. v. 6 ubi *ἀρχή* est potestas in res creatas, quibus angeli praefixi putabantur (vid. *Ἄγγελος*). Iudaei enim statuebant, angelos quosdam, duce diabolo, provincias sibi a Deo demandatas deseruisse et illicito amore prosecutos esse mulieres hominum. cf. Gen. 6, 2 et ibi LXX interpretes. Ioseph. ant. 1, 3. 1. *Fabric.* cod. pseud. V. T. I, p. 529. 179 sqq. — Abstractum pro concreto: *magistratus, principes* in his terris, Luc. 12, 11. Tit. 3, 1. (Ioseph. ant. 4, 8. 16. Mich. 3, 1.) — principes angelorum vel daemonum, Rom. 8, 38. 1 Cor. 15, 24. Eph. 1, 21. 3, 10. 6, 12. Col. 2, 10. 15. (Vid. etiam *Ἐξουσία*.) *.

Ἀρχηγός, *οῦ, ὁ*, (ex *ἀρχή* et *ἄγω*) 1) qui primos ducit, *dux, praefectus*, Ies. 3, 6. 2 Chron. 23, 14 *ἀρχηγὸς τῆς δυνάμεως*. — 2) *rei auctor*, Act. 3, 15 *ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς*, qui nos ad vitam ducit, vitae aeternae est auctor. Similiter Act. 5, 31. Hebr. 2, 10. 12, 2. (Mich. 1, 13. 1 Macc. 9, 61. 10, 47 *ἀρχηγὸς λόγων εἰρηνικῶν*. Ioseph. ant. 7, 9. 4 *πολλῶν ἀρχηγὸς κακῶν*.) *.

Ἀρχι, in compositis pro *ἀρχή* principatus, vel *ἀρχός* princeps, nostro: *Ober-Erz*-respondens.

Ἀρχιερατικός, *ή, όν*, (ab *ἀρχιερεύς*) *pontificius*. Semel Act. 4, 6 *ἐκ γένους ἀρχιερατ*. i. e. *ἐκ γέν. τῶν ἀρχιερέων*, ex familia pontificia, i. e. cuius auctores honore pontificatus ornati fuerant. (Ioseph. ant. 4, 4. 7 *ἀρχιερατικὴ στολή*. ib. 6, 6. 3. 15, 3. 1.)

Ἀρχιερεύς, *έως, ὁ*, (ex *ἀρχι* et *ἱερεύς*, i. e. *ἄρχων τῶν ἱερῶν*) *sacerdos summus, pontifex*, (כֹּהֵן הַגָּדוֹל Lev. 21, 10. Num. 35, 25. 28. etiam הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ Lev. 4, 3. 5.) Luc. 22, 50. Matth. 26, 3. 57 et saepius. (Ioseph. ant. 3, 7. 1. 3 Esdr. 9, 40. 1 Macc. 10, 20.) — Temporibus Iesu Caesares solebant pontifices creare, ita tamen, ut pontifex non usque ad mortem hunc honorem haberet, ut olim mos fuerat, sed tantum ad tempus, nonnunquam unius anni, eligeretur. Io. 11, 49. coll. Ioseph. ant. 15, 3. 1. Quum, qui pontifices fuerant, titulum *ἀρχιερέων* honoris causa (Ioseph. ant. 20, 9. 1) retinerent, saepius in N. T. commemorantur *ἀρχιερεῖς* pontifex summus et viri pontificii, Luc. 3, 2. Io. 12, 10. 11, 47. Ubi autem *ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς*, vel etiam *πρεσβύτεροι*, nominantur, totum Synedrium magnum, per partes descriptum, intelligendum est, et definiri nequit, utrum hic *ἀρχιερεῖς* sint viri, qui pontificatum gesserant, an (ut apud Ioseph. 20, 8. 8) praefecti ordinum sacerdotum, qui 1 Chron. 24, 6. 2 Chron. 36, 14 dicuntur *ἄρχοντες τῶν πατριῶν τῶν ἱερέων*. Matth. 16, 21. 26, 3. 59. 27, 1. 6. 20. 62. Marc. 14, 10. 53. 55. 15, 1. Luc. 9, 22. 19, 47. 20, 1. 19. Io. 12, 10. 18, 35. 19, 6. Act. 5, 24. 9, 14. 26, 10. 12 saepius. — In epistola ad Hebr. 2, 17. 5, 5. 6, 20 et passim Christus comparatur cum pontifice Iudaeorum et *ἀρχιερ*. appellatur, quatenus ipse morte sua quasi sacrificium pro peccatis hominum Deo se obtulit. Commemoratur etiam in test. XII patr. (*Fabric.* I, p. 531) *ἀρχιερεὺς Χριστός*, isque dicitur. ib. p. 542 excitatus a Deo *ἐκ τοῦ Λευΐ ὡς ἀρχιερεὺς καὶ ἐκ τοῦ Ἰούδα ὡς βασιλεύς*.

Ἀρχιποιμήν, *ένος, ὁ*, (ex *ἀρχι* et *ποιμήν*) pastor primarius, vel *princeps pastorum*, i. e. *doctorum*, vel *summus praefectus, rex, summus iudex*. De utroque enim et pastore et praefecto *ποιμήν* metaphorice dicitur. Semel 1 Petr. 5, 4.

Ἄρχιππος, *ου, ὁ*, *Archippus*, nom. propr. Christiani, qui Coloss. 4, 17. Philem. 2 commemoratur.

Ἀρχισυνάγωγος, *ου, ὁ*, (ex *ἀρχι* et *συναγωγή*) i. e. *ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς* (Luc. 8, 41) *synagogae praefectus, moderator synagogae*. Plures erant saepius, eo consilio constituti, ut, quidnam et per quosnam doceretur, definirent disciplinaeque ecclesiasticae consulerent. Marc. 5, 22. 35. 36. 38. Luc. 8, 49. 13, 14. Act. 13, 15. 18, 8. 17. (cf. *Vitringa* de synagoga vetere, lib. 2. c. 11. et lib. 3. pt. 1. c. 9. Caeterum *ἀρχισυνάγωγοι* simul cum *πρεσβυτέροις τοῦ λαοῦ* saepius coniunctim nominantur in Evang. Nicod. p. 13. 69. 71. 85.) *.

Ἀρχιτέκτων, *ονος, ὁ*, (ex *ἀρχι* et *τέκτων*) fabrorum praefectus, *architectus*, aedificiis exstruendis praepositus, 1 Cor. 3, 10. (Ies. 3, 3. Sir. 38, 27. 2 Macc. 2, 29.) **.

Ἀρχιτελώνης, *ου, ὁ*, (ex *ἀρχι* et *τελώνης*) i. e. *ἄρχων τῶν τελωνῶν*, *publicanus*, portitorum praefectus, qui vectigalia per ministros, *portitores*, exigebat. Semel Luc. 19, 2.

Ἀρχιτρίκλινος, *ου, ὁ*, (ex *ἀρχι* et *τρίκλινος* coenaculum) *architriclinus*, qui Latinis *convivii magister, arbiter coenae*, Graecis *συμποσιάρχος, βασιλεύς, στρατηγὸς* convivii, Sirac. 35, 1 *ἡγούμενος* dicebatur, cuius quidem erat, ut convivium adornaret, convivis loca assignaret et cibi potusque curam gereret. Iudaeis hic mos in exilio in usum venisse videtur. Commemoratur Io. 2, 8. 9.

Ἄρχω, f. *ξω*, (ab *ἀρχή*) propr. primus aliquid facio, primus sum, (Homer. Iliad. 1, 495. 3, 447) — primus sum ordine: *princeps sum, praesum, impero*, seq. genitivo; bis: Marc. 10, 42. Rom. 15, 12. (LXX pro מָשַׁל Gen. 1, 18. Deut. 15, 6. 1 Chron. 29, 12. Ies. 11, 10. 1 Macc. 1, 4.) — *Ἄρχομαι*, fut. *ἄρξομαι* (semel Luc. 13, 26 ubi quidam boni libri *ἄρξησθε* habent pro *ἄρξεσθε*), aor. 1. *ἠρξάμην*, verbum depon. med. (LXX pro הוֹאִיל, הֵחֵל) *incipio, initium facio*, 1 Petr. 4, 17 *ὅτι καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα*, tempus, quo iudicium Dei incipiat, adest. — a) *ἄρχομαι* seq. *infinitivo* de eo dicitur, qui incipit aliquid vel agere, vel pati, vel esse, et nonnunquam ita ponitur, ut pleniori descriptioni actionis incipientis inserviat; Matth. 4, 17 *ἤρξατο κηρύσσειν*. ib. 11, 7. 20. Marc. 1, 45. Luc. 4, 21. Act. 1, 1 et saepissime in N. T. (Gen. 18, 27. 6, 1. Ios. 17, 12. Ioseph. ant. 11, 7. 1 *μετὰ θυμοῦ ἤρξατο λέγειν*.) — b) participium alio verbo iunctum indicat, rem iam initium habuisse, coepisse; Matth. 14, 30 *ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι*, quum iam in eo esset ut etc. Matth. 18, 24 *ἀρξαμένου αὐτοῦ συναίρειν*, vixdum conferre rationes coeperat. Luc. 21, 28 *ἀρχομένων τούτων γίνεσθαι*, quum ea evenire coeperint. — *ἀρχόμενός εἰμι*, *ingressus sum*, Luc. 3, 23 *ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος*, ingressus erat annum etc. (ubi genitivus *ἐτῶν* vel ab omisso *ἀνήρ*, vel ab *ἀρχόμενος* pendet, ut Ioseph. ant. 7, 4. 1 *ἄρχεσθαι μάχης*, pugnam inire. Vid. de *ἄρχεσθαι* cum genitivo *Rostii* gramm. p. 517. Contra *ἄρχομαι εἶναι*, incipio esse, Gen. 10, 8. 9, 20.) — c) *ἀρξάμενος* seq. *ἀπό*, *initio facto*, cum alio verbo, indicat terminum, a quo id, quod in verbo est, esse vel fieri coepit; Matth. 20, 8 *ἀπόδος αὐτοῖς, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων*, i. e. redde iis, ab ultimis incipiens, redde primum ultimis, deinde prioribus. Luc. 23, 5 *διδάσκων — ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλ*. Luc. 24, 27

ἀρξάμενος — διηρμήνευεν. ib. 24, 47 ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσ., ubi neutrum referendum est ad τὸ κηρυχθῆναι, quae salutis praedicatio ab Hierosolymis prima fiet. Io. 8, 9. Act. 8, 35. c. 10, 37 τὸ γενόμενον ῥῆμα — ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. 11, 4. (Gen. 44, 12. Ezech. 9, 6.) Alii ἀρξάμενον Luc. 24, 47. et Act. 10, 37 absolute positum putant, *initio facto*, ut Herodot. 3, 91 ἀπὸ δὲ Ποσειδηΐου πόλιος — ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης μέχρι Αἰγύπτου, πεντήκοντα — τάλαντα φόρος ἦν. Similiter participium absolutum Ioseph. de bell. 2, 6. 2 ἐπιτραπὲν δὲ λέγειν τοῖς κατηγόροις, data dicendi venia accusatoribus.

Ἄρχων, οντος, ὁ, (proprie particip. ab ἄρχω, dominor, unde ἄρχουσα, domina, saepius apud LXX) 1) *dominium exercens, imperans, dominus, praefectus*, hebr. מֶלֶךְ, מֹשֵׁל, שָׂרִים in LXX versione respondens. Apoc. 1, 5 ἄρχων τῶν βασιλέων, rex regum. Matth. 20, 25. Act. 4, 26. Moses Act. 7, 35 dicitur ἄρχων populi, *dux, imperator*, Luc. 8, 41 ἄρχ. τῆς συναγωγῆς, praefectus synag. Act. 7, 27. 35. 23, 5. — Matth. 9, 34. 12, 24. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15 ἄρχων τῶν δαιμονίων, praefectus daemonum, Satan. Idem dicitur ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου Io. 12, 31. 14, 30. 16, 11. i. e. qui hominibus a Deo aversis et idololatris dominatur, et qui Eph. 2, 2 ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος princeps, dominus spirituum in aëre (inferiore) versantium, i. e. daemonum dicitur. Omnes errores, potissimum idololatriam, Iudaeos a diabolo tanquam auctore repetiisse, notum est, quare in Test. XII patr. saepius dicitur ὁ ἄρχων τῆς πλάνης, τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης. *Fabric.* cod. pseud. V. T. I, p. 534 sqq. 611. 615. — 2) ἄρχων est nomen honoris, *in honore constitutus*, cui competit auctoritas in alios; et sic a) est: *procer*, Matth. 9, 18. 23. (qui Marc. 5, 22 ἀρχισυνάγωγος dicitur) Luc. 18, 18. — ἄρχων τῶν Φαρισαίων (non *praefectus*, sed) *procer* e Pharisaeis; — ἄρχων τῶν Ἰουδαίων Io. 3, 1 unus e proceribus Iudaeorum; Io. 12, 42. et in compellatione Act. 4, 8. — b) nomen honorificum *iudicum* in foro sedentium, Luc. 12, 58. Act. 16, 19. Rom. 13. 3. — c) appellatio *assessorum in Synedrio magno* et *procerum Hierosolymitanorum in universum*, Luc. 23, 13. 35. 24, 20. Io. 7, 26. 48. Act. 3, 17. 4, 5. 13, 27. 14, 5. 1 Cor. 2, 6. 8. quos etiam Iosephus antiq. Ind. 20, 1. 2 ἄρχοντας Ἱεροσολυμιτῶν appellat. (Neh. 4, 8. 13. 5, 7. hebr. סְגָנִים, magnates, principes.) *.

Ἄρωμα, τος, τό, *aroma, odoramentum*, Marc. 16, 1. Luc. 23, 56. 24, 1. Io. 19, 40. (LXX pro בֶּשֶׂם, 1 Chron. 9, 29 sq. 2 Chron. 9, 1. 9. Cant. 4, 10. 16. Ioseph. ant. 3, 1. 6.) Phavor.: ἄρωμα· θυμίαμα. καὶ ἄρωμα τὸ μύρισμα καὶ εὐωδίασμα. *.

Ἀσά, ὁ, *Asa*, nom. propr. regis Iudae. Matth. 1, 7. 8. cf. 1 Reg. 15. 2 Chron. 14 — 16.

Ἀσάλευτος, ον, (ex ἀ priv. et σαλεύω) *inconcussus, immotus*, Act. 27, 41. — tropice: *stabilis, firmus, nunquam tollendus*, Hebr. 12, 28. (Diod. Sic. 2, 48 ἐλευθερίαν διαφυλάττοντες ἀσάλευτον. Idem lib. 3, 47 εὐδαιμονία ἀσάλευτος. LXX Exod. 13, 16. Deut. 6, 8. et 11, 18 pro טוֹטָפוֹת, φυλακτήρια, nunquam nimirum dimovenda) **.

Ἄσβεστος, ον, (ex ἀ priv. et σβέννυμι) qui non exstinguitur, vel exstingui non potest; *perennis*. In N. T. de igne gehennae, Matth. 3, 12. Marc. 9, 43. 45. Luc. 3, 17. (Matth. 18, 8. πῦρ αἰώνιον. Vid. Αἰώνιος.) (Hom. Odyss. 4, 584.)

Ἀσέβεια, ας, ἡ (ab ἀσεβής). LXX potissimum pro פֶּשַׁע, etiam pro זִמָּה, חָמָס, רֶשַׁע, tribuitur propr. ei, qui Deum non reveretur, igitur 1) *contemtus Dei, impietas* in Deum, 2 Tim. 2, 16 ἐπὶ πλεῖον προκόψουσιν ἀσεβείας, crescent indies impietate in Deum. Tit. 2, 12. (LXX Deut. 18, 22 pro זָדוֹן. Ier. 6, 7. Ez. 12, 19.) Quare etiam de *idololatria*, contemtu *veri* Dei dicitur, Rom. 1, 18. coll. v. 20 — 23. (Sap. 14, 9. Ioseph. ant. 9, 13, 2.) Iud. v. 15 ἔργα ἀσεβείας, facta ex Dei contemtu nata. — 2) ἀσέβειαι, *impie facta*, (Ezech. 16, 58. 23, 48. Ps. 65, 3.) Rom. 11, 26 ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ., meton. *poenas* impie factorum (vid. Ezech. 23, 27. Ies. 59, 20.) Iud. v. 18 κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν, cupiditates impietatis, i. e. quibus feruntur ad impia quaeque. *.

Ἀσεβέω, ῶ, aor. 1 ἠσέβησα, (ab ἀσεβής) numen non veneror; Ioseph. ant. 9, 13. 1. — *impie ago*. Bis: 2 Petr. 2, 6. Iud. vers. 15. (LXX pro פָּשַׁע Zeph. 3, 11. רָשַׁע Dan. 9, 5.)

Ἀσεβής, ές, (ex ἀ priv. et σέβω) LXX maxime pro רָשָׁע, *Deum non timens, Dei contemtor, impius*, 1 Tim. 1, 9. 1 Petr. 4, 18 ubi ab ἁμαρτωλῷ ita distingui potest ut causa ab effectu. Quare etiam Iudas vers. 15 dixit ἁμαρτωλοὺς ἀσεβεῖς, e contemtu Dei peccantes. (Ies. 26, 10. Ps. 1, 1.) Iud. vers. 4 ἀσεβής, qui Deum, ut Christus eum manifestavit, contemnit, fidem christianam deserit. — *impie agens*, 2 Petr. 2, 5. 3, 7. Iud. v. 15. (Hab. 1, 9. Iob. 8, 20.) — meton. *reus, puniendus*, Rom. 4, 5. 5, 6. *.

Ἀσέλγεια, ας, ἡ, ab ἀσελγής, quod putant esse a σέλλω, moveo me, cum ἀ intensivo; ergo: valde lascivus, protervus, nimius in aliqua re; hinc ἀσέλγεια *lascivia, protervitas, impudens petulantia*; de homine cupiditatibus frena dante; Eph. 4, 19. 1 Petr. 4, 3. Iud. v. 4. — Marc. 7, 22 alii vertunt lasciviam, alii *insolentiam* protervam, ut legitur 3 Macc. 2, 26. (Ioseph. ant. 4, 6. 12 ἀσέλγεια τῶν λόγων, effreni sermones.) — 2 Petr. 2, 2 αὐτῶν ταῖς ἀσελγείαις (text. vulg. ἀπωλείαις) protervam impudentiam eorum in facinora prorumpentem; vid. v. 10 — 13. (Ioseph. ant. 8, 13. 1 Isabelae, reginae, tribuitur ἀσέλγεια καὶ μανία.) — De *libidine venerea*, lascivia voluptatis Rom. 13, 13. 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. 2 Petr. 2, 7. 18. coll. Sap. 14, 26. **.

Ἄσημος, ον, (ex ἀ priv. et σῆμα, signum, nota) 1) non signatus (ut argentum, Iob. 42, 11. Act. Thom. §. 2), signo s. nota non dignoscendus, (Gen. 30, 42); — 2) metaph. *ignobilis, obscurus*, Act. 21, 39. (Palaeph. de incred. 23 ἀνδρὸς οὐκ ἀσήμου. 3 Macc. 1, 3. Dion. Hal. ant. 11, 35.) Suidas: ἄσημος· ὁ ἀγενής. **

Ἀσήρ, ὁ, *Aser*, nom. propr. indecl. filii Iacobi octavi. Luc. 2, 36. Apoc. 7, 6. coll. Gen. 30, 13. Num. 26, 44. Ios. 19, 24. (Ioseph. ant. 1, 19. 8.)

Ἀσθένεια, είας, ἡ, (ab ἀσθενής) 1) defectus virium, *imbecillitas, infirmitas*; a) universe, Rom. 6, 19. 1 Cor. 15, 43. 2 Cor. 11, 30 τὰ τῆς ἀσθενείας μου, i. e. τὴν ἀσθ. μου, vid. Ὁ. — b) infirmitas humanae naturae, 2 Cor. 13, 4 ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας quia hominis imbecillitatem habebat. Hebr. 5, 2. 7, 28. (Iob. 37, 7 ἵνα γνῷ πᾶς ἄνθρωπος τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν.) — b) *infirmitas animi, animus demissus*, 1 Cor. 2, 3 ἐν ἀσθενείᾳ ἐγενόμην. (Eccles. 12, 4.) — c) *infirmitas corporis, morbus*, Matth. 8, 17. Luc. 5, 15. 13, 12. Io. 5, 5. 11, 4. Act. 28, 9. Hebr. 11, 34. (2 Macc. 9, 21. 22.) — πνεῦμα ἀσθενειῶν s. ἀσθενείας, daemon morbos efficiens, Luc. 8, 2. 13, 11. — 2) meton. *vexatio, afflictio*, qua animus vel vires hominis deprimuntur, Rom. 8, 26. 2 Cor. 12, 5. 9. 10. Gal. 4, 13. vid. Σάρξ. 1 Tim. 5, 23. Hebr. 4, 15. (Ps. 16, 4. Ier. 6, 21. 18, 23.) **.

Ἀσθενέω, ῶ, aor. 1. ἠσθένησα, (ab ἀσθενής) LXX maxime pro Kal, Niph. et Hiph. verbi כָּשַׁל 1) viribus destitutus, debilis, *infirmus sum, minus valeo*; a) universe, Rom. 8, 3 ἐν ᾧ ἠσθένει, hac enim re nihil valebat, sensus: cui rei impar erat, quod praestare non poterat. (1 Sam. 2, 5 ἐν τέκνοις ἠσθένησε, liberis destituebatur, nil valebat.) 2 Cor. 13, 3 ἀσθενεῖν εἴς τινα, infirmum, debilem se gerere erga aliquem — *infirmus videor, habeor*, 2 Cor. 13, 4. 9. — b) laboro corpore, *aegroto, infirmus sum* corpore, Matth. 10, 8. 25, 36. Marc. 6, 56. Luc. 7, 10. 9, 2. Io. 4, 46. 5, 3. 7. 6, 2. 11, 1. 2. 3. 6. Act. 9, 37. 19, 12. Phil. 2, 26 sq. 2 Tim. 4, 20. Iac. 5, 14. — Luc. 4, 40. ἀσθενοῦντες νόσοις, morbis laborantes. (LXX pro חָלָה Iudic. 16, 7. 11. Ezech. 34, 4.) — c) languesco animo, *animum demitto, timidus sum*, 2 Cor. 11, 21. (Ier. 6, 21. Ies. 7, 4 pro רָכַךְ. 1 Macc. 11, 49.) — 2) ex usu hebr. כָּשַׁל, *impingo, vacillo*, metaph. *vacillo animo, iudicio*, de eo, qui animo facile perturbatur, cui dubitatio facile inilcitur, Rom. 14, 2. 1 Cor. 8, 9 — 12. Rom. 14, 21 ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ, aut certe animo s. iudicio vacillat. — ἀσθεν. τῇ πίστει vacillare fiducia, Rom. 4, 19. — persuasione, iudicio, Rom. 14, 1. (de vacillante Ps. 27, 2. Prov. 24, 16. Ier. 46, 12. 16.) — 3) *afflictus sum*, ut paupertate, miseria, Act. 20, 35. 2 Cor. 11, 29. 12, 10 ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, si oppressus videor. (Iob. 4, 4. Ps. 107, 12. Dan. 11, 33 sq. Iudic. 6, 15. Phavorin. ἀσθενῶ· ἀῤῥωστῶ, κάμνω, νοσῶ, ἀτροφῶ.) *.

Ἀσθένημα, τος, τό, (ab ἠσθένημαι) *infirmitas*. Ad

mentem translatum: τὰ ἀσθενήματα Rom. 15, 1 scrupuli conscientiae ex iudicii imbecillitate orti.

Ἀσθενής, ἐς, comparat. ἀσθενέστερος (ex ἀ priv. et σθένος, robur) 1) cui robur deest, invalidus, infirmus, impotens; a) universe, Matth. 26, 41 ἡ σὰρξ ἀσθενής ἐστι, impar voluntati meliori. Marc. 14, 38. (ἀσθενὴς πρὸς ὁμιλίαν γυναικός, Ioseph. ant. 7, 14. 3. sq. infinitivo Ios. ant. 3, 1. 3.) 1 Petr. 3, 7. Hebr. 7, 18. — b) languescens corpore, invalidus, aegrotus, Matth. 25, 39. 43. 44. Luc. 10, 9. Act. 4, 9. 5, 15 sq. 1 Cor. 11, 30. — c) languescens animo, timidus, 2 Cor. 10, 10. — d) invalidus auctoritate, conditione, loco, humilis, ignobilis, 1 Cor. 1, 25 τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ vel infirmum, impotens, quod Deus ordinavit, videl. crux Messiae, vel, quod praefero, neutrum pro collectivo (vid. Ὁ): ignobilis homo (videl. Christus crucifixus), quem Deus ordinavit (Sap. 2, 11); eodem modo 1 Cor. 1, 27 τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου humiles, ignobiles inter homines. 1 Cor. 4, 10 ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ego vobis videor scilicet homo nullius auctoritatis. 1 Cor. 12, 22. LXX pro עָנִי Iob. 36, 15. Prov. 22, 22. 30, 14.) — 2) ex hebraismo: exilis, (propr. pro רָזֶה Ezech. 34, 20 πρόβατον ἀσθενές) tropice Gal. 4, 9 τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα. — 3) vacillans, i. e. a) impingens, peccans, Rom. 5, 6 ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν i. e. ut apostolus ipse v. 8 explicat, ἁμαρτωλῶν. — b) vacillans iudicio, incertus, dubius, 1 Cor. 8, 7. 10. 9, 22 ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, iis, qui dubii haerebant, liceatne hoc vel illud, nec ne, me accommodavi. 1 Thess. 5, 14. *.

Ἀσία, ας, ἡ, Asia. Nostris scriptoribus ubique est ea pars Asiae, quae Asia minor dicitur et inter Pontum Euxinum et mare Cyprium interiacet. Act. 19, 26. 27. 27, 2. Rom. 16, 5 ubi Ἀσίας Griesb. pro Ἀχαΐας quod est in edit. vulg. Saepius autem Ἀσία partem potiorem Asiae minoris indicat, videlicet Ioniam, cuius urbs primaria Ephesus fuit; et ita Ἀσία accipiendum est Act. 2, 9. 6, 9. 16, 6. 19, 10. 22. 20, 4. 16. 18. 21, 27. 24, 19. 1 Cor. 16, 19. 2 Cor. 1, 8. 1 Petr. 1, 1. Apoc. 1, 4. (11.) *.

Ἀσιανός, οῦ, ὁ, Asianus, ex Asia minori oriundus. Act. 20, 4.

Ἀσιάρχης, ου, ὁ, (ex Ἀσία et ἄρχω) praefectus Asiae, Asiarcha. Act. 19, 31. Asiarchae erant in Asia proconsulari summi sacrorum praefecti annui, electi ex Asiae provinciis et oppidis (unde nomina: Syriarchae, Lyciarchae etc.), qui Ephesi conveniebant, quorumque maxime erat, sacra facere et in honorem Deorum et imperatoris Romani ludos theatrales suis impensis edere. (Vid. Wesselingi diss. de Asiarchis. Ultraj. 1753. Winer. bibl. Reall. s. h. v. Anthol. gr. T. XII p. 313 ed. Iac. Tertull. de spectac. c. 2.)

Ἀσιτία, ας, ἡ, (ab ἄσιτος) ciborum penuria; abstinentia a cibo, ieiunium. Semel Act. 27, 21. coll. vers. 34—36. (Ioseph. ant. 12, 7. 1 δι' ἀσιτίαν, νενηστευκεισαν γὰρ, ἐκνοοῦντες.)

Ἄσιτος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et σῖτος, cibus) qui cibum non sumsit, ieiunus. Semel Act. 27, 33. (Hom. Odyss. 4, 788.)

Ἀσκέω, ῶ, curo accurate, tracto studiose, studiose laboro; semel Act. 24, 16 ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ, ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν, hac spe plenus equidem studiose laboro, ut habeam etc. (Ἀσκεῖν seq. infinitivo Sophocl. Electr. 1024. — ἀσκεῖν τι, curare, laborare aliquid saepissime, ut Hom. Iliad. 3, 83. 4, 110. 2 Macc. 15, 4. Symm. Iudic. 3, 1. pro נִסָּה. — Ioseph. ant. 4, 8. 41 ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν ἠσκημένοι.) **.

Ἀσκός, οῦ, ὁ, uter e corio vel pelle factus, in quo aqua vel vinum servabatur. Matth. 9, 17. Marc. 2, 22. Luc. 5, 37. 38. (Ier. 13, 12. Iob. 32, 19. Hom. Iliad. 3, 247.) *.

Ἀσμένως, (ab ἥδομαι, delector, perf. pass. partic. ἡσμένος) adv. libenter, cum gaudio; — in N. T. ἀσμένως δέχεσθαι Act. 2, 41. (Luc. 8, 13 μετὰ χαρᾶς δέχονται.) Act. 21, 17. (Ioseph. ant. 4, 6. 7. ib. 5, 4. 3. Philo: quis rer. div. her. p. 522 D. Aelian. V. H. 12, 18. — 2 Macc. 4, 12. 3 Macc. 3, 15. 5, 21 ἀσμένως πάντες μετὰ χαρᾶς.) **.

Ἄσοφος, ον, (ex ἀ priv. et σοφός) insipiens; semel Eph. 5, 15. (Prov. 9, 8 ubi cod. Alex. habet: ἔλεγχε σοφόν, καὶ ἀγαπήσει σε, ἄσοφον, καὶ μισήσει σε. Pind. Ol. 3, 81.)

Ἀσπάζομαι, aor. 1. ἠσπασάμην, (quod putant esse a σπάω, traho) verb. depon. med. proprie; data dextra aliquem saluto et excipio; 1) saluto, i. e. a) verbis salutem apprecor — (dicebant Hebraei salutantes: שָׁלוֹם לְךָ, Iudic. 19, 20. Dan. 10, 19. sive הֲשָׁלוֹם אַתָּה, 2 Sam. 20, 9. coll. 1 Sam. 25, 6. Ruth. 2, 4 εἰρήνη ὑμῖν, Luc. 10, 5. 24, 36. Io. 20, 19. Matth. 10, 13.) — de adveniente: Matth. 10, 12. (coll. Luc. 10, 5.) Marc. 9, 15. Luc. 1, 40. 10, 4. Act. 21, 19. (Iud. 18, 15. Exod. 18, 7. Sir. 41, 20. 1 Macc. 7, 29. 33. 11, 6.) — de abeunte: valedico, (ubi Hebraei dicebant לֵךְ בְּשָׁלוֹם sive לְשָׁלוֹם, Iudic. 18, 6. 2 Sam. 15, 9. Marc. 5, 34 ὕπαγε εἰς εἰρήνην) Act. 20, 1. 21, 6. (Xenoph. anab. 7, 1. 8.) — de salutante per literas, Rom. 16, 3—23. 1 Cor. 16, 19 sq. 2 Cor. 13, 12. Phil. 4, 21 sq. Col. 4, 10—15. 1 Thess. 5, 26. 2 Tim. 4, 19. 21. Tit. 3, 15. Phil. v. 23. Hebr. 13, 24. 1 Petr. 5, 13. 2 Io. 13. 3 Io. 15. — saluto interposito osculo, ἐν φιλήματι, Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Petr. 5, 14. — saluto interveniente προσκυνήσει, i. e. ita ut me prosternam, Marc. 15, 18. (Ioseph. ant. 10, 10. 5 πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ᾧ τρόπῳ τὸν Θεὸν προσκυνοῦσι, τούτῳ τὸν Δανιῆλον ἠσπάζετο.) — 2) tropice, ut nostrum: begrüssen, willkommen heissen, gratum et acceptum habeo, laeto animo excipio, benevole amplector; Matth. 5, 47 τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν. Hebr. 11, 13 τὰς ἐπαγγελίας. (Ioseph. ant. 6, 5. 3 τούτων ἠσπάζετο τὴν εὔνοιαν. ib. 7, 8. 4 τοὺς λόγους ἀσπασάμενος. Eurip. Io. 587 ἐγὼ δὲ τὴν μὲν συμφορὰν ἀσπάζομαι. Philo quod det. pot. ins. sol. p. 159 C. ὁ Θεὸς γνησίους μὲν θεραπείας ἀσπάζεται. Xenoph. Agesil. 11, 3 τῶν γε μὲν οὐ τοὺς δυνατωτάτους, ἀλλὰ τοὺς προθυμοτάτους μάλιστα ἠσπάζετο, ἐμίσει δὲ κ. τ. λ. Herodot. 1, 122. Aelian. V. H. 9, 4.) — 3) ex adjuncto: inviso aliquem, vel ut amicum, Act. 18, 22. 21, 7. — vel ut honore auctoritateque insignem, Act. 25, 13. (Ioseph. ant. 1, 19. 4. ib. 6, 11. 1.) **.

Ἀσπασμός, οῦ, ὁ, (ab ἀσπάζομαι) salutatio, a) ad amicitiam significandam, verbis facta, Luc. 1, 29. 44. (Act. Thom. §. 11.) — literis scripta, 1 Cor. 16, 21. Coloss. 4, 18. 2 Thess. 3, 17. — b) ad honorem alicui debitum significandum, Matth. 23, 7. Marc. 12, 38. Luc. 11, 43. 20, 46. *.

Ἄσπιλος, ον, (ex ἀ priv. et σπίλος macula) incontaminatus, vitio et macula carens. Legitur tantum apud seriores, ut Herodian. 5, 6. 19. Gregor. Naz. Or. 17, §. 12. Tropice: immunis a peccato, Iac. 1, 27. 1 Petr. 1, 19. (Iustin. Mart. dial. cum Tryph. p. 337 μόνῳ ἀσπίλῳ καὶ ἀναμαρτήτῳ Χριστῷ.) — sine vitio, ita ut reprehensione careat 1 Tim. 6, 14.

Ἀσπίς, ίδος, ἡ, 1) scutum, (Sap. 5, 19.) — 2) serpentium genus, veneno quam maxime lethali praeditum, aspis; Rom. 3, 13. (Deut. 32, 33. Ies. 30, 6. 59, 5.) *.

Ἄσπονδος, ον, (ex ἀ priv. et σπονδή libatio, foedus) a libatione, pacto alienus; pactum non admittens, nolens redire in gratiam, implacabilis; bis: Rom. 1, 31. 2 Tim. 3, 3. (Ioseph. ant. 4, 8. 24 ἐχθροὺς ἀσπόνδους. Philo de carit. Tom. II. ed. Mang. p. 397. Demosth. 314, 16 ἄσπονδοι πολέμιοι.)

Ἀσσάριον, ίου, τό, assarius, videl. nummus, vox origine latina nummum significans aequantem decimam drachmae s. denarii partem; ein Kreuzer. Legitur haec vox etiam apud Rabbinos (אִיסָר) qui ea utuntur ad pretium quodvis vilissimum indicandum. Bis: Matth. 10, 29. Luc. 12, 6. (Etiam apud Plutarchum, Polybium aliosque, vid. Kypkii obss. s. I, p. 57 sq.)

Ἆσσον, adverb. propius, (comparativus ab ἄγχι, prope) quod apud poetas graecos (ut Homer. Iliad. 1, 335. 567. Eurip. Cyclop. 255) frequenter legitur, in N. T. semel Act. 27, 13. Hesych.: ἆσσον· πλησίον, ἐγγύς. (Iosephus antiq. 1, 20. 1 ἆσσον ἀκολουθεῖν, proxime sequi. ant. 19, 2. 4. Herodot. 4, 3.)

Ἄσσος, ου, ἡ, Assus, urbs Mysiae maioris, ad mare Aegeum sita. Act. 20, 13. 14.

Ἀστατέω, ῶ, (ab ἄστατος, instabilis, vagus) sum ἄστατος, certam sedem non habeo, incertis sedibus erro. Semel 1 Cor. 4, 11.

Ἀστεῖος, ον, (ab ἄστυ, urbs) 1) urbanus; — 2) gratus, elegans; — venustus, gratia plenus. Act. 7, 20 de Mose, ἀστεῖος τῷ Θεῷ, pulcher, venustus לֵאלֹהִים (vid. Ion. 3, 3.) pulcher Deo, sensus pulcher quam maxime. Hebr. 11, 23. cf. Exod. 2, 2. Iudith. 11, 23. De Mosis venustate vid.

Ioseph. ant. 2, 9. 6 et 7. *Fabric.* cod. ps. I, p. 830 sqq. Philo de vit. Mos. I, p. 604.

Ἀστήρ, *έρος*, ὁ, (ab αἴθω, ardeo, splendeo, quasi αἴστηρ) latin. *stella.* In scripturis sacris comprehenduntur hoc nomine et stellae fixae et planetae. Matth. 2, 2. 7. 9. 10. 24, 29. Marc. 13, 25. (coll. Ioël 2, 10. Ezech. 32, 7.) 1 Cor. 15, 41. Apoc. 6, 13. 13. 8, 12. 12, 1. 4. coll. Gen. 1, 16. Ies. 13, 10. — Ἀστέρες πλανῆται, *stellae erraticae*, Iud. vers. 13 falsi et impii doctores nominantur, ubi ἀστ. non sunt planetae, quorum motus a vulgo vix animadvertuntur, sed *cometae*, calamitatum, ut putabantur, aut praenuntii aut auctores. Iesus autem dicitur stella matutina splendidissima Apoc. 22, 16. (coll. Dan. 8, 10. 12, 3. Sir. 50, 6.) quatenus maiestate et splendore summo est conspicuus. — Apoc. 2, 28 δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνὸν intellige in manus (vid. c. 1, 16) i. e. ornabo eum maximo honore et felicitate splendidissima. — Sintne stellae, quae Apoc. 1, 16. 20. 2, 1. 3, 1 commemorantur, *stellarum figurae*, an *angeli*, quatenus sunt naturae perquam lucidae, incertum videtur. Aeque incertum est, utrum c. 8, 10 et 9, 1 verae stellae an vero angeli sint intelligendi. Locus c. 9, 1 sqq. et Luc. 10, 18 favent posteriori sententiae. *.

Ἀστήρικτος, *ον*, (ex ἀ priv. et στηρίζω) instabilis; — *infirmus, inconstans.* 2 Petr. 2, 14. 3, 16. Hesych. ἀστηρίκτους· ἀσθενεῖς. (Longin. de sublim. sect. 2. §. 2.)

Ἄστοργος, *ον*, (ex ἀ priv. et στοργή naturalis et tenerrimus amor eorum, quibuscum naturae vinculo coniuncti sumus) *immisericors, crudelis* in suos. Bis: Rom. 1, 31. 2 Tim. 3, 3. (Athen. XIV. p. 655 ἄστοργον πρὸς τὰ ἔκγονα.)

Ἀστοχέω, *ῶ*, aor. 1. ἠστόχησα, (ab ἄστοχος, aberrans a scopo, a στόχῳ, scopo posito) propr. scopum non ferio, aberro a scopo, (Plut. symp. 8, 4 ἀποστοχῆσαι τοῦ σκοποῦ); tropice: *aberro* a recto, vero, *descisco*, a) seq. genitivo, 1 Tim. 1, 6. (Sir. 7, 19 μὴ ἀστόχει γυναικὸς σοφῆς. ib. 8, 9 μὴ ἀστόχει διηγήματος γερόντων. Plutarch. de def. orac. p. 414 ἀστοχοῦσι τοῦ πρέποντος.) — seq. περί, 1 Tim. 6, 21. 2 Tim. 2, 18. (Plutarch. de audit. p. 46 περὶ τὰς ποιότητας ἀστοχοῦντες. Id. sympos. 7, 5. p. 705.) **.

Ἀστραπή, *ῆς*, ἡ, hebr. בָּרָק 1) *fulgur*, Matth. 24, 27. Apoc. 4, 5. 8, 5. 11, 19. 16, 18. (Exod. 19, 16. Ier. 10, 13.) — imago summae celeritatis Luc. 10, 18. 17, 24. coll. Matth. 24, 27. — 2) *splendor, lux micans*, Matth. 28, 3. Luc. 11, 36. (Nah. 3, 3. Dan. 10, 6.) *.

Ἀστράπτω, f. άψω, (ab ἀστραπή) *fulguro*, Luc. 17, 24. (Ps. 144, 6.) *luce splendeo, mico*, Luc. 24, 4. coll. Matth. 28, 3. De oculis fulgentibus Sap. 11, 18. *.

Ἄστρον, *ου*, τό, 1) *sidus, (Sternbild)*; — 2) i. q. ἀστήρ, *stella*, Luc. 21, 25. Act. 27, 20. Hebr. 11, 12. coll. Ex. 32, 13. Iob. 38, 7. *simulacrum stellae*, Act. 7, 43. Vid. Ῥεμφάν. *.

Ἀσύγκριτος, *ου*, ὁ, *Asyncritus*, nom. propr. viri, Rom. 16, 14 commemorati, caeterum prorsus ignoti.

Ἀσύμφωνος, *ον*, (ex ἀ et σύμφωνος) propr. dissonus, (Sap. 18, 10); tropice: *discors, dissentiens*; semel Act. 28, 25. (Diod. Sic. 4, 1 ἀσυμφώνους εἶναι πρὸς ἀλλήλους. Symmach. Ps. 55, 10 hebr. פַּלַּג vertit ἀσύμφωνον ποίησον.

Ἀσύνετος, *ον*, (ex ἀ priv. et συνετός) 1) nihil, vel parum intelligens, *stolidus, insipiens*, Matth. 15, 16. Marc. 7, 18. Rom. 1, 21. 31. (Ps. 92, 6. Sap. 11, 15.) — 2) ex hebraismo, ubi verba insipientiae (נָבָל כְּסִיל) saepius ad insipientiam impietatemque idololatriae transferuntur, *impius* in Deum, Rom. 10, 19. coll. Deut. 32, 21 ubi נָבָל. (Sap. 1, 5. Sir. 15, 7. 8. vid. נָבָל 1 Sam. 25, 25. Ps. 14, 1. 53, 2.) *.

Ἀσύνθετος, *ον*, (ex ἀ priv. et σύνθεσις compositus, quod ex composito s. pacto fit) 1) non compositus; non componendus, pactum non admittens; — 2) *pactum non servans, perfidus, foedifragus*; Rom. 1, 31. (LXX pro בָּגוֹד, perfidus, Ier. 3, 8. 11. Ἀσυνθετέω hebr. בָּגַד perfide egit, Ps. 73, 15. Ἀσυνθεσία hebr. מַעַל praevaricatio 1 Chron. 9, 1.) **.

Ἀσφάλεια, *ας*, ἡ, (ab ἀσφαλής) 1) stabilitas, das Feststehen, de eo, quod de statu suo non deiicitur; (Ioseph. ant. 4, 8. 2 fin. βιβλία τῶν ἀγαθῶν ἀσφάλεια. LXX Ps. 104, 5 pro מְכוֹן) — *firmitas*, Act. 5, 23 ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, firmissime, probe occlusum, (nisi hic ut 2 Macc. 3, 22 active est intelligendum: *cura, diligentia.*) — tropice: certitudo, *certum, verum*, Luc. 1, 4. — 2) *securitas*, tutum esse a periculis, 1 Thess. 5, 3. (Ies. 18, 4. Levit. 26, 5. Deut. 12, 10. 2 Macc. 9, 21. Ioseph. ant. 2, 10. 2 init.) *.

Ἀσφαλής, *ές*, (ex ἀ priv. et σφάλλω labefacto, supplanto) 1) *firmus, stabilis*, fundamento firmo superimpositus (Sap. 4, 3); igitur qui nec labitur, nec vacillat, nec dimovetur, v. c. ἄγκυρα, anchora firma, immota, Hebr. 6, 19. (Prov. 15, 7. 8, 28. Sap. 4, 3.) — τὸ ἀσφαλές tropice: *certum, verum*, Act. 21, 34. 22, 30. 25, 26. — 2) *tutus*, (Sap. 14, 3 τρίβον ἀσφαλῆ) — ἀσφαλές, *tutissimum*, Phil. 3, 1 ὑμῖν ἀσφαλές, vobis tutissimum est (Ioseph. ant. 3, 2. 1), nisi hic active: *tutos vos praestans*, cedens in vestram salutem, ut legi videtur Prov. 3, 18. Sap. 7, 23.) **.

Ἀσφαλίζω, aor. 1. pass. inf. ἀσφαλισθῆναι, aor. 1. med. ἠσφαλισάμην, (ab ἀσφαλής), *firmum, stabile facio.* Apud nostros Medium ἀσφαλίζομαι, 1) *firmum facio*; Act. 16, 24 τοὺς πόδας, pedes compedibus constringo. (Sap. 13, 15. Neh. 3, 15.) — 2) *tutum praesto, custodio, munio*, Matth. 27, 65. 66. (Ies. 41, 10. Sap. 4, 17. 10, 12. Ioseph. ant. 13, 1. 5 τὴν Ἰουδαίαν φρουραῖς ἀσφαλισάμενος. — aor. 1. pass. ἀσφαλισθῆναι *muniri* custodia, Matth. 27, 64 κέλευσον ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον. (Evang. Nicod. p. 67 apud Birch: ἐκέλευσαν ἀσφαλισθῆναι αὐτὸν μέχρι τῆς ἡμέρας τοῦ σαββάτου.) **.

Ἀσφαλῶς, (ab ἀσφαλής) adv. 1) firmiter, Hom. Iliad. 23, 325. — 2) *tuto*, a) propr. *tuto, confidenter*, i. e. sine periculo, (ut Gen. 34, 25. Bar. 5, 7. 1 Macc. 6, 40. Polyb. 1, 19. 13. vid. *Elsneri* obss. I, p. 163.) Marc. 14, 44 ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς, confidenter, nil metuentes; alii active accipiunt: *diligenter*, caute, ne nimirum elabatur, ut Act. 16, 23 ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς. (Tob. 6, 4 τὴν χολὴν θὲς ἀσφαλῶς.) — b) tropice: *certo*, Act. 2, 36 ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω. (Sap. 18, 6 ἀσφαλῶς εἰδότες.) **.

Ἀσχημονέω, *ῶ*, (ab ἀσχήμων) 1) deformis sum; — 2) *indecore, turpiter ago*, 1 Cor. 13, 4. (Ezech. 16, 7. 22.) — 3) *ignominiam patior*, 1 Cor. 7, 36 εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, si vero quis putet se ignominiam subiturum esse propter filiam suam virginem, si videlicet allicitur ad venerem illicitam. (Deut. 25, 3 ἀσχημονήσει, pro נִקְלָה ignominiam patitur. Euripid. Hec. 405. Diod. Sic. 14, 10.) *.

Ἀσχημοσύνη, *ης*, ἡ, (ab ἀσχήμων) 1) deformitas — 2) *turpis actio, indecorum*; de venere illicita, Rom. 1, 27. coll. Sir. 26, 8. 30, 13. Deut. 24, 1. Gen. 34, 7. — 3) *pudenda*, (Exod. 20, 26. Deut. 23, 14.) Apoc. 16, 15. sensus: *scelera.* *.

Ἀσχήμων, *ονος*, ὁ, ἡ, — *ον*, τό, (ex ἀ priv. et σχῆμα) 1) sine forma, sine forma pulchra, deformis; — 2) inhonestus, *ignominiosus, indecorus.* 1 Cor. 12, 23 τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν, membra, quae nobis videntur (ἡμῶν pro ἃ δοκοῦμεν εἶναι) minus honesta. (Gen. 34, 7. Deut. 24, 1. Sap. 2, 20. 2 Macc. 9, 2. Susann. v. 63.) **.

Ἀσωτία, *ας*, ἡ, (ab ἄσωτος, quod ex ἀ priv. et σώζω, is qui libidinibus suis ita abripitur, ut cohiberi nequeat) *effusae libidines, luxuria, nequitia*, nostrum: Ausschweifung, Liederlichkeit; Eph. 5, 18. Tit. 1, 6. 1 Petr. 4, 4 ἀνάχυσις τῆς ἀσωτίας, immodicae, effusissimae libidines. (Prov. 28, 7. 2 Macc. 6, 4.) **.

Ἀσώτως, adv. (vid. Ἀσωτία) *dissolute, luxuriose.* Semel Luc. 15, 13. (Ioseph. ant. 12, 4. 8 ἀσώτως ζῆν.)

Ἀτακτέω, *ῶ*, aor. 1 ἠτάκτησα, (ab ἄτακτος) 1) ordinem non servo; potissimum de militibus. — 2) tropice *officio desum, officium* s. *munus negligo*; semel 2 Thess. 3, 7. (Xenoph. cyrop. 8, 1. 22. Id. oecon. 5, 15.)

Ἄτακτος, *ον*, (ex ἀ priv. et τάσσω) 1) ordinem non servans, 3 Macc. 1, 19. — 2) *officium negligens, incompositus moribus, dissolutus*, 1 Thess. 5, 14. (Plutarch. de pueror. educ. c. 7 ἄτακτοι ἡδοναί. Act. Thom. §. 53 πονηρίαι ἄτακτοι. Test. XII patr. p. 664 μηδὲν ἄτακτον ποιεῖτε.) **.

Ἀτάκτως, (ab ἄτακτος) adv. ordini non convenienter; de moribus: *dissolute, legibus non convenienter*, 2 Thess. 3, 6. 11. (Isocrat. ad Nicocl. p. 46 ed. Wolf. ἀτάκτως ζῆν.) *.

Ἄτεκνος, *ον*, (ex ἀ priv. et τέκνον) *prole carens*;

sine liberis, orbus; Luc. 20, 28 — 30. (Sir. 16, 3. Gen. 15, 2.) *.

Ἀτενίζω, aor. 1 ἠτένισα, (ab ἀτενής, intentus, quod ab ἀ intens. et τείνω tendo) *oculos in aliquid defigo, intentis oculis adspicio*, seq. εἰς. Act. 1, 10. 3, 4. 6, 15. 7, 55. 11, 6. 13, 9. 2 Cor. 3, 7. 13. (3 Macc. 2, 26. Ioseph. bell. 6, 12. 3 τῶν ἐκπνεόντων ἕκαστος ἀτενίσας εἰς τὸν ναόν. Polyb. 6, 11. 7.) — seq. dativo Luc. 4, 20. 22, 56. Act. 3, 12. 10, 4. 14, 9. 23, 1. (Euripid. Ion. v. 1468 ἀναβλέπει λαμπάσι. Providendi sensu, seq. ἵνα, 3 Esdr. 6, 28.) **.

Ἄτερ, (ab ἀ priv. et τείρω, attero) adv. quo poetae, et Homerus, aliique, praecipue utuntur, *seorsum;* — induit vim praepositionis, cui genitivus iungitur: *sine, absque*, nostrum *sonder;* Luc. 22, 6 ἄτερ ὄχλου, i. e. sine interventu populi, (ut 2 Macc. 12, 15 Deus dicitur ἄτερ κριῶν καὶ μηχανῶν κατακρημνίσας τὴν Ἱεριχώ.) Luc. 22, 35 ἄτερ βαλαντίου. (Homer. Iliad. 1, 498 εὗρεν δὲ Κρονίδην ἄτερ ἥμενον ἄλλων. Hom. Odyss. 7, 325.) **.

Ἀτιμάζω, aor. 1. act. ἠτίμασα, aor. 1. pass. ἀτιμασθῆναι, (ab ἄτιμος) *ignominia afficio*, i. e. a) *vilipendo, sperno*, Io. 8, 49. Rom. 2, 23. (Mich. 7, 6. Gen. 16, 4 sq.) — b) *ignominiose tracto*, Luc. 20, 11. Act. 5, 41. Iac. 2, 6. (Prov. 14, 21.) — Passiv. Rom. 1, 24 τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς, ita ut corpora sua (nimirum virorum) turpiter contaminarentur, intellige venere foeda, vid. v. 27.) *.

Ἀτιμία, ας, ἡ, (ab ἄτιμος) LXX pro כְּלִמָּה et קָלוֹן, 1) *ignominia*, 2 Cor. 6, 8. (Iob. 12, 21. Ier. 23, 40. Sir. 5, 13.) — *turpitudo*, Rom. 1, 26 πάθη ἀτιμίας pro ἄτιμα, libidines turpes, foedae. — *inhonestum, indecorum*, 1 Cor. 11, 14 ἀτιμία (i. e. ἄτιμον) αὐτῷ ἐστι. (Prov. 12, 9. Iob. 40, 13.) — 2) *vilitas, tenuitas*, 1 Cor. 15, 43 σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, i. e. ἄτιμον, vile, deforme. — εἰς ἀτιμίαν, in usum vilem, parum honestum, Rom. 9, 21. 2 Tim. 2, 20. — 2 Cor. 11, 21 κατὰ ἀτιμίαν λέγω, tanquam vilis homo, honore et auctoritate destitutus, loquor. (Prov. 11, 2. 12, 9. Ier. 8, 11.) *.

Ἄτιμος, ον, (ex ἀ priv. et τιμή) 1) honore destitutus s. privatus, *contemtus, ignominiosus*, 1 Cor. 4, 10. (Sap. 3, 17. 4, 18. 5, 4. 12, 24. Ioseph. ant. 4, 6. 8.) — 2) *vilis, ignobilis*, 1 Cor. 12, 23. (Ies. 3, 5. Sir. 10, 19.) — ἄτιμός ἐστι εἰ μή ex hebraismo pro ἀτιμότερός ἐστι (Ps. 118, 8. Luc. 18, 14) magis vilipenditur, Matth. 13, 57. Marc. 6, 4. *.

Ἀτιμόω, ῶ, perf. passiv. part. ἠτιμωμένος, (ab ἄτιμος) ignominia afficio; (1 Sam. 15, 9.) — *contemno, vilipendo;* semel Marc. 12, 4. (Ier. 22, 28. Thren. 1, 11.)

Ἀτμίς, ίδος, ἡ, 1) *vapor*, Dampf, Dunst. Iac. 4, 14 ἀτμίς, vapor brevi evanescens. Similis imago Sap. 2, 2—4. Ps. 109, 23. 102, 4. 11. — 2) *fumus*, Act. 2, 19. Sir. 22, 24. 24, 15. ἀτμὶς καπνοῦ ut legitur Ioël 2, 30. *.

Ἄτομος, ον, (ex ἀ priv. et praet. med. verbi τέμνω) non secatus; qui secari et dividi nequit. (Basil. M. homil. I. in Hexaëm. c. 2 ἄτομα καὶ ἀμερῆ σώματα.) De tempore: *momentum, temporis punctum*. 1 Cor. 15, 52 ἐν ἀτόμῳ momento, ilico, statim. Hesych. ἐν ἀτόμῳ· ἐν ῥιπήματι, ἐν τάχει. Theophyl. in 1 Cor. 15 v. 52 ἐν ἀτόμῳ· ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ καὶ ἀμερεῖ.

Ἄτοπος, ον, (ex ἀ priv. et τόπος) propr. τὸ μὴ καθῆκον τῷ τόπῳ loco, moribus, personae, legibus non conveniens; igitur 1) ineptus, absurdus (Polyb. 10, 24. 3.) — 2) insolitus, mirus, (Philo in Flacc. p. 970 D. Thucyd. 3, 38.) — 3) *pravus, qui turpia, mala facit*, 2 Thess. 3, 2 ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων. (Ath. VII, p. 279.) — τὸ ἄτοπον, *malum, scelus*, Luc. 23, 41. (LXX pro אָוֶן, Iob. 4, 8. 11, 11. 36, 21. Prov. 30, 20. Iob. 35, 13. coll. Iob. 34, 12. 27, 6. 2 Macc. 14, 23. Ioseph. ant. 6, 5. 6. ib. 9, 10. 1. Philo de somn. p. 579 D. Diog. Laërt. 2, 8. — Iudith. 11, 11 ἀτοπία.) — 4) *noxius*, i. q. πονηρός, τὸ ἄτοπον, *malum*, Act. 28, 6 μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, nil mali ei accidere, quem locum alii ad no. 2 referunt, ut etiam glossa Hesychii: ἄτοπον· παράδοξον, ξένον, καὶ θαυμαστόν. (Philo de leg. ad Cai. p. 1009 E. et Thucyd. 2, 49 ἄτοπον πνεῦμα tribuunt pestilentiae. Herodian. 4, 11. 7 ἀτάκτως εἱστήκεισαν οὐδὲν ἄτοπον προσδοκῶντες. Eadem fere legis Ioseph. ant. 8, 14. 4. Id. ant. 11, 5. 2 μηδὲν κατὰ τὴν ὁδὸν παθεῖν ἄτοπον. Thucyd. 2, 49.) **.

Ἀττάλεια, ας, ἡ, *Attalia*, urbs Pamphyliae, maritima, ab Attalo Philadelpho, rege Pergami, condita, in Lyciae confinio sita, Act. 14, 25.

Αὐγάζω, f. άσω, (ab αὐγή splendor) *splendeo, fulgeo*. Semel 2 Cor. 4, 4 tropice de lumine evangelii. (Levit. 13, 25—28. Clement. protr. 6. Philo de alleg. p. 48 ἡ ἀρετὴ τὴν ψυχὴν αὐγάζει.)

Αὐγή, ῆς, ἡ, *splendor, fulgor*, Ies. 59, 9. 2 Macc. 12, 9. De diei s. solis fulgore (Hom. Iliad. 2. 456.) Act. 20, 11 ἄχρις αὐγῆς usque ad lucem diei, usque ad diluculum. (Polyaen. IV, p. 386 κατὰ τὴν πρώτην αὐγὴν τῆς ἡμέρας.)

Αὔγουστος, ου, ὁ, *Augustus*, Octaviani, Romanorum imperatoris, cognomen, quod accepit a Senatu Romano. cf. Flor. 4, 12. Suet. Aug. c. 7. Anno imperii eius quadragesimo secundo Iesus natus est, Luc. 2, 1.

Αὐθάδης, ες, (ex αὐτός et ἥδομαι, gaudeo, delector) qui sibi ipse placet, *arrogans, insolens*, Tit. 1, 7. 2 Petr. 2, 10. (Gen. 49, 3. 7. Prov. 21, 24. Ioseph. ant. 1, 10. 4. et 4, 8. 24 τὸ αὐθαδές de insolentia liberorum erga parentes et servae erga heram. Hesych. αὐθάδης· ὑπερήφανος, θυμώδης, παράνομος, αὐτάρεστος.) **.

Αὐθαίρετος, ον, (ex αὐτός et αἱρέομαι eligo) *qui aliquid sua sponte facit*. 2 Cor. 8, 3 αὐθαίρετοι videl. ἔδωκαν, supra vires sua sponte dederunt. ib. vers. 17 αὐθαίρετος ἐξῆλθε sponte profectus est. (Aelian. V. H. 3, 26 αὐθαίρετος φυγή. Lucian. in Catapl. p. 625 εἵλετο αὐθαίρετός μοι. Philo de vit. Mos. I, p. 610 D. δύναμιν αὐθαίρετον τὸ δικαίου ἡγούμενος.)

Αὐθεντέω, ῶ, (ab αὐθέντης quod pro αὐτοέντης, [ex αὐτός et ἔντεα, sive ἔντεα, instrumenta] qui ipse instrumento utitur, qui ipse propria manu interficit [Sap. 12, 6], qui manum sibi infert; apud seriores [vid. Phrynich. p. 120 et ib. *Lobeck*. excepto Euripid. Suppl. 442 δῆμος αὐθέντης χθονός]: auctor, dominus, ut ap. Macar. homil. 1, §. 9.) — *impero alicui, dominium exerceo;* 1 Tim. 2, 12 αὐθεντεῖν ἀνδρός. (Apud profanos αὐθεντέω non legitur, sed apud scriptores ecclesiast. ubi est et auctorem esse, et auctoritatem habere; Basil. Magn. epist. 52. et 86. Vid. *Suicer*. thes. eccles. T. I, p. 573 sqq. Hesych. αὐθεντεῖν· ἐξουσιάζειν.)

Αὐλέω, ῶ, aor. 1. ηὔλησα, (ab αὐλός) *tibia cano*, Matth. 11, 17. Luc. 7, 32 ηὐλήσαμεν ὑμῖν i. e. laetissima vobis annunciavimus. 1 Cor. 14, 7 τὸ αὐλούμενον quod tibia canitur, carmen. (Xenoph. oec. 1, 10.)

Αὐλή, ῆς, ἡ, (ab obsoleto ἄω *flo*) LXX saepissime pro חָצֵר et aliquoties pro שַׁעַר, 1) *aula*, exterior ante aedificium, locus subdialis, quem venti perflare poterant, ubi antiquioribus temporibus pecora commorabantur s. inclusa tenebantur. Unde etiam *caula, stabulum* simpliciter, Io. 10, 1. 16. (3 Macc. 3, 15. *castra* Ps. 29, 2. 96, 8. Ios. ant. 1, 11. 2 *tentorium*). — 2) *atrium*, prima aedium pars, vel subdialis, vel in aedificiis splendidioribus porticu circumdata, Matth. 26, 58. 69. Marc. 14, 54. 66. 15, 16. Luc. 22, 55. Io. 18, 15. Apoc. 11, 2. (Exod. 27, 9. Ps. 135, 2. Ezech. 40, 44.) — 3) per synecdochen partis pro toto, *aedes ipsae, palatium*, Matth. 26, 3. Luc. 11, 21. *.

Αὐλητής, οῦ, ὁ, (ab αὐλέω) *tibia canens, tibicen*. Bis: Matth. 9, 23 et Apoc. 18, 22. (Xenoph. de republ. Lacedaem. 11, 4.) — De usu tibicinum in funebribus vid. Ioseph. de bell. iud. 3, 9. 5 qui magnum luctum describens addit: ὡς πλείστους μισθοῦσθαι τοὺς αὐλητάς, οἳ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς. coll. Ier. 9, 17. *Geierus* de luctu Hebr. c. 5. §. 16 sq. *Buxtorfii* lex. Talm. p. 766 et 1524. Ovid. Fast. 6, 660.

Αὐλίζομαι, imperf. ηὐλιζόμην, aor. 1. pass. ηὐλίσθην [Hic aor. saepissime apud LXX, ubi etiam fut. pass. αὐλισθήσομαι Ruth. 1, 16. Sir. 14, 26. 24, 7. et semel part. praes. act. αὐλίζων Ier. 31, 9.] verbum depon. ab αὖλις, stabulum, castra nocturna, — LXX maxime pro לוּן et לִין, — propr. in aula versor; de pastoribus cum gregibus in aula considentibus ibique pernoctantibus; — *pernocto;* bis: Matth. 21, 17 ηὐλίσθη ἐκεῖ. (3 Esd. 9, 2 αὐλισθεὶς ἐκεῖ. Tob. 5, 6. Iudic. 19, 10. Ruth. 3, 13.) — Luc. 21, 37 ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος. (Iob. 31, 32. Ioseph. ant. 1, 19. 1.)

Αὐλός, οῦ, (ab ἄω s. αὔω, flo,) *tibia*. Semel 1 Cor. 14, 7. (1 Sam. 10, 5. Ier. 48, 36. hebr. חָלִיל.)

Αὐξάνω, et αὔξω [Eph. 2, 21. Col. 2, 19. Pindar. Nem. 7, 47. Ol. 5, 8. Ioseph. ant. 4, 4. 1. ib. 2, 7. 7] fut. αὐξήσω, aor. 1. ηὔξησα, aor. 1. pass. ηὐξήθην, LXX pro הִפְרָה et גָּדַל *augeo;* I) transitive: *augeo, crescere facio,* 1 Cor. 3, 6. 7. — augeo numero, 2 Cor. 9, 10 αὐξήσει [*Griesb.* pro αὐξήσαι] τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης. (Iob. 42, 10. Gen. 17, 20. 26, 22. Ios. 4, 14. Levit. 26, 9. Dan. 3, 30. Ioseph. ant. 7, 4. 2. ib. 2, 2. 3 et apud profanos.) — II) intransitive apud seriores scriptores αὐξάνω pro αὐξάνομαι (vid. *Viger.* de idiot. p. 181) *cresco, augeor;* Matth. 6, 28. Marc. 4, 8. Luc. 1, 80. 2, 40. 12, 27. 13, 19. Io. 3, 30 αὐξάνειν nimirum discipulis, auctoritate. Act. 6, 7. 7, 17. 12, 24. 19, 20. Eph. 2, 21. 4, 15 ἵνα αὐξήσωμεν εἰς Χριστόν, ut excrescamus in unum corpus Christi, i. e. amoris vinculo coniungamur in unam sub Christo, capite, societatem. Col. 2, 19. 2 Petr. 3, 18. (LXX hoc sensu non usi sunt activo huius verbi, sed Ioseph. ant. 2, 7. 7 ηὖξε, de Nilo. ib. 8, 2. 9 ἡ φιλία ἀπὸ τούτων μᾶλλον ηὔξησε. ib. 9, 10. 2 αὔξοντος ἔτι μᾶλλον τοῦ κλύδωνος.) — Passiv. αὐξάνομαι, aor. 1. ηὐξήθην, *augeor, cresco, incrementa capio;* de plantis, Matth. 13, 32. — de infantibus, 1 Petr. 2, 2 ἵνα αὐξηθῆτε εἰς σωτηρίαν, ut augeamini cognitione, pietate ad salutem necessaria. (Aelian. V. H. 2, 7 αὐξηθὲν τὸ βρέφος. Gen. 21, 8. 25, 27.) — de fide 2 Cor. 10, 15. — cognitione Col. 1, 10. (Num. 24, 7 αὐξηθήσεται ἡ βασιλεία. coll. Gen. 1, 22. 28.) *.

Αὔξησις, εως, ἡ, (ab αὔξω) *incrementum, augmentum.* Eph. 4, 16. Coloss. 2, 19 ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα αὔξει (in ed. Griesb. αὔξῃ ex mendo) τὴν αὔξησιν τοῦ θεοῦ, per quem (Christum) totum ecclesiae corpus felicissima capit incrementa annuente Deo. (2 Macc. 5, 16. Ioseph. ant. 1, 2. 2 ἐπ' αὐξήσει τῆς κακίας. ib. 4, 8. 24. 2, 10. 1.) **.

Αὔξω, *cresco, excresco*, vide Αὐξάνω.

Αὔριον, adv. exacte respondens nostro: *morgen;* LXX pro מָחָר. Descendit enim ab αὔρα, aura, Morgenluft, et significat 1) *proximum tempus matutinum,* ἡ αὔριον intellige ὥρα (ut plene legitur Exod. 9, 18. 10, 4. Ios. 11, 6), quod convenit latino *aurora.* Ἐπὶ τὴν αὔριον (ὥραν) Luc. 10, 35 proximo mane; Act. 4, 5 quum dies illuxisset. Act. 4, 3 εἰς τὴν αὔριον usque ad proximam lucem, — 2) *cras, proximo die;* ἡ αὔριον intellige ἡμέρα, Matth. 6, 34. Iac. 4, 14. etiam αὔριον simpliciter, Matth. 6, 30. Luc. 12, 28. Act. 23, 15. 20. 25, 22. 1 Cor. 15, 32 (Exod. 16, 23. 19, 10. 2 Sam. 11, 12. Exod. 8, 23. 9, 5.) — Locutio σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ τρίτῃ s. τῇ ἐρχομένῃ int. ἡμέρᾳ Luc. 13, 32 proverbium est, cuius sensus: *semper, in omne tempus.* Proprie enim est: non hodie solum sed etiam cras et tertio die. (Vid. Exod. 4, 10. 5, 14. Hos. 6, 2. 1 Macc. 9, 44. Hebr. 13, 8.) Sic etiam Iac. 4, 13 σήμερον καὶ (hoc enim rectius *Griesb.* pro ἢ reposuit) αὔριον πορευσώμεθα hodie et cras i. e. quovis die futuro. *.

Αὐστηρός, ά, όν, latin. *austerus,* (ab αὖος, siccus; Etym. m. αὐστηρὸς παρὰ τὸ αὔω, τὸ ξυραίνω, ὁ μέλλων αὔσω, ἐξ οὗ αὐστηρὸς σημαίνει στρυφνὸν, ξηρὸν, αὐχμηρὸν, σκυθρωπόν.) proprie de eo dicitur, quod acerbum saporem habet, ut vinum (Dioscor. 5, 6. Aquila pro חָמַר, Deut. 32, 14); tropice de moribus: *asper, severus, austerus,* Luc. 19, 21. 22. (2 Macc. 14, 30. Polyb. 4, 20. 7. Diog. Laërt. 7, 26. Plutarch. de discr. am. c. 21. §. 159.) **.

Αὐτάρκεια, ας, ἡ, (ab αὐτάρκης) 1) *animus paucis contentus,* 1 Tim. 6, 6. (Diog. Laërt. 10, 130. Clem. Alex. paed. 2, 12. p. 247, 25 ed. Pott.) — 2) *victus necessarius,* 2 Cor. 9, 8 πᾶσα αὐτάρκεια, omnia quibus opus est, quaecunque sunt necessaria.

Αὐτάρκης, ες, (ex αὐτός et ἀρκέω) propr. sufficiens sibi, (Ioseph. ant. 4, 8. 23 fin. Sir. 5, 1) inde: *sorte sua, paucis contentus, cui satis est;* Phil. 4, 11. (Sir. 40, 18. Polyb. 6, 48. 7. Diog. Laërt. 2, 24 αὐτάρκης τε ἦν καὶ σεμνός.)

Αὐτοκατάκριτος, ον, (ex αὐτός et κατακρίνω) *qui se ipse condemnat, suo ipsius iudicio condemnatus,* Tit. 3, 11. (Chrysost. homil. 6 in Tit. §. 1. Epiphan. p. 704 B. Photius: οἱ ἀσεβεῖς αὐτοκατάκριτοι.)

Αὐτόματος, η, ον, (ex αὐτός et μάομαι perf. μέμαα, studeo, quaero) 1) *sponte aliquid faciens,* Act. 12, 10 αὐτομάτη (ἡ πύλη) ἠνοίχθη, sponte (nemine interveniente) aperuit se ianua. (Sap. 17, 6. Hom. Iliad. 5, 749 αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ. Plutarch. Timol. 12 ὡς οἱ τοῦ νεὼ πυλῶνες αὐτόματοι διανοχθεῖεν.) — 2) *sponte, natura sua,* non vi culturae; de terra plantas producente, et de plantis ipsis, saepissime. In N. T. semel Marc. 4, 28. (Lev. 25, 5. 11. Diod. Sic. 1, 8 τοὺς αὐτομάτους ἀπὸ τῶν δένδρων καρπούς. Ioseph. ant. 1, 2. 1 αὐτομάτοις καὶ κατὰ φύσιν γεγονόσι. Arrian. exp. Alex. 7, 4. 8.) *.

Αὐτόπτης, ου, ὁ, (ex αὐτός et ὄπτομαι) *qui ipse aliquid conspicit, testis* (qui dicitur) *oculatus.* Luc. 1, 2. (Polyb. 3, 4. 10. Xenoph. cyrop. 5, 4. 18.) *.

Αὐτός, ή, όν, (quod putant compositum ex αὖ, etiam, et ὅς, ille, inserto τ euphonico) — pronom. definitum, aliquem s. aliquid ab alio accurate distinguens, illudque efferens, nostrum *selbst;* Latinor. *ipse.* (LXX potissimum pro הֵם, הֵמָּה, הוּא.) Vid. omnino *Viger.* de idiot. p. 165 sqq et ad eundem *Hermann.* p. 733 sqq. et Grammatici, *Matthiae* §. 467 sqq. *Rostius,* p. 437. 450. *Winer.* p. 139 sqq.) 1) *ipse,* a) simpliciter: — cum nominibus, pronominibus et verbis; Marc. 12, 36 αὐτὸς γὰρ Δαυΐδ. v. 37. Luc. 6, 42 αὐτὸς οὐ βλέπων, cum ipse non videas. Luc. 11, 4 καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν, etenim nos ipsi quoque etc. ib. v. 46. 52. 20, 42. 24, 15 αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς. v. 28. Io. 3, 28 αὐτοὶ ὑμεῖς. 4, 2 Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ v. 44. 53. 14, 10. Act. 2, 34. 8, 13. 10, 26 κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. 17, 25. 21, 24. 24, 15 αὐτοὶ οὗτοι. 20, 30. Rom. 15, 14. 1 Cor. 3, 15. 11, 13 ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε. (Iob. 13, 8 ὑμεῖς αὐτοὶ κριταὶ γίνεσθε.) 15, 28. 2 Cor. 10, 1 αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος. Gal. 6, 13. Eph. 6, 9. Col. 1, 17 sq. 1 Thess. 4, 16. Hebr. 11, 11. 1 Petr. 2, 24. Apoc. 21, 3 et saepissime. (1 Sam. 10, 19. 2 Macc. 4, 1. 3 Macc. 3, 13.) — b) ut nostrum *selbst* pro *sogar: vel ipse, ipse adeo,* nomen, cui iungitur, maiorem in modum efferens; Rom. 8, 21 καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις, etiam vel ipsa natura. 1 Cor. 11, 14 ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις (vel natura ipsa) διδάσκει. 2 Cor. 11, 14 αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς. Hebr. 11, 11 καὶ αὐτὴ Σάῤῥα, vel Sarah ipsa, quamquam senex. (2 Macc. 4, 12.) — c) ipse, ut excludatur alius, i. e. ipse *solus, in se spectatus,* Io. 5, 36 τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, αὐτὰ τὰ ἔργα μαρτυρεῖ, sola iam facinora mea. ib. 14, 11 διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετε. Io. 6, 15 Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος. 2 Cor. 12, 13 αὐτὸς ἐγὼ exclusis reliquis apostolis. Apoc. 19, 12 ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός. — d) ipse i. e. *sua sponte,* Io. 16, 27 αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ (intellige: me vel non commendante) φιλεῖ ὑμᾶς. Sic fortasse etiam Matth. 27, 57. 1 Petr. 2, 24 ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς (sponte) ἀνήνεγκεν. (Xenoph. mem. 1, 3. 7 καὶ αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα. Id. anab. 2, 1. 5. Hom. Iliad. 8, 293.) — e) *ipse,* κατ' ἐξοχὴν de eo, quem omnes norunt, venerantur, *magister, dominus;* de Iesu Matth. 8, 24 αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε Marc. 6, 47. 8, 29. Luc. 5, 16. 17. 9, 51. 10, 38. 24, 36. de Deo Hebr. 13, 5. (Deut. 32, 39. Ps. 102, 27. Notissimum est illud Pythagor. αὐτὸς ἔφα, ipse (magister) dixit.) — f) αὐτός, ipse, ordinalibus ita iungitur, ut *ipsum cum reliquis,* numero inclusis, indicet, nostrum *selbst;* semel Apoc. 17, 11 αὐτὸς ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, i. e. ipse cum septem aliis est, et ex his septem originem trahit. (Ioseph. ant. 10, 11. 1 αὐτὸς ὀλιγοστὸς παρεγένετο εἰς Βαβυλῶνα, ipse cum paucissimis venit Babylonem. Thucyd. 1, 61 πέμπτον αὐτὸν στρατηγόν, praefectum cum quatuor collegis. Xenoph. hist. gr. 2, 2. 17 δεκατὸς αὐτός, ipse cum novem. Vid. *Viger.* p. 73. *Kypkii* obss. 2. p. 442. Raphel. e Xenoph. p. 343. et e Polyb. p. 706. cf. etiam Ὄγδοος.

2) αὐτός repetit cum emphasi subiectum, de quo antea dictum fuerat, ut sit a) *is ipse,* quem dixeram, nec alius; nostrum *gerade er, gerade sie;* Matth. 1, 21 αὐτὸς γὰρ σώσει, is enim est, qui etc. Matth. 5, 4 μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ (iidem ipsi) παρακληθήσονται. v. 5 — 10. Iac. 2, 6 καὶ αὐτοί, und *sie gerade.* ib. v. 7 οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι. (Sap. 12, 27 ἐπὶ τούτοις οὓς ἐδόκουν θεοὺς, ἐν αὐτοῖς κολαζόμενοι. Ioseph. ant. 6, 13. 4 εἴ σοι κατ' ἐμοῦ περιέπεσεν (occasio me occidendi), οὐκ ἂν αὐτὸς (du gerade) παρῆκας. Plat. de repub. 2, p. 217 αὐτὸ (id ipsum) οὐκ εἴρηται, ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι. Palaeph. de incred. 20 Κόττος καὶ Γύγης, βοηθήσαντες τοῖς θεοῖς, αὐτοὶ ἐξήλασαν τοὺς Τιτᾶνας.) — b) *is,* cum minori emphasi, nostrum *er* cum accentu pronuntiatum; Matth. 3, 4 αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης, is igitur, (quem dixeram) Ioannes, *er* aber, Iohannes. Matth. 6, 4 καὶ ὁ πατήρ σου, ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, αὐτός (*er*) ἀποδώσει σοι. 25, 17 ἐκέρδησε καὶ αὐτός, et is lucratus est. Marc. 1, 8. 2, 8 (ubi *Griesb.* edidit αὐτοὶ διαλογίζονται). 6, 17. 14, 15.

Luc. 1, 17. 36. 8, 54. 11, 14. 17. 14, 1. 15, 14. Io. 14, 10. Act. 10, 42. 15, 27 *καὶ αὐτούς* eosdemque. Hebr. 8, 9. 1 Io. 2, 2 et passim. (Sic. hebr. הוּא Ies. 53, 5. 7. 12. Ps. 19, 5.)

3) in casibus obliquis pro simplici pronomine tertiae personae ponitur: *eius, ei, eum, eo*, s. *illius* etc. a) simpliciter Matth. 6, 26. 8, 1 sq. 11, 25. 26, 44. 71. Marc. 4, 33—35. Luc. 1, 22. Io. 1, 5. 6 et sexcenties. — Luc. 2, 22 *καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν* (matris et pueri; lectiones *αὐτοῦ* et *αὐτῆς* sunt interpretamenta) *ἀνήγαγεν αὐτόν* (puerum). — b) nonnunquam *αὐτῶν*, ut etiam apud profanos ad antecedens nomen urbis vel provinciae, i. e. ad incolas eius refertur, Matth. 4, 23 *συναγωγαῖς αὐτῶν*, Galilaeorum. Luc. 4, 15. Act. 8, 5 *αὐτοῖς*, i. e. *τοῖς ἐν Σαμαρείᾳ*. Act. 20, 2. 2 Cor. 2, 13 *ἀποταξάμενος αὐτοῖς*, i. e. *τοῖς ἐν Τρωάδι*. 3 Io. v. 9. — c) ex negligentia aliqua in antecedentibus subjectum, ad quod *αὐτοῦ* vel *αὐτῶν* referatur, prorsus abest, sed tamen cogitando facile intelligendum; Matth. 11, 1 *ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν* videl. Iudaeorum. (Fritzschius in comment. *αὐτῶν* ad apostolos refert.) Luc. 1, 17 *καὶ αὐτὸς* (puer) *προσελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ*, mittendi Messiae. 5, 17 *ἰᾶσθαι αὐτούς*, videl. aegrotos illius loci. 23, 51 *τῇ πράξει αὐτῶν*, caeterorum assessorum synedrii. Act. 4, 5 *αὐτῶν* (Iudaeorum) *τοὺς ἄρχοντας*. Eph. 5, 12 *ὑπ᾽ αὐτῶν*, videl. ab auctoribus *τῶν ἔργων τῶν ἀκάρπων*. Hebr. 8, 8 *αὐτοῖς*, populo s. patribus. 11, 28 *αὐτῶν*, Israelitarum. 1 Petr. 3, 14 *τὸν φόβον αὐτῶν*, malignorum vos vexantium. 1 Io. 2, 12. — d) nonnunquam *αὐτοῦ*, *αὐτῶν* non ad formam verbi grammaticam sed ad eius sensum refertur, ut Matth. 28, 19 *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτούς*. (Gen. 3, 15.) Rom. 1, 32 *αὐτὰ ποιοῦσιν* i. e. vitia quae ii, quos v. 29—31 commemoraverat, committere solebant. c. 10, 5 *ποιήσας αὐτά*, in lege scripta. vid. etiam Gal. 3, 10. 12. (Num. 14, 13 sq.) Apoc. 17, 9 *ἑπτὰ ὄρη εἰσίν, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ᾽ αὐτῶν*. — e) nonnunquam, ut saepius apud Hebraeos, mutatur persona secunda in tertiam, dum scriptor, formae sermonis quasi oblitus, ipse iterum loquitur; Luc. 1, 45 *μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ*. Apoc. 18, 24. coll. v. 21—23. — f) *αὐτοῦ, αὐτόν*, haud raro non ad proximum, sed ad remotius verbum spectat, nec solum *eum* sed etiam *illum* indicat; Marc. 8, 22 *παρακαλοῦσιν αὐτὸν* (Iesum), *ἵνα αὐτοῦ* (*τυφλοῦ*) *ἅψηται*. Marc. 9, 27. 28 *Ἰησοῦς κρατήσας αὐτὸν* (aegrotum) *τῆς χειρός, ἤγειρεν αὐτόν· καὶ ἀνέστη. Καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν* (Iesum) *εἰς οἶκον, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ᾽ ἰδίαν· ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό* (*τὸ πνεῦμα* v. 25). 2 Io. v. 6 *ἐντολὰς αὐτοῦ*, videl. *τοῦ πατρός* v. 4. Vid. etiam Matth. 21, 7 *ἐκάθισεν* (ut *Griesb.* edidit pro *ἐπεκάθισαν*) *ἐπάνω αὐτῶν*, nimirum *τῶν ἱματίων*. (Gen. 16, 6. 7.) — g) repetit subiectum quo certius ad illud referatur oratio, quae loquendi ratio non solum apud Hebraeos, sed etiam apud profanos reperitur; Matth. 3, 4 *αὐτὸς δὲ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ*. cap. 4, 16 *τοῖς καθημένοις — φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς*. 5, 40 *τῷ θέλοντι ἄφες αὐτῷ*. 12, 36 *πᾶν ῥῆμα, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον*. 25, 29 *ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ*. Io. 15, 2. Act. 7, 21. Apoc. 1, 5. 6 *τῷ ἀγαπῶντι — αὐτῷ ἡ δόξα*. 2, 7 *τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ*. v. 26. 6, 4. (3 Esdr. 6, 1 *ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους — ἐπ᾽ αὐτούς*.) — Antecedente relativo *ὅς* Matth. 3, 12 *οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ*. Luc. 3, 17. Marc. 1, 7. 7, 25 *γυνή, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον*. Io. 1, 27. Act. 15, 17 *ἐφ᾽ οὓς — ἐπ᾽ αὐτούς*. Eph. 2, 10. 1 Petr. 2, 24. Apoc. 3, 8 *θύραν, ἣν* (ut *Griesb.* pro *καὶ*) *οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν*. 7, 2. 9. 13, 12. (Ier. 48, 38 *ἀγγεῖον, οὗ οὐκ ἔστι χρεία αὐτοῦ*. 3 Esdr. 3, 10 *οὗ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ*. Num. 11, 21 *ἐν οἷς εἰμὶ ἐν αὐτοῖς*. Deut. 22, 12. 11, 12. Gen. 13, 15. 16, 3. Deut. 28, 52 *ἐφ᾽ οἷς σὺ πέποιθας ἐπ᾽ αὐτοῖς*. 3 Esdr. 4, 63. Iudith. 16, 4. Dan. 1, 4. 6, 2. Herodian. 8, 6. 10 *οἷς ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς*. Herodot. 2, 10. Arrian. diss. epict. 3, 1.) — Eiusdem generis sunt enuntiationes quarum prior pars relativum *ὅς* habet, altera autem *αὐτοῦ* s. *αὐτῶν*, quasi *αὐτῶν* ab antecedente relativo pendeat; 2 Petr. 2, 3 *οἷς τὸ κρίμα οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν* (pro *ὧν ἡ ἀπώλεια*). Apoc. 2, 18. 17, 2. — g) nonnunquam habet potestatem pronominis reflexivi *αὑτοῦ* s. *ἑαυτοῦ*. Utraque forma, *αὐτοῦ* et *αὑτοῦ*, in N. T. non facile distingui potest, quum non solum codices varient, sed etiam *αὐτοῦ* saepius propterea positum videatur, quod scriptor, quasi oblitus formae orationis, personam mutat et ex sua mente loquitur. Vid. *Fritzschius*, evang. Matth. excurs. V. de usu formarum *αὐτοῦ* et *αὑτοῦ* p. 858 sqq. et Wineri Gramm. p. 143. — Matth. 21, 45 *οἱ Φαρισαῖοι ἔγνωσαν, ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει*. Marc. 12, 19 *ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ*. Luc. 4, 41 *τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι*, se esse Messiam. Io. 4, 47 *αὐτοῦ τὸν υἱόν*. 13, 11 *τὸν παραδιδόντα αὐτόν*. (Ioseph. ant. 5, 2. 8 *ἀπιέναι πρὸς αὐτόν* [*αὑτόν*], domum revertere. ib. 5, 2. 11 *ἠπατημένους αὐτοὺς* [*αὑτους*] *ᾐσθηντο*. ib. 6, 11. 2 *τί, ὦ πάτερ, προσέταξας ἀνελεῖν ἄνδρα, μέγα μὲν αὐτῷ* [*αὑτῷ*, tibi ipsi] *πρὸς σωτηρίαν ὄφελος γεγενημένον*. vid. etiam Gen. 4, 15. 16, 3. 13. 15. 17, 3.) — h) nonnunquam *αὐτοῦ* omittitur (vid. *Winer*. p. 130) ut Matth. 21, 7 si legis *ἐπεκάθισαν*. Marc. 6, 5 *ἐπιθεὶς* (*αὐτοῖς*). Io. 10, 29 *δέδωκέ μοι* (*αὐτούς*). Act. 13, 3 *ἀπέλυσαν* (*αὐτούς*). Eph. 5, 11 *ἐλέγχετε* (*αὐτά*). 2 Thess. 3, 15. 1 Tim. 6, 2. (Sap. 5, 22 *συγκλύσουσιν* (*αὐτούς*.)

4) *ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτό* cum articulo *(der Selbe) idem, eadem, idem*, a) idem i. e. qui non mutatur, *semper idem, immutabilis;* Hebr. 1, 12 *σὺ ὁ αὐτὸς εἶ* (LXX pro hebr. אַתָּה־הוּא, Ps. 102, 27.) 13, 8. *Ἰησοῦς Χρ. ὁ αὐτός*, (hebr. הוּא Ps. 44, 4. Ps. 102, 12. Ies. 41, 4.) — idem, non alius, non diversus, Marc. 14, 39 *τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών*. Luc. 6, 38 *τῷ αὐτῷ μέτρῳ*. Rom. 9, 21 *ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος*. 10, 12 *ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος πάντων*, omnibus idem praeest dominus. 1 Cor. 12, 4—11. Phil. 1, 30. (Iob. 31, 15 *ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ* pro אֶחָד. Exod. 36, 9. 2 Macc. 3, 33.) — *τὸ αὐτό, τὰ αὐτά, idem, eadem, paria*, Matth. 5, 46. Luc. 6, 33. Act. 15, 27. Rom. 2, 1. 1 Cor. 1, 10. Eph. 6, 9. — b) seq. dativo: *ὁ αὐτός τινι, qui alicui par est*, eodem modo comparatus; 1 Cor. 11, 5 *ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ*, idem est ac si rasa esset, rasae par est. 1 Petr. 5, 9 *τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι*, vos easdem calamitates perferre, quas fratres sustinent. (Ioseph. ant. 4, 2. 2 *γένει μὲν ὁ αὐτὸς ὢν Μωϋσῇ*. Aelian. V. H. 7, 11 *τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν*. Xenoph. cyrop. 3, 3. 35. coll. *Rost*. Gr. p. 504.) — c) *τὸ αὐτό* adverbialiter: *eodem modo, pariter;* Matth. 27, 44 *τὸ δὲ αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ ὠνείδιζον αὐτόν*. — *κατὰ τὸ αὐτό, pariter;* Act. 14, 1 *ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτό* (pariter ac solebant facere in aliis urbibus.) (1 Macc. 8, 27 *κατὰ τὰ αὐτά*. 12, 2 *ἐπιστολὰς κατὰ τὰ αὐτά*. LXX *κατὰ τὸ αὐτό* eodem tempore, simul, pro hebr. יַחַד Exod. 26, 24. 1 Reg. 3, 18.) — *Ἐπὶ τὸ αὐτό*, de loco: *in eundem locum*, Matth. 22, 34. 1 Cor. 11, 20. (Ps. 2, 2 pro יַחַד. Ioseph. ant. 5, 2. 12 *συνελθεῖν εἰς το αὐτό*.) — de tempore: *simul, una*, Act. 1, 15. 2, 1. 3, 1. 1 Cor. 11, 20. (LXX pro יַחְדָּו Ps. 37, 38. Deut. 22, 10. 11. 2 Sam. 2, 13.)

Αὐτοῦ, (propr. neutrum genitivi pronominis *αὐτος*, vid. *Schaefer*. ad Lamb. Bos. ellips. gr. p. 855) adv. *illico, statim, auf der Stelle; — hic*, hoc in loco, Matth. 26, 36. — *ibi*, in isto loco, Act. 15, 34. 18, 19. 21, 4. (LXX pro פֹּה Exod. 24, 14. pro פֹּה hic, 2 Sam. 20, 4. Gen. 22, 5. Num. 22, 8.) *.

Αὑτοῦ, *ῆς, οῦ*, pro *ἑαυτοῦ, ῆς, οῦ*, *sui ipsius*, Matth. 1, 21. 3, 12. Marc. 15, 29. Luc. 9, 26. 2 Tim. 2, 19. Apoc. 16, 17 et saepius. De forma *αὐτοῦ* pro *αὑτοῦ* vid. *Αὐτός*. — De *αὑτοῦ* pro *σεαυτοῦ* vid. *Ἑαυτοῦ*.

Βάρος, genit. ους, τό, gravitas, (Xenoph. cyrop. 3, 3. 42) *pondus*, (LXX Iudic. 18, 21 pro כְּבוּדָּה, impedimenta); — tropice: a) si respicitur ad molestiam, quam pondus creat: *molestia*, Matth. 20, 12 βαστάζειν τὸ βάρος τῆς ἡμέρας. (Act. Thom. §. 57 ὑποφέρων τὸ βάρος τῆς ἡμέρας. 2 Macc. 9, 10.) 1 Thess. 2, 7 δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, licuisset mihi, tanquam apostolo, vobis molestias creare, nimirum victum a vobis petendo. (Vid. Βαρέω). Alii hic vertunt: *auctoritas*, ut apud profanos nonnunquam legitur, Diod. Sic. 4, 61. — Gal. 6, 2 τὸ βάρος ἀλλήλων, molestias, quas invicem per errores et peccata sibi creabant. — de *legibus* et *officiis molestis*, Act. 15, 28. Apoc. 2, 24. (Sir. 13, 2.) — b) si respicitur multitudo, quae efficit pondus: *multitudo, amplitudo*, eine *Masse, Fülle*, (ut etiam Latinorum *pondus* et hebraicum כָּבוֹד 1 Reg. 10, 2. sive כֹּבֶד, Ezech. 23, 41.) 2 Cor. 4, 17 αἰώνιον βάρος δόξης [pro βάρος αἰωνίου δόξης, ut 2 Macc. 9, 10 τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος pro τὸ τῆς ὀσμ. ἀφορήτου βάρος, et Ioseph. ant. 3, 5, 8 χεὶρ ἦν ἐπὶ τῇ γραφῇ τοῦ θεοῦ pro χεὶρ τοῦ θεοῦ ἦν ἐπὶ τῇ γραφῇ] *amplitudo* aeternorum praemiorum. (Sophocl. Aiac. v. 130 μακροῦ πλούτου βάρει. Diodor. Sic. 17, p. 529 βασίλεια θαυμαστὰ κατὰ τὸ μέγεθος καὶ βάρος τῶν ἔργων. Suidas: βάρος· ἀντὶ τοῦ τὸ πλῆθος, τὴν ἰσχύν. coll. 1 Macc. 1, 17. 20 ὄχλος βαρύς, magnus exercitus.) **.

Βαρσαβᾶς, ᾶ, ὁ, *Barsabas*, (i. e. filius Sebae) cognomen duorum christianorum 1) Iosephi cuiusdam, Act. 1, 23 et — 2) Iudae cuiusdam, Act. 15, 22. De neutro praeterea aliquid constat.

Βαρτίμαιος, ου, ὁ, (i. e. filius, בַּר, Timaei) *Bartimaeus*; nomen coeci cuiusdam, Marc. 10, 46.

Βαρύνω, *gravo*, Luc. 21, 34 in edit. vulg. et Act. 3, 14 ἐβαρύνατε pro ἠρνήσασθε in varia lectione. Vid. Βαρέω

Βαρύς, εῖα, ύ, (a βάρος) LXX pro כָּבֵד, 1) *gravis*, a) propr. Matth. 23, 4 φορτία βαρέα (Ps. 38, 4) i. e. praecepta molestissima. (de iugo, 2 Chron. 10, 4. 11. Sir. 40, 1.) — b) tropice: Matth. 23, 23 τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, graviora, quae maioris ponderis, maioris momenti sunt, praecepta. (Dan. 2, 11 pro יַקִּיר. Polyb. 1, 38. 7. Herodian. 2, 14. 7.) Act. 25, 7 βαρέα αἰτιώματα. (Neh. 5, 18 δουλεία. Nah. 3, 3 πτῶσις.) — gravis i. e. *severus, durus*, 2 Cor. 10, 10 ἐπιστολαὶ βαρεῖαι. (Herodian. 3, 11. 6.) — gravis i. e. *molestus*, 1 Io. 5, 3 αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν, molestiam non creant. (Sap. 2, 15. Sir. 29, 28. Prov. 27, 3. Iob. 6, 3.) Potest vero etiam βαρεῖαι hic verti: numerosae, numero suo graves, ut legitur de exercitu, 1 Reg. 3, 9. Num. 20, 20. Ps. 35, 18. 1 Macc. 1, 20. — 2) *vehemens, violentus*, Act. 20, 29 λύκοι βαρεῖς. (Homer. Iliad. 1, 89. 3 Macc. 6, 5 ὁ βαρὺς Ἀσσυρίων βασιλεύς. 1 Sam. 5, 11 σύγχυσις βαρεῖα. i. q. v. 6 σύγχυσις μεγάλη. coll. Sap. 17, 21. Ioseph. ant. 2, 4. 3 βαρὺς τῇ λύπῃ. Hesych. βαρύς· κακός, ἀειδής, σκληρός.) *.

Βαρύτιμος, ον, (ex βαρύς et τιμή) *gravis pretii, praestans*. Semel Matth. 26, 7 ἀλάβαστ. μύρου βαρυτίμου, alabastrum unguenti pretiosi, s. praestantissimi. (Aeschyl. suppl. 25.)

Βασανίζω, (a βάσανος) propr. lapidem lydium admoveo ad aliquid, ut illud explorem; 1) tormentis adhibitis exploro s. examino (Ioseph. ant. 2, 4. 6. ibid. 5, 1. 2); exploro per mala, quae alicui infligo (Sir. 4, 17); — 2) *crucio, torqueo*, propr. tormentorum usu, 2 Macc. 7, 13. — deinde omissa notione explorationis: *crucio* doloribus, a) propr. Apoc. 9, 5. 1 Sam. 5, 3. Arrian. diss. epict. 2, 22. 35 βασανίζων ἑαυτόν). — de dolore ex morbo, Matth. 8, 6. (2 Macc. 9, 6.) — de dolore parturientium, Apoc. 12, 2. — de poenis, Matth. 8, 29. Marc. 5, 7. Luc. 8, 28. Apoc. 11, 10. coll. v. 6. Apoc. 14, 10. 20, 10. (Sap. 11, 9. 12, 23. 16, 1. 4. 2 Macc. 1, 28. 7, 17. Ioseph. ant. 2, 14. 4.) — b) tropice: *exerceo, vexo*, 2 Petr. 2, 8 ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν. Matth. 14, 24 πλοῖον βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων, ab undis iactatum. Marc. 6, 48. *.

Βασανισμός, οῦ, ὁ, (a βασανίζω) 1) inquisitio per tormenta; — 2) *cruciatus, gravissimi dolores*, Apoc. 9, 5. 14, 11 καπνὸς τοῦ βασαν. i. e. fumus ignis, quo cruciantur. Apoc. 18, 7. 10. 15. (4 Macc. 9, 6.) *.

Βασανιστής, οῦ, ὁ, (a βασανίζω) proprie vel ὁ ἐπὶ τῆς βασάνου, vel qui tormenta applicat. Philo in Flacc. p. 979 B. Semel Matth. 18, 34 ubi est *praefectus carceris* s. ergastuli. Symmachus βασανιστήριον Ier. 20, 2 pro hebr. מַהְפֶּכֶת, *carcer*.

Βάσανος, ου, ἡ, 1) lapis Lydius, coticula, qua metalla explorantur. Pind. Py. 10, 106. — 2) tormenta quibus vera ex reis extorquentur, coll. Sap. 2, 19. — 3) *cruciatus, gravissimi dolores*, Matth. 4, 24. (Ezech. 12, 18.) — cruciatus malorum apud inferos, Luc. 16, 23. (Sap. 3, 1. 17, 13. 19, 4. 4 Macc. 9, 9. 13, 15.) *.

Βασιλεία, ας, ἡ, (a βασιλεύς) hebr. מַלְכוּת sive מַמְלָכָה, 1) *regia potestas, imperium*, Luc. 1, 33. 19, 12. 15. Hebr. 11, 33. Apoc. 16, 10. 17, 12. 17. [Matth. 6, 13.] (1 Sam. 28, 17. Sap. 6, 4.) — 2) *regnum*, i. e. *respublica ipsa*, quae imperio subest, Matth. 12, 25. 26. Marc. 3, 24. Luc. 11, 17. 18. — *nationes*, Matth. 24, 7. Marc. 13, 8. Luc. 21, 10. (Sap. 10, 10 βασιλεία θεοῦ de angelis, quasi magnatibus in Dei imperio.) — *terrae* alicuius ditionis, Matth. 4, 8. Marc. 6, 23. Luc. 4, 5. — *regnum Messiae*, quod dicitur in N. T. a) βασιλεία τῶν οὐρανῶν (מַלְכוּת שְׁמַיִם Targ. Mich. 4, 8) i. e. regnum coeleste, divinum, a Deo instituendum, ita ut idem sit quod βασιλ. τοῦ θεοῦ, et βασιλεία ἐπουράνιος, 2 Tim. 4, 18. (Neque aliter intelligendum est, quod in Test. XII patr. (Fabric. cod. pseud. 1, p. 656 sq.) Dei veri cultores dicuntur regnaturi ἐν ἀληθείᾳ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, i. e. in regno divino.) — Legitur autem haec formula βασ. τῶν οὐρανῶν nonnisi in Matthaei evangelio. — b) βασιλεία τοῦ θεοῦ, aliquoties apud Matthaeum, saepissime apud Marcum et Lucam et passim in reliquis libris, i. q. βασ. τῶν οὐρανῶν. Etiam βασιλεία τοῦ πατρός. — c) βασιλεία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου Matth. 13, 41. τοῦ Χριστοῦ, quia Iesus, Messias, auctor et rex huius regni est sub Dei auspiciis, quare etiam Eph. 5, 5 appellatur βασιλεία τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ. — d) βασιλεία τοῦ Δαυΐδ Marc. 11, 10. quia Davidi promissum et ab aliquo ex posteris Davidis inaugurandum erat. Repetita videtur doctrina Iudaeorum e locis Dan. 7, 17. 18. 9, 24. 27. coll. Mich. 4. Ies. c. 11. 52 et 53. Ps. 2 et 110. — Ex opinione Iudaeorum autem duplex erat Messiae regnum, alterum *regnum milliarium*, sive mille annorum, *in his terris*, alterum, hoc finito, *regnum perpetuum* in his terris prorsus renovatis. Docebant enim, Messiam in vitam esse revocaturum Iudaeos mortuos (in resurrectione prima), omnesque, et viventes et resuscitatos, collecturum in unum imperium, mille annos duraturum, cui non solum daemones, in tartarum detrudendi, sed etiam gentiles omnes sint subiiciendi. Quo in regno (de quo etiam Apoc. 1, 5. 6 sermo est) Messiam Iudaeis epulum splendidissimum, cui et pii maiores interfuturi essent, paraturum esse sperabant (Matth. 8, 11. Luc. 13, 28. 29. 14, 15. 22, 30. Apoc. 19, 9.). Exactis mille annis diabolum, vinculis suis excussis, gentiles ad atrocissima contra Messiam eiusque asseclas bella excitaturum esse, diabolo autem devicto et in tartarum in aeternum coniecto, Messiam omnes omnino mortuos iam resuscitaturum, iudicium solemne habiturum et immutata et renovata terra novisque Hierosolymis de coelo demissis, piis cultoribus summa et aeterna gaudia daturum esse exspectabant. In evangeliis N. T., ubi discipuli Iesu et Iudaei loquuntur (ut Matth. 3, 2. 18, 1. 20, 21. Luc. 23, 42. Act. 1, 6. Marc. 11, 10), βασιλεία τοῦ θεοῦ haud dubie secundum Iudaeorum sententiam est intelligenda, ut etiam Apoc. 11, 15. 12, 10., adeoque servator ipse, ubi loquitur cum Iudaeis, haud raro ex eorum sententia loquitur, Matth. 8, 11. Luc. 22, 29. 30. Matth. 5, 3. 10. 19, 28. 20, 21—23. — In aliis autem locis certo definiri nequit, quonam sensu Iesus βασιλείαν dixerit, ut Matth. 4, 17. 5, 10. 19. 20. 7, 21. 13, 43. 16, 19. 28. 18, 3. 4. 23. 12, 28. 25, 34. 26, 29 et passim. — Marc. 11, 12 ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, vid. Βιάζω. Luc. 17, 21 ἡ βασ. τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν, vid. Ἐντός. — Apostoli de regno mille annorum his in terris loquuti sunt 1 Cor. 15, 24. 2 Tim. 4, 1. Apoc. 1, 6 ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν (ut *Griesb.* habet pro βασιλεῖς), i. e. βασιλεῖς, est enim abstractum pro concreto collectivo. (Sic Ioseph. ant. 4, 3. 2 πενία i. q. πενήτες. Luc. 2, 30 σωτήριον i. q. σωτήρ. Βίος Sap. 14, 21. 10, 8. i. q. βιοῦντες.) Apoc. 5, 10 in codd. βασιλείαν pro βασιλεῖς. c. 11, 15 ἡ βασιλεία (text. vulg. αἱ βασιλεῖαι) τοῦ κόσμου, imperium in orbem terrarum. 12, 10. Vid. Apoc. 20, 4 sqq. — Aliis autem in locis βασ. τοῦ θεοῦ de statu piorum Dei cultorum felicissimo post resurrectionem omnium dictum videtur, ut 1 Cor. 6, 9. 10. 15, 50. Gal. 5, 21. Eph. 5, 5. 1 Thess. 2, 12. 2 Thess. 1, 5. 2 Tim. 4, 18. Hebr. 12, 28. Iac. 2, 5. 2 Petr. 1, 11. Act. 14, 22. — Caeterum autem βασιλεία τοῦ θεοῦ s. τῶν οὐρανῶν s. τοῦ Χριστοῦ dicitur in N. T. a) *de re christiana*, quia per Christi doctrinam et ecclesiam colliguntur cives regni divini, Matth. 6, 10. 33. 13, 11. 24. 31. 33. 44. 45. 47. 52. 19, 24. 21, 31. 43 et in locis parallelis Marci et Lucae. Luc. 19, 11. Act. 19, 8. Rom. 14, 17. 1 Cor. 4, 20. Coloss. 1, 13. 4, 11. — de societate civium huius regni, Matth. 13, 41. Io. 3, 3—5. — b) de *vocatione* ad hoc regnum et *admissione* civium, Matth. 20, 1. 22, 2. 23, 14. 25, 1. Luc. 18, 17. Act. 8, 12. quo etiam pertinet formula εὐαγγέλιον τῆς βασ. τ. θ., sive εὐαγγελίζ. τὴν βασ. i. e. annuntiare, patere iam aditum ad regnum Dei, Luc. 4, 43. Marc. 1, 14. Act. 20, 25. 28, 31. — c) de *imperio*, quod Christus, dominus huius regni, exercet, Io. 18, 36 ubi sensus est: meum imperium non ab hominibus mihi demandatum est. Hebr. 1, 8. 1 Cor. 15, 24. Apoc. 1, 9.

Βασίλειος, ον, (a βασιλεύς) 1) *regius, regalis*, 1 Petr. 2, 9 βασίλειον ἱεράτευμα (ex Exod. 19, 6 ubi legitur מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים), vel: iura et privilegia sacerdotum habentes, coll. Apoc. 1, 6. vel: Deo sacri et cari ut sacerdotes. (Sap. 18, 15 ἐκ θρόνων βασιλείων. Ioseph. ant. 2, 10. 2 πόλιν βασίλειον.) — 2) τὸ βασίλειον (Prov. 18, 19. 1 Reg. 14, 8. Ioseph. ant. 6, 12. 4. 9, 7. 5) vel τὰ βασίλεια substantive: *regia domus, aedes regiae*, Luc. 7, 25. (LXX pro בֵּית מֶלֶךְ Esth. 1, 9. 2, 13. Nah. 2, 6. Ioseph. ant. 13, 5. 3.) *.

Βασιλεύς, έως, ὁ, (ut videtur, a βάσις et ὁ λεώς, populus; dux populi.) — LXX pro hebr. מֶלֶךְ, 1) *dux, praefectus*, Io. 6, 15. Apoc. 9, 11. (Ps. 60, 7. Ios. 11, 4. 1 Macc. 8, 4. 2 Reg. 7, 14.) — Matth. 10, 18. Marc. 13, 9. Luc. 21, 12. 1 Tim. 2, 2. — 2) *caput populi, princeps*, qui habet dominium in alios, *potens, regulus*, qui etiam dicuntur οἱ ὑπερέχοντες, 1 Petr. 2, 13. 17. Act. 17, 7. Matth. 11, 8. 17, 25. 18, 23. Hebr. 7, 1. 2. Luc. 10, 24. 14, 31. 22, 25. Io. 19, 12. Act. 4, 26. 9, 15 et saepius (Ps. 2, 2. 102, 15. 72, 10). Quare etiam Herodes magnus eiusque successores ita appellantur, Luc. 1, 5. Matth. 2, 1. 2. 3. 9. 14, 9. Marc. 6, 1. Act. 12, 1. 25, 13 sqq. Similiter Aretas ἐθνάρχης Damasci, 2 Cor. 11, 32. coll. Ios. 11. Sic etiam Christiani Apoc. 5, 10 (et c. 1, 6 in edit. vulg.) reges dicuntur, quia cum Messia populis sunt imperaturi. — 3) *rex* proprie dictus, i. e. qui *summum* tenet imperium, nec habet superiorem dominum, Matth. 1, 6. Act. 7, 10. 18. 13, 22. Hebr. 11, 23. 27. Hoc sensu etiam *Messias* dicitur βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, s. Ἰσραήλ, i. q. Χριστός, Messias, qui habet regnum (vid. Βασιλεία). Elucet hoc ex Marc. 15, 32. Luc. 23, 37. 38. eodemque sensu legitur Matth. 2, 2. 21, 5. 25, 34. 40. 27, 42. Luc. 19, 38. 23, 2. 3. Io. 1, 50. 12, 13. 15. Ubi Pilatus et milites romani Iesum hoc nomine appellant, est: ὁ λεγόμενος βασιλεύς, ut Matth. 27, 11. 29. 37. Marc. 15, 12. 18. 26. Io. 18, 33 sq. 19, 14. 21. — Denique Deus

dicitur βασιλεύς, omnium dominus summus, 1 Tim. 1, 17. 6, 15. Apoc. 15, 3. 17, 14. (Ps. 5, 2. 29, 10. Sir. 51, 1.) Matth. 5, 35 πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως, i. e. *Dei*, dicitur Hierosolyma, quia ibi Deus quasi habitare et imperii sedem fixisse putabatur. (Ps. 47, 2. 95, 3.)

Βασιλεύω, fut. εύσω, (a βασιλεύς) LXX pro מָלַךְ apud profanos cum genitivo aut dativo struitur, apud nostros ex hebraismo (מָשַׁל seq. עַל) sequente ἐπί cum genitivo loci Matth. 2, 22. Apoc. 5, 10. (Iudic. 9, 8. 10. 12. 14. 1 Sam. 8, 7.) et accusativo personae, Luc. 1, 33. 19, 14. Rom. 5, 14. (Gen. 37, 8. 1 Sam. 8, 9. 11. Mich. 4, 7.) — 1) propr. βασιλεύς sum, *regno, dominor, impero*, tum de principe, tum de rege, Luc. 19, 14. 27. (Prov. 30, 22.) De Archelao, Matth. 2, 22. De Messia, Luc. 1, 33. 1 Cor. 15, 25. Apoc. 11, 15. De Christianis cum Christo regnaturis, Rom. 5, 17 ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι, in vita perenni regnabunt. Apoc. 5, 10. 20, 4. 6. 22, 5. — ὁ βασιλεύων, rex, 1 Tim. 6, 15. — tropice: *summus, praestantissimus sum*, 1 Cor. 4, 8 χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε, sine me iam principes praestantissimi christianorum facti estis, quod ironice dictum est ab Apostolo. (Vid. Βασιλικός et Prov. 9, 6.) — 2) *regem me praesto, imperium exerceo*, ich übe die königliche Herrschaft; de Deo dominatum aliquamdiu quasi neglectum iterum sibi vindicante, Apoc. 11, 17. 19, 6. (Similiter Ps. 93, 1. 96, 10. 97, 1. 99, 1. coll. Esth. 4, 14. 1 Reg. 1, 5. 1 Macc. 7, 1.) — tropice: *vim summam in omnes exerceo, dominor;* de morte, Rom. 5, 14. 17. — De peccato et de gratia Dei, Rom. 5, 21 ἵνα, ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον. Rom. 6, 12. *.

Βασιλικός, ή, όν, *regius*, et quidem vel regi subditus, Act. 12, 20. (1 Macc. 13, 15), vel regi conveniens, ib. v. 21. (2 Macc. 15, 5.) — Io. 4, 46. 49 βασιλικόν explicant alii: hominem regium, e familia regia; alii rectius: hominem aulicum, regis ministrum. (Ioseph. ant. 17, 10. 3. 6. de bell. 1, 1. 5.) — 2) tropice: *summus, praestantissimus*, Iac. 2, 8. coll. Matth. 22, 38. (Xenoph. sympos. 1, 8 βασιλικὸν κάλλος. Ioseph. ant. 6, 4. 5 καὶ τὸ ὕψος ἦν (Saulus rex) βασιλικώτατος. 4 Macc. 14, 2. Clemens Alex. strom. 1, 16. p. 366, 25 ed. Pott. τῇ βασιλικωτάτῃ διδασκαλίᾳ. Id. strom. 5, 14. p. 703, 12 ed. Pott. ὁ λόγος θεῖος καὶ βασιλικός.) *.

Βασίλισσα, ης, ἡ, (a βασιλεύς) in vulgari sermone [vid. Phrynich. p. 225. *Sturz.* de dial. Maced. p. 151 sq.] pro βασίλεια vel βασιλίς, *regina*, Matth. 12, 42. Luc. 11, 31. Act. 8, 27. (LXX saepius pro מַלְכָּה, 1 Reg. 10, 1. Esth. 1, 9—17. Ioseph. ant. 11, 6. 1. de bell. 1, 3. 3. Aristot. oecon. 9.) — *dominatrix*, Apoc. 18, 7 κάθημαι βασίλισσα, vid. Κάθημαι. *.

Βάσις, εως, ἡ, (a βαίνω gradior) 1) *gressus, incessus;* — 2) *planta pedis*, et pars pro toto: *pes*, quo incedimus, Act. 3, 7. (Sap. 13, 18. Exod. 26, 19. Ioseph. ant. 6, 2. 2. ib. 7, 11. 3. Philo de agric. p. 198 B.) *.

Βασκαίνω, aor. 1. ἐβάσκανα, (a βάζω, loquax sum, clamo) seq. accusativo: *fascino*, ich beschreie, behexe (Herodian. 2, 4. 11. Diod. Sic. 4, 6. Aristot. probl. 20, 34. Plutarch. symp. 5, 7). Semel Gal. 3, 1 ἐβάσκανε, quidam cod. ἐβάσκηνε (cf. *Winert* Gramm. p. 79), *malis artibus decipit*. (Seq. dativo: invideo, Sir. 14, 8. coll. *Lobeck.* ad Phryn. p. 463.)

Βαστάζω, f. άσω, (a βαίνω s. βάω, ire facio) propr. loco suo aliquid moveo, facio ut moveatur in altum; 1) *tollo, extollo manibus*, Io. 10, 31 λίθους (Hom. Odyss. 11, 594. Ioseph. ant. 7, 11. 7 βαστάσας τὴν μάχαιραν ἀπὸ τῆς γῆς. Ib. 8, 2. 2. — Drac. v. 36 βαστάσας τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, i. e. prehensa coma eum sustulit.) — *Tollo* ut auferam, Io. 20, 15 ἐβάστασας αὐτόν, sustulisti illum. (Ioseph. ant. 9, 12. 3 ὁ βασιλεὺς ἄρας τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τὰ ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ, τοῦτο βαστάσας ἧκεν εἰς Δάμασκον. Ibid. 7, 15. 3 βαστάσας (auferens e sepulchro Davidis) τρισχίλια τάλαντα. ib. 9, 7. 1. Apollodor. 2, 6. 2 et 3, 4. 3. Polyb. 2, 46. 6.) — Neque aliter Matth. 8, 17 τὰς νόσους ἐβάστασεν, sustulit, abstulit morbos. (In loco Ies. 53, 4 est סָבַל). — Tropice: tollo in altum, *extollo*, ut conspiciatur, Act. 9, 15 βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, ut extollat meum nomen in conspectu gentium, i. e. ut illud gentes et reges conspiciant et venerentur. (Symmach. Prov. 4, 8 pro סַלְסְלֶ, LXX ὑψώσει. Pind. olymp. 12, 27 Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάσεις. Id. ist. 3, 14.) — 2) tollo ut mihi imponam, *onus subeo et porto;* (ut plene legitur Sir. ὑπόθες τὸν ὦμόν σου καὶ βάσταξον αὐτήν.) — a) propr. Io. 19, 17 βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, crucem in humeros sublatam portans. — b) tropice: Luc. 14, 27 ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, quicunque non subit crucem ipsi (mea causa) impositam. (In locis parallelis legitur: λαμβάνειν Matth. 10, 38. et αἴρειν Matth. 16, 24. Marc. 8, 34.) — De sententia iudicis: Gal. 5, 10 βαστάσει τὸ κρίμα, ei certissime subeunda erit iudicis sententia, is poenae obnoxius erit. (Hebr. נָשָׂא עָוֹן Levit. 5, 1. 17. Num. 5, 31. Ies. 53, 12. Ezech. 23, 35 et 2 Reg. 18, 14 ὃ ἐὰν ἐπιθῇς ἐπ' ἐμὲ, βαστάσω, quascunque imposueris pacis conditiones, subibo.) — 3) *porto*, a) simpliciter, Matth. 3, 11 τὰ ὑποδήματα, quod erat servorum officium. Luc. 10, 4 βαλάντιον, πήραν. Marc. 14, 13 κεράμιον ὕδατος. Luc. 7, 14. 22, 10. Io. 12, 6. Act. 3, 2 ἐβαστάζετο, portabatur, quippe pedum usu impeditus. c. 21, 35. Apoc. 17, 7. — Rom. 11, 18 ἡ ῥίζα βαστάσει τοὺς κλάδους. — Gal. 6, 5 ἕκαστος τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει, sensus: cuilibet *suorum* vitiorum iudicem habebit. — *gesto*, Luc. 11, 27 ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, uterus, qui te gestavit. Gal. 6, 17 βαστ. τὰ στίγματα τοῦ κυρίου ἐν τῷ σώματί μου. — porto i. e. b) *perfero, ich ertrage*, sustineo onus mihi impositum; Matth. 20, 12 τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, pertulimus labores totius diei. Act. 15, 10 ζυγόν. Rom. 15, 1 τὰ ἀσθενήματα. Gal. 6, 2. Apoc. 2, 2. 3. (Arrian. 1, 3. 2.) — De dictis animo excipiendis et perferendis, Io. 16, 12 ubi βαστάζειν vel est cogitando assequi, vel animo ferre. (Similiter Arrian. dissert. epict. 3, 15 σκέψαι πρῶτον τί ἐστι τὸ πρᾶγμα, εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν, τί δύνασαι βαστάσαι.) *.

Βάτος, ου, ἡ, Attici ὁ βάτος, [Moeris Att. ὁ βάτος, τὸ τῆς ἀκάνθης εἶδος, ἀττικῶς· ἡ βάτος θηλικῶς, ἑλληνικῶς.] *rubus, sentis*. Ἡ βάτος Luc. 6, 44. 20, 37. Act. 7, 30. 35 et Deut. 33, 16. — Ὁ βάτος Marc. 12, 26 in textu *Griesb.* et LXX pro hebr. סְנֶה Exod. 3, 2. 3. 4. *.

Βάτος, ου, ὁ, *batus*, hebr. בַּת, Esdr. 7, 22 mensura liquidorum, quae capiebat sextarios septuaginta et duos; Ioseph. ant. 8, 2. 9 ὁ δὲ βάτος δύναται χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα δύο. Semel Luc. 16, 6 ubi plures libri habent βάδους, alii κάδους.

Βάτραχος, ου, ὁ, *rana*. Semel Apoc. 16, 13 ὡς βάτραχοι (sic enim pro ὅμοια βατράχοις legendum), ranis similes, i. e. foedi et noxii. (Exod. 8, 2 sqq. Ps. 78, 45. Sap. 19, 10.) *Eichhornius* in comment. ad h. l. monet, ranas fuisse veteribus signum praestigiarum et iactantiae, affertque verba Artemidori 2, 15 βάτραχοι δὲ ἄνδρας γόητας καὶ βωμολόχους προσημαίνουσι· τοῖς δὲ ἐξ ὄχλου ποριζομένοις εἰσὶν ἀγαθοί.

Βαττολογέω, ῶ, f. ήσω, verbum in scriptis profanis rarissime obvium (Simplic. ad Epictet. p. 340 edit. Schweigh.), quod alii ducunt a Batto, rege quodam Cyrenaico balbutiente (Herodot. 4, 155), alii a Batto poeta (Plutarch. de discr. amici et adult. c. 16. §. 119), qui longa et ταυτολογίας plena carmina fecerit (Suidas: βαττολογία· ἡ πολυλογία, ἀπὸ Βάττου τινὸς, μακροὺς καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίας ἔχοντας). Rectius statuunt alii (*Fritzschius* in comm. ad ev. Matth. p. 263), βαττολ. imitari sonum balbutientium, et esse primum balbutire, deinde garrire, ut eodem modo hebr. בַּד (Iob. 11, 3), Latinor. *blatero* et nostrum *plappern* ex sono ortum esse videtur. Certum est, βαττολογεῖν significare: *multa, eadem loqui, verbosum esse*, i. q. βατταρίζειν, et sic legitur semel Matth. 6, 7 ubi per πολυλογίαν satis explicatur. Similiter Sir. 7, 14 μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σου, ubi in altero membro est ἀδολεσχεῖν, *garrire*. Hesych. βαττολογία· ἀργολογία, ἀκαιρολογία.

Βδέλυγμα, ατος, τὸ, (a βδελύσσω) LXX saepissime pro תּוֹעֵבָה, passim pro שִׁקּוּץ et שֶׁקֶץ — *res foeda et abominanda; abominandum, detestabile;* a) universe: Luc. 16, 15 βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, (LXX semel seq. ἐνώπιον Prov. 11, 1. et seq. ἐναντίον Deut. 24, 4. saepissime seq. dativo, ut τῷ θεῷ, Deut. 7, 25. 17, 1. 22, 5.) — (Prov. 16, 12. 20, 23. 21, 27.) — b) de omni quod ex lege mos. *impurum* est, praecipue de sacris gentilium eorumque impuritate (βδελύγματα τῶν ἐθνῶν, 2 Reg. 16, 3. 21, 2); Apoc. 17, 4 ποτήριον γέμον βδελυγμάτων. v. 5. 21, 27 πᾶν (pro πάντες, vid. Πᾶς) ποιοῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος, quicunque

adhaeret abominando cultui deorum falsorum. (Ier. 11, 15. coll. v. 13. 17. — 3 Esdr. 7, 13 pro טֻמְאָה in textu hebr. Esdr. 6, 21 ubi LXX *ἀκαθαρσία*. Test. XII patr. p. 615 *ἐπιμιγήσεσθε ἐν βδελύγμασιν ἐθνῶν*, sacris gentilium pudicitiam laedentibus. Vid. etiam Levit. 7, 21. 11, 10 sqq. 18, 22 sqq.) — Denique *βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως* Matth. 24, 15. Marc. 13, 14 alii explicant *ἐρήμωσιν βδελυκτήν*, desolationem foedam, alii rectius idolum desolationis, i. e. imaginem dei commenticii in templo Dei vel urbe sacra collocatam, desolationem instantem praenuntiantem, vel (quod praefero) templum profanantem ita ut desoletur. (In locis Dan. 9, 27. 12, 11 enim est שִׁקּוּץ שֹׁמֵם, quod ibidem de imagine falsi numinis dicitur, ut 1 Reg. 11, 5 *τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδωνίων*. 1 Reg. 21, 26. Ies. 17, 8. Ezech. 20, 30. 33, 29. 1 Macc. 6, 7. — 1 Macc. 1, 54 *βδέλυγμα ἐρημώσεως* dicitur altare numini falso in templo exstructum, ut apparet e versu 59 et c. 6, 7. Caeterum Iosephus vaticinium Danielis ad devastationem templi per Romanos, urbem templumque expugnantes, refert, ant. 10, 11. 7. coll. de bell. 4, 6. 3.) *.

Βδελυκτός, *ή, όν*, (a *βδελύσσω*) ***abominandus, detestabilis.*** Tit. 1, 16. (Prov. 17, 15. Sir. 41, 5. 2 Macc. 1, 27. Hesych. *βδελυκτός· μισητός, ἐξουθενημένος, βδελυρός*.) **.

Βδελύσσω, part. perf. pass. *ἐβδελυγμένος*, (a *βδέω*, pedo) foedum odorem edo, fastidium moveo; Medium *βδελύσσομαι*, (LXX pro תָּעַב) fastidium habeo, ***aversor, abominor***, Rom. 2, 22 *βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα*. (Levit. 26, 11. Deut. 23, 7. Amos. 5, 10. Sap. 11, 24 et Sir. 20, 8 ubi *βδελυχθήσεται* et *μισηθήσεται* sibi respondent. *ἐβδελυγμένος*, ***abominatus, detestatus,*** Apoc. 21, 8. (Hos. 9, 10. Iob. 15, 16. Ies. 14, 19. 49, 7.) *.

Βέβαιος, *αία, αιον*, (a *βάω, βαίνω*, gradior) ***firmus, stabilis;*** propr. Hebr. 6, 19 *ἄγκυρα*. (Ioseph. ant. 4, 8. 2 *κτῆσις*.) — tropice: ***firmus, certus, constans***, 2 Cor. 1, 7 *ἐλπίς*. Hebr. 3, 6. 14. 2 Petr. 1, 10. (Sap. 7, 23.) — ***ratus, eventum habens,*** Rom. 4, 16 *ἐπαγγελία*. Hebr. 2, 2 *λόγος*. ibid. 9, 17. — certus i. e. ***fide dignus,*** 2 Petr. 1, 19 *ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον*, certissima, fide dignissima habemus prophetarum dicta. (Ioseph. ant. 7, 9. 2 *φίλος ἀνὴρ καὶ βέβαιος*, cui fidendum.) **.

Βεβαιόω, *ῶ*, f. *ώσω*, (a *βέβαιος*) ***firmum, stabilem facio, confirmo,*** 1 Cor. 1, 6. 2 Cor. 1, 21 *ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς* (intellige *τῇ πίστει*) *εἰς Χριστόν*. Col. 2, 7 *βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει*. (Ps. 119, 28 *βεβαίωσόν με ἐν τοῖς λόγοις σου*, pro קַיֵּם. Ps. 41, 12 pro הִצִּיב.) — ***argumentis confirmo, fidem facio,*** Marc. 16, 20. (Herodian. 6, 8. 15.) Hebr. 2, 3 *ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα — εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη*, verte: quae salus, primum ab ipso domino annuntiata, per eos, qui ipsi audiverant, in nostrum quoque commodum confirmata est, videlicet accedentibus, ut testibus divinis, miraculis etc. — ***ratum facio,*** Rom. 15, 8 *τὰς ἐπαγγελίας*. (Ioseph. ant. 1, 18. 6.) — Ex adiuncto: ***fideliter conservo, immutatum servo,*** 1 Cor. 1, 8 *βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους*, i. e. *βεβαίως τηρήσει ὑμᾶς*. **.

Βεβαίωσις, *εως, ἡ*, (a *βεβαιόω*) ***confirmatio,*** Phil. 1, 7 ***confirmatio, fidem facere, Vergewisserung,*** Hebr. 6, 16. (Sap. 6, 18 *προσοχὴ νόμων* (scil. divinorum) *βεβαίωσις ἀφθαρσίας*. Thucyd. 4, 87.)

Βέβηλος, *ον*, (a *βαίνω*, vado, *βηλός* limen) proprie de *loco*, ubi est: locus ad quem omnibus patet accessus, locus profanus, cui opponitur locus *ἀβέβηλος*, sacer, ad quem profanis licitum non est accedere. (Sophocl. OC. 10 et saepius apud Philonem.) Apud LXX sibi opponuntur *βέβηλος* (חֹל communis) et *ἅγιος*, profanus et sacer, Levit. 10, 10. 1 Sam. 21, 4. Ezech. 22, 26. Etymol. magn. *βέβηλος· ὁ μὴ ἱερὸς τόπος, ἀκάθαρτος καὶ βατὸς πᾶσιν*. — De *hominibus* est: ***profanus, non initiatus;*** deinde metaphorice: ***profanus, Dei contemtor, flagitiosus,*** 1 Tim. 1, 9. Hebr. 12, 16. (Ezech. 21, 25. 3 Macc. 2, 14.) — de doctrina: impia, a pietate abducens, profana, 1 Tim. 4, 7. 6, 20. 2 Tim. 2, 16.

Βεβηλόω, *ῶ*, f. *ώσω*, (vid. *βέβηλος*) ***profano, violo.*** Hesych. *ἐβεβήλωσεν· ἐμίανεν, ἐμόλυνεν, ἀκάθαρτον ἐποίησε*. (Apud seriores tantum obvium, ut Heliod. 2, 25. Iulian. 7, p. 228 C.) — Matth. 12, 5. Act. 24, 6. (LXX pro חִלֵּל Lev. 19, 8. 12. Neh. 13, 18. Ezech. 22, 16. Mal. 2, 11.) *.

Βεελζεβούλ, *ὁ*, cognomen indecl. ***principis geniorum malorum***, Satanae, quod legitur Matth. 10, 25. 12, 24. 27. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. 18. 19. hebr. בַּעַל זְבוּל dominus stercoris i. e. immunditiei, *τῆς ἀκαθαρσίας*, et ita appellatur Satanas, vel quod daemones impuri habebantur (vid. *Ἀκάθαρτος*), vel quod idololatriae (*ἀκαθαρσίας, βδελυγμάτων*) auctor et fautor putabatur. Alii *βεελζεβούλ* pro *βεελζεβούβ* (ut legunt quidam codd.) accipiunt, בַּעַל זְבוּב dominus muscarum, et conferunt 2 Reg. 1, 2 sqq. coll. Plin. hist. nat. 10, 28 et *Buxtorfii* lex. talm. sub בַּעַל. In cod. graeco Vet. Test. et Nov. Test. non legitur. Evangel. Nicod. (in Birchii auctario cod. Fabric. p. 131) *βεελζεβούλ*. Ibid. p. 7 *βελζεβούλ*, et p. 17 *ἐν βελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων*.

Βελίαλ, *ὁ*, hebr. בְּלִיַּעַל, proprie: non altus, non elatus, — ***homo nequàm***, Iudic. 19, 22 ubi Theod. *βελίαλ*, LXX autem *παράνομοι*, 2 Cor. 6, 15 in textu vulg. Vid. *Βελίαρ*.

Βελίαρ, *ὁ*, cognomen Satanae, principis daemonum, ex hebraico בְּלִיַּעַל (vid. *Βελίαλ*) ***nequam***, mutata Syrorum more *λ* in *ρ*. Legitur in N. T. semel 2 Cor. 6, 15. sed saepissime princeps daemonum *Βελίαρ* appellatur in Test. XII patr. p. 539. 587. 619. 629. 654 et passim. Hesych. explicat *δράκοντα*, Suidas *ἀποστάτην*, non etymologia, ut videtur, ducti, sed aliis locis N. T. ubi Satanas sic vocatur.

Βελόνη, *ης, ἡ*, cuspis teli (a *βέλος*); deinde ***acus***. Legitur in codd. Luc. 18, 25 pro *ῥαφίς*, quod vide. (Eupolis ad Poll. 10, 136. Aeschin. Ctes. p. 566. Aristot. de anima 2, 8. Ammian. epist. 17, 96.)

Βέλος, *ους, τό*, (a *βάλλω*) quod manu vel arcu emittitur: ***iaculum, telum, sagitta;*** hebr. שֶׁלַח Ioel. 2, 8. חֵץ Deut. 32, 42. Semel Eph. 6, 16 *βέλη πεπυρ.* ***tela ignita,*** tela in quorum capite seu alveo excavato ignis inclusus erat, ad incendium excitandum (Arrian. de exped. Alex. 2, 21 *πυρφόρα βέλη*), Latinor. ***malleoli, falaricae;*** sensus: incitamenta malorum (i. e. vitiorum, defectionis) vincere. (coll. 2 Sam. 22, 15. Ps. 18, 14. 144, 6.)

Βελτίων, *ονος, ὁ, ἡ — ον, τό*, (compar. ab *ἀγαθός*) ***melior.*** Neutrum *βέλτιον* adverbialiter: ***melius, rectius,*** 2 Tim, 1, 18 *βέλτιον γινώσκεις*, melius intelligis quam possem literis scribere.

Βενιαμίν, *ὁ*, ***Beniamin,*** hebr. בִּן יָמִין (filius dextrae, Gen. 35, 18 sqq. Ioseph. ant. 1, 21. 3) filius Iacobi duodecimus, ex Rahele. (Gen. 35, 18. 46, 19. Exod. 1, 3. Num. 26, 41.) — *φυλὴ Βενιαμίν*, Act. 13, 21. Rom. 11, 1. Phil. 3, 5. Apoc. 7, 8. i. q. *φυλὴ υἱῶν Βεν.* tribus Beniamitica. (Sic *φυλὴ υἱῶν* Num. 34, 26 sq. Ios. 13, 15. 29. 15, 1. 20. 18, 11.) *.

Βερνίκη, *ης, ἡ*, (forma depravata nominis *Βερενίκη*) ***Bernice***, filia Herodis Agrippae maioris, nupta primum Herodi, Chalcidis regi, deinde *Polemoni*, regi Ciliciae, quem vero mox deseruit, et ad fratrem, Agrippam minorem, rediit, quocum iam antea in incestu vixisse ferebatur. (cf. Ioseph. vit. §. 24. Idem ant. 20, 7. 1 et 2. coll. Tacit. hist. 2, 2 et 81. Sueton. Tit. 7.) — Act. 25, 13. 23. 26, 30. *.

Βέροια, *ας, ἡ*, ***Beroea***, Macedoniae urbs prope Pellam, postea Irenopolis dicta, hodie *Boor;* Act. 17, 10. 13. *.

Βεροιαῖος, *αία, αῖον*, ***Beroeensis***, Act. 20, 4. *.

Βηθαβαρά, *ᾶς, ἡ*, ***Bethabara*** (ex בֵּית domus, locus et עֲבָרָה traiectio), locus s. vicus ad Iordanem situs, ubi fluvius traiiciebatur. Legitur Io. 1, 28 in textu vulg. ubi *Griesbach*. reposuit *Βηθανία* ex codd. optimor. auctoritate.

Βηθανία, *ας, ἡ*, ***Bethania***, hebr. בֵּית הִינֵי, domus dactylorum, vicus *ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε* (Ios. 11, 18), ultra montem Oliveti situs, qui commemoratur Matth. 21, 17. 26, 6. Marc. 11, 1. 11. 12. 14, 3. Luc. 19, 29. 24, 50. Io. 11, 1. 18. 12, 1. — Alius huius nominis vicus vel pagus commemoratur Io. 1, 28 ad Iordanis ripam situs, de quo verò praeterea nil constat; imo Origenes (T. 2. p. 130 ed. *Huet*.) profitetur, vicum huius nominis ad Iordanem non exstare. Opinantur, ut difficultatem removeant, quidam, Bethabaram postea Bethaniam (בֵּית et אֳנִיָּה i. e. domus navis) appellatam fuisse. Vid. *Winert* Reallex. s. h. v. *.

Βηθεσδά, ᾶς, ἡ, *Bethesda* (chald. בֵּית חִסְדָּא *domus misericordiae*), nomen pisciniae in vicinia Hierosolymorum cum fonte salubri ad tempus ebulliente, quae commemoratur Io. 5, 2. de qua autem alii antiqui scriptores silent. Vid. *Wineri* Reallex. s. h. v.

Βηθλεέμ, ἡ, *Bethlehem* (בֵּית־לֶחֶם, domus panis s. frumenti, Ioseph. ant. 5, 2. 8 ἀπὸ Βηθλέμων· τῆς δὲ Ἰούδα φυλῆς τοῦτ᾽ ἔστι τὸ χωρίον. Idem ant. 8, 10. 1 Βηθλεέμ. 3 Esdr. 5, 17 υἱοὶ ἐκ Βαιθλωμῶν), nom. indecl. urbis in tribu Iuda prope Hierosolyma, olim Ephrata appellata; (Gen. 35, 19. 48, 7. Mich. 5, 2. 2 Chron. 11, 6. 2 Sam. 23, 15.) Matth. 2, 1. 5. 6. 8. 16. Luc. 2, 4. 15. Io. 7, 42. Dicitur Matth. 2, 1. 5 Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, quia alia Bethlehem, in tribu Sabulon sita, olim extiterat. cf. Ios. 19, 15 (ubi LXX non Βηθλεέμ, sed Βαιθμάν verterunt.) *.

Βηθσαϊδά, (ita scribunt Lucas et Ioannes) et Βηθσαϊδάν (ut habent Matth. et Marc.), *Bethsaida* (בֵּית־צֵידָה, locus venationis s. piscationis) nomen indecl. vici cuiusdam ad occidentale littus lacus Genesareth siti; Matth. 11, 21. Marc. 6, 45. 8, 22. Luc. 9, 10. 10, 13. Io. 1, 45. 12, 21. — Philippus tetrarcha (inquit Iosephus ant. 18, 2. 1) κώμην Βηθσαϊδὰν, πρὸς λίμνῃ τῇ Γεννησαρίτιδι, πόλεως παρασχὼν ἀξίωμα, — Ἰουλίᾳ θυγατρὶ τῇ Καίσαρος ὁμώνυμον ἐκάλεσεν. — *Duo* putant fuisse huius nominis oppida (*Fischer* de vitiis lex. N. T. proluss. 19, 2. p. 442 sqq.), alterum ad *occidentale*, alterum ad *orientale* littus lacus Genesareth, quod commemoretur Luc. 9, 10. Sed de ea re dubitandum est. Lucae enim verba c. 9, 10 non necessario de orientali littore eiusque deserto intelligenda sunt, quum τόπος ἔρημος non sit desertum quod proprie dicitur, sed *locus solitarius;* dicuntur enim in eius vicinia fuisse κῶμαι, ad quas multitudo potuisset pervenire, quum iam vesperasceret, ut apparet e versu 12. *.

Βηθφαγή, ἡ, *Bethphage*, (a בֵּית domus et פַּג ficus immatura) vicus ad montem Oliveti prope Bethaniam; alii minus recte putant fuisse tractum ad montem olivarum ita dictum a ficubus, quibus consitus fuisset. Matth. 21, 1. Marc. 11, 1. Luc. 19, 29. *.

Βῆμα, ατος, τό, (a βάω, βαίνω, gradior) 1) gradus, passus, gressus, (Sir. 19, 30. 45, 9.) Act. 7, 5 οὐδὲ βῆμα ποδός, *ne latum pedem*, i. e. ne tantulum quidem. (LXX Deut. 2, 5 pro עַד מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל. Xenoph. cyrop. 7, 5. 6.) — 2) locus editus, ad quem per gradus adscenditur: *suggestus*, (ut oratorum, Neh. 8, 4. 3 Esdr. 9, 42.) — throno similis, cui rex insidebat, Act. 12, 21. (Ioseph. ant. 7, 15. 9 στὰς ἐφ᾽ ὑψηλοτάτου βήματος ὁ βασιλεύς.) — *tribunal* iudicis, Matth. 27, 19. Io. 19, 13. Act. 18, 12. 16. 17. 25, 6. 10. 17. Iesu iudicis, Rom. 14, 10. 2 Cor. 5, 10. (2 Macc. 13, 26. Dion. Halic. 11, 28. Polyb. 15, 19. 2.) **.

Βήρυλλος, ου, ὁ, ἡ, (etiam βηρύλλιον Exod. 28, 20 et c. 36 [alii c. 39] 13) *beryllus*, gemma subviridis (Aquamarin). Plin. hist. nat. 37, 5. Legitur Apoc. 21, 20. (Tob. 13, 17. Ioseph. ant. 3, 7. 5.) **.

Βία, ας, ἡ, *vis* et quidem quatenus cum impetu efficax est et cogit alium (quare differt ab ἰσχύϊ, vi in se spectata; Ioseph. ant. 6, 5. 1 ἰσχύϊ καὶ βίᾳ αὐτοὺς χειρωσάμενος, durch seine Uebermacht und deren kräftige Anwendung etc.) — μετὰ βίας, vi adhibita, Act. 5, 26. 24, 7. (Exod. 1, 14. 14, 25. Ies. 52, 4 βίᾳ.) — *violentia, impetus*, Act. 21, 35. 27, 41. (Sap. 4, 4. 5, 11. Ioseph. ant. 2, 16. 6 ἡ βία τοῦ πνεύματος.) *.

Βιάζομαι, (a βία) deponens med. [nam activum βιάζω nonnisi apud poetas legitur et raro, ut Hom. Odyss. 12, 297], *vi utor, vim infero, viribus premo, cogo;* seq. accusativo rei et personae, Hom. Iliad. 22, 229. Sir. 4, 26. 2 Macc. 14, 41 θύραν βιαζόμενοι. — Ioseph. ant. 4, 6. 10 τοὺς νόμους. ibid. 4, 6. 5 τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν. — vim inferre mulieri, Esth. 7, 8. Palaeph. de incred. 5. coll. Deut. 22, 25. 28. — seq. infinitivo, Exod. 19, 24. Aelian. V. H. 13, 32. Ioseph. de bello Iud. 1, 31. 4 σοβαρὸς εἶναι τὸ πρόσωπον ἐβιάζετο, er zwang sich, noch äusserlich hochfahrend zu seyn. — Βιάζεσθαί τινα, etiam est: precibus vel persuasoriis aliquem cogere, ut aliquid contra suam voluntatem faciat, et de honestis quoque rebus usurpatur, Gen. 33, 11. Iud. 19, 7. (ibid. 13, 15 in textu Alex.) Eurip. Alc. 1116. Aelian. V. H. 3, 17. Nicetas in Alexio Comn. 3, 3 ἐχρῆτο ἀποδείξεσι βιαζομέναις εἰς συγκατάθεσιν. — Βιάζεσθαι etiam *passive* legitur: *vim pati, vi premi, superari, cogi;* sic non solum aor. 1. pass. ἐβιάσθην, et particip. βιασθείς, ut Sir. 34, 21. Symm. Ies. 9, 5 πᾶσα βία ἐβιάσθη (hebr. סְאוֹן) ἐν σεισμῷ. Ioseph. ant. 5, 6. 7 βιασθεὶς, precibus permotus. Pind. nem. 9, 34 βιασθέντες λύᾳ. Sophocl. Oed. 524. sed etiam praesens et imperf., ut Hom. Iliad. 16, 102 βιάζετο γὰρ βελέεσσι. Ib. 15, 727. 11, 576. 589. Sophocl. Ant. 1060. Antiphon. 4. δ. §. 5 ὑπ᾽ ἐκείνου βιαζόμενος ἐξήμαρτον. — In N. T. bis: Matth. 11, 12 ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, i. e. regnum coeleste vim patitur, vi premitur, et homines violenti illud corripiunt, s. corripere conantur. Respicit Iesus ad sortem Ioannis cap. 11, 7 et ad persecutiones instantes, c. 16, 16—23 et 37—42. — Alii vertunt: regnum Dei potenter prorumpit, i. e. publice annuntiatur, videl. per Ioannem et Iesum; ita ut manifestatio s. inauguratio regni ipsa opponatur vaticiniis, quibus tantum praenuntiatum fuerat. — Luc. 16, 16 καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται, *at quisque vestrum* (Pharisaeorum v. 14) *vi adversus regnum Dei utitur, impetu hostili in illud fertur.* cf. v. 14 sq. (Herodian. 6, 5. 7 βιάζεσθαι εἴς τι, aliquid oppugnare. Xenoph. cyrop. 3, 3. 69 βιάζ. εἴσω, vi facta irrumpere.) Alii, quum βιάζ. εἴς τι de loco dictum saepe sit: vim adhibeo ut ingrediar, sive vi adhibita ingredior (Polyb. 1, 74. 5 εἰς τὴν παρεμβολήν. Demosth. de Halon. §. 32 εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος. Diodor. Sic. 15, 69. Arrian. exped. Al. M. 6, 9. 4), explicant: omnes magno fervore recipi student in regnum coel. Sed βιάζ. εἴς τι nonnisi hostili sensu dictum reperitur. *.

Βίαιος, αία, αιον, (a βία) *violentus, vehemens*, Act. 2, 2. (Exod. 14, 21. Ies. 59, 19. Sap. 19, 7. Antonin. 4, 5. 43.) *.

Βιαστής, οῦ, ὁ, (a βιάζω) *vi utens, violentus; vi irrumpens, praedator;* semel Matth. 11, 12 de quo loco vid. Ἁρπάζω. (Philo de agricult. p. 200 C. utitur hoc vocabulo ut adiectivo, ubi animum comparat cum navi agitatum ὑπὸ βιαστῶν καταπνεόντων εἰς αὐτὴν παθῶν καὶ ἀδικημάτων.)

Βιβλαρίδιον, ου, τό, (deminutiv. a βίβλος) *libellus;* forma rara pro βιβλίδιον, quae praeter Apoc. 10, 2. 8. 9. 10 etiam legitur apud Galen. Vol. 16. p. 5. coll. *Win.* Gramm. p. 89.

Βιβλίον, ου, τό, (deminutiv. a βίβλος) LXX pro סֵפֶר, 1) *liber, volumen*, Luc. 4, 17. 20. Io. 20, 30. 21, 25 et passim. Apoc. 6, 14 ὡς βιβλ. vid. Ἀποχωρίζω. — De codice vet. Hebr. 10, 7. coll. Ps. 40, 8. 1 Macc. 12, 9. 2 Macc. 8, 23. — 2) *litterae, epistola* (2 Sam. 11, 14. 1 Macc. 1, 44.) 2 Tim. 4, 13. — *documentum scriptum, scheda*, Matth. 19, 7. Marc. 10, 4 βιβλίον ἀποστασίου (Deut. 24, 1. 3) libellum repudii. — Βιβλίον ζωῆς, Apoc. 13, 8. (ubi in ed. vulg. βίβλῳ) 17, 8. 20, 12. 21, 27. vid. Βίβλος.

Βίβλος, ου, ἡ, 1) interior cortex vel papyri (Ioseph. ant. 2, 10. 2) vel philyrae, quo olim utebantur ad scribendum; — 2) *liber, volumen*, Marc. 12, 26. (3 Esdr. 7, 9.) Luc. 3, 4. 20, 42. Act. 1, 20. 7, 42. 19, 19. — *catalogus*, Matth. 1, 1. (סֵפֶר Gen. 5, 1. Neh. 7, 5.) — Βίβλος ζωῆς Hebraeis olim dicebatur catalogus viventium, quare etiam βίβλος ζώντων (Ps. 69, 29) dicitur, et expungi ex hoc libro erat: *morti tradi.* Exod. 32, 31. 32. Ps. 69, 29. Simul fingebant, Deum omnia fata hominis futura, etiam vitae terminum ab aeterno in eo praescripsisse; Ps. 139, 16. coll. Iob. 14, 5. Post exilium Babyl. loquebantur etiam de *libris iudicii* extremi, quibus omnia, quae homines fecerint, inscripta essent, Dan. 7, 10. 4 Esdr. 6, 20. qui libri etiam commemorantur Apoc. 20, 12. Ab his diversum putabant *librum vitae*, qui contineret catalogum eorum, quibus ζωὴ αἰώνιος destinata esset. Sic Dan. 12, 1. Phil. 4, 3 et Apoc. 3, 5. 20, 15. (22, 19 in edit. vulg.) Vid. etiam βιβλίον. Hic liber Apoc. 13, 8. 21, 27 agni s. Christi esse dicitur, nominaque inscripta putabantur ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, Apoc. 17, 8. coll. Ps. 139, 16. *.

Βιβρώσκω, perf. βέβρωκα, a themate obsoleto βρόω, *pasco me, comedo.* Semel in N. T. Io. 6, 13 βεβρωκόσιν. (Hom. Iliad. 22, 94. Ios. 5, 12. 1 Sam. 30, 12. Ezech. 18, 15. — Aliae formae apud LXX, ἐβρώθην, Iob. 5, 3. 18, 13. Lev. 19, 7. [in N. T. Luc. 22, 16 in cod. D. βρωθῇ pro πληρωθῇ.] — βρωθήσεται Ies. 28, 28 et saepius; βεβρωμένοι Ios. 9, 5. 12. βεβρῶσθαι 2 Macc. 2, 12. Vid. de hoc verbo

Buttmanni gramm. ampl. Vol. II. P. I. p. 41. *Rostii* gramm. p. 285.)

Βιθυνία, ας, ἡ, *Bithynia*, provincia Asiae minoris, adiacens ponto Euxino et Phrygiae, Act. 16, 7. 1 Petr. 1, 1.

Βίος, ου, ὁ, — LXX pro יָמִים, 1) *vita* quam vivimus, *vitae tempus*, Luc. 8, 14 ἡδοναὶ τοῦ βίου, voluptates vitae huius mundanae. 1 Tim. 2, 2 βίον διάγειν. 2 Tim. 2, 4. 1 Petr. 4, 3. (Iob. 7, 6. 8, 9. 10, 5. 20.) — 2) quae ad vitam sustinendam sunt necessaria (לֶחֶם Prov. 31, 14), *facultates, opes*, Marc. 12, 44. Luc. 8, 43. 15, 12. 30. 21, 4. (Thucyd. 1, 5. Cant. 8, 7. Prov. 31, 14. Esdr. 7, 26.) — *divitiae*, 1 Io. 2, 16. 3, 17. (Hesiod. op. 687. Ioseph. ant. 1, 20. 1.) *.

Βιόω, ῶ, aor. 1. ἐβίωσα, pro quo profani aor. 2. ἐβίων uti solent, (vid. *Rost*. gramm. p. 285. *Winer*. Gramm. p. 79.) (a βίος) *vivo* i. e. vitam transigo; 1 Petr. 4, 2 βιῶσαι χρόνον, tempus transigere. (Iob. 29, 18 πολὺν χρόνον βιώσω. Sap. 12, 23 ἐν ἀφροσύνῃ ζωῆς βιώσαντες. Sir. 40, 28 ζωὴν βιώσῃς. Prov. 7, 2.) **.

Βίωσις, εως, ἡ, *vita*, quatenus continetur actibus, *vivendi ratio*, s. mores, fata, instituta alicuius. Act. 26, 4. cf. Prol. Sir. ἔννομος βίωσις, vivendi ratio ex patriis legibus. Apud profanos non legitur.

Βιωτικός, ή, όν, (a βιόω) vitam habens, *ad vitam spectans*. Luc. 21, 34 μέριμναι βιωτικαί (Act. Thom. §. 36), curae s. desideria eorum, quae huius vitae sunt, e. g. honoris, divitiarum. 1 Cor. 6, 3. 4 βιώτικα κριτήρια, lites de rebus ad hanc vitam spectantibus, de rebus externis, quae opponuntur rebus et personis, de quibus in iudicio extremo sententia sit ferenda. (χρεῖα βιωτικά, Diod. 2, 29. — Phrynich. p. 354 Βιωτικόν· ἀειδὴς ἡ λέξις· λέγε οὖν χρήσιμον ἐν τῷ βίῳ. Ad quae *Lobeck*. p. 355 „βιωτικός primum offenditur apud Aristotel. hist. anim. 9, 17. — tum saepissime apud Philonem, Diodor., Polyb. et Plutarchum.") *.

Βλαβερός, ά, όν, (a βλάβη, noxa, damnum) *noxius*, 1 Tim. 6, 9. (Prov. 10, 26. Hesiod. op. 365. Xenoph. mem. 1, 3. 11.) **.

Βλάπτω, f. άψω, (a βλάβη, impedimentum, damnum) 1) offendiculo s. impedimento sum, (Sap. 10, 8. 18, 2. Tob. 12, 2. Ioseph. ant. 5, 5. 4.) — 2) *laedo, noceo*, τινά Marc. 16, 18. (Act. Thom. §. 32.) Luc. 4, 35 μηδὲν βλάψαν αὐτόν, nil eum laedens. (Ioseph. ant. 3, 8. 2 ὅπως — μηδὲν βλάπτηται. Anacr. 43, 9 ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων. coll. 2 Macc. 12, 22.) **.

Βλαστάνω, aor. 1. seriorum (vid. *Winer*. p. 80) ἐβλάστησα, (a βλαστή s. βλαστός, germen) 1) intransitive: *germino, progermino, frondesco*, Matth. 13, 26. Marc. 4, 27. Hebr. 9, 4. (Num. 17, 8. Ioel. 2, 22. Ies. 27, 6. Sir. 39, 13. — transitive: germinare facio, *produco*, Iac. 5, 18 ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς. (Num. 17, 8 ἐβλάστησε κάρυα, pro גָּמַל maturo. Gen. 1, 11 βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην. Sir. 24, 20.) *.

Βλάστος, ου, ὁ, *Blastus*, praefectus cubiculo Herodis, regis. Act. 12, 20.

Βλασφημέω, ῶ, f. ήσω, (a βλάσφημος) 1) *famam alterius laedo, facio ut male audiat*. Iob. 2, 7 βλασφημοῦσι τὸ καλὸν ὄνομα. — *Βλασφημέομαι, male audio, obtrectatur mihi*, Rom. 3, 8. 1 Cor. 10, 30. — βλασφημεῖται τὸ ὄνομά τινος, male audit aliquis, Rom. 2, 24. 1 Tim. 6, 1. Tit. 2, 5. 2 Petr. 2, 2. (Ies. 52, 5.) Rom. 14, 16 μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθόν, ne igitur causa obtrectationis sit bonum quod possidetis. — 2) *dictis contumeliosis aliquem proscindo, convicia dico, maledico*, sive ut 2 Macc. 12, 14 explicatur: λαλεῖν ἃ μὴ θέμις, a) absolute: Act. 13, 45. 18, 6. 1 Tim. 1, 20. 2 Petr. 2, 10. 12 ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες, per attractionem pro ταῦτα ἃ ἀγν. βλασφ. (2 Macc. 10, 34. 12, 14.) — contumeliose loqui in Deum, Matth. 9, 3. 26, 65. Io. 10, 36. 1 Petr. 4, 4. (2 Reg. 19, 4.) — Act. 26, 11 βλασφημεῖν intellige τὸν Χριστόν, convicia dicere in Christum. — Marc. 3, 28 βλασφημίαν βλασφημεῖν, convicia proferre — βλασφημούμενοι, conviciis proscindor, 1 Cor. 4, 13. — b) seq. accus. personae, Matth. 27, 39. Marc. 15, 29. Luc. 23, 39. Act. 19, 37. Tit. 3, 2. Iud. v. 8. 10. 1 Petr. 4, 14. Apoc. 13, 6. 16, 9. 16, 21. (2 Reg. 19, 22. Ioseph. ant. 4, 8. 6. 10. ib. 6, 9. 3.) — c) seq. εἴς τινα, loqui in alicuius contumeliam, Marc. 3, 29. Luc. 12, 10. 22, 65. (2 Reg. 19, 6. Drac. v. 9. Ioseph. de bell. 2, 17. 1. Demosth. 1229, 5.) **.

Βλασφημία, ας, ἡ, (a βλάσφημος) 1) *laesio famae, infamia*, böse Nachrede, Apoc. 2, 9 τὴν βλασφημίαν ἐκ τῶν λεγόντων, infamiam quae tibi infertur ab illis. (Polyb. 11, 5. 8.) — 2) *convicium, maledictum, contumeliose dictum*, Matth. 12, 31. 15, 19. Marc. 3, 28. 14, 64. Io. 10, 33. 1 Tim. 6, 4. Iud. v. 9. Apoc. 13, 5. — βλασφημίας, verba quibus inest βλασφημία, Marc. 2, 7. Luc. 5, 21. — consuetudo conviciandi, Marc. 7, 22. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. — ὀνόματα βλασφημίας i. q. βλάσφημα, Apoc. 13, 1. 17, 3. — sequente genitivo obiecti, Matth. 12, 31 ἡ τοῦ πνεύματος βλασφ. convicium in spiritum (Vid. *Win*. Gramm. p. 171.) — seq. πρός, Apoc. 13, 6 πρὸς τὸν θεόν. (Dan. 3, 29 κατὰ τοῦ θεοῦ.) — seq. εἴς τινα, Act. 6, 11 βλασφημίας in codd. pro βλάσφημα. 2 Macc. 8, 4 εἴς τινα, et Ioseph. ant. 3, 14. 3.) — seq. genitivo auctoris, Matth. 26, 65. (Ezech. 35, 12.) *.

Βλάσφημος, ου, (a βλάπτω et φημή) 1) famam laedens; — 2) *contumeliosus, convicium continens*, Act. 6, 11 ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν. [ib. v. 13.] — 2 Petr. 2, 11 βλάσφημος κρίσις, sententia qua contumelia obruebantur. — ὁ βλάσφημος, maledicus, conviciis proscindens, 1 Tim. 1, 13. 2 Tim. 3, 2. — (Ies. 66, 3. Sap. 1, 6. Sir. 3, 16. 2 Macc. 9, 28. 10, 4. 36.) **.

Βλέμμα, τος, τό, (a perf. pass. verbi βλέπω) vultus (Herod. 4, 5. 17.) — *adspectus*. Semel 2 Petr. 2, 8 βλέμματι iis, quae quotidie conspiciebat. Test. XII patr. (*Fabric*. cod. pseud. I, p. 529): mulieres διὰ τοῦ βλέμματος τὸν ἰὸν ἐνσπείρουσι, viris cupidinis venenum inserunt blande eos adspicientes.

Βλέπω, f. ψω, verbum Homero recentius, quod vel ducunt ab absoleta stirpe λάω, specto, vel a βάλλειν ὦπα, vultum mittere s. dirigere ad aliquid, — LXX pro רָאָה, פָּנָה, הִבִּיט, latinum *specto, video;* 1) propr. *vultum verto ad aliquid, specto;* a) ut Latinor. *specto* de situ urbium, aedificiorum, montium, vultum quasi versus aliam regionem vertentium, seq. κατά, πρός vel εἰς, Act. 27, 17 λιμένα, βλέποντα κατὰ Λίβα. (LXX saepissime Num. 21, 20. 2 Chron. 4, 4. Ezech. 8, 3. 9, 2. 11, 1 τὴν πύλην, τὴν βλέπουσαν κατὰ ἀνατολάς. 40, 6. 21 — 24. 46 — 48. Item apud profanos βλέπειν seq. πρός, Herodian. 6, 5. 2. Diog. Laërt. 1, 2. Xenoph. mem. 3, 8. 9.) — b) vultum verto ad aliquid ut spectem, *oculos coniicio in aliquid, specto, intueor*, ich blicke hin auf etwas; α) *oculis*, seq. εἰς, Luc. 9, 62 βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω, retro spectare. (Gen 19, 17 περιβλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω.) Act. 13, 4 βλέψον εἰς ἡμᾶς, adspice nos. (Sir. 40, 29. Xenoph. anab. 4, 1. 20.) Io. 13, 23 ἔβλεπον εἰς ἀλλήλους, alii alios intuebantur. — β) mentem adverto ad aliquid, *mente intueor, video, attendo;* Marc. 13, 23. 33 βλέπετε, attendite, oculos attendite ad praevidendas calamitates instantes. — seq. accusativo obiecti, Marc. 13, 9 βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς, attendite autem ipsi ad vos; sensus: providete etiam vos vestrae saluti. 1 Cor. 1, 26 βλέπετε τὴν κλῆσιν ὑμῶν. 10, 18. 2 Cor. 10, 7. Phil. 3, 2. — seq. εἰς, Matth. 22, 16 βλέπων εἰς πρόσωπόν τινος, intueri alicuius conditionem externam; Vid. Πρόσωπον. (Polyb. 3, 64. 10 βλέποντες εἰς τὴν αὐτοῦ παρουσίαν. Ioseph. ant. 1, 3. 1 πρὸς ἀρετὴν βλέποντες.) — Βλέπειν μή, videre ne, i. e. cavere ne, Matth. 24, 4. Marc. 13, 5. Luc. 21, 8. Act. 13, 40. 1 Cor. 8, 9. 10, 12. Gal. 5, 15. Col. 2, 8. Hebr. 3, 12. 12, 25. (Vid. Ὁράω.) — seq. πῶς, vel τί, Marc. 4, 24. Luc. 8, 18. 1 Cor. 3, 10. Eph. 5, 15. — Βλέπειν seq. ἵνα, attendere ut aliquid fiat; sensus: curam gerere, ut; 1 Cor. 16, 10. Col. 4, 17. 2 Io. v. 8 βλέπετε ἑαυτούς, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν, attendite vobis, ne perdamus. (Sic hebr. רָאָה Gen. 39, 23. Ps. 37, 37. 1 Reg. 12, 16. — Βλέπειν ἀπό τινος, vultum avertere ab aliqua re, i. e. eam *aversari, fugere*, sensus: sibi cavere ab aliqua re, i. q. apud profanos φυλάττειν ἀπό τινος, Marc. 8, 15. 12, 38. — 2) *video*, i. e. *conspicio, ich erblicke*, a) de iis quae oculorum usu percipimus; (quae enim b. Tittmannus in libro de synonymis N. T. I. p. 111 sqq. de discrimine inter βλέπειν et ὁρᾶν nimis subtiliter disputavit, ea arguta magis quam vera sunt.) Matth. 11, 4. 13, 17. 14, 30 βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον, nimirum aquas turbantem. 15, 31. 24, 2. Marc. 5, 31. 8, 23 sq. Luc. 2, 44. 10, 23 sq. Io. 1, 39. 5, 19. Rom. 8, 24. 25 et passim. — Act. 1, 19 βλεπόντων αὐτῶν, ipsis conspicientibus, in eorum conspectu. Apoc. 1, 12 ἐπέβλεψα βλέπειν τὴν φωνήν, i. e. ut conspice-

rem vocis auctorem. Apoc. 16, 15 *ἵνα μὴ — βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ*, ne homines conspiciant pudenda eius. — *Βλέπειν* in visionibus, Apoc. 1, 11. [6, 1. 3. 5. 7.] (*ὁ βλέπων*, vates, 1 Sam. 9, 9.) — *Βλέπειν τὸ βιβλίον* pro *εἰςβλέπειν*, inspicere librum, Apoc. 5, 3. 4. — *Τὸ βλεπόμενον, quod conspicitur, conspici potest; spectabile*, ubi opponitur ei, quod non est, Hebr. 11, 3 *τὰ βλεπόμενα*, sive (quam lectionem Griesb. commendavit) *τὸ βλεπόμενον*, adspectabile, i. q. *τὸ φαινόμενον*. *Praesens, quod in conspectu est*, ubi opponitur futuro, quod conspici nondum potest, Rom. 8, 24 *ἐλπὶς δὲ βλεπομένη οὐκ ἔστιν ἐλπίς*, spes (res promissa) si iam conspicitur, praesens est, non amplius est spes (res futura). 2 Cor. 4, 18 *τὰ βλεπόμενα*, spectabilia, id est res praesentes huius vitae. Hebr. 11, 1 *πραγμάτων οὐ βλεπομένων*, rerum quae non conspiciuntur, non iam praesentia sunt. ib. v. 7. — b) ***mente video***, i. e. ***intelligo***; in formula: *βλέποντες οὐ βλέπουσι*, videntes (intellectum habentes) nil intelligunt; Matth. 13, 13. Luc. 8, 10. (Ies. 6, 9. Ezech. 12, 2.) Io. 9, 39 *ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται*, ut nil videntes (indocti) verum intelligant, qui vero videre, sapere sibi videntur, ignorantia laborantes deprehendantur. Hebr. 10, 25. — 3) ***visum, videndi facultatem habeo, cernere possum***; Matth. 12, 22 *ὥστε τὸν τυφλὸν βλέπειν*. 13, 16 *ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὅτι βλέπουσι*, sensus: o vos felices quibus cognitio rerum divinarum concessa est. 15, 31. Marc. 8, 18. Io. 9, 7. 15. 19. 21. 25. Act. 9, 8 *οὐδένα ἔβλεπε*, neminem comitum cernere potuit. v. 9 *μὴ βλέπων*, videndi facultate privatus. Rom. 11, 8 *ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν*, oculos ad videndum ineptos, i. e. mentem ineptam ad intelligendum. ib. v. 10. Apoc. 3, 18. *ἵνα βλέπῃς*, ut visum recuperes. 9, 20. (1 Sam. 3, 2. 4, 15. Dan. 5, 23. Exod. 4, 11. 23, 8. Ps. 69, 23. Ierem. 5, 21.) — Neque aliter dicitur Deus *βλέπειν ἐν τῷ κρυπτῷ*, in tenebris videre, ubi homo nihil conspicit, Matth. 6, 4. 16. 18. coll. Ps. 139, 6. — *Τὸ βλέπειν, facultas videndi*, Luc. 7, 21. — *Βλέποντες βλέψετε*, facultate videndi praediti quidem eritis, Matth. 13, 14. Marc. 4, 12. Act. 28, 26. (Ies. 6, 9). — 4) Ex adiuncto: videndo cognovi, i. e. *scio, cognosco*, etiam *experior*, de iis, quae usu cognovimus; Rom. 7, 23. 2 Cor. 12, 6 *ὑπὲρ ὃ βλέπει με*, ne maiorem me habeat, quam me esse experitur. Hebr. 2, 9 *βλέπομεν ἐστεφανωμένον*, scimus coronatum. Apoc. 17, 8 *βλεπόντων*, (text. vulg. *βλέποντες*) *τὸ θηρίον ὅτι ἦν*, experti bestiam quidem extitisse, nunc autem non adesse. (Ierem. 20, 18 *βλέπειν κόπους καὶ πόνους*. Thren. 3, 1 *βλέπειν πτωχείαν*. Hebr. רָאָה Ies. 5, 19. Cohel. 1, 16. 3, 13. Ioseph. ant. 6, 10. 2 *Δαυΐδης διευπραγῶν ἐβλέπετο*.) — *Βλέπειν* seq. *ὅτι*, 2 Cor. 7, 8. Hebr. 3, 19. Iac. 2, 22. Apoc. 17, 8 ubi Griesb. commendavit lectionem *βλεπόντων, ὅτι ἦν τὸ θηρίον*. — 5) *Βλέπειν τὸ πρόσωπόν τινος*, propr. adspicere faciem alicuius, locutio Hebraeorum de regum amicis, quibus licet conclave regium et regem adire; ergo ***interioris admissionis esse***; 2 Reg. 25, 19. Esth. 1, 14. coll. Exod. 33, 11. Deut. 34, 10. Ier. 52, 25. — In N. T. de angelis, quibus aditus patet ad Dei conclave, de angelis interioris admissionis, Matth. 18, 10.

Βλητέον, (verbale a *βάλλω*, vocabulum forma neutra tantum obvium, *βλητέον* intellige *ἐστί*) *iaciendum*, seq. accusativo rei. Verbalia in *τέος* desinentia necessitatem inferunt. Vid. Rostii gramm. gr. §. 81. — Legitur Marc. 2, 22 et Luc. 5, 38. (Basil. M. Vol. I. p. 137 C.) *.

Βοανεργές, Boanerges, vocabulum aramaicum, quod Marcus ipse c. 3, 17 explicat *υἱοὺς βροντῆς*, *filios tonitru*. Est hebr. בְּנֵי רֶגֶשׁ filii strepitus (*σεισμοῦ* Ezech. 3, 13. Ier. 10, 22.) vel syriacum ܒܢܝ ܪܓܫܐ, filii tonitru, quod Galilaei secuti pronuntiationem agrestem, בֳּנֵי pro בְּנֵי, et deinde *α* in *οα* mutata, *βοανεργές* pronuntiarunt. Sensus videtur esse: *homines fervidi, impetuosi*. cf. Luc. 9, 54.

Δεσμός, οῦ, ὁ, (a δέω) 1) *ligamentum;* in N. T. de morbo membra corporis constringente, Marc. 7, 35. Luc. 13, 16. coll. v. 11. Iud. 15, 13. (Dan. 4, 12.) — Pluralis et οἱ δεσμοί, et τὰ δεσμά. — Pluralis οἱ δεσμοί, *vincula, carcer*, legitur Phil. 1, 7. 13. 14. 16. Coloss. 4, 18. 2 Tim. 2, 9. Hebr. 11, 36. (c. 10, 34 in edit. vulg.) Iud. v. 6. Philem. v. 10. 13 δεσμοὶ τοῦ εὐαγγελίου captivitas propter evangelii praedicationem. (Iudd. 15, 14. Iob. 39, 5. Ps. 2, 3. Ier. 27, 1. Ies. 42, 7 ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν.) — Pluralis Atticorum τὰ δεσμά (de quo vid. *Winer*. Gramm. p. 62) nonnisi in Lucae scriptis, eadem significatione, habetur, Luc. 8, 29. Act. 16, 26. 20, 23. [22, 30.] 23, 29. 26, 29. 31. (3 Macc. 6, 27.) Moeris Attic. δεσμά, οὐδετέρως, Ἀττικῶς. δεσμοί, ἀρσενικῶς, Ἑλληνικῶς. *.

Δεσμοφύλαξ, ακος, ὁ, *carceris* sive *vinctorum custos*, Act. 16, 23. 27. 36. — Gen. 39, 21 — 23 ἀρχιδεσμοφύλαξ. (Ioseph. ant. 2, 5. 1.) *.

Δεσμωτήριον, ου, τό, (a δεσμόω, vincio, vinctum in carcerem coniicio) *carcer*, Matth. 11, 2. Act. 5, 21. 23. 16, 26. coll. Gen. 40, 3. 39, 22. בֵּית־הַסֹּהַר. *.

Δεσμώτης, ου, ὁ, (a δεσμόω) *vinctus, captivus*, Act. 27, 1. 42. (Gen. 39, 20. Bar. 1, 9. Ioseph. ant. 2, 5. 1.) *.

Δεσπότης, ου, ὁ, (quod ducunt a δέος et ποιέω, reverentiam facio) LXX pro אָדוֹן, — 1) *herus;* 1 Tim. 6, 1. 2. Tit. 2, 9. 1 Petr. 2, 18. (Prov. 17, 2. 22, 7. Sap. 18, 11. Ioseph. ant. 1, 10. 4.) — *summus dominus*. Ita et Deus κατ' ἐξοχήν dicitur δεσπότης, Luc. 2, 29. Act. 4, 24. Apoc. 6, 10. (Iob. 5, 8. (אֱלֹהִים) Prov. 29, 26. (יְהוָה) Sap. 6, 7. 8, 3. Ies. 1, 24. 3, 1. Gen. 15, 2. 8. Ier. 4, 10. Ioseph. ant. 1, 3. 1. ib. 5, 1. 13.) — etiam Christus, ut caput ecclesiae a Deo constitutus, 2 Petr. 2, 1. Iud. v. 4. — 2) dominus, *possessor*, 2 Tim. 2, 21 εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, utile possessori suo. (Theophyl. epist. 19 δεσπότης χρημάτων.) *.

Δεῦρο, (quod ducunt a θέω, curro, et ἄρα, veni igitur) adverb. 1) *loci*, a) huc, hunc in locum; (Ioseph. ant. 2, 6. 3 ἡμεῖς δεῦρο ἤλθομεν.) — b) adhortantis est, et usurpatur, si unus, non plures, adhortamur; — LXX pro לֵךְ, לְכָה, לְכָה, α) *agedum, veni, accede*, Matth. 19, 21 δεῦρο, ἀκολούθει μοι. Marc. 10, 21. Luc. 18, 22. Act. 7, 34. Apoc. 17, 1. 21, 9. — Io. 11, 43 δεῦρο ἔξω, egredere! (Gen. 19, 32. Exod. 3, 10. Iud. 4, 22. 1 Sam. 16, 1. 20, 21. 2 Sam. 15, 22. — δεῦρο μετ' ἐμοῦ, 1 Reg. 13, 15. Num. 10, 29. 2 Reg. 6, 3.) — β) seq. εἰς: *abi;* Act. 7, 3 ἐλθὲ — καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν. (2 Reg. 5, 19 δεῦρο εἰς εἰρήνην. 1 Reg. 1, 53 δεῦρο εἰς τὸν οἶκόν σου. 2 Reg. 9, 1.) — 2) *temporis: nunc;* Rom. 1, 13 ἄχρι τοῦ δεῦρο, ad hunc usque diem. (Ioseph.

ant. 7, 9. 5 *μέχρι δεῦρο.* ib. 4, 8. 2 med. Plutarch. vit. Pomp. c. 24.) *.

Δεῦτε, LXX pro לְכוּ et aliquoties pro בּוֹא et הָבָה, adverb. quod usurpatur si plures alloquimur, *venite, adeste!* Ponitur in N. T. a) simpliciter, *δεῦτε*, ubi est vel vocantis: *venite huc*, Matth. 25, 34. 28, 6. Io. 4, 29. Apoc. 19, 17. (Dan. 3, 26 *ἐξέλθετε καὶ δεῦτε.* Ies. 56, 9. 2 Reg. 6, 13. 7, 14.) vel simpliciter adhortantis: *agite!* Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 20, 14. Io. 21, 12. Gen. 11, 3. 4. 37, 20. 27. Ies. 51, 10. Sap. 2, 6.) — b) *δεῦτε ὀπίσω μου*, venite post me, adeste pone me, me sequamini, Matth. 4, 19. Marc. 1, 17. (2 Reg. 6, 19.) — c) *δεῦτε πρός με*, accedite ad me, Matth. 11, 28. — d) *δεῦτε εἰς, venite ad*, Matth. 22, 4. *abite ad*, Marc. 6, 31. *.

Δευτεραῖος, αία, αῖον, (a *δεύτερος*) dicitur is, qui *secundo die* venit, fecit etc. Semel Act. 28, 13 *δευτεραῖοι ἤλθομεν*, secundo, postero die venimus. (Saepius apud profanos. Ioseph. ant. 1, 10. 1 *δευτεραίους γενομένους.* Xenoph. cyrop. 5, 2. 2 *δευτεραῖοι γίγνονται πρός*, altero die veniunt ad. Polyb. 2, 70. 4. Numeralia in *αῖος* Graecis dierum intervallum indicare solent, ut *δεκαταῖος*, decem dierum, *δωδεκαταῖος, τεταρταῖος.*)

Δευτερόπρωτος, ον, nonnisi Luc. 6, 1 habetur, estque compositum ex *δεύτερος* et *πρῶτος*, itaque: *secundo primus*, der *zweiterste*, ut apud Hieron. in Ezech. c. 45 *δευτεροδεκάτη*, die zweitzehnte. Vid. *Winer*. Gramm. p. 92. In explicando hoc verbo interpretes in varias abierunt partes, quorum opiniones nuper recensuit *Lübkert* in den theolog. Studien und Kritiken, Jahrg. 1835 p. 664 sqq. *Wetstenius: ἐν σαββ. δευτεροπρ.* explicat: primo sabbato mensis secundi. Alii, et plurimi, praeeunte Scaligero: *σαββάτῳ πρώτῳ ἀπὸ δευτέρας* (intell. *ἡμέρας*) *ἀπὸ τοῦ πάσχα*, sabbato primo post secundum diem Paschatos; numerabant enim Iudaei a die secundo Paschatos usque ad Pentecosten septem hebdomades et totidem sabbata. cf. Levit 23, 15. *Kaiser* (progr. I. de linguae aram. usu etc. Erl. 1823. p. 21) putat: „in fonte aramaico Lucae scriptum fuisse: בְּשַׁבְּתָא דְתִנְיָן קַדְמָאָה, *sabbato, quod secundo aliquo prius est*, ut evenisse rem v. 1 — 5 narratam duorum festorum, qui immediate concurrebant, priori, historiam a v. 6 — 11 enarratam die posteriori. Sabbatum enim secundum nostram computandi rationem ab hora sexta vespertina cepisse initium, ut adeo eodem die omnia haec evenire potuissent.“ — At et *δεύτερος* et *πρῶτος* ad unum idemque sabbatum referatur necesse est, et indicat Lucas sabbatum, quod ratione diversarum rerum et primum et vero etiam secundum dici poterat. Est vero sabbatum post festum Paschatos primum. *Secundum* dicit, quia post illud sabbatum, quod in ipsos Paschatos dies incidebat quodque primum erat, secundum profecto fuit; *πρῶτον* vero appellat ratione festi Paschatos, quia *post Pascha* primum erat. Vertendum igitur est: *sabbato secundo, post festum Paschatos primo*, sive *proximo*.

Δεύτερος, α, ον, secundus, alter, posterior, quum numero Matth. 22, 26. Io. 4, 54. [Act. 13, 33.] Tit. 3, 10. tum loco et ordine Matth. 22, 39. Luc. 19, 18. Act. 12, 10. 1 Cor. 15, 47 (*ὁ δεύτερος ἄνθρωπος*, vid. *Ἀδάμ*). Hebr. 8, 7. 9, 7. 10, 9. Apoc. 2, 11. et passim. 2 Cor. 1, 15 *δευτ. χάρις* secundum gaudium, non, ut antea, ex Apostoli scripto, sed ex ipsius adventu percipiendum. — *ἐκ δευτέρου, secundo, secunda vice*, Matth. 26, 42. Marc. 14, 72. Io. 9, 24. Act. 10, 15. 11, 9. Hebr. 9, 28. (Ier. 1, 13 שֵׁנִית. Ios. 5, 2.) — *τὸ δεύτερον*, 2 Cor. 13, 2. Iud. v. 5. secunda vice. — Act. 7, 13 *ἐν τῷ δευτέρῳ*, altera vice. — *Δεύτερον* adverbialiter: *secunda vice*, Io. 3, 4. 21, 16. Hebr. 9, 28. Apoc. 19, 3. (Gen. 22, 15. 27, 36.) — *secundo loco*, 1 Cor. 12, 28 *πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδ.*

Δέχομαι, aor. 1. *ἐδεξάμην*, perf. pass. *δέδεγμαι*, (significatione medii: excepi, Act. 8, 14. Pind. Py. 1, 195. vid. *Winer*. Gramm. §. 40. no. 3.) (a stirpe obsoleta *δέκω*, porrigo et capio), verb. depon. med., — LXX maxime pro לָקַח, etiam pro רָצָה, — 1) *capio, sumo, ich fasse, ergreife, nehme*, a) propr. Luc. 16, 6. 7 *δέξαι σου τὸ γράμμα.* 22, 17 *δεξάμενος ποτήριον.* Eph. 6, 17. (2 Chron. 29, 16. 22. 30, 16.) — b) de loco: *occupo*, Act. 3, 21 *οὐρανὸν δέξασθαι*, coelum occupare, i. e. imperium summum accipere. (Eurip. Alcest. v. 817 *δέξασθαι δόμοις.*) — 2) *recipio, excipio, ich nehme an, nehme auf;* a) propr. Luc. 2, 28 *δέχ. τινα εἰς τὰς ἀγκάλας.* Act. 7, 59 *δέξαι τὸ πνεῦμά μου*, intellige: in coelum. — *δέχεσθαί τινα εἰς τὸν οἶκον*, Luc. 16, 4. 9. (Arrian. diss. epict. 3, 26 *ἵνα μηδεὶς σ᾽ εἰς οἰκίαν θέλῃ δέξασθαι.*) — *hospitio excipio* aliquem (plene *δέχ. τινα ξενίᾳ*, Ioseph. ant. 4, 6. 2), Matth. 10, 14. 40. 41. Marc. 6, 11. Luc. 9, 5. 53. 10, 8. 10. Col. 4, 10. Hebr. 11, 31. (Xenoph. anab. 5, 6. 2.) — Luc. 9, 11 *δεξάμενος αὐτούς*, admisit populum in domum ubi versabatur. — Io. 4, 45 *ἐδέξαντο αὐτόν*, vel: hospitio exceperunt eum, vel: doctorem admiserunt, fidem ei habuerunt. — Adiuncta notione procurationis, *δέχ. παιδίον*, Matth. 18, 5. Marc. 9, 37. Luc. 9, 48. — Addito modo, quo excipitur aliquis, Act. 21, 17 *ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς.* 2 Cor. 7, 15. Gal. 4, 14. — b) ex adiuncto: *fero aliquem;* 2 Cor. 11, 16 *ὡς ἄφρονα δέξασθέ με*, ferte me quasi stultum. (Gen. 50, 17 *δέξαι τὴν ἀδικίαν*, hebr. נְשָׂא, fer i. e. ne punias. Hom. Od. 20, 271. Aelian. V. H. 3, 26.) — c) ad animum si transfertur, est: animo recipio, s. capio i. e. *admitto, amplector, pro vero habeo;* Matth. 11, 14. 1 Cor. 2, 14 *τὰ τοῦ πνεύματος.* 2 Cor. 8, 17 *τὴν παράκλησιν.* 2 Thess. 2, 10 *τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας.* (Ier. 2, 30. 5, 3 *παιδείαν.* Anton. 6, 30 *διαβολὰς οὐκ ἐδέχετο.* Herodian. 1, 4. 20. Thucyd. 4, 16.) — *τὸν λόγον, doctrinam admittere, fidem ei habere*, Luc. 8, 13. Act. 8, 14. 11, 1. 17, 11. 1 Thess. 1, 6. 2, 13. Iac. 1, 21. (Prov. 2, 1. 4, 10. 10, 8. Ioseph. ant. 1, 13. 4.) — 3) intransitive: *accipio, particeps fio;* Marc. 10, 15 *τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.* Luc. 18, 17. Act. 7, 38 *ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα δοῦναι ἡμῖν*, qui a Deo accepit saluberrima praecepta, ut nobis traderet. Act. 22, 5 *ἐπιστολάς.* c. 28, 21. 2 Cor. 6, 1 *χάριν.* [8, 4.] Phil. 4, 18. (Gen. 33, 10. Exod. 29, 25. Hom. Iliad. 19, 290. Xenoph. cyrop. 1, 4. 10.) *.

Δέω, aor. *ἔδησα*, partic. perf. *δεδεκώς* (Act. 22, 29), perf. pass. *δέδεμαι*, inf. aor. pass. *δεθῆναι* (Act. 21, 33.) — LXX pro אָסַר, et aliquoties pro קָשַׁר, — 1) *ligo, colligo;* a) *δέω τι*, ligo aliquid, *δέω τι εἰς δέσμας*, in fasciculos colligo, Matth. 13, 30. Act. 10, 11 *σκεῦος, ὡς ὀθόνην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον*, quatuor laciniis colligatum. — *δέω τι ἔν τινι, ligo aliquid aliqua re*, Io. 19, 40 *ἔδησαν αὐτὸ* (*τὸ σῶμα*) *ἐν ὀθονίοις*, circumligabant corpus etc. (Sic קָשַׁר Gen. 38, 28.) — *δέω τινα* — omisso *ἐν*, Io. 11, 44 *δεδεμένος τοὺς πόδας κειρίαις.* — b) *δέω τινά τινι, vincio aliquem, vinculis constringo; ἁλύσεσι*, Marc. 5, 3. 4. Act. 12, 6. 21, 33. (2 Chron. 36, 6. Ezech. 27, 24. Sap. 17, 17. — *ἔν τινι*, Iudic. 16, 7. 8. 15, 13.) — *δέω τινά* simpliciter, omisso nomine vinculi, *vinculis constringo*, Matth. 12, 29. 14, 3. 22, 13 *δήσαντες αὐτοῦ πόδας.* 27, 2. Marc. 3, 27. 6, 17 *ἔδησεν αὐτὸν ἐν φυλακῇ*, ex *βραχυλογίᾳ*: vinctum in carcerem coniecit. 15, 1. Io. 18, 12. Act. 9, 14. 21, 11. 13. 22, 29. 27, 2. Apoc. 20, 2. (Gen. 42, 24. Iudic. 15, 12. Tob. 8, 3.) — Inde *δέδεμαι, in vinculis sum*, Marc. 15, 7. Io. 18, 24. Act. 9, 2. 21. 22, 5. 24, 27. Col. 4, 3. 2 Tim. 2, 9 *ἀλλ᾽ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐ δέδεται*, sed doctrina divina vinculis non tenetur, quum ego iis tenear. Apoc. 9, 14. (Ies. 42, 7.) — c) tropice: Luc. 13, 16 *ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς*, quam morbo ligavit Satan. Putabantur enim daemones impedire liberum usum alicuius partis corporis, quae igitur quasi ligata, constricta cogitabatur a daemone. — 2) ut Latinor. *ligo* etiam dicitur pro: arcte coniungo, ita etiam *δέω* est: *alligo, ligando iungo*, a) propr. *δεδεμένος*, alligatus, Matth. 21, 2. Marc. 11, 2. 4. Luc. 19, 30. (2 Reg. 7, 10. Iud. 15, 4.) — b) tropice de societate, consortio; *α*) *coniungo mihi, ad societatem admitto;* Matth. 16, 19. 18, 18 ubi *δέω* est: colligo in coetum christianum, et oppositum *λύω*, separo a coetu, eiicio ex eo, et sensus est: quoscunque vos, apostoli, in coetum salvandorum admiseritis, ii admissi iudicabuntur, eorum admissio rata fiet in coelo. Idem dicitur imagine *clavis* regni coelorum (coll. Ies. 22, 22. Apoc. 3, 7), quae non solum claudit sed etiam aperit portam ad societatem salvandorum. Alii *δέω* ex usu אָסַר in lingua chald., ubi est etiam arceo, defendo, explicant: *arceo*, excludo aliquem e consortio, quod vero potius est *λύειν*, quod iam vi oppositionis significare deberet: admitto ad societatem, quae autem significatio probari vix poterit. Vid. *Λύω*. Alii *δέω* et *λύω* hic ad peccatorum condonationem referunt, ut *δέειν* sit: iubere vinciri, i. e. reum pronuntiare. (Ioseph. de bell. 1, 5. 2 *διώκειν τε καὶ κατάγειν οὓς ἐθέλοιεν, λύειν τε καὶ δεῖν.*) — *β*) *δέδεμαί τινι, adstrictus sum alicui,*

obstrictus sum alicui; γυνὴ τῷ ἀνδρὶ δέδεται, Rom. 7, 2. — δέδεμαι γυναικί, 1 Cor. 7, 27. — δεδεμένος τῷ πνεύματι intellige ἁγίῳ, obstrictus spiritui s., i. e. dictamini spiritus sancti necessario parens. (Xenoph. cyrop. 5, 1. 12: amore captos dicit δεδεμένους ἰσχυροτέρᾳ τινὶ ἀνάγκῃ, ἢ εἰ ἐν σιδήρῳ ἐδέδεντο. Pindar. Pyth. 3, 96 κέρδει καὶ σοφία δέδεται. Philo de charit. p. 700: ἄνθρωπος ὢν δεδεμένος σώματι φθαρτῷ.) *.

Δή, particula, quam ex ἤδη, abiecta litera ἡ, natam putant, de cuius usu apud profanos vid. *Hartung* doctrina de particulis graecis, Vol. I. p. 245 sqq. coll. *Rost.* gramm. gr. §. 133, 3. — Pertinet haec particula ad verbum proxime antecedens ita, ut indicet, aliquid in se spectari, nulla ratione alterius habita, sine limitatione per aliud. Latini nullam habent particulam, quae δή apprime respondeat. — Legitur in N. T. a) cum relativo, ubi subiectum ex aliis quasi eximit, sie hebt es über andere heraus, et respondet fere nostro: *eben, gerade;* Matth. 13, 23 ὃς δὴ καρποφορεῖ, et hic *igitur*, hic *quidem*, fructus fert. Δή enim hic eximit τὸν ἀκούοντα τὸν λόγον ex eorum numero, quos v. 19—22 commemoraverat; est igitur ὃς δή *dieser eben, dieser wenigstens.* (Iob. 15, 17 ἃ δὴ ἑώρακα. ib. 19, 19 οὓς δὴ ἠγαπήκειν, ii ipsi, quos dilligeram. Hom. Iliad. 1, 6. 6, 306. Palaeph. de incred. c. 29.) Alii δή vertunt hic: *sane, profecto*, ut 3 Macc. 2, 11. Iob. 6, 3. 23, 2 et apud profanos. Hom. Iliad. 1, 476. 18, 12. — b) cum verbis indicat, aliquid fieri, vel (in adhortatione) faciendum esse nulla habita ratione alterius rei, sine haesitatione (im raschen Verlauf), nostrum: *sofort, ohne Weiteres, geradehin;* 2 Cor. 12, 1 καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι· ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ὄψεις κυρίου, praedicare laudes meas nulla ratione habita rei, de qua glorior, das blosse Rühmen so gerade hin, non prodest mihi; nam (si pergo in narrando) veniam (progrediendum foret) ad ὀπτασίας domini, (quas commemorare nolo). Vult enim Apostolus, ut repetit v. 5, non beneficia domini in se collata, sed ἀσθενείας, ei Christi causa inflictas, commemorare. (Alii δή hic ironice intelligunt: *scilicet*, ut Iob. 19, 4 et apud profanos legitur. Aliter hunc locum enarravit *Winerus* in Gramm. gr. p. 424.) — In adhortationibus est nostrum: *sofort, ohne Weiteres*, ohne Zögern. fere latinum: *agedum, iam, igitur;* Luc. 2, 15 διέλθωμεν δή. Act. 13, 2. 15, 36. 1 Cor. 6, 2 δοξάζετε δὴ τὸν θεόν. (Gen. 18, 4. Iob. 6, 29. 12, 7. 19, 29. 22, 21. 2 Reg. 9, 12. Sir. 42, 15. 44, 1. Iudith. 13, 11. 3 Macc. 2, 10. 3, 13. Homer. Iliad. 24, 443. 6, 306 et apud profanos saepissime.) — Δήπου et Δήποτε, vid. suis locis. *.

Δῆλος, η, ον, *manifestus, perspicuus, clarus.* Matth. 26, 73. — 1 Cor. 15, 27 δῆλον intell. ἐστί, *patet, sequitur.* Gal. 3, 11. 1 Tim. 6, 7. (Palaeph. 40, 1. Philo de opif. m. p. 5.) *.

Δηλόω, ῶ, f. ώσω, (a δῆλος) LXX pro הוֹדִיעַ, הוֹרָה, *patefacio, manifestum facio.* De variis rebus dictum varie verti potest: de rebus praeteritis: *narro, certiorem facio*, 1 Cor. 1, 11. Coloss. 1, 8. (coll. 2 Macc. 2, 23. 7, 42. 10, 10. Esth. 2, 22. 2 Macc. 2, 23.) De rebus futuris: *annuntio, revelo*, 2 Petr. 1, 14. (1 Sam. 3, 21.) *in lucem protraho*, 1 Cor. 3, 13. Ies. 42, 9. — De rebus absconditis: *revelo, doceo*, Hebr. 9, 8. *indico*, 1 Petr. 1, 11. (Exod. 6, 3. Deut. 33, 10. Dan. 4, 15. Ps. 51, 6. 2 Chron. 6, 27. (Ioseph. ant. 5, 1. 2.) — De verbis est: *indicat, hanc vim habet, hoc dicit*, Hebr. 12, 27 τὸ δέ, ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ. (Ioseph. ant. 3, 7. 1 τὸν Μαναχασὴν λεγόμενον· βούλεται δὲ συνακτῆρα μὲν δηλοῦν. ib. 8, 2. 6: γράμματα δηλοῦντα τάδε, literae his verbis.) *.

Δημᾶς, ᾶ, ὁ, *Demas*, socius Pauli, de quo vid. Col. 4, 14. 2 Tim. 4, 10. Phil. v. 24. *.

Δημηγορέω, ῶ, (ex δημήγορος, orator pro concione loquens, quod est ex δῆμος, et ἀγορεύω in foro populo loquor) *concionor, ad concionem loquor.* Act. 12, 21. (Prov. 30, 31. Neh. 8, 6 in Aldina. Ioseph. ant. 8, 8. 4. ib. 9, 13. 1. 4 Macc. 5, 15.) ∴.

Δημήτριος, ου, ὁ, *Demetrius.* Duo commemorantur a) argentarius ephesinus, gentilis, Act. 19, 24. 38. — b) vir christianus, ignotus, 3 Io. v. 12. *.

Δημιουργός, οῦ ὁ, (ex δήμιος publicus, et verbo obsoleto ἔργω negotia gero) 1) publica opera faciens, negotia in commune commodum peragens; (Homer. Odyss. 19, 135.) — *artifex, opifex.* (Ioseph. ant. 3, 2. 18. δημιουργεῖν Sap. 15, 13. 2 Macc. 10, 2.) semel de Deo Hebr. 11, 10 ubi est *artifex, auctor*, δημιουργός (i. q. τεχνίτης) τῶν πάντων. (Ioseph. ant. 7, 14. 11 ὁ θεὸς δημιουργὸς ἀνθρωπίνων καὶ θείων. ib. 1, 7. 1 ὁ θεὸς ὁ δημ. τῶν ὅλων. Diog. Laërt. 7, 147. 2 Macc. 4, 1 κακῶν δημιουργός Onias.) **.

Δῆμος, ου, ὁ, (a δαμάω, domo, subigo) populus principi subiectus; populus, quatenus constituit rem publicam, quare satis differt a λαῷ, et potissimum dicitur de viris, civibus; *concio populi*, multitudo, quae in locum publicum convenit, Act. 12, 22. 19, 30 εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, in concionem populi se conferre. ib. v. 33.. (Homer. Iliad. 11, 704. 19, 324 et saepissime apud profanos. — LXX saepius pro מִשְׁפָּחָה, tribus, Num. 1, 20. 3, 20. 26, 12—50.) *.

Δημοσίᾳ, (dativ. a δημόσιος) adv. propr. coram populo convocato, i. e. *publice, palam*, Act. 16, 37. 18, 28. 20, 20 δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους publice et privatim, i. e. in locis publicis v. c. foro, synagoga, et in aedibus privatis. (2 Macc. 6, 10. 3 Macc. 2, 27. Ioseph. ant. 3, 2, 4 δημοσίᾳ καὶ κατ' ἰδίαν. ib. 4, 5. 3 λείαν πολλὴν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ πάντες εὐπόρησαν.) **.

Δημόσιος, ία, ον, (a δῆμος) *publicus*, usibus publicis inserviens; Act. 5, 18 ἐν τηρήσει δημοσίᾳ, in custodia publica. (Ioseph. ant. 3, 9. 4 δημοσίαι θυσίαι sacrificiis privatorum opponuntur. ib. 3, 10. 1.) *.

Δηνάριον, ου, τό, *denarius*, moneta argentea Romanorum, decem assibus constans, et octavam partem nostri imperialis, sive tres grossos, efficiens, Matth. 18, 28. 20, 2. 9. 10. 13. Marc. 6, 37. 14, 5. Luc. 7, 41. 10, 35. Io. 6, 7. 12, 5. Apoc. 6, 6. Denarium Iudaeis solvendum fuisse pro censu, docent Matth. 22, 19. Marc. 12, 15. Luc. 20, 24. *.

Δήποτε, (ex δή et ποτέ) adv. nostrum: nur jemals, *demum*. Io. 5, 4 ᾧ δήποτε νοσήματι, quocunque demum morbo. (Ioseph. ant. 4, 8. 23 καθ' ἃς δηποτοῦν αἰτίας. Hom. Iliad. 14, 234. Xenoph. cyrop. 3, 2. 26.) *.

Δήπου, (ex δή, et partic. enclit. πού) propr. nun, etwa wo, Hom. Iliad. 1, 161. Apud seriores: *utique, profecto.* Hebr. 2, 16. (Palaeph. 31, 3. Xenoph. cyrop. 1, 6. 7.) *.

Διά, praepositio, de qua vid., praeter Grammaticos, *Viger.* de graecae dict. idiot. p. 584 sqq. et ibid. *Hermann.* p. 856. et *Wineri* Gramm. p. 361 sqq. et 378. — LXX ea maxime utuntur pro בַּעֲבוּר, מֵאֵת, vel בְּ et מִן praefixis. Iungitur autem

1) *genitivo*, ubi respondet Latinor. *per*, nostro, *durch, hindurch*, indicatque transitum rei per aliquid. Ita dicitur

1) *proprie*, a) de *loco*, per quem aliquis s. aliquid transit; Matth. 2, 12 δι' ἄλλης ὁδοῦ, alia via, coll. Matth. 8, 28. Marc. 10. 1 διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου peragrans regionem etc. Marc. 11, 16 διὰ τοῦ ἱεροῦ, per templum, durch den Tempel hindurch. Act. 9, 25 διὰ τοῦ τείχους, per ianuam in muro, (ut Ioseph. ant. 5, 1. 2. coll. 2 Cor. 11, 33.) Act. 9, 32 διὰ πάντων intell. τόπων, per omnia loca. 2 Cor. 4, 15 διὰ τῶν πλειόνων, sese manifestans per quam plurimos homines. Eph. 4, 6 ὁ διὰ πάντων, per omnes operans. (coll. Ier. 23, 23. Act. Thom. §. 10 σύ, κύριε, ὁ ἐν πᾶσιν ὢν, καὶ διερχόμενος διὰ πάντων, καὶ ἐγκείμενος πᾶσι τοῖς ἔργοις σου.) Hebr. 9, 11. 12 Χριστὸς διὰ τῆς μείζονος σκηνῆς — εἰσῆλθεν εἰς τὰ ἅγια, Christus tentorium coeleste, (i. e. atrium et sanctum templi coelestis) peragrans intravit sanctum sanctorum. — Cum verbis exeundi: 1 Cor. 3, 15 σωθήσεται ὡς διὰ πυρός, servabitur per ignem quasi evadens, durch Feuer hindurchgehend. (Lib. Henoch. *Fabric.* cod. pseud. p. 191 ἐκφεύγειν δι' αἰῶνος, evadere per mediam perditorum turbam.) Matth. 4, 4 ἐκπορευόμενον διὰ στόματος θεοῦ, quod pronuntiatum per os Dei transit, i. e. quod iussu Dei gignitur. 1 Petr. 3, 20 διεσώθησαν δι' ὕδατος, per aquam, i. e. aquam transvecti navi. — Vid. etiam Matth. 7, 13. 12, 1. 43. 19, 24. Marc. 9, 30. Luc. 4, 30. 5, 19. Io. 10, 1. 2. Rom. 15, 28 δι' ὑμῶν, per vestram urbem. 1 Cor. 10, 1. Saepius. (Ios. 3, 2. 2 Chron. 23, 20. 32, 4.) — b) de *tempore*, α) in quod incidit aliquid, quo factum est, seinen Durchgangspunkt durch die Zeit, ubi Latini ablativo uti solent; διὰ τῆς νυκτός, *noctu;* Act. 5, 19. 16, 9. 17, 10. (Palaeph. 1 §. 10 καταβαίνοντες διὰ νυκτὸς εἰς τὰ πεδία.) — β) quod actione aliqua consumitur, quod igitur transit, dum agitur aliquid, *per, intra*, Matth. 26, 61 διὰ τριῶν ἡμερῶν, intra triduum. Marc. 14, 58. Act. 23, 31 διὰ τῆς

νυκτός, per noctem. Act. 1, 3 δι' ἡμερῶν τεσσαράκ. per quadraginta dies. Hebr. 2, 15 διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, per totam vitam. — διὰ παντός, *semper*, *continuo*, vid. Διαπαντός. (Sap. 11, 13 διὰ τῶν κολάσεων, dum cruciarentur ipsi. Xenoph. anab. 4, 6. 22 διὰ νυκτός, per totam noctem. mem. 1, 2. 61 διὰ παντὸς τοῦ βίου. Polyb. 37, 3. 2 διὰ ἡμέρας.) — γ) de tempore, quod transiit, vom vollendeten Durchgang einer Zeit, ubi est: *post*, *elapso*, *interiecto*; Marc. 2, 1 δι' ἡμερῶν, intell. τινῶν, post aliquot dies. Act. 24, 17 δι' ἐτῶν πλειόνων, pluribus annis elapsis. Gal. 2, 1. Vid. *Winer*. Gramm. p. 363. (LXX pro מִקֵּץ, Deut. 9, 11. 15, 1. Aelian. V. H. 13. 42 δι' ἐτῶν τριάκοντα. Xenoph. cyrop. 1, 4. 28 διὰ χρόνου, multo tempore elapso.)

2) *tropice* transfertur ad id, per quod aliquid fit, per quod, dum fit, quasi transit, *occasionem*, *adminiculum*, *rationem* vel *conditionem*, cuius interventu aliquid vel est, vel fit, gleichsam den Durchgang einer Sache durch das Mittel, die Veranlassung, wodurch sie wird, oder durch die Art des Werdens oder Seins. Est in eiusmodi locis etiam *per*, *interventu*. Ita διά a) cum *nominibus personarum*, quarum interventu aliquid fit, dum vel aliorum iussu aliquid peragunt, vel sua culpa aut suo beneficio, aut alio quocunque modo occasionem rei praebent; ergo: *per aliquem*, *interventu*, *culpa*, *beneficio alicuius*; Matth. 1, 22 τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου. 2, 5. 15. 23. Luc. 18, 31. Act. 2, 22 σημεῖα, ἃ ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ θεός. Eodem modo in similibus locis διά non auctorem indicat, sed eum, per quem Deus agit, si vel Deus auctor non commemoratur, ut Io. 1, 3 πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, per eum, iussu Dei. v. 17 ὁ νόμος (a Deo) διὰ Μωϋσέως ἐδόθη. Act. 2, 43. 4, 16. 1 Cor. 8, 6. Col. 1, 16. Hebr. 1, 2. 2, 10. Vid. porro Matth. 18, 7 δι' οὗ, per quem, i. e. cuius culpa. 26, 24. Io. 3, 17. Act. 3, 16 ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ, i. e. ἡ διὰ ὀνόματος αὐτοῦ, (non: fides in Christum, neque fides per Christum effecta, sed) fiducia excitata in illum per nomen Christi auditum. Act. 12, 9. 24, 3 διὰ σοῦ, beneficio tuo. 13, 38 διὰ τούτου, per hunc, eius beneficio. Rom. 1, 5. 2, 16. 5, 1. 18. 19. 11, 36 δι' αὐτοῦ τὰ πάντα, verte: ipso auctore omnia extiterunt, eius interventu omnia fiunt, ad ipsius consilia omnia referuntur. (Fere eodem modo Gen. 39, 4 πάντα, ὅσα ἦν αὐτῷ, ἔδωκε διὰ χειρὸς Ἰωσήφ intell. εἶναι. ib. v. 22. 23.) 1 Cor. 11, 12 ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός, per mulierem, interventu eius paritur. Gal. 3, 19 et Hebr. 2, 2 δι' ἀγγέλων, interventu angelorum, i. e. praesentibus angelis (coll. Deut. 33, 2. Ioseph. ant. 15, 5. 3 ἡμῶν τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων καὶ τὰ ὁσιώτατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι' ἀγγέλων παρὰ τοῦ θεοῦ μαθόντων.) ut 2 Tim. 2, 2 διὰ πολλῶν μαρτύρων, adhibitis multis testibus. (Num. 35, 30. Philo de legat. ad Gai. p. 1019: τὸ διὰ μαρτύρων κλαίειν, das Weinen vor Zeugen.) Eph. 3, 16. 1 Thess. 4, 14 διὰ τοῦ Ἰησοῦ, si refers ad ἄξει, est: *per*, *opera* Christi; si refers ad κοιμηθέντας, est: qui per Iesum (aus Veranlassung, dass sie Christen sind) mortem passi sunt. Hebr. 1, 3 δι' ἑαυτοῦ, per semet ipsum, i. e. se morti offerendo. 7, 9 διὰ Ἀβραάμ, vermittelst der Person Abrahams. — Saepissime. (Philo de Cherubim p. 129: ὑφ' οὗ μὲν ὑφ' οὗ τὸ αἴτιον, ἐξ οὗ δὲ ἡ ὕλη, δι' οὗ δὲ τὸ ἐργαλεῖον, δι' ὃ τε ἡ αἰτία. — εὑρήσεις αἴτιον τοῦ κόσμου τὸν θεόν, ὑφ' οὗ γέγονεν, ὄργανον δὲ λόγον θεοῦ, δι' οὗ κατεσκευάσθη.) — Eodem modo in obtestationibus, quae fiunt interposito nomine alicuius, Rom. 15, 30. 1 Thess. 4, 2 ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, praecepta, adhortationes per Iesum. 2 Thess. 3, 12. — b) cum *nominibus rerum*, *adminiculorum*, quorum auxilio aliquid fit vel est, ubi est: *per*, *interventu*, i. e. *opera*, *auxilio*, *adminiculo*, *occasione data*; Marc. 16, 20 τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ σημείων. Luc. 8, 4 εἶπε διὰ παραβολῆς, interventu parabolae. Io. 11, 4. 17, 20. Act. 3, 18. 21. 5, 12 διὰ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο σημεῖα. Act. 8, 18. 10, 43. 11, 30. 18, 9. 19, 26 διὰ χειρῶν, manuum opera. 20, 28 διὰ τοῦ αἵματος, interveniente morte cruenta. 15, 32 διὰ λόγου πολλοῦ, multis verbis, i. e. prolixe. 8, 20 διὰ χρημάτων, pecunia. Rom. 2, 13 διὰ νόμου, interveniente, adhibita lege. 3, 20 διὰ γὰρ νόμου, per legem, aus Veranlassung des Gesetzes. v. 27 διὰ ποίου νόμου intellige γίνεται ἡ καύχησις, quaenam ergo lex iustam gloriandi materiam praebet? 5, 10 διὰ τοῦ θαν. τ. υἱοῦ, interveniente morte filii. 4, 13. 7, 5 τὰ διὰ νόμου, quibus lex occasionem praebebat. v. 7. 8. 8, 3 διὰ τῆς σαρκός, secundum sive propter carnem, i. e. interveniente natura hominis peccato obnoxia. Rom. 12, 3 διὰ τῆς χάριτος, vi muneris mihi demandati. 2 Cor. 1, 4. 9, 12 διὰ πολλῶν εὐχαρ. vermittelst. Gal. 2, 19. 21. 3, 18. 4, 23. Col. 2, 19. 2 Thess. 2, 2. 15. 1 Tim. 2, 10 δι' ἔργων ἀγαθῶν. et saepissime. (LXX pro בְּיַד, 2 Chron. 29, 25. Esth. 1, 15. 3, 13. 8, 10. Ies. 37, 24. מִיַּד, 2 Chron. 31, 13.) — In obtestationibus: *per*, Rom. 12, 1. 15, 30. 1 Cor. 1, 10. 2 Cor. 10, 1. — c) cum nominibus, *modum*, *statum*, *rationem* alicuius indicantibus, ita ut indicet, quemnam per statum aliquid transeat, quum fit, vel transierit, den Durchgang durch einen Zustand, die *Beschaffenheit*, in welcher man ist oder handelt. Vid. *Winer*. Gramm. p. 399. §. 55. Verti potest in eiusmodi locis vel per ablativum, vel per: *pro*, *secundum*, vel, et quidem saepissime, per adverbium, vel, si iungitur verbis εἶναι, ἔρχεσθαι, γίνεσθαι, ἔχειν, per participium verbi. Dicitur itaque α) de ratione, qua aliquid est vel fit; Io. 19, 23 δι' ὅλου, ab omni parte, i. e. ὅλον. Act. 15, 27 διὰ λόγου, ore, *mündlich*. 2 Cor. 1, 11 εὐχαριστῶν διὰ πολλῶν intell. ῥημάτων vel τρόπων, multis modis, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως. Rom. 14, 20 ὁ διὰ προσκόμματος ἐσθίων i. e. προσκόπτων, ita ut offendatur. 2 Cor. 10, 11 λόγος δι' ἐπιστολῶν, sermo scriptus. Hebr. 13, 22 διὰ βραχέων, breviter, paucis. 1 Petr. 5, 12 δι' ὀλίγων, paucis verbis. (Aelian. V. H. 1, 8 διὰ ταχέων, celeriter. Thucyd. 4, 93.) — δι' ὑπομονῆς, patienter, Hebr. 12, 1. Rom. 8, 25. — β) de affectu, natura, Rom. 15, 32 διὰ θελήματος θεοῦ, Deo volente. 1 Cor. 1, 1. v. 21 διὰ τῆς σοφίας, pro sua scilicet sapientia. ib. 6, 14. 2 Cor. 8, 5. 8 διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, pro studio aliorum. Gal. 1, 15. 5, 13 διὰ τῆς ἀγάπης pro amore, qui fratres decet. — Rom. 14, 14 δι' αὐτοῦ, sua natura, per se spectatum. — γ) cum verbis εἶναι, γίνεσθαι (quae saepissime omittuntur), ἔρχεσθαι διά τινος et similibus; Rom. 2, 27 σὲ, τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου (γενόμενον). vid. Γράμμα. c. 4, 11 τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας (ὄντων) fidelium non circumcisorum. Rom. 15, 4 διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ διὰ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν, patientia et consolatione ex literis sacris hausta erecti, s. ea pleni. 1 Cor. 14, 9 διὰ τῆς γλώσσης (γενόμενοι) i. e. λαλοῦντες. (Euryp. suppl. v. 112.) c. 14, 19 λόγους διὰ τοῦ νοός μου (ὄντας) λαλῆσαι, verba intellecta a me, sensum habentia loqui. 1 Cor. 16, 3 δι' ἐπιστολῶν τούτους πέμψω, literis instructos, epistolarios (ut ita dicam). 2 Cor. 2, 4 διὰ πολλῶν δακρύων ἔγραψα, multum lacrymans scripsi. 2 Cor. 3, 11 διὰ δόξης (ἐστί) i. e. δεδοξασμένον. 5, 10 τὰ διὰ τοῦ σώματος (πεπραγμένα) quae vivens patravit. 2 Cor. 5, 7 διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους i. e. in hac vita nonnisi πιστεύοντες sumus, non vero ὁρῶντες. c. 6, 7. 8 διὰ τῶν ὅπλων (ὄντες), armis utentes, i. e. pugnantes. διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, sive in honore sive in contumelia constituti. Eph. 6, 18 διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι, pro διὰ πάσης προσευχ. καὶ δεήσ. γινόμενοι, preces cuiusque generis facientes. Phil. 1, 20 εἴτε διὰ ζωῆς εἴτε διὰ θανάτου, dum vel vivo vel morior. 2 Thess. 2, 2 ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν (οὔσης) i. e. ὡς ἡμετέρας. Hebr. 9, 12 διὰ αἵματος εἰσῆλθεν, intravit sanguinem offerens. 2 Petr. 1, 3 καλέσαντος διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, ita, ut eius summa maiestas ac virtus conspicua esset. 1 Io. 5, 6 ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος, qui baptismum et mortem cruentam subiit. (Xenoph. anab. 2, 5. 9 διὰ σκότους εἶναι i. e. σκοτεινόν. Symmach. Ps. 55, 12 ὁ διὰ μίσους μοι pro ὁ μισῶν, ut habet vers. LXX. Aelian. V. H. 13, 2 διὰ τιμῆς ἐλθεῖν, honorari. Aeschyl. Prometh. v. 120 δι' ἀπεχθείας ἐλθεῖν τινι, invisum fieri alicui. Ioseph. ant. 4, 6. 2 δι' εὐνοίας εἶναι τῷ θεῷ. ib. 6, 7. 4 δι' ὀργῆς ὢν τῷ θεῷ. Saepissime apud profanos.)

II) Iungitur διά *accusativo*, et indicat *causam* et *rationem*, den *Grund* einer Sache, ita ut fere verti possit: *aus Grund*. Dicitur

1) de causa s. ratione *propter quam* aliquid fit vel est: *propter*, *causa*, *gratia*, nostrum: *wegen*, *um — willen*; a) cum nomine; Matth. 10, 22 μισούμενοι διὰ τὸ ὄνομά μου. 13, 21. 58. 14, 3. 9. 15, 3 διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν, propter, i. e. in gratiam. 27, 19 δι' αὐτόν, eius causa. Marc. 2, 27 διὰ τὸν ἄνθρωπον, hominis in gratiam. 6, 17. Luc. 5, 19. 8, 47. 11, 8. 23, 25. Io. 6, 57 καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ, ut me misit pater vivens, sic ego vivo propter patrem (ut patris vitam et maiestatem manifestem); et qui carne mea vescitur is quoque in vitam red-

ibit propter me, i. e. ut mea vita, meaque potestas manifestetur. Io. 7, 43. 10, 19. 11, 42. 12, 11. 15, 3 διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν, eorum gratia, quae vobis ore tradidi. Act. 4, 21. 16, 3. 21, 34. 28, 2. Rom. 2, 24 δι' ὑμᾶς, propter vos, i. e. vestra culpa. 3, 25. 4, 23—25. 8, 11 διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ὑμῖν, propter spiritum eius vobis inhabitantem, per quem videlicet (vid. v. 13) Christiani a peccato, mortifero, liberantur. Rom. 8, 20 διὰ τὸν ὑποτάξαντα, i. e. non propterea quod ipsa (ἡ κτίσις) hoc voluerit, sed quod Deus ita iusserit. ib. 11, 28. i. e. quod ad Evangelium attinet, inimici quidem sunt propter vos, i. e. repugnant Deo, ut ad vos quoque Evangelium perveniat; quod vero attinet ad promissionem, Deo cari sunt propter maiores, maiorum piorum causa. Rom. 15, 15 διὰ τὴν χάριν, propter munus mihi demandatum. 1 Cor. 4, 6. 10. 7, 2. 5. 8, 11. 2 Cor. 4, 5. 15. Gal. 4, 13 οἴδατε, ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον, scitis ipsi, me antea vobis tradidisse Evangelium propter corporis infirmitatem, i. e. ex βραχυλογίᾳ, retentus apud vos corporis infirmitate. Hebr. 2, 9 διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, propter i. e. in praemium mortis. 3, 19, 6, 7 δι' οὕς, quorum causa, quorum in gratiam. 2 Petr. 3, 12 δι' ἣν videl. παρουσίαν, cuius causa. 1 Io. 2, 12 et saepissime. (Gen. 27, 46. 43, 18. Num. 13, 24. 32, 17. Deut. 9, 19. 15, 10.) — De affectu animi: propter i. e. *ex*, nostrum *aus*, Matth. 27, 18 διὰ φθόνον. Marc. 15, 10. Luc. 1, 78 διὰ σπλάγχνα ἐλέους, ex misericordia. Eph. 2, 4. Phil. 1, 15. — b) seq. infinitivo verbi cum articulo, *propterea quod;* Matth. 13, 5 διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος. ib. v. 6. Luc. 2, 4. 8, 6. 11, 8. 23, 8. Act. 18, 2. 3. 28, 18. Hebr. 7, 23. Iac. 4, 2. (Deut. 1, 36.) — c) διὰ τοῦτο, *hac de causa*, Marc. 6, 14 καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν. Luc. 14, 26. Io. 6, 65. 12, 27 ἀλλὰ διὰ τοῦτο, hac de causa, videl. ut mortem paterer. — Διὰ τοῦτο, initio sermonis absolute: *quare, qua de causa, quae quum ita sint*, Matth. 6, 25. 12, 27. 31. 13, 13. 18, 23. 21, 43. 23, 34. Marc. 11, 24. Luc. 11, 49. Io. 9, 23. Act. 2, 26. Rom. 1, 26. 4, 16. 1 Cor. 4, 17. 11, 30. (Ies. 49, 4. Mich. 3, 12.) — Διὰ τοῦτο, vel praecedente vel sequente ὅτι, *darum s. deshalb — weil*, Io. 5, 16. 18. 8, 47. 10, 17. 12, 18. 39. 11, 15. 15, 19. 1 Io. 3, 1. — διὰ τοῦτο seq. ἵνα, *hac de causa*, ut, Io. 1, 31. 2 Cor. 13, 10. 1 Tim. 1, 16. Philem. 15. — seq. ὅπως Hebr. 9, 15. — sequente iterata praepositione διά, 1 Thess. 3, 7.

2) de causa s. ratione *ex qua* aliquid fit, ita ut conveniat fere significationi διὰ cum genitivo, et sit: *per, ope*, nostrum *vermöge, vermittelst;* in N. T. nonnisi in epist. ad Hebr. et in Apocalypsi. Hebr. 5, 12 διὰ τὸν χρόνον, vermöge der Zeit, pro temporis longitudine, quo Christiani estis. ib. v. 14 διὰ τὴν ἕξιν, exercitatione, vermittelst der Uebung. Apoc. 4, 11 διὰ τὸ θέλημά σου ἦσαν, tua voluntate extiterunt. 12, 11 διὰ τὸ αἷμα, per sanguinem, vermittelst des Bluts. 13, 14 διὰ τὰ σημεῖα, ope miraculorum. (1 Reg. 18, 36 διὰ σὲ [hebr. בִדְבָרְךָ] πεποίηκα τὰ ἔργα ταῦτα. Ies. 50, 11 δι' ἐμέ [hebr. מִיָּדִי] ἐγένετο ταῦτα ὑμῖν. 2 Macc. 8, 36 διὰ τὸν τρόπον τοῦτον, hac ratione. Hom. Odyss. 8, 82 Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς. ib. 520 νικῆσαι διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην, ope Minervae.) — — In compositis διά indicat: 1) transitum, motum per aliquid, *per, durch;* 2) continuationem motus, et 3) dicitur de perveniente ad finem vel scopum, *per, hindurch, hinzu;* 4) refertur ad distributionem, divisionem, seiunctionem; 5) auget vim verbi, ut Latinorum *per*.

Διαβαίνω, aor. 1. διέβην, (ex διά et βαίνω gradior) *transeo, traiicio*. Luc. 16, 26. Hebr. 11, 29. Act. 16, 9 διαβάς traiiciens videl. mare i. e. proficiscens. (Gen. 31, 21. 1 Sam. 13, 7. hebr. עָבַר.) *.

Διαβάλλω, aor. 1. pass. διεβλήθην (ex διά et βάλλω) propr. transfero, traiicio, [Diog. Laërt. 1, 118 διαβάλλω τὴς θύρας]; tropice: transfero aliquid in aliquem, et — quum ubique in malam partem dicatur, — traduco verbis, *insimulo, calumnior;* semel Luc. 16, 1 διεβλήθη αὐτῷ insimulabatur ei. (Dan. 3, 8. 16, 24. 2 Macc. 3, 11. Ioseph. ant. 7, 11. 3 διεβέβλητο ὑπὸ τοῦ Σιβᾶ πρὸς αὐτὸν ἀδίκως. Xenoph. anab. 1, 1. 3. — etiam de eo, qui verum quidem, at celandum, defert, Ioseph. ant. 6, 20. 2 διεβλήθη amor Michae erga Davidem πρὸς τὸν πατέρα. — i. q. ἐξαπατάω, decipio, Num. 22, 22. Hesych. διεβάλλοντο· ἐξηπάτησαν.) **.

Διαβεβαιόομαι, -οῦμαι, (ex διά et βεβαιόω) *valde confirmo, firmissimum facio.* In medio: *verbis assevero, affirmo.* 1 Tim. 1, 7 μὴ νοοῦντες περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, non intelligentes, quae doceant, vel quae affirment ut vera. Tit. 3, 8 hoc velim ut quam maxime affirmes i. e. inculces. (Aelian. V. H. 3, 15 ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ διαβεβαιοῦται ἤδη καὶ διατεθρύλληται. Polluc. onom. 5, 152 seq. περί τινος. Diod. Sic. 1, p. 38 τοῦτο διαβεβαιώσαιτο ἄν τις προσηκόντως, ὅτι Χαλδαῖοι etc. Polyb. 12, 2. 6.) *.

Διαβλέπω, f. βλέψω, (ex διά et βλέπω) *dispicio*. Matth. 7, 5. Luc. 6, 42 διαβλέψεις ἐκβαλεῖν, tunc dispicies, quomodo extrahas.

Διάβολος, ου, ὁ, ἡ (a διαβάλλω, quod vide) 1) *delator, obtrectator, calumniator.* Eph. 4, 27. 1 Tim. 3, 11. 2 Tim. 3, 3. Tit. 2, 3. 1 Tim. 3, 6 κρίμα τοῦ διαβόλου coll. v. 7. i. e. ne obnoxius fiat criminationibus delatoris, obtrectatoris; (alii: poenis diaboli). (Sic Esth. 7, 4. 8, 1 Hamanus dicitur διάβολος, obtrectator, [hebr. צַר] delator gentis Iudaicae. coll. Ps. 109, 6 ubi inimicum [in textu hebr. שָׂטָן] simpliciter sive iniquum indicat. 1 Macc. 1, 36. διάβολον πονηρόν, mala fama.) — Deinde, quia Iudaei principis daemonum esse putabant, ut delatorem et calumniatorem piorum apud Deum ageret (Iob. c. 1. Zach. 3, 1 sqq.), ὁ διάβολος cum articulo est: 2) *diabolus*, i. e. *princeps geniorum malorum*, Apoc. 12, 9 ὁ καλούμενος διάβολος, i. e. qui delator (κατήγωρ v. 10) cognominatur. coll. Iud. v. 9. Commemoratur autem *diabolus* ut constans adversarius Dei, Christi, regni divini, piorum et verae pietatis, natura pessimus, homines ad peccata instigans, morbis eos affligens et calamitates piis excitans. Matth. 4, 1. 5. 8. 11. 13, 39. 25, 41. Luc. 4, 2—6. 13. 8, 12. Io. 8, 44. 13, 2. Eph. 6, 11. Act. 10, 38. 2 Tim. 2, 26. Hebr. 2, 14. Iac. 4, 7. 1 Petr. 5, 8. 1 Io. 3, 8. 10. Apoc. 2, 10. 12, 12. 20, 2. 10. (In V. T. pro hebr. שָׂטָן legitur Iob. 1, 6—12. 2, 1—7. Zach. 3, 1 sq. 1 Chron. 21, 1. Sap. 2, 24. Test. XII patr. p. 691 ἀναιρεῖν τὸν διάβολον ἐν ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσι. — p. 534 ὁ ἄρχων τῆς πλάνης ἐτύφλωσέ μου τὸν νοῦν. — p. 536 ἐὰν τις ἐπὶ κύριον καταφεύγῃ, ἀποτρέχει τὸ πονηρὸν πνεῦμα ἀπ' αὐτοῦ. — p. 672 ὁ διάβολος φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. cf. etiam prolixam eius descriptionem in Act. Thom. §. 32.) — Tropice de homine, Dei consiliis adversario: *nequam, pessimus*, diaboli quasi discipulus, Io. 6, 70. qui etiam Act. 13, 10 υἱὸς διαβόλου dicitur. (Eodem modo habes σατανᾶς Matth. 4, 10. 16, 23. Marc. 8, 33.) **.

Διαγγέλλω, aor. 2. pass. διηγγέλην (ex διά et ἀγγέλλω) *late divulgo*, Rom. 9, 17. (Exod. 9, 16. Ps. 2, 7.) *annuntio*, Luc. 9, 60 διάγγελλε, annuntia ubique. Act. 21, 26 διαγγέλλων, videl. omnibus qui aderant, eum noverant. (Ios. 6, 10. Ioseph. ant. 7, 9. 2.) *.

Διαγέ, vid. Γέ.

Διαγίνομαι, aor. 2. διεγενόμην (ex διά et γίνομαι) 1) semper, per totum tempus sum, 2 Macc. 11, 26. — 2) de tempore ipso significat: *elabor, interea sum.* Ter in N. T. Marc. 16, 1 διαγενομένου τοῦ σαββάτου, sabbato interposito. Act. 25, 13 ἡμερῶν διαγενομένων τινῶν, interiectis aliquot diebus. ib. 27, 9. (Herodian. 1, 10. 1 χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διαγενομένου. Aelian. V. H. 3, 19 τριῶν μηνῶν διαγενομένων.) **.

Διαγινώσκω, f. γνώσομαι, (ex διά et γινώσκω) 1) accurate cognosco; — 2) *accurate inquiro, examino;* sensu forensi ut Latinor. *cognosco*, Act. 23, 15. (Deut 8, 2 ὅπως ἂν διαγνωσθῇ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ut mens tua exploraretur.) — 3) *decerno, statuo*, (2 Macc. 15, 6. 17. Ioseph. ant. 4, 6. 5. ib. 6, 11. 1. Philo de agricult. p. 204 C.) deinde *iudico;* sensu forensi Act. 24, 22 διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς, rem vestram iudicabo. 2 Macc. 9, 15. Iudith. 11, 12.) *.

Διαγνωρίζω, aor. 1. διεγνώρισα (ex διά et γνωρίζω) late notum facio, divulgo; — *narro, expono*. Luc. 2, 17 διεγνώρισαν omnibus, in vulgus narrarunt.

Διάγνωσις, εως, ἡ, (a διαγινώσκω), 1) cognitio accurata; — 2) cognitio, sensu forensi, vel: *sententia, iudicium;* Act. 25, 21. (Sap. 3, 18 ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως. Ioseph. ant. 3, 4. 1. 15, 3. 8.)

Διαγογγύζω, (ex διά et γογγύζω) obmurmuro; *indignabundus loquor*. Luc. 15, 2. 19, 7 διεγόγγυζον λέγοντες,

indignabundi invicem dicebant. (Exod. 16, 2. 8. 17, 3. Num. 14, 2. 36. Sir. 34, 24.) *.

Διαγρηγορέω, ῶ, aor. 1. διεγρηγόρησα, (ex διά et γρηγορέω, quod vid.) *pervigilo;* Luc. 9, 32. (Herodian. 3, 4. 8.) *.

Διάγω, (ex διά et ἄγω, quod vid.) 1) perduco, traducio, 2 Sam. 12, 31. Iob. 12, 17. Sap. 10, 18. — 2) *perago, transigo*, de tempore (Sir. 38, 27. Ioseph. ant. 3, 14. 3 διάγουσι τὴν νύκτα); de vita, ubi βίος vel additur, ut 1 Tim. 2, 2. (Aelian. H. nat. 16, 23 βίον διάγειν. 2 Macc. 12, 38 τὸ σάββατον διήγαγον), vel omittitur et intelligendum est, ut Tit. 3, 3. (Sir. 38, 27. Xenoph. mem. 1, 3. 5 ἀσφαλῶς διάγει. Hesych. διάγει· διατρίβει.) *.

Διαδέχομαι, aor. διεδεξάμην, (vid. Δέχομαι), *aliquid ab aliis traditum s. relictum accipio, succedo* vel alicuius personae, vel in rei possessione; *excipio*. Semel Act. 7, 45 ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι (αὐτὴν) οἱ πατέρες ἡμῶν, quod tabernaculum (a patribus) acceptum maiores nostri intulerunt. (Ioseph. ant. 7, 14. 2 διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν. ib. 7, 15. 9. Herodian. 1, 5. 2 τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις. Philo de vit. Mos. I, p. 634 D. παρὰ πατέρων τὴν ζήτησιν ἄλυτον διαδεξάμενοι. Diod. Sic. 16, 64 τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος. Sap. 7, 30 τοῦτο (φῶς) μὲν γὰρ διαδέχεται νὺξ diem excipit nox. 2 Chron. 31, 12. Suidas: διαδέχομαι· τὸ διὰ πολλῶν ἐρχόμενον ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον ἐπ' ἐμὲ ἧκον διαδέχομαι.)

Διάδημα, ατος, τό, (a διαδέω revincio), *diadema*, quo reges caput cingere et ornare solebant; Hesych.: στέμμα βασιλέως, κεφαλῆς κόσμος, ἤγουν στέφανος, ἢ βασιλέως σύμβολον. Apoc. 12, 3. 13, 1. 19, 12 ubi est regiae potestatis signum. (Sap. 5, 16. Esth. 1, 11. 2, 17. 1 Macc. 1, 9. Ioseph. bell. 1, 3. 1.) *.

Διαδίδωμι, f. διαδώσω, aor. 1. διέδωκα, part. aor. 2. διαδούς, (ex διά et δίδωμι) propr. trado per manus, circumfero; — *distribuo;* Io. 6, 11 διέδωκε, distribuit, singulis discipulis dedit. Luc. 18, 22. Act. 4, 35. (Gen. 49, 21 pro נָתַן. Xenoph. cyrop. 1, 3. 7: τὸν Κῦρον, λαβόντα τῶν κρεῶν διαδιδόναι τοῖς θεραπευταῖς. — ἕως διέδου πάντα, ἃ ἔλαβε, κρέα.) Neque aliter intelligendum est Luc. 11, 22 τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσι, praedam distribuit. (De odoribus sparsis, Sir. 24, 15. 39, 14. de fama 2 Macc. 4, 39.) — Pro simplici διδόναι Apoc. 17, 13 in edit. vulg., ut Gen. 49, 20. *.

Διάδοχος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a διαδέχομαι) 1) qui alterius locum excipit, — vicarius, (1 Chron. 18, 17. 2 Chron. 26, 11.) — 2) *successor* in officio s. imperio. Act. 24, 27. (Sir. 46, 1. 2 Macc. 14, 26 τὸν Ἰούδαν διάδοχον ἀναδεῖξειν ἑαυτοῦ. Ioseph. ant. 1, 13. 3 διάδοχος τῆς ἀρχῆς. ib. 2, 9. 7.) *.

Διαζωννύω et διαζώννυμι, aor. 1. διέζωσα, part. perf. pass. διεζωσμένος. aor. 1. med. διεζωσάμην, (ex διά et ζώννυμι) *praecingo, succingo*. Io. 13, 4. 5 ᾧ (ex attractione pro ὃ) ἦν διεζωσμένος. Med. *succingo me*, Io. 21, 7. (Ezech. 23, 15.) **.

Διαθήκη, ης, ἡ, (a διατίθημι) 1) *statutum*, decretum, institutio, (Sir. 14, 17. 17, 12. 28, 7. 38, 33 διαθήκη κρίματος sententia iudicis.) — 2) statutum ultimum, extrema hominis voluntas, *testamentum*, Hebr. 9, 16. 17. (Ioseph. ant. 17, 9. 7. Demosth. 1136, 12.) — 3) *pactum, foedus*, mutua promissio, solemni ritu sancita. Hoc sensu διαθήκη ut hebr. בְּרִית, cui apud LXX maxime respondet, dicitur de oeconomia mosaica, quatenus mutua promissione continebatur, formamque pacti Deum inter et homines habebat. Duplex autem commemoratur pactum Dei cum Israelitis, alterum cum *Abrahamo* initum, διαθήκη τῆς ἐπαγγελίας Gen. 17, 9 — 16. ubi Abrahamus circumcisionem, qua sese Deo in obsequium obstringeret, suscepit, Deus autem promisit Abrahamo prolem numerosissimam et felicissimam, et, (ut serius verba intelligebantur a Iudaeis) auctorem salutis summae, Gen. 17, 16. Hoc pactum dicitur Act. 7, 8 διαθήκη περιτομῆς, foedus *circumcisionis*, i. e. circumcisione sancitum, et, quoniam solemnis Dei promissio in illo primarium erat, saepius *istae promissiones ipsae, ex pacto* Abrahamo *factae*, dicuntur διαθῆκαι. Luc. 1, 72 ubi i. q. v. sq. ὅρκους διδόναι, (Sap. 18, 22.) Act. 3, 25. Gal. 3, 15. 17. quare etiam Paulus plurali utitur, διαθῆκαι Rom. 9, 4 et διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας Eph. 2, 12. promissiones pacto sancitae. (Sir. 44, 11. 2 Macc. 8, 15.) — Alterum pactum commemoratur, initum cum Israelitis, quum Deus eos ex Aegypto educeret, *per Mosen* deinde *sacrificio* piaculari, sive *sanguine* sancitum (διαθήκη τοῦ αἵματος), Exod. 24. ubi Israelitae promiserunt, se legem mosaicam sanctissime observaturos Deoque praescriptum cultum praestituros esse, Deus autem promisit, se Israelitas semper tuiturum, iis benefacturum et propitium futurum esse. De hoc foedere, *sanguine* sancito, quod, etiam, quia refertur ad novum foedus, appellatur prius, antiquum, agunt Rom. 11, 27. (Ies. 27, 9.) Hebr. 8, 9. 9, 15. 18. 20. 10, 29. Quum hoc foedus scriptum esset in libris Mosis, διαθήκη etiam est *liber foederis, scripta mosaica*, 2 Cor. 3, 14. coll. v. 15. (Sir. 24, 31. Deut. 4, 13.) et arca, quae tabulas, quibus lex inscripta erat, continebat, appellabatur arca foederis i. e. libros foederis continens, Hebr. 9, 4. Apoc. 11, 19. (Num. 10, 33. Deut. 9, 9. 11.) Quum Deus novum olim foedus Israelitis promiserit (Ier. 31, 31 sqq.) Hebr. 8, 10. 10, 16 etiam oeconomia salutis *per Christum* dicitur διαθήκη, et quidem νέα Hebr. 12, 24. sive καινή, Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. 1 Cor. 11, 25. 2 Cor. 3, 6. Hebr. 8, 8. 9, 15. 13, 20. novum et melius (Hebr. 7, 22 κρείττων) pactum inter Deum et homines, ubi homines promittunt fidem in Christum et obsequium, Deus autem promittit remissionem peccatorum et vitam aeternam. (Clem. Alex. strom. 6, 13. p. 793, 13 ed. Pott. διαθήκη ἡ σωτήριος). Sponsor (Hebr. 7, 22) sive mediator (Hebr. 8, 6. 9, 15. 12, 24) huius pacti est Christus, qui illud morte sua sancivit (Luc. 22, 20. Hebr. 13, 20. 1 Cor. 11, 25. Hebr. 9, 20), quare etiam haec salutis oeconomia cum testamento (Hebr. 9, 15 — 17) comparatur. Utrumque pactum et mosaicum et christianum commemorat simul Paulus Gal. 4, 24. *.

Διαίρεσις, εως, ἡ, (a διαιρέω) divisio, separatio, *distinctio, discrimen*, 1 Cor. 12, 4. 5. 6 διαιρέσεις, discrimina, classes. (De classibus atque sectionibus sacerdotum et Levitarum 2 Chron. 8, 14. Esdr. 6, 18. cf. 1 Chron. 24, 1.) *.

Διαιρέω, ῶ, aor. 2. διεῖλον, (ex διά et αἱρέω) divido in partes, (Gen. 15, 10. Iud. 9, 43. 1 Reg. 3, 25.) — *distribuo*, seq. dativo personae, Luc. 15, 12. 1 Cor. 12, 11. (LXX pro חָלַק, Ios. 18, 5. 1 Chron. 23, 6. seq. ἐν Prov. 17, 2. — 1 Macc. 1, 6. Ioseph. ant. 5, 1. 23.) *.

Διακαθαρίζω, fut. διακαθαριῶ, (ex διά et καθαρίζω) *perpurgo, penitus purgo;* Matth. 3, 12. Luc. 3, 17 διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα, perpurgabit aream videlicet dum removet frumentum. Alii vertunt: *ventilare*, i. q. λικμᾶ τὸν ἅλωνα τῶν κριθῶν Ruth. 3, 2. (Apud profanos non legitur; ii enim utuntur verbo διακαθαίρω, ut Plat. rep. 3, p. 399 E. 411 D. Alciphron. 3, 26 διακαθαίρειν τὴν ἅλω.) *.

Διακατελέγχομαι, imperf. διακατηλεγχόμην, (ex διά, κατά et ἐλέγχω) quod compositum nonnisi Act. 18, 28 legitur, est: in alternis (διά) disputationibus confuto, *certando confuto*, s. *redarguo* (Vulgat. *revincere*). Sic διαπίνεσθαι bibendo certare, διατοξεύεσθαι iaculando certare.

Διακονέω, ῶ, fut. διακονήσω, (a διάκονος) 1) *ministro* i. e. a) officia famuli s. ministri praesto, Matth. 8, 15. 27, 55. Marc. 1, 31. 15, 41. Luc. 4, 39. 22, 26. 27. Phil. v. 13. — Matth. 20, 28. Marc. 10, 45 διακονηθῆναι, ministerio alterius uti. — Singulari modo διακονηθεὶς 2 Cor. 3, 3: ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, estis epistola Christi scripta me amanuense (Rom. 16, 22.) i. e. coetus meo ministerio collectus. — b) ministro, i. e. mensam struo, dominoque cibum et potum porrigo, Matth. 4, 11. Marc. 1, 13. Luc. 10, 40. 12, 37. 17, 8. Io. 12, 2. (Athen. 4, 10. Theophr. charact. 11.) — c) διακονεῖν seq. dativo rei: *curare aliquid;* Act. 6, 2 διακονεῖν τραπέζαις, vid. Τράπεζα. (Heliodor. lib. 5. p. 218. Virg. Aeneid. 10, 218 *ministrare velis*.) — d) ministro i. e. *socius sum, adiuvo* aliquem, Act. 19, 22 ubi Timotheus et Eratosthenes dicuntur διακονοῦντες τῷ Παύλῳ. — Quum in ecclesia apostolica qui haberent curam pauperum et distributionem eleemosynarum, διάκονοι dicerentur, διακονέω est — e) *munere diaconi fungor;* 1 Tim. 3, 10. 13. — 2) quum famuli officium esset, domino cibos, vestes porrigere, est: porrigo (Lucian. Asin. §. 53 οἰνόχοοι τὸν οἶνον ἡμῖν χρυσίῳ διακονούμενοι), *suppedito* alicui, *exhibeo;* Matth. 25, 44. Luc.

8, 3 διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς, de suis ei suppeditaverant. Rom. 15, 25. 2 Cor. 8, 19 χάρις διακονουμένη, beneficium suppeditatum. v. 20. 2 Tim. 1, 18 ὅσα διηκόνησε. Hebr. 6, 10. 1 Petr. 4, 10 αὐτὸ (τὸ χάρισμα) διακονοῦντες, suppeditantes invicem bona a Deo data. Ib. v. 11. — *trado*, de mandato, nuntio; 1 Petr. 1, 12 ὑμῖν διηκόνουν αὐτά, in vestram utilitatem (prophetae, Dei ministri) ea vaticinia tradiderunt. (Ioseph. ant. 6, 13. 6 ταῦτα δὲ [i. e. hunc nuntium] τῶν πεμφθέντων διακονησάντων πρὸς τὸν Νάβαλον. Orig. comment. in Ps. 48, 4 οἱ διακονοῦντες τὸν λόγον, doctrinam tradentes. Idem exhortat. ad Martyr. 30 διακονεῖν ἐκείνοις ἄφεσιν ἁμαρτημάτων.) — 3) *sequor, obsequor* famuli in modum, Io. 12, 26. (Ioseph. ant. 9, 2. 1 μὴ βουλόμενος βασιλέως διακονεῖν προστάγματι, invitus regis mandato obsecutus.) *.

Διακονία, ας, ἡ, (a διάκονος) 1) *ministerium*, a) universe, Hebr. 1, 14. (Ioseph. ant. 4, 6. 3.) — b) ministerium quod aliquis hospiti debet, Luc. 10, 40. 1 Cor. 16, 15. Apoc. 2, 19. — c) ministerium eius, qui doctoris divini officio fungitur; sic de Mosis, maxime vero de apostolorum ministerio, Act. 1, 17. 25. 20, 24. 21, 19. Rom. 11, 13. 1 Cor. 12, 5. 2 Cor. 3, 7—9. 4, 1. 5, 18. 6, 3. Eph. 4, 12. Col. 4, 17. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 4, 5. 11 εἰς διακονίαν, ut iuvaret me in ministerio meo. — de ministerio *diaconi* in ecclesia christ. Rom. 12, 7. (Alii hic intelligunt ministeria in ecclesia quaevis; Chrysostomus (homil. 21 in ep. ad Rom. §. 1) τὴν ἀποστολὴν καὶ πᾶν ἀγαθὸν πνευματικὸν ἔργον. Theodoretus τὴν τοῦ κηρύγματος λειτουργίαν.) — 2) *suppeditatio*, maxime eorum, quae ad victum sunt necessaria, beneficiorum, eleemosynarum, *Darreichung*, vel etiam *distributio* beneficiorum, Act. 6, 1. 11, 29 εἰς διακονίαν πέμψαι τί τινι, mittere (beneficia) quae distribuantur. Act. 12, 25 πληρώσαντες τὴν διακονίαν, peracta beneficiorum distributione, (vid. c. 11, 29) 2 Cor. 9, 12. 13. 11, 8. Rom. 15, 31. coll. v. 26. (Act. Thom. §. 56: ἐκόμισαν χρήματα πολλὰ εἰς διακονίαν τῶν χηρῶν.) — metonym. *beneficia ipsa*, quae suppeditantur, 2 Cor. 8, 4. 9, 1. (1 Macc. 11, 58 de apparatu, suppellectile, quae traditur alicui.) *.

Διάκονος, ου, ὁ, ἡ, (quod ducunt a κονέω, properando pulverem (κόνις, pulvis) excito; propero, ministro, ut ἐγκονέω Homer. Odyss. 7, 340. 23, 291. Buttmannus autem [Lexil. 1, 218 sqq.] a stirpe obsoleta διάκω, s. διήκω, ministro) 1) *minister, famulus;* a) cum genitivo domini, ex quo pendet minister; universe, Matth. 20, 26. 23, 11. Marc. 9, 35. 10, 43. — de cibum potumque porrigentibus, Io. 2, 5. 9. (Xenoph. mem. 1, 5. 2. Ioseph. ant. 6, 4. 1.) — de famulis regum honestioribus, Matth. 22, 13. Rom. 13, 4 ubi magistratus dicitur διάκονος θεοῦ, minister Dei, i. e. rem Dei gerens. (Esth. 1, 10. 2, 2. 6, 3.) — de doctoribus a Deo missis, rem Dei gerentibus, 1 Cor. 3, 5. 2 Cor. 3, 6. 6, 4. [1 Thess. 3, 2.] — de doctoribus ministris Christi, 2 Cor. 11, 23. Col. 1, 7. Eph. 6, 21. Col. 4, 7. et ecclesiae Col. 1, 25. — de ministris Satanae, 2 Cor. 11, 15. — b) cum genitivo rei, cui ministratur, quae ministerio alicuius promovetur, Rom. 15, 8 διάκονος περιτομῆς, Iudaeis inserviens. 2 Cor. 11, 15 διάκ. δικαιοσύνης, minister piis inserviens, pietatem promovens. Gal. 2, 17 ἁμαρτίας διάκονος. Eph. 3, 7 τοῦ εὐαγγελίου. Col. 1, 23. — 2) *diaconus* in ecclesia christiana, quorum ministerium primum versabatur in cura aegrotorum, distribuendisque pecuniis, postea vero latius patuit; Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 8. 12. 4, 6. — ἡ διάκονος, *diaconissa*, cui iniuncta erat cura feminarum vel pauperum vel aegrotarum, Rom. 16, 1. — 3) *sectator, fideliter alicui adhaerens*, Io. 12, 26. coll. Διακονέω. **.

Διακόσιοι, αι, α, *ducenti*, Marc. 6, 37. Io. 6, 7 et passim.

Διακούω, f. ούσομαι, (ex διά et ἀκούω) *totum audio*, aushören; *plene cognosco;* sensu forensi Act. 23, 35. (eodem sensu Deut. 1, 16. Iob. 9, 33.) **.

Διακρίνω, aor. 1. διέκρινα, aor. 1. pass. διεκρίθην, (ex διά et κρίνω) LXX maxime pro שָׁפַט, etiam pro דִּין 1) dissolvo, separo; *distinguo, discrimen facio.* 1 Cor. 11, 29 διακρίνων distinguens corpus Christi ab esca vulgari. Act. 15, 9 οὐδὲν διέκρινε nullum discrimen fecit. — Inde etiam discrimen facio in favorem, *praefero*, 1 Cor. 4, 7 „quis tibi dedit praerogativam, i. e. maiorem auctoritatem?“ (Philo de opif. mundi p. 31 διακρίνας ἐξ ἁπάσης τὸ βέλτιστον.) — 2) *exploro, accurate cognosco*, ut fieri debet ad iustum rerum discrimen faciendum. 1 Cor. 14, 29. Matth. 16, 3. 1 Cor. 11, 31 διακρ. ἑαυτόν i. q. ἑαυτὸν δοκιμάζειν. (Iob 23, 10 pro hebr. בָּחַן). — 3) *iudico, sententiam fero.* 1 Cor. 6, 5. (Eccles. 3, 18. Ps. 50, 4. Prov. 31, 9. Levit. 24, 12.) — Medium διακρίνομαι, aor. 1. pass. διεκρίθην: 1) *me separo;* Iud. v. 22 et 23 οὓς μὲν ἐλεεῖτε, διακρινόμενοι· οὓς δὲ ἐν φόβῳ, σώζετε i. e. horum (qui non sunt Christiani) misereminі quidem, sed vos ab iis separantes, nullam cum iis societatem habentes, hoc autem, qui sunt ἐν φόβῳ (θεοῦ), Christianos, salvate, vel ex igne eos eripientes. Hesych. διακεκρίσθω· ἀφοριζέσθω. — διακριθέντες· χωρισθέντες. — 2) me separo voluntate, iudicio, i. e. *litigo, altercor, disputo* et sequente dativo personae, ut Iud. v. 9. (Ierem. 15, 10 διακρινόμενος πάσῃ τῇ γῇ) et sequente πρός, ut Act. 11, 2. (Ezech. 20, 35 διακριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς). — 3) de eo, qui haesitat in iudicando: *dubito, ambigo*, Matth. 21, 21. Marc. 11, 23. Rom. 4, 20. 14, 23. Iac. 1, 6 μηδὲν διακρινόμενος. (Sir. 7, 10 μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου) *haesito, timeo*, Act. 10, 20. 11, 12. Iac. 2, 4. *.

Διάκρισις, εως, ἡ, (a διακρίνω, quod vid.) 1) discretio, separatio, Io. 37, 16. — 2) *diiudicatio*, Hebr. 5, 14 πρὸς διάκρισιν, ad diiudicandum bonum a malo. *Facultas discernendi* et *iudicandi* 1 Cor. 12, 10. — Rom. 14, 1 τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε μὴ εἰς διακρίσεις λογισμῶν, infirmum fide admittite, non ut diiudicetis (ut iudices exploretis) eius sententiam s. cogitationes. **.

Διακωλύω, (ex διά et κωλύω) *omnino prohibeo, prorsus impedio;* Matth. 3, 14. διεκώλυεν αὐτόν, prorsus prohibere voluit, utique recusavit. (Iudith. 12, 7 μὴ διακωλ. nullo modo prohibere.) **.

Διαλαλέω, ῶ, (ex διά et λαλέω) 1) utrinque sermones confero, *colloquor* cum aliquo, Luc. 6, 11 διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, i. e. consultabant. (Philo de Iosepho p. 528 οἱ δὲ — ἄλλος ἄλλῳ διελάλουν. Symmach. Ps. 76, 3 διελάλουν ἐμαυτῷ.) — 2) διαλ. τι, enuntio aliquid (Symmach. Ps. 31, 16 pro רַנֵּן), *divulgo*, Luc. 1, 65. In profanis scriptis haud saepe invenitur, e. c. Eurip. cycl. 175 et passim apud Polybium. *.

Διαλέγομαι, aor. διελέχθην, verbum depon. pass. (ex διά et λέγω) utrinque loquor, *colloquor;* — (τινὶ et πρός τινα, Exod. 6, 27. 3 Esdr. 8, 46. 2 Macc. 11, 20.) in N. T. a) de *disceptante, altercante*, Marc. 9, 34. Iud. v. 9. (Iudic. 8, 1. Ies. 1, 18.) — b) de docente: *dissero*, Act. 18, 4. 19, 8. 9. 20, 9. 24, 25. — τινί, Act. 17, 2. 17. 18, 19. 20, 7. Hebr. 12, 5 ἥτις, videlicet ἡ παράκλησις, i. e. locus in scripturis consolationem continens. — πρός τινα, Act. 24, 12. — (Ies. 63, 1. Sir. 14, 20.) **.

Διαλείπω, (ex διά et λείπω) proprie: spatium interpono; deinde: spatium s. intervallum do in agendo, *desino, intermitto, cesso.* Semel Luc. 7, 45. (Ierem. 9, 5 οὐ διέλιπον τοῦ ἐπιστρέψαι. ibid. 17, 8 οὐ διαλείψει ποιῶν καρπόν. Ies. 5, 14. Ioseph. ant. 8, 10. 4 οὐ διέλιπεν εἰς τὸν θεὸν ἐξυβρίζων. Ib. 8, 12. 3 οὐ διαλείπουσι περὶ τοῦτο ἐνεργοῦντες.) *.

Διάλεκτος, ου, ἡ, (a διαλέγομαι) 1) elocutio, sermo (Aristot. hist. anim. 4, 9. Plutarch. Coriol. 38.) — 1) *dialectus*, modus pronuntiandi verba singularis; *idioma linguae*, incolis loci vel provinciae cuiusdam proprium; Act. 1, 19. 2, 6. 8. 21, 40. 22, 2. 26, 14. (Ioseph. ant. 3, 1. 6. Diod. Sic. 1, 37.) *.

Διαλλάσσω, aor. pass. διηλλάγην (ex διά et ἀλλάσσω, muto) permuto, commuto. 2 Macc. 6, 27 διαλλάξας τὸν βίον, scil. cum morte. — Διαλλάσσομαι sequente dativo personae, propr. ich werde für einen verwandelt, i. e. reconcilior, *redeo in gratiam.* Semel Matth. 5, 24. (1 Sam. 29, 4 ἐν τίνι διαλλαγήσεται (hebr. הִתְרַצָּה) οὗτος τῷ κυρίῳ. 3 Esdr. 4, 31 ὅπως διαλλαγῇ αὐτῷ. Lysias orat. 3, 1 ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο ἐμοὶ διηλλαγμένος. Thucyd. 4, 59. Ioseph. ant. 16, 4. 4. Suid. διαλλαγῆναι· τὸ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ παρακληθῆναι καὶ φιλιωθῆναι. Vide de hoc verbo docte disputantem Fritzschium in comment. in ep. ad Rom. p. 276 sqq.

Διαλογίζομαι, verb. depon. (ex διά et λογίζομαι) 1) *ratiocinor, perpendo, considero*, Matth. 16, 7. 8. 21, 25. Marc. 2, 6. 8. Luc. 1, 29. 3, 15. 5, 21. 22. 12, 17. Io. 11, 50. (Ps. 77, 5. 2 Macc. 12, 43 ὑπὲρ ἀναστάσεως διαλογιζόμενος, de resurrectione cogitans.) — 2) διαλογίζομαι πρός τινα, *colloquendo ratiocinor, cum alio perpendo, delibero*,

dissero, Marc. 8, 16. 17. 9, 33. Luc. 20, 14. (Ps. 21, 11. 140, 8 pro hebr. חָשַׁב.) *.

Διαλογισμός, οῦ, ὁ, (a διαλογίζομαι) LXX pro מַחֲשָׁבָה, et chald. רַעְיוֹן 1) computatio; — 2) *cogitatio* mentis (hebr. מְזִמָּה Ps. 139, 20. מַחֲשָׁבָה Ies. 59, 7.) Luc. 2, 35. 5, 22. 9, 46. 47. Rom. 14, 1. coll. Dan. 2, 29. Deinde dicitur etiam de singulis cogitationum generibus, e. g. de *ratiocinio*, s. ratiocinatione; Rom. 1, 21 ἐματ. ἐν τοῖς διαλογ. αὐτῶν, aberrarunt ratiocinando. 1 Cor. 3, 20. — *consilio*, Luc. 6, 8. Psal. 56, 5. et *dubitatione*, Luc. 24, 38 διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσι, Gedanken des Zweifels steigen auf. — in malam partem: *cogitationes pravae, prava consilia*, Matth. 15, 19. Marc. 7, 21. (Test. XII patriarch. p. 605: „vinum ἐν διαλογισμοῖς ῥυπαροῖς συνταράσσει τὸν νοῦν εἰς πορνείαν. Vid. etiam Ies. 59, 7.) — Iac. 2. 4 κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, iudices secundum principia mala, perperam statuentes; alii: iudices sententiae malae, prava pronuntiantes. In mente habuit sermones, quos ipse affert versu 3. (Sic Sirac. 9, 15 διαλογισμοί colloquia, sermones. coll. Sir. 27, 5.) — 3) *disceptatio*, Phil. 2, 14 χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν. 1 Tim. 2, 8. *.

Διαλύω, aor. 1. pass. διελύθην, (διά et λύω) solvo in partes, e quibus aliquid compositum est, *dissolvo, dissipo*, (Dan. 5, 6. 1 Reg. 19, 11.) — de multitudine hominum; semel Act. 5, 36. (Ioseph. ant. 4, 3. 1 διαλύουσι τὸν σύλλογον. Id. de bell. 6, 4. 3 διαλ. τὸ συνέδριον. Xenoph. cyrop. 5, 5, 43.)

Διαμαρτύρομαι, aor. 1. διεμαρτυράμην, verbum depon. medium, (ex διά et μαρτύρομαι) 1) *testem invoco*, testem vel Deum vel homines invoco in asseverando, monendo, precando; (Deut. 4, 26 διαμαρτύρομαι ὑμῖν σήμερον τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.) Saepius apud profanos. — 2) *obsecro, obtestor* per Deum vel id quod sanctum habetur, *gravissime hortor vel precor*, nostrum: *einen beschwören;* seq. dativo personae, quam obsecro, et accusativo eius per quem obsecro, vel etiam (ex hebraismo) ἐνώπιόν τινος obsecro, et denique seq. ἵνα, vel infinitivo, semel etiam imperativo ad indicandum id quod faciendum est. Luc. 16, 28 ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μή, ut eos gravissime obtestetur, ne (prava patrantes) veniant etc. 1 Tim. 5, 21 διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ἵνα. 2 Tim. 2, 14 διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, μὴ λογομαχεῖν. (Neh. 9, 26. Fabric. cod. pseudep. V. T. p. 632 πολλὰ διεμαρτυράμην αὐτοῖς, τοῦ μὴ ποιῆσαι.) — 2 Tim. 4, 1 διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· κήρυξον τὸν λόγον, obtestor te per Deum, Christum, eiusque adventum et regnum futurum etc. — 3) apud nostros convenit etiam cum significatione verbi διαμαρτυρεῖν, et est: *testor* verbis, aliquid *pronuntio solemni modo*, a) absolute, Act. 2, 40. 8, 25. 20, 23 τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διαμαρτύρεταί μοι, λέγον, ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν. 1 Thess. 4, 6. Hebr. 2, 6 διεμαρτύρατο δέ πού τις, λέγων. — b) seq. dativo personae et accusativo rei, Act. 18, 5 διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. 20, 21. 23, 11. 20, 24 διακονίαν ἔλαβον διαμαρτύρασθαι τὸ εὐαγγέλιον. 28, 23. (LXX pro הוֹדִיעַ Ezech. 16, 2 διαμάρτυραι τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς ἀνομίας αὐτῆς. ib. 20, 4. — Etiam pro הֵעִיד Deut. 32, 46 τοὺς λόγους, οὓς ἐγὼ διαμαρτύρομαι ὑμῖν σήμερον. vid. etiam Exod. 18, 20. Sic διαμαρτύρεσθαι Ioseph. ant. 9, 8. 3 πέμπει ὁ θεὸς τοὺς προφήτας διαμαρτυρησομένους τὰ πραττόμενα). — seq. ὅτι, Act. 10, 42 κηρύξαι τῷ λαῷ, καὶ μαρτύρασθαι, ὅτι αὐτός ἐστι etc. *.

Διαμάχομαι, imperf. διεμαχόμην, verb. depon. med. (ex διά et μάχομαι) *acriter pugno;* et si verbis pugnatur: *acriter disputo;* semel Act. 23, 9. (Sir. 8, 1 μὴ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου δυνάστου. Aquil. et Symmach. hebr. חָרִיב, Exod. 21, 18. Ioseph. ant. 4, 6 12 διαμάχη, acris disputatio.)

Διαμένω, perf. διαμεμένηκα, aor. 1. διέμεινα (ex διά et μένω) *permaneo, perduro*, maneo in conditione, societate, vita. Luc. 1, 22 διέμενε κωφός, mutus manebat. — Διαμένω πρός τινα, Gal. 2, 5 semper alicui servor, alicui maneo. (Sir. 46, 9 ἰσχὺς ἕως γήρους διέμεινεν αὐτῷ.) — Διαμένειν μετά τινος, Luc. 22, 28 perdurare cum aliquo, eum non deserere. (Sir. 22, 23 διάμενε αὐτῷ, nostrum: halte bei ihm aus.) — Hebr. 1, 11 διαμένεις, semper vivis (עָמַד Psal. 102, 26), i. e. (ut in Psalmo explicatur) ὁ αὐτὸς εἶ, idem semper es. coll. Psal. 119, 89. — 2 Petr. 3, 4 πάντα οὕτω διαμένει, omnia in suo statu perseverant. (Psal. 5, 5. 119, 90.) *.

Διαμερίζω, partic. perf. pass. διαμεμερισμένος, aor. pass. διεμερίσθην, fut. pass. διαμερισθήσομαι, aor. med. διεμερισάμην, (ex διά et μερίζω) LXX maxime pro חָלַק — 1) *in partes divido*, a) propr. Marc. 15, 24. — Act. 2, 3 γλῶσσαι διαμεριζόμεναι, flammulae discissae (LXX pro נִפְלַג, Gen. 10, 25. 1 Chron. 1, 19. coll. Deut. 32, 8.) — med. *mihi divido, inter me et alios divido*, Matth. 27, 35. Luc. 23, 34. Io. 19, 24. (Ps. 22, 18.) — b) tropice de voluntatibus discordium, διαμερίζομαι in partes contrarias distrahor, *dissideo*, Luc. 11, 17. 18. 12, 52. 53. — 2) *divido, distribuo*, Luc. 22, 17. Act. 2, 45. (LXX pro חִלֵּק, Iudic. 5, 30. 2 Sam. 6, 19. 1 Chron. 16, 3. Ezech. 47, 21. Zach. 14, 1.) *.

Διαμερισμός, οῦ, ὁ, (a διαμερίζω) 1) partitio, divisio, Ezech. 48, 29. Mich. 7, 12. — 2) *dissidium*, Luc. 12, 51 ubi concordiae (εἰρήνη) opponitur. **.

Διανέμω, aor. 1. pass. διενεμήθην, (ex διά et νέμω, divido) 1) divido, distribuo; (Deut. 29, 25 pro חָלַק. Ioseph. ant. 9, 13. 3.) — 2) *spargo, divulgo;* Act. 4, 17 διανεμηθῇ spargatur, intellige fama. **.

Διανεύω, f. εύσω, (ex διά et νεύω) *innuo, nutu significo*, Luc. 1, 22. (Ps. 35, 19. Sir. 27, 22. Ex profanis scriptoribus seriores tantummodo usi sunt hoc verbo, ut Diod. Sic. 3, 18. Polyb. 1, 23. 8.) **.

Διανόημα, ατος, τό, (a διανοέομαι, cogito, perpendo) *cogitatio; sententia*. Luc. 11, 17. (Ies. 55, 9. Ezech. 14, 3. 4. Sir. 22, 16. Xenoph. hist. gr. 7, 5. 19. saepius apud Platonem.) *.

Διάνοια, ας, ἡ, (ex διά et νόος) LXX pro לֵבָב et לֵב 1) cogitare, perpendere, das Nachdenken. Sap. 4, 15. Clem. Alex. strom. 2, 15. p. 462, 2 ed. Pott. — 2) *mens* i. e. a) mens ipsa, quae intelligit, appetit et sentit; 1 Petr. 1, 13. (Eph. 1, 18 in textu vulg., ubi *Griesb.* καρδίας reposuit) Eph. 4, 18. Hebr. 8, 10. 10, 16. (in loco parallelo Ier. 31, 33 est קֶרֶב, *medium, animus, mens.*) Sic etiam Matth. 22, 37. Marc. 12, 30. Luc. 10, 27 est *mens*, tanquam principium agendi. (Vid. Deut. 6, 5. Gen. 17, 17. 24, 45. 45, 26. 2 Macc. 2, 2. Levit. 19, 17.) — *mens* i. e. — b) *intellectus, intelligentia*, 1 Io. 5, 20. (Exod. 35, 25. 36, 1. Iob. 9, 4. Sap. 4, 15.) — *mens* i. e. — c) *cogitandi sentiendique ratio*, 2 Petr. 3, 1 εἰλικρινῆς διάνοια. (Ioseph. ant. 2, 2. 4 σκυθρωπότερον τὴν περὶ αὐτῶν διάνοιαν λαμβάνων.) — d) *mentis consilia, voluntates*, (Gen. 34, 3 ἐλάλησε κατὰ τὴν διάνοιαν τῆς παρθένου. Ioseph. ant. 4, 6. 2.) — in malam partem, de animi sensu pravo, Luc. 1, 51 ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας. (2 Macc. 5, 17. 1 Chron. 29, 18. Bar. 1, 22.) Eph. 2, 3 τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, leges pravorum appetituum. Coloss. 1, 21 τῇ διανοίᾳ, mentis pravitate. *Fabric.* cod. pseud. I, p. 530 συνέλαβον (angeli) τῇ διανοίᾳ τὴν πρᾶξιν (concubitum cum mulieribus hominum), κἀκεῖναι (mulieres) ἐπιθυμοῦσαι τῇ διανοίᾳ τὰς φαντασίας αὐτῶν ἔτεκον γίγαντας. *.

Διανοίγω, aor. 1. διήνοιξα, aor. 1 pass. διηνοίχθην, (ex διά et ἀνοίγω) 1) *aperio id quod clausum est, adaperio*, Luc. 2, 23 τὴν μήτραν διανοίγων, primogenitus. (Exod. 13, 2.) — aures, Marc. 7, 34. 35. ut hebr. פָּתַח Ies. 35, 5. 2 Reg. 6, 1. — Metaphorice: *oculos aperire*, Luc. 24, 31. i. e. rei cognitionem dare, (Gen. 3, 5. 2 Reg. 6, 17. 20.) i. q. v. 45 διήνοιξε τὸν νοῦν. — *cor aperire*, Act. 16, 14. i. e. intelligentiam et sensum dare. (Hos. 2, 15 διανοῖξαι σύνεσιν αὐτῆς. 2 Macc. 1, 4.) — 2) sensum rei quasi occlusae aperio, *explico, interpretor, explano*, Luc. 24, 32. Act. 17, 3. (פָּתַח Ps. 119, 130.) Sic saepius apud profanos. *.

Διανυκτερεύω, (ex διά et νυκτερεύω, noctu aliquid facio) *totam noctem transigo, noctem pervigilo;* Luc. 6, 12. (Iob. 2, 9 διανυκτερεύων αἴθριος, sub dio noctem transigens. Ioseph. ant. 6, 13. 9. de bell. 2, 14. 7. Diod. Sic. 13, 62 διενυκτέρευον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῶν τειχῶν. Antonin. 7, §. 66. Pollux. onom. 1, 71 τὸ μὲν νυκτός τι πρᾶξαι, νυκτερεῦσαι, τὸ δὲ δι' ὅλης νυκτός, διανυκτερεῦσαι.) **.

Διανύω, aor. 1. partic. διανύσας (ex διά et ἀνύω s. ἀνύτω perficio) *absolvo, perficio, ad finem perduco;* Act. 21, 7 navigationem. — (viam 2 Macc. 12, 17. Hom.

Odyss. 17, 517. Xenoph. cyrop. 4, 2. 15 πολλὴν ὁδὸν διήνυσαν. Ioseph. ant. 4, 6. 8 τὸν βίον διανύσαι.) **.

Διαπαντός, (διὰ παντός) **adverb. temporis**: 1) per *omne* tempus, in aeternum, Ies. 57, 16. לָנֶצַח Ios. 4, 6. — 2) sensu latiori: *continuo, perpetuo, quovis tempore, semper*. Act. 2, 25. 24, 16. Rom. 11, 10. 2 Thess. 3, 16. Hebr. 13, 15. Psal. 119, 33 ἐκζητήσω τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων τοῦ κυρίου διαπαντός. Ies. 52, 5 διαπαντὸς (תָּמִיד) τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται. Psal. 34, 1. Marc. 5, 5 διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας, continuo, et noctu et die. — 2) quovis tempore statuto, quo aliquid fieri solet, *assidue*, Luc. 24, 53. Act. 10, 2. *saepe* Hebr. 9, 6 ubi τῷ ἅπαξ opponitur. coll. Deut. 33, 10.

Διαπαρατριβή, ῆς, ἡ, vox, nonnisi 1 Tim. 6, 5 in textu *Griesbach.* obvia, qui recte et ex optimorum librorum auctoritate reposuit διαπαρατριβαί pro παραδιατριβαί. Παραδιατριβή, (ex παρά, indicante id quod modum excedit, et διατριβή, quod tribuitur ei, qui tempus terit, et etiam significat exercitationem, contentionem) est: nimia contentio, dissidium modum excedens. Sed διαπαρατριβή est ex παρατριβή, das Aneinanderreiben, contentio, dissidium, et διά, hic continuationem indicans, igitur: *perpetua contentio, dissidium non cessans*, unaufhörliche Umtriebe. Suidas et Hesych. διαπαρατριβαί· ἐνδελεχισμοί, ἐνδελέχειαι. (Similia composita sunt διαπαρακύπτεσθαι 1 Reg. 6, 4. et διαπαρατηρεῖν 2 Sam. 3, 30. Vid. Winer. Gr. N. T. §. 16. p. 93.) Alii (Fritzsche in comm. in evang. Marc. p. 796) malunt παρά h. l. alieno loco interpositum esse, διαπαρατριβαί pro παραδιατριβαί..

Διαπεράω, aor. 1. διεπέρασα (ex διά et περάω transeo, quod a πέραν) *traiicio, transeo per aliquid*, Matth. 9, 1. 14, 34. Marc. 5, 21. 6, 53. Luc. 16, 26. Act. 21, 2. (hebr. עָבַר Deut. 30, 13. Ies. 23, 2.) *.

Διαπλέω, aor. 1. διέπλευσα, (ex διά et πλέω) *pernavigo, navigando emetior*. Semel, Act. 27, 5. (Herodian. 8, 6. 11.)

Διαπονέω, ῶ, f. ήσω, (ex διά et πονέω, laboro) 1) elaboro; labori operam do, studeo, 2 Macc. 2, 29. — 2) molestia gravo (quum πόνος etiam sit molestia, pondus laboris impositum) Eccles. 10, 9. — In medio: apud profanos: me exerceo, labore mihi comparo; apud nostros: *aegre fero*, (ut πονεῖσθαι Hom. Iliad. 9, 12.) *graviter commoveor*. Act. 4, 2. 16, 18 διαπονηθείς, indignabundus. Aquila ita vertit hebr. וַיִּתְעַצֵּב Gen. 6, 6. (LXX διενοήθη.) 1 Sam. 20, 30. (LXX ἐθυμώθη ὀργῇ). Hesych. διαπονηθείς· λυπηθείς. **.

Διαπορεύω, f. εύσω, (ex διά et πορεύω) transire facio, transmitto. Διαπορεύομαι: *iter facio per locum, transeo per locum*, Luc. 6, 1. (Gen. 24, 62 hebr. בּוֹא) Rom. 15, 24 διαπορευόμενος videl. per vestram urbem. — *obeo, peragro*, Luc. 13, 22 διεπορεύετο διδάσκων κατὰ πόλεις, circumibat docens in singulis urbibus. Act. 16, 4. coll. Num. 11, 8. (hebr. שׁוּט circumire), Iob. 2, 2. 2 Chron. 30, 10. — *praetereo*, Luc. 18, 36. coll. Ios. 15, 3 διαπορ. ἀπέναντι. *.

Διαπορέω, ῶ, (ex διά, quod hic vim intendit, et ἀπορέω, quod vid.) activ. et medium: non habeo, quo me vertam, *nescio quid agendum, statuendum, dicendumve sit; incertus sum, consternatus sum, dubius haereo*, quod vel est mirantis et stupefacti, ut Luc. 24, 4. Act. 2, 12. 10, 17. (Symmach. Dan. 2, 3 διηπόρει τὸ πνεῦμα, LXX ἐξέστη τὸ πνεῦμα, hebr. וַתִּפָּעֶם), vel solliciti, animo turbati, ut Luc. 9, 7. Act. 5, 24 διηπόρουν perturbati nesciebant, quid de illis et de eo, quod iis evenisset, statuendum esset. Suid. διαπορῶ, διαπορήσω· ζητῶ, ἀμφιβάλλω. (Ioseph. ant. prooem. §. 4. Aelian. V. H. 4, 17.) *.

Διαπραγματεύομαι, aor. 1. διεπραγματευσάμην, depon. med. (ex διά et πραγματεύομαι) opus aggredior; rem accurate pertracto. — In N. T. semel Luc. 19, 15 ubi vel est *negotium facio*, vel *negotio* s. *negotiando lucror*. In V. T. non legitur.

Διαπρίω, (ex διά et πρίω) *serra disseco*, 1 Chron. 20, 3. cf. Διχοτομέω. — Passivum διαπρίεσθαι metaphorice: *dissecor corde*, Act. 5, 33. 7, 54 ubi ταῖς καρδίαις additur; cuius tropi sensus est: *vehementer pungor, ira, aegritudine corripior*. Hesych. διεπρίοντο· ἐθυμοῦντο, ἔπριζον τοὺς ὀδόντας. Similis tropus de animi summo dolore legitur Luc. 2, 35. *.

Διαρπάζω, fut. άσω, (ex διά et ἁρπάζω) *diripio, spolio*. Matth. 12, 29. Marc. 3, 27. (Gen. 34, 27. Dan. 2, 5. Esth. 9, 10. Ioseph. ant. 7, 4. 1. ib. 4, 7. 1.) *.

Διαῤῥήγνυμι, sive διαῤῥήσσω [Luc. 4, 29], aor. 1. διέῤῥηξα (ex διά et ῥήγνυμι s. ῥήσσω) *disrumpo, dilacero*. Matth. 26, 65. Marc. 14, 63. Luc. 5, 6. 8, 29. Act. 14, 14. Vestimenta disrumpere, i. e. vestimenta, ubi pectus obtegebant, dilacerare, quod in gravissimo luctu et summa indignatione fieri solebat. (Gen. 37, 29. 34. 44, 13. Num. 14, 6. Ios. 7, 6. 2 Sam. 3, 31. Philo de Ioseph. p. 528 D. et p. 557 E.) *.

Διασαφέω, ῶ, aor. 1. διεσάφησα, (ex διά et σαφής, clarus, manifestus) *clarum, manifestum facio, enarro*; semel Matth. 18, 31. (Deut. 1, 5. 2 Macc. 1, 18. 20. 2, 9. Ioseph. ant. 2, 2. 2. ib. 5, 8. 6.)

Διασείω, aor. 1. διέσεισα, (ex διά et σείω) 1) concutio; — 2) *terrorem iniicio*. Sic tropice Iob. 4, 14 μεγάλως μου τὰ ὀστᾶ διέσεισε, הִפְחִיד. — Deinde ut etiam Latinor. *concutio*, de magistratibus et potentioribus dicitur, ubi abutentes potestate sua minis interpositis aliquid extorquent ab alio. In N. T. de militibus; Luc. 3, 14 μηδένα διασείσητε, neminem concutiatis, a nemine minis adhibitis pecuniam extorqueatis. (Ioseph. ant. 19, 1. 16 οἱ μὲν [milites] ἐπανασειόμενοι τοῖς κρατίστοις τῶν πολιτῶν. (3 Macc. 7, 21 ὑπὸ μηδενὸς διασεισθέντες τῶν ὑπαρχόντων, a nemine, vi adhibita, bonis suis privati. Vid. de hoc verbi usu *Wolfius* in curis phil. ad Luc. 3, 14. Aelian. V. H. 2, 14.) **.

Διασκορπίζω, f. ίσω, verbum seriorum scriptorum, (ex διά et σκορπίζω) LXX pro פּוּץ et aliquoties pro זָרָה, *dispergo, disiicio*, Matth. 26, 31. Marc. 14, 27. Io. 11, 52. (Deut. 30, 1. Zach. 13, 7 in textu Alexandr. Nehem. 1, 8. Ier. 9, 16. 23, 1. 2. Ezech. 5, 2. 10.) — de semine: *spargo*, Matth. 25, 24. 26. — de opibus: *dilapido*, Luc. 15, 13. 16, 1. — de hostibus: *dispergo, percutio*, Luc. 1, 51. Act. 5, 37. (Ps. 89, 10. Ier. 51, 20—23. Num. 10, 35. Ioseph. ant. 8, 15. 4. Aelian. V. H. 13, 46 ὁ δράκων τοὺς μὲν διεσκόρπισεν, τοὺς δὲ ἀπέκτεινεν.) *.

Διασπάω, aor. 1. pass. διεσπάσθην, ex διά et σπάω) distraho; *disrumpo*, ut catenas Marc. 5, 4. (Ier. 2, 20 τοὺς δεσμούς. Iudic. 16, 9.) — *dilanio, discerpo*, Act. 23, 10. Aquila hebr. שִׁסֵּף *discidit*, 1 Sam. 15, 33 ubi LXX ἔσφαξε. Ioseph. ant. 6, 9. 4 δώσειν τὰς σάρκας αὐτοῦ τοῖς μεταρσίοις διασπάσασθαι. Hesych. διασπάσαι· διαιρεῖν, διασπαράξαι, διασχίσαι. *.

Διασπείρω, aor. 2. pass. διεσπάρην, (διά et σπείρω) LXX pro פּוּץ et זָרָה, propr. dissemino; inde *dispergo, dissipo*; de hominibus, Act. 8, 1. 4. 11, 19. (Gen. 11, 9. 49, 7. Exod. 5, 12. Deut. 28, 64. Ier. 15, 7. Ezech. 12, 15. Ioseph. ant. 7, 10. 3.) *.

Διασπορά, ᾶς, ἡ, (vid. Διασπείρω) propr. disseminatio; inde *dissipatio*. Iudaei διασποράν usurpabant de exilio babylonico Ier. 34, 17. Ies. 49, 6. Iudith. 5, 19. adeoque, abstracto posito pro concreto, de exulantibus ipsis, 2 Macc. 1, 27. coll. Ps. 147, 2 ubi in hebr. נִדְחִים, *expulsi*. Sic etiam in N. T. magnus ille numerus Iudaeorum, qui inde ab exilio extra Palaestinam in omnibus fere terris, mare mediterraneum cingentibus, et in Chaldaea, Persia etc. dispersi vivebant, dicuntur οἱ ἐν τῇ διασπορᾷ Iac. 1, 1. coll. 1 Petr. 1, 1. et διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων Io. 7, 35. i. e. Iudaei inter populos graece loquentes viventes, quorum maximus numerus erat in Aegypto et Asia minori (Ioseph. de bell. Iud. 7, 3. 3 τὸ γὰρ Ἰουδαίων γένος πολὺ μὲν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην παρέσπαρται τοῖς ἐπιχωρίοις· πλεῖστον δὲ τῇ Συρίᾳ ἀναμεμιγμένον.) *.

Διαστέλλω, aor. 1. med. διεστειλάμην, (ex διά et στέλλω) 1) in diversas partes mitto; distraho, separo, dispono, Deut. 10, 8. 19, 2. — *accurate definio*, Gen. 30, 28 διάστειλον (נָקְבָה) τὸν μισθόν. Hinc in medio: *accurate ordino, diserte mando, iubeo*, Act. 15, 24 οἷς οὐ διεστειλάμεθα, quibus nulla dedimus mandata. Hebr. 12, 20 τὸ διαστελλόμενον, passive: lex, mandatum. Sequente propositione negativa, ut Matth. 16, 20. Marc. 5, 43. 7, 36. 9, 9. est: praecipio ne, i. e. *veto*. — (Sic διαστέλλ. *iubeo*, Ezech. 3, 18—21. Mal. 3, 11. Iudith. 11, 12 ὅσα διεστείλατο αὐτοῖς

ὁ θεός. 2 Macc. 14, 28. Philo de somn. p. 1127 D. et διαστολή *praeceptum*, Num. 19, 2. 30, 7.) *.

Διάστημα, ατος, τό, (a διΐστημι, disto) *distantia, intervallum;* (saepius de loco, Gen. 32, 16. Ezech. 41, 8. 2 Macc. 14, 44.) de tempore, Act. 5, 7 ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, post trium fere horarum intervallum. (Philo de opif. m. p. 5 διάστημα τῆς τοῦ οὐρανοῦ κινήσεώς ἐστιν ὁ χρόνος.) *.

Διαστολή, ῆς, ἡ, (a διαστέλλω) *distinctio, discrimen*, Rom. 3, 22. 10, 12. (Exod. 8, 23.) — 1 Cor. 14, 7 διαστολὴν διδόναι τοῖς φθόγγοις, sonos distinctos edere. Hesych. διαστολή· διάκρισις, διαίρεσις. *.

Διαστρέφω, aor. 1. διέστρεψα, partic. perf. pass. διεστραμμένος, (ex διά et στρέφω) 1) *detorqueo*, distorqueo; — metaphorice; *perverto* quae recta et plana sunt, *corrumpo*, Act. 13, 10 διαστρέφων τὰς ὁδοὺς κυρίου, rem divinam corrumpens, detorquens eam in pravum. (Exod. 23, 6. Prov. 10, 9. Mich. 3, 9.) — διεστραμμένος, *corruptus, pravus*, perversus, Matth. 17, 17. Luc. 9, 41. Phil. 2, 15. (Deut. 32, 5 γενεὰ διεστραμμένη.) — *Διεστραμμένα λαλεῖν*, falsa, prava, ad pietatem inutilia docere, Act. 20, 30. (Prov. 23, 33.) — 2) *averto* a recto tramite, ut a fide, Act. 13, 8. (Exod. 5, 4 διαστρέφειν τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἔργων.) — *corrumpo* alicuius animum, Luc. 23, 2 διαστρέφοντα τὸ ἔθνος. (1 Reg. 18, 17. *Fabric.* cod. pseudep. V. T. 1, p. 604: ὁ οἶνος διέστρεψέ μοι τοὺς ὀφθαλμούς. — ib. οἶνος διαστρέφει τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἀληθείας.) *.

Διασώζω, aor. 1. act. διέσωσα, aor. 1. pass. διεσώθην, (ex διά et σώζω) LXX pro מִלֵּט, הוֹשִׁיעַ, particip. pass. pro שָׂרִיד — 1) proprie: *salvum perduco* per periculum, s. salvum *educo* e periculo, v. c. δι᾽ ὕδατος 1 Petr. 3, 20 per diluvii fluctus. (Ioseph. ant. 1, 3. 2.) ἐκ θαλάσσης, e naufragio, Act. 28, 1. 4. (Iob. 29, 12. Dan. 11, 41. Ioseph. ant. 6, 12. 3 διασωθεὶς ἐκ τῆς Γίττης.) — εἰς τὴν γῆν, e mari ad littus, Act. 27, 44. (Gen. 19, 19 εἰς τὸ ὄρος. Ies. 37, 38. Ioseph. ant. 14, 14. 3 διασώζεται μόλις εἰς Ῥόδον. ib. 2, 10. 1 εἰς τὴν οἰκίαν.) *Διασώζειν τινα πρός τινα*, salvum aliquem educere ad alium, herausretten zu einem, Act. 23, 24 διασώσ. πρὸς Φήλ. ut illum salvum ad Felicem perduceret. (Test. XII patriarch. p. 534. Ruben dicitur voluisse Iosephum διασῶσαι πρὸς τὸν πατέρα, e fovea educere ad Iacobum et ita salvum facere. Ioseph. ant. 12, 4. 9 διεσώθησαν εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν πατέρα. ib. 5, 1. 2 πρὸς τοὺς οἰκείους. Polyb. 8, 11 διεσώζοντο πρὸς τὴν πόλιν.) — 2) simpliciter: *plane servo, salvum facio*, et maxime de iis dicitur, qui vitam conservant; passive, qui mortis periculum effugiunt. Sic Act. 27, 43. (Ion. 1, 6. Prov. 10, 5. Num. 10, 9. 2 Macc. 11, 12. Sir. 46, 8.) et ita διασωθῆναι etiam de iis dicitur, qui morbo lethifero sanantur. Non enim est simpliciter *sano*, sed salvum per morbum perduco, morbi potestati eripio. Matth. 14, 36. Luc. 7, 3. (Ierem. 8, 20. collatis vers. 17. 22.) *.

Διαταγή, ῆς, ἡ, (a διατάσσω) 1) ordinatio, dispositio; *institutum*, Rom. 13, 2. (Esdr. 4, 11.) — 2) *ordo, agmen dispositum*. Act. 7, 53 ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, i. e. adstantibus, praesentibus angelorum ordinibus s. agminibus. Alii vertunt: ihr empfinget das Gesetz zu Engelsverordnungen, d. h. als Engelsverordnungen, vel etiam: auf Anordnung von Engeln, vid. Winer. Gr. N. T. p. 205 et p. 378. Quod si scriptor dicere voluisset, scripsisset εἰς διαταγήν, non διαταγάς. Wahlius in Clav. N. T.: εἰς διαταγὰς ἀγγέλων ex attractione accipit pro ἀγγέλων εἰς διαταγας ὄντων, inter angelorum agmina. Sed sine dubio agnoscendus est hebraismus. Lucas enim hic repetit ea, quae in fonte aliquo graeco invenit, qui aramaicum librum satis incommode vertit, et לְ, quod hic est *coram, vor*, barbare vertit εἰς, (Gen. 33, 11 ubi LXX hebr. לְעֵינֵי coram oculis, recte verterunt ἐναντίον, et Gen. 45, 1 לְכֹל הַנִּצָּבִים, LXX πάντων τῶν παρεστηκότων). Est igitur i. q. ἐναντίον διαταγῶν ἀγγέλων, adstantibus angelorum agminibus. Quanquam enim διαταγή in V. T. (praeter Esdr. 4, 11) non legitur, tamen διάταξις, quod cum διαταγή convenit, hoc sensu habetur Iudith. 1, 4 εἰς διατάξεις πεζῶν, ad disponenda agmina peditum. ibid. c. 8, 36 ἐπὶ τὰς διατάξεις αὐτῶν, ad agmina, ad stationes suas. Vid. etiam 2 Chron. 31, 16. 17. et διατάσσω 2 Chron. 5, 11. Quae enim Exod. 19, 13. 16. 19 de tonitribus, fulguribus, tubae sonis in Dei apparitione ad montem Sinaiticum commemorata leguntur, ea ad angelos, Deum stipantes, a Iudaeis serioribus relata sunt, cf. versio Alexandr. Deut. 33, 2. Ps. 104, 4. Alii vertunt: *ministerio angelorum* promulgata; et fere sic Ioseph. ant. 15, 5. 3 ἡμῶν δὲ τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων, καὶ τὰ ὁσιώτατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι᾽ ἀγγέλων παρὰ τοῦ θεοῦ μαθόντων. (De locis Gal. 3, 19. Hebr. 2, 2 vid. *Διά*.) **.

Διάταγμα, τος, τό, (a διατάσσω) *mandatum, praeceptum*, Hebr. 11, 23. (Esdr. 7, 11. Sap. 11, 7. Philo de decalog. p. 746 C.) **.

Διαταράσσω, aor. 1. pass. διεταράχθην (ex διά et ταράσσω) *perturbo, confundo*, Luc. 1, 29 διεταράχθη, animo perturbata est. (Xenoph. mem. 4, 2. 40.) *.

Διατάσσω, aor. 1. διέταξα, perf. διατέταχα, partic. perf. pass. διατεταγμένος, partic. aor. 1. pass. διαταχθείς, part aor. 2. pass. διαταγείς, fut. med. διατάξομαι, aor. 1. διεταξάμην, (ex διά et τάσσω) 1) dispono, ordino, v. c. milites 2 Macc. 12, 20. sacerdotes 2 Chron. 5, 11. crines compono Iudith. 10, 3. — 2) dispono, quod fieri, vel quomodo fieri debeat, seq. dativo personae, cui aliquid praecipitur; i. e. a) *iubeo, praecipio;* activum, Matth. 11, 1. Luc. 8, 55. Act. 18, 2. 1 Cor. 9, 40. 16, 1. — Passivum: τὸ διατεταγμένον, τὰ διαχθέντα, *iussum, praecepta*, Luc. 3, 13. 17, 9. 10. Act. 23, 31. — Gal. 3, 19 (ὁ νόμος) διαταγεὶς δι᾽ ἀγγέλων, lex lata, i. e. promulgata. — b) Medium: *constituo, ordino*, Act. 7, 44. 24, 23. 1 Cor. 7, 17. 11, 34. Tit. 1, 5. — Perf. pass. in significatione medii (vid. Rostii gramm. p. 555. Wineri Gr. p. 239), Act. 20, 13 οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, sic enim constituerat, so hatte er sichs bestellt. *.

Διατελέω, ῶ, (ex διά et τελέω) *perficio, ad finem perduco*. *Διατελεῖν*, intellige τὸν χρόνον, *tempus transigere, permanere*, saepius adiectivis et participiis ita iungitur, ut valeat *semper, continuo* aliquid fieri, vel aliquem esse. Sic apud profanos (Xenoph. anab. 4, 3. 2. Herodian. 1, 4. 12. Xenoph. Agesil. 1, 37 διατελῶ εὐδαίμων, perpetua fruor felicitate. Ioseph. ant. 4, 8. 41 χρώμενοι νόμοις διατελοίητε, legibus semper utamini) et nostros scriptores Act. 27, 33 ἄσιτοι διατελεῖτε, continuo estis ieiuni. (Deut. 9, 7 ἀπειθοῦντες διετελεῖτε. Ier. 20, 7. 2 Macc. 5, 27 τὴν χορτώδη τροφὴν σιτούμενοι διετέλουν, gramineo cibo continuo vescebantur.) *.

Διατηρέω, ῶ, (ex διά et τηρέω) *diligenter custodio*. Luc. 2, 51 διατηρεῖν animo custodire, menti infigere. (Gen. 37, 11. Dan. 7, 28. Sir. 28, 5 διατηρεῖν μῆνιν, retinere, fovere iram.) — *Διατηρεῖν ἑαυτόν, se custodire*, i. e. *sibi cavere, abstinere*, Act. 15, 29. (Ies. 56, 2 διατηρῶν τὰς χεῖρας αὐτοῦ μὴ ποιεῖν ἄδικα.) *.

Διατί, (ex διά et τί) adverb. interrogandi, *cur? quare? qua de causa?* Matth. 9, 14. 13, 10. Marc. 2, 18. Luc. 5, 30. 33. Io. 7, 45. Apoc. 17, 7. — Num. 11, 11. Deut. 29, 24. Exod. 5, 14.

Διατίθημι, (ex διά et τίθημι), dispono, (1 Sam. 11, 12 — ordino, definio alicuius statum vel conditionem; hinc passivum: sum vel fio aliquis s. aliquid, ἐρωτικῶς διατίθεμαι, amore captus sum, Ioseph. ant. 2, 4. 2.) — Medium: διατίθεμαι, aor. 2. med. διεθέμην, fut. 1. med. διαθήσομαι, *dispono*, a) proprie in usus meos; seq. dativo personae: *trado alteri aliquid*, ut eo utatur, *trado, concedo alicui, ich überlasse zur Verfügung*, Luc. 22, 29 διατίθεμαι ὑμῖν βασιλείαν, trado vobis regnum s. potestatem regni, dispono in vestram gratiam de regno. (Ioseph. ant. 13, 16. 1 τὴν βασιλείαν εἰς τὴν Ἀλεξάνδραν διέθετο. Xenoph. cyrop. 5, 2 τὴν θυγατέρα ἐπιτρέπω διαθέσθαι, ὅπως ἂν σὺ βούλῃ, die Tochter überlasse ich dir zu freier Verfügung.) — b) de testamento: *testamentum facio*, testamento *praecipio*, Hebr. 9, 16. 17. (Ioseph. ant. 13, 16. 1. Polyb. 20, 6. 5.) — c) de foedere: *pango, facio*, (LXX saepissime pro בְּרִית), διαθήκην πρός τινα, Act. 3, 25. Hebr. 10, 16. (Exod. 24, 8. Deut. 4, 23. 5, 2. 7, 2. Ios. 9, 15 sq. 2 Sam. 3, 13.) — τινί, Hebr. 8, 10. [coll. v. 9 ubi ἐποίησα διαθήκην τοῖς πατράσιν.] (Deut. 5, 3. 29, 1. 25. 31, 16. Ios. 9, 6. 7. 1 Sam. 11, 1. — μετά τινος, Gen. 26, 28. 2 Sam. 3, 21. 2 Reg. 17, 38. 2 Chron. 29, 10.) *.

Διατρίβω, aor. 1. διέτριψα, (ex διά et τρίβω, tero) attero, perfrico oculos unguento Tob. 11, 8. 12. — 2) terendo *consumo*. — Inde διατρίβειν χρόνον, Act. 14, 3. 28. et διατρίβειν ἡμέρας Act. 16, 12. 20, 6. 25, 6. 14. (Levit. 14, 8 hebr. יָשַׁב maneo), vel etiam διατρίβειν simpliciter Io. 3, 22. 11, 54. Act. 12, 19. 15, 35. (Ierem. 35, 7 hebr. גּוּר peregrinari)

13 *

est: tempus terere, tempus consumere, *commorari*, *versari* in aliquo loco. (Ioseph. ant. 5, 4. 2 *διέτριβε ἐν τινι δωματίῳ*. Lysias orat. 2, 3 *διατρίβοντα παρὰ Λυσιμάχῳ*. Hesych. *διατρίβει· διάγει, παρέλκει ἐπὶ πολὺν χρόνον.*) *.

Διατροφή, ῆς, ἡ, (a *διατρέφω*, nutrio) *alimentum, victus*. 1 Tim. 6, 8. (1 Macc. 6, 49. Ioseph. ant. 2, 5. 7. ibid. 4, 8. 21.) **.

Διαυγάζω, aor. 1. *διηύγασα*, (ex *διά* et *αὐγάζω*) *illucesco, pellueeo;* semel 2 Petr. 1, 19. (Polyb. 3, 104. 5. *καταυγάζειν* Sap. 17, 5. *Διαυγασθεὶς* Ioseph. ant. 5, 10. 4. tropice: darüber aufgeklärt. Hesych. *διαυγάσαι· φωτίσαι.*)

Διαυγής, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ex *διά* et *αὐγή*) *pellucidus*, *micans* (spiegelnd). Semel Apoc. 21, 21 pro *διαφανής*, quod legitur in textu vulg. (Aquila Prov. 16, 2 pro hebr. זַךְ purus. Ioseph. ant. 3, 1. 7 *διαυγέστατον ὕδωρ*. Anthol. gr. ed. *Iac*. 6, 16 *διαυγῆ ὄμματα.*) Hesych. *διαυγές· λαμπρόν, φωτεινόν.*

Διαφανής, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό. (a *διαφαίνω*, pellucidus sum, Sap. 17, 6) *pellucidus, translucidus*. Apoc. 21, 21 in textu vulg. Vid. *Διαυγής*. (LXX Exod. 30, 34 hebr. זַךְ.)

Διαφέρω, aor. 1. *διήνεγκα*, (ex *διά* et *φέρω*) 1) transitive: *perfero*, i. e. a) *per locum fero*, Marc. 11, 16. (in locum fero, deporto, 3 Esdr. 5, 55.) — b) in diversas partes porto, huc illuc fero, auseinander tragen; metaphorice de doctrina: *divulgo*, Act. 13, 49. (Sap. 18, 10 *οἰκτρὰ διεφέρετο*, longe lateque audiebatur planctus). — Act. 27, 27 *διαφερόμενοι*, fluctibus huc illuc agitati, s. iactati. (Plutarch. in Arato p. 1046 *ὥσπερ ἐπὶ ναυαγίου τῆς πατρίδος ἐν τοσούτῳ σάλῳ καὶ κινδύνῳ διαφερόμενος*. Id. de oracul. def. cap. 17. p. 419 *τὴν ναῦν διαφερομένην*. Lucian. Hermot. §. 28.) — 2) intransitive: *differo, diversus sum*, i. e. a) *discrepo*, (Dan. 7, 3.) — *τὰ διαφέροντα*, Rom. 2, 18. Phil. 1, 10 discrepantia, i. e. ut Theodoret. explicat: *τὰ ἐναντία ἀλλήλοις, δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν*, sive ut Theophyl. ad Rom. 2, 17 *δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα, τουτέστι, κρίνειν τί δεῖ πρᾶξαι καὶ τί μὴ δεῖ πρᾶξαι*. (*Elsnerus* II, p. 17 locum Andocidis orat. 4. p. 300 [cap. 19. p. 31 ed. *Steph.*] laudat: *δεινόν ἐστι καὶ ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων τὰ δίκαια πάσχειν κακῶς, πολὺ δὲ χαλεπώτερον, ὅταν τις ἐπιστάμενος τὰ διαφέροντα παραβαίνειν τολμᾷ.* Theophyl. ad Autol. 1, 3. p. 70 *δοκιμάζοντες τὰ διαφέροντα, ἤτοι φῶς ἢ σκότος, ἢ λευκὸν, ἢ μέλαν.*) — b) sequente genitivo personae et dativo rei: *differo ab aliquo aliqua re;* rarius dicitur, ut minuat, (Polyb. 18, 11. 1. Ioseph. ant. 2, 7. 3 *ὀλίγῳ διαφέρειν τοῦ βασιλέως*); saepius ut augeat, ubi est: *praesto, antecello*, Matth. 6, 26. 10, 31. 12, 12. Luc. 12, 7. 24. 1 Cor. 15, 41. Gal. 4, 1. (2 Macc. 15, 13. 3 Macc. 6, 26. Ioseph. ant. 4, 5. 3 *πλούτῳ διέφερον πάντων.*) — c) *διαφέρειν* impersonaliter, seq. dativo (de quo dativo vid. *Lobeckius* ad Phryn. p. 394) *differt*, i. e. *mea refert, mea interest*, Gal. 2, 6. (Arrian. diss. epict. 3, 26 *καὶ τί αὐτῷ διέφερεν*. Polyb. 3, 21. 9. Themist. orat. 21.) *.

Διαφεύγω, aor. 2. *διέφυγον*, (ex *διά* et *φεύγω*) *fugiendo evado, effugio*. Act. 27, 42. (Ios. 8, 22. Prov. 19, 5. 2 Macc. 7, 31.) *.

Διαφημίζω, aor. 1. act. *διεφήμισα*, aor. 1. pass. *διεφημίσθην*, (ex *διά* et *φημίζω*, fama divulgo) longe lateque famam spargo, *late divulgo*, Matth. 28, 15. Marc. 1, 45. (Dionys. Halic. 11, 46. Palaeph. de incredib. cap. 14.) — *Διαφημίζειν τινά*, famam de aliquo divulgo, Matth. 9, 31. *.

Διαφθείρω, aor. 1. *διέφθειρα*, perf. pass. *διέφθαρμαι*, aor. 2. pass. *διεφθάρην*, (ex *διά* et *φθείρω*) LXX pro שָׁחַת, passim etiam pro חָבַל — 1) *corrumpo*, i. e. muto in deterius; de moribus, Apoc. 11, 18 *διαφθείροντες τὴν γῆν*, vel, ut Apoc. 19, 2 plenius dicitur *διέφθειρε* (text. vulg. *ἔφθειρε*) *τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς*, corrupi terram i. e. homines abducendo eos ad idololatriam. (חָת ad 2, 19.) — 1 Tim. 6, 5 *διεφθαρμένοι*, moribus corrupti ve etiam: insani, mente corrupti. (Vid. exempla e profanis larga manu data a *Kypkio* II, p. 366.) — 2) *funditus perdo, prorsus absumo*, Luc. 12, 33. Apoc. 8, 9. (Dan. 4, 20. Iud. 6, 4. 5. Eccles. 5, 5. Ioseph. ant. 7, 4. 1 *τοὺς θεοὺς* [imagines] *αὐτῶν διέφθειρεν.*) — de hominibus: *occido*, Apoc. 11, 18 *διαφθεῖραι*. (Iud. 20, 21. 25. 1 Sam. 2, 25. 2 Sam. 11, 1. 2 Macc. 12, 23. Ioseph. ant. 2, 3. 1.) — pass. *pereo*, 2 Cor. 4, 16 *διαφθείρεται*, calamitatibus absumitur. (Dan. 6, 23. Mich. 2, 10. Sap. 16, 5.) *.

Διαφθορά, ᾶς, ἡ, (a *διαφθείρω*) 1) *corruptio, destructio*, (Dan. 6, 23. 10, 8.) — 2) *putredo*, dissolutio corporis, quae fit morte, Act. 2, 27. 31. 13, 34—37. (LXX pro שַׁחַת, Ps. 16, 10. 30, 9. Ies. 61, 14. Ps. 107, 20. 9, 15 ubi est locus putredinis, sepulcrum. Suid. *διαφθορά· θάνατος, διάλυσις τοῦ συνθέτου σώματος.* *.

Διάφορος, ον. (a *διαφέρω*) 1) *diversus* suo genere, *varius*, Rom. 12, 6. Hebr. 9, 10 *διάφοροι βαπτισμοί*, diversae i. e. diversis temporibus et vario ritu faciendae lotiones sacrae. (Deut. 22, 9. Ioseph. ant. 1, 8. 2.) — 2) *differens;* in bonam partem, *antecellens, praestans*, Hebr. 1, 4. 8, 6. (Esdr. 8, 27. 3 Esdr. 4, 39. Xenoph. mem. 4, 4. 15. Hesych. *διαφορώτερον· κρεῖττον, ὑψηλότερον.*) *.

Διαφυλάσσω, aor. 1. *διεφύλαξα*, (ex *διά* et *φυλάσσω*) *diligenter custodio* s. *defendo*, Luc. 4, 10. LXX saepius pro שָׁמַר, Gen. 28, 15. Ps. 91, 11. Sap. 10, 12. 3 Macc. 3, 3.) **.

Διαχειρίζω, aor. 1. med. *διεχειρισάμην*, (ex *διά* et *χειρίζω*, manu tracto), in activo et medio: manu tracto aliquid. manum rei admoveo. — In medio: manum iniicio alicui, *manu trucido; occido*, quocunque modo fiat, Act. 5, 30. 26, 21. (Polyb. 8, 23. 8 *διακεχειρισμένος τὸν Ἀχαιὸν* et saepius apud profanos. Eodem sensu *χειρόομαι* Iob. 30, 24 pro שָׁלַח יָד.) Hesych. *διαχειρίζεται· φονεύει.* *.

Διαχλευάζω, f. άσω, (ex *διά* et *χλευάζω*) *valde derideo, irrideo*. Act. 2, 13 ubi *Griesbach*. reposuit *διαχλευάζοντες*, pro *χλευάζοντες*, quod habet textus vulg. (Demosth. 1221, 26.)

Διαχωρίζω, (ex *διά* et *χωρίζω*) prorsus separo, Gen. 1, 4. 6. 30, 32. 40. Medium: *separo me*, separo me ab alio, *discedo*, auseinander gehen, Luc. 9, 33. (Gen. 13, 9. 11. 14. Sir. 6, 13. Susann. v. 14.) *.

Διδακτικός, ή, όν, (a *διδάσκω*) *ad docendum aptus, docendi peritus*, 1 Tim. 3, 2. 2 Tim. 2, 24 ubi est, ut Theodoret. explicat: *ὁ τὰ θεῖα πεπαιδευμένος καὶ παραινεῖν δυνάμενος τὰ προσήκοντα*. Apud profanos rarissime legitur, ut apud Philonem de praemiis et poenis p. 914 C. (ed. Mang. II, p. 412) *ἐκ τύφου μεθορμησάμενος πρὸς ἀλήθειαν, διδακτικῇ χρησάμενος ἀρετῇ πρὸς τελείωσιν.*

Διδακτός, ή, όν, (a *διδάσκω*) 1) *doctrina* s. *institutione perceptus, erlernt*, 1 Cor. 2, 13 *λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος*, non utor sermonibus quos in humanae sapientiae schola didicerim, sed quos percepi a spiritu sancto, i. e. loquor ut discipulus non humanae sapientiae sed spiritus sancti. (Pind. olymp. 9, 153 *διδακταῖς ἀρεταῖς*. Xenoph. mem. 3, 9. 1 *ἡ ἀνδρεία πότερον εἴη, διδακτὸν ἢ φυσικόν;*) — Apud profanos tantum de rebus dicitur, quae doceri possunt. — Sed 2) apud nostros etiam de personis, quae docentur, ubi est: *edoctus rem, peritus rei*, seq. genitivo rei. Io. 6, 45 *διδακτοὶ θεοῦ* (*τοῦ* enim ante *θεοῦ* cum *Griesb.* delendum), edocti Deum, Deum bene cognitum habentes. Repetita sunt ex Ies. 54, 13 ubi in hebr. cod. est: לִמּוּדֵי יְהוָה, edocti Deum. Vid. Ier. 31, 34. (1 Macc. 4, 7 *διδακτοὶ πολέμου*, periti rei militaris.) **.

Διδασκαλία, ας, ἡ. (a *διδάσκαλος*) 1) *institutio;* et quidem a) actus instituendi, *docere*, Rom. 12, 7 *ἐν τῇ διδασκαλίᾳ*, versari *in docendo*. 1 Tim. 4, 13. 5, 17. Tit. 2, 7. — b) *institutio, disciplina*, Rom. 15, 4. (coll. 1 Cor. 10, 11.) 2 Tim. 3, 16. (Ioseph. ant. 3, 1. 2. ib. 4, 8. 24.) — 2) *doctrina* ipsa, ut leges, praecepta, dogmata; diciturque quum de doctrina humana et perversa, Matth. 15, 9. Marc. 7, 7. Coloss. 2, 22. Eph. 4, 14. 1 Tim. 4, 1. (Ies. 29, 13), tum de vera et divina, praecipue christiana, 1 Tim. 1, 10. 4, 6. 16. 6, 1. 3. 2 Tim. 3, 10. 4, 3. Tit. 1, 9. 2, 1. 10. (Prov. 2, 17 *διδασκαλία*, hebr. אַלּוּף, *νεότητος*, institutio in iuventute accepta.) *.

Διδάσκαλος, ου, ὁ, (a *διδάσκω*) 1) *qui docet, monet* alios, Rom. 2, 20 *πέποιθας σεαυτὸν εἶναι διδάσκαλον νηπίων*, tibi videris docere posse *τοὺς νηπίους*. Hebr. 5, 12 *ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι*, qui ipsi debebatis posse docere alios. — 2) *doctor*, munus docendi habens, *magister*, Io. 3, 2. Act. 13, 1. 1 Cor. 12, 28. 29. Eph. 4, 11. 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11. 4, 3. — Iac. 3, 1 *μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε*, nolite multi doctoris munus ambire, s. vobis arrogare; ne multi vestrum velint esse doctores, siquidem doctores gra-

vius (μεῖζον) κρίμα manet, quam reliquos. — Dicebantur etiam legisperiti Iudaeorum διδάσκαλοι, Luc. 2, 46. Io. 3, 10. Κατ' ἐξοχήν autem ita appellabantur ii, qui discipulos colligebant, et scholam erudiendorum regebant, *magistri*, Matth. 9, 11. 10, 24. 25. Luc. 6, 40. adiuncta notione auctoritatis, qua de causa etiam κύριοι dicebantur; vid. Io. 13, 13. 14. Hoc sensu διδάσκαλος convenit hebraico *Rabbi*, Io. 1, 39 (ῥαββὶ, ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον διδάσκαλος). ibid. 20, 16. Saepius ita appellatur Iesus, non solum ubi discipuli, sed etiam ubi Iudaei eum adloquuntur, Matth. 8, 19. Marc. 4, 38 et passim; idemque haud raro κατ' ἐξοχήν dicitur ὁ διδάσκαλος (cum articulo), *magister*, Matth. 17, 24. 26, 18. Marc. 5, 35. 14, 14. Luc. 22, 11. Io. 11, 28. — In V. T. semel occurrit 2 Macc. 1, 10.

Διδάσκω, f. άξω, (a themate inusitato δάω, doceo, disco) — LXX pro לִמֵּד, et passim pro הוֹרָה et הוֹרִיעַ — *doceo, instituo*, et quidem a) universe: doceo inscium vel indoctum, Matth. 4, 23. Luc. 4, 31. 1 Cor. 4, 17. 11, 14. Eph. 4, 21 ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε, per illum. Col. 3, 16. 1 Tim. 6, 2 et saepissime. — Sequitur accusativ. personae Matth. 5, 2. Marc. 9, 31. Io. 7, 35 et passim. (Iob. 13, 23. 37, 19. Prov. 4, 4.) — accusativus rei, Io. 14, 26. 2 Thess. 2, 15 ἃς ἐδιδάχθητε. (1 Chron. 5, 18. Sap. 9, 18.) Hebr. 5, 12. (Iob. 33, 33. Deut. 4, 14. Ies. 9, 15. Prov. 4, 11.) — infinitivus verbi, Matth. 28, 20. Luc. 11, 1. Apoc. 2, 14. (Iob. 10, 2. Deut. 4, 1. 20, 18. 1 Chron. 25, 7.) — sequitur ὅτι, semel Marc. 8, 31. — seq. περί cum genitivo rei, 1 Io. 2, 27. (Ioseph. ant. 2, 11. 1.) — semel etiam seq. dativo personae, secundum textum *Griesbach*. Apoc. 2, 14 ἐδίδασκε τῷ Βαλάκ, qui Balacum edocuit, ut hebr. לִמֵּד seq. לְ, Iob. 21, 22 et הוֹרָה seq. לְ, Deut. 33, 10. Hos. 10, 12. — b) *instruo*, Matth. 28, 15. (Ies. 9, 15.) — c) *commonefacio*, Io. 9, 34. Rom. 2, 21. (Ioseph. ant. 2, 11. 1 διδάσκοντες τὸν βασιλέα περὶ τῆς σφαγῆς, admonentes regem, ut illum occideret.) — d) *occasionem praebeo* aliis, ut aliquid committant, agendo incito ut faciant; Act. 21, 21 ἀποστασίαν διδάσκεις, allicis ad defectionem. Apoc. 2, 20. (Sir. 9, 1 μὴ ζήλου γυναῖκα τοῦ κόλπου σου, μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυτὸν παιδείαν πονηράν. ib. 30, 27 πολλὴν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία.)

Διδαχή, ῆς, ἡ, (a διδάσκω) 1) *sermo* doctoris, quo alios instituit, *verba*, quae profert. Inde explico verba difficilia Marc. 1, 27 τίς ἡ διδαχή ἡ καινὴ αὕτη, quaenam est haec nova increpandi (daemones) formula (dictum, λόγος, quo Iesus exire iusserat daemonem, vs. 25), ut adeo daemones ei sint obedientes? Alii διδαχήν pro *doctore*, abstractum pro concreto accipiunt. — 2) actus docendi, *institutio*, Act. 2, 42. 2 Tim. 4, 2. Hebr. 6, 2. — 1 Cor. 14, 6. 26 λαλεῖν ἐν διδαχῇ, loqui ad institutionem apta. *Docendi modus, institutionis ratio*, vel etiam *doctrinae genus*, Matth. 7, 28. 22, 33. Marc. 1, 22. Luc. 4, 32. — ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, Marc. 4, 2 et 12, 38 suo docendi modo. — 3) materia institutionis, *doctrina*, quae traditur, cum dogmata (Act. 17, 19), tum praecepta, Matth. 16, 12. Io. 7, 16. 17. Act. 5, 28. Rom. 6, 17. Hebr. 13, 9. passim.

Δίδραχμον, ου, τό, (intell. νόμισμα, ex δίς et δραχμή) *didrachmum*, numus argenteus unam drachmam Alexandrinam, duas autem drachmas Atticas (dimidium sicli Iudaeorum, quartam imperialis partem) aequans. Ioseph. ant. 3, 8. 2 ὁ δὲ σίκλος νόμισμα Ἑβραίων ὢν Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. Hunc numum quilibet inde ab anno aetatis vicesimo in templi usus quovis anno solvere tenebatur. Exod. 30, 13—15. Legitur semel Matth. 17, 24. Respondet apud LXX hebr. שֶׁקֶל, *siclus*, Gen. 23, 15. 16. Num. 3, 47. Vid. Ἀργύριον.

Δίδυμος, η, ον, (a δίς et δύω) *geminus, gemellus*, Gen. 25, 24. 38, 27 hebr. תְּאֹם sive תְּאוֹמִים, unde evangelista Ioannes 11, 16. 20, 24. 21, 2 nomen Thomae, Apostoli, interpretatur ὁ Δίδυμος. (Act. Thom. §. 1 Ἰούδᾳ Θωμᾷ τῷ καὶ Διδύμῳ, de quo cognomine, quod Thomae apud antiquos scriptores sec. I—III. non tribuitur, copiose egit *Thilo* ad Act. Thom. p. 92.)

Δίδωμι, (3. plur. διδόασι, in textu *Griesb*. Apoc. 17, 13 pro διδοῦσι, vid. *Win*. Gramm. §. 14) f. δώσω, impf. ἐδίδουν, aor. 1. ἔδωκα, [prima et sec. pluralis apud profanos raro obvia ἐδώκαμεν 1 Thess. 4, 2. ἐδώκατε Io. 25, 42. Gal. 4, 15. — coni. δώσῃ ab aoristo ἔδωσα Io. 17, 2. Apoc. 8, 3 et 13, 16 ubi in quibusdam libris est δώσει, quod quidam praeferunt, quia indicativus futuri post particulas finales haud abhorreat ab usu graeco; *Griesbach*. Apoc. 13, 16 reposuit δῶσιν. Vid. *Wineri* Gramm. §. 14 et *Lobeck*. ad Phrynich. p. 721 sq.] aor. 2. ἔδων, (in optativo apud seriores δώῃ pro δοίη, Rom. 15, 5. 2 Tim. 1, 16. 18, 2. 7. Vid. *Win*. Gramm. §. 14. *Lobeck*. ad Phryn. p. 346) pf. δέδωκα, plusqpf. ἐδεδώκειν (δεδώκειν sine augmento, Marc. 14, 44. Io. 11, 57), impf. pass. ἐδιδόμην, pf. δέδομαι, aor. 1. ἐδόθην, fut. 1. δοθήσομαι, (a stirpe δόω) — LXX pro נָתַן, et passim pro שׂוּם et chald. יְהַב —

1) *do*, i. e. a) *do, largior, exhibeo* alicui, *communico cum aliquo*, de donis, beneficiis, bonis, Matth. 4, 9 ταῦτα πάντα σοι δώσω. 7, 11. 10, 8. 13, 12. Marc. 6, 2. 22. Act. 20, 35. Eph. 4, 8 et saepissime. — διδόναι τὸ νῖκος, 1 Cor. 15, 57. (Ioseph. ant. 6, 7. 4.) Io. 14, 27 εἰρήνην, i. e. bona. — De iis, quae Deus cum animo hominis communicat, menti *indit*, 2 Cor. 1, 22 δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. 8, 16. Act. 4, 12 τὸ διδόμενον ἐν ἀνθρώποις, pro ἐνδεδομένον ἀνθρώποις. — διδ. εἰς τὴν καρδίαν, Hebr. 8, 10. 10, 16. Apoc. 17, 17. (Ier. 31, 33. 1 Reg. 22, 23. 2 Chron. 9, 23. 18, 22. Ezech. 36, 26. 27.) — omisso καρδίας vel διανοίας voc., Matth. 10, 19. Marc. 13, 11. Act. 2, 4. Rom. 11, 8. — διδόναι ἐξουσίαν, Matth. 9, 8. 10, 1. 21, 23. 28, 18. Marc. 6, 7. Luc. 10, 19. Io. 5, 27. Act. 8, 19. vid. Ἐξουσία. — De donis Deo oblatis: *offero*, Luc. 2, 24 διδ. θυσίαν. Apoc. 8, 3 διδόναι θυμιάματα ταῖς προσευχαῖς, offerre suffimenta in gratiam precum hominum, i. e. ut Deus preces exaudiat. coll. v. 4. — b) *do*, i. e. *porrigo, exhibeo, ich reiche dar*, Matth. 14, 19. 15, 36. 24, 45 δοῦναι αὐτοῖς τὴν τροφήν, pro διαδοῦναι. Luc. 7, 44. 10, 35. Io. 13, 26. 18, 11. Act. 1, 26 ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν, porrigebant sortes ab ipsis factas, ut in urnam conicerentur. Act. 9, 41. Gal. 2, 9. Apoc. 6, 4. 10, 9. 11, 1 et passim. διδόναι φαγεῖν, Matth. 14, 16. 25, 35. et omisso φαγεῖν Marc. 2, 26. Luc. 6, 4. Apoc. 2, 17. — διδ. πίειν, Matth. 27, 34. Io. 4, 7. — διδόναι ἀποστάσιον, libellum repudii dare, Matth. 5, 31. 19, 7. (Ier. 3, 8.) — c) *do*, de solvente, i. e. *solvo*, Matth. 16, 26 διδ. ἀντάλλαγμα. Matth. 20, 28. Marc. 10, 45 διδ. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντί τινος. (Ioseph. bell. 2, 10. 5 ὑπὲρ τοσούτων ἑτοίμως ἐπιδώσω τὴν ἐμαυτοῦ ψυχήν. Exod. 21, 23. Ies. 53, 10. Eurip. Heracl. v. 551. Virg. Aeneid. 9, 704 *vitam dare*.) — Matth. 17, 27 δος (stateram) αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. Matth. 22, 17. 20, 4. 14. 26, 15. 27, 10. Marc. 14, 11. Luc. 20, 10. 23, 2. Hebr. 7, 4. (Gen. 20, 14. 16. Palaeph. 38 διδ. φόρον.) — d) *do*, i. e. ἀποδίδωμι, *reddo*; de mercede et retributione, Luc. 6, 38 δοθήσεται, retribuetur. Apoc. 2, 23. 2 Thess. 1, 8 ἐν πυρὶ φλογὸς διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεόν. (Zach. 11, 12 δότε τὸν μισθόν μου. Iob. 42, 10. Exod. 21, 34. Prov. 12, 14 pro הֵשִׁיב.) — διδόναι ἀπόκρισιν, responsum referre. — Rom. 14, 12 διδ. λόγον, rationem reddere. (Xenoph. cyrop. 1, 4. 3.) — e) *do* i. e. *trado, mando, ich übergebe* zum Gebrauch, zur Verwaltung, Matth. 16, 19 δώσω σοι τὰς κλεῖς. cap. 25, 15. Marc. 13, 34. Luc. 16, 12. 19, 13. Io. 3, 35. 5, 22. 17, 8. 14. Act. 7, 38. Eph. 3, 8 ἐδόθη ἡ χάρις, munus est mandatum. Gal. 2, 9. Col. 1, 25. Apoc. 11, 2. 20, 4. (Gen. 1, 29. 16, 3. 5.) — *eloco*, Marc. 12, 9. Luc. 19, 23. 20, 16.

2) *do*, i. e. *edo*, ex me profero; διδ. καρπόν, fructum fero, Matth. 13, 8. Marc. 4, 7. 8. (Zach. 8, 12.) — διδ. σημεῖα, miracula edere, Matth. 24, 24. Marc. 13, 22. Act. 2, 19. (Exod. 7, 9. 4, 21. Deut. 13, 1. 1 Reg. 13, 3. 5.) — Matth. 24, 29. (Ies. 13, 10.) — διδ. φωνήν, 1 Cor. 14, 7—9. (Ps. 104, 12. Iob. 1, 12.) — γνώμην, sententiam ferre, 1 Cor. 7, 25. 2 Cor. 8, 10. (Demosth. 704, 5.) Io. 13, 15 ὑπόδειγμα ἔδωκα ὑμῖν, edidi exemplum in vestrum usum. Iac. 5, 18 ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε. Apoc. 20, 13.

3) refertur δίδωμι, ut etiam Latinor. *do* et hebr. נָתַן, ad *definitionem status* alterius, et est a) concedentis, permittentis: *concedo, potestatem facio*, Matth. 20, 23 οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, non meum est hoc concedere. Io. 5, 26 ἔδωκεν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ, ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Marc. 10, 37 δὸς ἡμῖν, ἵνα. ib. v. 40. Matth. 13, 11 δέδοται γνῶναι, concessum est scire. ibid. 19, 11. Io. 3, 27. 6, 65. (Iudith. 9, 9. Ioseph. ant. 2, 14. 3 ἐδίδου αὐτοῖς τὴν ἄφοδον. ibid. 4, 5, 2 Μωϋσῆς — ἤρετο τὸν Θεὸν, εἰ πολεμεῖν αὐτῷ δίδωσι. ibid. 12, 3. 3. Id. ant. 10, 4. 1 μηδὲν ὑπερθέσει μηδ' ἀναβολῇ δόντες, i. e. sine mora et dilatione.) — *patior, sino*, Act. 2, 27. 13, 35. (Ps. 16, 10. Gen. 31, 7. Iud. 15, 1. Palaeph. 30. Act. Thom. §. 25 δὸς αὐτῷ ἵνα, permitte ut.) — Hinc di-

δόναι τόπον, locum cedere, Luc. 14, 9 spatium dare. Rom. 12, 19. (διδόναι χρόνον Apoc. 2, 21.) locum concedere, Eph. 4, 27. (Exod. 21, 13. Philo de allegor. p. 81 A. δίδωσι χρόνον εἰς μετάνοιαν. Arrian. epict. 3, 26.) — b) *efficientis* est, diciturque de eo, qui *auctor* est, ut alter aliquid faciat, aliquis fiat, aliquid patiatur; Io. 4, 12 ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, *cuius beneficio* habemus puteum. Act. 5, 31 δοῦναι μετάνοιαν, ut eius beneficio resipiscant. 1 Cor. 9, 12 ἐγκοπὴν διδ. τῷ εὐαγγελίῳ, occasionem dare impediendi evangelium. 2 Cor. 6, 3. — *iubeo, mando,* Io. 5, 36 τὰ ἔργα, ἃ ἔδωκέ μοι ὁ πατὴρ, ἵνα τελειώσω αὐτά. ib. 17, 4. Apoc. 11, 3 δώσω τοῖς μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν, iniungam eis ut vaticinentur. Apoc. 6, 4 ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην. ib. 7, 2. 9, 5. 13, 7. (Ioseph. ant. 3, 12. 2 αὐτῷ δίδωκε γαμεῖν.) — *volo esse, constituo,* Act. 10, 40 ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι. Act. 13, 20 ἔδωκε κριτάς. v. 21. Eph. 1, 22 αὐτὸν ἔδωκε κεφαλήν. 4, 11. (Gen. 3, 12. 9, 2 ὑπὸ χεῖρας ὑμῖν δέδωκα. Esdr. 7, 6. 1 Reg. 3, 7. 3 Esdr. 8, 49. Ezech. 37, 22 δώσω αὐτοὺς εἰς ἔθνος, pro hebr. עָשָׂה.) — De discipulis Christi, quos Deus *dare* Christo dicitur, i. e. quos *vult esse* discipulos, Io. 6, 37. 39. 10, 29. 17, 6. — de lege, foedere: *constituo, sancio,* Io. 1, 17. 7, 19. 22. Act. 7, 8. Gal. 3, 21. — *facio, efficio,* Luc. 12, 51 διδ. εἰρήνην ἐν τῇ γῇ, efficere, ut pax sit in terra. (1 Chron. 21, 14 ἔδωκε κύριος θάνατον ἐν Ἰσραήλ. Ezech. 30, 16 δώσω πῦρ ἐπ' Αἴγυπτον.) Act. 3, 16 ἡ πίστις ἔδωκεν, effecit, ut. Act. 4, 29. 14, 3. 2 Cor. 8, 1 ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ δεδομένη, liberalitas a Deo effecta in animis Christianorum. coll. c. 9, 14. 2 Cor. 12, 7 ἐδόθη μοι σκόλοψ, Deus mihi palum indidit. Apoc. 3, 8 δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμένην, effeci, ut esset. v. 9 ἰδοὺ δίδωμι — ἰδοὺ ποιήσω, i. e. iam decerno quod attinet ad socios satanae, me effecturum esse. (Gen. 30, 1. Mal. 2, 5. 9. Obad. v. 2. Zeph. 3, 20. Iudith. 9, 13 δὸς ἀπάτην μου εἰς τραῦμα.)

4) denique leguntur locutiones: ἀφορμὴν διδόναι, 2 Cor. 5, 12. 1 Tim. 5, 14. (Diod. Sic. 1, 83.) — διδόναι ἐργασίαν, Latinor. *operam dare,* Luc. 12, 58. — διδ. ῥάπισμα, *alapam infligere,* Io. 18, 22. 19, 3. — διδόναι χάριν, *gratiosum esse, gratum facere,* Eph. 4, 29. Iac. 4, 6. — διδ. φίλημα, *osculari,* Luc. 7, 45. — διδ. αἶνον, Luc. 18, 43. δόξαν, i. q. αἰνεῖν, δοξάζειν, vid. Δόξα. (2 Chron. 32, 33. Palaeph. 43 διδόναι τιμήν.) — διδ. ἐντολήν, *praeceptum dare, praecipere,* Io. 12, 49. 13, 34. 1 Io. 3, 23. — Denique διδόναι ἑαυτόν, Latinor. *se dare,* a) seq. dativo personae: *se devovere alicui, se totum dicare,* 2 Cor. 8, 5. (Prolog. Sir. Prov. 23, 12.) — b) ὑπέρ, se morti devovere, [Gal. 1, 4.] 1 Tim. 2, 6. Tit. 2, 14. (1 Macc. 2, 50. Ioseph. ant. 6, 13. 1 δίδωσιν [Davides] ἑαυτὸν στρατεύειν ἐπ' αὐτούς, se ipsum offert etc.) — c) εἰς τόπον, *se conferre in locum,* Act. 19, 31. — d) τύπον, se exemplum praebere, 2 Thess. 3, 9.

Διεγείρω, aor. 1. διήγειρα, part. aor. pass. διεγερθείς, (ex διά et ἐγείρω) *excito, suscito* e somno, *expergefacio,* Matth. 1, 24 διεγερθείς, expergefactus. Marc. 4, 38. 39. Luc. 8, 24. Ioseph. ant. 2, 5. 5. De mari: *vehementer commoveo,* Io. 6, 18. (ἐξεγείρειν Ion. 1, 4. 13.) — de animo: *excito, incito,* 2 Petr. 1, 13. 3, 1. (2 Macc. 7, 21. 15, 10. *Fabric.* cod. ps. V. T. I. p. 650 διεγείρει ἐν θυμῷ μεγάλῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Clem. Alex. protrept. 9. p. 70, 6 ed. Pott.)

Διενθυμέομαι, (ex διά et ἐνθυμέομαι) *animo volvo, omni ex parte perpendo,* Act. 10, 19. coll. v. 17. In textu vulg. legitur ἐνθυμουμένου.

Διεξέρχομαι, f. ελεύσομαι, (ex διά et ἐξέρχομαι) pertranseo et egredior, 2 Sam. 2, 23. Iob. 20, 25. Ezech. 12, 5. — In N. T. semel, Act. 28, 3 in codd. ubi est egredior, e sarmentis *prorepo.*

Διέξοδος, ου, ἡ, (ex διά et ἔξοδος) *transitus, exitus;* Matth. 22, 9 διεξόδοι τῶν ὁδῶν, viae, quas multi frequentant, *viae tritae;* versu enim seq. ponitur simplex ὁδοί. Alii (*Fischer* de vitiis lex. N. T. p. 636 sq.) explicant: *vias rusticas;* alii: *compita,* spatia laxiora in urbibus, in quae vici plures exeunt, ubi igitur maior hominum esse solet frequentia. cf. Ps. 144, 14 ubi διέξοδος, positum pro hebr. יוצאת, hominum multitudinem ipsam significare videtur. Hesych. διέξοδος· ὅθεν ἐκπορεύονται. *.

Διερμηνευτής, οῦ, ὁ, (a διερμηνεύω) *interpres,* qui rem per partes enarrat, 1 Cor. 14, 28.

Διερμηνεύω, f. εύσω, (ex διά et ἑρμηνεύω) 1) *verbis expono, enarro, interpretor* accurate et per partes, a) *quae cogito,* 1 Cor. 14, 5. 13. 27 ubi est: sensus animi verbis enarrare, ita ut intelligant alii, quid sentiamus. — b) *interpretor* aliorum mentem, 1 Cor. 12, 30. Luc. 24, 27. — c) *alieno sermone dicta interpretor,* Act. 9, 36. (2 Macc. 1, 36.) *.

Διέρχομαι, impf. διηρχόμην, fut. διελεύσομαι (Luc. 2, 35), aor. διῆλθον, perf. διελήλυθα (Hebr. 4, 14), (ex διά et ἔρχομαι) — LXX pro עָבַר, passim etiam pro בּוֹא, הָלַךְ, יָלַךְ, יָצָא. — 1) *transeo per locum, permeo, peragro,* a) absolute, Luc. 19, 4 ἐκείνης (ὁδοῦ) ἤμελλε διέρχεσθαι, hac enim via transiturus erat. (Nam διά, ante ἐκείνης, *Griesbach.* delevit.) Act. 8, 40. 10, 38. 17, 23. (Exod. 32, 27. 1 Sam. 16, 22. 2 Reg. 14, 9.) — b) seq. accusativo loci, Luc. 2, 35 ῥομφαία διελεύσεται τὴν ψυχήν, gladius penetrabit, feriet cor. 19, 1 διήρχετο τὴν Ἱεριχώ. (Ezech. 19, 4.) Act. 12, 10. 13, 6. 14, 24. 15, 3. 41. 16, 6. 18, 23. 19, 1. 21. 20, 2. 1 Cor. 16, 5. (Gen. 41, 46. 2 Sam. 24, 2. Mich. 2, 13. Ios. 18, 13.) — Hebr. 4, 14 διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς, qui per coelos transiit, videl. usque ad penetralia Dei. (Sir. 32, 17 προσευχὴ ταπεινοῦ νεφέλας διῆλθε.) — c) seq. διά τινος, transeo, peragro locum, urbem etc. Matth. 12, 43. [19, 24 ubi *Griesb.* reposuit εἰσελθεῖν.] Marc. 10, 25. Luc. 4, 30. 11, 24. 17, 11. Io. 4, 4. 8, 59. Act. 9, 32. 1 Cor. 10, 1. (Ier. 37, 4. Ies. 21, 1. Num. 20, 17. Ios. 3, 2.) — 2 Cor. 1, 16 δι' ὑμῶν, per vestram regionem. (Num. 20, 18. 20. Ezech. 16, 8.) — c) seq. ἔν τινι, Act. 20, 25 ἐν οἷς διῆλθον κηρύσσων, propr. inter quos iter feci annuntians, i. e. quibus annuntiavi per eorum urbes profectus. (Gen. 12, 12. 2 Chron. 17, 9. Thren. 5, 18. Sir. 39, 4.) — 2) transeo per totum locum, *transeo ut perveniam,* seq. εἰς, Act. 18, 27. — *pervenio,* Rom. 5, 12 εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, pervenit mors ad omnes homines. (Nah. 1, 15. 2 Sam. 17, 24. Ios. 19, 27.) — de mare traiicientibus: *traiicio,* Marc. 4, 35. Luc. 8, 22. (Hesych. διέλθωμεν· διαπεράσωμεν.) — seq. ἕως, Luc. 2, 15. Act. 9, 38. 11, 19. 22. (Gen. 22, 5.) — 3) *discedo, in diversas partes abeo,* Luc. 9, 6 διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, in diversas partes migrarunt per vicos. Act. 8, 4 οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον, in diversa loca abierunt. Act. 13, 14 διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης παρεγένοντο, hi quum discederent Perga (ubi fuerant, vid. v. 13.) (2 Reg. 4, 42 καὶ ἀνὴρ διῆλθεν ἐκ Βαιθαρισά. Amos. 6, 2 διέλθετε ἐκεῖθεν.) — De fama: *spargi, divulgari,* Luc. 5, 15. (Xenoph. anab. 1, 4. 7. coll. 2 Chron. 30, 5.) *.

Διερωτάω, ῶ, aor. 1. διηρώτησα, (ex διά et ἐρωτάω) *perquiro, percontor,* Act. 10, 17. (Xenoph. cyrop. 1, 3. 15. Polyb. 5, 50. 12.) *.

Διετής, ές, (ex δίς et ἔτος) *bimus, bimulus.* Semel Matth. 2, 16 ἀπὸ διετοῦς (παιδὸς) καὶ κατωτέρω, a bimo puero et inferius, vom Zweijährling an und abwärts. (Protevang. Iacobi ed. Birch. p. 207 ἐγένετο δὲ διετὴς ὁ παῖς. 2 Macc. 10, 3 διετῆ χρόνον, biennium. — 2 Chron. 31, 16 ἀπὸ τριετοῦς καὶ ἐπάνω.)

Διετία, ας, ἡ, (vid. διετής) *biennium,* Act. 24, 27. 28, 30. (Philo in Flacc. p. 983 E.) *.

Διηγέομαι, οῦμαι, fut. ήσομαι, (ex διά et ἡγέομαι) propr. ad finem rem perduco narrando; LXX saepius pro סִפֵּר, — 1) *enarro, expono* et quidem rem omnem, Marc. 5, 16. Luc. 9, 10. Act. 8, 33. 9, 27. 12, 17. Hebr. 11, 32. (סִפֵּר Gen. 24, 66. Exod. 10, 2.) — 2) *divulgo, annuntio,* Marc. 9, 9. Luc. 8, 39 ubi cum κηρύσσειν permutatur. Esth. 1, 17 אָמַר. 1 Chron. 16, 9. Ps. 55, 17 ubi cum ἀπαγγέλλω permutatur. *.

Διήγησις, εως, ἡ, (a διηγέομαι) *narratio,* narratio uberior et accurata, *historia,* Luc. 1, 1. Sir. 6, 35. 2 Macc. 2, 32. Phavorin. διήγησις· ἐξήγησις τοῦ γεγονότος. *.

Διηνεκής, ές, (ex διά et ἠνεκής, late extensus, quod ab ἐνείκω, aor. ἤνεγκα, i. q. φέρω) *continuus,* de tempore: *perpetuus.* Εἰς τὸ διηνεκές, *continuo, semper,* Hebr. 10, 1. — *in perpetuum, in aeternum,* Hebr. 7, 3. 10, 12. 14. *

Διθάλασσος, ον, (ex δίς et θάλασσα) propr. locus, qui duobus maribus alluitur, isthmus, — *bimaris* (Horat. carm. 1, 7. Ovid. fast. 4, 501); deinde: qui ab utraque parte mari alluitur, *scopulus eminens,* Act. 27, 41 εἰς τόπον διθάλασσον, in locum eminentem, vadosum. (Dio Chrysost. V, p. 83 τραχέα καὶ διθάλαττα.) *.

Διϊκνέομαι, οῦμαι, (ex διά et ἱκνέομαι venio) *pervenio, penetro* usque, Hebr. 4, 12. (Exod. 26, 28.) **.

Διΐστημι, aor. 1. διέστησα, aor. 2. διέστην, (ex διά et ἵστημι) 1) seorsim colloco, seiungo, Ies. 59, 2. Philo de opif. mundi p. 6. — dissidere facio, Prov. 17, 9. Sir. 28, 14. — 2) in medio et aor. 2. separo me, *abeo, discedo*, Luc. 24, 51. — *progredior*, Act. 27, 28. — *praeterlabor*, Luc. 22, 59 διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, praeterlapsa fere hora una. *.

Διϊσχυρίζομαι, (ex διά et ἰσχυρίζομαι, viribus contendo, deinde assevero) assevero tanquam firmissimum, verissimum; *graviter affirmo, sancte assevero*, Luc. 22, 59. Act. 12, 15 et Act. 15, 2 in varia lectione. (Ioseph. ant. 2, 6. 4 ἐπεὶ διϊσχυρίζεσθε, μήτ᾽ ἐπὶ κακουργίᾳ τῶν βασιλέως ἥκειν πραγμάτων. Aristid. serm. sacr. 4 ἐτόλμησεν εἰπεῖν καὶ διϊσχυρίσασθαι.) *.

Δικαιοκρισία, ας, ἡ, (ex δίκαιος et κρίσις) *iudicium iustum; retributio iusta*. In profanorum scriptis non legitur; habetur autem Rom. 2, 5 et Hos. 6, 5 pro hebr. משפט apud interpretem incertum; et bis in Testam. XII patriarch. (*Fabric.* cod. pseud. V. T. I, p. 547 et 581), ubi in utroque loco de iustitia Dei puniente dictum est. In posteriori loco leguntur: λήψεσθε αἰσχύνην αἰώνιον παρὰ τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Iustin. Mart. quaest. et resp. ad Graec. p. 213 τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ καὶ ἀποθνήσκομεν καὶ ἀναζωοποιούμεθα. 2 Thess. 1, 5 quidam libri δικαιοκρισίας pro δικαίας κρίσεως. — Δικαιοκρίτης habetur 2 Macc. 12, 41. Δικαιοπραξία apud Iustin. Mart. dial. c. Tryph. p. 370.

Δίκαιος, αία, αιον, (a δίκη) hebr. צדיק, proprie: τὴν δίκην servans, i. e. 1) observans id, quod *more*, vel honestatis sensu sancitum, quod fas et honestum est; — inde *aequus*, qui facit quod fas, quod aequum est; Matth. 20, 4 ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν, quod aequum, fas est, ex aequo vobis dabo. Ibid. v. 7. Act. 4, 19. (Ioseph. ant. 2, 11. 2. ib. 4, 8. 14.) — Rom. 7, 12 ἐντολὴ δικαία, praeceptum aequum, honestum, non rigidum. (Apud profanos etiam de rebus physicis, ut apud Xenophontem; vid. *Schneideri* lex. s. h. v. Prov. 11, 1 σταθμίον δίκαιον.) — Ex adiuncto: humanitatis officia praestans, aequabilitatem servans, *mitis, benignus*, Matth. 1, 19. Io. 17, 21. 1 Io. 1, 9. (Ps. 145, 17 ubi pro צדיק in altero membro est חסיד. Vid. etiam Δικαιοσύνη.) — 2) observans id, quod *lege* sancitum est, *iustus*, a) de iudice, et de sententia, Luc. 12, 57. Io. 5, 30. 7, 24. Rom. 3, 26. 2 Thess. 1, 5. 6. 2 Tim. 4, 8. Apoc. 15, 3. 16, 5. 7. 19, 2. (Ier. 42, 5. Prov. 2, 16 ἀλλότριον τῆς δικαίας γνώμης.) — b) iustus, i. e. neminem laedens, Tit. 1, 8. Apoc. 22, 11. — c) iustus, i. e. qui legibus divinis et humanis obtemperat, *probus, integer*, Matth. 5, 45. 9, 13. 13, 43. 49. 23, 28. 25, 37. 46. 27, 19. 24. Marc. 2, 17. 6, 20. Luc. 5, 32. 15, 7. 18, 9. Act. 10, 22. 24, 15. Rom. 3, 10. 5, 7 cuius loci sententia est: nemo morti facile se devovebit pro probo s. integro (qui piaculo non eget); sed lubenter mortem subibit pro eo, qui beneficia in eum contulit; (ita vos decet, mala adeoque mortem pati in gratiam et honorem servatoris, non tanquam peccatoris, qui expiatione egeat, sed tanquam auctoris summorum beneficiorum.) 1 Tim. 1, 9. Hebr. 11, 4. 12, 23. 1 Petr. 3, 12. 18. 4, 18. 2 Petr. 2, 7. 8. 1 Io. 2, 1. 29. 3, 7. 12. (Sic saepissime in V. T. pro צדיק, etiam pro נקי Prov. 6, 17. Ion. 1, 14. Ioel. 3, 19. Iob. 9, 23. 17, 8. Ioseph. ant. 6, 2. 1 γίνεσθε δίκαιοι, καὶ τὴν πονηρίαν ἐκβαλόντες τῶν ψυχῶν.) — Τὸ δίκαιον, *quod iustum* est, quod lex, officium postulat, quod decet, Eph. 6, 1. Phil. 1, 7. 4, 8. Col. 4, 1. 2 Petr. 1, 13. (Ioseph. ant. 10, 4. 1 περὶ πάντων τὸ δίκαιον ποιούμενοι.) — 3) ut hebr. צדיק est: *pius in Deum, Deum obsequio colens*, Luc. 1, 17. 2, 25. 20, 20 δικαίους εἶναι, se regi pietate in Deum. ib. 23, 50. Iac. 5, 16. — Ex adiuncto: *Deo probatus s. acceptus*; Luc. 1, 6 δίκαιοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Rom. 1, 17. 2, 13 δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ. 5, 19 δίκαιοι κατασταθήσονται, Deo probati, accepti redduntur. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38. (Clem. Alex. strom. 6, 6 οἱ κατὰ νόμον δίκαιοι, Iudaei, et οἱ κατὰ φιλοσοφίαν δίκαιοι, Graeci.) — Hinc etiam de Dei *veri* cultoribus, Dei amicis, Matth. 10, 41. 13, 17. 23, 29. Luc. 14, 14. 23, 47 (coll. locis parallelis Matth. 27, 54. Marc. 15, 39). Act. 3, 14. 7, 52. 22, 14. (Sap. 2, 12. 18. 7, 27. 18, 7. Test. XII patr. p. 571 et 609 βίβλος Ἐνὼχ τοῦ δικαίου. Act. Thom. §. 20 δίκαιός ἐστιν ἢ ἀπόστολος τοῦ Θεοῦ.) *.

Δικαιοσύνη, ης, ἡ, (a δίκαιος) — LXX maxime pro צדקה, et passim pro חסד — 1) *convenientia cum eo quod fas, quod honestum est et decet*, Matth. 3, 15 πᾶσαν δικαιοσύνην, quod utriusque est officii, utrumque nostrum decet. 6, 33 δικαιοσύνην αὐτοῦ (τῆς βασιλείας) i. e. quaerite quomodo regno Dei serviatis et faciatis quod eius praeconem decet. Iac. 1, 20 δικαιοσύνη Θεοῦ, quod fas est iudice Deo. (Deut. 33, 19. Ps. 4, 6.) — Ex adiuncto: aequa et honesta cum aliis agendi ratio, *humanitas, benignitas*, 2 Cor. 9, 9. (Ps. 112, 9.) ib. v. 10. (LXX pro צדקה Iud. 5, 11. 1 Reg. 12, 7. Ps. 36, 10. 98, 2. Prov. 10, 2. et pro חסד Gen. 19, 19. 20, 13. 23, 23. 24, 27. 32, 10. Exod. 15, 13. 34, 7. Ies. 63, 7.) — Ex metonymia: *beneficium*, Matth. 6, 1 ubi *Griesbach.* δικαιοσύνην recte reposuit pro ἐλεημοσύνην, quod interpretamento debetur. 2 Petr. 1, 1 ἐν δικαιοσύνῃ, beneficio. (1 Sam. 12, 7. Tob. 2, 14. 12, 9. 14, 11. Sic hebr. צדקה (LXX ἐλεημοσύνη) pro beneficiis, Deut. 6, 25. 24, 13. Ps. 24, 5. 33, 5. 103, 6. Ies. 1, 27. 28, 17. Dan. 4, 24. 9, 16. Acta Thomae §. 19 εὐσεβείας παρέχων τοῖς πένησι.) — 2) *convenientia cum lege, iustitia*, qua iuste, i. e. secundum legem, agimus, iudicamus. Matth. 5, 6 διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, avide desiderantes iustitiam Dei, i. e. ut Deus ipsis reddat ius, eos vindicet ab iniuria. Act. 24, 35. Rom. 3, 5. 9, 28 [vid. Συντέμνω]. Eph. 5, 9. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 22. Hebr. 1, 9. (Ps. 145, 7). Hebr. 7, 2. 11, 33 εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ius dixerunt, quod, si auctor epistolae ad exteras gentes Israelitis inimicas respexit, est: vindices fuerunt gentis suae ab hostibus. Iac. 3, 18. 2 Petr. 3, 13 ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ, ubi iustitia Dei (bonos praemiis ornando) conspicua est. Apoc. 22, 11 δικαιοσύνην ποιησάτω (text. vulg. δικαιωθήτω), probe agat. (Levit. 19, 15. 2 Sam. 8, 15. 1 Chron. 18, 4. Iob. 29, 14. Ps. 7, 17. 51, 14. 72, 1.) — ἐν δικαιοσύνῃ, *iuste*, Act. 17, 31. Apoc. 19, 11. (1 Reg. 10, 9. Ps. 9, 8. 72, 2. 96, 13.) — 3) *obsequium erga leges divinas et humanas, probitas, vitae integritas*, Matth. 5, 10. 20. 21, 32 ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, probitatem agendo exprimens. Luc. 1, 75. Act. 10, 35. 13, 10. 24, 25. Rom. 14, 17. 1 Cor. 1, 30. 2 Cor. 6, 7. 14. 11, 15. Eph. 4, 24. Phil. 1, 11. 3, 6 κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ, secundum eam probitatem, quam lex mosaica requirit. 2 Tim. 3, 16 παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, disciplinam probitatis. ib. 4, 8. Tit. 3, 5 ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, probe factorum. Hebr. 12, 11. 1 Petr. 2, 24. 3, 14. 2 Petr. 2, 5. 21. 1 Io. 2, 29 ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, qui probus est, pie vivit. ib. 3, 7. 10. (Gen. 18, 19. 20, 5. Deut. 9, 4—6. 1 Reg. 8, 32. Iob. 8, 6. 27, 6. Ps. 15, 2 ὁ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. 45, 7. Ies. 5, 7. 4 Macc. 5, 24 δικαιοσύνην παιδεύει, ὥστε διὰ πάντων τῶν ἠθῶν ἰσονομίαν καὶ εὐσέβειαν διδάσκειν, ὥστε μόνον τὸν ὄντα Θεὸν σέβειν. Clem. Alex. strom. 1, 5. p. 331 ἦν μὲν οὖν εἰς δικαιοσύνην Ἕλλησιν ἀναγκαία φιλοσοφία. — δικαιοσύναι, probe facta, 1 Sam. 26, 23. Ps. 11, 7. Ezech. 3, 20. Dan. 9, 19. Philo de creatione princip. p. 727.) — *integritas, innocentia*, Io. 16, 8 περὶ δικαιοσύνης, de integritate mea, postea manifestata per reditum in vitam et in coelum. v. 10. Eph. 6, 14. (Ps. 7, 8. 18, 20. 24.) — 4) Ex veteris Test. loquendi ratione צדקה tribuitur a) *Deo*, ut sit ea illius iustitia, vel probitas, qua foedus cum gente Israelitica per Mosen factum servat, videlicet eos, si ex legis mos. praescripto eum sint culturi, prae ceteris gentibus amat, fovet, tuetur et vindicat, igitur facit quod ex pacto promisit, quare in δικαιοσύνῃ Θεοῦ notiones iustitiae, benevolentiae, auxilii coalescunt. Vid. Ps. 71, 2. 15. 16. 21. 69, 27. 88, 12. 96, 13. 97, 6. 103, 17. 18. 143, 1. 11. 145, 7. Ies. 46, 12. 13 ἤγγισα τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ τὴν σωτηρίαν οὐ βραδυνῶ. Ies. 51, 5. 6. 8. 59, 9. 61, 11. 63, 1. — צדקה autem tributa b) *Israelitis* est ea eorum iustitia vel probitas, qua legi obtemperantes Deum ex pacto colunt, ideoque ei placent et ab eo beneficiis ornantur. Vid. prae ceteris Deut. 6, 25 ubi LXX inepte ἐλεημοσύνη. Test. XII patr. p. 659 ἀπόστητε οὖν ἀπὸ πάσης ἀδικίας καὶ κολλήθητε τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔσται τὸ γένος μου εἰς σωτηρίαν ἕως τοῦ αἰῶνος. — Inde intelligenda est Pauli disputatio de δικαιοσύνῃ ἐκ πίστεως, quae tota prodiit ex dicto Gen. 15, 6 ἐπίστευσε Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, quae verba in N. T. Rom. 4, 3. 4. 9, 22—24. Gal. 3, 6. Iac. 2, 23. (coll. Ps. 106, 31. 1 Macc. 2, 52) repetuntur. Paulus enim, quum in sobole

Abrahamo promissa Messiam intelligeret, putabat etiam promissionem ad omnes Messiae fidem habentes referendam esse, ita ut omnes propter fidem in Messiam, qui eorum peccata antea commissa expiaverit, *δίκαιοι* a Deo reputentur, i. e. tales, qui omnia, quae Deus ex pacto requirat, fecerint. Ut enim in instituto mosaico is, qui Deum ex legis praescripto colebat, *δίκαιος* habebatur, i. e. qui omnia ex pacto praestiterit, sic in instituto messiano is, qui Messiae fidem habet, facit id, quod ex pacto Gen. 15, 1—6 debet, et *δίκαιος* habetur a Deo, eique acceptus est. *Δικαιοσύνη* igitur a parte Dei est iustitia Dei, qua credenti in Messiam id dat, quod fidei promisit, videl. vitam aeternam, igitur credentem *acceptum habet*, das für gerecht Halten (*iustificatio*, ut theologi loquuntur); a parte christiani hominis est iustitia s. probitas ea, qua homo, fide in Messiam habita, partes suas ex pacto (Gen. 15, 1—6) egit, Deoque *acceptus est*, das Gotte gerecht Seyn, die Gottgefälligkeit. (Vid. Rom. 4. Gal. 3, 8. 21 sq.) Quum promissionem Abrahamo datam viderit ante legis mos. promulgationem, neque promissionem legi annexam ad futuram sed ad hanc vitam spectare intellexerit, Paulus iure colligit, vitam per Messiam donandam etiam profanis gentibus esse destinatam eamque donari non propter cultum Dei in lege mos. praescriptum (*ἐξ ἔργων νόμου*), sed ex fide Messiae habita (*ἐκ πίστεως*). Rom. 4, 6 *ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην*, quem Deus acceptum habet. ibid. 4, 11. 13. 5, 17 *ἡ δωρεὰ τῆς δικαιοσύνης* praemium iustitiae, quod Deus acceptus est. v. 21 *διὰ δικαιοσύνης*, interveniente iustitia per fidem. Rom. 6, 13 *ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ*, instrumenta iustitiae, qua Deo placetis. ib. v. 16. 8, 10. 9, 30, 31 quem locum verte: exterae gentes, minime sollicitae, quomodo Deo acceptae sint, tamen per fidem Messiae habitam Deo probantur, Israelitae vero, adstricti quidem legi mos., per quam (videl. quia de Messia et de promissione Abrahamo data pronuntiat) Deo accepti esse poterant, tamen ad illam oeconomiam, qua Deo probati esse possunt (christianam), non pervenerunt. Rom. 10, 4—6. 10. 2 Cor. 3, 9. Gal. 2, 21. 3, 21. 5, 5. Phil. 3, 9. Hebr. 11, 7 *τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος*, propter fidem probatus est Deo, et servatus in diluvio. — Abstractum pro concreto, *δικαιοσύνη* pro *δικαιωθέντες* 2 Cor. 5, 21. — Ex metonymia: oeconomia s. modus, quo Deo accepti sumus, Rom. 6, 18 *ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ*, subiecti estis oeconomiae novae, qua Deo probari potestis. ib. v. 19. c. 10, 3 *τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην*, modum a Deo praescriptum ei placendi, cui opponitur *ἡ ἰδία δικαιοσύνη* modus quo Iudaei arbitrabantur se probari Deo. Hebr. 5, 13 *ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης*, ignarus doctrinae de modo, quo Deo probamur per fidem Christo habitam. *.

Δικαιόω, f. *ώσω*, (a *δίκαιος*) LXX pro צָדַק, proprie *δίκαιον facio aliquem*, seu aliquid, quo sensu in N. T. non legitur. — 1) *iustum reputo, probum habeo*, vel *declaro aliquem*; a) *δικαιόω*: Luc. 7, 29 *ἐδικαίωσαν τὸν θεόν*, Dei voluntatem iustam veramque esse agnoverunt, igiturque probarunt; opponitur ib. *ἀθετεῖν*. (Sir. 10, 29. 13, 22. — *Δικαιοῦν τὸν θεόν, τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ*, probare Dei decreta, ea vera iustaque habere, saepius legitur in Psalter. Salomon. ut Ps. 2, 16. 3, 5. 4, 9. 8, 7. 27. coll. Ps. 19, 9 *τὰ κρίματα κυρίου ἀληθινὰ δεδικαιωμένα*. Ioseph. ant. 9, 9. 1 *ὅς* [Moses] *οὐκ ἐδικαίωσε διὰ πατέρων ἁμαρτίας τέκνα κολάζειν*.) — b) *δικαιοῦν ἑαυτόν*, *se ipsum iustum s. probum declarare, se probare alicui*, velle iustum videri, Luc. 10, 29. 16, 15. (coll. Ier. 3, 11 *ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτῆς Ἰσραήλ*.) — c) *δικαιόομαι*, aor. 1. *ἐδικαιώθην*, α) in significatione passivi, *iustus s. probus declaror, reputor, probor alicui*; Luc. 18, 14. Rom. 2, 13. Iac. 2, 21. 24. 25. ubi v. 23 explicatur: *φίλος θεοῦ ἐκλήθη*. — Rom. 3, 4 *ὅπως ἂν δικαιωθῇς*, ut iustus agnoscaris. (Ps. 51, 4. coll. Ies. 42, 21. Ps. 143, 2.) Sic etiam 1 Tim. 3, 16 *ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι*, iustus, probus (i. e. verus filius Dei) probatus est spiritu. (hebr. צָדַק in Hiphil Iob. 13, 18. 27, 5. coll. Gen. 38, 26.) — β) in significatione medii; 1 Cor. 4, 4 *οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι*, in eo me Deo purgatum non puto. Apoc. 22, 11 *ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι* (*Griesb.*, sed minus recte pro *δικαιωθήτω* reposuit *δικαιοσύνην ποιησάτω*) probus se porro probum praestet. (Gen. 44, 16 *τί δικαιωθῶμεν*, quomodo nos purgemus. Iob. 31, 32 *θέλω γὰρ δικαιωθῆναί σε*. Sir. 34, 5 *ὁ ἀγαπῶν χρυσίον οὐ δικαιωθήσεται*, se purum servabit ab iniuria. ib. 1, 21. 18, 2. 26, 29.) — 2) de sententia iudicis: iustum tribuo alicui, (1 Reg. 8, 32. 2 Chron. 6, 23. Deut. 25, 1. 1 Sam. 15, 4. Ps. 82, 3. Sir. 9, 12. Tob. 12, 4.) — in N. T. *iustum declaro, absolvo* in iudicio; Matth. 11, 19. Luc. 7, 35 *ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς*, immunis est divina sapientia a perversitate filiorum (Iudaeorum); so erscheint sie ohne Schuld an dem Unglauben ihrer Kinder. (Test. XII patr. p. 541 „praedixi haec vobis, *ὅπως δικαιωθῶ* [i. q. *ἀθῷος ὦ* p. 571] *ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας τῶν ψυχῶν ὑμῶν*.“) Matth. 12, 37. Act. 13, 39. coll. v. 38 ubi explicatur per *ἄφεσιν ἁμαρτιῶν*. Rom. 6, 7 *ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας*, qui enim mortem (poenam peccati) passus est, is etiam absolutus, liber est a dominio peccati. 1 Cor. 6, 11. Tit. 3, 7. — Etiam apud Paulum, ubi loquitur de *δικαιοσύνη ἐκ πίστεως*, *δικαιοῦν* est iustum, probum reputo vel declaro, acceptum habeo, et absolvo, et utraque notio tam probandi quam absolvendi simul spectatur. Deus dicitur *δικαιοῦν* homines eo, quod eos sibi acceptos et probatos habet propter fidem Messiae habitam, eosque a poena mortis aeternae absolvit, dum iis condonat peccata antequam ad Christum accederent commissa; homines autem dicuntur *δικαιοῦσθαι*, i. e. Deo acceptos fieri, et a poena mortis absolvi. Notionem absolvendi a prioribus peccatis spectari, clare demonstrant 1 Cor. 6, 11. Tit. 3, 7. — Sic a) *δικαιοῦν* de Deo Rom. 3, 26. 30. 4, 5. 8, 30. 33. Gal. 3, 8. (Exod. 23, 7. Ies. 5, 23.) — b) *δικαιοῦσθαι* de hominibus Rom. 3, 20. 24. 28. 4, 2. 5, 1. 9. Gal. 2, 16. 17. 3, 11. coll. v. 12. ib. 3, 24. 5, 4. Tit. 3, 7. *.

Δικαίωμα, τος, τό, (a *δικαιόω*) LXX pro חֹק, חֻקָּה, et מִשְׁפָּט, 1) quod recte factum est, *iuste factum, probe factum*; Rom. 5, 18 *δι' ἑνὸς δικαιώματος*, scil. quod morti se tradidit pro hominibus. Apoc. 19, 8 *δικαιώματα τῶν ἁγίων*, probe facta sanctorum. (Baruch. 2, 17. 19. coll. Ier. 11, 20. 18, 19 ubi *δικαίωμα* est ius, causa iusta.) — 2) *sententia lata, decretum*; in utramque partem; a) de poena, Apoc. 15, 4 *ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν*, ubi *δικαιώματα* i. q. *κρίματα*. b) de absolutione, Rom. 5, 16 ubi *εἰς δικαίωμα* opponitur *τῷ κατακρίματι*. Paulus enim respicit promissionem et comminationem, sive benedictionem et maledictionem legi mos. annexam, Deut. 11, 26 sq. 30, 15. 19. et sententiam qua Deus mortem minatur. appellat *τὸ κατάκριμα*, illam autem, qua vitam promittit, *τὸ δικαίωμα*. Eodem modo Rom. 8, 4 *ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν*, ut sententia legis, vitam promittens, rata fiat in nobis. — 3) (ut saepissime in versione LXX interpretum) *praeceptum, statutum, lex*; Luc. 1, 6 *πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου*. (2 Reg. 17, 8. 19. Ezech. 36, 27.) Rom. 1, 32 *τὰ δικαιώματα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες*. (Iob. 34, 27. Gen. 26, 5. Exod. 15, 26. 24, 3. Sir. 4, 17.) Rom. 2, 26 *τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου*, praecepta legis. (Num. 31, 21. coll. Exod. 21, 31. Deut. 33, 10.) — Cum genitivo obiecti, de quo lex agit: Hebr. 9, 1 *δικαιώματα λατρείας*, praecepta de cultu divino; ib. v. 10 *δικαιώματα σαρκός*, praecepta de corporis puritate levitica. (Num. 27, 11 *δικαίωμα κρίσεως*. Exod. 21, 9 *τὸ δικαίωμα τῶν θυγατέρων*. Deut. 4, 1—5. 1 Sam. 8, 9.) Suidas: *δικαιώματα· νόμος, ἐντολαί*. *.

Δικαίως, adv. (a *δίκαιος*), 1) *honeste*, more honestorum hominum, *ut fas est, ut decet*; 1 Cor. 15, 34. 1 Thess. 2, 10. (Homer. Odyss. 14, 90.) — *δικαίως ζῆν*, honeste vivere Tit. 2, 12. (Prov. 28, 18 *ὁ πορευόμενος δικαίως*. Clem. Alex. stromat. 3, 6. p. 532 *δικαίως βεβιωκότες*.) — 2) *iure, iustitiae convenienter, iuste*, Luc. 23, 41. (Sap. 19, 13 *δικαίως ἔπασχον*.) — 1 Petr. 2, 23. (Deut. 1, 16 *κρίνατε δικαίως*. Ignat. epist. ad Ephes. §. 15 *δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν*) *.

Δικαίωσις, εως, ἡ, 1) causae defensio; — 2) *iudicium, sententia*, apud profanos de sententia damnatoria, (Ioseph. ant. 18, 1. 3.) apud Paulum Rom. 4, 25. 5, 18 de *absolutione* a peccati poena et nova felicitatis futurae spe, quare in loco posteriori *δικ. ζωῆς* dicitur. (Levit. 24, 22 pro hebr. מִשְׁפָּט, *δικαίωσις μία*, aequale iudicium fiat inquilino et peregrino.) **.

Δικαστής, οῦ, ὁ, (a *δικάζω*, ius dico) 1) *iudex, arbiter*, Luc. 12, 14. (1 Sam. 24, 16. Ies. 3, 2. Ioseph. ant. 4, 8. 24 ubi patres dicuntur *αὐτάρκεις δικασταί* filiorum.) — 2) qui potestatem habet iuris dicendi, *dominus*; Act. 7, 27. 35. (hebr. שֹׁפֵט Exod. 2, 14. Deut. 16, 18. Sap. 6, 1. 9, 7 ubi *δικασταί* et *βασιλεῖς* coniunguntur.) *.

Δίκη, ης, ἡ, propr. mos, fas; deinde: iustitia. — Dea iustitiae, a gentilibus religiose culta, criminum ultrix, quae etiam Nemesis dicebatur. Semel Act. 28, 4. coll. 2 Macc. 8, 11. 13 ubi de Deo criminum ultore adhibetur. — 2) *sententia damnatoria*, Act. 25, 15. *poena, supplicium*. 2 Thess. 1, 9. Iud. v. 7 πυρὸς αἰωνίου δίκη, poena ignis aeterni, poenae infernales. (Ioel. 3, 14. Hos. 13, 14. (hebr. דֶּבֶר pestis, exitium.) Amos. 7, 4 ἐκάλεσε τὴν δίκην ἐν πυρί. Sap. 14, 31. 18, 11. 4 Macc. 4, 21. 9, 32. Ioseph. ant. 7, 9. 4 δίκη ὑπὲρ ὧν ἥμαρτεν.) *.

Δίκτυον, ου, τό, (a stirpe δίκω, iacio, cuius aorist. ἔδικον apud poetas legitur) *rete*. In N. T. de reti piscatorio Matth. 4, 20. 21. Marc. 1, 18. 19. Luc. 5, 2—6. Io. 21. 6—11. (Homer. Odyss. 22, 386. Ioseph, ant. 9, 4. 6.) *.

Δίλογος, ον, (ex δίς et λέγω) quod apud profanos non legitur, est vel: bis eadem loquens, ut διλογία et διλογεῖν legitur apud Xenophontem hipparchic. 8, 2., διλογεῖν, Diod. Sic. 20, 37. vel: duplicem habens sermonem, *bilinguis, fraudulentus in sermone*. Sic 1 Tim. 3, 8 ubi convenire videtur cum voce διάβολος, quae v. 11 in simili nexu legitur. Eodem fere sensu in V. T. habetur δίγλωσσος, bilinguis, calumniator, Prov. 11, 13. Sir. 28, 13. 5, 14. Ps. 12, 3 ubi δίλογος describitur sic: בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּר.

Διό, (ex διά et ὅ) coniunctio: *propter quod, quare, quam ob rem, propterea, ideo, igitur*, Matth. 27, 8. Luc. 1, 35. 7, 7. Act. 10, 29. Rom. 1, 24. 2, 1. Hebr. 3, 7. Iac. 1, 21. 4, 6 et passim.

Διοδεύω, f. εύσω, (ex διά et ὁδεύω) *peragro, transeo*; Luc. 8, 1. Act. 17, 1. (1 Macc. 12, 32. Gen. 13, 17. Sap. 5, 7. 11. 14, 1.) *.

Διονύσιος, ου, ὁ, *Dioynsius*, homo Atheniensis, Areopagita. Act. 17, 34.

Διόπερ, (ex διό et περ) coniunctio: *quapropter*, 1 Cor. 10, 14. 14, 13. (Iudith. 8, 17.) — *διόπερ εἰ quod si*, 1 Cor. 8, 13.

Διοπετής, ές, (ex Διός, genit. nom. Ζεύς, Iupiter, et obsoleto πέτω i. q. πίπτω, cado) a *Iove*, sive de *coelo delapsus*. Act. 19, 35 διοπετές videl. ἄγαλμα, quod addit Herodian. 1, 11. 2 (αὐτὸ μὲν τὸ ἄγαλμα, διοπετὲς, ὡς λέγουσιν), simulacrum Dianae, in templo Dianae Ephesio asservatum, quod coelitus putabatur demissum esse. Hesych. διοπετές· ἐξ οὐρανοῦ ἐρχόμενον. cf. Plin. hist. nat. 16, 40. Etiam Troianorum Palladium de coelo delapsum dicebatur.

Διόρθωμα, τος, τό, (a διορθόω, rectum facio, corrigo) *emendatio, restitutio in melius*, Act. 24, 3 in codd. (Hippocr. de artic. p. 345 A. et 360 A. Polyb. 3, 118, 3.)

Διόρθωσις, εως, ἡ, (ut antecedens a διορθόω) 1) correctio, restitutio; *emendatio, restitutio in melius*. Sic Hebr. 9, 10 de temporibus Messiae. (Vid. Ἀποκατάστασις et Sap. 9, 18. — Ioseph. ant. 2, 4. 4 διόρθωσις τῶν ἡμαρτημένων. Id. de bell. 1, 20. 1 τῶν πταισθέντων διόρθωσιν. Polyb. 6, 38. 4. Vid. διορθόω Ies. 16, 5. 62, 7.) *.

Διορύσσω, aor. 2. pass. διωρύγην. (ex διά et ὀρύσσω) *perfodio*; — *effodio*, herausgraben, Matth. 6, 19. 20. Hesych. διορύττει· σκάπτει. — *perfodiendo* (videl. parietes) *irrumpo*, Matth. 24, 43. Luc. 12, 39 διορ. την οἰκίαν. Phavor. διορύττω· τὸν τοῖχον διακόπτω. cf. Ezech. 12, 5. 7. Iob. 24, 16 διώρυξεν ἐν σκότει οἰκίας. *.

Διόσκουροι, ων, οἱ, (ex Διός, genit. nominis Ζεύς Iupiter, et κοῦρος i. q. κόρος puer. Phrynich. p. 235 Διόσκουροι, ὀρθότερον Διόσκοροι, vid. ibid. *Lobeck*.) *Dioscuri*, nomen Castoris et Pollucis, Iovis ex Leda, Tyndarei uxore, filii, qui nautis cum tempestate conflictantibus opem ferre putabantur. Horat. carm. 1, 3. 2. 4, 8. 31 sq. Xenoph. sym. 8, 29. Lucian. dial. Deor. 26, 2. Pind. Ol. 3, 62. Theocr. Id. 22, 1 sqq. — Act. 28, 11 παρασήμῳ Διοσκούροις insigne habens Dioscuros. *.

Διότι, (i. e. διὰ τοῦτο ὅτι) coniunct. 1) *propterea quod*, in propositione causam vel rationem afferente, Luc. 2, 7. 21, 28. Rom. 1, 19. 1 Cor. 15, 9. Phil. 2, 26. 1 Thess. 2, 8. 4, 6. Hebr. 11, 5. 23. Iac. 4, 3. (Zeph. 2, 10. Iob. 32, 2. Cohel. 6, 8. Tob. 3, 17.) — 2) ad initium propositionis concludentis: *quare, quam ob rem*, pro διὰ τοῦτο, Act. 17, 31. Rom. 1, 21. 3, 20. 8, 7. 1 Petr. 2, 6. (Iob. 36, 12.) — 3) apud seriores pro ὅτι, *nam, enim*, Luc. 1, 13. Act. [10, 20.] 18, 10. 22, 18. Gal. 2, 16. 1 Petr. 1, 16. 24. (Tob. 1, 8. 4, 6. Ies. 12, 2. Amos. 4, 13. In V. T. est etiam, ut ὅτι, index orationis alterius, ut Iudith. 5, 1. Iob. 33, 8. 2 Macc. 7, 37.) *.

Διοτρεφής, οῦς, ὁ, *Diotrephes*, (a Iove nutritus), vir christianus fastuosus, qui commemoratur 3 Io. v. 9. 10.

Διπλόος, οῦς, όη, ῆ, όον, οῦν, *duplex, duplus*, Gen. 43, 15. Deut. 21, 17. — Synecdochice *magnus, largus, gravis*; de honore 1 Tim. 5, 17. coll. Sir. 20, 10. de poena Apoc. 18, 6. coll. Ies. 40, 2. Ier. 16, 18. Phavor. διπλῆν· διπλασίονα καὶ μεγάλην. — Compar. διπλότερος, *maior*, Matth. 23, 15 ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν, filium inferni duplo magis, quam vos ipsi.

Διπλόω, ῶ, f. ώσω, (a διπλόος), *duplico, duplum do*; — deinde: *largiter do*, Apoc. 18, 6 ubi est larga mala retribuere.

Δίς, adv. *bis*, Marc. 14, 30. 72. Luc. 18, 12. Phil. 4, 16 ἅπαξ καὶ δίς aliquoties. 1 Thess. 2, 18. Iud. v. 12 δὶς ἀποθανόντα vertunt vulgo: *prorsus emortua* s. infructuosa. At quanquam τρίς apud profanos saepe ita praeponitur aliis verbis, ut eorum notionem valde augeat, tamen δίς neque apud profanos neque apud nostros ita legitur, sed est ubique *bis*. Refero igitur h. l. τὸ δὶς ἀποθνήσκειν ad mortem primam et simul secundam (δεύτερον θάνατον) quae impios manet. *.

Διστάζω, aor. 1. ἐδίστασα, (ex δίς et radice obsoleta στάω, sto) — in bivio sto, nesciens, quam viam ingredi debeam, nescio, quo me vertam, *dubito, haesito, incertus sum* e pluribus, quod faciam, Matth. 14, 31. 28, 17. (Hesych. διστάζει· διχονοεῖ, ἀπορεῖ, ἀμφιβάλλει. Diod. Sic. 4, 62. Clem. Alex. strom. 4. 25. p. 635, 24 ed. Pott.) *.

Δίστομος, ον, (a δίς et στόμα) duplex os habens; deinde, cum στόμα de acie gladii dicatur, de gladio est: *anceps, bipennis*, Hebr. 4, 12. Apoc. 1, 16. 2, 12. 19, 15. (Prov. 5, 4. Iudd. 3, 16 חֶרֶב dicitur cui sunt שְׁנֵי פֵיוֹת Ps. 149, 6. Prov. 5, 4. חֶרֶב פִּיּוֹת.) *.

Δισχίλιοι, αι, α, *bis mille, duo millia*. Marc. 5, 13. *.

Διϋλίζω, f. ίσω, (ex διά et ὑλίζω, defaeco) *percolo, percolando purgo*. Aquila Ps. 12, 6 de argento. Profani saepius de vino, (Artemid. 4, 50 διϋλίζων πρότερον τὸν οἶνον.) et sic Matth. 23, 24 διϋλίζειν τὸν κώνωπα, *vinum percolando purgare a culice*, dicuntur ii, qui in minutis rebus, praeceptis levioribus religiosissimi sunt. (Amos. 6, 6.) *.

Διχάζω, f. άσω, (a δίχα, separatim) in duas partes divido; — in N. T. *facio ut dissideat*, Matth. 10, 35 διχάζειν τινα κατά τινος, excitare aliquem adversus alium. coll. Luc. 12, 52 sq. *.

Διχοστασία, ας, ἡ, (ex δίχα seorsim, et ἵστημι) discedere in duas partes, dissensio, *seditio, factio*. Rom. 16, 17. 1 Cor. 3, 3. Gal. 5, 20. (1 Macc. 3, 29. Dionys. Halic. 8, 72.) **.

Διχοτομέω, ῶ, f. ήσω, (ex δίχα seorsim, et τομή segmen) in duas partes seco; Ioseph. ant. 8, 2. 2. — *disseco, discindo*; Exod. 29, 17. Crudelissimum supplicii genus erat olim hoc, quo reorum vel captivorum corpora dissecabantur. vid. Iudd. 19, 29. 1 Sam. 15, 33. 2 Sam. 12, 31. 1 Reg. 3, 25. Dan. 2, 5. 3, 29. coll. Hebr. 11, 37. et e profanis Diod. Sic. 1, 2. Herod. 3, 13. Liv. 1, 28. 8, 24. Horat. sat. 1, 1. 99 sq. Sueton. Calig. c. 27.) — bis: Matth. 24, 51. Luc. 12, 46 ubi sensus est: *supplicio gravissimo afficiet*. coll. Susann. v. 55 et 59. Hesych. διχοτομεῖν· ἀναιρεῖν. — Alii vertunt: flagellis discindere. *.

Διψάω, ῶ, f. ήσω, (a δίψα, sitis) 1) *sitio*, a) propr. Io. 4, 13. 15. 19, 28. *sitim patior*, Matth. 25, 35—44. Rom. 12, 20. 1 Cor. 4, 11. Apoc. 7, 16. (Ps. 107, 5.) — b) tropice: ut Latinor. *sitire honores* (Cic. ad Quint. Fratr. 3, 5. §. 3), *sitire voluptates* (Cic. Tusc. Qu. 5, 6), *avide desidero*; Matth. 5, 6 διψ. τὴν δικαιοσύνην. Sir. 24, 21. (Ps. 42, 2. 63, 1. hebr. צָמֵא. Ies. 32, 6. Homer. Odyss. 11, 584 διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου. Philo quod omn. prob. lib. p. 867 B. τοὺς ποτίμων διψῶντας λόγων. lib. 2. alleg. p. 62 E. Xenoph. cyrop. 5, 1. 1 οὕτως ἐγὼ ὑμῖν διψῶ χαρίζεσθαι. — De discrimine inter διψᾶν τινος, et (tropice) διψᾶν τι, vid. *Winer*. Gramm. c. 3, §. 7. — Doctrinam sa-

lutarem Hebraei haud raro cum aqua comparant, Sir. 24, 25 sq.) — Quum aqua viva Hebraeis sit imago vitae et felicitatis (vid. Ies. 41, 17 sqq.), διψάω etiam absolute ita ponitur, ut sensus sit: *vitam et salutem avide desidero*, et sic Io. 4, 14. 6, 35. 7, 37. Apoc. 21, 6. 22, 17. (Formam διψᾶν pro διψῆν; et διψᾷ pro διψῇ serioris aevi esse, monuit *Lobeck*. ad Phryn. p. 61. coll. *Winer*. Gramm. p. 75.) *.

Δίψος, εος, τό, (apud antiquiores ἡ δίψα) *sitis*. 2 Cor. 11, 27. (Exod. 17, 3. Ies. 44, 3.) *.

Δίψυχος, ον, (ex δίς et ψυχή) proprie: divisus mente, sibi non constans, *anceps animus, ambiguus*; si ad *intellectum* refertur, est: *dubius, incertus*, Iac. 1, 8. (Constitutt. apostol. 7, 11 μὴ γίνου δίψυχος ἐν προσευχῇ σου εἰ ἔσται ἢ οὔ. et διψυχία apud profanos.) Iac. 4, 8 refertur ad *voluntatem*, et est: qui in diversas partes trahitur, *homo incerti obsequii*, in altero membro est ἁμαρτωλός. coll. Sir. 1, 27. *

Διωγμός, οῦ, ὁ, (a διώκω) *persecutio, vexatio*; Matth. 13, 21. Marc. 4, 17. 10, 30. Act. 8, 1. 13, 50. Rom. 8, 35. 2 Cor. 12, 10. 2 Thess. 1, 4. 2 Tim. 3, 11. (Prov. 11, 19. Thren. 3, 19. 2 Macc. 12, 23.) **.

Διώκτης, ου, ὁ, (a διώκω) *persecutor, vexator*. 1 Tim. 1, 13. (Symmach. Hos. 6, 8 διῶκται pro עֲקֻבָּה.) **.

Διώκω, f. ώξω [Matth. 23, 34. Luc. 21, 12. 2 Sam. 22, 38. Sap. 19, 2] pro διώξομαι (vid. *Win*. Gramm. p. 80. *Buttmann*. gr. ampl. §.114.) — a δίω, fugio, med. persequor, — LXX maxime pro רָדַף — 1) facio ut fugiat aliquis, *fugo, pello*, s. *expello, exagito*, Matth. 10, 23. 23, 34 διώξετε (αὐτοὺς) ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, exagitabitis eos ex urbe in urbem. (Ies. 17, 2 ὁ διώκων, greges exagitans, hebr. מַחֲרִיד. Sap. 2, 14 nebula διωχθεῖσα a radiis solis. ib. 5, 14.) — 2) celeriter sequor aliquem, ut capiam illum, *insequor* ut prehendam, Act. 26, 11. Apoc. 12, 13. (Gen. 31, 23. Exod. 15, 9. Iud. 4, 22. 20, 43. Ps. 7, 1. Ies. 30, 17. Sap. 11, 20.) — 3) sensu mitiori, *sequor* aliquem s. aliquid, ut assequar vel attingam, *persequor*; Luc. 17, 23 μὴ διώξητε, nolite illum persequi. Phil. 3, 12. 14 διώκειν κατὰ σκόπον, tendere ad scopum. (Sir. 31, 2 δρασσόμενος σκιᾶς καὶ διώκων ἄνεμον. Prov. 21, 6. Philo de fortit. p. 740 D: οἱ πεινῶντες, ὅταν σιτίον που παραφανῇ, διώκουσι καὶ ἐπιτρέχουσι.) — Tropice: *magno studio persequor* s. *sector*, Rom. 9, 30. 31 διώκων δικαιοσύνην. (Prov. 15, 9. Deut. 16, 20.) Rom. 12, 13 φιλοξενίαν. ib. 14, 19 τὰ τῆς εἰρήνης. 1 Cor. 14, 1. 1 Thess. 5, 15. 1 Tim. 6, 11. 2, 22. Hebr. 12, 14. 1 Petr. 3, 11. (Ps. 34, 14. Prov. 12, 11. 28, 19. Ies. 1, 23. 51, 1. Hos. 6, 3. Sir. 27, 8. et saepissime apud profanos, ut Pind. Ist. 6. [5], 103. Ol. 3, 81. Philo de somn. p. 595 B. ἡδονὰς διώκοντες. Suidas: διώκειν· καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι.) — 4) sensu latiori, ut nostrum *verfolgen, persequor, premo, vexo*; τινά, Matth. 5, 11. 12. 44. Luc. 21, 12. Io. 5, 16. 15, 20. Act. 7, 52. 9, 4. 6. 22, 4. 7. 8. 26, 14. 15. Rom. 12, 14. 15, 9. Gal. 1, 13. 23. 4, 29. Phil. 3, 6. (Deut. 30, 7. Iob. 19, 22. Ier. 17, 18.) — Passivum: 1 Cor. 4, 12. 2 Cor. 4, 9. Gal. 5, 11. 6, 12 ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται, ne in honorem Christi cruci affixi vexentur, videl. a Iudaeis, i. e. ut liberi sint a vexatione Iudaeorum; (vel etiam: ne in honorem Christi expellantur, videl. e coetu Iudaeorum.) 2 Tim. 3, 12. (Thren. 5, 5. Sap. 16, 16.) *.

Δόγμα, τος, τό, (verbale a δοκέω) *sententia*, i. e. a) opinio, placitum, Philo de opif. mundi p. 2. — b) *praeceptum, mandatum*; de mandatis principum Luc. 2, 1. Act. 17, 7. (Dan. 2, 13. 6, 8—15.) — de praeceptis Apostolorum Act. 16, 4. (Ignat. ad Magn. §. 13 βεβαιωθῆναι ἐν τοῖς δόγμασιν τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων. Clem. Alex. strom. 6, 15. p. 800. Origen. adv. Cels. 1, 7 et 13. — De praeceptis mosaicis, 3 Macc. 1, 3. Philo de alleg. p. 50 τὰ ἅγια δόγματα). — c) mandatum cum gravi comminatione (4 Macc. 4, 23. 26), sententia damnatoria, comminatio; sic Eph. 2, 15 τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι, legem quatenus non promissiones, sed praecepta cum gravi comminatione continet. Col. 2, 14 τὸ χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, legem scriptam cum eius comminationibus. (Alii δόγματα hic explicant de praeceptis de usu rerum externarum, ut de cibo, potu, circumcisione, sabbato, noviluniis et similibus, vid. Col. 2, 16. 20. 21.) *.

Δογματίζω, (a δόγμα) *praecipio, decerno*, 3 Esdr. 6, 34. Esth. 3, 9. 2 Macc. 10, 8. 15, 36. — Medium: *regulam mihi scribo, legem mihi imponi patior*, Col. 2, 20 τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; quare, quasi Iudaei adhuc essetis, scribitis vobis illa praecepta: noli tangere etc. **.

Δοκέω, ῶ, aor. 1. ἔδοξα, (ab obsoleto δόκω vel δέκω) 1) *puto, existimo, opinor*, seq. vel infinit. vel ὅτι, Matth. 3, 9 μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, nolite ex vana vestra opinione cogitare. Matth. 6, 7. 26, 53. Marc. 6, 49. Luc. 8, 18. 12, 51. 13, 2. 4. 17, 9. 19, 11. 24, 37. Io. 5, 39. 45. 11, 13. 13, 29. 16, 2. 20, 15. Act. 12, 9. 27, 13. 1 Cor. 4, 9. 7, 40. 10, 12. 12, 23. 2 Cor. 11, 16. 12, 19. Hebr. 4, 1. Iac. 4, 5. (Gen. 38, 15. Prov. 27, 14. Sap. 12, 27. 2 Macc. 2, 29.) — Hebr. 10, 29 πόσῳ, δοκεῖτε, χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας; quanto severiori poena dignum, putatis, habitum iri eum etc. (Euripid. Hippol. v. 466. Anacr. 40, 15.) — 2) intransitive cum infinitivo: *videor, ich habe den Anschein*; Luc. 10, 36. 22, 24. Act. 17, 18. 25, 27. 1 Cor. 11, 16. 12, 22. 2 Cor. 10, 9. Hebr. 12, 11. (2 Macc. 9, 10. Ioseph. antiq. 5, 7. 5.) — Per urbanitatem et modestiam ea quoque, quae certissima sunt, Graeci δοκεῖν εἶναι dicunt, i. e. *esse*; Marc. 10, 42 οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, i. e. ἄρχοντες. Gal. 2, 6 οἱ δοκοῦντες εἶναί τι, proceres. ib. v. 9. (Herodian. 2, 5. 10. Ioseph. c. Apion. 1, 12 οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς. Athen. 6, 4 ἐκ πονηρῶν δὲ χαλκῶν ἔπινον οἱ σφόδρα δοκοῦντες πλουτεῖν. Susann. v. 5.) — Hinc οἱ δοκοῦντες, *insignes, nobiles*, Gal. 2, 6. 1 Cor. 12, 22. (Herodian. 6, 1 τοὺς δοκοῦντας καὶ ἡλικίᾳ σεμνοτάτους ἐπιλέξαντο. Eurip. Heracl. v. 819. Troad. v. 609.) — δοκῶ μοι, δοκεῖς σοι, *videor mihi, videris tibi*, i. e. *opinor, censeo, censes*; Act. 26, 9. 1 Cor. 3, 18. 8, 2. 14, 37. Gal. 6, 3. Phil. 3, 4. Iac. 1, 26. — 3) impersonaliter: a) δοκεῖ μοι, σοι, *videtur, placet mihi*, i. e. *opinor*, s. *statuo*, Matth. 17, 25. 18, 12. 21, 28. 22, 17. 42. 26, 66. (LXX pro hebr. טוֹב, Esth. 1, 19. 3, 9. 5, 4. 8, 5. 8. Ios. 9, 25. 2 Macc. 1, 13. Drac. v. 6.) — ἔδοξέ μοι, *placuit mihi, decrevi*, Luc. 1, 3. Act. 15, 22. 25. 28. 34. (3 Esdr. 8, 11. 1 Macc. 8, 28 δέδοκται. Ioseph. ant. 7, 9. 7. Ibid. 4, 4. 2 τὰ δεδογμένα θεῷ, decreta Dei.) — b) τὸ δοκοῦν μοι, *arbitrium meum, placitum*, Hebr. 12, 10. (Thucyd. 1, 84: κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν. Iustin. Mart. Arist. dogm. evers. p. 111 τὸ δοκοῦν τῆς βουλήσεως.) *.

Δοκιμάζω, f. άσω, (a δόκιμος) hebr. בָּחַן, 1) *exploro*, i. e. a) *probo*, probiren, propr. de mensariis, qui nummos probant, — *igne* metalla 1 Petr. 1, 7. (Prov. 8, 10. 17, 3.) — *usu* res alias Luc. 14, 19. (Ioseph. ant. 3, 1. 4. Arrian. epict. 1, 20.) — tropice: δοκιμάζειν τὸν θεόν, Deum tentare, i. q. πειράζειν, Hebr. 3, 9. (Sir. 34, 10. Mal. 3, 15.) — b) *examino, exploro*, quocunque modo, Rom. 12, 2. 1 Cor. 3, 13. (coll. Ies. 9, 7. Ps. 66, 10.) 11, 28. 2 Cor. 8, 8. 22 ἐδοκίμασα exploratum habeo. (coll. Sir. 42, 8.) 2 Cor. 13, 5. Gal. 6, 4. Eph. 5, 10. Phil. 1, 10. 1 Thess. 5, 21 πάντα δοκιμάζετε, omnia explorate, ut mensarius nummos probat. 1 Io. 4, 1. (Ps. 139, 1. 23. Ier. 17, 10. Zach. 13, 9. Sap. 2, 19). — etiam discerno, *aestumo*, Luc. 12, 56. coll. Matth. 16, 3. Rom. 2, 18. (Zach. 11, 13 δοκιμ. est: aestumare pretium.) — 3) probatum habeo, *approbo*, Rom. 14, 22 ἐν ᾧ δοκιμάζει, in eo, quod approbat. Ex adiuncto, *dignum habeo* tanquam probatum, eligo tanquam dignum et probatum; 1 Cor. 16, 3 οὓς ἐὰν δοκιμάσητε, quos dignos habueritis. Sic etiam Rom. 1, 28 οὐκ ἐδοκίμασαν non dignum habuerunt Deum quem cognoscerent. (Ioseph. ant. 2, 7. 4.) 1 Thess. 2, 4 δεδοκιμάσμεθα, digni habiti sumus, nisi hic est: dignus, *idoneus factus sum*, ut Sir. 34, 26 κάμινος δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ i. e. fornax (ignis) efficit aciem ferri in aquam immersi. coll. 2 Macc. 4, 3. *.

Δοκιμασία, ας, ἡ (a δοκιμάζω) *probatio, exploratio*. Hebr. 3, 9 in codd. (Sir. 6, 21. Ioseph. ant. 4, 3. 4.) **.

Δοκιμή, ῆς, ἡ, (a δόκιμος) 1) *exploratio, probatio*; transitive: 2 Cor. 8, 2 δοκ. θλίψεως exploratio per calamitates. Intransitive: 2) *probitas exploratione firmata, probitas spectata*, Rom. 5, 4. 2 Cor. 2, 9. 9, 13 δοκ. τῆς διακονίας, probitas in beneficiis collatis satis conspicua. Phil. 2, 22. — *documentum* sive *signum probitatis*, 2 Cor. 13, 3. coll. 12, 12. (Apud profanos raro legitur, ut apud Dioscor. 4, 186.) *.

Δοκίμιον, ίου, τό, (deminut. a δοκιμή, sed sine significatione deminutivi, vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 518) 1) transitive: *exploratio, probatio*, actio explorandi; Iac.

1, 3 τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως, haec fidei vestrae exploratio, quae nunc fit. — 2) intransitive: probatum esse, *probitas, integritas*, (i. q. δοκιμή quod vid.) 1 Petr. 1, 7 τὸ δοκ. τῆς πίστεως fides explorata, sive integritas fidei. — (In V. T. bis de instrumento explorationis, catillo, quo metalla excoquuntur, Prov. 27, 21. Ps. 12, 7. Apud profanos passim legitur, ut Plat. Tim. p. 65 C. Plutarch. mor. 230 B.) **.

Δόκιμος, ον, qui libenter accipitur, 1) *acceptus, probatus;* a) de nummis et metallis, 1 Chron. 29, 4. 2 Chron. 9, 17. Gen. 23, 16. — b) de mercede Zach. 11, 13. εἰ δόκιμόν ἐστι, an acceptabile sit. — c) de hominibus et aliis rebus, Rom. 14, 18. (Herodot. 1, 117. Clem. Alex. strom. 6, 5. init. Ἑλλήνων οἱ δοκιμώτατοι, probatissimi.) — 2) *exploratione probatus* Iac. 1, 12. — *genuinus, verus*, 1 Cor. 11, 19. 2 Cor. 10, 18. 13, 7. 2 Tim. 2, 15. Rom. 16, 10 ὁ δόκιμος ἐν Χριστῷ, verus, probatus christianus. Hesych. δόκιμον· χρήσιμον, τέλειον. *.

Δοκός, οῦ, ἡ, *trabs, tignum ligneum.* Etym. M. τὸ τὴν στέγην ἀνέχον ξύλον. Suid. τὸ μέγα ξύλον. (Homer. Odyss. 22, 193.) Matth. 7, 3—5 et Luc. 6, 41. 42 ubi vitia gravia imagine trabis describuntur. *.

Δόλιος, ία, ον, (a δόλος) *dolosus, fraudulentus.* 2 Cor. 11, 13. (Ps. 12, 2. Prov. 12, 6. Hom. Odyss. 4, 455. Pind. Ne. 4, 93. Ioseph. ant. 1, 20. 3.) *.

Δολιόω, ῶ, (a δόλος) *dolose ago, decipio.* Semel Rom. 3, 13 ἐδολιοῦσαν pro ἐδολίουν, ex dialecto Alexandrina. (Vid. *Sturz* de dial. Maced. p. 57.) Legitur etiam Ps. 5, 9 e quo loco verba Pauli hausta sunt, pro hebr. הֶחֱלִיק *blanditus fuit.* Caeterum cf. Ps. 105, 25. Num. 25, 17.

Δόλος, ου, ὁ, (a stirpe δέλω, illicio, capto) LXX pro מִרְמָה, 1) esca ad capiendum exposita, (Hom. Odyss. 12, 252.) — 2) *fraus, dolus*, Marc. 7, 22. Io. 1, 48. Rom. 1, 29. Act. 13, 10. 2 Cor. 12, 16 δόλῳ, fraude, malis artibus (sunt enim verba adversariorum, non Apostoli). 1 Petr. 2, 1. 22. 3, 10 λαλῆσαι δόλον, loqui fraudulenta. (Ps. 35, 20. Ier. 5, 27. Dan. 8, 25. Mich. 6, 11.) — Matth. 26, 4. Marc. 14, 1 δόλῳ adverbialiter: *fraudulenter, insidiose.* LXX hebr. בַּסֵּתֶר, *in occulto*, Deut. 27, 24. et בְּעָרְמָה *per astutiam*, Exod. 21, 14. — 1 Thess. 2, 3 δόλος, (Sir. 1, 30.) fucata pietas qua Thessalonicenses decepti essent. (Apoc. 14, 5 in textu vulg.) *.

Δολόω, ῶ, (a δόλος) 1) dolo circumvenio, dolose ago, Ps. 15, 3. 36, 3. — 2) *adultero, corrumpo*, ut nummos, vinum. 2 Cor. 4, 2 δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, adulterantes Dei doctrinam, admiscendo opiniones iudaicas. Eodem sensu δολοῖ 1 Cor. 5, 6 in codd. pro ζυμοῖ. (Aelian. H. an. 16, 1. Dioscor. de mat. med. 1, 15. Hesych. δολώσει· ἀπατήσει. — δολοῖ· φθείρει, κακουργεῖ.) *.

Δόμα, τος, τό, (ab obsoleto δόω, i. q. δίδωμι) *donum, beneficium*, Matth. 7, 11. Luc. 11, 13. Eph. 4, 8. (Ps. 68, 19.) Phil. 4, 17. (1 Macc. 10, 28. Apud Atticos non legitur.) *.

Ἔγερσις, εως, ἡ, (ab ἐγείρω) nonnisi apud seriores scriptores (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 294), (exstructio, 3 Esdr. 5, 62. pro hebr. הוּסַד Esdr. 3, 11; surrectio, Ps. 139, 2.) in N. T. *mortui ad vitam revocatio*; Matth. 27, 53. *.

Ἐγκάθετος, ον, (ab ἐν et καθίημι) *subornatus ad insidias faciendas, subornatus insidiator*; Luc. 20, 20. (Iob. 31, 9 ἐγκάθετος γίνομαι, hebr. אָרַב. ib. 19, 12. Ioseph. de bell. Iud. 6, 5. 2 πολλοὶ δὲ ἦσαν ἐγκάθετοι (subornati erant) παρὰ τῶν τυράννων. Hesych.: ἐγκάθετος· ἐνεδρεύων, ἐπιτηρῶν, ἐντόπιος.) *.

Ἐγκαίνια, ίων, τά, (ex ἐν et καινός) 1) *initiatio solemnis rei novae.* Sic Esdr. 6, 16. Neh. 12, 27. Dan. 3, 2 ubi חֲנֻכַּת *initiatio*, quod Num. 7, 10. 3 Esdr. 7, 7 ἐγκαινισμόν vertunt. Suidas: ἐγκαίνια· ἑορτὴ καθ' ἣν ἐγκαινουργήθη τι. Apud profanos non legitur. — 2) *encaenium*, i. e. *festum in memoriam rei initiatae sive renovatae institutum.* Sic in N. T. semel Io. 10, 22 ubi ex plurimorum sententia festum *repurgationis templi et sacrorum* a sordibus gentilium intelligendum est; quod per octo dies quovis anno celebrabatur et in diem 25 mensis Cislev (Decembris) incidebat. Institutum fuit a Iuda Maccabaeo, 1 Macc. 4, 54—59 et ibi dicitur αἱ ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ. coll. 2 Macc. 5, 1—8. Commemorat hoc festum Ioseph. ant. 12, 7. 7, at dicit, illud a Iudaeis appellari φῶτα, *lumina*, cuius appellationis (haud dubie antiquissimae) causam conicit (οἶμαι) hanc: quod illo tempore Iudaeis insperata affulserit potestas. Alii Io. 10, 22 maluerunt intelligere festum, quod Iudaei quovis anno celebrabant in memoriam templi a Sorobabele restituti et ab Herode reparati, tertio mensis *Adar* (Martii).

Ἐγκαινίζω, (ex ἐν et καινίζω, novo), 1) renovo, 2 Chron. 15, 8. — denuo facio, Sir. 33, 6. — 2) *initio*, Deut. 20, 5 hebr. חָנַךְ. 1 Macc. 4, 54. — Tropice legitur Hebr. 10, 20 ἐνεκαίνισεν ὁδόν, propr. καινὴν ἐποίησε, novavit viam, i. e. initiavit, primus ingressus est, ipse stravit viam nobis. (Chrysost. homil. 19 in Hebr. §. 1 ἐνεκαίνισεν interpretatur: ἣν κατεσκεύασε, καὶ ἧς ἤρξατο.) — 3) *consecro, sacrum facio*, Hebr. 9, 18 de foedere; respondet hebr. חִדֵּשׁ 1 Sam. 11, 14 ἐγκαινίζειν τὴν βασιλείαν, i. e. regem. *.

Ἐγκακέω, ῶ, aor. 1. ἐνεκάκησα, (ex ἐν et κάκη, vitiosum, vile, ignavia) *ignave, timide me gero*; bis in bonis libris: 2 Cor. 4, 1 et Gal. 6, 9 pro ἐκκακέω. (Symm. Gen. 27, 46 et Num. 11, 3 et Theodor. Prov. 3, 11 pro קוּץ.)

Ἐγκαλέω, ῶ, f. έσω, (ex ἐν, et καλέω), 1) appello aliquem de aliqua re, — 2) *accuso*, i. e. a) incuso, exprobro, (Ioseph. ant. 4, 6. 3 μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν αὐτῇ.) — b) *in ius voco, accuso*; cum dativo personae, Act. 19, 38. 23, 28. (Sir. 46, 19.) et accusativo rei; Act. 26, 2 περὶ πάντων ὧν (ex attractione pro ἅ) ἐγκαλοῦμεν. — vel sequente περί Act. 19, 40. 25, 29. 26, 7. — Rom. 8, 33 τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ, vulgo vertunt: „quis accuset Dei dilectos?" respiciuntque ad vers. 31; rectius autem: „quis in ius vocabit (persecutores) propter electos Dei, i. e. propter calamitates, quibus Christianos vexant? Deus hoc faciet, qui (Christianos) absolvit et beat. Quis autem istos (persecutores) puniet? Christus, qui interfectus quidem, tamen in vitam rediit, summumque imperium tenet." (Sap. 12, 12 τίς ἐγκαλέσει σοι κατὰ ἐθνῶν ἀπολωλότων, quis te (Deum) in ius vocabit gentium causa, quas interitui devovisti?) *.

Ἐγκαταλείπω, f. είψω, (ex ἐν et καταλείπω) LXX pro עָזַב, 1) relinquo; — *superstitem relinquo*, Rom. 9, 29. (Ies. 1, 9.) — 2) *derelinquendo trado, trado*, sequente εἰς, Act. 2, 27 et v. 31 in codd. (Ps. 16, 10 ubi עָזַב seq. לְ. Psalter. Salomon. 2, 7 (*Fabric.* Cod. pseud. I.): ἐγκατέλιπεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας κατισχυόντων. Act. Thom. §. 51 οὐκ ἐγκατέλειπέ με παραμεῖναι εἰς ἐκεῖνον τὸν χῶρον τὸν δεινόν.) — *perfide desero*, 2 Tim. 4, 10. 16. Hebr. 10, 25. *auxilio destituo, derelinquo*, Matth. 27, 46. Marc. 15, 34. (Ps. 22, 1 עָזַב). 2 Cor. 4, 9. Hebr. 13, 5. (Ios. 1, 5. Ies. 1, 8. Deut. 31, 6. 8. Sap. 10, 13 αὕτη (scil. σοφία) πραθέντα δίκαιον (Iosephum) οὐκ ἐγκατέλιπεν, i. q. vers. 14 οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν.) *.

Ἐγκατοικέω, ῶ, (ex ἐν et κατοικέω) *inhabito, incola sum.* Semel 2 Petr. 2, 8.

Ἐγκεντρίζω, aor. 1. ἐνεκέντρισα (ex ἐν et κεντρίζω, stimulo, pungo) 1) stimulo, v. c. equum; pungo, vulnero, Sap. 16, 11. — 2) *insero surculum*, quod fit incisione in arborem facta; (Theophrast. hist. plant. 2, 3. Anton. lib. 11, §. 8.) Rom. 11, 17. 19. 23. 24 tropice de insitione gentilium in ecclesiae christianae stirpem. *.

Ἔγκλημα, τος, τό, (ab ἐγκαλέω), *crimen, accusatio*; Act. 23, 29. 25, 16. (Ignat. ad Trall. §. 2. Anton. 2, 10. Ioseph. ant. 2, 6. 6. ib. 5, 2. 9.) *.

Ἐγκομβόομαι, οῦμαι, f. ώσομαι, (ex ἐν et κόμβος, Schleife, aufgesetzter Streifen). Ἐγκόμβωμα, quod Ies. 3, 20 (hebr. קִשֻּׁרִים *alligamenta*) legitur, est: servorum albus lemniscus, qui exomidi innectebatur, die Schärpe der Sclaven; hinc ἐγκομβόομαι, *encombomate me cingo*; semel 1 Petr. 5, 5 τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, modestiam vobis encombomatis loco incingite. Vid. *Fritzsche* de locutione Petrina τὴν ταπεινοφρ. ἐγκομβώσασθε, in *Fritzschiorum* opusculis academ. p. 259. coll. *Fischer* de vitiis lexicor. N. T. V, 3. p. 183 sq. (Nicet. in Isaac. Angel. 3, 8. p. 288 ἐγκομβώσεις τῶν ἐσθημάτων. Hesych. κομβώσασθαι· στολίσασθαι. Κόμβωμα· στόλισμα.)

Ἐγκοπή, ῆς, ἡ, (ab ἐγκόπτω) 1) incisio, Abschnitt, Pause; — 2) id quod rem impedit, *impedimentum*. 1 Cor. 9, 12 ἐγκοπήν τινα διδόναι τῷ εὐαγγελίῳ. Hesych.: ἐγκοπήν· ἔνεδρον, ἐμπόδιον. (Diod. Sic. 1, 32.) *.

Ἐγκόπτω, aor. 1. ἐνέκοψα, (ex ἐν et κόπτω) 1) incido; velut viam incidere; inde tropice: — 2) *moror*, Act. 24, 4. *impedio*, Rom. 15, 22. Gal. 5, 7 τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε; quis vos impedivit, quasi viam vobis incidit? (text. vulg. ἀνέκοψε). 1 Thess. 2, 18. — *irritum facio*, 1 Petr. 3, 7 εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν ne viam praecludatis precibus vestris. *.

Ἐγκράτεια, ας, ἡ, (ab ἐγκρατής) animi firmitas; *continentia; abstinentia* a nimio potu, cibo et a libidine, Sir. 18, 30 sqq. — In N. T. ter legitur: Act. 24, 25. Gal. 5, 23. 2 Petr. 1, 6 et indicat *abstinentiam a re venerea, castitatem*, quae non solum *illicitam* venerem fugit, sed etiam *licitam* vel temperantius exercet, vel ab ea prorsus abstinet. (Vid. Philo de opif. mundi p. 37 et de Iosepho p. 534. Laudatur Rahel in Test. XII patriarch. p. 622 ab angelo, quod διέπτυσε συνουσίαν ἀνδρὸς (Iacobi), καὶ ἐξελέξατο ἐγκράτειαν, et quod (p. 623) voluerit συνεῖναι τῷ Ἰακὼβ (coitum exercere cum Iacobo) διὰ τέκνα (sobolis habendae causa), καὶ οὐ διὰ φιληδονίαν. — ib. p. 673 καιρὸς γὰρ συνουσίας γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ καιρὸς ἐγκρατείας εἰς προσευχὴν αὐτοῦ. 4 Esdr. 7, 55 „super stellas fulgebunt facies eorum, qui abstinentiam habuerunt." Acta Thomae inculcant, abstinendum esse ab *omni* concubitu, vel licito coniugum. Idem fit in libro Hermae, qui inscribitur Pastor.)

Ἐγκρατεύομαι, (ab ἐγκρατής), verb. depon. med. animum moderor; Gen. 43, 31 ἐνεκρατεύσατο sibi temperavit videl. a lacrymis, coll. Sir. 19, 6 ὁ ἐγκρατευόμενος γλώσσῃ. — continens sum; *abstineo* a cibis delicatioribus, vino, venere. Sic de athletis 1 Cor. 9, 25. — *abstineo a coitu*, 1 Cor. 7, 9 εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, si a coitu abstinere, libidinem reprimere non possunt. Vid. Ἐγκράτεια. *.

Ἐγκρατής, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ex ἐν et κράτος) potens, validus; compos, Sir. 6, 27. Sap. 8, 21. 2 Macc. 10, 15. — [...] rui, *temperans sibi, continens*; Tit. 1, 8.

coll. Sir. 26, 15 ubi γυνὴ αἰσχυντηρά et ἐγκρατὴς ψυχὴ sibi respondent. Philo de Iosepho p. 534. *.

Ἐγκρίνω, aor. 1. ἐνέκρινα, (ex ἐν et κρίνω) deligo, probo, catalogo insero; *accenseo, adnumero* (cui oppositum est ἐκκρίνω, excludo); 2 Cor. 10, 12. (Saepius apud profanos: Xenoph. hist. gr. 4, 1. 40. Themist. orat. 21.)

Ἐγκρύπτω, aor. 1. ἐνέκρυψα, (ex ἐν et κρύπτω) abscondo aliquid ita, ut illud vel alia re obtegam, vel ei immisceam (Homer. Odyss. 3, 488); quare est quum *tego* Ios. 7, 21 (טמן) tum *immisceo;* unde etiam *depso*, Ezech. 4, 12. coll. 1 Reg. 17, 12. — In N. T. Matth. 13, 33. Luc. 13, 21 dicitur de fermento, quod commiscetur cum farina. *.

Ἔγκυος, ου, ἡ, (ex ἐν et κύω, gravida sum) *gravida, praegnans.* Luc. 2, 5. (Ier. 31, 8 in ed. LXX Andr. Wecheli pro hebr הָרָה, gravida. Sir. 42, 10. Ioseph. ant. 4, 8. 33 γυναῖκα ἔγκυον.) **.

Ἐγχρίω, aor. 1. ἐνέχρισα, (ex ἐν et χρίω) *inungo, illino,* Apoc. 3, 18. (Ier. 4, 30. Tob. 6, 8. 11, 8 ἔγχρισον τὴν χολὴν εἰς τοὺς ὀφθαλμούς.) **.

Ἐγώ, gen. ἐμοῦ, μοῦ, *ego;* pronomen personale primae personae, quod nostri scriptores verbis haud raro pleonastice (Matth. 8, 7. Dan. 8, 5. 15. 19. Gen. 30, 1), saepius autem ea de causa addunt, ut subiectum, in verbo latens, vel accuratius distinguatur ab aliis, vel iis gravius opponatur, ut Matth. 5, 22—44 ubi *sua*, Pharisaeorum dogmati contraria, praecepta servator maxime incipit verbis: ἐγὼ δέ. ib. 22. Marc. 1, 8. Io. 4, 26. 12, 26. 47. 49. 1 Cor. 7, 12 et saepius. (Ies. 43, 15. 19. 44, 6. Ios. 23, 14. Iudith. 2, 12. 1 Chron. 29, 14. Dan. 2, 8. Ies. 13, 3. Gen. 27, 4. Gen. 30, 2. 13.) — In Pauli scriptis ἐγώ passim dicitur pro ἡμεῖς, e. g. Rom. 7, 9. 10. 14. 17. 20. 24. 25. ἡμεῖς autem pro ἐγώ, 1 Cor. 1, 23. 2, 10. 12. coll. vers. 4. ib. 4, 8. 10. (1 Macc. 10, 52. 53.) — Ἐγώ εἰμι est: a) *ego sum; ipse sum,* non alius, Matth. 14, 27. Luc. 24, 39. Io. 6, 20. 9, 9. 18, 5. 6. 8. cf. Ies. 43, 25. b) *ego sum,* intell. ὁ Χριστός (quod diserte additur Marc. 14, 62. Luc. 22, 70.) *sum Messias,* Marc. 13, 6. Luc. 21, 8. Io. 8, 24. 28. 13, 19. Act. 13, 25. — Ἰδοὺ ἐγώ Act. 9, 10. et ἐγὼ κύριε Matth. 21, 30. est: *ecce me! adsum! praesto sum!* hebraicum הִנְנִי, 1 Sam. 3, 8. Num. 14, 40 אָנֹכִי 2 Sam. 2, 20. 20, 17. — Formae pleniores genitivi ἐμοῦ, dat. ἐμοί, accusat. ἐμέ leguntur a) ubi vis orationis sita est in pronomine personali, illudque cum tono pronuntiandum, vel ubi ille qui loquitur se ab altero quodam distinguit, Matth. 17, 27 ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. Luc. 10, 16 ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει. Rom. 1, 12. 16, 13. 1 Cor. 5, 4. Matth. 25, 40 ἐμοὶ ἐποιήσατε. v. 45. Luc. 4, 6. 15, 29. Io. 5, 4. 7, 28. Matth. 26, 11 πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ᾽ ἑαυτῶν· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. Luc. 9, 48. 10, 16. Io. 3, 30. Rom. 10, 20. Philem. 17, et saepissime. — Formae breviores: μοῦ, μοί, μέ autem habes, ubi vis orationis non est in pronomine, sed in verbo vel nomine; Matth. 7, 24 ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους. 10, 37 οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Matth. 3, 11. Marc. 5, 31 τίς μου ἥψατο; Matth. 2, 8 ἀπαγγείλατέ μοι. 4, 9. 11, 27. 1 Cor. 9, 16. Matth. 8, 2 ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. 10, 33 et saepissime. — b) Formae pleniores iunguntur praepositionibus ἀπό, διά, ἕνεκεν, πρό, aliisque; excipe ὀπίσω, ἐνώπιον et ἔμπροσθεν, qui secum habent μοῦ, non ἐμοῦ, et πρός με cum verbis motum ad aliquem indicantibus, ut Matth. 11, 28. 14, 28. Io. 7, 37. Act. 11, 11. 23, 22. 24, 19. 26, 14. Gal. 4, 18. Phil. 2, 30. — Genitivus μοῦ (nunquam ἐμοῦ) et ἡμῶν ex hebraismo saepissime pro possessivo, *meus,* ut Matth. 2, 6. 6, 12. Luc. 1, 55. 7, 46. Io. 6, 54. Rom. 6, 6. (Gen. 29, 32 εἶδέ μου τὴν ταπείνωσιν. Iob. 13, 27. 17, 15. 21, 6.) — Genitivus μοῦ obiective dicitur Matth. 16, 23 σκάνδαλόν μου εἶ, i. e. σκάνδαλον εἶ ἐμοί, ut quidam libri habent ex interpretamento. Io. 15, 10 τῇ ἀγάπῃ μου, amore erga me. 1 Cor. 4, 16 μιμηταί μου γίνεσθε, werdet Nachahmer von mir. — Denique locutio τί ἐμοὶ καὶ σοί, *quid rei mihi tecum?* i. e. *mitte me!* Matth. 8, 29. Marc. 5, 7. Luc. 8, 28. Io. 2, 4. (Io. 22, 24. Iudic. 11, 12. 1 Reg. 17, 18. 2 Sam. 16, 10 et 19, 22.)

Ἐδαφίζω, f. ιῶ, (ab ἔδαφος) humi prosterno; — de aedificiis et urbibus: *solo aequo, destruo;* de hominibus: *prosterno, interimo, occido.* Utroque sensu Luc. 19, 44 ἐδαφιοῦσί σε καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί, humo prosternent te (urbem) et incolas tuos. Vid. Ies. 3, 26. Hos. 10, 14. 14, 1. Ezech. 31, 12. Nah. 3, 10. Hes[illegible] ἐ[illegible]οῦσι· προσκρούσουσι τῇ γῇ. — ἠδαφίσθησαν· εἰς ἔδαφος ἀνηρέθησαν. *.

Ἔδαφος, ους, τό, *solum, terra.* Act. 22, 7. (Dan. 6, 24. Ezech. 41, 16. Sir. 36, 10. Drac. vers. 19.) *.

Ἑδραῖος, αία, αῖον, (ab ἕδρα sella, sedes) 1) sedens; — 2) metaphorice: *stabilis, firmus, constans;* 1 Cor. 7, 37. 15, 58. Coloss. 1, 23. (Symmach. hebr. נָכוֹן firmus, Prov. 4, 18. et מָכוֹן, basis, Ps. 33, 14. Ignat. ad Ephes. §. 10 ἑδραῖοι τῇ πίστει.) *.

Ἑδραίωμα, τος, τό, (ab ἑδραιόω, stabilio, firmum facio) *basis, fundamentum.* Legitur 1 Tim. 3. 16 ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, divinae veritatis basis, id quo omnis divina nititur veritas. (Aquila hebr. מָכוֹן, basis, Ps. 33, 14 vertit ἕδρασμα.)

Ἐζεκίας, ου, ὁ, *Ezechias* s. *Hiskias,* Iudaeorum rex. Matth. 1, 9. 10. coll. 2 Reg. 18, 1 sqq. 20, 1 sqq. Ies. 38, 1 sqq. *.

Ἐθελοθρησκεία, ας, ἡ, (ex ἐθέλω et θρησκεία) cultus, quem Deus ab homine non poscit, imo quem homo excogitavit, sibique sua opinione imposuit; *cultus arbitrio hominum inventus et institutus.* Legitur non nisi in N. T. Coloss. 2, 23. Hesych.: ἐθελοθρησκίαν· ἐθελοσέβειαν. Suid. ἐθελοθρησκεῖ· ἰδίῳ θελήματι σέβει τὸ δοκοῦν. Similiter ἐθελοδουλεία est servitus voluntaria; ἐθελοπρόξενος, qui sponte se πρόξενον urbis facit. Ἐθελοκακεῖν et ἐθελέχθριος apud Philon. in Flacc. p. 971 A. Ἐθελοπερισσοθρησκεία legitur apud Epiphan. contr. haer. XVI, 1. diciturque de religione Pharisaeorum. Fortassis in mente habuit Paulus cultum angelorum, ut e versu 18 intelligitur. (Ioseph. de bell. Iud. 2, 8. 7 commemorat, Essenos iureiurando sese obstrinxisse celare τά τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα.) Eundem angelorum cultum reprehendit Ioannes Apoc. 19, 10. 22, 9. In Test. XII patriarch. p. 547 *angeli faciei Dei* dicuntur ἐξιλασκόμενοι πρὸς κύριον ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀγνοίαις τῶν δικαίων. Ibid. p. 562 commemoratur ἄγγελος ὁ παραιτούμενος τοῦ γένους Ἰσραὴλ καὶ πάντων τῶν δικαίων. Iudaeos autem angelos tutelares cultu aliquo prosecutos esse, colligi potest ex verbis ib. p. 657 ἐγγίζετε τῷ θεῷ, καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῷ παραιτουμένῳ ὑμᾶς· ὅτι οὗτός ἐστι μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων.)

Ἐθίζω, perf. pass. εἴθισμαι, (ab ἔθος) assuefacio, Sir. 23, 9. — τὸ εἰθισμένον, *mos, consuetudo,* Luc. 2, 27. coll. 2 Macc. 14, 30 ἡ εἰθισμένη ἀπάντησις, consueta agendi ratio.

Ἐθνάρχης, ου, ὁ, (ex ἔθνος et ἄρχω) *ethnarcha,* i. e. *gentis praefectus, princeps,* 2 Cor. 11, 32. Tribuebatur hoc nomen principibus populorum, qui nec honorem nec nomen regium habebant, vel aliis regibus subditi erant. coll. 1 Macc. 14, 47. 15, 1. 2 ubi (ut etiam apud Ioseph. ant. 13, 6. 6.) Simon, pontifex, ita appellatur, et Ioseph. ant. 14, 7. 2 praefectus Iudaeorum in Aegypto, qui alio in loco dicitur ὡς ἂν πολιτείας ἄρχων αὐτοτελοῦς. Ioseph. de bell. 2, 6. 3. **

Ἐθνικός, ή, όν, (ab ἔθνος), 1) ad gentem pertinens, genti proprius; — 2) ex usu scriptorum N. T. (in V. T. enim non habetur) ἐθνικοί dicuntur, ut hebr. גּוֹיִם, *gentes a cultu veri Dei alieni, gentiles* (ut patres latini loquuntur), et ex adiuncto: *impii;* Matth. 5, 47 (ubi *Griesb.* ἐθνικοί reposuit pro τελῶναι). 6, 7. 18, 17 et 3 Io. v. 7 ub *Griesbach.* commendavit lectionem ἐθνικῶν. Sic. τὰ ἔθνη sunt: impii, Dei contemptores Sir. 10, 14. 16. 32, 18. 51, 8. Vid. Ἔθνος. *.

Ἐθνικῶς, adverb. *more gentilium,* a vera religione alienorum. Gal. 2, 14.

Ἔθνος, ους, τό, LXX pro גּוֹי et עַם, propr. multitudo eorundem morum et legum vinculo iuncta, — *gens, natio, populus,* Matth. 20, 25. 28, 19. Marc. 10, 42. Luc 7, 5. Io. 11, 48. 50. 51. 52. 18, 35. Act. 4, 25. 7, 7. 8, 9. 10, 22. 17, 26. — Τὰ ἔθνη, Matth. 12, 21. (Ies. 42, 1. 4.) et Marc. 11, 17. (Ies. 56, 7.) verosimiliter sunt duodecim tribus Israeliticae. Ita גּוֹיִם Ps. 106, 5 sunt Israelitae. coll. Gen. 10, 5. 20. 31. — Ex usu hebr. גּוֹיִם τὰ ἔθνη in N. T. sunt: omnes gentes extra Iudaeos, *non-iudaei, ethnici,* Matth. 4, 15. 10, 5. 21, 43. Marc. 10, 33. Luc. 2, 32. Act. 2, 5. 14, 2. 5. 16. 26, 23. Rom. 2, 14. 3, 29. 9, 24. 30. 11, 25. 1 Cor. 1, 23. 2 Cor. 11, 26. Gal. 2, 8. 9 et passim; — et ex

adiuncto: *a vero Deo alieni, idololatrae*, Matth. 6, 32. 10, 18. Luc. 12, 30. 21, 24. Act. 7, 45. 10, 45. 11, 1. 18. 1 Cor. 5, 1. 10, 20 et saepius. — In Pauli scriptis τὰ ἔθνη etiam de *Christianis e gentilibus*, Rom 16, 4. Gal. 2, 12. 14. Eph. 3, 1. 6. 8 et fortasse etiam Rom. 11, 13. 15, 27.

Ἔθος, ους, τό, 1) *consuetudo, mos*. Luc. 22, 39. Io. 19, 40. Hebr. 10, 25. Act. 25, 16. 2 Macc. 13, 4. Drac. vers. 15. Verti hic potest: *ut solet* s. *solent*. — 2) mos ex lege; *lex, institutum, leges et mores patrii* (2 Macc. 11, 25 τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων ἔθη). Luc. 1, 9. 2, 42. Act. 6, 14. 15, 1. 16, 21. 21, 21. 26, 3. 28, 17. (Sap. 14, 16 τὸ ἀσεβὲς ἔθος ὡς νόμος ἐφυλάχθη. 4 Macc. 1, 11 ἔθος de lege Mosis.) **.

Ἔθω, usitatum non nisi in perf. εἴωθα, et ionice ἔωθα, *soleo*, ex consuetudine facio, Matth. 27, 15. Marc. 10, 1. (Sir. 37, 14. Symmach. 1 Sam. 20, 25 ubi LXX ὡς ἅπαξ καὶ ἅπαξ.) — τὸ εἰωθός, *consuetudo, mos*, Luc. 4, 16. Act. 17, 2. (Num. 24, 1.) **.

Εἰ, I) particula *conditionalis*, Latinor. *si*, nostrum *wenn*, LXX pro אִם, et est: 1) *si*, a) cum *indicativo*, et quidem α) omnium temporum, si conditio vel locum habet vel habere potest. Matth. 4, 3 εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπέ, si es filius Dei, dic. ib. v. 6. cap. 5, 29. 30. 6, 23. 8, 31. 11, 14. 12, 27. 19, 10. 22, 45. Marc. 11, 26. 14, 35 εἰ δυνατόν ἐστι, si fieri potest (et puto fieri posse. Non enim ἐστὶ hic pro εἴη positum est.) Luc. 6, 32. 11, 13. 19. 36. 12, 26. 16, 12. 31. 19, 8. 23, 31. Io. 3, 12. 10, 35. 15, 18. 20. 18, 8. Act. 5, 39. Rom. 2, 17. 11, 18 εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σύ etc. si vis gloriari, cogita, te non etc. Rom. 15, 27. 1 Cor. 7, 12. 15, 2 εἰ κατέχετε, si hoc adhuc tenetis memoria. ib. v. 32. — Saepissime. (Iob. 7, 20. 8, 6. 11, 13. 14. 23, 13. Sap. 13, 3.) — Nonnunquam abest verbum εἶναι vel γίνεσθαι, ut Rom. 8, 10. 17. 11, 6. 12. 13, 9. 2 Cor. 3, 9. Gal. 2, 21 et passim. — Ubi οὐ iunctum est τῷ εἰ, οὐ non ad εἰ sed ubique ad verbum sequens pertinet, ut Matth. 26, 24. 42. Marc. 14, 21. 26. Luc. 16, 11. 12. 26. Ios. 5, 47. 10, 37 etc. — β) cum *indicativo* imperfecti et aoristi dicitur de conditione, quae locum habuisse non putatur, et cum *imperfecto* sequente ἄν in apodosi, respondet Latinor. *si* cum coniunctivo imperfecti, et cum indicativo plusquampf. et aoristorum, sequente ἄν in apodosi, respondet Latinor. *si* cum coniunctivo plusquamperfecti. Vid. loca sub Ἄν I. 3. quibus addi possunt: Matth. 23, 30 εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἤμεθα etc. si viveremus in maiorum aetate, non essemus participes etc. Io. 14, 2 εἰ δὲ μή (ἦν οὕτως) εἶπον ἂν ὑμῖν, si secus esset, dixissem vobis. Io. 18, 30. 36. Hebr. 8, 4. — Matth. 11, 21 εἰ ἐν Τύρῳ ἐγένοντο, si haec facta fuissent Tyri. Gal. 3, 21. — Ubi imperfectum vicem aoristi habet, Io. 11, 21. 32. Hebr. 11, 15. 1 Io. 2, 19. (Iob. 4, 12. Gen. 30, 27.) — Nonnunquam aoristus vice futuri fungitur, ut Matth. 24, 22. Marc. 13, 20 εἰ μὴ κύριος ἐκολόβωσε, nisi (iam nunc) decrevisset Deus etc. (coll. *Hermann*. ad Vig. p. 747. *Winer* Gramm. p. 280.) — Aliquoties ἄν in apodosi desideratur, ut Io. 9, 33 εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ (ἂν) ἠδύνατο, nisi hic a Deo esset missus, non posset etc. Io. 15, 22. Rom. 7, 7. 2 Cor. 11, 4. Hebr. 7, 11. — et inverso ordine, Matth. 26, 24 καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη, pro εἰ οὐκ ἐγεννήθη, καλὸν ἂν ἦν αὐτῷ. Marc. 9, 42. Luc. 17, 2. (Similiter abest ἄν Iob. 14, 13. 30, 24. et apud profanos, vid. *Reisig* de vi et usu ἄν particulae p. 139. et Rost. gr. §. 120. not. 2.) — — b) cum *coniunctivo*, in re incerta; rarius apud profanos, ter in N. T. Luc. 12, 49 τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη, quid velim, si iam ignis accensus esset, i. e. non recuso si iam, ut videtur, accensus est. (cf. Tittmann. de synonymis in N. T. P. II, p. 23 sqq.) Luc. 9, 13 εἰ μήτι ἀγοράσωμεν, vid. εἰ μήτι. Apoc. 11, 5 ubi bis εἴ τις θέλῃ, ubi vero *Griesb.* reposuit θέλει. (Gen. 43, 4. 5.) — c) cum *optativo*, ubi indicat, cogitari aliquid fieri posse, vel conditionem tantum cogitari; Act. 24, 19. 27, 39. 1 Cor. 15, 37. 1 Petr. 3, 14. — εἰ δυνατόν, intellige ἐστι, Matth. 24, 24. Marc. 13, 22.

2) de *rebus certis*, ex urbanitate loquentis pro ἐπεί, *si, quod si, quum*; Matth. 6, 30. 7, 11. Luc. 11, 13. 12, 28. Io. 7, 23. 10, 35. 13, 14. 17. 32. Act. 4, 9. 11, 17. Rom. 6, 8. cap. 9, 22 εἰ δὲ — ἤνεγκεν, quod si Deus tulerit, — intellige apodosin ab apostolo omissam: nemo dicere potest, τί ἐποίησας οὕτως, v. 20. (Alii hic conferunt hebr. הֵן, quod LXX Iob. 4, 18. 15, 15. 25, 5. Gen. 27, 37. Ezech. 4, 14 verterunt εἰ.) — Rom. 15, 27. 1 Cor. 7, 17 εἰ μή, intellige οἶδας, quod ex versu 16 repetendum est: *quum* (hoc) *nescias*; μή enim non ad εἰ pertinet sed ad verbum omissum. 2 Cor. 5, 14. Col. 2, 20. Hebr. 7, 15. 1 Petr. 1, 17. 1 Io. 4, 11. (coll. *Matthiae* Gramm. §. 617 sq.)

3) post verba *mirandi*, aliaque *animi commotionem* indicantia, si de re sermo est, de cuius veritate alter dubitat (si enim pro certa habetur, ponitur ὅτι), εἰ, *si*, ponitur, ubi Latini vel *quod* ponunt, vel accusativo cum infinitivo utuntur. Marc. 15, 44 ἐθαύμασεν, εἰ ἤδη τέθνηκε, mirabatur (de quo ipse dubitabat), illum iam mortuum esse. 1 Io. 3, 13. (θαυμάζειν εἰ, Ioseph. ant. 14, 7. 2. contr. Apion. 1, 12.) — 2 Cor. 11, 15 οὐ μέγα οὖν, εἰ, non mirandum est, quod. (Gen. 45, 28.) — Huc etiam referendus est locus Act. 26, 23 εἰ παθητὸς ὁ Χριστός, i. e. testatus sum omnibus, (de quo Iudaei dubitabant) Messiae patiendum esse. (Sic quidam etiam intelligunt Luc. 12, 49 τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη, optarim, illum ignem iam exarsisse!)

4) *si*, in exclamationibus: *o si*, nostrum, *o wenn doch*, i. e. *utinam*; Marc. 9, 23 εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, utinam possis mihi confidere! Luc. 19, 42 εἰ ἔγνως. c. 22, 42. (Gen. 24, 49. Iob. 6, 8. — pro לֹו Iob. 6, 2. 16, 4. Eurip. Orest. v. 1209 et 1614.)

5) ex hebraismo (hebr. אִם, vid. *Gesenii* Lehrgebäude p. 844. *Ewaldi* Gramm. p. 661. *Wineri* Gramm. N. T. p. 467) in *iurando* et *asseverando*, ubi, ut patet ex 1 Sam. 3, 17. 2 Reg. 6, 31., plene dicendum erat: Deus me puniat, moriar, si hoc faciam. Proprie igitur εἰ est *si*, sed, si sensum spectas, vertendum est: *non, minime*; Marc. 8, 12 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται, sanctissime assevero: minime dabitur. Hebr. 3, 11. 4, 3. 5. (Gen. 14, 23. Deut. 1, 35. Num. 14, 30. 1 Sam. 3, 14. 1 Reg. 1, 52. Ps. 89, 35. Ps. 95, 11. — contra εἰ μή s. μήν in iurando eadem de causa, si sensum spectas, est: *certissime*, ut Iob. 22, 20. Iudith. 1, 12.)

II) particula *interrogativa*, — LXX pro הַאִם, הֲ interrogativo, — quae apud profanos et nostros ponitur

1) in interrogatione *indirecta*, in dubitatione, quaestione de rebus incertis et ab aliqua conditione pendentibus, Latin. *an*, nostrum *ob*; a) cum *indicativo*: Matth. 26, 63. 27, 49. Marc. 3, 2. 11, 13. 15, 36. 44. Luc. 23, 6. Io. 9, 25. Act. 4, 19. 10, 18. 19, 2 οὐδέ, εἰ πν. ἅγ. ἐστι, ἠκούσαμεν. c. 26, 8 ἄπιστον κρίνεται, εἰ, dubitaturne an. 1 Cor. 7, 16. 2 Cor. 2, 9. 13, 5. 1 Tim. 5, 10 εἰ ἐτεκνοτρόφησεν intellige: quaerendum est. Eodem modo Act. 23, 9 ad εἰ δὲ πνεῦμα etc. intelligendum est: *videndum est, an*. (Similem ellipsin habes Gen. 27, 21 ψηλαφήσω σε [ut videam], εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου. Ceterum vid. Gen. 18, 21. 42, 16. 37, 14. 2 Reg. 1, 2. Iob. 5, 1. Esth. 4, 14.) — εἰ ἄρα, Matth. 11, 13. Act. 7, 1. 8, 22. (Gen. 18, 3 pro אִם־נָא) — b) cum *optativo*, Act. 17, 11. 27, 25, 20. — c) cum *coniunctivo*, Phil. 3, 12 διώκω δέ, εἰ καὶ καταλάβω, an forsitan attingam.

2) in interrogatione *directa: ne?* Matth 12, 10. 19, 3. Luc. 13, 23. 14, 3. Act. 1, 6. 19, 2. 21, 37. 22, 25. (Iob. 6, 5. 6. 31, 5. 7. 9. 17. Gen. 17, 17. Dan. 2, 26. 3, 14. Tob. 5, 5.) — εἰ ἄρα, Act. 7, 1. — Negarunt quidam εἰ apud profanos vel nostros poni in interrogatione directa, putaruntque ortam esse hanc dicendi rationem ex confusione sive potius contractione duarum locutionum, vid. *Winer* Gramm. p. 413; at εἰ certe in N. T. et versione Alexandr. ut hebr. אִם in interrogatione directa legitur.

III) εἰ coniunctum cum τίς, τί, et particulis:

1) εἰ ἄρα, vid. Ἄρα. — 2) εἴγε, Vid. Γέ. — 3) εἰ δὲ μή sive μήγε, *sin minus, alioquin, wo nicht, im entgegengesetzten Falle*, Matth. 6, 1. Marc. 2, 22. Luc. 5, 36. 10, 6. Io. 14, 2. 11. 2 Cor. 11, 6. Apoc. 2, 5. 16. (Gen. 24, 49. 42, 16. 20. 30, 1. Iob. 24, 25. Drac. v. 29.) — 4) εἰ καί, ubi καί non ad εἰ sed ad sequentem vocem spectat, *si etiam*, i. e. a) *wenn auch, im Falle dass*, [Matth. 26, 33 ubi, si καί cum *Griesb.* eiicitur, εἰ positum est pro εἰ καί etiamsi, ut 1 Macc. 2, 19.] Luc. 11, 8. 18, 4. 1 Cor. 4, 7. 7, 21. 2 Cor. 4, 3. 16. 7, 8 εἰ καὶ ἐλύπησα. 11, 6. Phil. 2, 17. — cum optativo, si res non in facto sed in mera cogitatione posita est, 1 Petr. 3, 14. — b) *wenn auch*, i. e. *obgleich, wenn gleich, quanquam*, 2 Cor. 7, 8 εἰ καὶ μετεμελόμην. v. 12. ib. 12, 11. 15. Hebr. 6, 9. Col. 2, 5. — c) Καὶ εἰ, *etiamsi*, im Falle auch; bis: Marc. 14, 29. 1 Petr. 3, 1 ubi autem in utroque loco boni libri etiam exhibent εἰ καί. — 5) εἰ μή, *nisi*, i. e. *praeter*, Matth. 11, 27. 12, 4. 24. 5, 13. 13, 57. 16, 4. 17, 8. Marc. 6, 8. 9, 9. Luc. 5, 21. 6, 4. Act. 11, 19.

21, 25. Gal. 1, 7. Phil. 4, 15. Apoc. 9, 4. 21, 27. Saepissime. — *εἰ μήτι, nisi fortasse,* Luc. 9, 13. 1 Cor. 7, 5. — 6) *εἴπερ, si modo, wenn anders,* Rom. 8, 9. 17. 1 Cor. 8, 5. 15, 15. 2 Thess. 1, 6. 1 Petr. 2, 3. (Iudith. 6, 9.) — 7) *εἴπως, si forte, si qua ratione,* Act. 27, 12. Rom. 1, 10. 11, 14. Phil. 3, 11. (1 Macc. 4, 10 *βοήσωμεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἴπως ἐλεήσει ἡμᾶς.* LXX pro אוּלַי, utinam fortasse, 2 Reg. 19, 4. 2 Sam. 16, 12. Iob. 20, 23.) — 8) *εἴ τις, εἴ τι, si quis, si quid, quisquis,* Matth. 11, 25. 9, 35. Luc. 14, 26. Rom. 8, 9. 13, 9. 1 Cor. 7, 36. 8, 2. 3. 11, 16. 2 Cor. 5, 17. 7, 14. 10, 7. Gal. 1, 9. 6, 3. Phil. 2, 1. 3, 15. 4, 8. 1 Tim. 1, 10. Saepius. — 9) *εἴτε — εἴτε, sive — sive,* seq. verbo, 1 Cor. 12, 26. 2 Cor. 1, 6. 12, 2. 3. 1 Thess. 5, 10. — sine verbo, Rom. 12, 6. 8. 1 Cor. 3, 22. 8, 5. 13, 8. 15, 11. 2 Cor. 5, 9 sq. Phil. 1, 18. 2 Thess. 2, 15. Col. 1, 16. 20. 1 Petr. 2, 13. 14. —

Εἶδος, *ους, τό,* (ab *εἴδω*), LXX pro מַרְאֶה, תֹּאַר, propr. id quod oculis cerni potest in aliquo vel aliqua re, 1) *forma, species externa;* Luc. 3, 22 *σωματικῷ εἴδει.* Luc. 9, 29 *τὸ εἶδος τοῦ προσώπου.* (Act. Thom. §. 8 *ἔβλεπον καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐναλλαγέν.*) Io. 5, 37. (Gen. 41, 2—4. 18. Num. 11, 7. Exod. 24, 17 *τὸ εἶδος τῆς δόξης τοῦ κυρίου ὡσεὶ πῦρ.* Levit. 13, 43 *εἶδος λέπρας.* Num. 9, 16 *εἶδος πυρός.* coll. Ezech. 1, 26. 8, 2.) — 2) *adspectus, facies,* 2 Cor. 5, 7 *περιπατοῦμεν οὐ διὰ εἴδους,* vulgo: non ita, ut oculis adspiciamus; Lutherus: *nicht im Schauen.* coll. Exod. 12, 8 *στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ ἐν εἴδει,* hebr. וּמַרְאֶה. Sed est *facies,* ut saepissime apud profanos (Hom. Iliad. 2, 58. 3, 124): ambulamus hic ducti fiducia, non facie Dei. Respicit ad Israelitas, qui desertum peragrantes ducebantur nube ignea, et sensus est: nos hic non formam adspectabilem futurorum bonorum sed tantum spem eorum habemus. — 3) *genus, species,* 1 Thess. 5, 22 *ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ.* (Ioseph. ant. 10, 3. 1 *πᾶν εἶδος πονηρίας.* ib. 7, 4. 2. Ierem. 15, 3. Sir. 23, 16. 25, 2. Philo de opif. mundi p. 16.) *.

Εἴδω, forma obsoleta; inde aor. 2. act. *εἶδον,* (semel *ἴδον,* Phil. 1, 30) et perf. 2. *οἶδα,* plusq. *ᾔδειν* s. *ᾔδη,* et fut. *εἰδήσω* (semel Hebr. 8, 11 ex LXX Ierem. 31, 34. raro apud profanos, maxime epicos). Diversam habent haec tempora significationem. I) Aorist. *εἶδον,* imperat. *ἴδε,* coni. *ἴδω,* inf. *ἰδεῖν,* part. *ἰδών,* (LXX pro רָאָה, חָזָה, paucis in locis pro יָדַע) propr. formam rei conspexi, perspicue vidi, 1) *vidi, conspexi; video, conspicio,* Matth. 2, 2. 9. 3, 16. 9, 8. Act. 8, 39. 1 Tim. 6, 16 et saepissime. *Οἱ ἰδόντες,* qui spectaverant, *spectatores,* Marc. 5, 16. Luc. 8, 36. — video in visione, *ἐν πνεύματι,* Act. 9, 12. 10, 3. 11, 5. 22, 18. Apoc. 1, 2. 12 et ibid. saepius — animo, spe video futura, Io. 8, 56. Hebr. 11, 13. — *ipse vidi, oculis vidi,* Marc. 15, 32. Luc. 2, 15. 17. 26. 9, 27. Io. 20, 25. *contemplor, intueor,* Matth. 9, 36. Luc. 8, 35. 24, 39. (Num. 12, 8 pro חָזָה. Philostrat. vit. sophist. 2, 32 *θαῤῥαλέον εἰς τὸν βασιλέα εἶδεν.*) — *attendo,* Matth. 27, 49. Marc. 15, 36. Act. 13, 41. (Hab. 1, 5.) — 2) videndo cognovi, i. e. *intelligo, cognosco,* Matth. 9, 6. 26, 58. Marc. 12, 34. Luc. 5, 24. 9, 47. Io. 7, 52. Gal. 2, 14 et passim. (Sap. 13, 1. LXX pro יָדַע Iob. 28, 13. 38, 12. Eccles. 2, 19. 3, 21.) — *animadverto,* Matth. 9, 2. 4. 12, 25. Marc. 10, 14. Luc. 17, 15. Act. 16, 19. — *comperio* Matth. 18, 31. 21, 15. (Gen. 42, 1. — pro שָׁמַע, Ies. 30, 19.) — 3) video ut sciam, *exploro, lustro, specto,* Marc. 5, 14. 6, 38. 12, 15. Luc. 14, 18. Io. 1, 40. 47. 20, 8. Act. 15, 6. Sap. 2, 17 ubi i. q. *πειράζω.* — 4) sensibus percipio quibuscunque (ut etiam *βλέπω* dicitur) *experior, sentio, fruor,* ut *θάνατον* Hebr. 11, 5. Luc. 2, 26. — *διαφθοράν* Act. 2, 27. 31. 13, 35—37. — *πένθος* Apoc. 18, 7. — *ἡμέραν,* tempus, Luc. 17, 22. Io. 8, 56. 1 Petr. 3, 10. coll. Ps. 34, 12. — *τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ* Io. 3, 3. coll. Ps. 27, 13. 89, 48. Cohel. 6, 6. 9, 9. 1 Macc. 13, 3. (*Fabric.* cod. pseudep. V. T. I, p. 607 *εὐφροσύνην οὐκ εἶδον*). — *evenire video,* Matth. 13, 17. 16, 28. 24, 15. 33. Marc. 2, 12. — 5) *ἰδεῖν τινα,* aliquem videre, est a) *invisere aliquem,* Luc. 8, 20. Act. 16, 40. 19, 21. 28, 20. Rom. 1, 11. 1 Cor. 16, 7. Phil. 1, 27. 1 Thess. 3, 6. 2 Tim. 1, 4. — b) *conspicere, invenire aliquem, incidere in aliquem,* Matth. 2, 11. 8, 14. 34. 11, 8. 9. 20, 3. 26, 37—39. Marc. 9, 38. Luc. 10, 31—33. Act. 3, 3. — c) *pernosco, novi quis sit,* nostrum kennen lernen, Luc. 23, 8. 9, 9. Io. 12, 21. Act. 22, 14. Phil. 2, 28. — II) Perf. 2. *οἶδα, οἶδας* (1 Cor. 7, 16. Io. 21, 15 pro forma attica *οἶσθα*), plur. *οἴδαμεν, οἴδατε, οἴδασιν,* (pro formis atticis *ἴσμεν, ἴστε, ἴσασι*) coni. *εἰδῶ,* infin. *εἰδέναι,* partic. *εἰδώς,* plusqpf. *ᾔδειν,* 3 pl. *ᾔδεισαν,* pro att. *ᾔδεσαν,* fut. *εἰδήσω,* LXX pro הֵבִין, יָדַע, notionem praesentis induit, et proprie est *vidi, ᾔδειν, videbam,* i. e. 1) *vidi et cognovi,* i. e. *cognitum habeo, scio, novi,* Matth. 6, 8. 32. 15, 12. 20, 25. Io. 4, 10. Marc. 1, 34. Luc. 6, 8. 20, 7. Act. 7, 18. saepissime; de personis: novi aliquem, de facie cognitum habeo, Matth. 25, 12. 26, 72. 74. Marc. 14, 68. 71. Luc. 13, 25. 22, 34. 2 Cor. 5, 16. 12, 2. 1 Petr. 1, 8. — *novi, intelligo, percipio,* Luc. 2, 49. Io. 6, 61. Matth. 20, 25. Io. 4, 22. 42. 7, 15. Marc. 9, 6 *οὐκ ᾔδει,* non intelligebat ipse. *εἰδώς,* bene gnarus, Marc. 12, 15 Luc. 8, 53. Act. 24, 22 *ἀκριβέστερον εἰδώς* quippe qui accuratius rem iam intellexerat e Pauli dictis. Rom. 7, 7 *οὐκ ᾔδειν,* non intelligebam, non agnoscebam cupidinem. — 2) scio ex memoria, *recordor,* 1 Cor. 1, 16 recordor et *perpendo, perpendo,* 1 Cor. 5, 6. 6, 2—19. 9, 13. 24. 1 Io. 3, 1. *εἰδότες,* memores, perpendentes, 1 Cor. 15, 58. Eph. 6, 8. 9. Coloss. 4, 1. 1 Tim. 3, 15. Iac. 3, 1. coll. Ier. 8, 7. 15, 15. — 3) scio facere aliquid, *didici, possum, valeo,* Matth. 7, 11. 27, 65 *ὡς οἴδατε,* quo modo potestis, valetis; Luc. 11, 13. 12, 56. Phil. 4, 12 ubi *οἶδα* i. q. vers. 11 *ἔμαθον.* Coloss. 4, 6. 1 Thess. 4, 4. 1 Tim. 3, 5. 2 Petr. 2, 9. Iac. 5, 11. (Act. Thom. §. 3 *ποίαν ἐργασίαν οἶδας.* Xenoph. cyrop. 1, 6. 46.) — 4) *persuasum habeo, opinor, arbitror,* Matth. 22, 16. 25, 26. Marc. 4, 27 *ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός,* praeter opinionem. Luc. 19, 22 *ᾔδεις,* arbitratus fueras. Io. 11, 22 *καὶ νῦν οἶδα,* etiam nunc (quanquam frater mortuus est) persuasum habeo. ib. vers. 42. c. 16, 30. Act. 20, 25. 29. 26, 27. 1 Cor. 11, 3 *ὑμᾶς εἰδέναι,* ut vobis persuadeatis. Col. 2, 1. Phil. 1, 19. 1 Io. 2, 29. 5, 13. — 5) ex hebraismo, ubi יָדַע est: *aliquem curare, colere,* (Gen. 39, 6. Prov. 27, 23. Ps. 36, 11. 144, 3. Amos. 3, 2. Nah. 1, 7), est etiam: scio aliquem i. e. non obliviscor eius, rationem eius habeo, i. e. *curo, colo,* debito more; sic semel in N. T. 1 Thess. 5, 12 *εἰδέναι τοὺς προϊσταμένους.* (Evang. Nicod. ap. Birch. p. 51 Iudaei Pilato obiiciunt: *ἡμεῖς βασιλέα οἴδαμεν Καίσαρα, καὶ οὐ τὸν Ἰησοῦν.* — Similiter *χάριν εἰδέναι τινί,* Antonin. 4, 48. Ioseph. ant. 5, 1. 25. ib. 4, 8. 24. ib. 7, 8. 4. nostrum: Dank wissen, est: non oblivisci gratiarum actionis, i. e. grata mente colere beneficium.)

Εἰδωλεῖον, *ου, τό,* (ab *εἴδωλον*) *idoli templum, delubrum.* 1 Cor. 8, 10. coll. 3 Esdr. 2, 10 ubi in textu hebr. Esdr. 1, 7 est בֵּית אֱלֹהִים. 1 Macc. 1, 47. 10, 83. Suid.: *εἰδωλεῖον ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων, εἰδώλιον δὲ τὸ ὁμοίωμα τοῦ εἰδώλου.* **.

Εἰδωλόθυτος, *ον,* (ex *εἴδωλον* et *θύω*) idolis mactatum; in N. T. *τὸ εἰδωλόθυτον carnes e victimis paganorum residuae,* quae vel in epulis consumebantur, vel in foro vendebantur. Legitur Act. 15, 29. 21, 25. 1 Cor. 8, 1. 4. 7. 10. c. 10, 19. 28. Apoc. 2, 14. 20. (Eodem sensu legitur Clem. Rom. homil. 7. §. 8. Origen. contra Cels. libr. 8. §. 29. 30. Oracul. Sibyll. lib. II, p. 227 edit. Gall. Tertull. de idol. 13 *idolothytum.* — 4 Macc. 5, 1 de carnibus impurorum animalium.) *.

Εἰδωλολατρεία, *ας, ἡ,* (ex *εἴδωλον* et *λατρεία*) *cultus simulacrorum Deorum, cultus Deorum fictitiorum, — idololatria,* (ut loquebantur patres latini); a) universe, Gal. 5, 20. (Barnab. epist. c. 16. Clemens. Alex. strom. 6, 6.) — tropice de *πλεονεξίᾳ,* quae aurum Dei instar habet, Col. 3, 5. — b) sacra in honorem Deorum fictitiorum instituta, potissimum epulae sacrae, 1 Cor. 10, 14. — c) *εἰδωλολατρεῖαι, flagitia* cum cultu Deorum fictitiorum coniuncta, potissimum libidines, 1 Petr. 4, 3. (Test. XII patr. p. 615 *ἀσέλγειαι, γοητεῖαι καὶ εἰδωλολατρεῖαι.* Iustin. Mart. dial. cum Tryph. p. 322 *κακαὶ πράξεις, εἰδωλολατρεῖαι καὶ ἄλλαι ἀδικίαι.* Origen. de orat. §. 28 *εἰδωλολατρείας, μοιχείας, πορνείας.*) *.

Εἰδωλολάτρης, *ου, ὁ,* (ex *εἴδωλον* et *λάτρις, servus*) *cultor Deorum fictitiorum, — idololatra* (ut patres loquebantur); 1 Cor. 5, 10. Apoc. 21, 8. 22, 15. — *idololatrae similis,* Eph. 5, 5. coll. Coloss. 3, 5. — qui sacris paganorum interest, sacra nefanda celebrat, 1 Cor. 10, 7. 5, 11. 6, 9. *.

Εἴδωλον, *ου, τό,* (ab *εἶδος*) 1) *simulacrum, imago,* imago rei in mente, Phil. de opif. m. p. 4. in Flacc. p. 288. Homerus de umbris defunctorum; — nostris scriptoribus:

falsi numinis imago, simulacrum, idolum (hebr. פְּסִילִים Ies. 30, 22. et צְלָמִים Num. 33, 52. Act. 7, 41. 1 Cor. 12, 2. Apoc. 9, 20. 1 Cor. 10, 19 ὅτι εἴδωλον τί ἐστι; idolum, simulacrum ipsum aliquid scil. numinis esse? coll. vers. 20 ubi daemones sub simulacris quasi latere dicuntur. (*Fabric.* cod. pseud. V. T. I, p. 665 ἔθνη πλανηθέντα ἐπηκολούθησαν λίθοις καὶ ξύλοις, ἐξακολουθήσαντες πνεύμασι πλάνης. 3 Macc. 4, 16.) — Ex adiuncto: τὰ εἴδωλα *cultus idolorum*, Rom. 2, 22. 2 Cor. 6, 16. 1 Thess. 1, 9. 1 Io. 5, 21. — *carnes e victimis*, Act. 15, 20 coll. vers. 29. — 2) *numen, natura divina*, 1 Cor. 8, 4 οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ nullum numen in mundo est praeter unum. coll. vers. 5. 1 Cor. 8, 7 τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου, reverentia (antiqua) numinis, quod imago repraesentat, ducti. Respondet in LXX vers. etiam hebr. אֱלֹהִים Num. 25, 2. 1 Reg. 11, 2. *.

Εἰκῇ, (ab εἰκαῖος, temerarius, vanus) adv. 1) *temere*, sine iusta ratione, Matth. 5, 22. Coloss. 2, 18. (Prov. 28, 25.) — 2) *frustra*, sine effectu et utilitate, Rom. 13, 4. 1 Cor. 15, 2. Gal. 3, 4. 4, 11. *.

Εἴκοσι, οἱ, αἱ, τά, *viginti*, nomen numerale indeclinabile. Luc. 14, 31. Act. 1, 15. passim.

Εἴκω, aor. 1. εἶξα, cedo, *non resisto;* Gal. 2, 5. (Sap. 18, 25. 4 Macc. 1, 6. Ioseph. ant. 1, 4. 3 τὸ εἴκειν τῷ θεῷ.) *.

Εἴκω, in praes. non usitatum; perf. 2. ἔοικα cum significatione praesentis, *similis sum*. Iac. 1, 6. 23. (Ioseph. ant. 3, 7. 7. Xenoph. mem. 1, 6. 10.) *.

Εἰκών, όνος, ἡ, (a praeced. εἴκω), LXX potissimum pro צֶלֶם — 1) *imago, effigies;* Matth. 22, 20. Marc. 12, 16. Luc. 20, 24. Rom. 1, 23 ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος, i. e. ἐν εἰκόνι ὁμοίᾳ. 1 Cor. 11, 7 ubi ad dominium refertur. 2 Cor. 4, 4. Col. 1, 15. Hebr. 10, 1 ubi est solida, expressa effigies, exacte conveniens exemplo sacrorum coelestium. (Hos. 13, 2. Sap. 2, 23. 7, 26. 13, 13.) — *simulacrum*, effigies Dei fictitii, Apoc. 13, 14 sq. 14, 9. 11. 15, 2. 16, 2. 19, 20. 20, 4. (Deut. 4, 16. 2 Chron. 33, 7. Ies. 40, 19. Dan. 2, 31 sqq.) — 2) *similitudo*, Rom. 8, 29 συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ, ut forma similes sint filio e mortuis resuscitato. 1 Cor. 15, 49. 2 Cor. 3, 18 τὴν αὐτὴν εἰκόνα, ad eandem similitudinem. Col. 3, 10. (Gen. 1, 26. 27. 5, 1. 3. 9, 6. Sir. 17, 3.) *.

Εἰλικρίνεια, ας, ἡ, (v. εἰλικρινής) rei sinceritas et puritas; — *animi sinceritas, integritas*, 1 Cor. 5, 8. 2 Cor. 1, 12 εἰλικριν. θεοῦ, integritas quae Deo probatur. ib. 2, 17. *.

Εἰλικρινής, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ex εἵλη, splendor solis et κρίνω, iudico, exploro) medio die lustratus s. exploratus et probatus; (Xenoph. mem. 2, 2. 3 εἰλικ. ἀχαριστία, nostrum: *sonnenklare* Undankbarkeit.) — 2) *purus, sincerus;* de mente: *sincerus, vitii expers*. Phil. 1, 10. 2 Petr. 3, 1. coll. Sap. 7, 25. Philo de opif. m. p. 2 θεός, ὁ νοῦς εἰλικρινέστατος. Id. de praem. et poen. p. 917 πρὸς τὴν εἰλικρινῆ κατάληψιν τῆς ὑπάρξεως τοῦ θεοῦ. *Fabric.* cod. pseudep. V. T. I, p. 734 εἰλικρινὴς καὶ καθαρὰ διάθεσις (mens, voluntas). Hesych. εἰλικρινές· τὸ καθαρὸν, ἄδολον, ἀληθές, φανερόν. **.

Εἱλίσσω, et ἑλίσσω, (ab εἱλέω s. εἴλω, volvo, verto) *convolvo, circumvolvo*. Apoc. 6, 14 εἱλισσόμενον, multi codd. ἑλισσόμενον. Vid. Ἀποχωρίζω. (Homer. Iliad. 22, 95.) *.

Εἰμί, fut. ἔσομαι, partic. ἐσόμενος (semel Luc. 22, 49. Pind. Ne. 1, 40 ἐσσόμενον προϊδεῖν), imperf. ἦν (Saepius etiam apud seriores forma medii ἤμην, Matth. 25, 35 sq. 43. Marc. 14, 49. Io. 11, 15. 16, 4. 17, 12. Act. 10, 30. 11, 5), pers. secunda ἦς (Matth. 25, 21. 23. Io. 21, 18) et praestantiore forma ἦσθα (Matth. 26, 69. Marc. 14, 67), 1 pers. plur. ἦμεν, et in forma medii ἤμεθα (Matth. 23, 30 in textu *Griesb.* et Eph. 2, 3 in quibusdam codd. Act. Thom. p. 3, §. 1), imper. ἴσθι, ἔστω pro quo apud nostros etiam legitur forma ἤτω (1 Cor. 16, 22. Iac. 5, 12. Psal. 104, 31. Acta Thom. p. 7, §. 3) et pro ἦτε semel in textu *Griesb.* 1 Cor. 7, 5 ἦτε, quod pro συνέρχεσθε reposuit, (vid. *Win.* Gr. p. 76. *Buttmann.* gramm. ampl. I, p. 549 sqq. *Lobeck* ad Phryn. p. 152.) — Latinor. *sum;* — 1) *sum*, a) de *qualitate*, ubi alicui aliquid tribuitur, et quidem ita, ut α) pronuntietur, quid in aliquo sit, *qualis sit* vel *natura*, Act. 28, 6. Rom. 8, 24. [11, 6.] 2 Thess. 2, 4. Hebr. 11, 1. (Eodem modo ἐστί interpretantur aliquae familiae christianorum in locis Matth. 26, 26. 28. Marc. 14, 22. 24. Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24 ubi alii ἐστί tropice intelligunt.) 1 Io. 3, 2 καθώς ἐστι, qualis sua natura est. (1 Sam. 25, 25 κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὗτός ἐστι, habet nomen et omen.) — vel *ratione et conditione*, Matth. 2, 6. 4, 3. Io. 4, 12. 19, 12. Luc. 1, 18. 5, 8. Act. 10, 26. Iac. 4, 11. Apoc. 3, 1. — vel *munere et dignitate*, Matth. 11, 14. 16, 16. Io. 1, 19. 21. Act. 18, 28 εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, Iesum esse Messiam. — vel *persona*, Matth. 3, 3. 20, 15. Luc. 1, 19. 21, 8. Io. 1, 43. 18, 35. Act. 9, 5. 13, 25. — Saepissime. — β) ut dicatur, quid ad subiectum accedat, *quale fiat*, Matth. 27, 64. Luc. 1, 66. 3, 5. Rom. 4, 11. 13. 16. 7, 3. 8, 29. 9, 3. 1 Cor. 10, 6. Eph. 1, 4. 12. Phil. 2, 6 τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, deo similem fieri. Iac. 1, 18. — Saepissime. — γ) εἰμί participiis verborum iunctum περίφρασιν facit verbi finiti; Matth. 24, 9 ἔσεσθε μισούμενοι. Marc. 2, 6. 18. 15, 7. Luc. 1, 10. 20. 9, 18. Io. 1, 9. Act. 25, 10. Iac. 1, 17. Apoc. 1, 18. Saepissime. (Gen. 1, 6. Exod. 7, 15. Neh. 2, 15.) — δ) εἰμί iunctum substantivis vel adiectivis est pro verbo cognato, ut Luc. 14, 31 δυνατός εἰμι pro δύναμαι. Act. 19, 36 δέον ἐστι, pro δεῖ. Act. 18, 15. 11, 17. Rom. 4, 21. 2 Tim. 3, 9 et passim. — ε) particip. ὤν praedicato nonnunquam additur, ut illud insigne faciat; in scriptis Ioannis et Pauli, Io. 3, 4. 4, 9. 9, 25. 10, 33. 11, 49. 51. Rom. 11, 17. Eph. 2, 4. 13. — ζ) εἶναι ὥσπερ τινά, alicui similem esse, eum sequi agendo, Matth. 6, 5. Luc. 18, 11. — Καθώς εἰμι, vid. Καθώς. — Ἓν εἶναι, vid. Εἷς.

b) metaphorice *de effectu: sum* aliquis s. aliquid, i. e. *praesto me aliquem; s. suppedito id, quod in praedicato est;* maxime in Ioannis et Pauli scriptis; Io. 8, 12 ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, i. e. praesto, quod lumen efficere solet. Io. 6, 50. 51. 55. 58. 10, 7. 9. 11. 11, 25. c. 12, 50 ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστι, i. e. efficit vitam aeternam. c. 14, 6. 15, 1. Rom. 1, 16 δύναμις θεοῦ ἐστι, se praestat vim divinam. c. 14, 17 i. e. cibus potusve, qui eligitur, non facit nos dignos regno dei. Rom. 15, 16 εἰς τὸ εἶναί με, ut praestem me. 1 Cor. 7, 25 ὡς πιστὸς εἶναι, ut fidelem me praestem. 1 Cor. 10, 16 ἐστί, efficit cum sanguine Christi. ib. c. 11, 25. 2 Cor. 3, 17 ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι, dominus spiritum suppeditat. Eph. 1, 14. 2, 14. 1 Io. 2, 2 ἱλασμός ἐστι, efficit ἱλασμόν. (Clem. Alex. strom. 5, 10. p. 684, 13 ed. Pott. τὸ ἀγνοεῖν τὸν πατέρα θάνατός ἐστιν, ὡς τὸ γνῶναι ζωὴ αἰώνιος.)

c) *sum*, de eo quod dicere solent *existentiam, esse;* et quidem α) sensu metaphysico: *sum, ich existire, bin;* Io. 1, 1. 2. 8, 58. 58. 17, 5. Act. 19, 2. Rom. 4, 17 καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, de hominibus nondum natis. (Philo de creat. princip. p. 728 τὰ γὰρ μὴ ὄντα ἐκάλεσεν εἰς τὸ εἶναι. Idem de Charit. p. 709 γέννησις, δι' ἧς τὸ μὴ ὂν ἄγεται εἰς τὸ εἶναι. Xenoph. mem. 2, 2. 3 οὓς (infantes) ἐκ μὲν οὐκ ὄντων ἐποίησαν (parentes) εἶναι. 2 Macc. 7. 28.) Col. 1, 17. Hebr. 11, 6. Locutio ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, qui fuit, est et semper erit, i. e. aeternus, i. q. יְהוָה, Apoc. 1, 4. 8. 11, 17. 16, 5. (coll. Sap. 13, 1.) — β) *sum in rerum natura, reperior;* de viventibus: *sum, vivo;* Matth. 2, 18 ὅτι οὐκ εἰσί, eos non amplius esse in vivis. (Ioseph. ant. 7, 10. 5 ποθεῖν οὐκ ἔτ' ὄντας, οἳ δίκῃ τεθνήκασιν. Philo de Ioseph. p. 528 εἴπατε, ζῇ ἢ τέθνηκεν; εἰ μὲν οὐκ ἔστι, δείξατέ μοι τὸν νεκρόν.) Matth. 23, 30. Marc. 12, 32. (Heliod. aethiop. 4, 12. ib. 9, 6. Homer. Iliad. 2, 119 οἱ ἐσσόμενοι, posteri.) 1 Cor. 1, 28. τὰ μὴ ὄντα, i. e. Christum in terra non amplius viventem, nisi malis accipere pro τὰ οὐδὲν ὄντα, homines viles, quales apostoli. — *reperior*, Matth. 7, 14. 12, 11. 19, 12. 21, 33. Marc. 9, 1. 39. Luc. 4, 25. 27. 9, 27. Act. 4, 12 et passim. — *de rebus: exto, sum, reperior*, Matth. 6, 30. Marc. 7, 15. Luc. 6, 43. 13, 14. Io. 3, 23. 4, 6. Act. 2, 29. Rom. 5, 13. 13, 1. 1 Cor. 8, 5. — Saepius. — Ἔστι, *est, extat, locum habet*, Matth. 22, 23. Luc. 20, 27. Io. 7, 12. Rom. 3, 22. 1 Cor. 12, 4—6. 14, 10. Eph. 6, 9. 1 Io. 5, 16 sq. et passim. (Ies. 65, 17.) — γ) *orior, existo*, Gal. 1, 11. — cum adv. πόθεν, Matth. 21. 25. Luc. 13, 25. 27. Io. 2, 9. 7, 27 sq. 9, 29. vid. Πόθεν. — cum praeposit. ἐκ, Matth. 1, 20. 5, 37. Io. 1, 47. 7, 22. 52. 4, 22. 8, 23. 17, 14. 16. 18, 36. 1 Cor. 11, 8. (Gen. 29, 14.) Etiam cum παρά; εἶναι παρά τινος, missum esse ab aliquo. Vid. Παρά. — δ) *esse pergo, maneo*, Act. 17, 28 ἐσμέν, manemus in vita. 1 Cor. 7, 7. 26. 2 Cor. 13, 5 πειράζοντες εἰ ἐστὲ ἐν πίστει, experti, an constantes sitis in fide. Hebr. 1, 12. — ε) *evenio, fio*, Matth. 1, 18. fut. ἔσομαι, ἔσται, *eveniet, futurus est;* Matth. 24, 3. 7. 27. Marc. 14, 2.

Luc. 12, 55. 21, 11. 23. 25. 22, 49 τὸ ἐσόμενον, quod eventurum esset. Act. 11, 28. 27, 25. 2 Tim. 3, 9. 4, 3. Saepissime. (Io. 2, 19. 8, 5. 2 Sam. 7, 12. Gen. 9, 14. 12, 12.) — Ἔσται seq. futuro, ex hebraismo, Act. 2, 17. 21. 3, 23. Rom. 9, 26. (Ioel. 2, 28. 32. (hebr. 3, 1. 5.) 3, 18. Hos. 1, 10. 2, 16. Deut. 8, 19.) — πῶς ἔσται, quomodo eveniet i. e. evenire poterit, Luc. 1, 34. — cum dativo obiecti, Matth. 16, 22. Marc. 11, 24. Luc. 1, 45. 2, 10. 14, 10. — οὕτως ἔσται, sic fiet, eveniet, Matth. 13, 40. 49. 24, 27. 37. 39. Luc. 11, 30. 17, 24. 26. 30 κατὰ ταῦτα ἔσται. — ζ) *adsum*, de personis: *sum in aliquo loco, versor, commoror*, Matth. 2, 2. 13. 15. 5, 25. 17, 4. Marc. 2, 1. 16, 6. Luc. 12, 34. 24, 44. Io. 1, 18 ὁ ὢν qui versatur, qui sedem habet in coelo. (Alii ὁ ὢν accipiunt pro ὃς ἦν, coll. Sir. 51, 13. Sap. 8, 20.) Io. 7, 34 ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ubi ego commoror, domicilium habeo, videl. in coelo. (Lectio εἶμι, a *Griesbachio* commendata, reprobanda est.) Io. 7, 36. 12, 26. 14, 3. Act. 19, 1. 2 Petr. 1, 13. (Ruth. 1, 2. Levit. 25, 45 pro גּוּר. Ios. 24, 7. Ezech. 3, 15. Ioseph. ant 7, 8. 4 ὅπως εἴη σὺν αὐτῷ, ut cum eo viveret.) — i. q. πάρειμι, *praesto sum, adsum*, Marc. 8, 1. 11, 13. Matth. 12, 10. 24, 6. Io. 7, 39 οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. (Ioseph. ant. 7, 11. 6 τὴν οὖσαν δύναμιν, copias, quae in promptu erant.) — de tempore et diebus festis: *sum, agor, adsum;* Marc. 11, 11. 15, 25. 42. Luc. 23, 44. 24, 29 πρὸς ἑσπέραν ἐστί, vesperascit. Io. 1, 40. 4, 6. 23. 35. 5, 1. 10. 25. 9, 4. 14. 13, 30. 18, 28. 20, 1. Act. 2, 15. 4, 3. 12, 3. 2 Tim. 4, 3. 1 Io. 2, 18. (Ier. 52, 1.)

2) *valeo, mihi volo, significo;* Matth. 13, 37—39. Luc. 8, 11. Apoc. 17, 15. 19, 8. — a) οὗτος, αὕτη, τοῦτό ἐστι, *hoc sibi vult, in eo est;* Matth. 7, 12 οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, hoc sibi volunt, id est argumentum legis etc. c. 13, 19. 20. 22. 23. Marc. 4, 15. 16. 18. 20. Luc. 8, 11 ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή, hoc sibi vult, hunc sensum habet parabola. 12, 1. Io. 6, 29. 39. 40. 15, 12. 17, 3. Act. 2, 16. Rom. 1, 12. Gal. 4, 24—26. Col. 1, 27. 1 Tim. 3, 15. 1 Io. 3, 11. 23. 4, 3. 5, 3. 4. Apoc. 1, 20. 4, 5. 5, 6. 8. 11, 4. — Τί ἐστι, quid sibi vult, quid significat? Matth. 9, 13. 12, 7. Marc. 1, 27. 9, 10. Luc. 15, 26. 18, 36. 20, 17. Io. 10, 6. 16, 17. 18. 18, 38 τί ἐστιν ἀλήθεια; quid tibi vis illa voce ἀληθείᾳ? Act. 2, 12. 17, 20. 10, 17. Eph. 4, 9. — ὅ ἐστι, quod significat, sibi vult, Marc. 5, 41. 15, 22. 34. 7, 34. Luc. 12, 1. Gal. 4, 24 sq. Hebr. 7, 2. — ὅς ἐστι, *qui intelligendus est, qui similis est*, 1 Cor. 10, 4. Gal. 3, 16. Eph. 1, 23. 6, 17. Col. 1, 24. 1 Tim. 3, 15. Apoc. 20, 2. — b) εἶναί τινα, virum, *magnum esse, multum valere*, Act. 5, 36. coll. 8, 9 ubi μέγαν additur. (Philo in Flacc. p. 985.) — Τίς εἶ, quanti te aestumas? Rom. 9, 20. 14, 4. Iac. 4, 12. (1 Chron. 29, 14.) — εἶναί τι, aliquid valere, magnum s. eximium esse, Gal. 2, 6. 6, 3. 1 Cor. 3, 7. Hebr. 2, 6. cui opponitur: οὐδὲν εἶναι, nil valere, nullum esse, Matth. 23, 16. 18. Io. 8, 54. Act. 21, 24. 25, 11. 1 Cor. 7, 19. 10, 19. 13, 2. 2 Cor. 12, 11. Gal. 6, 15 ubi text. vulg. ἰσχύει ex interpretamento pro ἐστί. (Xenoph. cyrop. 6, 2. 8. Ioseph. ant. 4, 8. 24 οἱ λόγοι τὸ μηδὲν εἰσι.)

3) ἔστι seq. infinit. a) *licet, iuvat, commodum est;* Hebr. 9, 5. (3 Esdr. 1, 4 οὐκ ἔσται ὑμῖν ἆραι. 2 Chron. 35, 3. Cantic. tr. puer. v. 9. Sir. 39, 21 οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, non licet quaerere. ib. 41, 16 et saepissime apud profanos.) — licet i. e. *fieri potest commode*, 1 Cor. 11, 20. (Iudith. 7, 19 οὐκ ἦν διαφυγεῖν. Ioseph. ant. 2, 16. 1 φυγεῖν ἡμῖν οὐκ ἔστιν.) — b) *decet, faciendum est;* τί οὖν ἐστι, quid igitur faciendum? Act. 21, 22. 1 Cor. 14, 15. 26. — ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονή, in hac rerum conditione decet sanctos patientiam praestare, Apoc. 13, 10. 18. 14, 12. (2 Macc. 3, 21 ἐλεεῖν δ' ἦν τὴν τοῦ πλήθους πρόπτωσιν.)

4) εἶναι, *cum genitivo* fere indicat possessionem vel propriam vel metaphoricam: *competere alicui, alicuius esse, ad aliquem pertinere;* indicatque a) id, quod possidemus, Matth. 5, 3. 10. 19, 14. Marc. 12, 7. 23. Luc. 4, 7. Io. 10, 12. 19, 24. Act. 21, 11. Rom. 14, 8. 1 Cor. 6, 19. — b) id, cui servimus, nos dicamus, Act. 27, 23. 1 Cor. 3, 21. 22. 23. [6, 20.] 2 Tim. 2, 19. (Num. 16, 5.) Hebr. 12, 11 χαρᾶς εἶναι, felicitati nostrae inservire. — c) eum, quem sectamur, cui adhaeremus, e cuius numero sumus, Act. 9, 2 εἶναι τῆς ὁδοῦ, ad familiam christianorum pertinere. Io. 4, 18 οὐκ ἔστι σου ἀνήρ, non in consortio coniugali tecum vivit. 1 Cor. 1, 12. 3, 4. Rom. 8, 9. 2 Cor. 10, 7. 1 Tim. 1, 20 ὧν ἐστιν, e quorum numero sunt. 2 Tim. 1, 15. — d) id, quod nostri officii est, vel facultatis, Act. 1, 7. Hebr 5, 14 τελείων δέ ἐστιν, adultis convenit. (Clem. Alex. paedag. 1, 2. p. 99, 26 ed. Pott. τὸ μηδ' ὅλως ἐξαμαρτάνειν, ὃ δή φαμεν εἶναι θεοῦ.) — e) in aliis locis genitivus potius ab omisso υἱῷ quam ab εἶναι pendet, ut Marc. 5, 42. Act. 4, 22. (Num. 33, 39. 2 Chron. 21, 5.) — Luc. 9, 55. 1 Thess. 5, 5. 8. Hebr. 10, 39.

5) ἔστι seq. *dativo*, a) *est mihi, habeo*, Matth. 19, 27 τί ἔσται ἡμῖν; quid tribuetur nobis, quid habebimus? (Esth. 5, 6. Ies. 30, 23 ubi hebr. נָתַן) Luc. 1, 36. 6, 32—34. 12, 20. 35. Io. 17, 9. 18, 39. Act. 2, 39. 8, 21. 21, 11. 10, 6. 21, 23. Rom. 9, 2. 9. 1 Cor. 9, 16. 18. Saepius. (Exod. 34, 9. Ruth. 1, 12. Dan. 5, 17.) — b) *competit mihi*, Act. 2, 39. 1 Petr. 4, 11. (Mich. 3, 1. Sir. 11, 9.) — c) *contingit, evenit mihi*, vid. 1. a. ε. — καλόν ἐστί τινι, satius est, Matth. 18, 8. 9. 26, 24. Marc. [6, 11.] 9, 42 sq. 14, 21. Luc. 10, 12. 14 ἀνεκτότερον ἔσται. — *cedit in*, Phil. 1, 28. Col. 2, 22. — d) εἰμί τίς τινι, *habeor alicui aliquis*, de aestumatione, Matth. 18, 17 ἔστω σοι ὥσπερ ὁ τελώνης. 1 Cor. 9, 2 εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλάγε ὑμῖν εἰμι. 1 Cor. 1, 18. 2, 14. 4, 3 ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι, minimi facio.

6) εἶναι *cum praepositionibus* a) εἰμὶ εἴς τι, (ex hebraismo, הָיָה seq. לְ) pro εἰμί τι, *sum, fio aliquid, praesto me aliquem;* Matth. 19, 5. (Gen. 2, 24.) Marc. 10, 8. Act. 13, 47. (Ies. 49, 6.) 1 Cor. 4, 3. 6, 16. 14, 22. 2 Cor. 6, 18 coll. v. 16. Eph. 1, 12. 5, 31. Coloss. 2, 22. Hebr. 1, 5. 8, 10. 1 Io. 5, 8. (Ies. 40, 4. 49, 6. Gen. 9, 3. 13. 15. 17, 16. Ier. 9, 22.) — Caeterum vid. Εἰς. — b) εἰμὶ ἔκ τινος, de loco: *oriundus sum*, vid. supra 1. c. γ. — de personis: *e numero sum*, Matth. 26, 73. Io. 18, 17. 25. Col. 4, 9. 2 Tim. 3, 6. — de toto: *pars sum, pertineo ad*, Act. 23, 34. 1 Cor. 12, 15 sq. — de causa: *pendeo a*, Luc. 12, 15. Metaphorice: *alicui adhaereo, et deditus sum*, potissimum in Ioannis scriptis, ubi εἶναι ἐκ τοῦ θεοῦ aut ἐκ τοῦ διαβόλου est: Deum, aut diabolum sequi, ab eo regi; Io. 8, 23. 44. 15, 19. 17, 14. 16. 1 Io. 3, 19. 4, 6. 5, 19. Caeterum vid. Ἐκ. — c) εἰμὶ ἔν τινι, *habeo aliquid, aliqua re instructus* sum, Phil. 4, 11. 1 Io. 2, 9. (Ioseph. ant. 7, 10. 1 καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν, atque illis quidem res ita se habebant.) — *versor in aliqua re*, i. e. obnoxius ei sum, Luc. 23, 40. — ea occupatus, Rom. 15, 17. 1 Tim. 4, 15. (Ioseph. ant. 2, 16. 4 ἐν ὕμνοις ἦσαν, carmina canebant.) — *operam do*, (Aelian. V. H. 1, 31 ἐν γεωργίᾳ εἶναι), de personis: *adhaereo alicui, et deditus sum*, Io. 14, 10. 11. 17. 1 Io. 2, 5. 5, 20. 2 Cor. 13, 5. Εἰμὶ ἐν Χριστῷ, Rom. 8, 1. 16, 11. — Christus dicitur εἶναι ἐν ἡμῖν, i. e. cognitio eius, fides in eum, 2 Cor. 13, 5. — Deus, 1 Cor. 14, 25. — Caeterum vid. Ἐν. — d) εἶναι εἰς, *devenire s. incidere in aliquid*, Act. 8, 20. 23. Vid. εἰς. — e) εἶναι ἐπὶ τὸ αὐτό, *convenire, congredi;* de concubitu, 1 Cor. 7, 5 ἦτε (*Griesb.* pro συνέρχεσθε) ἐπὶ τὸ αὐτό. Caeterum vid. Ἐπί. — f) εἶναι μετά τινος, *versor cum aliquo*, Matth. 17, 17. Luc. 15, 31. 23, 43. Io. 7, 33. (Exod. 23, 2. Iud. 14, 11.) — *sum ab alicuius partibus*, i. e. sector, iuvo, tueor, Matth. 12, 30. 26, 69. 28, 20. Io. 3, 2. Act. 7, 9. 18, 10. (Exod. 23, 2. Ioseph. ant. 15, 5. 3: μεθ' ὧν τὸ δίκαιόν ἐστι, μετ' ἐκείνων ὁ θεός. ant. 6, 9. 3. Philo quod det. inf. pot. p. 155 ὅτι μετὰ σοῦ ὁ θεός.) Caeterum vid. Μετά. — g) εἰμὶ σύν τινι, *apud aliquem versor*, Phil. 1, 23. Col. 2, 5. 1 Thess. 4, 17. eum *sequor, comitor*, Luc. 8, 38. Act. 4, 13. — *ab eius sum parte*, Act. 14, 4. Vid. Σύν. — Caeterum vid. Πρός, Ὑπό, et εἶναι cum adverbiis vid. adverbia singula suis locis.

Εἵνεκεν, Luc. 4, 18 apud *Griesb.* et 2 Cor. 7, 12 i. e. ἕνεκεν, quod vid.

Εἶπον, a stirpe non usitata ἔπω s. εἴπω, aor. 2. εἶπον, imper. εἰπέ, inf. εἰπεῖν, partic. εἰπών; sed etiam in forma aoristi primi (de qua permutatione formarum aoristorum vid. *Rostii* Gramm. p. 408), aor. 1. εἶπα (Io. 10, 34. et apud profanos) εἶπας (Matth. 26. 25. 64. Marc. 12, 37. Luc. 20, 39. Io. 4, 17.) εἴπατε (Matth. 10, 17. 21, 5. 22, 4. Marc. 14, 14. Luc. 12, 3. Col. 4, 17 et alibi, saepissime apud LXX, ubi etiam habes εἶπαν Gen. 11, 4. 3 Esdr. 3, 10), imperativ. εἶπον, Act. 28, 26 in textu *Griesb.* et Marc. 13, 4 a *Fritzschio* receptum (Tob. 5, 14), εἰπάτω Apoc. 22, 17. εἰπάτωσαν Act. 24, 20. (Quae formae aor. 1. saepe leguntur in vers. Alex. et in apocryphis). Reliqua tempora ducuntur ab εἴρω, cuius praesens non nisi apud epicos legitur, fut. ἐρῶ, perf. εἴρηκα, plusq. εἰρήκειν (Io. 11, 13. Act. 20, 38), perf. pass. εἴρηται (Luc. 4, 12. Hebr. 4, 7), partic. εἰρημένον (Luc. 2, 24. Act. 2, 16. 13, 14. Genes. 45, 21. 2 Macc. 2, 32), aor. 1. pass. ἐῤῥέθην (Rom. 9, 12. 26. Gal. 3, 16) et forma melioribus

scriptoribus non usitata ἐῤῥέθην, (Matth. 5, 21. 27. 31. 33. 38. 43. Apoc. 6, 11. 9, 4.) partic. ῥηθείς, ῥηθέν. De quibus formis vid. grammatici, *Winer* p. 80. *Rost.* p. 297 sq. *Buttmann.* II, 120. — LXX pro אָמַר — 1) εἶπον et tempora activi ἐρῶ, *dixi*, dicuntur de diserto, definito et perpenso sermone, ideoque plus indicant quam λαλεῖν. Matth. 2, 8. 4, 3. 7, 4. 22. 8, 8. 10. 26, 75. Marc. 12, 7. Luc. 7. 40. 19, 31. Io. 4, 18. Act. 13, 34 et saepissime. — Maxime seq. dativo personae, sq. πρός τινα autem semel apud Matth. 3, 15 et Marc. 12, 7. saepissime autem in Lucae scriptis et in LXX versione, passim apud Ioannem, Hebr. 1, 13. — Io. 1, 15 ὃν εἶπον, de quo (περὶ οὗ, v. 30) dixeram. — περί τινος, Matth. 17, 13. Luc. 12, 3. Io. 7, 39. c. 6, 59. 11, 51. — seq. ὅτι, Matth. 5, 31. 21, 3. 28, 13. Luc. 19, 31. Io. 6, 65. 7, 42. 8, 55. 16, 15. 1 Io. 1, 6. 8. 10. 1 Cor. 1, 15. 14, 23. — Εἶπεν ἐν παραβολαῖς, Matth. 22, 1. sive διὰ παραβολῆς, Luc. 8, 4 locutus est parabolas, parabolis usus docuit. — Καλῶς εἰπεῖν τινι, blande loqui, Luc. 6, 26. — κακῶς εἰπ. τ., maledicere, Act. 23, 5. (Exod. 22, 28.) — Εἰπεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ, Matth. 24, 48. Rom. 10, 6. ex hebraismo est: *cogitare*, אָמַר בְּלִבּוֹ, Deut. 8, 17. Eccles. 2, 15. 3, 17. Ps. 14, 1. 35, 25. Ies. 49, 21. coll. Ies. 14, 24 ubi pro hebr. דִּמָּה, cogitavit. Idem valet εἰπεῖν ἐν ἑαυτῷ, apud se cogitare, Matth. 9, 3. 21, 38. Luc. 7, 39. 12, 45. 16, 3. 18, 4. Rom. 10, 6. (Esth. 4, 13. 6, 6. Deut. 8, 17.) — εἶπον πρὸς ἑαυτούς s. ἀλλήλους, dicebant invicem, Marc. 12, 17. Luc. 1, 13. 18. 34. 61. 2, 15. Io. 7, 35. 16, 17. 19, 24 et saepius. — *Τί ἐροῦμεν*; Rom. 3, 5. 4, 1. 6, 1. 7, 7. 9, 14. 30. et plenius: τί ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; Rom. 8, 31. nostrum: was sollen wir dazu sagen? *quid igitur dicendum, statuendum est?* — Pro diversitate orationis contextae vario sensu et apud profanos (quibus etiam dicitur de mandante, iubente, narrante, canente) et potissimum apud nostros, sequutos simplicitatem linguae hebr., ubi אָמַר late patet, legitur. Verti igitur potest a) *impero, praecipio, α)* εἶπον, Matth. 22, 24. Marc. 7, 10. Luc. 7, 7 εἰπὲ λόγῳ, uno modo verbo impera. Act. 8, 29. Iac. 2, 11. (Exod. 19, 8 ubi דִּבֶּר, et 2 Chron. 24, 9. Exod. 35, 1. Levit. 9, 6 ubi צִוָּה in textu hebr.) — εἰπὲ ἵνα, Matth. 4, 3. 20, 21. Luc. 4, 3. 10, 40. et seq. infinitivo, Matth. 16, 11. 12. 23, 3. Marc. 5, 43. 8, 7. 10, 49. Luc. 9, 54. 19, 15. 1 Cor. 4, 6. (Sap. 9, 8. Arrian. diss. epict. 1, 14 ὅταν ἐκεῖνος (Deus) εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ.) — *β)* ἐρῶ, Matth. 13, 30. 17, 20. Luc. 17, 7. 8. Io. 12, 50. — b) *enarro, annuntio, notum facio*, Matth. 2, 13. 8, 4. 16, 20. 21, 5. (Ies. 62, 11.) 22, 4. 24, 3. 28, 7. Marc. 16, 7. 8. Luc. 8, 56. 13, 32. 24, 24. Io. 4, 39. 18, 34. 20, 15. (LXX pro הִגִּיד 2 Reg. 22, 10. Ies. 41, 22. Iob. 12, 7. coll. Ies. 36, 4.) ἐρῶ, Matth. 21, 3. Marc. 11, 29. (Iob. 15, 18.) — *defero* ad iudicem, Matth. 18, 17. Act. 24, 20 εἰπάτωσαν, proferant, deferant ad iudicem. — Etiam de *praedicente futura*, Matth. 28, 6. Marc. 12, 36. 14, 16. 22. Luc. 22, 13. Io. 2, 22. 14, 28. 16, 4. Act. 2, 16. (Deut. 1, 21. 19, 8. 27, 3. Ies. 41, 22 τὰ ἐπερχόμενα εἴπατε ἡμῖν, hebr. הַשְׁמִיעַ.) — *docente*, Io. 3, 12. 12, 49. 14, 26. (Iob. 12, 7 hebr. הוֹרָה.) *monente*, Col. 4, 17. — *in vulgus spargente*, Matth. 28, 13. Io. 8, 55. (Gen. 12, 13. 19.) *promittente*, Hebr. 13, 5. (Ios. 1, 3.) — c) *affirmo*, Matth. 26, 64 σὺ εἶπας, ipse affirmas. Marc. 1, 17. Luc. 7, 40. Io. 6, 65. Matth. 27, 43 εἶπε γάρ, affirmavit enim, nisi hic est *gloriari, se iactare*, ut אָמַר Ps. 64, 6. 94, 4. Eodem sensu intelligi potest 1 Io. 1, 6. 8. 10. 4, 20. — d) *profero dictum*, sententiam; Matth. 5, 11 πονηρὸν ῥῆμα. Matth. 12, 32. (Num. 22, 35.) 25, 34. 40 sq. 26, 44. Marc. 12, 12. 14, 39. Luc. 4, 23. 12, 10. 11. Io. 7, 16. Act. 8, 24. 13, 40. 21, 37. Hebr. 4, 3. — *profiteor, confiteor*, Marc. 5, 33 εἶπε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Luc. 7, 42 εἰπέ, dic, profitere tuam sententiam. c. 20, 2. 22, 67. Io. 10, 24—26. 14, 2. Act. 2, 29. Tit. 1, 12. (Ps. 118, 2. 3. 4.) — e) *precor, rogo*, Marc. 9, 18. Io. 11, 41. 42. 12, 27. — f) *acclamo*, Matth. 3, 7. 5, 22. 16, 23. 21, 21. Act. 14, 10. 1 Cor. 14, 16 τὸ ἀμήν. (Deut. 27, 15 sqq.) — *exclamo*, Matth. 18, 3. 23, 39. 27, 25. Marc. 5, 7. Luc. 8, 28. 23, 29. Io. 19, 30. Apoc. 19, 3. (Iudic. 7, 18. pro קָרָא Gen. 45, 1. 1 Sam. 3, 16.) — g) *voco, appello*, Io. 10, 35. 15, 15. 1 Cor. 12, 3. ut אָמַר Ies. 4, 3. 19, 18. 61, 6 ubi LXX καλεῖν. — h) *quaero, interrogo*, Matth. 11, 3. 13, 10. 17, 19. Marc. 11, 3. (Zach. 1, 9.) — i) *respondeo*, Matth. 2, 5. 8, 22. 15, 34. Luc. 8, 30. 19, 31. Act. 9, 5. Rom. 11, 19. 2 Cor. 12, 9. — Ἀποκριθεὶς εἶπε s. ἐρεῖ, hoc modo, his verbis respondit s. respondet; ex hebraismo, vid. Ἀποκρίνομαι. — *obiicio*, Matth. 21, 3 ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, si quis contradicat. v. 25. Rom. 9, 19. 1 Cor. 1, 15 ἵνα μή τις εἴπῃ, ne quis obiiciat. c. 15, 35. Iac. 2, 18. (Ps. 115, 2.) — k) *respondendo explico*, Matth. 21, 24. Luc. 20, 3. Marc. 13, 4 εἰπὲ ἡμῖν, explica nobis. Luc. 20, 39 καλῶς εἶπας, recte rem explicuisti.

2) Tempora passiva εἴρηται, ἐῤῥέθην, *dictum, praedictum, praescriptum est*, in N. T. non leguntur nisi de *oraculis et praeceptis Dei*; ἐῤῥέθη, Matth. 5, 21. 27. 33. 38. 43. Rom. 9, 12. 26. Gal. 3, 16. Apoc. 6, 11. 9, 4. — εἴρηται, Luc. 4, 12. Hebr. 4, 7. — τὸ εἰρημένον dictum, effatum Dei, Luc. 2, 24. Act. 2, 16. 13, 40. Rom. 4, 18. — ὁ ῥηθείς, de quo in vaticinio praedictum est, Matth. 3, 3. — τὸ ῥηθέν, effatum Dei, Matth. 22, 31. quod praedictum est, Matth. 1, 22. 2, 15. 17. 23. 4, 14. 8, 17. 12, 17. 13, 35. 24, 15. 27, 9. [35.] Marc. 13, 14. Saepius passivum in N. T. non legitur. (LXX pro אָמַר seq. πρός, Gen. 15, 13. et seq. dativo, 2 Sam. 5, 6. Hos. 1, 10. praeterea Num. 23, 23. Dan. 8, 26. de effatis Dei. — Prov. 25, 7. Ion. 3, 7 de praecepto regis. — Tantum Gen. 45, 27. (pro דִּבֶּר) et Susann. v. 27 est i. q. λαλεῖσθαι.)

Εἴπερ, Εἴπως, vid. in *Εἰ.*

Εἰρηνεύω, (ab εἰρήνη) et εἰρηνεύομαι, pacem facio 1 Macc. 6, 60. pacem habeo, in pace vivo, (Iob. 15, 21. 2 Chron. 14, 5. 20, 30. (Sir. 41, 1.) — *paci studeo, pacem concordiam servo*, 2 Cor. 13, 11. — Εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις Marc. 9, 50. ἐν ἑαυτοῖς, 1 Thess. 5, 13. — μετὰ πάντων, Rom. 12, 18. (הִשְׁלִים seq. אֶת 2 Sam. 10, 19. Hesych. εἰρηνεύσομεν· εἰρηνικῶς διάξομεν.)

Εἰρήνη, ης, ἡ, (LXX pro שָׁלוֹם, et aliquoties pro בֶּטַח) 1) *pax* a) propr. pax civilis, contrarium belli, Luc. 14, 32. Apoc. 6, 4. — compositio dissidiorum, Act. 12, 20. Rom. 10, 15. (Ioseph. ant. 4, 3. 2.) — pax inter privatos: *concordia, pacis studium*, Matth. 10, 34. Luc. 12, 51. Act. 7, 26. Rom. 14, 19. 1 Cor. 7, 15. 2 Cor. 13, 11. Gal. 5, 22. Eph. 2, 14. 15. 17. 4, 3. Col. 3, 15 et saepius. Hebr. 7, 2 βασιλεὺς εἰρήνης, rex pacificus. — b) tropice: *pax animi* cum Deo, quae ex reconciliatione oritur, Rom. 5, 1 ubi, si legis εἰρήνην ἔχομεν, sensus est: reconciliati sumus Deo, ideoque vita beata ab illo speranda est; si vero sequeris lectionem ἔχωμεν, quam Fritzschius praetulit, est: pacis cum Deo studiosi simus recte vivendo. Ibid. 15, 13. (coll. Ies. 53, 5.) — 2) ex adiuncto: *tranquillitas, status prosper et securus*, (בֶּטַח Ies. 14, 30.) Luc. 11, 21. 19, 42. Io. 16, 33. Act. 9, 31. 1 Thess. 5, 3. coll. Ier. 6, 13. 14. Sap. 14, 22. *bonus ordo*, qualis in pace est, 1 Cor. 14, 33. — 3) synecdochice ad imitationem hebr. שָׁלוֹם: *salus, felicitas* quaecunque, Luc. 1, 79. 2, 14. 19, 38 εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, salus in coelo parata. Act. 10, 36. 24, 2. Rom. 3, 17. 8, 6. Eph. 6, 15. — Locutiones usum hebr. שָׁלוֹם secutae: a) θεὸς τῆς εἰρήνης, *Deus salutifer*, ereptor, salvos homines praestans, Rom. 16, 20. Phil. 4, 9. 1 Thess. 5, 23. 2 Thess. 3, 16. Hebr. 13, 20. (Ies. 9, 5. שַׂר־שָׁלוֹם.) — b) salutatio: εἰρήνη ὑμῖν, *pax vobiscum, salvete*, (שָׁלוֹם לָכֶם, Gen. 43, 23.) Luc. 24, 36. Io. 20, 19. 21. 26. quae etiam est locutio bona apprecantis: *salus vobis contingat*, Gal. 1, 3. Rom. 1, 7. 2, 10. 1 Cor. 1, 3. 2 Cor. 1, 2. Gal. 6, 16. Eph. 1, 2. 6, 23 et passim. (Iudic. 6, 23. 19, 20. Tob. 12, 17. Act. Thom. §. 27.) Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ, Luc. 10, 5. (1 Chron. 12, 18. Dan. 10, 19.) — c) est *dimittentis*: ὕπαγε εἰς εἰρήνην, vel ἐν εἰρήνῃ, Marc. 5, 34. Iac. 2, 16. πορεύου εἰς εἰρήνην, Luc. 7, 50. 8, 48. Act. 16, 36. *vade in pace, salvus abi.* (1 Sam. 1, 17. coll. Iudith. 8, 35. Tob. 5, 13. 12, 5 ubi ὕπαγε ὑγιαίνων, ut etiam Sir. 38, 8. εἰρήνη pro sanitate. Ioseph. ant. 1, 10, 2 ἀνέζευξε μετὰ εἰρήνης.) Porro: ἀπολύειν τινὰ ἐν εἰρήνῃ Luc. 2, 29. μετ' εἰρήνης, Act. 15, 33. (Gen. 28, 21 μετὰ σωτηρίας) i. e. cum benedictione, salutis apprecatione. cf. 1 Cor. 16, 11. Hebr. 11, 31. (Gen. 26, 29. Exod. 18, 23. 1 Sam. 20, 13. cf. Ἀσπάζομαι.) — b) *benedictio*, et *ipsa bona*, quae vi benedictionis homini impertiuntur; Matth. 10, 13. Luc. 10, 6. Io. 14, 27. Phil. 4, 7. (De vi benedictionum vid. Gen 27. Prov. 11, 11. Sir. 3, 9. Num. 23, 7.)

Εἰρηνικός, ή, όν, (ab εἰρήνη) 1) *pacificus, pacis*

studiosus, Iac. 3, 17. (Gen. 42, 11. 19. 37. 4. Ier. 9, 8. Deut. 2, 26.) — 2) ex hebr. *salutaris*, Hebr. 12, 11. (LXX saepius pro שְׁלָמִים de sacrificiis, quibus homo reconciliatur Deo, 2 Sam. 6, 17. 18. 24, 25. 1 Reg. 8, 64. 65. 2 Reg. 16, 13.) *.

Εἰρηνοποιέω, ῶ, i. e. εἰρήνην ποιῶ, *pacem facio, reconcilio*. Col. 1, 20. (Prov. 10, 10.) **.

Εἰρηνοποιός, οῦ, ὁ, pacem faciens; *pacis studiosus*, Matth. 5, 9. Phavor. εἰρηνοποιός· ὁ τὴν εἰρήνην ἐν ἄλλοις κατεργαζόμενος.

Εἴρω, fut. ἐρῶ, vid. *Εἶπον*.

Εἰς, praeposit. accusativum regens, — LXX pro בְּ, לְ, אֶל, et pro nota accusativi אֵת — *motum* in aliquid et *directionem* ad aliquid significans. Dicitur

1) de *motu in locum* et *per locum*. Latinor. *in, ad*, nostrum: *in, hinein, hindurch, hinab, hinauf in.* Sic post omnia verba motum in aliquid indicantia, ut eundi, veniendi, sequendi, immittendi, iaciendi, ducendi, ponendi, tradendi et similia. Vid. *Ἄγω, Ἀκολουθέω, Ἀναλαμβάνω, Ἀναχωρέω* et *Χωρέω, Ἀπολύω, Ἀποστέλλω, Ἀναβαίνω εἰς, Ἐμβαίνω, Βάλλω, Ἐμβάλλω, Ἐμβλέπω, Ἐμπτύω, Δίδωμι, Πορεύομαι, Συγκλείω, Τίθημι, Πίπτω*, et similia suis locis. — Matth. 20, 1 μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα, conducere ut abeant in vineam. Matth. 27, 30 τύπτειν εἰς τὴν κεφαλήν τινος. c. 10, 27 ὃ εἰς τὸ οὖς (λεγόμενον) ἀκούετε. Luc. 8, 23 κατέβη εἰς. Io. 21, 23 ἐξῆλθεν ὁ λόγος εἰς τοὺς ἀδελφούς. Marc. 5, 14 ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, per totam urbem nuntiabant. Act. 11, 22 ἠκούσθη εἰς τὰ ὦτα. (Ies. 5, 9.) [Act. 16, 40 εἰς τὴν Λυδίαν, in domum Lydiae; *Griesb.* πρός] c. 22, 30 ἔστησεν (αὐτὸν) εἰς αὐτούς in medium concionem. (Apud profanos saepe persona pro domicilio, ut Hom. Iliad. 7, 312 εἰς Ἀγαμέμνονα ἄγον, i. e. in tabernaculum, ubi erat. Ibid. 17, 709 ἐλθὼν εἰς Ἀχιλῆα.) 2 Cor. 8, 24 εἰς πρόσωπον, coram. Eph. 2, 21. 22 αὔξει εἰς, vid. *Αὐξάνω*. 1 Thess. 1, 5 ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς, pervenit ad vos. Hebr. 10, 31 ἐμπίπτειν εἰς χεῖράς τινος, vid. *Ἐμπίπτειν*. Apoc. 9, 3 ἐξῆλθεν εἰς τὴν γῆν, e summo descenderunt in terram. c. 16, 2 ἐγένετο ἕλκος εἰς τοὺς ἀνθρώπους, nostrum: sie kamen an sie. — Εἰς τὰ ὀπίσω, vid. *Ὀπίσω*. — In oratione metaphorica: εἰσέρχεσθαι s. ἔρχεσθαι εἰς, vid. haec verba ipsa. — Rom. 1, 26 παραδιδ. εἰς πάθη. c. 2, 4 ἄγειν εἰς μετάνοιαν. c. 3, 22 δικαιοσύνη (γίνεται) εἰς πάντας. cap. 8, 21 ἐλευθερ. ἀπό τινος εἴς τι. 2 Cor. 3, 18 ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, in crescentem semper δόξαν. c. 10, 5 αἰχμαλωτίζειν εἰς, subiicere. Gal. 3, 14 ἵνα εἰς τὰ ἔθνη γένηται, ut per exteras gentes se propagaret.

2) de motu et *directione ad* aliquid: *in, ad, versus, erga, contra*. a) propr. α) de *loco*; post verba videndi, vid. *Βλέπω, Ἐπιβλέπω, Ἐμβλέπω, Ἀτενίζω* etc. — Matth. 22, 3 καλέσαι εἰς τοὺς γάμους. v. 4 δεῦτε εἰς τοὺς γάμους. c. 25, 46. Marc. 11, 8 ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν. Luc. 1, 79 κατευθῦναι τοὺς πόδας εἰς ὁδόν. c. 7, 1 ἐπλήρωσε τὰ ῥήματα εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, postquam haec ad populum locutus erat. (Gen. 20, 8. 50, 4.) c. 24, 5 κλίνειν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν. Io. 8, 26 ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον, ea homines doceo. Io. 11, 32 [Matth. 18, 29.] πίπτειν εἰς τοὺς πόδας τινός, ad pedes alicuius procidere. Act. 7, 39 ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον. c. 9, 2 ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκόν, Damascenis inscriptas. 2 Cor. 8, 24 εἰς αὐτοὺς ἐνδείξ. zeiget sie gegen sie, i. e. coram, ita ut videant. — Saepissime. — β) de *tempore: in, usque ad*, εἰς τὸν αἰῶνα, εἰς τὸ διηνεκές, εἰς τέλος, vid. *Αἰων, Διηνεκής, Τέλος*, suis locis. — Matth. 28, 1 τῇ ἐπιφωσκούσῃ (ἡμέρᾳ) εἰς μίαν σαββάτων, die illucescente in primam post sabbatum diem, i. e. illucescente primo hebdomadis die. Luc. 1, 20 πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν, in tempus suum. c. 12, 19 ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά. c. 13, 9 εἰς τὸ μέλλον, futuro tempore, posthac. Io. 6, 27 τὴν μένουσαν εἰς τὴν ζωὴν αἰών. manentem usque ad tempus, quo nobis vita αἰών. continget. Act. 4, 3 εἰς τὴν αὔριον, in proximum diem. c. 13, 42 εἰς τὸ μεταξὺ σάββ., usque ad sabbatum proximum. 2 Cor. 13, 2 ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, altera vice. Gal. 3, 23 εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν, usque ad tempora fidei futurae in Christum. c. 3. 17 εἰς Χριστόν, in Messiae tempora, i. e. ut Messiae personam adumbraret, usque dum ipse veniret. coll. Hebr. 9, 9. — Eph. 4, 30. Phil. 1, 10. 1 Thess. 4, 15. 1 Tim. 6, 19. 2 Petr. 2, 4. 9. Iud. v. 13 et passim. (Gen. 2, 12.) — b) metaphorice de *motu animi, sensu, benevolentia, odio* ergo aliquem s. aliquid, in malam aeque ac in bonam partem: *in, erga, adversus, contra*; Matth. 26, 10 ἔργον καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ. [Marc. 14, 6.] Luc. 12, 10 ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Act. 9, 1. 23, 30. Rom. 1, 27. 5, 8 ἀγάπην εἰς ἡμᾶς. c. 8, 7. 12, 10. 16. 14, 19. 2 Cor. 9, 13 ὑποταγὴ εἰς τὸ εὐαγγ. obedientia erga evangelium. 2 Cor. 2, 4. 10, 3. 13, 3. Eph. 1, 15. ἀγάπη εἰς, beneficium alicui exhibitum. Col. 3, 10. Phil. 1, 23. 1 Thess. 4, 10. 5, 15. (Iudith. 6, 17. 2 Macc. 8, 4. 9, 26.) — Vid. *Ἁμαρτάνειν εἴς τινα. Βλασφημεῖν εἴς τινα*. — Referunt quidam ad hoc genus dicendi etiam *Πιστεύειν εἴς τινα* pro τινί, ἐλπίζειν εἴς τινα pro ἐν s. ἐπί, quum putent, scriptores nostros in his potissimum spectasse notionem propensi animi erga aliquem. Vid. infra sub num. 5. dicta.

3) de *consilio, fine, commodo, eventu*; et quidem a) de *fine* et *consilio*, ubi est: *in, ad, ut*; Matth. 3, 11 εἰς μετάνοιαν, eo consilio, ut vitam emendetis. c. 8, 4. 10, 17. 18. 21. c. 18, 20 εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, i. e. ut rem meam gerant. 26, 28. 27, 10 ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρόν, ad agrum emendum. c. 28, 19 βαπτίζειν εἴς τινα, ad colendum aliquem, vid. *Βαπτίζω*. Marc. 1, 4. Luc. 2, 32. 24, 20. Io. 1, 7. 4, 36. Act. 2, 38. 7, 5 δοῦναι εἰς κατάσχεσιν, possidendum dare. c. 8, 20 εἴη εἰς ἀπώλειαν, pereat. c. 11, 18. 29. 13, 2. 48 τεταγμένοι εἰς ζωήν. Rom. 1, 1. 5. c. 5, 21 εἰς ζωὴν αἰών, ita, ut efficiat s. tribuat vitam aeternam. c. 6, 19 εἰς τὴν ἀνομίαν, Vid. *Ἀνομία*. Rom. 9, 21. 22. 1 Cor. 2, 7. 10, 31. 2 Cor. 5, 5. Apoc. 9, 15 ἡτοιμασμένοι εἰς τὴν ὥραν. — Saepissime. — Εἰς ὅ, *quem in finem, quare*, Coloss. 1, 29. 2 Thess. 1, 11. 1 Petr. 2, 8. — Εἰς τί, *quo consilio, quorsum*, Matth. 26, 8. Marc. 14, 4. 15, 34. (Sap. 4, 17.) — Εἰς τοῦτο, *hoc consilio, hoc fine*. Marc. 1, 38. Luc. 4, 43. Io. 18, 37. Act. 9, 21. 26, 16. Rom. 9, 17. 14, 9. 2 Cor. 2, 9. 1 Io. 3, 8. — Εἰς τό, sequente infinitivo verbi: *eo consilio ut, ut*, Matth. 20, 19. 26, 2. 27, 31. Marc. 14, 55. Luc. [4, 29.] 20, 20. Act. 7, 19. Rom. 1, 11. 20. 4, 11. Eph. 1, 18. 1 Thess. 2, 12. 2 Thess. 1, 5. 2, 6 et saepius. — b) de *usu, commodo* et *detrimento: in, in usum, pro*, Latinor. dativus commodi et incommodi; Matth. 6, 34. 10, 10. 18, 21. Marc. 8, 19. 20. Luc. 7, 30 εἰς ἑαυτούς, sibi in damnum. (Sir. 37, 7. Epist. Ier. v. 10.) Luc. 12, 21 μὴ εἰς θεόν, non *in Dei honorem et cultum*. (Themist. orat. 18 οἱ λύχνοι ᾄδουσι πρὸ τοῦ θανάτου εἰς τὸν θεόν.) Luc. 14, 28. 35. Io. 6, 9 εἰς τοσούτους, in usum tantae multitudinis. Act. 14, 26. 24, 17. 28, 6 ἄτοπον εἰς αὐτόν, ei, i. e. in eius detrimentum. Rom. 1, 17 εἰς πίστιν, fidem habentibus. c. 8, 18 εἰς ἡμᾶς, in nos. 8, 28. 11, 36 εἰς αὐτόν, in eius honorem. 15, 26 εἰς τοὺς πτωχούς, in commodum pauperum. c. 16, 6. 1 Cor. 8, 6 εἰς αὐτόν, in eius honorem. 2 Cor. 8, 6. εἰς ὑμᾶς, in vestrum commodum. 11, 6. 10 εἰς ἐμέ, vid. *Φράσσω*. Gal. 5, 13 ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμήν. Gal. 6, 4. Phil. 1, 5 κοινωνία εἰς εὐαγγ. beneficium in commodum evangelii. 2 Tim. 2, 14. (Sir. 37, 7.) — c) de *eventu, effectu*, nostrum *zu*, Latinor. *in, ad, ut, ita ut*; Matth. 13, 30 δήσατε αὐτὰ εἰς δεσμάς, colligite ea in fasciculos. c. 5, 13 εἰς οὐδὲν ἰσχύει, nil efficit. Matth. 27, 51 ἐσχίσθη εἰς δύο, intellige μέρη, Marc. 15, 38 ut Apoc. 16, 19 γίνεσθαι εἰς τρία μέρη. (Polyb. 2, 16. 11 σχίζεται εἰς δύο μέρη. Ioseph. ant. 8, 2 διελὼν τὸν ναὸν εἰς δύο. Gen. 32, 7. 10. coll. *Krebsii* obss. I. p. 140 et *Elsneri* obss. I. p. 166.) — Luc. 2, 34 κεῖται εἰς πτῶσιν. Io. 11, 52 συνάγειν εἰς ἕν. 17, 23 τετελειωμένοι εἰς ἕν, perfecte uniti. Act. 2, 20 μεταστρέφειν εἰς. Apoc. 11, 6. Act. 25, 21 εἰς διάγνωσιν, ut rem suam Caesar cognosceret. Rom. 1, 26 μεταλλάσσειν εἰς. Rom. 6, 22 εἰς ἁγιασμόν, quo emendatio efficitur. v. 16 δοῦλος εἰς ὑπακοήν, ita ut obsequamini. Rom. 10, 1. 10. 13, 4. 15, 2. 1 Cor. 11, 17. 2 Cor. 7, 9. 10. 10, 13 εἰς ἄμετρον. Vid. *Ἄμετρος*. v. 15 εἰς περισσείαν, abundanter. Eph. 2, 15 κτίζειν τοὺς δύο εἰς ἕνα ἄνθρωπον. Eph. 4, 19. 5, 2 εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. (Num. 28, 6. 29, 6.) Col. 1, 10. 11. 2 Tim. 2, 25. Hebr. 4, 16. 6, 8 εἰς καῦσιν, ut comburantur. c. 10, 39. 1 Petr. 1, 22. — Passim. — Εἰς κενόν, frustra, 2 Cor. 6, 1. Gal. 2, 2. Phil. 2, 16. 1 Thess. 3, 5. — *Λογίζεσθαι εἰς*, vid. *Λογίζομαι*. — Εἰς τό sequente infinitivo verbi: *eo effectu, ut, ita ut*, Luc. 5, 17 δύναμις κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. Rom. 3, 26. 4, 18. 7, 4. 5. 12, 3. 1 Cor. 8, 10. 2 Cor. 1, 4. 4, 4. 7, 3. Phil. 1, 10. 2 Thess. 3, 9. — Solent nostri scriptores, sequuti loquendi rationem hebraicam (הָיָה seq. לְ), εἰς ponere, ubi profani illud omittunt, ut α) τίθημι s. ἐγείρω τινὰ εἴς τι, Act. 13, 22. 47. (Ezech. 37, 22 δώσω αὐτοὺς εἰς ἔθνος. Ies. 42, 6. 49, 6. Ier. 1, 5. 2 Sam. 5, 2.) — β) εἶναι εἴς τι, *fieri ali-*

quid, ἔσονται εἰς σάρκα μίαν, unum corpus erunt, pro ἔσονται σὰρξ μία, Matth. 19, 5. Marc. 10, 8. 1 Cor. 6, 16. Eph. 5, 31. (Gen. 2, 24.) — Luc. 3, 5. (Ies. 40, 4. Ezech. 37, 22 ἔσονται εἰς δύο ἔθνη.) Act. 8, 23 εἰς χολὴν πικρίας ὁρῶ σε ὄντα, video te in iram coniectum, iratum esse. (Iudith. 7, 18.) — *loco alicuius esse, esse tanquam*, 1 Cor. 14, 22 εἰς σημεῖόν εἰσι. 2 Cor. 6, 18 ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα. Hebr. 1, 5. 8, 10. (2 Sam. 7, 14. 1 Chron. 18, 6.) — γ) γίνεσθαι εἴς τι, i. e. γίνεσθαί τι, *aliquid fieri*, *zu etwas werden*, Luc. 13, 19. Act. 5, 36. Rom. 11, 9. (Ps. 69, 22.) 1 Cor. 15, 45 εἰς ψυχὴν ζῶσαν. 2 Cor. 8, 14. (Ruth. 4, 13.) Vid. etiam *Κενός* et *Γωνία*. — *mutari in aliquid*, Io. 16, 20. Apoc. 8, 11. — (Gen. 11, 3. 1 Chron. 28, 4. Vid. etiam LXX 3 Esdr. 5, 58 ποιοῦντες εἰς τὰ ἔργα, pro עֹשֵׂה הַמְּלָאכָה, Esdr. 3, 9. et Ierem. 29, 7 ζητήσατε εἰς [hebr. אֶת] εἰρήνην τῆς γῆς.)

4) de *ratione*, *Beziehung*, *Hinsicht*, ubi est: *ad*, *de*, *quod attinet ad*, *propter*, *ratione habita;* Matth. 10, 41. 42 εἰς ὄνομα, tanquam, vid. Ὄνομα. 14, 31 εἰς τί ἐδίστασας, quidnam intuitus (i. e. cur) dubitasti. c. 12, 41 μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα, Luc. 11, 32. i. e. intuentes adhortationem. Act. 2, 25 λέγει εἰς αὐτόν, *de* illo, in Beziehung auf ihn, ut Eph. 5, 32. Hebr. 7, 14. (vid. *Kypkii* obss. II. p. 15 sq. Ps. 63, 6 ἐμελέτων εἰς σέ, hebr. בְּ pro עַל. 2 Sam. 11, 7. Ps. 91, 11.) Act. 24, 15 ἐλπίδα ἔχων εἰς θεόν. 25, 20. Rom. 4, 20 εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν, quod ad divinam promissionem attinet, hanc intuitus. (Evang. Nicod. edit. Birch. p. 73 τοσαῦτα σημεῖα οἴδατε εἰς τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον (Iesum), καὶ οὐ ἐπιστεύσατε.) Rom. 13, 14 εἰς ἐπιθυμίας, i. e. secundum cupiditates, nach Massgabe. c. 16, 5 εἰς Χριστόν, si Christi rationem habes; vel omissum est τῶν ἐπιστρεφομένων. c. 16, 19 σοφοὺς εἰς τὸ ἀγαθόν, quod ad bonum attinet. 2 Cor. 2, 9 εἰς πάντα, in omni re. v. 12 εἰς τὸ εὐαγγέλιον, evangelii docendi causa, nisi vis referre ad usum et commodum. Gal. 5, 10. Eph. 3, 16.

5) Denique *singulari modo* εἰς ponitur a) a profanis et a nostris cum *genitivo loci*, ubi intelligendum est οἶκον, δόμον, τόπον, a quo genitivus pendet; in N. T. bis: Act. 2, 27. 31 εἰς ᾅδου (τόπον). (Gen. 44, 31. Saepissime apud profanos, ut Homer. Iliad. 8, 367. ibid. 24, 160. cf. *Viger.* p. 590 Origen. hom. II. in libr. Reg. Ἰησοῦς εἰς ᾅδου γέγονε, — Ἰωάννης εἰς ᾅδου καταβέβηκε.) — b) εἰς cum accusativo rei vel personae, ubi profani dativo simplici vel ἐν τινι utuntur; ex hebraismo. Εὐδοκεῖν εἴς τινα pro ἐν τινι, רָצָה s. חָפֵץ seq. בְּ, Matth. 12, 18. 2 Petr. 1, 17. — Ἐλπίζειν εἴς τινα pro ἐν et ἐπί, vid. Ἐλπίζω. — Πιστεύειν εἴς τινα pro τινί, vid. Πιστεύω. — Ὄμνυμι εἴς τινα, semel, pro ἔν τινι, Matth. 5, 35. — Ἔνοχος εἴς τι, pro τινί, Matth. 5, 22. — Ὕπαγε εἰς εἰρήνην, πορεύου εἰς εἰρήνην, pro ἐν εἰρήνῃ, Marc. 5, 34. Luc. 7, 50. 8, 48. (1 Sam. 1, 17. 20, 13. 42. 29, 7.) Vid. Εἰρήνη. — Act. 7, 53 εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, praesentibus angelorum choris, (ut hebr. בְּ Gen. 23, 11. 45, 1. vid. Διαταγή.) — c) εἰς *cum accusativo loci* nostri scriptores aeque ac profani ponere solent, ubi ἐν cum dativo exspectasses. Quod quidem fit ex breviloquentia, quae duarum locutionum confusionem efficit, qua is, qui in loco esse dicitur, simul eo venisse cogitatur. Adest igitur notio motus, non autem in verbo latet, sed est in praepositione εἰς. Vid. grammatici, *Winer* p. 391. *Matthiae* §. 578. 3. a. *Rost* §. 104. Anmerk. 17. — Sic κατοικεῖν εἰς πόλιν, in urbem venire et ibi habitare, Matth. 2, 23. 4, 13. Act. 7, 4. (Xenoph. anab. 1, 2. 24 ἐνοικοῦντες εἰς χωρίον ὀχυρόν.) Marc. 1, 9 ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην, in aquas descendens. (Alciphr. 3, 43 λουσάμενοι εἰς τὸ βαλανεῖον.) Marc. 1, 39 κηρύσσων εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, ingressus in conciones eorum per totam Galilaeam docebat. Marc. 13, 9 εἰς συναγωγὰς (abducti) δαρήσεσθε. Io. 9, 7 ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν, ubi ὕπαγε et εἰς cohaerent. Io. 21, 4 ἔστη εἰς τὸν αἰγιαλόν. (Xenoph. cyrop. 4, 1. 1 στὰς εἰς τὸ μέσον.) Act. 8, 40 Φίλιππος εὑρέθη εἰς Ἄζωτον. (Esth. 1, 5 τοῖς ἔθνεσι τοῖς εὑρεθεῖσιν εἰς τὴν πόλιν.) Act. 18, 21 δεῖ με τὴν ἑορτὴν ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα, oportet me festum agere Hierosolymis, eo profectum. (Hom. Iliad. 15, 275 ἐφάνη λῖς εἰς ὁδόν. ib. 5, 788 ὄφρα μὲν εἰς πόλεμον πωλέσκετο. Aelian. var. hist. 7, 8 Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπέθανε. Ioseph. ant. 11, 4. 3 οἱ αἰχμαλωτισθέντες εἰς Βαβυλῶνα. Gen. 31, 33 ἠρεύνησε εἰς τὸν οἶκον. Ies. 66, 17. Ier. 41, 7 ἔσφαξεν αὐτοὺς εἰς τὸ φρέαρ, mactatos deiecit in puteum.) — Quum notio motus non sit in verbo sed in praepositione, nostri etiam verbum εἶναι, *versari*, cum εἰς seq. accusativo ponunt eodem modo ut cogitandus sit aliquis *venisse* antea in locum et nunc ibi versari. Marc. 2, 1 εἰς οἶκόν ἐστι, illum domum reversum esse. 13, 16 ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν, qui in agrum profectus ibi versatur. Luc. 11, 7 μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσί. Io. 1, 18 ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, qui in sinum patris se contulit, ibique est. Neque aliter 1 Io. 5, 8 οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, in unum locum conveniunt ibique sunt, i. e. in uno coniunctim operantur, videlicet in baptismo, in quo, uti corpus per aquam a sordibus, ita anima per sanguinem Christi a peccatis abluitur et nunc domicilium fit spiritus sancti. — In verbis compositis respondet Latinorum *in* et *ad*.

Εἷς, μία, ἕν, (hebr. אֶחָד) 1) *unus;* et quidem a) *unus numero* Luc. 18, 19. Io. 11, 50. Act. 17, 26. Rom. 5, 15—19., unus e multis 1 Cor. 9, 24. 14, 27. Apoc. 7, 13 et saepissime. — Cum negatione: *nullus*, Matth. 5, 18. 10, 29. Io. 1, 3. οὐδὲ εἷς, Rom. 3, 10. (Exod. 14, 28. Ioseph. ant. 4, 8. 41 γένοιτο δὲ χρόνος μηδὲ εἷς, es komme nie die Zeit.) οὐχ ἕως ἑνός, ib. v. 12 *ne unus quidem*. cf. Exod. 8, 31. Ps. 106, 11. — b) *unus ex pluribus* in unum collectus, Matth. 19, 5. 6. Rom. 12, 5. Eph. 2, 15. Gen. 2, 24. Ezech. 37, 17. 2 Chron. 5, 13. Inde ἓν εἶναι Io. 10, 30. 17, 11. 21. 22 arctissime coniunctum esse, unam quasi personam constituere. Ἕν εἰσι, 1 Cor. 3, 8 unius sunt pretii et dignitatis. Ἓν σῶμα, ἓν πνεῦμά ἐστι, 1 Cor. 6, 16 coniunctus sum, societatem ineo cum corpore, spiritu, ei adhaereo. Gal. 3, 28 πάντες εἷς ἐστε, omnes unam societatem constituitis. Ἓν ποιεῖν, Eph. 2, 14 in unum colligere, unam societatem, unum corpus facere. — Εἰς ἕν, in *unam societatem*, Io. 11, 52. tropice: *arctissime*, Io. 17, 23. Etiam de loco: Io. 20, 7 convolutum εἰς ἕνα τόπον, in unum volumen, nostrum *zusammen*. — c) *unus idemque*, *idem*, Luc. 12, 52 ἐν οἴκῳ ἑνί, in una, eadem domo. Rom. 3, 30 εἷς ὁ θεός, unus idemque Deus. 15, 6 ἐν ἑνὶ στόματι (Luc. 14, 18 ἀπὸ μιᾶς videl. γνώμης s. φωνῆς) uno ore, i. e. cuncti unum idemque. (4 Macc. 8, 28 διὰ μιᾶς φωνῆς ὁμοῦ.) 1 Cor. 10, 17. 11, 5 ἓν καὶ τὸ αὐτό, unum idemque, perinde est. ib. 12, 11. 12. 13. Eph. 4, 5. Phil. 2, 2. (LXX hebr. אֶחָד Gen. 11, 1. 6. 40, 5. 41, 25. 26. Lev. 22, 28. 24, 22. Eccles. 2, 14. Sap. 7, 6. 17, 17.) — 2) *quidam*, *aliquis*, i. q. τίς, Matth. 8, 19. 16, 14. 18, 24. 28. 19, 16. 26, 69. Marc. 12, 42 μία χήρα pro χήρα τις. Luc. 5, 12. 17. 9, 8. 15, 19. 26. 17, 2. 22, 47. Act. 11, 28. (Gen. 22, 2. 42, 16. Lev. 13, 2. Iob. 2, 10. Aliis in locis אֶחָד verterunt τίς, Gen. 26, 10. 27, 44 יָמִים אֲחָדִים, ἡμέρας τινάς. Exempla e profanis dedit *Kypkius* in obss. I, p. 45.) — Nonnunquam εἷς respondet articulo indefinito nostrae linguae, *ein*, et caret omni emphasi, ut Matth. 21, 19 συκῆν μίαν, einen Feigenbaum, pro συκῆν simpliciter. Io. 6, 9 παιδάριον ἓν pro παιδάριον simpliciter. Io. 7, 21 ἓν ἔργον. Iac. 4, 13 ἐνιαυτὸν ἕνα. et Apoc. 8, 13. 9, 13. 18, 21. 19, 17. Legitur etiam simul cum τις, Marc. 14, 51 εἷς τις νεανίσκος, nostrum: ein gewisser Jüngling. Luc. 22, 50 εἷς τις ἐξ αὐτῶν. (Sic Dan. 2, 31 chald. צְלֵם חַד, LXX εἰκὼν μία, ein Bild. Esdr. 4, 8 chald. אִגְּרָא חֲדָה, LXX ἐπιστολὴν μίαν, coll. 6, 2. Gen. 21, 15. 1 Sam. 1, 1 וַיְהִי אִישׁ אֶחָד, LXX ἄνθρωπος ἦν.) — 3) cum emphasi: *unus*, i. e. *solus*, *unicus*, Matth. 19, 17. 21, 24. 23, 15. Marc. 2, 7. 10, 18. 12, 6. 29 κύριος εἷς, solus est dominus. (Sir. 1, 8.) Marc. 12, 32. Io. 11, 49. (Sic legitur אֶחָד, Gen. 19, 9. Iud. 21, 8. Iob. 23, 13. Eccles. 4, 10. Exod. 33, 5. Zach. 14, 9.) — Et quum quae unice eliguntur vel habentur, in pretio esse soleant, emphatice est: *unum prae caeteris*, *hoc unum*, *hoc solum*, Luc. 18, 22 ἔτι ἕν, hoc unum, *hoc solum*, Marc. 10, 21. Luc. 10, 42 ἑνὸς δέ ἐστι χρεία, uno prae caeteris, hoc (videl. quod audiar) opus est, (nisi ἑνός est pro ἑνός τινος, unam vestrum decet hospitalia officia mihi praestare.) Io. 9, 25 ἓν οἶδα, hoc solum scio. Gal. 5, 14. Phil. 3, 14. 2 Petr. 3, 8 ἓν δὲ τοῦτο. (Ps. 27, 4 μίαν [אַחַת] ᾐτησάμην παρὰ κυρίου, ταύτην [אוֹתָהּ] ἐκζητήσω. Cantic. 6, 9.) — Ex hebraismo: — 4) *primus* (ut אֶחָד Gen. 1, 5. Exod. 12, 18. 40, 2. 17. Ezech. 26, 1. 45, 18. Dan. 1, 21.) Matth. 28, 1 εἰς μίαν (ἡμέραν) τῶν σαββάτων, in primum hebdomadis diem. Luc. 24, 1. Marc. 16, 2. Io. 20, 1. 19. Act. 20, 7. 1 Cor. 16, 2. Gal. 4, 24. Apoc. 9, 12. (Ioseph. ant. 1, 1. 1 αὕτη μὲν ἂν εἴη ἡ πρώτη ἡμέρα· Μωϋσῆς δ' αὐτὴν μίαν εἶπε.)

Locutio, de ecclesiae ministris adhibita, eos esse debere μιᾶς γυναικὸς ἄνδρας, 1 Tim. 3, 2. 12. Tit. 1, 6 olim quidem explicabatur ita: „*unius* uxoris (non plurium) maritus," ita ut apostolus vetuisset polygamiam simultaneam. Obstat autem praeter alia praeceptum 1 Tim. 5, 9: viduas esse eligendas ἑνὸς ἀνδρὸς γυναῖκας, quod non eodem modo intelligi potest, quum πολυανδρία iis, quibus scriberet apostolus, prorsus ignota fuisset. Alii igitur μιᾶς γυν. verterunt: *primae* uxoris, ita ut polygamia successiva, s. secundae nuptiae intelligendae sint, quae quidem primis seculis incontinentiae documentum utique habebantur. Vid. *Grotius* ad haec loca. — Denique 5) *distributive* dicitur: a) εἷς — εἷς, *unus, alter; — alter — alter,* Matth. 20, 21. 24, 40. 41. 27, 38. Io. 20, 12. 1 Cor. 4, 6. Gal. 4, 22. אֶחָד וְאֶחָד Lev. 12, 8. 1 Reg. 3, 25. 2 Chron. 3, 17. Sir. 31, 23. Εἷς τὸν ἕνα, i. e. *invicem,* 1 Thess. 5, 11. — b) εἷς — εἷς — εἷς, *unus — alter — tertius, hic — ille — iste,* Matth. 17, 4. Marc. 4, 8. (1 Sam. 10, 3. 13, 17. 18.) — c) εἷς ἕκαστος, *singuli, unusquisque,* Luc. 4, 40. 16, 5. Act. 2, 3. 6. 17, 27. 20, 31. 21, 26. 1 Cor. 12, 18. Eph. 4, 7. Sic hebr. אִישׁ אֶחָד, (LXX ἄνδρα ἕνα) Num. 13, 2. Act. Thom. §. 1. — ἀνὰ εἷς ἕκαστος, Apoc. 21, 21 quaevis singula porta. — d) εἷς — ἕτερος, *unus — alter, hic — ille,* Luc. 7, 41. 16, 13. 17, 34. 36. 18, 10. Act. 23, 6. (3 Esdr. 4, 33 εἷς τὸν ἕτερον.) — Εἷς — ἄλλος Apoc. 17, 10. — e) καθ' ἕνα πάντες, *ad unum omnes,* omnes ac singuli, 1 Cor. 14, 31. coll. Ies. 27, 12. καθ' ἕν, omnia singulatim, Io. 21, 25. — f) εἷς καθ' εἷς, e soloecismo sermonis vulgaris, orto ex proba formula ἓν καθ' ἕν, (vid. Thom. Mag. p. 483. *Winer.* Gramm. p. 38. *Fritzschius* in comment. ad Marc. p. 613 sqq.) pro εἷς καθ' ἕνα, unus post alterum, *singuli,* Marc. 14, 19. Io. 8, 9. ἓν καθ' ἕν, singula, Apoc. 4, 8. — Ὁ δὲ καθ' εἷς (pro καθ' ἕνα) singuli, quisque singulus, Rom. 12, 5. (Ex eodem soloecismo Euseb. hist. eccl. 10, 4 ὁ καθ' εἷς.) — Οἱ καθ' ἕνα ἕκαστος, omnes ac singuli, Eph. 5, 33. Καθ' ἓν ἕκαστον, *singulatim, unum quodque,* Act. 21, 19.

Εἰςάγω, (ex εἰς et ἄγω) LXX pro הֵבִיא, *introduco* in locum, a) de personis: in templum Act. 21, 28. 29. in coenaculum Luc. 14, 21. in urbem Act. 9, 8. castra Act. 21, 37. 22, 24 in textu *Griesb.* aedificia Luc. 22, 54. Io. 18, 16. (2 Reg. 9, 2.) — Hebr. 1, 6 εἰςαγάγειν εἰς τὴν οἰκουμένην, i. e. angelis hominibusque solemniter declarare, qualis sit. (coll. Ioseph. ant. 4, 8. 2 γνώμας εἰςάγειν.) — b) de rebus: *infero, importo,* Act. 7, 45. (Act. Thom. §. 13 τὴν τράπεζαν εἰςήγαγεν.) *.

Εἰςακούω, fut. ούσομαι, aor. 1. pass. εἰςακούσθην, fut. 1. pass. εἰςακουσθήσομαι, — (ex εἰς et ἀκούω) LXX pro שָׁמַע, עָנָה, seq. genitivo, proprie: in aures immitto, auribus percipio; — deinde: *animum adverto* ad ea, quae dicuntur, *attendo;* — de praeceptis et mandatis: *obedio;* 1 Cor. 14, 21 εἰςακούσονταί μου, obedient mihi. vid. Exod. 16, 28. (hebr. שָׁמַר.) Deut. 28, 58. coll. 15, 5. 19, 9. Sir. 3, 6 ὁ εἰςακούων κυρίου, qui domino pie obsequitur. — Nostris scriptoribus proprium est, εἰςακούειν Deo tribuere, ut sit: *preces admittere, precibus annuere,* Ps. 55, 16—19. Ps. 13, 3. et passive dicere de precibus, quae *ratae fiunt,* quas Deus quasi audit; sensus: *adiuvari, eripi;* Luc. 1, 13. Act. 10, 31. Hebr. 5, 7. *.

Εἰςδέχομαι, fut. ξομαι, (ex εἰς et δέχομαι) 1) recipio, excipio, Sap. 19, 16. 2 Marc. 4, 22. — 2) in versione Alexandr. saepius respondet hebr. קִבֵּץ et est *congrego,* Deoque tribuitur, Iudaeos congreganti et reducenti ex exilio, Ezech. 11, 17. 20, 35. 22, 20. Zach. 10, 8. Hos. 8, 10. Hab. 2, 5. Sic 2 Cor. 6, 17 εἰςδέξομαι, i. e. reducam congregatos in terram promissam. (Quem locum scripturarum sacrar. Paulus in mente habuerit, incertum est. Putant Ies. 52, 12. Ier. 31, 9.) *.

Εἴςειμι, inf. εἰςιέναι, imperf. εἰςῄειν, (ex εἰς et εἶμι, eo) *intro, ingredior;* seq. εἰς, Act. 3, 3. 21, 26. Hebr. 9, 6. (Exod. 28, 29. 35. Ioseph. ant. 3, 11. 4.) — seq. πρός, Act. 21, 18. — (1 Sam. 16, 6. 2 Macc. 3, 14.) **.

Εἰςέρχομαι, f. εἰςελεύσομαι, aor. 2. εἰςῆλθον, perf. act. εἰςελήλυθα, (Io. 4, 38. Iac. 5, 4.) LXX pro בּוֹא, (ex εἰς et ἔρχομαι) *intro, ingredior, introeo.* a) proprie, α) de *loco,* sequente εἰς (semel ὧδε, Matth. 22, 12. (1 Chron. 11, 5.) et ἔσω Matth. 26, 58.). Ingredior in urbem Matth. 8, 5. 10, 5. 11. 21, 10., domum Matth. 10, 12 12, 4. 29., concionem populi Act. 19, 30., nubem Luc. 9, 34., sanctuarium Hebr. 6, 19 ἐλπίδα εἰςερχομένην, pro: spem, qua nos ingrediemur. ib. v. 20. c. 9, 12. 24. 25. Ex hebr. dicendi ratione: εἰςέρχ. εἰς τὰ ὦτα i. e. ad aures pervenio, Iac. 5, 4. (2 Sam. 22, 7. 2 Reg. 19, 28. Ies. 5, 9. Ps. 18, 6.) — saepissime. — Δεύτερον εἰςέρχεσθαι, iterum ingredi matricem. Io. 3, 4. — Εἰςέρχ. εἰς τὸ στόμα, ore sumi, de cibis, Matth. 15, 11. Act. 11, 8. (ex hebraismo, Ezech. 4, 14. Dan. 10, 3. coll. Num. 5, 22—27.) — Εἰςέρχ. εἰς τοὺς γάμους, ad epulum nuptiale, Matth. 25, 10. — εἰς ὑμᾶς i. e. coetum vestrum, Act. 20, 29. — Sine εἰς et sine mentione loci, qui intelligendus est, Matth. 9, 25. 22, 11. Marc. 6, 22. 13, 15. Luc. 7, 45. 11, 37. Io. 20, 5. Act. 9, 12. (Gen. 19, 33 sq. Exod. 6, 11. 14, 23. 15, 19. 34, 35.) — Sic etiam Luc. 17, 7 ubi εἰςέρχ. ἐκ τοῦ ἀγροῦ non est *redire* ex agro, sed *ingredi domum* (τὴν οἰκίαν, quod saepissime abest, ut Luc. 11, 37. 15, 28. 24, 29. Act. 10, 27. Gen. 30, 16) *ex agro* reversus. Neque aliter εἰςέρχεσθαι διά, quod dupliciter legitur; primum de camelo per foramen acus intrante videl. stabulum Matth. 19, 24. Luc. 18, 25; Rabbini enim dicunt introducere elephantum *per* (בְּ) *portam* acus, videl. in stabulum; — deinde Matth. 7, 13. Luc. 13, 24 intrare per portam angustam videl. in vitam, in regnum Messiae. cf. Io. 10, 2. εἰςέρχ. διὰ τῆς θύρας, videl. εἰς τὴν αὐλήν, ut legitur vs. 1. (vid. Ier. 17, 25.) — Εἰςέρχεσθαι ὑπὸ τὴν στέγην, *tectum subire,* i. e. domum intrare, Matth. 8, 8. Luc. 7, 6. (Gen. 19, 8. Iob. 37, 8.) — β) de personis: εἰςέρχεσθαι πρός τινα, i. e. εἰς τὴν οἰκίαν τινός, *aliquem adire, ad aliquem venire,* Marc. 6, 25. 15, 43. Luc. 1, 28. Act. 10, 3. 11, 3. 16, 40 (ubi *Griesbach.* πρός pro εἰς). 17, 2. 28, 8. Apoc. 3, 20. (Ruth. 3, 16. 2 Sam. 17, 20. 19, 5. Gen. 6, 20. 7, 9. 15. 19, 3. Exod. 8, 1.) — De daemonibus hominem ingredientibus et dominium exercentibus in eum, Matth. 12, 45. Marc. 9, 25. Luc. 8, 30. 11, 26. 22, 3. Io. 13, 27. — (in porcos ingredi, Marc. 5, 12. 13. Luc. 8, 32. 33.) (coll. Sap. 1, 4. Ioseph. ant. 4, 6. 5 εἰςέρχ. de spiritu divino animum vatis ingrediente.) — Apoc. 11, 11 spiritus Dei vivificans εἰςῆλθεν ἐν αὐτοῖς (text. vulg. ἐπ' αὐτούς, ut εἰςέρχ. seq. ἐπί, Gen. 34, 27. Num. 27, 21. Deut. 30, 1) pro εἰς αὐτούς, (Iud. 4, 22. Ps. 69, 27. Ier. 22, 4. Ezech. 16, 8.) — b) tropice de *statu* et *conditione;* — εἰς πειρασμόν, *incido,* Matth. 26, 41. Marc. 14, 38. Luc. 22, 40. 46. coll. Ies. 47, 5. — Io. 4, 38 εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰςεληλύθατε, iam ingressi estis i. e. successistis in labores aliorum prophetarum, qui in Samaritanis docendis laboraverunt. (Prov. 23, 10 εἰς κτῆμα ὀρφανῶν μὴ εἰςέλθῃς.) — de *cogitatione* animum intrante, i. e. existente et animum occupante, Luc. 9, 46 εἰςῆλθε διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, pro εἰς αὐτούς, intravit, occupavit eorum animos dubitatio. (Prov. 11, 2. Hab. 3, 16 εἰςέρχ. τρόμος εἰς τὰ ὀστᾶ. Ioseph. ant. 14, 14. 4 Ἀντώνιον οἶκτος εἰςέρχεται.) — c) de *loco* et *statu* simul, in locutionibus nostris scriptoribus propriis: α) εἰςέρχεσθαι εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, *in regnum Dei pervenire, eius participem fieri,* Matth. 5, 20. 7, 21. 18, 3. 19, 23. 24. 23, 13 (τοὺς εἰςερχομένους, qui intrare possent, idonei essent). Marc. 9, 47. 10, 23—25. Luc. 11, 52. 18, 17. 24. Io. 3, 5. Act. 14, 22. Rom. 11, 25. coll. Matth. 7, 13. Luc. 13, 24. — β) εἰςέρχ. εἰς τὴν ζωὴν αἰώνιον, *vitae in regno Dei participem fieri,* Matth. 18, 9. 19, 17. Marc. 9, 43. 45. — γ) εἰςέρχ. εἰς τὴν κατάπαυσιν, requiem i. e. felicitatem futuram adipisci. Hebr. 3, 11. 18. 19. 4, 1—11. — εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, in statum felicissimum, Luc. 24, 26. — ε) in nova Hierosolyma, Apoc. 21, 27. 22, 14. — ζ) εἰς τὴν χαρὰν κυρίου, Matth. 25, 23 gaudiorum heri participem fieri. — η) εἰςέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, *oriri, existere, esse incipere,* Rom. 5, 12. (Sap. 2, 24.) 2 Io. v. 7. (Sap. 14, 14. Philo de opif. m. p. 17. Clem. Roman. §. 2. 3 verba θάνατος εἰςῆλθεν εἰς κόσμον, de prima caede a Caino patrata. Antonin. 6, §. 56 εἰςέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, natu in vitam venire.) — intrare mundum, *ad homines advenire,* Hebr. 10, 5 εἰςερχόμενος εἰς τὸν κόσμον videl. Messias, quatenus tanquam λόγος divinus, sive σοφία inde ab antiquissimis temporibus homines et potissimum prophetas docuit. cf. Sap. 10. Io. 1, 4. 5. 10. — θ) εἰςέρχεσθαι καὶ ἐξέρχεσθαι, בּוֹא וְצֵאת, *ingredi et egredi,* Hebraei dicebant pro: *opera sua peragere, negotia,* potissimum publica, *perficere,* vid. Num. 27, 21. 1 Reg. 15, 17. Deut. 31, 2. 1 Sam. 18, 13. 16. 2 Chron. 1, 10. Zach. 8, 10. (unde εἴςοδος καὶ ἔξοδος vitae negotia et commercia Ps. 121, 8. Deut. 28, 6. 1 Sam. 29, 6.). In N. T. bis: Act. 1, 21 de Iesu, negotia

sua his in terris peragente, et Io. 10, 9 de ovi in caula quiete vivente, i. e. homine in regno Dei versante et felicitate gaudente. coll. Act. 9, 28.

Εἰςκαλέομαι, οῦμαι, (ex εἰς et καλέω) *voco ad me, invito* alium, ut domum meam intret, Act. 10, 23. (Hom. Iliad. 24, 193.) *.

Εἴςοδος, ου, ἡ, (ex εἰς et ὁδός) proprie: via, qua ad locum perveniri potest, *aditus*, Iud. 1, 24. Ezech. 47, 15. 1 Macc. 5, 46. Sic 2 Petr. 1, 11 εἴςοδος εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, *aditus* ad regnum Dei. — 2) *introitus*, et quidem ut vel *portam*, per quam introitus patet, significet, 2 Chron. 23, 4 (hebr. סִפִּים *limina*); Prov. 8, 35 (פֶּתַח). Sap. 7, 6. — vel *introeundi potestatem*, s. *actum*; Hebr. 10, 19 εἴςοδος τῶν ἁγίων pro εἰς τὰ ἅγια, spes introeundi sanctuarium coeleste. (Hom. Odyss. 11, 90. Pind. Py. 6, 50.) — Ex adiuncto: *adventus*, Act. 13, 24 πρὸ προσώπου τῆς εἰςόδου αὐτοῦ, ante eius adventum. 1 Thess. 1, 9. 2, 1 εἴςοδος πρὸς ὑμᾶς, adveniendi ad vos ratio honesta et pia. (Mal. 3, 2.) *.

Εἰςπηδάω, ῶ, aor. 1. εἰςεπήδησα, (ex εἰς et πηδάω, salio) *insilio*; — *celeriter ingredior*, Act. 16, 29. — (Act. 14, 14 reiecit *Griesb.* et reposuit ἐξεπήδησαν.) (Amos. 5, 19. Susann. v. 26. Ioseph. ant. 5, 1. 15 οἱ δὲ εἰςεπήδων εἰς τὴν πόλιν.) **.

Εἰςπορεύομαι, (ex εἰς et πορεύομαι) LXX pro בּוֹא, *ingredior, intro, introeo*, a) propr. de loco: οἱ εἰςπορευόμενοι, intrantes, Luc. 8, 16. 11, 33. 19, 30. Act. 8, 3 κατὰ τοὺς οἴκους εἰςπορευόμενος (εἰς οἴκους, i. e. domos singulorum intrans.) — seq. εἰς, Marc. 1, 21. 6, 56. 11, 2. Act. 3, 2. (Gen. 23, 10. 18. Exod. 28, 30.) — εἰς τὸ στόμα, de cibis, Matth. 15, 17. Marc. 7, 15. 18. 19. (vid. *Εἰςέρχομαι*.) — cum ὅπου, οὗ, Marc. 5, 40. Luc. 22, 10. (Sir. 4, 13. coll. Deut. 28, 21. 63.) — de personis: πρός τινα, in alicuius domum, Act. 28, 30. (Gen. 44, 30. Exod. 5, 23. 2 Reg. 4, 10.) — b) tropice de iis, quae animum ingrediuntur, Marc. 4, 19. 7, 19. — c) εἰςπορεύεσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι ἐν Ἱερουσαλήμ, negotia sua peragere, Act. 9, 28. (vid. *Εἰςέρχομαι*, et cf. 2 Reg. 11, 8. 1 Chron. 27, 1. 2 Chron. 15, 5. 23, 7. — εἰςπορ. seq. ἐν vid. Iud. 7, 17. 2 Reg. 9, 31.) *.

Εἰςτρέχω, aor. 2. εἰςέδραμον, (ex εἰς et τρέχω) *introcurro, intro recurro*, Act. 12, 14. (2 Macc. 5, 26. Ioseph. ant. 7, 14. 6.) **.

Εἰςφέρω, aor. 1. εἰςήνεγκα, aor. 2. εἰςήνεγκον, (ex εἰς et φέρω) LXX pro הֵבִיא, 1) *infero*, Luc. 5, 18. 19 καὶ μὴ εὑρόντες ποίας (ὁδοῦ) εἰςενέγκωσιν αὐτὸν (εἰς τὴν οἰκίαν), quum nescirent qua via introferrent aegrotum. — *Εἰςφέρειν* εἰς τὰς ἀκοάς, Act. 17, 20 inferre in aures, i. e. annuntiare, narrare. (Xenoph. mem. 1, 1. 2. Euripid. Dan. 55.) 1 Tim. 6, 7 οὐδὲν εἰςηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον. Hebr. 13, 11 εἰςφέρεται (intellige εἰς τὸ ἅγιον. vid. Levit. 4, 5. 16. 6, 30. 10, 18. 16, 27. Ioseph. ant. 3, 8. 2 εἰςφορὰν εἰςφέρειν.) — 2) *induco*, εἰς τὸν πειρασμόν, Matth. 6, 13. Luc. 11, 4. (Cant. 1, 4 εἰςφέρειν sponsam εἰς τὸ ταμεῖον.) *.

Εἶτα, adverb. 1) temporis et ordinis: *deinde, postea*, Marc. 4, 17. 28. 8, 25. Luc. 8, 12. Io. 13, 5. 19, 27. 20, 27. 1 Cor. 12, 28. 15, 5. 7. 24. 1 Tim. 2, 13. 3, 10. Iac. 1, 15. (Iob. 5, 24. 16, 4. 22, 21. 33, 27. Sap. 17, 16.) — 2) consecutionis, *itaque, ideo, igitur*, Hebr. 12, 9. (Iob. 13, 22. 14, 15.) *.

Εἴωθα, vid. Ἔθω.

Ἐκ, sequente vocali vel diphthongo ἐξ, praepositio genitivum regens, Latinorum *e, ex*, in versione LXX hebr. מִן et מ praefixis maxime respondens. Latini pro ea utuntur vel *ex, de, ab, propter, secundum*, vel ablativo nominis, vel adverbio. Ut ἀπό et ὑπό dicitur etiam ἐκ de ortu ex re, qui latet in genitivo; sed ut ἀπό et ὑπό de remotiore et minus arcta coniunctione, ita ἐκ de intima, arctissima, proxima coniunctione dicitur, qua alterum ex altero proxime prodit, ex eius medio, natura, materia deducitur, quanquam interdum etiam ἐκ usurpatur, ubi coniunctio minus arcta est. — Dicitur autem in N. T. 1) de *loco*, et quidem a) de *motu e loco*: *e, ex*, Matth. 2, 6 ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Act. 11, 9 omisso verbo ἐγένετο (Matth. 2, 6. 17, 5), quod additur Marc. 1, 11. — Porro coniunctum cum verbis, quae motum e loco indicant, ut Ἀναβαίνειν ἐκ Luc. 2, 4. Act. 8, 39. Αἴρειν, Ἐξαίρειν ἐκ, Io. 17, 15. Act. 7, 10. 1 Cor. 5, 10. Ῥύειν ἐκ, Rom. 7, 24. 2 Tim. 4, 17. Φυγεῖν ἐκ, Act. 27, 30. Ἐξέρχεσθαι ἐκ, Act. 7, 3. Marc. 5, 30. Iac. 3, 10. 11. Ἔρχεσθαι ἐκ, Matth. 12, 42. 13, 52. Marc. 7, 31. Io. 6, 23. Καταβαίνειν ἐκ, Io. 6, 31. 32. 33. 38. Matth. 28, 2. Act. 11, 5. Matth. 17, 9. Ἐκπορεύεσθαι ἐκ, Matth. 15, 11. 18. 19. Marc. 7, 20. Ἐκβάλλειν ἐκ, Matth. 7, 5. 12, 35. 13, 52. Marc. 7, 26. Luc. 6, 42. Καλεῖν ἐκ, Matth. 2, 15. Ἀνιστάναι ἐκ, Matth. 17, 9. Ἀναλύειν ἐκ, Luc. 12, 36. Ἐγείρεσθαι ἐκ τοῦ δείπνου, Io. 13, 4. Ῥεῖν ἐκ, Io. 7, 38. Συνάγειν ἐκ, Matth. 24, 31. Παραγίνεσθαι ἐξ ὁδοῦ, advenire ex itinere, Luc. 11, 6. Ἐπιστρέφειν ἐξ ὁδοῦ, e via reducere. Vid. etiam Marc. 11, 8. 14. Luc. 6, 44. 21, 18. Io. 13, 1. 10, 28. Act. 28, 4. Apoc. 5, 7. 15, 8 καπνὸς ἐκ τῆς δόξης, fumus prodiens ex Schechina. — Ex confusione duarum locutionum ἐκ etiam ponitur ita, ut pro ἐν positum videatur; Matth. 24, 17 αἴρειν τὰ ἐκ τῆς οἰκίας, pro αἴρειν ἐκ τῆς οἰκίας τὰ ἐν αὐτῇ, coll. Marc. 13, 15. (Xenoph. cyrop. 7, 2. 5 ἁρπασόμενοι τὰ ἐκ τῶν οἰκιῶν.) Luc. 2, 35 ὅπως ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί, pro ὅπ. ἀποκ. διαλογισμοὶ ἐκπορευόμενοι ἐκ πολλῶν καρδιῶν. Vid. *Viger.* ed. *Herm.* p. 601. *Winer.* Gramm. p. 484. — Cum verbis remotionem e loco innuentibus, Matth. 13, 41 συλλέξουσιν ἐκ. v. 49 ἐκ τοῦ μέσου. Col. 2, 14. coll. Io. 20, 2. 1 Cor. 5, 2. Marc. 16, 3 ἀποκυλίειν ἐκ τῆς θύρας, removere. Io. 20, 1. Act. 3, 23. 12, 7. 11. 24, 7. 2 Thess. 2, 7 ἐκ μέσου γένηται, e medio tollatur. Apoc. 2, 5. (Levit. 17, 4 ἐξολεθρεύειν ἐκ τοῦ λαοῦ. v. 10 ἀπολῶ αὐτὴν ἐκ τοῦ λαοῦ. Levit. 20, 3. 6. 18. 23, 30. Amos. 7, 15.) — Ex hebraismo: reposcere poenam ἔκ τινος, i. e. ἐκ χειρός τινος, ab aliquo, propr. sanguinem repetere ex manu eius; ita κρίνειν ἔκ τινος, Apoc. 18, 20 ἔκρινεν ὁ θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς (τῆς πόλεως) poenam supplicii s. necis vestrae reposcit Deus ex ea, i. e. punit eam propterea quod vos supplicio affixit. c. 19, 2 ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ χειρὸς αὐτῆς. (hebr. דָּרַשׁ מִיַּד, et נָקַם מִן sive מִיַּד. Gen. 9, 5. Num. 31, 2. 1 Sam. 24, 13. 2 Reg. 9, 7. Iud. 16, 28. Ies. 1, 24. Ezech. 3, 20.) — Metaph. de *statu et conditione*, ex qua aliquis educitur, vel quam ipse deserit. Ἐξαγοράζειν ἐκ, Gal. 3, 13. Λυτροῦν ἐκ, 1 Petr. 1, 18. Σώζειν ἐκ, Io. 12, 27. Hebr. 5, 7. Σωτηρία ἐκ, Luc. 1, 71. 74. Τηρεῖν ἐκ, tutum praestare ab, Io. 17, 15. Apoc. 3, 10. Μετανοεῖν ἐκ, (שׁוּב) 1 Io. 3, 14. Apoc. 2, 21. 22. 9, 20. 21. 16, 11. — Act. 1, 25 παραβαίνειν ἐκ τῆς ἀποστολῆς, deserere ἀποστολήν. Rom. 13, 11 ἐγείρεσθαι ἐξ ὕπνου. Io. 5, 24 μεταβαίνειν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. Iac. 5, 20 ἐπιστρέφ. τινὰ ἐκ πλάνης ὁδοῦ. 1 Petr. 2, 9 καλεῖν τινα ἐκ σκότους. 2 Tim. 2, 26 ἀνανήψουσιν ἐκ τῆς παγίδος. 2 Petr. 2, 21 ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς ἐντολῆς, deserere disciplinam christianam. Apoc. 14, 13 ἀναπαύεσθαι ἐκ τῶν κόπων, liberari ab aerumnis. — 1 Cor. 9, 19 ἐλεύθερος ὢν ἐκ πάντων, i. e. nemini obstrictus sum; nisi malis ἐκ πάντων adverbialiter intelligere pro ἐκ παντός, omnino, ab omni parte. — b) *de termino, de quo*, sive *de directione unde*, nostrum *von — her, von — ab*; Marc. 11, 20 ἐκ ῥιζῶν, inde a radice, radicitus. (Iob. 28, 9. 31, 12.) Luc. 5, 3 ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου. Act. 27, 29 ἐκ τῆς πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας. v. 30. Act. 28, 4 κρέμασθαι ἐκ τῆς χειρός, e manu pendere. (Ioseph. ant. 14, 7. 1. Gen. 44, 30. Homer. Iliad. 11, 38. Odyss. 19, 58.) — ἐκ δεξιᾶς s. ἐκ δεξιῶν, *von der rechten Hand aus*, d. i. *zur Rechten, a dextra* stare, sedere, esse, Matth. 20, 21. 23. 22, 44. 25, 33. Luc. 1, 11. Act. 2, 25. 34. 7, 55. 56. (Exod. 14, 22. 29. Ios. 13, 2. Ezech. 21, 16. Ps. 16, 8 ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν.)

2) *de fonte e quo*; et quidem a) de *origine, ortu*; ita ut genitorem, auctorem, causam efficientem indicet; Matth. 3, 9 ἐγεῖραι τέκνα ἐκ τῶν λίθων. 5, 37. Luc. 1, 5. 27. 2, 4. 23, 7 εἶναι ἐκ τῆς ἐξουσίας τινός, ex provincia alicuius esse. Io. 4, 22 ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστί. 10, 16 πρόβατα ἐκ τῆς αὐλῆς. v. 32 ἔργα ἐκ τοῦ πατρός, opera quae Deum habent auctorem. c. 18, 36 βασιλεία οὖσα ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Act. 4, 6. 17, 26. 2 Tim. 2, 8. Hebr. 7, 6 γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, cuius origo ex iis ducitur. — γεννᾶσθαι ἐκ γυναικός, Matth. 1, 3. 5. 6. 16. Gal. 4, 4. 22. 23. — Saepe ἐκ cum substantivo facit periphrasin genitivi originis, ut Luc. 1, 78 ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. Act. 22, 14 φωνὴ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Io. 4, 7 γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρ. — Similiter ὁ sive οἱ ἔκ τινος, ut οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί, christiani e Iudaeis, Act. 10, 45. 11, 2. Gal. 2, 12. Οἱ ἐκ νόμου, ἐκ πίστεως, ἐξ ἐθνῶν, οἱ ἐκ περιτομῆς, Act. 11, 2. 15, 23. Rom. 4, 14. 16. Gal. 3, 7. 9. Tit. 1, 10. 1 Cor. 2, 12 τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ. — Vide praeterea Matth. 1, 18 ἐν γαστρὶ ἔχουσα

Ἐλύμας, α, ὁ, est cognomen cuiusdam Bar — Iesu, qui a populo κατ' ἐξοχὴν *Elymas* appellatus est, quod Lucas interpretatur: ὁ μάγος, *magus*, magicas artes exercens, Act. 13, 8. coll. v. 6. 7. Explicant interpretes Ἐλύμας ex lingua arabica, ubi عَلِيم *(Alimon)*, et sapientem, et magicas artes exercentem significat. Alii deducunt ab hebr. נֶעְלַם *occultus fuit*, quia magi occultam scientiam iactitassent. Suspicor Lucam hoc nomen non recte vel audivisse, vel interpretatum esse. Fortasse appellabatur עֵילָם, Elymaide oriundus, i. e. *Persa* (Ies. 21, 2), fuitque ex ordine magorum, quo factum est, ut Lucas utrumque nomen apponeret, falsoque putaret, posterius esse interpretamentum prioris.

Ἕλω, capio; stirps inusitata, a qua sua tempora format αἱρέομαι, quod vid.

Ἐλωΐ, *Eloi*, chald. אֱלָהִי, hebr. אֵלִי (Ps. 22, 2), quod Matth. 27, 46 pronuntiatur ἠλί, אֵלִי, *mi Deus*. Marc. 15, 34.

Ἐμαυτοῦ, ῆς, (ex ἐμοῦ et αὐτοῦ) *mei ipsius*; pronomen reflexivum primae personae, cuius nonnisi genitivus, dativus et accusativus singularis habetur. Luc. 7, 7. Io. 8, 54. 14, 21. 17, 19. 1 Cor. 4, 3 et passim. Interdum ponitur pro simplici ἐμοῦ, ut Matth. 8, 9. Luc. 7, 8. Io. 12, 32. 14, 3. Philem. v. 13. — Si verbis activis iungitur, saepius est: *sponte* aliquid facio, i. e. ipse, non ab alio coactus; Io. 17, 19 ἁγιάζω ἐμαυτόν, sponse me morti devoveo; 1 Cor. 9, 19 ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, sponte me servum feci; similiter 2 Cor. 11, 7. 9. Gal. 2, 18. — περὶ ἐμαυτοῦ, *de me ipse*, Io. 5, 31. 8, 14. 18. — Ἀπ' ἐμαυτοῦ, *mea sola vi* s. *auctoritate*, Io. 5, 30. 7, 17. 28. 8, 28. 42. 14, 10. coll. Num. 24, 13 מִלִּבִּי, *ex corde meo*. — *sponte*, Io. 10, 18. — ἐξ ἐμαυτοῦ, Io. 10, 18 ex ingenio meo.

Ἐμβαίνω, aor. 2. ἐνέβην, particip. ἐμβάς, (ἐν et βαίνω, gradior) gradior in aliqua re, *ingredior, inscendo*; εἰς πλοῖον, navem conscendo, Matth. 8, 23. 9, 1. 13, 2. 14, 22. 32. 15, 39. Marc. 4, 1. 5, 18. 6, 45. 8, 10. 13. Luc. 5, 3. 8, 22. 37. Io. 6, 17. [22.] 24. (Nah. 3, 14. 1 Macc. 15, 37. Test. XII patr. p. 670.) — Io. 5, 4 ἐμβάς, intellige εἰς τὸ ὕδωρ, ut Ioseph. ant. 5, 1. 3. ibid. 9, 10. 2. *.

Ἐμβάλλω, aor. 2. ἐνέβαλον, (ἐν et βάλλω) *inicio, emicio*. Luc. 12, 5. (Ion. 1, 12. 15. Ier. 22, 7. Gen. 37, 22. Dan. 3, 6. 11, 24.) *.

Ἐμβάπτω, aor. 1. ἐνέβαψα, (ἐν et βάπτω) *intingo, immergo*. Matth. 26, 23. Marc. 14, 20. Io. 13, 26. (Test. XII patr. p. 637.)

Ἐμβατεύω, (ἐν et inusitat. βατεύω, i. q. βαίνω) idem est quod ἐμβαίνω, et vel tertio vel quarto casui iungitur, quum omissa tum addita praepositione εἰς. Est autem proprie: *ingredior, adeo, introgredior*. (Ioseph. ant. 2, 12, 1 ἐμβατεύειν εἰς τὸ ὄρος, montem adire). — Deinde: *irruptionem facio, invado hostiliter*, — εἰς τὴν χώραν, 1 Macc. 12, 25. 13, 20. 14, 31. 15, 40. — Porro: *occupo aliquid, in possessionem rei progredior*; — τὴν γῆν, Ios. 19, 49. 51. hebr. חָלַק distribuit. — Denique tropice de indagantibus: *alte indago, studiose exquiro*. Sic Col. 2, 18 ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, invisibilia, coelestia alte indagans, scientiam intimam eorum iactans. Hoc sensu habetur apud Philon. de plant. Noë, p. 225 ἐπὶ πλέον ἐμβατεύοντες ταῖς ἐπιστήμαις. Idem de opific. p. 16 τοῖς νόμοις ἐμβαθύναντες ἐπὶ πλέον. vid. *Loesneri* obss. e Phil. p. 369. *Raphelii* annott. e Xenoph. p. 271. Hesych. ἐμβατεύσας· ζητήσας. Phavor. ἐμβατεῦσαι· τὰ ἔνδον ἐξερευνῆσαι, ἢ σκοπῆσαι. **.

Ἐμβιβάζω, aor. 1. ἐνεβίβασα, (ἐν et βιβάζω, pedem promoveo, conscendere facio, bespringen) *conscendere facio, incedere facio* (Prov. 4, 11 hebr. הִדְרַכְתִּיךָ incedere fecit, deduxit); Act. 27, 6 ἐνεβίβασεν εἰς τὸ πλοῖον, deduxit in navem. Xenoph. anab. 5, 3. 1 εἰς τὰ πλοῖα τοὺς ἀσθενοῦντας ἐνεβίβασαν.) **.

Ἐμβλέπω, aor. 1. ἐνέβλεψα, (ἐν et βλέπω) 1) oculos dirigo in aliquid, v. c. in locum clausum, *introspicio*, Drac. v. 40. — in locum excelsum, εἰς τὸν οὐρανόν, coelum *versus intueor*, Act. 1, 11. (Ies. 5, 30.) — ἐμβλέπω τινί, in faciem alicuius inspicio; *aliquem intentis oculis intueor, oculos figo in*, Matth. 19, 26. Luc. 20, 17. 22, 61. Marc. 10, 21. 27. 14, 67. Io. 1, 36. 43. — Tropice: *contemplor mente, considero*, Matth. 6, 26. (Ies. 5, 12. 22, 8. 11 נָבַט. Sir. 2, 10. 2 Macc. 12, 45.) — 2) i. q. simplex βλέπω, *conspicio, cerno*, Marc. 8, 25 ἐνέβλεψε, iam res circumiacentes conspiciebat. cf. v. 24. Act. 22, 11 οὐκ ἐνέβλεπον, non cernebat, cernere non poterat. *.

Ἐμβριμάομαι, ῶμαι, aor. 1. med. ἐνεβριμησάμην, (ἐν et βριμάομαι, fremo, stomachor) apud profanos, qui rarius hoc verbo utuntur, est: *indignor, irascor, minor*. Nostris scriptoribus est: 1) ἐμβρ. τινι, irascor alicui, — animo valde commoto ei aliquid dico, interdico; de interdicente: *cohibeo, compesco*, nostrum: ernstlich bedeuten, Matth. 9, 30. Marc. 1, 43. 14, 5. Hesych. ἐμβριμῆσαι· ἐπιτιμῆσαι, κελεῦσαι, προστάξαι μετ' ἐξουσίας, — et ἐμβριμώμενος· μετὰ ἀπειλῆς ἐντελλόμενος. Hoc sensu Symmachus Ies. 17, 13 hebr. גָּעַר בּוֹ vertit: ἐμβριμήσεται αὐτῷ, increpabit illum (LXX ἐπιτιμήσει τῇ θαλάσσῃ). Nah. 1, 4. — 2) ἐμβρ. τῷ πνεύματι, Io. 11, 33. et ἐμβρ. ἐν ἑαυτῷ ibid. v. 38. *animo graviter moveor*, de indignantibus, item de dolentibus: *moerore percellor*. Similiter זָעַף, quod proprie est: indignatus est, deinde ad animi *perturbationem* ex moerore transfertur, Gen. 40, 6 זֹעֲפִים *perplexi*, LXX τεταραγμένοι, cod. Alex. ἐμβρασσόμενοι. Dan. 1, 10 ubi פְּנֵיכֶם זֹעֲפִים, vultus tristis, LXX πρόσωπα σκυθρωπά. **.

Ἐμέω, ῶ, aor. 1. ἤμεσα, *vomo, evomo*. Apoc. 3, 16 ubi sensus: cum fastidio repudio. (e V. T. vid. Ies. 19, 14. Sir. 24, 21 ubi edit. Compl. et Augustana et Basil. ante καὶ ἀναπαύσῃ recte addunt ἔμεσον.)

Ἐμμαίνομαι, (ἐν et μαίνομαι) est ἅπαξ λεγόμενον N. T. Act. 26, 11. et ἐμμαινόμενός τινι, est: *furore abreptus adversus aliquem*. — (Adiectiv. ἐμμανής, furibundus, legitur apud profanos et Sap. 14, 23.)

Ἐμμανουήλ, ὁ, *Immanuel*, (hebr. עִמָּנוּ nobiscum et אֵל Deus, i. e. Deus nobis favet, nos iuvat) nomen appellativum servatoris, Matth. 1, 23 ex Ies. 7, 14. 8, 8 repetitum. *.

Ἐμμαούς, ὁ, *Emmaus*, vicus sexaginta stadiis ab Hierosolymis distans; semel Luc. 24, 13. (Commemoratur Ioseph. de bello Iud. 7, 6. 6 χωρίον, octingentis militibus emeritis traditum, ὃ καλεῖται μὲν Ἀμμαοῦς, ἀπέχει δὲ τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους ἑξήκοντα. Apud eundem Ἐμμαοῦς, οῦντος, commemoratur urbs postea Nicopolis dicta, et XXII milliariis romanis Hierosolymis distans, Ioseph. ant. 13, 1. 3. 14, 11. 2. ibid. 17, 10. 7 et 9. coll. 1 Macc. 3, 40. 57.)

Ἐμμένω, (ἐν et μένω) maneo in aliqua re, s. aliquo loco; — deinde: *constans sum, persevero, sancte observo*. Sic ter: manere in fide, Act. 14, 22. in praeceptis, Gal. 3, 10. coll. Deut. 27, 26 hebr. הֵקִים. — in foedere, Hebr. 8, 9. — (1 Macc. 10, 26. Sir. 2, 10. 11, 20. 28, 6. Ioseph. ant. 8, 10. 3.) *.

Ἐμμόρ, ὁ, *Emmor*, חֲמוֹר, de quo vid. Gen. 33, 19. 34, 1. Ios. 24, 32. Iud. 9, 28. Commemoratur Act. 7, 16.

Ἐμός, ή, όν, *meus, a, um*, (ab ἐμοῦ, mei) pronom. possessivum, quo vario modo utuntur nostri. Indicat enim a) *possessionem*, quod meum est, quod habeo, quod ad me pertinet, Matth. 18, 20. Io. 3, 29. 4, 34. 10, 27. Rom. 10, 1 et passim. — τὸ ἐμόν, mea pecunia, Matth. 25, 27. — mea doctrina, Io. 16, 14. 15. — τὰ ἐμά, *bona mea*, das Meinige, Matth. 20, 15. quae possideo, Luc. 15, 31. — τῇ ἐμῇ χειρί, *manu propria*, 1 Cor. 16, 21. Gal. 6, 11. Col. 4, 18. — ἡ ἐμὴ παρουσία, Phil. 1, 26. — Οὐκ ἔστιν ἐμόν, seq. infinitivo: Latinor. *meum non est*, i. e. non est in potestate mea, non a me pendet, Matth. 20, 23. Marc. 10, 40. (Ioseph. ant. 2, 16, 1 σὸν ἐστιν ἐκπορίζειν.) — b) *auctorem*, quod a me, auctore, venit, quod efficio, perago, Marc. 8, 38. Luc. 9, 26. Io. 6, 38. 7, 16. 8, 16. 31. 43. 14, 24. 27. 15, 11. 3 Io. vs. 4. Rom. 3, 7. 1 Cor. 9, 2. Gal. 1, 13. Phil. 3, 9 ἐμὴν δικαιοσύνην, a me effectam. — c) *obiectum* -

de quo, et quidem α) quod mihi scriptum, destinatum est, mihi evenit; καιρὸς ὁ ἐμός, mortis tempus mihi scriptum, Io. 7, 6. 8. ἡμέρα, Io. 8, 56. ἀνάλυσις, 2 Tim. 4, 6. — β) quod de me fit; ἡ ἐμὴ ἀνάμνησις, recordatio mei, Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24. 25. ἀγάπη ἡ ἐμή, Io. 15, 9 *amor mei*. (Ioseph. ant. 1, 3. 8 ἐξύβριζον εἰς τὴν ἐμὴν εὐσέβειαν.)

Ἐμπαιγμονή, ῆς, ἡ, (ab ἐμπαίζω) *ludibrium, illusio*. Semel 2 Petr. 3, 3 ubi ἐν ἐμπαιγμονῇ, *ludificaturi*, post ἐλεύσονται recepit *Griesb*. Praeterea vero hoc vocab. nec in V. T. nec apud profanos habetur.

Ἐμπαιγμός, οῦ, ὁ, (ab ἐμπαίζω) *ludibrium*. (Non nisi apud seriores scriptores legitur, vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 241.) Hebr. 11, 36. (Ezech. 22, 4. Sap. 12, 25. Sir. 27, 28.) *.

Ἐμπαίζω, fut. ἐμπαίξω (Marc. 10, 34) (profani ἐμπαίξομαι s. ἐμπαιξοῦμαι), aor. 1. ἐνέπαιξα (antiquiores Graeci ἐνέπαισα), aor. 1. pass. ἐνεπαίχθην (Matth. 2, 16 a forma perf. pass. πέπαιγμαι; profani ἐνεπαίσθην a forma perf. πέπαισμαι), fut. 1. pass. ἐμπαιχθήσομαι (Luc. 18, 32); de quibus formis seriorum scriptorum vid. *Lobeck*. ad Phrynich. p. 240 sq. — (ἐν et παίζω) 1) *illudo, ludibrio habeo, derideo aliquem*, seq. dativo personae, Matth. 20, 19. 27, 29. 31. 41. Marc. 10, 34. 15, 20. 31. Luc. 14, 29. 18, 32. 22, 63. 23, 11. 36. (Exod. 10, 2. 1 Chron. 10, 4. 2 Chron. 36, 16. Iud. 16, 25.) — 2) *fallo, decipio* aliquem, Matth. 2, 16. (Ier. 10, 15. Bar. 3, 17 et apud profanos.) *.

Ἐμπαίκτης, ου, ὁ, (ab ἐμπαίζω) 1) derisor, qui puerorum instar ludificatur, Ies. 3, 4. — 2) qui *decipit, fallit, deceptor, impostor*; qui se Messiam, certe prophetam, esse mentitur, 2 Petr. 3, 3. Iud. v. 18. vid. Matth. 24, 24 sqq. *.

Ἐμπεριπατέω, ῶ, f. ήσω, (ἐν et περιπατέω) *inambulo, circumeo*, Iob. 1, 7. 2, 2. Sap. 19, 21. — De Deo habitante inter homines, 2 Cor. 6, 16. coll. Levit. 26, 12. Deut. 23, 14. de qua locutione vid. Ἐνοικέω. *.

Ἐμπιπλάω, sive ἐμπίπλημι, aor. 1. ἐνέπλησα, particip. perf. pass. ἐμπεπλησμένος (Luc. 6, 25), aor. 1. pass. ἐνεπλήσθην, (ἐν et πλήθω) *impleo, repleo*, (Gen. 42, 25. Ies. 27, 6. Prov. 24, 4. Eccles. 1, 7. — de hade Prov. 27, 20. Hab. 2, 5.) — *cibo impleo, satio*, Io. 6, 12 ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν, videl. τροφῆς. (LXX hebr. שָׂבַע Ioel. 2, 26. Levit. 26, 26. 3 Esdr. 3, 3.) — *impleo*, i. e. *abunde largior*, Act. 14, 17 ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ὑμῶν. Luc. 1, 53 πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. (Ier. 31, 14. Sir. 16, 29. Ps. 107, 9.) — Luc. 6, 25 οἱ ἐμπεπλησμένοι, *saturati*, videl. ἀγαθῶν. (Ps. 103, 5 τὸν ἐμπιπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου. Eccles. 4, 8 ὀφθαλμὸς αὐτοῦ οὐκ ἐμπίπλαται πλούτου.) — Ἐμπλησθῆναί τινος, satiare desiderium alicuius, abunde frui, Rom. 15, 24 ἐὰν ὑμῶν ἐμπλησθῶ, ubi desiderium vos videndi satiavero, nostrum: einen recht geniessen. (Susann. 32 ὅπως ἐμπλησθῶσι τοῦ κάλλους αὐτῆς, ut satiarent libidinem contemplando mulieris pulchritudinem. Psalt. Salom. 4, 15 οὐκ ἐμπίπλαται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν πᾶσι τούτοις.) *.

Ἐμπίπρημι, aor. 1. ἐνέπρησα, (ἐν et πίπρημι, i. q. πρήθω, incendo) *incendo, igne destruo*; semel, Matth. 22, 7. (Homer. Iliad. 24, 374. Iud. 1, 8. Deut. 13, 16. Neh. 1, 3.)

Ἐμπίπτω, fut. πεσοῦμαι, aor. 2. ἐνέπεσον, (ἐν et πίπτω) *incido*; in puteum, Luc. 14, 5. (Exod. 21, 33. Ps. 7, 16.) — tropice: *incido* in aliquid, nostrum: gerathen; εἰς λῃστάς, Luc. 10, 36. (Sir. 3, 25. 2 Macc. 12, 24.) — *incurro, subeo* aliquid, εἰς κρίμα, 1 Tim. 3, 6. ὀνειδισμόν, ib. v. 7. πειρασμόν, 6, 9. (Prov. 12, 13. 17, 20. 1 Macc. 6, 8.) — Ἐμπίπτειν εἰς χεῖράς τινος, subire potestatem alicuius, de Deo: poenas Dei subire, Hebr. 10, 31. (Iudic. 15, 18. 2 Sam. 24, 14. 1 Chron. 21, 13. Sir. 38, 15.) *.

Ἐμπλέκω, aor. 2. pass. ἐνεπλάκην, (ἐν et πλέκω, plico) implico, irretio; passivum tropice: *implicor in aliquid, irretior aliqua re*, nostrum: verwickelt, verstrickt werden; ita 2 Tim. 2, 4. — *teneor aliqua re*, in qua totus sum, 2 Petr. 2, 20. — coll. e V. T. Prov. 28, 18 ubi est: implicari pedibus et labi, hebr. נִפַּל, et 2 Macc. 15, 17 implicari hostibus, i. e. manum conserere. **.

Ἐμπλοκή, ῆς, ἡ, (ab ἐμπλέκω) *implicatio, nodus, torques*. — Ἐμπλοκαὶ τριχῶν, 1 Petr. 3, 3 implicationes capillorum, crines in nodum collecti, hebr. מִקְשֶׁה. De Hebraeorum artificiosa crinium compositione vid. Iud. 16, 13. 2 Reg. 9, 30. Iudith. 10, 3. coll. 1 Tim. 2, 9. Ps. 23, 5. Prov. 21, 17. *.

Ἐμπνέω, ῶ, (ἐν et πνέω) 1) inspiro, indo spiritum i. q. ἐμφυσιόω, Sap. 15, 11. — 2) *spiro*, propr. spiritum, vitam habeo; ἐμπνέον, quod vivit, LXX נֶפֶשׁ et נְשָׁמָה, Ios. 10, 28 sqq. Deut. 20, 16. coll. 2 Macc. 7, 5. 14, 45. — tropice: *spiro* aliquid i. e. impetuosa vehementia efficere studeo. Sic Act. 9, 1 *spirans minas et caedes*. (Theocr. Idyll. 22, 82 φόνον πνέοντες. Eurip. Bacch. v. 620 θυμὸν ἐκπνέων. Philo de vita Mos. p. 607 πνέουσι μεγάλα. Cic. Catil. 2, 1. 1 *scelus anhelantem*. Plura dederunt *Loesnerus, Kypkius* et alii ad h. l.) Similiter Hebraei יָפִחַ, spirans violentiam, Ps. 27, 12. coll. Gen. 27, 42. *.

Ἐμπορεύομαι, fut. εύσομαι, (ab ἔμπορος, quod vid.) verb. depon. med. 1) mercaturae exercendae causa mare traiicio, itinera facio mercaturae gratia; semota notione mercaturae: circumeo, peragro (mercatoris instar), ut Gen. 34, 10. 21. 42, 34. Ier. 14, 18 ubi in hebr. סָחַר, quod a) circumeo; — b) vendo. — 2) *mercaturam exerceo, negotior*, Iac. 4, 13. (Ezech. 27, 13.) — Ἐμπορεύεσθαι, accusativo iunctum, est: *quaestum ex aliqua re facio*; et ita 2 Petr. 2, 3 ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, quaestum e vobis quaerent; Ioseph. ant. 4, 6. 8 puellae οὐκ ἐμπορευσόμεναι τὴν ὥραν τοῦ σώματος. vid. *Kypkii* obss. ad h. l. qui exempla e Iosepho, Philone et aliis collegit; esse vero etiam potest: emere, acquirere, quod h. l. est: suos facere, seducere ad suos mores. (Prov. 3, 14 σοφίαν ἐμπορεύεσθαι, sapientiam sibi acquirere. Philo de vit. contempl. in fine: φιλοσοφίαν ἐμπορευσόμεναι. coll. Sir. 51, 25.) *.

Ἐμπορία, ας, ἡ, (ab ἔμπορος) propr. iter per mare mercaturae causa; (de mercibus navi advectis, Ioseph. ant. 8, 7. 2.) — *mercatura, negotiatio*, Matth. 22, 5. (Ezech. 27, 15. 28, 5. Deut. 33, 19. Ies. 45, 14.) *.

Ἐμπόριον, ου, τό, locus, ubi mercatura exercetur, *forum nundinarium, emporium*; Io. 2, 16 οἶκον ἐμπορίου, i. e. ἐμπόριον. coll. Ezech. 27, 3. Ies. 23, 17. *.

Ἔμπορος, ου, ὁ, (ἐν et πόρος, transitus) 1) qui navi aliena vehitur (Hom. Odyss. 2, 319), — 2) *qui navi vehitur mercaturae causa, mercator*, Apoc. 18, 3. 11. 15. 23. (Gen. 23, 16. Ezech. 27, 12. 15. Ioseph. ant. 2, 3. 3.) — Matth. 13, 45 ἄνθρωπος ἔμπορος, homo sive vir mercator, i. e. mercator. (Ἄνθρωπος ad imitationem hebr. אִישׁ, ut ἄνθρωπος γεωργός, Gen. 9, 20. ἄνθρωπος ἀδελφός, Gen. 9, 5. Ἄνθρ. Μωϋσῆς, Num. 12, 3. 1 Reg. 11, 28. ἄνθρωπος ἄνθρωπος, homo vir, sive mas, Num. 30, 3. Levit. 20, 20 ubi opponitur mulieri. Vid. etiam Ezech. 36, 38.) *.

Ἐμπρήθω, f. ήσω, vid. Ἐμπίπρημι.

Ἔμπροσθεν, (ἐν et πρόσθεν, ante, propr. ἐν τῷ πρόσθεν) LXX maxime pro לִפְנֵי, 1) adv. *ante, prae*, — προδραμὼν ἔμπροσθεν, *praecurrens*, Luc. 19, 4. πορεύεσθαι ἔμπροσθεν, *praeire*, Luc. 19, 4. 28. (Gen. 32, 16. 33, 3. Act. Thom. §. 6 χορεύειν ἔμπροσθέν τινος. Ioseph. ant. 7, 8. 5 προέπεμψε δὲ ἔμπροσθεν ὁ βασιλεύς.) — τὰ ἔμπροσθεν (ὄντα) quae proiacent, meta proposita, Phil. 3, 14. (Ies. 41, 26 praeterita). — *in fronte, in parte anteriore*, Apoc. 4, 6 ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. (2 Chron. 13, 14. Ezech. 2, 10. Test. XII patr. p. 591). — 2) loco praepositionis est, cui genitivus iungitur, et significat: *ante*, — a) de loco: *coram, in conspectu*, Matth. 5, 16. 6, 1. 17, 2. Marc. 9, 2. Luc. 5, 19. 19, 27. Io. 12, 37. Gal. 2, 14. (לִפְנֵי Gen. 45, 5. Act. Thom. §. 7 οἱ ἔμπροσθεν αὐτῆς ὑπηρετοῦντες.) — εἶναι ἔμπ. τινος, se sistere coram aliquo, Luc. 14, 2. — confiteri ἔμπροσθ. τινος, Matth. 10, 32 sq. 26, 70. Luc. 12, 8. — ad tribunal iudicis, Matth. 25, 32. 27, 11. Luc. 21, 36. Act. 18, 17. 2 Cor. 5, 10. 1 Thess. 2, 19. — *ad*, sive ante, Matth. 5, 24. — πίπτειν ἔμπροσθεν ποδῶν, ad pedes procumbere, Apoc. 19, 10. 22, 8. — genua flectere ἔμπρ. τινος, Matth. 27, 29. βάλλειν ἔμπρ. τινος, alicui proiicere, Matth. 7, 6. — de ordine: *ante, prae*, vor einem her, Matth. 6, 2. 11, 10. Luc. 7, 27. Io. 3, 28. 10, 4. (Gen. 24, 7. 32, 4.) — κλείειν et ἀνοίγειν ἔμπρ. τινος, praecludere viam alicui, operire alicui, Matth. 23, 14. (Ier. 4, 1.) — ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ i. q. ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, Deo sciente, annuente, 1 Thess. 1, 3. 3, 9. 13. 2, 19. — γένηται εὐδοκία ἔμπροσθέν σου, Matth. 11, 26.

Luc. 10, 21. sive ἔστι θέλημα ἔμπροσθέν σου, Matth. 18, 14. i. e. fiat ex tuo decreto, *placeat tibi*. cf. Ἐνώπιον. — b) de tempore: *ante*, Io. 1, 15 ὁ ἔμπροσθέν μου γέγονε, qui ante me, me anterior fuit s. extitit. ib. v. 27 in textu vulg. et v. 30. (Iud. 3, 2 οἱ ἔμπροσθεν αὐτῶν, antiquiores, maiores. 1 Reg. 16, 30. Eccl. 1, 16. 3 Esdr. 1, 5. — Hinc ἔμπροσθεν, adverbialiter: olim, i. q. τὸ πρότερον, Iud. 1, 10. 11, 23. 2 Chron. 9, 11.) *.

Ἐμπτύω, fut. ύσω, aor. 1. ἐνέπτυσα, fut. 1. pass. ἐμπτυσθήσομαι, (ἐν et πτύω) *inspuo, conspuo*; — εἰς τὸ πρόσωπόν τινος, in faciem inspuo, Matth. 26, 67. (Num. 12, 14. Deut. 25, 9. Plutarch. apophth. T. VIII. p. 123 ἐνέπτυσε τῷ Φωκίωνι εἰς τὸ πρόσωπον. — Test. XII patr. p. 635.) — ἐμπτ. τινί, inspuo in aliquem, Marc. 10, 34. 14, 65. 15, 19. (Galen. de Theriac. 1, 8 ἐμπτύει τοῖς σώμασι τὸν ἰόν.) — etiam εἴς τινα, Matth. 27, 30. — Passivum: *sputo contaminor*, Luc. 18, 32. **.

Ἐμφανής, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ab ἐμφαίνω, ostendo) 1) manifestus, conspicuus oculis, — *videndus*, Act. 10, 40 ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι, videndum se fecit. Dicitur hic de eo, qui proprie conspici non potest, sed conspiciendum se praebet, ut Sap. 6, 22. 7, 21. 14, 17. — 2) *notus*, manifestus intellectui, Rom. 10, 20 ἐμφανὴς ἐγενόμην, innotui, cognitus sum qualis sim. vid. Exod. 2, 14 ubi hebr. נוֹדַע. Ies. 65, 1 נִדְרַשׁ. *.

Ἐμφανίζω, f. ίσω, aor. 1. ἐνεφάνισα, aor. 1. pass. ἐνεφανίσθην, (ab ἐμφαίνω, ostendo) 1) conspiciendum facio, efficio ut oculis videatur aliquid; Passiv. ἐμφανίζομαι, *compareo, appareo*, Matth. 27, 53. — Ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ θεοῦ, comparere coram Deo, in templo, in sanctuario coelesti, Hebr. 9, 24. coll. 1 Chron. 13, 6. 2 Reg. 13, 4. Ps. 42, 3. 95, 2. 100, 2. — 2) *declaro*, et quidem: a) facio, ut alter intelligere aliquid possit, Hebr. 11, 14. coll. 1 Macc. 4, 20. — b) declaro accurate, notum facio disertis verbis, Act. 23, 15. 22. 24, 1. 25, 2. 15. Esth. 2, 22. (hebr. אָמַר). Ioseph ant. 8, 4. 2. Iungitur dativo personae; semel (Act. 23, 22) cum πρός. — Ἐμφανίζειν ἑαυτόν τινι, Io. 14, 21. 22 se alicui totum conspiciendum praebere, factis (vs. 23) et verbis (v. 26) ei dare intimam sui cognitionem. Similiter Exod. 33, 13 (הוֹדִיעֵ). Sap. 1, 2. Ioseph. ant. 1, 13, 1 ὁ θεὸς ἐμφανισθεὶς αὐτῷ. ib. 2, 16. 1. *.

Ἔμφοβος, ον, (ἐν et φόβος) ὁ ἐν φόβῳ ὤν, *perterritus, expavefactus*. Luc. 24, 5. 37. Act. 10, 4. 22, 9. 24, 25. 11, 13. coll. 1 Macc. 13, 2.

Ἐμφυσάω, ῶ, aor. 1. ἐνεφύσησα, (ἐν et φυσάω, fluo, quod a φύσα, follis, vesica) *inflo, afflo, exhalo*, (Sir. 43, 4. de ira Ezech. 21, 31. 22, 21. Iob. 4, 21.) — inspiro spiritum vitalem (1 Reg. 17, 21. Gen. 2, 7. Ezech. 37, 9. Sap. 15, 11), — semel Io. 20, 22 ubi τὸ afflare est imago communicationis spiritus sancti, ratione habita primae significationis vocabulor. רוּחַ et πνεῦμα, *flatus, spiramen*.

Ἔμφυτος, ον, (ab ἐμφῦναι, inserere, ingignere) apud profanos: natura insitus, innatus, naturalis (Sap. 12, 10 κακία ἔμφυτος), et ex adiuncto: indelebilis, non exstirpandus (Ioseph. de bell. 1, 4. 3). Nunquam apud profanos, ni fallor, de eo legitur, quod ab alio quodam menti inditur, ut doctrina discipulo a magistro. Hoc vero sensu, ut sit *insiticius, insitus ab alio, menti inditus*, legitur semel in N. T. Iac. 1, 21 ubi ἔμφυτος λόγος est doctrina, seminis instar (familiaris enim nostris est doctrinae cum semine comparatio), in mentes Christianorum sparsa. (Barnab. epist. c. 9 donum intelligendi mysticum sensum V. T. a deo concessum dicitur ἡ ἔμφυτος δωρεὰ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ. Ignat. ad Ephes. §. 17 ἔμφυτον τὸ περὶ θεοῦ παρὰ τοῦ Χριστοῦ λαβόντες κριτήριον.) Alii λόγον Iacob. l. l. de ratione hominibus insita explicant; at nec λόγος unquam apud nostros est *ratio*, nec additum δέχεσθαι, quod de innato dici non potest, illam explicationem patitur.

Ἐν, praepositio, quam sequitur dativus, hebr. בְּ, Latinor. et nostrum *in*. Eius vis est, ut indicet coniunctionem arctiorem, i. e. vel propinquitatem, vel societatem et comitatum, vel cinctum aut circumdatum esse aliquid ab aliquo. Vid. omnino, praeter Grammaticos, *Viger*. edit. *Hermann*. p. 603 sq. et ad eundem Hermann. p. 858. — Indicat autem in N. T.

1) coniunctionem, quae refertur ad *locum, ubi*; et quidem a) ad locum proprio sensu, ubi est α) *in*, nostrum *in, auf*, Matth. 1, 18 εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα. v. 20. c. 2, 1 γεννηθεὶς ἐν Βηθλεέμ. v. 4. 5. 18. 19. c. 4, 16 καθήμενος ἐν σκότει. c. 6, 14 ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, qui in abscondito cernit. c. 9, 31. 35. 24, 15. Marc. 1, 6. 10, 37 ἐν τῇ δόξῃ σου, in regno tuo. Luc. 3, 17. 21, 23. Io. 1, 5. 10. 6, 59. Rom. 1, 8. 8, 34. 10, 9 πιστεύειν ἐν καρδίᾳ. 2 Cor. 12, 2 ἐν σώματι, versatus in corpore suo. — ἐν τῷ ὄρει, in monte, Io. 4, 20. 21. Hebr. 8, 5. 4, 5 καὶ ἐν τούτῳ πάλιν, in eodem libro iterum dicitur. — Apoc. 1, 3. 9. 13. 3, 21 καθίσαι ἐν θρόνῳ, throno insidere. c. 11, 12 ἐν τῇ νεφέλῃ, i. e. nube tecti, nube circumvoluti. — Saepissime. — β) *iuxta, prope, ad*, Luc. 13, 4 ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωάμ, turris ad fontem Siloam. (De munimentis circa fontem illum vid. Ioseph. de bell. Iud. 5, 4. 1.) Io. 8, 20 ἐν τῷ γαζοφ. ἐν τῷ ἱερῷ, i. e. iuxta gazophylacium prope templum. c. 10, 23 ἐν τῷ ἱερῷ, iuxta templum. — καθίζειν ἐν δεξιᾷ, ad dextram sedere, Hebr. 1, 3. 8, 1. 10, 12. — Saepius. (Xenoph. hell. 7, 5. 18. 1 Sam. 15, 4.) — b) ad *id quod loci instar est*, ut α) ad multitudinem, ubi est: *inter*, Matth. 2, 6 ἐλαχίστη ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. c. 11, 11. Marc. 5, 30 ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, conversus in turba, qua cinctus erat. Marc. 8, 38 ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, inter homines huius aevi. Marc. 9, 50 εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις, nostrum: *unter einander*; item Io. 13, 35. Rom. 1, 12. 15, 5. — Luc. 1, 25. 7, 16 ἐν ἡμῖν, inter nos. Io. 1, 14. Act. 2, 29. 4, 34. 20, 12. Rom. 1, 6 ἐν οἷς, i. e. e quorum numero. 11, 17 ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, insertus es inter ramos. 1 Cor. 3, 18. Col. 1, 23. Iac. 4, 1. 5, 13. 14. 19. Saepius. (LXX pro בְּתוֹךְ Gen. 23, 6. Levit. 16, 29. 26, 12. coll. Deut. 10, 9. Tob. 3, 4. 13, 5. Sap. 5, 5. Sir. 7, 17. 20, 18.) — β) ad personas, quae quasi loci instar sunt: *coram, apud, vor, bey*; Matth. 21, 42 ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, vor euern Augen, ex hebraismo: ex vestro iudicio. Vid. Ὀφθαλμός. Luc. 4, 21 ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, vor euern Ohren, ex hebraismo: vobis audientibus. (Deut. 5, 1.) Act. 25, 6. 1 Cor. 2, 6 σοφίαν λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, coram perfectis. 2 Cor. 4, 3 ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, in (bey) hominibus interitui devotis. 2 Thess. 1, 10. — de mente: *in se, apud se, bey sich*. Matth. 3, 9 λέγειν ἐν ἑαυτοῖς. Marc. 5, 30 γνοὺς ἐν ἑαυτῷ. Io. 11, 10. Act. 12, 11 γενόμενος ἐν ἑαυτῷ. vid. Γίνομαι. 1 Cor. 11, 3 ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε, ipsi iudicetis, urtheilt bei euch selbst. — de *iudicio*, ut nostrum *bey* et *vor, iudice*, Luc. 16, 15 τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλόν. 1 Cor. 14, 11 ὁ λαλῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος, meo iudicio barbarus videbitur. 2 Cor. 2, 10 ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, iudice Christo. Eph. 2, 21 ἅγιον ἐν κυρίῳ, iudice domino. 1 Io. 2, 8 ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ὑμῖν, verum eius et vestro iudicio. — de persona, tanquam *principio*, in quo aliquid est repositum, *in*; Io. 1, 4 ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. Io. 9, 30 ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστι, ὅτι, in eo est mirandum, mirandi causa, quod. Act. 17, 28 ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, i. e. Deus est principium vitae nostrae. Eph. 2, 15 ἐν ἑαυτῷ, in se, tanquam ecclesiae principio. ib. v. 21 ἐν ᾧ, in quo. ib. v. 23. 1 Io. 5, 4. — γ) de coniunctione, quae refertur ad rem vel personam, *in qua* aliquid fit, quae, ut loquuntur, est subiectum, Latinor. *in*, nostrum *in, an*; sic ποιεῖν ἔν τινι, an einem thun, facere alicui aliquid, agere cum alio, eum tractare, Matth. 27, 12. Luc. 23, 31. (Gen. 40, 14. Dan. 11, 7.) — Matth. 23, 30 κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι, socii eorum in sanguine profundendo. coll. Gal. 6, 6. Apoc. 1, 9. — Luc. 22, 37 τελεσθῆναι ἐν ἐμοί, an mir. Io. 14, 30 ἐν ἐμοὶ ἔχει οὐδέν. 19, 4 εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν. Act. 4, 12 δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ubi ἐν indicat subiectum cui datum est, i. q. τοῖς ἀνθρώποις. (Sir. 47, 10 ἔδωκεν ἐν ἑορταῖς εὐπρέπειαν. Esdr. 7, 10 ἔδωκεν ἐν καρδίᾳ.) — Act. 8, 21 οὐκ ἔστι σοι κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, nunquam horum fies particeps. Rom. 1, 9 ἐν τῷ εὐαγγ. in evangelio tradendo. 2, 20 ἐν τῷ νόμῳ, an dem Gesetze, vid. Μόρφωσις. 8, 4 ἐν ἡμῖν. Vid. Πληρόω. 1 Cor. 4, 6 μάθετε ἐν ἡμῖν, discite meo exemplo. 9, 15 ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί. (Eccles. 2, 22.) 1 Cor. 9, 18 ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, in evangelio tradendo. 15, 41 διαφέρει ἐν δόξῃ. Gal. 6, 6 ἐν πᾶσι ἀγαθοῖς. Phil. 1, 30 οἷον ἴδετε ἐν ἐμοί, quem meo exemplo experimini. 1 Thess. 5, 12 τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, in vobis docendis laborantes. Tit. 1, 13 ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει (coll. 2, 2). Tit. 2, 10. Hebr. 4, 11. (Sap. 4, 15 ὅτι χάρις ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ.) — Hinc εἶναι ἔν τινι, *alicui rei studere*, in ea assidue versari, 1 Tim. 4, 15. (Aelian. V. H. 9, 4 Πολυκράτης ἐν Μούσαις ἦν. Herodot. 2, 82 οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι.) — ἐν τούτῳ, *in eo, daran, darin*, Matth. 22, 40. vid Κρεμάω. Luc. 10, 20. Io. 4, 37 ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν

ἀληθινός, in ea enim re veritas dicti illius cernitur. 13, 35. 16, 30. 1 Io. 2, 3. 5. 3, 10. 16. 4, 9. — ἐν ᾧ, *ea ipsa in re, qua in re;* Rom. 2, 1. 6, 2. Hebr. 6, 17. Caeterum vid. suo loco Πιστεύειν ἔν τινι. Ὁμολογεῖν, Ὠφελεῖν, Περισσεύειν, Θαυμάζειν, Εὐφραίνειν, Καυχᾶσθαι, Παραδιδόναι ἔν τινι, Χαίρειν ἔν τινι. — Refertur

2) ad coniunctionem, quae fit per *tempus*, ubi dicitur a) de *tempore, quo* aliquid fit, nostrum *zu, in, während*, Matth. 2, 1 ἐν ἡμέραις Ἡρώδου. 3, 1. 8, 13. 12, 1. Marc. 13, 24. 14, 2. Io. 1, 1. 5, 7 ἐν ᾧ (χρόνῳ), dum. Apoc. 9, 6. — Saepius. — Ἐν seq. infinitivo cum articulo: *quum, dum, während, indem;* Matth. 13, 4 ἐν τῷ σπείρειν αὐτόν, dum sereret, inter serendum. Luc. 9, 36 ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνήν, dum vox audiretur. 24, 51 ἐν τῷ εὐλογεῖν, simulac benedixisset. Vid. etiam Luc. 1, 8. 2, 6. 5, 1. 11, 37. 14, 1. 19, 15. Act. 3, 26 ἐν τῷ ἀποστρέφ. ὑμᾶς, ubi redieritis ad meliorem frugem. Hebr. 2, 8. 3, 15 ἐν τῷ λέγεσθαι, dum adhuc dicit, dum adhuc valet decretum. Respicit enim ad praecedens μέχρι τέλους usque ad quem finem valet dictum: σήμερον etc. ibid. 8, 13. (Esth. 5, 2 ἐν δὲ τῷ διαλέγεσθαι αὐτήν. Ezech. 10, 16. 17. Ps. 51, 1. 102, 22. Sir. 4, 31. — LXX pro מִדֵּי, *ex quo*, 1 Sam. 1, 7. 2 Chron. 12, 11. pro בְּעֵת 2 Chron. 20, 22. 29, 27. et לְעֵת 1 Chron. 20, 1.) — Cum substantivo terminum temporis praefiniente, 1 Cor. 15, 52 ἐν τῇ ἐσχ. σάλπ. ubi ultima tuba sonuerit. (Iob. 39, 25 בְּדֵי שֹׁפָר) 1 Io. 2, 28 ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ubi advenerit. Apoc. 15, 1 ἐν αὐταῖς (πληγαῖς) ubi finitae fuerint plagae. — b) de tempore, dum est; nostrum *am, während;* Matth. 12, 2 ἐν σαββάτῳ, sabbati tempore, dum est sabb. Io. 2, 23. 7, 11. 21, 20. Act. 8, 33 ἐν τῇ ταπ. in mediis calamitatibus. 17, 31 ἐν ᾗ (ἡμέρᾳ), quo tempore. Apoc. 1, 10. — *intra;* ἐν τρισὶν ἡμέραις, intra triduum, Matth. 27, 40. Marc. 15, 29. Io. 2, 19. 20. (Act. Thom. §. 56 ἐγείρεται διὰ τριῶν ἡμέρων.) [Apoc. 18, 10.] (coll. 3 Esdr. 9, 4 ὅσοι ἂν μὴ ἀπαντήσωσιν ἐν δυσὶν ἢ τρισὶν ἡμέραις, text. hebr. Esdr. 10, 8 לְ, LXX εἰς. Dan. 11, 20. Ies. 16, 14 et hebr. בְּ Exod. 2, 23. — Aelian. V. H. 1, 6.) — Refertur

3) ad eam coniunctionem, quae est in *comitatu, societate,* ubi a) convenit cum σύν vel μετά, quo sensu plerumque legitur cum verbis veniendi, eundi et similibus, ut proprie sit: *in medio aliquorum*, i. e. *cum iis, in comitatu eorum,* et maxime, quanquam non semper, dicatur de pluribus; Luc. 14, 31 ἐν δέκα, cum decem millibus obviam ire. (Num. 20, 20 ἐξῆλθον εἰς συνάντησιν αὐτῷ ἐν ὄχλῳ βαρεῖ. 1 Macc. 1, 17. 7, 28 ἥξω ἐν ἀνδράσιν ὀλίγοις.) Act. 7, 14 ἐν ψυχαῖς, in comitatu. (Deut. 10, 22 בְּשִׁבְעִים LXX ἐν. — *Winerus* Act. 7, 14 ἐν explicat: bestehend in 70 Seelen. Vid. Gramm. p. 372. *Fritzschius* in comm. in Marc. p. 604 vertit: in siebzig Leuten (*per* septuaginta homines) wanderten deine Väter nach Aegypten, i. e. patres tui numero septuaginta in Aegyptum abierunt.) — Rom. 15, 29 ἐν πληρ. εὐλ. ἐλεύσ. veniam ita, ut simul afferam beneficia largissima. 1 Cor. 4, 21 ἐν ῥάβδῳ ἔλθω. (Gen. 32, 10 ἐν τῇ ῥάβδῳ μου διέβην τὸν Ἰορδάνην. Ioseph. ant. 6, 9. 4 σὺ μὲν ἐπέρχῃ μοι ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν δόρατι.) 2 Cor. 13, 4 ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, cum eo mala patimur, i. e. in mala ut ille incidimus. Hebr. 9, 25 εἰσέρχεσθαι ἐν αἵματι, cum sanguine piaculari. (Ps. 66, 13 εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν ὁλοκαυτώμασιν.) 1 Io. 5, 6 ὁ ἐλθὼν — ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ αἵματι, i. e. qui venit cum aqua baptismi et cum sanguine piaculari, quo veniam peccatorum impetramus in baptismo. Iud. v. 14 ἦλθεν ἐν μυριάσιν. (Ies. 7, 24 בְּ, ubi LXX μετά.) 2 Thess. 2, 9 οὗ ἐστιν ἡ παρουσία ἐν, cuius adventum comitabuntur miracula. — b) dicitur de eo, *quo circumdatus* est aliquis, ut de vestimento quo *indutus* est, Matth. 6, 29 ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ, indutus omni ornatu regio. c. 7, 15. 16, 27 ἐν τῇ δόξῃ, circumfusus pompa coelesti. ibid. 25, 31. Marc. 12, 38. Luc. 7, 25. Io. 20, 12. Act. 1, 10. Apoc. 3, 4. 5. 4, 4. 18, 16. Iac. 2, 2. (Deut. 22, 12. Ps. 45, 12. 16. 147, 8. Ioseph. ant. 18, 6. 7 ὁ ἐν τῇ πορφυρίδι, purpuratus.) — Similiter Christus dicitur venisse ἐν σαρκί, carne humana indutus, 1 Io. 4, 2. [3]. 2 Io. v. 7. — ζῆν ἐν σαρκί, in hoc corpore, corpore indutus, Phil. 1, 22. — Refertur

4) ad *conditionem, habitum, rationem* alicuius hominis vel rei, den Zustand, von dem jemand, oder sein Handeln, oder das Sein einer Sache gleichsam begleitet wird, die Art und Weise, wie etwas geschieht oder ist, Matth. 22, 37 ἀγαπᾶν ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, tota mente amare. (Deut. 6, 5.) Marc. 4, 2 διδάσκειν ἐν παραβολαῖς, parabolis uti in docendo. 12, 1. Io. 16, 25 ἐν παροιμίαις λαλεῖν. 1 Cor. 14, 21 λαλεῖν ἐν ἑτερογλώσσοις. — Io. 4, 23. 24 προσκυνεῖν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, i. e. πνευματικῶς καὶ ἀληθινῶς, mente et quidem sincera. Luc. 1, 17 ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, instructus spiritu et virtute Eliae. Luc. 4, 1 ἄγεσθαι ἐν τῷ πνεύματι, im Zustande des Begeistertseins getrieben werden, i. e. plenum spiritu agi. Ib. 2, 27. Marc. 12, 36 Δαβὶδ εἶπεν ἐν πνεύματι ἁγίῳ, als ein Begeisterter. — γίνεσθαι ἐν πνεύματι, divinitus extra se rapi, in den Zustand der Begeisterung gerathen, Apoc. 1, 10. 4, 2. 17, 3 ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι, extra me rapuit. — Marc. 4, 2 ἔλεγεν ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, i. e. suo docendi modo, nisi hic est: dixit in docendo, i. e. inter alia haec docuit. Luc. 1, 8 ἐν τῇ τάξει, in serie, i. e. convenienter ordini. Io. 3, 21 ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα, in Deo, in reverentia Dei, i. e. pietatis sensu convenienter. Rom. 3, 25 ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, in indulgentia Dei, i. e. quum Deus indulserit, pro sua indulgentia. Eph. 4, 15 ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ, vera dicentes in amoris sensu, ita ut mutua caritas conspicua sit. Phil. 1, 8 ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ Ἰησοῦ, in amore, i. e. ductus amore Christi (erga vos). 1 Tim. 1, 18 ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς (προφητείαις) τὴν καλὴν στρατείαν, in iis, quae de te praedicta sunt, i. e. eorum semper memor. Apoc. 14, 13 οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, qui in domino, i. e. confitendo dominum, mortem subeunt. — Sic etiam περιπατεῖν ἔν τινι, vid. Περιπατέω. — Item εἶναι ἔν τινι, quod est vel *esse aliquid*, vel *esse aliquo modo, versari in aliqua re;* Luc. 4, 32 ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ, i. e. δυνατὸς ἦν, vi pollebat eius sermo. Marc. 5, 25 γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος, laborans profluvio sanguinis. (Sophocl. Ai. v. 270 εἶναι ἐν νόσῳ.) 1 Cor. 2, 4 οὐκ (ἦν) ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ea quae tradebam non erant πειθοὶ λόγοι. v. 5 ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ, i. e. ne niteretur in sapientia humana etc. ibid. v. 7 σοφία ἐν μυστηρίῳ. Act. 24, 16 ἐν τούτῳ (ὤν) i. e. τοῦτο ἐλπίζων, hac spe plenus. Phil. 4, 11 ἐν οἷς εἰμι, qua conditione, sorte sim. (Liban. epist. 40 παρὰ Ἀλέξανδρον μάθοις ἄν, ἐν οἷς ἡμεῖς. Isocrat. orat. ad Philipp. ed. Wolf. (1594. 8.) p. 228 πυνθάνωνται περὶ αὐτῶν, ἐν οἷς εἰσιν.) Huc etiam refero Col. 2, 16 μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει (videl. ὄντας), nemo vos in usu ciborum et potus damnet. — Nonnunquam ἐν cum nomine est vel *pro adiectivo*, vel *pro adverbio*, rationem vel habitum indicante; ὁ ἐν Χριστῷ (ὤν) Christianus, 2 Cor. 12, 2. Gal. 1, 22. Col. 1, 2. — Luc. 4, 36 ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς πνεύμασι, i. q. δυνατῶς, potenter et efficaciter. Io. 5, 5 ἔχειν ἐν ἀσθενείᾳ, i. e. ἀσθενῶς ἔχειν. 9, 34 ἐν ἁμαρτίαις, i. q. ἁμαρτωλός. Rom. 16, 7 γίνεσθαι ἐν Χριστῷ, Christianum fieri. 2 Cor. 3, 7 ἐν γράμμ. literis scripta. Eph. 3, 12 ἐν πεποιθήσει, i. q. πεποιθότες. 6, 2 ἐντολὴν ἐν ἐπαγγελίᾳ, praeceptum aliquid promittens. 1 Tim. 2, 7 ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ i. e. ut πιστὸς καὶ ἀληθινός. ib. 3, 16 παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, institutionem pietati conformem, piam. Tit. 3, 5 ἔργα τὰ ἐν δικαιοσύνῃ, facta pietati consentanea, pia. Iac. 1, 25 ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ, i. e. τοῦτο ποιήσας. 2 Petr. 2, 13 τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, delicias unius diei, i. e. breves. (Sap. 3, 13 κοίτη ἐν παραπτώματι, concubitus illegalis. Sir. 3, 11 μήτηρ ἐν ἀδοξίᾳ, i. e. ἄδοξος. Gen. 9, 4 κρέας ἐν αἵματι. 3 Esdr. 8, 80 ἐποίησεν ἡμᾶς ἐν χάριτι ἐνώπιον τῶν βασιλέων. Ioseph. ant. 6, 6. 4 βοσκήματα ἐν αἵματι κατήσθιον.) — Marc. 14, 1 ἐν δόλῳ, dolose. Io. 7, 4 ἐν κρυπτῷ, clam. Matth. 22, 16 ἐν ἀληθείᾳ, i. e. ἀληθῶς. Act. 17, 31 ἐν δικαιοσύνῃ, i. e. δικαίως. 26, 7. Eph. 1, 5. Col. 4, 5. Iac. 1, 21. Apoc. 1, 1. 19, 11. (Ps. 84, 11 πορευόμενος ἐν ἀκακίᾳ. Iudith. 1, 11 ἐν ἀτιμίᾳ, ignominiose. Sap. 18, 9 ἐν ὁμονοίᾳ, unanimiter. Gen. 30, 11 ἐν τύχῃ. Herodot. I. c. 131 ἐν νόμῳ ποιεῖσθαι, fas putare.) — Refertur

5) ad communionem alicuius rei cum *adminiculo* suo et instrumento, diciturque a) de personis, ubi est: *ope, auxilio alicuius, per aliquem*, Matth. 9, 34 ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων, propr. in communione cum diabolo, i. e. eius auxilio. Act. 4, 9 ἐν τίνι; cuius tandem ope? Act. 17, 31 ἐν ἀνδρί, per virum. Rom. 11, 2 ἐν Ἠλίᾳ, per Eliam (verba eius 1 Reg. 19, 10). Hebr. 1, 1. 4, 7. — b) de rebus: *per, interventu*, Matth. 17, 21 ἐν προσευχῇ, nonnisi interventu precum. 6, 7 ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν. Act. 11, 14 ἐν οἷς, per quae. 20, 19. Rom. 5, 9 δικαιωθέντες ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Gal. 3, 12 ἐν αὐτοῖς, per praecepta legis. v. 19 ἐν χειρί, interventu. Eph. 4, 3. 14.

Hebr. 9, 22. 10, 29. 13, 20. (Hos. 1, 7.) — Nostri etiam de *instrumento*, ubi profani. ἐν omittere solent; Matth. 5, 13 ἁλίζειν ἔν τινι. Luc. 14, 34. Matth. 7, 2 μετρεῖν ἐν μέτρῳ. ib. 7, 6. Rom. 10, 9 ὁμολογεῖν ἐν στόματι. 16, 16 ἀσπάζεσθαι ἐν φιλήματι, osculo interposito: Eph. 1, 3 εὐλογεῖν ἐν εὐλογίᾳ. Luc. 3, 2 πταίειν ἐν λόγῳ. 3, 9. 1 Io. 3, 18 ἀγαπᾶν ἐν ἔργῳ, amorem factis demonstrare. Apoc. 6, 8. 10, 19. 7, 14. 12, 5. 13, 10. 14, 15. 18, 2 κράζειν ἐν φωνῇ, (omisso ἐν c. 14, 18). Apoc. 18, 8. 23. 19, 2. 20. (coll. 21, 8.) 8, 7 μεμιγμένα ἐν αἵματι. coll. 15, 2. (Deut. 15, 19 ἐργᾶ ἐν μόσχῳ. Iud. 16, 11. Iudith. 6, 12 ἔβαλον ἐν λίθοις. Sir. 19, 16 ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ. Iob. 18, 8. Gen. 48, 22. 49, 11. Ier. 14, 12. Sap. 11, 9. Sir. 46, 6.)

6) ἐν verbis motum indicantibus saepius ita apponitur, ut pro εἰς videatur positum esse. Sed ex attractione sive confusione duarum locutionum ita apponitur verbis motum indicantibus, ut significet aliquem non solum pervenisse in locum sed etiam in illo loco vel statu permansisse, qui per verbum indicatur. Sic iam apud Hom. Iliad. 4, 482. 5, 586. Aelian. V. H. 4, 18 ὅτι κατῆλθε Πλάτων ἐν Σικελίᾳ. Thucyd. VII ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ. Dionys. Halic. ant. 1 πρὶν Αἰνείαν ἐλθεῖν ἐν Ἰταλίᾳ. Pausan. 3, 15. 3. Arrian. epict. 1, 11. 32. Sic etiam nostri, Matth. 10, 16 ἀποστέλλω ὑμᾶς ἐν μέσῳ λύκων, mitto vos et missi eritis ut agni inter lupos, i. e. mitto vos medios in lupos. 14, 3 ἔθετο ἐν φυλακῇ, pro εἰς φυλακήν, coniecit in carcerem eumque in illo retinuit. Luc. 7, 17 ἐξῆλθε ὁ λόγος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ. Luc. 23, 42 ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Io. 5, 4 καταβαίνειν ἐν. 1 Cor. 7, 15 ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς, vocavit nos ut essemus in pace. Apoc. 11, 11 πνεῦμα εἰσῆλθεν ἐν αὐτοῖς. (Act. Thom. §. 32 εἰσελθὼν ἐν τῷ παραδείσῳ. Iob. 19, 27 ἐν κόλπῳ, pro εἰς κόλπον. Iud. 6, 35. Iudith. 6, 2. Sir. 42, 12 ἔμβλεπε ἐν κάλλει. Test. XII patriarch. p. 595 ἐν τῇ Θάμνᾳ προσηγγίσαμεν. Evang. Nicod. apud Birch. p. 65 πῶς εἰσέλθατε ἐν τῇ συναγωγῇ; λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι· σύ, πῶς εἰσῆλθες εἰς τὴν συναγωγήν. Protevang. Iacob. p. 215 εἰσῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς.)

7) Ex hebraismo ἐν a) sequitur verba *iurandi; per*, Matth. 5, 34. 35 ὀμόσαι ἐν τῷ οὐρανῷ, per coelum iurare. ib. 23, 16—22. Rom. 9, 1. Eph. 4, 17. 1 Thess. 4, 1. (LXX pro hebr. נִשְׁבַּע seq. בְּ 1 Sam. 20, 42. 24, 22. 2 Sam. 19, 7. 1 Reg. 2, 8. Dan. 12, 7. vid. Ὄμνυμι.) — b) *pretium* rei indicat, ubi profani genitivo uti solent: *pretio*, Apoc. 5, 9 ἀγοράζειν ἐν τῷ αἵματι, pretio sanguinis redimere. (Sir. 7, 18. 12, 5. 11, 22. — hebr. בְּ Gen. 23, 9. 30, 18 (LXX περί). Deut. 2, 6. Esth. 4, 7. Ies. 45, 13. Thren. 5, 4 (LXX ἐν). Eccles. 1, 3. 2, 22 (LXX ἐν). Deut. 19, 21 (LXX ἀντί).

In compositione ἐν significat idem quod extra compositionem cum casu suo, et potissimum indicat: commorationem in aliqua re; motum in locum, appropinquationem; convenientiam (ἔννομος); participationem.

Ἐναγκαλίζομαι, particip. aor. 1. ἐναγκαλισάμενος, (ab ἐν et ἀγκάλη) *in ulnas capio, amplector*, Marc. 9, 36. 10, 16. (Prov. 6, 10. 24, 33 et exempla e profanis in *Elsneri* obss. sacr. I. p. 152.) **.

Ἐνάλιος, ία, ιον, — et ἐνάλιος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex ἐν et ἅλς, ἁλός, mare) qui in mari est; — *marinus*. Semel Iac. 3, 7. (Hom. Odyss. 5, 67. Pind. Py. 2, 144.)

Ἔναντι, (ex ἐν et ἀντί) adverb. propr. ex adverso; *coram, ante*, LXX pro לִפְנֵי et similibus; semel Luc. 1, 8 ἔναντι τοῦ θεοῦ, *in sanctuario, in templo*, ex hebraismo, secundum quem Deus in templi s. tabernaculi sanctuario habitare et praesens esse dicebatur. (cf. Exod. 28, 26. 31. 34, 34. Lev. 3, 1. 9, 2. Num. 3, 4.) Act. 8, 21 ubi boni libri ἔναντι habent pro ἐνώπιον. *.

Ἐναντίον, (neutrum ab ἐναντίος) adverbium et praepositio cum genitivo, propr. ex adverso (Iob. 9, 4. Hom. Iliad. 21, 574), *coram, in conspectu*, Marc. 2, 12. Luc. 20, 26. Act. 8, 32. (LXX pro לִפְנֵי, נֶגֶד, בְּעֵינֵי, in oculis. Homer. Iliad. 1, 534 πατρὸς ἐναντίον, coram patre.) — Ut ἐνώπιον ex hebraismo: *iudice aliquo*, Luc. 24, 19. (Deut. 15, 18 σκληρὸν ἔσται ἐναντίον σου. Gen. 21, 11. 12. Iudith. 1, 11. Ps. 116, 15.) Locutio: εὑρίσκειν χάριν ἐναντίον τινός, ex hebraismo: inire gratiam alicuius, ei probari, Act. 7, 10. (Gen. 6, 8. 33, 15. Exod. 11, 3. 3 Esdr. 8, 26 ἐμὲ ἐτίμησεν ἐναντίον τοῦ βασιλέως.) *.

Ἐναντίος, α, ον, (ex ἐν et ἀντίος, qui ex adverso est) 1) ex adverso positus, oppositus, (Hom. Iliad. 9, 190. 5, 497). — 2) *adversarius*, i. e. a) *contrarius;* de vento, Matth. 14, 24. Marc. 6, 48. — b) *adversans, hostiliter agens*, 1 Thess. 2, 15. (Prov. 14, 7.) Ἐναντίον πράσσειν τινί, Act. 28, 17. sive ἐναντία πράσσ. πρός τινα, Act. 26, 9 (ubi πρός non ab ἐναντ. sed a πράσσειν pendet) *alicui adversari, hostiliter agere*. — Ἐξ ἐναντίας intellige χώρας, sive ἐξεναντίας, *ex adverso*, Marc. 15, 39. ubique cum genitivo, qui a substantivo omisso pendet. (Exod. 28, 25. Iud. 20, 34. 2 Chron. 18, 34. Ps. 35, 3.) — Ὁ ἐξ ἐναντίας (γνώμης), adversarius, qui contrariam sententiam tenet. Tit. 2, 8 ubi est inimicus, infensus. (Act. Thom. §. 39 ὁ ἐναντίος, de diabolo.) *.

Ἐνάρχομαι, particip. aor. 1. ἐναρξάμενος, (ex ἐν et ἄρχομαι) verb. depon. med. *incipio, initium facio*, Phil. 1, 6. (1 Macc. 9, 54. Deut. 2, 24. 25. 31.) — Gal. 3, 3 ἐναρξάμενοι πνεύματι, qui initium fecistis in pietate puriori et veriori, quam docet et inspirat spiritus sanctus Christianis, legis literae amplius non subiectis. *.

Ἐνδεής, έος, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ab ἐνδέω, inopia laboro) *egenus, inops*. Act. 4, 34. (Deut. 15, 4. Ies. 41, 17.) *.

Ἔνδειγμα, ατος, τό, (ab ἐνδείκνυμι) id quod aliquid monstrat et portendit, *portentum, indicium* rei futurae. Semel 2 Thess. 1, 5. (Demosth. 423, 13. Alberti gloss. p. 148 ἔνδειγμα· ἐπίδειξις. Hesych. ἀπόδειξις.)

Ἐνδείκνυμι, (ex ἐν et δείκνυμι) 1) indico; (Ios. 7, 14—18.) — Medium: ἐνδείκνυμαι, aor. 1. ἐνεδειξάμην, ich erzeige mich, 1) *demonstro, comprobo*, — *factis manifesto*, Rom. 9, 17 ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, ut in te, tuo exemplo, manifestem, comprobem meam potentiam (ex Exod. 9, 16 ubi legitur הַרְאֹתְךָ). Rom. 9, 22 τὴν ὀργήν. Eph. 2, 7 τὴν χάριν. 1 Tim. 1, 16 τὴν μακροθυμίαν. (Sap. 12, 17. 2 Macc. 9, 8.) — 2) *praesto, afficio aliquem aliqua re*, ich erweise, erzeige ihm; Rom. 2, 15 ἐνδείκ. τὸ ἔργον τοῦ νόμου, praestant officia praescripta a lege animis eorum inscripta. 2 Tim. 4, 14 πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Tit. 2, 10 πίστιν πᾶσαν, ἀγαθήν, praestant omnia bona officia pietatis. 3, 2. Hebr. 6, 10 ἧς (ἀγάπης) ex attractione pro ἥν, ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, beneficiorum, quae praestitistis Christianis. v. 11 ἐνδ. σπουδήν. (Gen. 50, 15 κακὰ ἃ ἐνεδειξάμεθα αὐτῷ. ib. v. 17 pro גָּמַל. Cant. tr. puer. v. 15. 2 Macc. 13, 9. Iamblich. de vit. Pyth. c. 35. §. 249 πᾶσαν ἐνδεικνύμενοι δυσμένειαν. Dion. Halic. ant. V. p. 306 ἐμάχοντο πᾶσαν εὐτολμίαν καὶ προθυμίαν ἐνδεικνύμενοι.) **.

Ἔνδειξις, εως, ἡ, (ab ἐνδείκνυμι) 1) actus monstrandi, demonstratio, Polyb. 3, 51. 5. *indicium, portentum*, Phil. 1, 28. — 2) *demonstratio, manifestatio*, Rom. 3, 25. (Philo de opif. m. p. 9. — Hinc ἐνδείκτης, delator, 2 Macc. 4, 1. Phavor. ἔνδειξις· φανέρωσις.) — 3) *documentum*, quod probat aliquid esse, 2 Cor. 8, 24 ἔνδειξις τῆς ἀγάπης, documentum amoris, quo amorem adesse demonstratur. (Sic Ioseph. ant. 4, 3. 3 a terra absorpti dicuntur ἐπίδειξις τῆς ἰσχύος τοῦ θεοῦ γενόμενοι. Philo de opif. m. p. 20 εἰς ἔνδειξιν, zum Beweis.) *.

Ἕνδεκα, οἱ, αἱ, τά, *undecim*. Οἱ ἕνδεκα (μαθηταί), undecim discipuli, κατ᾽ ἐξοχήν de Apostolis post Iudae Iscar. mortem, Matth. 28, 16. Marc. 16, 14. Luc. 24, 9. 33. Act. 1, 26. 2, 14. *.

Ἑνδέκατος, άτη, ον, *undecimus*. Matth. 20, 6. 9. Apoc. 21, 20. *.

Ἐνδέχομαι, (ex ἐν et δέχομαι) verb. depon. med. *accipio, admitto;* inde audio, fidem habeo. — Ἐνδέχεται, res admittit i. e. *fieri potest*. Sic semel Luc. 13, 33 οὐκ ἐνδέχεται (17, 1 ἀνένδεκτόν ἐστι) fieri non potest. Hesych. οὐκ ἐνδέχεται· (οὐ δυνατόν ἐστι). cf. 2 Macc. 11, 18 ἃ δὲ ἦν ἐνδεχόμενα, quae fieri poterant. 13, 26 ἀπολογήσατο ἐνδεχομένως, quocunque posset modo. (Xenoph. mem. 3, 9. 4. 4, 7. 9. Polyb. 3, 4. 1.)

Ἐνδημέω, ῶ, aor. 1. ἐνεδήμησα, (ab ἔνδημος, i. e. qui ἐν δήμῳ in populo suo versatur) 1) in medio populo meo versor (Ioseph. ant. 3, 11. 3), domi maneo, inquilinus sum; — 2) *versor* in aliquo loco, *habito, commoror;* 2 Cor. 5, 6 ἐνδημ. ἐν τῷ σώματι, habitare in hoc corpore, sensus: ulterius vivere; ibid. v. 9. — ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον, ib. v. 8 habitare apud dominum, cum domino esse, versari. (σὺν Χριστῷ εἶναι, Phil. 1, 23.) *.

'**Ενδιδύσκω**, per reduplicationem pro ἐνδύω, imperf. med. ἐνεδιδυσκόμην, *induere soleo*, — Luc. 8, 27. 16, 19. Marc. 15, 17 ubi ἐνδιδύσκουσιν pro ἐνδύουσιν commendavit *Griesb.* et iure recepit *Fritzschius.* (2 Sam. 1, 24. 13, 18. Prov. 31, 22 in textu Alexandrino. Sir. 50, 11. Iudith. 9, 1. Nicet. Eugen. I, 319. Clem. Alex. paedag. 3, 12 νεκροῖς ἐνδιδύσκουσαι πλοκάμους τὸ κρανίον.) Apud meliores scriptores hoc verbum non legitur. **.

῎**Ενδικος**, ον, (ex ἐν et δίκη) ὁ ἐν δίκῃ ὤν. i. e. iure debitus (Pind. Py. 5, 138), et: *iustitiae conveniens*, iusto exacte respondens. In N. T. de poenis divinis; *delicto, culpae exacte conveniens.* Hebr. 2, 2. Rom. 3, 8 ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι, sensus: eiusmodi homines poenas utique merentur. Hesych. ἔνδικον· ἀληθές, δίκαιον, ἄξιον. *.

'**Ενδόμησις**, εως, ἡ, (ab ἐν et δομέω, exstruo) id quod in aliquem locum aedificatur, et struitur, das *Hineingebauete.* Legitur apud Ioseph. ant. Iud. 15, 9. 6 ἐνδόμησις de mole portum muniente, ut naves commode possint subduci. Transiit in linguam chaldaeam, ubi דימוס est *strues* lapidum, *murus.* vid. *Buxtorf.* lex. chald. p. 532. Eodem sensu legitur semel in N. T. Apoc. 21, 18 ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους, structura muri. (Caeterum apud profanos vix invenietur.)

'**Ενδοξάζω**, aor. 1. pass. ἐνεδοξάσθην, (ex ἐν et δοξάζω) facio ut aliquis sit ἐν δόξῃ, ἔνδοξον facio, *gloria, honore orno.* Passiv. *gloria, honore afficior,* Exod. 33, 16. *gloriam mihi acquiro,* Sir. 38, 6. — In N. T. bis: 2 Thess. 1, 10. 12 ἐνδοξασθῆναι ἔν τινι, vel honorari *coram aliquo, in medio aliorum,* vel *gloriam sibi parare in Christianis,* nimirum vindicando eos ab adversariorum persecutionibus, quo Dei et Christi summum imperium in omnes agnoscatur. (Ezech. 28, 22 ἐνδοξασθήσομαι ἐν σοί, καὶ γνώσῃ, ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος. Exod. 14, 4 ἐνδοξασθήσομαι ἐν Φαραώ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ, (hebr. נִכְבַּד). Ps. 89, 8 ὁ θεὸς ἐνδοξαζόμενος (נַעֲרָץ, formidabilis) ἐν βουλῇ ἁγίων, i. e. summus dominus agnoscitur in coetu ἁγίων. Apud profanos non legitur hoc verbum. *.

῎**Ενδοξος**, ον, (ex ἐν et δόξα), ὁ ἐν δόξῃ ὤν, 1) *gloria, honore ornatus, nobilis, praestans,* 1 Cor. 4, 10. coll. 1 Sam. 9, 6 (נִכְבָּד). 22, 14. Ies. 23, 8. 26, 15. 1 Chron. 4, 9. — 2) de externo cultu et ornamento: *splendidus, nitidus, praestans;* de vestitu Luc. 7, 25. (de templo 2 Chron. 2, 9. de corona Ies. 22, 17. τὰ ἔνδοξα, ornamenta, צְבִי, Ies. 23, 9.) Sic etiam Eph. 5, 27 ἐκκλησία ἔνδοξος, ecclesia splendide ornata, sponsae instar; sensus: virtute, pietate, fide ornata. — 3) τὰ ἔνδοξα, facta mirabilia, eum, a quo eduntur, gloria ornantia, Luc. 13, 17. (Ies. 12, 4 עֲלִילָה. Exod. 34, 10 נִפְלָאוֹת. vid. etiam Iob. 5, 9. Deut. 10, 21. Ies. 64, 3.) *.

῎**Ενδυμα**, ατος, τό, (ab ἐνδύω) LXX pro לְבוּשׁ, *indumentum, vestimentum,* quo corpus tegitur; *amictus,* Matth. 3, 4. 6, 25. 28. Luc. 12, 23. (2 Sam. 1, 24. Prov. 31, 22. Ies. 63, 2.) — *pallium,* Matth. 28, 3. (2 Sam. 20, 8. Sap. 18, 24.) — ῎Ενδυμα γάμου Matth. 22, 11 amictus nuptialis, vestimentum splendidum. Solebant orientales iis, quos vellent honorare, vestes splendidas donare, (cf. Gen. 45, 22. Iudic. 14, 12 sq. 2 Reg. 5, 5. 22 sq. Ies. 3, 22. Zach. 3, 4.) quas qui repudiabat, magno eum, qui dederat, contemtu affecisse putabatur. (Act. Thom. §. 7 cives regni Christi ἐνδύσονται βασιλικὰ ἐνδύματα καὶ ἀμφιέσονται στολὰς λαμπράς.) — ῎Ενδυμα προβάτων, Matth. 7, 15 pallia ex pellibus ovinis confecta, quales prophetae olim gestabant, continentiae et modestiae signa; cf. 1 Reg. 19, 13. 2 Reg. 1, 8. Zach. 13, 4. coll. Matth. 3, 4. Sensus: externo quidem cultu pii Dei cultores et doctores videntur. Apud veteres haec vox non legitur. *.

'**Ενδυναμόω**, ῶ, aor. 1. ἐνεδυνάμωσα, aor. 1. pass. ἐνεδυναμώθην, (ab ἐνδύναμος, fortis, validus), ἐνδύναμον facio, *validum, fortem facio; τινά,* Phil. 4, 13. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 4, 17. (Act. Thom. §. 10 ὁ θεὸς ὁ ἐνδυναμῶν τὰς ψυχάς. Iudic. 6, 34 ubi pro hebr. לָבַשׁ in Aldina est ἐνεδυνάμωσε, in Vatic. ἐνέδυσε, quod item locum habet 1 Chron. 12, 18.) — Passivum: *validus, fortis fio, firmus reddor;* Act. 9, 22 ἐνεδυναμοῦτο, validior reddebatur, i. e. animum capiebat. Rom. 4, 20 ἐδυναμώθη τῇ πίστει, er erstarkte an Glauben, i. q. δυνατὸς τῇ πίστει ἐγένετο, cuius oppositum est ἀσθενήσας τῇ πίστει, v. 19. Eph. 6, 10 ἐνδυναμοῦσθε ἐν κυρίῳ fortes estote in domino, i. e. confirmamini animis fidendo in dominum. 2 Tim. 2, 1 ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι, fortis esto in munere tibi demandato. Hebr. 11, 34 ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ex breviloquentia: vires receperunt, ut ex infirmitate erigerentur. (Ps. 52, 7 ἐδυναμώθη ἐπὶ τῇ ματαιότητι αὐτοῦ, in textu hebr. v. 9 יָעֹז. Aquila Gen. 7, 20. 24 pro hebr. גָּבַר.) — Apud profanos non legitur. **.

'**Ενδύνω**, vid. 'Ενδύω.

῎**Ενδυσις**, εως, ἡ, (ab ἐνδύω) actio ingrediendi, glißcere in, das Hineinkriechen; — *induere,* das Anziehen, das Tragen; semel 1 Petr. 3, 3 ubi est i. q. περίθεσις; κόσμος ἐνδύσεως ἱματίων, ornatus, qui cernitur induendis vestibus pretiosis. Apud alios scriptores vix legitur.

'**Ενδύω**, aor. 1. ἐνέδυσα, aor. 1. medii ἐνεδυσάμην, particip. praet. ἐνδεδυμένος (ex ἐν et δύω) Latinor. *induo,* ich lege an, umgebe mit etwas. — *Activum* transitive: *induo aliquem, instruo,* sequente accusativo et personae et rei; de vestimentis, Marc. 15, 17 ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν (ubi lege ἐνδιδύσκουσιν.) Matth. 27, 31 ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια. Marc. 15, 20. Luc. 15, 22. (Hom. Iliad. 2, 578. LXX pro לָבַשׁ, Gen. 41, 42. Exod. 28, 41 ἐνδύσεις αὐτὰ Ἀαρών. 29, 8. — instruo, Iob. 10, 11. Sir. 17; 3. — τὸ πνεῦμα ἐνέδυσεν αὐτόν, spiritus Dei eum instruxit, 1 Chron. 12, 18. 2 Chron. 24, 20. Iudic. 6, 34.) — Medium ἐνδύομαι, cum quo etiam convenit ἐνδύνω [semel 2 Tim. 3, 6. Hom. Iliad. 23, 131], quod semper intransitive dicitur, *induo me;* — *irrepo* in aliquid, semel 2 Tim. 3. 6 ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, die sich in die Häuser einschleichen. Hesych. ἐνδῦναι· εἰςδῦναι, εἰςελθεῖν. — *induo me,* seq. accusativo rei; — vestimento Matth. 6, 25. 22, 11. Marc. 1, 6. 6, 9. Luc. 12, 22. Act. 12, 21. Apoc. 15, 6. 19, 14. — *arma induere,* Rom. 13, 12. (Ies. 59, 17. Sap. 5, 18.) Eph. 6, 11. 14. 1 Thess. 5, 8. Apoc. 1, 13. (1 Sam. 17, 5. Ier. 46, 4. 1 Macc. 3, 3.) — metaphorice: ut hebr. לָבַשׁ et Latinor. *induo, instruo.* Sic de anima corpore induta, 2 Cor. 5, 3 εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, quandoquidem induendi novo corpore. De virtute, sensu: δύναμιν, Luc. 24, 49. (Prov. 31, 25. Ps. 93, 1. 104, 2. Ies. 51, 9. 52, 1.) — ἀφθαρσίαν, 1 Cor. 15, 53. 54. (Iustin. Mart. apol. 2, p. 87. Ezech. 7, 27. Iob. 8, 22. 2 Chron. 6, 41. Ps. 109, 18.) — τὰ σπλάγχνα, misericordia uti, Col. 3, 12. δικαιοσύνην, Iob. 29, 14. Ps. 132, 9. *Fabric.* pseudep. V. T. I. p. 587 ἐνδύσονται εὐφροσύνην.) — τὸν καινὸν ἄνθρωπον, Eph. 4, 24. Col. 3, 10. — τὸν Χριστόν, Iesu mores, virtutes, sensum, Rom. 13, 14. Gal. 3, 27. (Dionys. Halic. Archaeol. XI. p. 689 τὸν Ταρκύνιον ἐκεῖνον ἐνδυόμενοι.) *.

'**Ενέγκω**, vid. φέρω.

'**Ενέδρα**, ας, ἡ, (ex ἐν et ἕδρα, sedes, sessio) 1) *latibulum,* locus insidiarum, Ios. 8, 2. 7. 9. 12. — 2) *insidiae,* consilia subdola in alicuius perniciem; Act. 23, 16. 25, 3. (1 Macc. 1, 36. Ignat. ad Trallian. §. 8 προορῶν τὰς ἐνέδρας τοῦ πονηροῦ.) *.

'**Ενεδρεύω**, (ab ἐνέδρα, insidiae) 1) in latibulo sedeo ad capiendum; de bestiis Thren. 3, 10. Ps. 10, 9. — inde — 2) *insidiose observo, insidias struo alicui,* Luc. 11, 54. Act. 23, 21. (Apud LXX cum accusativo obiecti Thren. 4, 19. Sap. 2, 12. Sir. 27, 10. 28. ut etiam Ioseph. ant. 5, 2. 12 ἐνήδρευον τὰς παρθένους. et cum dativo, ut apud profanos, Iud. 9, 43. Thren. 3, 10.) Hesych. ἐνεδρεύει· δόλον μηχανᾶται, ἐγκάθηται, κατατηρεῖ. (In bonam partem dicitur Sir. 14, 22. coll. cap. 6, 26. 27.) *.

῎**Ενεδρον**, ου, τό, i. q. ἐνέδρα, *insidiae;* semel Act. 23, 16 in codd. τὸ ἔνεδρον, quam lectionem *Griesb.* commendavit. In V. T. saepius, Ios. 8, 2. 2 Chron. 20, 22. Sap. 14, 21. 1 Macc. 9, 40. Apud profanos non legitur.

'**Ενειλέω**, ῶ, aor. 1. ἐνείλησα, (ex ἐν et εἰλέω, volvo) *involvo, implico,* sequente dativo rei; Marc. 15, 46. (1 Sam. 21, 9. Symm. Exod. 9, 21. Test. XII patr. p. 591 ἐνειλήσας τὴν στολὴν ἐν τῇ χειρί.)

῎**Ενειμι**, *insum.* Apud scriptores sacros legitur non nisi a) ἔνι, quod pro ἔνεστι, impersonaliter, *locum habet, adest,* quidam autem putant esse pro ἐν adverbialiter posito, ut sit pro ἔν ἐστι, *inest,* (vid. *Buttm.* Gramm. p. 290. B. 2. *Winert* Gramm. p. 76.) — Gal. 3, 28. Col. 3, 11 οὐκ ἔνι ῞Ελλην καὶ Ἰουδαῖος, in ecclesia Dei non locum habet Graecus aut Iudaeus, i. e. non esse debet discrimen inter

Graecum et Iudaeum, (i. q. Rom. 10, 12 οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος.) Iac. 1, 17 παρ' ᾧ οὐκ ἔνι, in quo locum non habet. (Sir. 37, 2 ἔνι ἕως θανάτου, adest, manet usque ad mortem. Test. XII patr. p. 733 ὅπου γὰρ ἔνι φόβος ἀγαθῶν ἔργων. (Profanis ἔνεστι et ἔνι pro: licitum est, fieri potest, Polyb. 21, 2. 14. 23, 14. 2. Philo de opif. m. p. 16. Ioseph. ant. 1, 16. 1 ἐνῆν, fieri poterat.) Phavor. ἔνι· ἔστιν, ὑπάρχει. Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἔνεστιν· ἔνι φύσις, ἔνι θράσος. Idem: ἔνεστιν· ἀντὶ τοῦ ἐντός ἐστιν. (Aristoph. Plut. v. 348 ἔνι τις κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι.) — b) ἐνών, οὖσα, όν, *qui inest in aliquo loco.* (Iob. 27, 3.) τὰ ἐνόντα, quae insunt in aliquo loco, *eo includuntur*, ut 1 Macc. 5, 5 ἐνεπύρισε τοὺς πύργους σὺν πᾶσι τοῖς ἐνοῦσι, vid. etiam Iob. 27, 3 et exempla e Xenophonte, quae dedit *Raphel.* (obss. e Xenoph. p. 94), ubi τὰ ἐνόντα pariter sunt: quae aliquo loco inclusa sunt. Sic semel in N. T. Luc. 11, 41 πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, potius quae patina et poculo inclusa sunt, dapes, date in stipem. cf. Ἐλεημοσύνη. Alii κατά supplent et vertunt: pro viribus, quantum fieri potest, ubi vero potius profani dicunt: ἐκ τῶν ἐνόντων, vel κατὰ τὸν ἐνόντα τρόπον. Hesych. ἐνόν· δυνατὸν ἢ ἐνυπάρχον. *.

Ἕνεκεν, et ἕνεκα (Luc. 6, 22. Act. 26, 21. Rom. 8, 36.) etiam per epenthesin atticam εἵνεκεν (Luc. 4, 18. 2 Cor. 7, 12), praepositio genitivum regens: *ob, propter, causa, ratione*, Matth. 5, 10. 11. 10, 18. 39. 26, 25. 19, 5. Marc. 8, 35. 10, 29. 13, 9. Luc. 9, 24. 18, 29. 21, 12. Act. 28, 20. Rom. 14, 20. (Exod. 18, 8. Deut. 18, 12. Num. 12, 1. Ps. 45, 4. Ier. 26, 3.) — 2 Cor. 3, 10 ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης ratione habita splendoris praestantioris, videlicet religionis christ. (Exod. 18, 11 μέγας κύριος παρὰ πάντας τοὺς θεοὺς ἕνεκεν τούτου, ratione habita eius rei, interitus Aegyptiorum. coll. Ps. 79, 9.) — Ἕνεκεν τούτου, hac de causa, Matth. 19, 5. Marc. 10, 7. Act. 26, 21. Οὗ ἕνεκεν, qua de causa, Luc. 4, 18. Τίνος ἕνεκεν, cuius rei causa, quem in finem, Act. 19, 32. Ἕνεκεν τοῦ seq. infinitivo: *ut*, 2 Cor. 7, 12. (3 Esdr. 8, 21. Dan. 2, 30.) *.

Ἐνεός, (codd. Act. 9, 7.) vid. Ἐννεός.

Ἐνέργεια, ας, ἡ, (ab ἐνεργής) 1) *efficacia, efficientia;* a nostris scriptoribus potissimum dicitur de efficacia naturae (Sap. 7, 17. 13, 4.) et Dei (Sap. 7, 26.) Eph. 1, 19 κατὰ τὴν ἐνέργ. τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, secundum efficaciam potentiae eius validissimae, qua efficax fuit in Christo resuscitando. Ib. 3, 7. Col. 1, 29 „secundum efficientiam eius, qua in me potenter efficax est." — 2) *vis efficiendi, potentia*, Eph. 4, 16 κατ' ἐνέργειαν, potenter. (Sap. 18, 22 ὅπλων ἐνεργείᾳ.) — potissimum potentia, qua miracula patrantur, Phil. 3, 21. Col. 2, 12. 2 Thess. 2, 9 κατὰ τὴν ἐνέργ. τοῦ σατανᾶ, ex Satanae potentia miraculosa. (2 Macc. 3, 29.) — hinc ex adiuncto: *potenter facta, miracula;* 2 Thess. 2, 11 ἐνέργεια πλάνης, miracula falsa, a Deo abducentia, cf. v. 9. 10. (3 Macc. 4, 21 ἐνέργεια τῆς προνοίας. ib. 5, 28.) *.

Ἐνεργέω, ῶ, aor. 1. ἐνήργησα, (ab ἐνεργός, efficiens, efficax) I) activum: 1) *efficio, ich wirke*, a) absolute, *efficio, operor*, Matth. 14, 2 αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ, vis miraculosa efficit, operatur in eo. Marc. 6, 14. Eph. 2, 2. (Sap. 16, 17. ib. 15, 11 ψυχὴν ἐνεργοῦσαν.) — b) seq. accusativo rei, 1 Cor. 12, 6 θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα. ib. v. 11. Gal. 3, 5 ὁ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν. Eph. 1, 11. 20 ἐνέργειαν ἣν ἐνήργησεν, potenter factum quod effecit. Phil. 2, 13 ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, vel: qui efficit, ut vos et desideretis et efficiatis (vestram salutem v. 12) pro benevolentia sua; vel: efficiens, ut desideretis et perficiatis pro suo (de vestra salute) decreto, i. e. ea, quae sunt eius decreti. (Ies. 41, 4. Prov. 21, 6.) — c) seq. εἰς ad eventum indicandum; Gal. 2, 8 ὁ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη, qui in commodum Petri effecit ut (Petrus) mitteretur nuntius Evangelii ad circumcisos, is effecit in meum commodum ut mitterer ad gentes. (Similiter Prov. 31, 12 γυνὴ ἀνδρεία ἐνεργεῖ (hebr. גמל) τῷ ἀνδρὶ εἰς ἀγαθά, sie wirket für den Mann zum Guten. coll. ἐνεργεῖτο εἰς Rom. 7, 5.) — II) Medium: efficax sum, *efficacem me praebeo*, ich zeige mich wirksam, bin thätig; non de personis legitur in N. T. sed de rebus; Rom. 7, 5. 2 Cor. 1, 6 ἐν ὑπομονῇ, beim Ertragen. 2 Cor. 4, 12. Gal. 5, 6. Eph. 3, 20. Col. 1, 29. 1 Thess. 2, 13 ὃς (λόγος) ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν. 2 Thess. 2, 7. Iac. 5, 16 δέησις ἐνεργουμένη, ein inniges, aus erregtem Gemüth hervorgehendes Gebet. (3 Esdr. 2, 20. Usitatum est hoc verbum profanis scriptoribus inde ab Aristotelis et Polybii temporibus.) **.

Ἐνέργημα, ατος, τό, (ab ἐνεργέω) effectus; forma inferioris aetatis inde a Polybio et Diodoro Siculo. (Polyb. 2, 42. 7. Diod. Sic. 4, 51.) — *opus, facinus* (Antonin. 4, 7. 6, 32). In N. T. bis de factis miraculosis (de quibus etiam ἐνέργεια et ἐνεργέω saepius dicitur). 1 Cor. 12, 10 ἐνεργήματα δυνάμεων, miracula potentiae: intell. donum miraculorum patrandorum. ib. v. 6 διαιρέσεις ἐνεργημάτων, diversa facta miraculosa. (In V. T. non habetur, nisi Sir. 16, 16 in Complut. de miraculis per Mosen in Aegypto patratis.)

Ἐνεργής, ές, τό, (ex ἐν et ἔργω, operor) *efficax, vim suam exhibens*, Philem. v. 6. Hebr. 4, 12. (Hesych. ἐνεργής· δυνατός, ἰσχυρός.) — metaphorice: aptus ad efficiendum, *labori idoneus*, 1 Cor. 16, 9 θύρα — ἐνεργής, occasio doctrinae docendae aptissima. (Similiter ἐνεργός, quae est forma antiquiorum scriptorum ante Polybium, Ezech. 46, 1 ἓξ ἡμέρας τοὺς ἐνεργούς.) *.

Ἐνεστώς, ῶτος, partic. perf. act. verbi Ἐνίστημι, quod vid.

Ἐνευλογέω, ῶ, fut. 1. pass. ἐνευλογηθήσομαι, (ex ἐν et εὐλογέω) *beneficiis afficio, salutem confero.* In N. T. bis: Act. 3, 25. Gal. 3, 8 quae verba deprompta sunt e versione LXX Gen. 12, 3. 18, 18. 26, 4. 28, 14. Ps. 72, 18 ubi hebr. בָּרַךְ. Alias non reperitur.

Ἐνέχω, (ex ἐν et ἔχω) 1) tendo in, intendo; in bonam partem: magno studio in aliquid feror. Iamblich. de vit. Pyth. c. 6 ἐνέχων πρὸς τὸ μανθάνειν. In malam partem: ἐνέχειν τινί, observare occasionem alicui nocendi, *insidiari alicui*, vel, si intelligitur χόλον ut Herodot. 6, 119. 8, 27. ἔγκοτον, vel simile (vid. Lamb. Bos de ellips. p. 533 ed. *Schaefer.*): *succensere alicui, et infestum esse;* semel, Marc. 6, 19. (Gen. 49, 23. Test. XII patr. p. 682 ἐνεῖχον τῷ Ἰωσήφ.) — hinc δεινῶς ἐνέχειν, *graviter irasci s. succensere*, Luc. 11, 53. (Hesych. ἐνεῖχον· ἐχόλουν, ὠργίζοντο.) — 2) Passivum: ἐνέχομαί τινι, *detineor aliqua re, et implicor s. subiicior;* Gal. 5, 1 πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθαι. (Herodot. 2, 121 ἐνέχομαι τῇ πάγῃ. Xenoph. an. 7, 14. 17 ἐνεχομένων τῶν πελτῶν τοῖς σταυροῖς. Plutarch. symp. lib. 2. qu. 3 ἐνέχεσθαι δόγμασιν πυθαγορικοῖς. Hesych. ἐνέχεται· συνέχεται. Idem: ἐνέχεσθαι· κρατεῖσθαι, συνέχεσθαι.) *.

Ἐνθάδε, (ex ἔνθα, hic, illic, et partic. enclit. δέ) adv. 1) *hic*, Luc. 24, 41. Act. 16, 28 ἐσμὲν ἐνθάδε, adsumus. 17, 6. 25, 24 ἐνθάδε, hoc in loco. Hesych. ἐνθάδε· ἐνταῦθα, ὧδε. — 2) *ibi*, Act. 10, 18. 25, 17. (2 Macc. 12, 27.) — 3) *huc*, Io. 4, 15. 16. (Ioseph. ant. 1, 19. 5 ib. 4, 6. 8. Hesych. ἐνθάδε· εἰς τοῦτον τὸν τόπον.) *.

Ἔνθεν, (ab ἐν) adv. *hinc*, ab hoc loco, ab hac parte. (Ioseph. ant. 4, 8. 48.) Semel Luc. 16, 26 (ubi text. vulg. ἐντεῦθεν). Apud LXX saepius ἔνθεν καὶ ἔνθεν, hinc, illinc; ab utraque parte, 1 Sam. 14, 16. Ezech. 40, 12.

Ἐνθυμέομαι, οῦμαι, aor. 1. ἐνεθυμήθην, verb. depon. pass. (ex ἐν et θυμός) *animo volvo, cogito de aliqua re;* seq. accus. rei, Matth. 1, 20. c. 9, 4 πονηρὰ ἐν τῇ καρδίᾳ. (Sap. 3, 14. 7, 15. Thren. 2, 17. Ios. 6, 18.) — seq. περί τινος, [Act. 10, 19.] (Sap. 6, 15. coll. Deut. 21, 11.) *.

Ἐνθύμησις, εως, ἡ, (ab ἐνθυμέομαι) actio cogitandi, animo volvendi aliquid, das Beherzigen, das Ueberlegen; — in N. T. i. q. ἐνθύμημα (LXX Ier. 3, 17. 7, 24. Ps. 119, 118), *cogitatio*, i. e. a) cogitata, quae in animo habeo, die Gedanken, das Gedachte, Matth. 9, 4. 12, 25. — b) cogitatio, quam fingo animo, idea; Act. 17, 29 τὸν θεὸν χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου εἶναι ὅμοιον, similem esse imagini arte confectae et ab homine excogitatae. — c) ex adiuncto: *consilium*, Hebr. 4, 12. *.

Ἔνι, vid. Ἔνειμι.

Ἐνιαυτός, οῦ, ὁ, LXX pro שָׁנָה, 1) *annus*, i. e. tempus, quod definitur cursu solis ad eundem coeli locum intra spatium anni redeuntis, das Kalenderjahr, das berechnete Jahr, quum ἔτος annum significet a quovis termino temporis incipientem et rursus finientem, ut de annis vitae hominis, regum etc., quanquam hoc discrimen non ubique servatur. — Io. 11, 49. 51. 18, 13. Act. 11, 26. 18, 11. Iac. 4, 13. 5, 17. Apoc. 9, 15. (Gen. 1, 14. Exod. 12, 2. Ioseph. ant. 3, 12. 3. ib. 4, 8. 28 ἐνιαυτοῦ ἐνστάντος τοῦ Ἰωβήλου. Sap. 7, 19 ἐνιαυτῶν κύκλους.) — Gal. 4, 10 καιροὺς καὶ

ἐνιαυτοί pro καιροὶ ἐνιαυτῶν (Exod. 23, 14. 34, 23. 2 Chron. 8, 13) *festa annua*. — κατ' ἐνιαυτόν, *quotannis*, Hebr. 9, 25. 10, 1. 3. (Deut. 14, 22. 15, 20.) — 2) ex hebraismo poetice: *tempus certum* et definitum, quo aliquid eveniet, Luc. 4, 19. Ies. 61, 2. (coll. Ies. 34, 8. Ier. 11, 23. 23, 12.) *.

Ἐνίστημι, perf. ἐνέστηκα, partic. ἐνεστηκώς et per syncopen ἐνεστώς, fut. med. ἐνστήσομαι, (ex ἐν et ἵστημι) interpono, adpono; — med. et perf. activi intransitive: *insto*, quasi in conspectu iam sto vel versor, i. e. *proxime insto, immineo*, 2 Thess. 2, 2. 2 Tim. 3, 1. (1 Macc. 12, 44. 2 Macc. 4, 43. 12, 3. Ioseph. ant. 4, 8. 12.) — ἐνεστώς, *proxime instans*, Hebr. 9, 9. — deinde quum quae oculis cernuntur ventura, iam pro praesentibus haberi possunt: *praesens*; τὰ ἐνεστῶτα, praesentia, Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22 ubi opponuntur τοῖς μέλλουσι. 1 Cor. 7, 26 ἡ ἐνεστῶσα ἀνάγκη, calamitas, quae nunc est. Gal. 1, 4. (3 Esdr. 5, 47. coll. Esdr. 3, 1 ubi LXX ἔφθασεν. 3 Esdr. 9, 6 τρέμοντες διὰ τὸν ἐνεστῶτα χειμῶνα. 2 Macc. 3, 17 τὸ κατὰ καρδίαν ἐνεστὸς ἄλγος. Ioseph. ant. 16, 62.) *.

Ἐνισχύω, aor. 1. ἐνίσχυσα, (ex ἐν et ἰσχύω) 1) valeo in aliqua re; — *vires capio, invalesco*, Act. 9, 19. (Gen. 48, 2 ἐνισχύσας Ἰσραὴλ ἐκάθισεν. Ier. 9, 3 πίστις ἐνίσχυσεν ἐπὶ τῆς γῆς, hebr. גָּבַר, praevaleo. Iud. 20, 22 חָזַק. *Fabric.* cod. pseudep. I, p. 533 Simeon aegrotans ἐνισχύσας ἐκάθισε.) — 2) contra morem aliorum scriptorum, transitive: *confirmo, corroboro, vires largior*. Luc. 22, 43 ἐνισχύων αὐτόν. (2 Sam. 22, 40 ἐνισχύσας με δυνάμει. coll. Ies. 4, 5. 41, 10. Iud. 3, 12. 9, 24. — Evang. Nicod. ap. Birch. p. 93 γεύσασθε ἄρτον καὶ ἐνισχύσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.) *.

Ἔνατος, άτη, ον, *nonus, a, um*, Apoc. 21, 20. — ὥρα ἐννάτη, Matth. 20, 5. 27, 45 sq. Marc. 15, 33 sq. Luc. 23, 44. Act. 3, 1. 10, 3. 30. nostra pomeridiana tertia, quum Iudaei horas diei a solis ortu numerarent; quae precibus faciundis destinata erat, Act. 3, 1. *.

Ἐννέα, οἱ, αἱ, τά, *novem*, Luc. 17, 17. *.

Ἐννενηκονταεννέα, οἱ, αἱ, τά, (ex ἐννενήκοντα et ἐννέα) *nonaginta novem*. Matth. 18, 12. 13 ubi boni libri in utroque loco habent ἐνενηκ., quod quidam (*Wineri* Gr. p. 45) praeferunt. Luc. 15, 4. 7. Gen. 17, 1. *.

Ἐννεός, ά, όν, i. q. ἐνεός, ut scribunt rectius LXX, 1) ὁ μὴ φθεγγόμενος, ut explicat *Ammonius*, μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ut exponitur Epist. Ier. v. 41. *mutus*; (antiquis mutus et surdus, *taubstumm*.) Ies. 56, 10. Prov. 17, 28. Ioseph. ant. 4, 8. 32. — 2) ut nostrum: sprachlos; *attonitus, stupefactus*, qui prae terrore verba proferre nequit, Act. 9, 7 ubi *Griesb.* commendavit lectionem ἐνεοί. (c. 22, 9 ἔμφοβοι ἐγένοντο.) Sic saepius apud profanos. Hesych. ἐμβροντηθέντες· ἐννεοὶ γενόμενοι. Eodem sensu ἀπενεόομαι, Dan. 4, 16 ἀπηνεώθη. *.

Ἐννεύω, (ex ἐν et νεύω) *innuo, nutu significo*. Luc. 1, 62. (Prov. 6, 13. 10, 10 ἐννεύων ὀφθαλμοῖς.) **.

Ἔννοια, ας, ἡ, (ab ἐν et νοῦς) 1) quod mente concipitur, in mente est; — *cogitatio, consilia*, Hebr. 4, 12. coll. Susann. v. 28. — (intelligentia, sapientia, Prov. 4, 1 בִּינָה. ib. 18, 15 דַּעַת.) — Apud nostros est 2) *cogitandi sentiendique ratio, mores*, quatenus ex animi cogitationibus et sensu oriuntur; 1 Petr. 4, 1 τὴν αὐτὴν ἔννοιαν, i. e. τὴν αὐτοῦ ἔννοιαν, Christi sensum, eius mores et vitae rationem, qua (ut legitur versu 2) non carnis sed Dei dictamina sequimur. (Prov. 3, 21 τήρησον τὴν ἐμὴν βουλὴν καὶ ἔννοιαν (מְזִמָּה). Prov. 23, 19 κατεύθυνε ἐννοίας σῆς καρδίας (דֶּרֶךְ). Sap. 2, 14 ἐγένετο ἡμῖν εἰς ἔλεγχον ἐννοιῶν ἡμῶν, moribus suis vituperat vitae nostrae rationem; quae v. 15. 16 explicantur per: ἀπέχεται τῶν ὁδῶν ἡμῶν ὡς ἀπὸ ἀκαθαρσιῶν.) *.

Ἔννομος, ον, (ex ἐν et νόμος) 1) secundum leges publicas compositus, *legitimus*; Act. 19, 39 ἐνν. ἐκκλησία, concio populi legitima, quae ibi opponitur turbae tumultuanti et casu collectae. (Prol. Sir. ἔννομος βίωσις, vita legi mosaicae conveniens. Pind. Ol. 7, 155. Xenoph. cyrop. 8, 7. 10.) — 2) legibus obstrictus, *obstrictus* simpliciter 1 Cor. 9, 21 ἔννομος Χριστῷ, Christo ad obedientiam obstrictus. Aelian. V. Hist. 2, 22 ἐννομωτάτους γενέσθαι καὶ Μαντινέας ἀκούω. (Ἔκνομος, exlex, Philo de praem. p. 927 D.) Hesych. ἔννομον· ἔνθεσμον. *.

Ἔννυχος, ον, (ex ἐν et νυκτός, noctu) qui noctu est, fit, *nocturnus*. (Hom. Iliad. 11, 717. Pind. Py. 2, 39. Eurip. Hec. v. 72 et apud poëtas.) — Ἔννυχον pro κατὰ τὸν ἔννυχον χρόνον, adverbialiter, *noctu*, quum nox adhuc esset. Marc. 1, 35 πρωῒ ἔννυχον λίαν, tempore matutino multa adhuc nocte, i. e. quum crepusculum profundum (Luc. 24, 1 ὄρθρου βαθέος) adhuc esset. (3 Macc. 5, 5. cf. *Fischer*. de vitiis Lex. N. T. p. 451.) **.

Ἐνοικέω, ῶ, fut. ἐνοικήσω, aor. 1. ἐνῴκησα, (ex ἐν et οἰκέω) *inhabito*, Levit. 26, 32. Iud. 5, 23. Ier. 31, 24. — *sedem figo*; — saepius in V. T. de Deo sedem figente in monte sionitico, Exod. 25, 8. Levit. 26, 11. 12. Ps. 9, 11. Adiungebatur deinde notio benefaciendi, tuendi et est: *inhabito et benefacio, tueor*, Exod. 29, 45. Ezech. 37, 27. Sic verba ἐνοικέω et κατοικέω transferuntur ad coniunctionem intimam cum aliqua re indicandam: ἐνοικέω ἔν τινι, *insum, versor in aliqua re*, (Aristot. de gener. 1, 2.) *vim meam exsero in*; de Deo 2 Cor. 6, 16. de spiritu Dei Rom. 8, 11. 2 Tim. 1, 14. coll. Rom. 8, 9. 1 Cor. 3, 16. Iac. 4, 5. de doctrina divina Col. 3, 16. coll. Sir. 24, 13 sqq. de fide 2 Tim. 1, 5. coll. Rom. 7, 17. 20. (Test. XII patr. p. 539 οὐκ ἐνῴκησεν ἐν αὐτῷ οὐδὲν πονηρόν. Apud Aretaeum saepius de morbis corpus occupantibus. Ioseph. de bell. 6, 1. 6 ἐνῴκει τις ἡρωϊκὴ ψυχὴ λεπτῷ σώματι.) *.

Ἐνόντα, τά, vid. Ἔνειμι.

Ἑνότης, τητος, ἡ, (ab εἷς, ἑνός) *unitas*; apud nostros: *unanimitas, consensus*. Eph. 4, 3. 13 ἑνότης τοῦ πνεύματος, τῆς πίστεως, una eademque, consentiens fides, eadem studia. (Test. XII patr. p. 642. Clem. Alex. strom. 6, 13. p. 793, 19 ed. Pott. ἑνότης τῆς πίστεως.) *.

Ἐνοχλέω, ῶ, (ex ἐν et ὀχλέω, molestus sum multitudine, turba, ab ὄχλος) proprie: molestiam creo multitudine, Dan. 6, 2. — 2) *turbo*, ut mentem, Test. XII patr. p. 708 τὸ πνεῦμά τοῦ Βελιαρ αὐτὴν (alii codd. αὐτῇ) ἐνοχλεῖ, turbat eius mentem, scil. libidine. ibid. p. 702. Ioseph. ant. 12, 3. 4 sub fin. ὑπὸ μηδενὸς ἐνοχλεῖται. Dicitur etiam de aegrotis Gen. 48, 1. 1 Sam. 19, 14. et de medicamentis turbas excitantibus in corpore. cf. *Carpzov.* exercitt. Philon. p. 596. — *turbulentus sum, turbas excito*. Sic Hebr. 12, 15 „ne quis pessimus turbas excitet." Sic 3 Esdr. 2, 22. 29 ubi urbs Hierosolyma dicitur ἐνοχλοῦσα, chald. מְהַנְזְקַת, *damno afficiens*, Esdr. 4, 15. 22. (LXX κακοποιοῦσα.) *.

Ἔνοχος, ον, (ab ἐνέχομαι, adstringor) 1) id quod ὁ ἐνεχόμενος, adstrictus, alligatus, *implicatus, obnoxius*; (propr. cum dativo rei, Lys. orat. c. Alcib. τῷ νόμῳ ἔνοχος. vid. Markland. ad. Lys. p. 568); etiam cum genitivo, Hebr. 2, 15 ἔνοχοι δουλείας, obnoxii servituti diaboli, i. e. sentientes, se esse in potestate diaboli, quippe domini orci et manium. — sensu forensi: *poenae obnoxius, puniendus*, poena dignus (Exod. 22, 3. 34, 7. Num. 14, 18. 35, 27. Lev. 20, 9—13. 27. Iob. 15, 5. Ios. 2, 19.) — a) cum *dativo poenae*, Matth. 5, 22 ἔνοχος τῇ κρίσει — τῷ συνεδρίῳ, poenae, quam magistratus — synedrium ab eo expetit; (Gen. 26, 11 ἔνοχος θανάτῳ. Xenoph. memor. 1, 2. 64.) — b) cum *genitivo poenae*; Matth. 26, 66 ἔνοχος θανάτου, qui capitis poenam meruit. Marc. 14, 64. Marc. 3, 29 ἔνοχος αἰωνίου κρίσεως, poenis iudicii futuri obnoxius. — c) ἔνοχος εἰς γέενναν, Matth. 5, 22 ex brachylogia pro ἔνοχ. βάλλεσθαι εἰς γέεν. (Num. 35, 31 ἔνοχος ἀναιρεθῆναι.) — 2) *reus* criminis, propr. cum dativo criminis (Deut. 19, 10. Phil. de decal. p. 763.) — etiam cum genitivo criminis (Lys. orat. 1. in Alcib. 5 ἔνοχος λειποταξίου. 2 Macc. 13, 6. Philo de Ioseph. p. 558 τῆς κλοπῆς ἔνοχος.) — hinc in N. T. cum genitivo eius, qui crimine laeditur; 1 Cor. 11, 27 ἔνοχος τοῦ σώματος τοῦ κυρίου, laedens crimine corpus domini. Iac. 2, 10 ἔνοχος πάντων intellige τῶν ἐνταλμάτων τοῦ νόμου, obnoxius poenae laesarum legum. (Ies. 54, 17 οἱ ἔνοχοί σου, qui poenae obnoxii sunt impietatis.) **.

Ἔνταλμα, τος, τό, (ab ἐντέλλομαι) *mandatum, praeceptum*; Matth. 15, 9. Marc. 7, 7. Col. 2, 22. (Iob. 23, 11. Ies. 29, 13 διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων.) *.

Ἐνταφιάζω, f. άσω, (τὰ ἐντάφια, quae ad sepulturam pertinent, sepultura, quod ex ἐν et τάφος) *ad sepulturam compono, sepulturam paro, cadaver ad sepulturam orno*, videlicet veste honorifica, coronis, floribus, libaminibus, aromatibus. Quum in oriente mos esset, ut corpora mortuorum aromatibus condirentur, Io. 19, 40. Matth.

26, 12. est *pollingo;* πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν, ad pollingendum corpus meum fecit; sensus: hac actione mortem mihi proxime instantem significasse censenda est. (Sic Gen. 50, 2. 3 pro hebr. חָנַט, quod de eadem re dicitur. Phavorin. ἐνταφιάζω· ἐνσοριάζω, θάπτω. Narratio Iosephi ab Arimath. apud Birch. p. 191. Test. XII patr. p. 619 μηδείς με ἐνταφιάσῃ πολυτελεῖ ἐσθῆτι, ἢ ἀναῤῥήξοι τὴν κοιλίαν μου, ὅτι ταῦτα μέλλουσι ποιεῖν οἱ βασιλεύοντες. (Sunt verba Iudae moribundi.) Plutarch. de esu carn. or. 1. p. 995 carnes luxuriose condientes dicit ὥσπερ ὄντως νεκρὸν ἐνταφιάζοντες.) **.

Ἐνταφιασμός, οῦ, ὁ, praeparatio corporis mortui ad sepulturam; *pollinctura*, (vid. Ἐνταφιάζω, a quo descendit) Marc. 14, 8. Io. 12, 7. Apud profanos non legitur. *.

Ἐντέλλω, (Ioseph. ant. 7, 14. 5 ἐντέταλκε. Pind. Ol. 7, 73 ἔντειλεν.) — Ἐντέλλομαι, fut. ἐντελοῦμαι [Matth. 4, 6. Luc. 4, 10.] aor. 1. ἐνετειλάμην, perf. pass. cum significatione transitiva ἐντέταλμαι [Act. 13, 47. Ies. 13, 4. 1 Reg. 13, 17. Polyb. 17, 2. 1. Herodian. 1, 9. 21. *Win.* Gramm. p. 238 sq.) — (ex ἐν et τέλλω, ad finem perduco, facio ut oriatur) — LXX pro hebr. צִוָּה — verbum depon. med. 1) *iubeo esse;* Hebr. 9, 20 διαθήκης ἧς (ex attractione pro ἣν) ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ θεός. (vid. Exod. 24, 8 e quo loco haec repetita sunt, ubi LXX διέθετο. Caeterum ἐνετείλατο διαθήκην habes etiam in vers. Alex. Deut. 4, 13. 29, 1. Ier. 11, 4. Ios. 23, 16. Iud. 2, 20. — νόμον ἐντέλλ. Neh. 8, 14. 9, 14. — Πρός post ἐντέλλ. indicans, cui aliquid ex voluntate alterius esse debeat, etiam Sir. 45, 3 ἐνετείλατο αὐτῷ πρὸς λαὸν αὐτοῦ.) — 2) *mandata do, mandatis instruo* aliquem, Act. 1, 2. (Sir. 45, 3.) — περί τινος, de aliqua re, Matth. 4, 6. Luc. 4, 10. Hebr. 11, 22. (Nah. 1, 14. Iob. 36, 32. Num. 9, 8. 27, 19. 2 Sam. 14, 8. Ioseph. ant. 7, 14. 5.) — *mando, praecipio,* Matth. 15, 4. 17, 9. Marc. 10, 3. 11, 6. Io. 14, 31. Act. 13, 47. (Gen. 28, 1. 6. 32, 4. Io. 4, 12. 1 Reg. 5, 17.) — seq. infinitivo, Matth. 19, 7. Io. 8, 5. Luc. 4, 10. (2 Chron. 36, 23. Gen. 42, 25. Deut. 15, 15. 26, 13.) — seq. accusativo rei, Matth. 28, 20. Io. 15, 14. 17. (Gen. 6, 22. 7, 5. 45, 19. Exod. 4, 28. 7, 2. 3, 11.) — seq. ἵνα, Marc. 13, 34. (Ioseph. ant. 8, 14. 2 med.) *.

Ἐντεῦθεν, *hinc, inde, ex hoc loco*, a) de loco, Matth. 17, 20. Luc. 4, 9. 13, 31. (16, 26.) Io. 2, 16. 14, 31. (Gen. 37, 17. 42, 15.) — Ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, ut ἔνθεν καὶ ἔνθεν, (Ezech. 40, 34. 37.) *hinc, illinc; ab utraque parte*, Io. 19, 18. Apoc. 22, 2. coll. Num. 22, 24. Dan. 12, 5. — b) de loco metaphorico, *inde, ex hac re*, Io. 18, 36 ἐντεῦθεν, huius originis, ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. (Ioseph. ant. 4, 8. 19 ἐντεῦθεν ἀπαρχὰς ἀποφέρειν) Iac. 4, 1 ἐντεῦθεν, ex hoc fonte. (3 Esdr. 4, 22. Ioseph. ant. 4, 8. 18 στάσεων ἐντεῦθεν γινομένων.) *.

Ἔντευξις, εως, ἡ, (ab ἐντυγχάνω) 1) accessus, aditus ad aliquem, colloquium cum aliquo) 2 Macc. 4, 8.) — 2) petitio (Ioseph. ant. 15, 3. 8.) — *supplicatio, preces, Gebet;* 1 Tim. 2, 1. 4, 5 διὰ λόγου τοῦ θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, eo, quod Deus, largitor, laudatur et preces ad eum mittuntur. (Plutarch. vit. Num. c. 14 ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεις. Clem. Alex. strom. 7, 7. p. 860, 48 ed. Pott. θυσίαι αὐτῷ, εὐχαί τε καὶ αἶνοι, καὶ αἱ πρὸ τῆς ἑστιάσεως ἐντεύξεις τῶν γραφῶν. Vid. omnino Ἐντυγχάνω, et quae de voc. Ἔντευξις uberius disputavit *Raphelius* in annotat. e Polyb. et Arrian. p. 595 sq. — *Deum adire* Hebraeis dici pro: preces fundere ad Deum, docent loca Ies. 29, 13. Ies. 30, 21. Iac. 4, 8. Sap. 8, 21.) *.

Ἔντιμος, ον, (ὁ ἐν τιμῇ ὤν) 1) *qui in pretio est, pretiosus;* de lapide 1 Petr. 2, 4. 6. (Ies. 28, 16.) — tropice, de homine: *carus,* qui magni aestimatur, Luc. 7, 2. (1 Sam. 26, 21.) — ἔντιμον ἔχειν τινά, in pretio habere, magni facere aliquem, Phil. 2, 29. — 2) *qui in honore est, nobilis,* Luc. 14, 8. (Neh. 2, 16. 4, 14. Num. 22, 15. Sir. 10, 24. 19. 20.) *.

Ἐντολή, ῆς, ἡ, (ab ἐντέλλομαι) LXX pro מִצְוָה, 1) *mandatum*, Auftrag, Io. 14, 15. 21. 15, 10. Act. 17, 15. Col. 4, 10. — Io. 10, 18 et Hebr. 7, 5 *potestas*, quae ex mandato oritur, et 1 Tim. 6, 14 *munus demandatum.* — 2) *praescriptum, praeceptum;* vario modo: a) de edictis magistratuum, Io. 11, 57. 2 Chron. 29, 15. — b) de traditionibus Rabbinorum, Tit. 1, 14. — c) de Iesu praeceptis, Io. 13, 34. 15, 12. 1 Cor. 14, 37. 1 Io. 2, 8. 4, 21. — d) de Dei praeceptis, vel universis, Io. 12, 49. coll. v. 50. 1 Cor. 7, 19. 1 Io. 3, 22. 23. — e) de legis mosaicae praeceptis, quum omnibus tum singulis, Matth. 5, 19. 19, 17. 22, 36—40. Marc. 10, 5. 19. 12, 28—31. Luc. 1, 6. 18, 20. Hebr. 9, 19. Rom. 13, 9. Eph. 6, 2. — Rom. 7, 8—13 ἐντολή illud legis mos. praeceptum indicat, quod v. 7 adfertur: οὐκ ἐπιθυμήσεις. Eph. 2, 15 νόμος ἐντολῶν ἐν δόγμασι, vid. Δόγμα. Hebr. 7, 16 κατὰ νόμον ἐντολῆς, pro κατ' ἐντολὴν νόμου, ex praescripto legis mosaicae de pontificum successione. cf. vers. 18. (In V. T. saepissime de praeceptis legis, Num. 15, 22. Lev. 4, 27.) — f) ἡ ἐντολή, collective α) i. q. νόμος, *lex mosaica ipsa*, quatenus praecepta continet, Matth. 15, 3. 6. Marc. 7, 8. 9. Luc. 23, 56. (in versione LXX hebr. תּוֹרָה, 2 Reg. 21, 8. 2 Chron. 12, 1. 30, 16.) — β) praecepta Christianis data, 2 Petr. 2, 21. 3, 2. 1 Io. 2, 3. 4. 7.

Ἐντόπιος, ιον, (ex ἐν et τόπος) qui in loco aliquo versatur; *incola, civis.* Act. 21, 12 οἱ ἐντόπιοι, Christiani Caesareenses.

Ἐντός, adv. loci, *intus, intra;* τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου, interiora poculi, Matth. 23, 26. (1 Macc. 4, 48 ᾠκοδόμησαν τὰ ἅγια καὶ τὰ ἐντὸς τοῦ οἴκου. — τὰ ἐντός μου, interiora hominis, cor, mens, Dan. 10, 16. Ps. 103, 1. Ies. 16, 11.) — Luc. 17, 21 ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν, regnum divinum iam adest, coepit esse inter vos, hebr. בְּקֶרֶב Ps. 39, 3. 109, 22. (Xenoph. anabas. 1, 10. 5 ὁπόσα ἐντὸς αὐτῶν ἐγένοντο, quae secum in castris habebant.) Alii Luc. l. l. ἐντὸς ὑμῶν, *in animo vestro*, quo sensu legitur Ioseph. ant. 5, 1. 26. *.

Ἐντρέπω, aor. 2. pass. ἐνετράπην, fut. 2. pass. ἐντραπήσομαι, (ex ἐν et τρέπω, verto) LXX pro נִכְלַם, חָפֵר, et נִכְנַע — converto; — tropice: converto aliquem, i. e. facio ut resipiscat, vel ad meliorem frugem redeat, quod, quum coniunctum sit cum pudore, ex adiuncto est: *pudore aliquem suffundo, pudore afficio*, seq. accusativo, 1 Cor. 4, 14. In passivo: *pudore suffundor*, adiuncta notione vel *resipiscendi*, vel *excidendi consiliis suis*, 2 Thess. 3, 14. Tit. 2, 8. (Ps. 35, 4. 40, 14. 83, 17. Ies. 41, 11. 45, 16. Ezech. 36, 32 ἐντράπητε ἐκ τῶν ὁδῶν ὑμῶν. 3 Esdr. 8, 51. Sir. 4, 25.) — *Medium:* vel me adverto ad aliquem, vel etiam: me averto ab aliquo ad alium, (2 Reg. 22, 19. 2 Chron. 36, 12.) — tropice ut nostrum: sich an einen kehren, *verecundor aliquem, revereor eum*, apud antiquiores seq. genitivo personae, apud recentiores scriptores seq. accusativo personae; Matth. 21, 37. Marc. 12, 6. Luc. 18, 2. 4. 20, 13. Hebr. 12, 9. (Exod. 10, 3. Iob. 32, 21. Sap. 2, 10 πρεσβύτου ἐντραπῶμεν πολιὰς πολυχρονίους. Ib. c. 6, 7. 3 Esdr. 8, 51 ἐνετράπην αἰτῆσαι. Dionys. Halic. 8, p. 520 φίλους καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐντράπης. Ignat. ad Trall. §. 3 ὑμεῖς δὲ ἐντράπεσθε αὐτοὺς ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν. — seq. dativo, Ignat. ad Magnes. §. 6 ἐντρέπεσθε ἀλλήλοις.) *.

Ἐντρέφω, (ex ἐν et τρέφω) *innutrio.* Ut Latinor. *innutritus*, (Silius 2, 286 „ne castris innutriretur et armis") et verba nutriendi omnino ad disciplinam et institutionem transferuntur, sic etiam ἐντρέφεσθαι dicuntur ii, qui exercentur in palaestra, et ii, qui artibus, virtutibus instruuntur. Vid. omnino *Loesneri* obss. e Phil. p. 399. Ἐντρεφόμενός τινι, prop. victum habens, vitam degens in aliquo, i. e. intimo commercio utens cum aliquo; semel 1 Tim. 4, 6 ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις, sensus: qui bene didicisti a puero praecepta. Philo de vict. off. p. 835 ἐντραφέντες νόμοις, de alleg. p. 59 ταῖς ἀρεταῖς ἐντρέφεσθαι. de legat. ad Cai. p. 1020 ἐνετράφης τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν.

Ἔντρομος, ον, (ex ἐν et τρόμος) ὁ ὢν ἐν τρόμῳ, *tremore correptus, tremefactus*, Act. 7, 32. 16, 29. Hebr. 12, 21. (Sap. 17, 10. 1 Macc. 13, 2. Ps. 18, 7. Dan. 10, 11. Non nisi apud inferioris aevi scriptores legitur. Plut. Fab. 3.) *.

Ἐντροπή, ῆς, ἡ, (ab ἐντρέπω) 1) conversio; — 2) *pudor;* πρὸς ἐντροπήν τινος, ad pudefaciendum aliquem, 1 Cor. 6, 5. 15, 34. (Ps. 35, 26. 69, 7. 19. — reverentia, Polyb. 4, 52. 2. Ioseph. ant. 2, 4. 3.) *.

Ἐντρυφάω, ῶ, (ex ἐν et τρυφάω) 1) *luxuriose vivo, deliciis diffluo;* — etiam *oblector;* ἔν τινι, — semel 2 Petr. 2, 13 ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις, vel: luxuriose viventes in flagitiis, vel: oblectati fraudibus. (Ier. 31, 20 παιδίον ἐντρυφῶν, filius oblectationis, quo delector, i. q. antea ὁ ἀγαπητός. Herodian. 3, 5. 3. ib. 2, 3. 22.) Praeferenda vero videtur pro ἀπάταις lectio ἀγάπαις, luxuriantes,

molliter viventes in agapis. (LXX pro התענג Ies. 55, 2. — ἐντρυφ. seq. dativo personae, ut etiam apud profanos, illudere alicui, Ies. 57, 4. Hab. 1, 10.) *.

Ἐντυγχάνω, aor. 2. ἐνέτυχον, (ex ἐν et τυγχάνω) a) τινί, α) proprie: *incido in aliquem, convenio, colloquor cum eo*, Act. 25, 24. (2 Macc. 4, 36. Hesych. ἐντυγχάνει· προσέρχεται. metaphor. adire librum, legere, 2 Macc. 2, 25. 6, 12. 15, 40.) — β) metaphorice: ἐντυγχάνειν τῷ θεῷ, *Deum adire, ad Deum accedere*, et quidem precum faciendarum causa; *preces facere;* sic de spiritu sancto Rom. 8, 27 ὑπὲρ ἁγίων, pro sanctis, cum Deo agere precibus de salute Christianorum. (Ioseph. ant. 14, 10. 13.) — de Christo Rom. 8, 34. Hebr. 7, 25 ubi quum comparetur servator cum pontifice, est: cum sanguine accedere ad Deum, sanguinem in expiationem Deo offerre, cf. c. 9, 12—14. — b) κατά τινος, preces ad Deum facere adversus aliquem, de eo queri, Rom. 11, 2. (1 Macc. 8, 32. 10, 61. 63. 64. 11, 25.) Sic Sap. 8, 21 ἐνέτυχον τῷ κυρίῳ καὶ ἐδεήθην αὐτοῦ. Philo de vita Mos. p. 629 Moses ἐνετύγχανεν ἀφανῶς τῷ θεῷ, supplex adibat Deum. Ioseph. ant. 2, 15. 3 ἐντεύξεσθαι τῷ θεῷ. Lib. Henoch. (*Fabric.* cod. pseud. I, p. 190) τὰ πνεύματα τῶν — ἀποθανόντων ἀνθρώπων ἐντυγχάνουσι, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν τοῦ οὐρανοῦ ἀνέβη ὁ στεναγμὸς αὐτῶν. *.

Ἐντυλίσσω, — ττω, f. ξω, (ex ἐν et τυλίσσω, involvo, quod a τύλος, die Wulst) *involvo*, Matth. 27, 59. Luc. 23, 53. (Evang. Nicod. p. 63.) — *convolvo*, in unum volumen convolvo, Io. 20, 7. (Aristot. Plat. 692.) *.

Ἐντυπόω, ῶ, part. praet. pass. ἐντετυπωμένος, (ex ἐν et τύπος) *incido, insculpo*. 2 Cor. 3, 7 ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις i. e. literis descripta incisis in lapidibus. Hesych. ἐντυπούμενον· ἐγγραφόμενον. (Dio Cass. 47, 25. Plut. Pericl. 31.) *.

Ἐνυβρίζω, aor. 1. part. ἐνυβρίσας, (ex ἐν et ὑβρίζω) *illudo, contumeliose tracto*, Hebr. 10, 29 τὸ πνεῦμα ἐνυβρίσας. (Sophocl. Phil. 342 πρᾶγμ᾽, ὅτῳ σ᾽ ἐνύβρισαν. Ioseph. ant. Iud. 5, 8. 12 ὅπως ἐνυβρίσωσιν αὐτόν. Id. 1; 1. 4 εἰς ταύτην μου τὴν γνώμην ἐνυβρίσας. ib. 1, 8. 1 ἐνυβρίσαι (vim inferre) τοῦ ξένου τὴν γυναῖκα.) *.

Ἐνυπνιάζω, fut. 1. pass. ἐνυπνιασθήσομαι, (ab ἐνύπνιον) et med. ἐνυπνιάζομαι: *in somno sum, somnio;* Gen. 28, 12. Iud. 7, 13. Ies. 29, 8. 56, 10 *visionem habeo*, ex usu hebr. חלם, et quum de divinis et veris visionibus et oraculis, tum de falsis et fictitiis dicitur. Deut. 13, 1—5 προφήτης καὶ ἐνυπνιαζόμενος ἐνύπνιον. Ier. 23, 25. 29, 8. — In N. T. Passivum bis: Act. 2, 17 ἐνυπνίοις ἐνυπνιασθήσονται, in somnio accipient oracula, monita divina; cf. Ioel. 2, 28. — Iud. v. 8 ἐνυπνιαζόμενοι, falsis oraculis decepti, vel etiam: falsa oracula edentes. Videtur apostolus eiusmodi oracula in mente habuisse, quibus excitarentur homines adversus magistratus. Usitatum est hoc verbum serioribus scriptoribus apud profanos, inde ab Aristotele.

Ἐνύπνιον, ου, τό, (propr. neutr. ab ἐνύπνιος, i. e. τὸ ἐν ὕπνῳ ὄν, quod in somno est, quod in somno offertur menti) LXX pro חלום, — 1) *somnium*, Gen. 37, 5. 6. — 2) *visio* in somnio oblata; Act. 2, 17 ἐνυπνίοις (text. vulg. ἐνύπνια) ἐνυπνιασθήσονται, visionibus divinitus monebuntur. Ioel. 2, 28. (Phavor. τὸ ἐνύπνιον — — — καὶ δηλοῖ τὴν ὄψιν τὴν ἐν τοῖς ὕπνοις φαινομένην, ἤτοι τὸν ὄνειρον.) *.

Ἐνώπιος, ιον, (ex ἐν et ὤψ, facies) qui est ἐν ὠπί, in conspectu, coram, ob oculos versatur, conspicitur, (Gen. 16, 13. 14. Exod. 33, 11. 25, 30. — et apud profanos.) Singulari vero modo nostri ἐνώπιον, *praepositionis* loco, cum genitivo usurpant, videlicet LXX interpretes saepissime pro לִפְנֵי ,לְנֶגֶד ,נֶגֶד et בְּעֵינֵי, Lucas et Paulus haud raro, Ioannes ter, Iacobus et Petrus uterque semel. In Matthaei vero et Marci scriptis non ita legitur, nec facile invenies praepositionem ἐνώπιον in scriptis profanorum seriorum. Est vero nostrum: *vor, bei*, Latinor. *coram, in conspectu*, diciturque duplici modo:

1) *sensu proprio*, ut maxime respondeat hebr. נֶגֶד et לִפְנֵי, a) de loco: *coram, ante;* ἐνώπιον τοῦ θρόνου, Apoc. 1, 4. 4, 5. 6. 7, 9. 15. 8, 2. 3. 11, 4. 12, 4. [14, 3.] 20, 12. — Apoc. 4, 10 βαλοῦσι τοὺς στεφάνους ἐνώπιον τοῦ θρόνου, coronas ante solium deponent. (1 Sam. 17, 57.) Apoc. 7, 11 ἔπεσον ἐν. τοῦ θρόνου ἐπὶ τὰ πρόσωπα. (1 Sam. 25, 23. 5, 3.) — b) de persona: *coram, ante*, Luc. 1, 17 προελεύσεται ἐνώπ. αὐτοῦ, er wird vor seinem Angesicht her gehen, ut solebant praecones anteire principes, (2 Chron. 1, 10. 1 Sam. 12, 2), i. q. Marc. 1, 2 πρὸ προσώπου αὐτοῦ. — Luc. 1, 19 παρεστηκὼς ἐνώπ. θεοῦ, coram Deo, i. e. coram throno Dei, angelus interioris admissionis (ἄγγελος τοῦ προσώπου). Matth. 18, 10. (vid. 1 Reg. 12, 6. Tob. 12, 15. Dan. 8, 15. Iud. 20, 28.) — προσκυνεῖν, vel πίπτειν ἐνώπιόν τινος, i. e. ad pedes procumbere et adorare, (Apoc. 3, 9 προσκυνεῖν ἐνώπιον τῶν ποδῶν τινος) Luc. 4, 7. Apoc. 4, 10. 5, 8. 15, 4. (Ps. 22, 27. 29.) Luc. 5, 18 θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ, ante illum deponere. Act. 6, 6 οὓς ἔστησαν ἐν. τῶν ἀποστόλων, quos quum stitissent apostolis. c. 9, 15 βαστάσαι τὸ ὄνομά του ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, vor dem Angesicht, in conspectu, i. e. ita ut videant intelligantque. Act. 10, 4 αἱ ἐλεημοσύναι ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον τοῦ θεοῦ, i. q. v. 31 ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, videlicet per τοὺς ἀγγέλους τοῦ προσώπου, commemorantes ista beneficia coram Deo. Apoc. 16, 19. (Lib. Henoch. p. 186 εἰσενεχθῆναι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐνώπιον κυρίου. cf. Ἄγγελος.) Apoc. 2, 14 βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, propr. ad pedes, coram, ut impingant. c. 3, 8 δέδωκα ἐν. σου θύραν ἀνεῳγμένην, stiti coram te, i. e. aperui tibi ianuam, subministravi occasionem non impediendam. (coll. Deut. 4, 8. 1, 8.) Apoc. 11, 16 οἱ πρεσβ. οἱ ἐν. τοῦ θεοῦ, qui circum thronum Dei sunt. Apoc. 12, 10 ὁ κατηγορῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, pro ὁ εἰσελθὼν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ἵνα κατηγορῇ, qui accusandi causa comparet coram Deo. (coll. 1 Reg. 1, 28. 32. 1 Sam. 20, 1. 16, 10. 28, 25.) Apoc. 8, 4 ἐν. τοῦ θεοῦ, coram, id est, in conspectu Dei, vid. c. 9, 13. — *coram* i. e. *in conspectu* alicuius, *ipso praesente, ipso vidente* vel *audiente*, hebr. לִפְנֵי, לְנֶגֶד, Luc. 5, 25 ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν. c. 8, 47. 12, 9. 13, 26 ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, de cuius locutionis sensu vid. *Πίνω*. (2 Sam. 11, 13. 2 Reg. 24, 19. 1 Reg. 1, 25.) Luc. 23, 14. 24, 43. Io. 20, 30. Act. 2, 25. (coll. Ps. 17, 8. vid. *Προοράω*.) 4, 10. 19, 9. 19. 27, 35. 1 Tim. 5, 20. 6, 12. Hebr. 4, 13 ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, ab eius conspectu remotus, i. e. remotus ne conspiciatur ab eo. (Iob. 26, 6 γυμνὸς ὁ ᾅδης ἐνώπιον αὐτοῦ, i. e. vor seinen Blicken) 3 Io. v. 6. Apoc. 3, 5. 13, 12—14. 14, 3. 10. 19, 20. (Ps. 17, 25. Iudic. 11, 11. Deut. 6, 22. 29, 2. 1 Sam. 12, 3. 15, 30. 1 Reg. 8, 22. Num. 17, 10.) — ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, vidente, sciente, teste Deo, Rom. 14, 22. 2 Cor. 4, 2. 7, 12 τὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, i. e. ἣν (σπουδὴν) ἔχω ὑπὲρ ὑμῶν teste Deo. (1 Sam. 12, 7. 23, 18.) — Hinc — c) ἐνώπιον τοῦ θεοῦ in asseverando, obtestande est: *per Deum, bei Gott;* non nisi quinquies, Gal. 1, 20 ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδ., per Deum, Deum testem facio. 1 Tim. 5, 21 διαμαρτύρομαι ἐν. τοῦ θεοῦ, ἵνα. 1 Tim. 6, 13 παραγγέλλω σοι ἐνώπ. τοῦ θεοῦ, τηρῆσαι. 2 Tim. 2, 14. 4, 1.

2) *sensu metaphorico*, ut nonnunquam hebr. לִפְנֵי, saepius בְּעֵינֵי, *in sensu, in animo alicuius*, i. e. *statuente, volente, iudicante* aliquo, ut nostrum *vor, bei;* sic δίκαιος, καλὸς, ἀρεστὸς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, iudice Deo, Luc. 1, 6. 75. 16, 15. Act. 4, 19. Rom. 3, 20. 12, 17. 2 Cor. 8, 21. 1 Tim. 2, 3. 5, 4. Hebr. 13, 21. 1 Io. 3, 22. 1 Petr. 3, 4. Apoc. 3, 2. (coll. Exod. 15, 26. Deut. 1, 23. 4, 25. Iud. 3, 12. 10, 15. 1 Sam. 3, 18. 14, 36. Neh. 2, 5. Ies. 38, 3 et saepissime in V. T.) — Luc. 1, 15 μέγας ἐνώπιον κυρίου, magnus Deo volente. (2 Reg. 5, 1.) Luc. 12, 6 ἐπιλελησμένον εἶναι ἐνώπ. τινος, bei einem vergessen sein. (Sir. 23, 18.) Luc. 14, 10 ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον πάντων. c. 15, 10 χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων, angeli laetabuntur. Luc. 15, 18. 21 ἁμαρτάνειν ἐνώπιόν τινος, male fecisse iudice aliquo. (coll. 1 Sam. 20, 1.) Luc. 24, 11 ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος, videbantur ipsis. (Num. 13, 34.) Act. 6, 5 ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπ. πάντων, omnibus placuit. c. 7, 46 εὑρίσκειν χάριν ἐνώπ. τινος, alicui probari, ei placere. (Exod. 33, 13. 17. Num. 11, 11. Deut. 24, 1. Esth. 2, 9.) Act. 8, 21 καρδία εὐθεῖα ἐν. τοῦ θεοῦ. (1 Reg. 2, 4.) c. 10, 33 πάρεσμεν ἐνώπ. τοῦ θεοῦ, adsumus Deo sic volente. 1 Cor. 1, 29 καυχᾶσθαι ἐνώπ. τοῦ θεοῦ, sibi aliquid arrogare, sese efferre in conspectu Dei, i. e. iudicio Dei velle esse aliquid. Iac. 4, 10 ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ κυρίου, vos humiles esse putate iudicio Dei. (coll. Esdr. 8, 21.) *.

Ἐνώς, ὁ, *Enos*, nom. pr. indecl. filii Sethi, natu maximi (hebr. אֱנוֹשׁ). Luc. 3, 38. Gen. 4, 26. *.

Ἐνωτίζομαι, aor. 1. ἐνωτισάμην (ex ἐν et οὖς, ὠτός) *in aures immitto, auribus percipio, attendo.*

Semel Act. 2, 14. Apud profanos antiquiores non legitur, sed saepius in versione alexandrina, Num. 23, 18 הֶאֱזִין. Ier. 8, 6 הִקְשִׁיב. Hesych. ἐνωτίζου· ἐν τοῖς ὠτίοις δέχου. (Test. XII patr. p. 520 ἐνωτίσασθε τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Nicet. in Isaac. Ang. 1, 4 ἐνωτισθεὶς τὸν Ἀνδρονίκου θάνατον. Ibid. 1, 1. Alex. Comnen. 3, 9.)

Ἐνώχ, ὁ, *Enochus*, nom. pr. indecl. (hebr. חֲנוֹךְ) filii Iaredi, Gen. 5, 18 sqq. Sir. 44, 16. quem literas invenisse et arithmeticen et astrologiam excoluisse Iudaei tradunt, cuiusque liber propheticus apocryphus circumferebatur. Vid. *Fabr.* cod. pseudep. V. T. p. 160. Commemoratur Luc. 3, 37. Hebr. 11, 5. Iud. v. 14.

Ἐξ, e, ex, pro ἐκ, ubi vocalis vel diphthongus sequitur. Vid. Ἐκ.

Ἕξ, οἱ, αἱ, τά, *sex*. Marc. 9, 2. Luc. 4, 25 et passim.

Ἐξαγγέλλω, f. ελῶ, (ἐξ et ἀγγέλλω) 1) *accurate nuntio, prolixe narro,* (LXX סִפֵּר), Ps. 56, 8. 119, 13. 26. Sir. 18, 3. — 2) ex hebraismo, ut סִפֵּר, *laudo, praedico*, 1 Petr. 2, 9. coll. Ps. 73, 28. 79, 13. Sir. 44, 15 τὸν ἔπαινον αὐτῶν ἐξαγγελεῖ ἐκκλησία. *.

Ἐξαγοράζω, aor. 1. ἐξηγόρασα, (ἐξ et ἀγοράζω) *redimo* aliquid e potestate alicuius pretio soluto (Vid. Ἀγοράζω); ἀγοράζω ἐκ. — *Activum: ἐξαγοράζειν τινά*, Gal. 3, 13. 4, 5 de Christo redimente pretio sanguinis sui homines. (Polyb. 3, 42. 2.) — *Medium: redimo me*, pretio soluto, ich kaufe mich los, ich kaufe ab für mich; epist. Smyrn. ad Ignat. §. 2 ubi martyres dicuntur διὰ μιᾶς ὥρας αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι, qui se liberarunt ab aeternis poenis. — Est vero etiam: *redimo mihi*, meum facio, ich gewinne mir; sic. Dan. 2, 8 activum καιρὸν ὑμᾶς ἐξαγοράζετε, dilationem quaeritis. — Locutio ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν, Eph. 5, 16. Col. 4, 5 est igitur vel: vos redimentes ex hoc tempore, i. e. recte vivendo, mala patiendo vos liberantes ex instantibus huius temporis calamitatibus; vel: redimentes vobis, in usum vestrum convertentes hoc tempus videl. tempus breve quod restat huic aevo. **.

Ἐξάγω, aor. 2. ἐξήγαγον, (ἐκ et ἄγω) *educo* ex loco (hebr. הוֹצִיא), e carcere, Act. 5, 19. 12, 17. 16, 37. 39. (Ies. 42, 7. Ps. 142, 7.) — ex Aegypto, Act. 7, 36. 40. 13, 17. Hebr. 8, 9. (Exod. 6, 6. 7. Lev. 25, 38.) — ex urbe ad supplicium, Marc. 15, 20. — multitudinem in desertum, Act. 21, 38. (Exod. 16, 3.) — oves ex ovili, Io. 10, 3. — Sequente ἔξω, Marc. 8, 23. Luc. 24, 50. (Gen. 15, 5. 19, 17.) *.

Ἐξαιρέω, ῶ, aor. 2. ἐξεῖλον, aor. 2. med. ἐξειλόμην, (ἐξ et αἱρέω) LXX maxime pro הִצִּיל 1) manu prehendo et aufero; *aufero, extraho, eripio;* Act. 7, 10. 34. 12, 11. 23, 27. Gal. 1, 4. (Gen. 32, 11. Ios. 2, 13. 1 Reg. 1, 12. Sap. 10, 1.) ἐξαιρ. τὸν ὀφθαλμόν, Matth. 5, 29. 18, 9 oculum exstirpo, eruo, hebr. נִקֵּר, 1 Sam. 11, 2. (LXX ἐξορύξαι. Heliod. 2, p. 84 τὸν ὀφθαλμὸν ἐξεῖλε.) — 2) Medium: manu prehendo et aufero ut meum sit, *mihi capio, eligo*. Act. 26, 17 ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, te elegi ex omnibus quum Iudaeis tum gentilibus. (Deut. 31, 11. Iob. 36, 21 ubi hebr. בָּחַר *elegit*. coll. Ies. 49, 7.) *.

Ἐξαίρω, f. αρῶ, aor. 1. pass. ἐξήρθην, (ἐξ et αἴρω) *tollo e medio, aufero ex aliquo loco;* deinde: *removeo, eiicio.* Deut. 19, 19. Iud. 20, 13. In N. T. 1 Cor. 5, 13 ἐξαρεῖτε, ubi futurum mitius imperat, nisi cum bonis libris legendum est ἐξάρατε, imper. aor. 1. ἐξῆρα. Ibid. v. 2 in textu vulg. (ubi *Griesb.* ἀρθῇ reposuit pro ἐξαρθῇ) de excommunicatione; ergo: eiicere e coetu. coll. Deut. 7, 1. 1 Macc. 14, 36. *.

Ἐξαιτέω, ῶ, aor. 1. med. ἐξῃτησάμην, (ἐξ et αἰτέω, quod vid.) *rogo, postulo*, ut mihi tradatur, dedatur aliquis s. aliquid, in utramque partem, quum bonam tum malam (vid. *Bremi* ad Aeschin. adv. Ctesiph. p. 399). — Medium: *mihi exposco;* semel Luc. 22, 31. (Test. XII patr. p. 729 τὰ πνεύματα τοῦ Βελιὰρ εἰς πᾶσαν πονηρίαν θλίψεως ἐξαιτήσονται ὑμᾶς, coll. Iob. 1, 1—12.) *.

Ἐξαίφνης, (ex ἐξ et αἴφνης subito, quasi ἐξ ἀφανοῦς, ex non apparente) adv. *ex improviso,* unversehens, *subito,* plötzlich, Marc. 13, 36. Luc. 2, 13. 9, 39. Act. 9, 3. 22, 6. (Prov. 24, 22. Ierem. 6, 26 (hebr. פִּתְאֹם). Ies. 47, 9 (hebr. רֶגַע ex improviso). Mal. 3, 1. Hab. 2, 7. — Hom. Iliad. 17, 738. 21, 14. Pind. Ol. 9, 78.) *.

Ἐξακολουθέω, f. ήσω, part. aor. 1. ἐξακολουθήσας, (ἐξ et ἀκολουθέω) *prorsus sequor aliquem, totus ei adhaereo*, (ut βασιλεῦσι, regibus, ducibus, Test. XII patr. p. 644. πνεύμασι πλάνης, ib. p. 665. Iob. 31, 9.) — τῇ ὁδῷ τινος, agendi rationem alicuius sequor, 2 Petr. 2, 15. Ies. 56, 11. — De rebus: *adhaereo, sequor, studeo, μύθοις*, 2 Petr. 1, 16. ἀσελγείαις, ib. 2, 2. coll. Am. 2, 4. Sir. 5, 2. (Apud antiquiores non legitur. Polyb. 17, 10. 7.) *.

Ἐξακόσιοι, αι, α, *sexcenti*, Apoc. 14, 20 et ibid. 13, 18 in multis libris.

Ἐξαλείφω, f. είψω, aor. 1. ἐξήλειψα, aor. 1. pass. ἐξηλείφθην, (ἐξ et ἀλείφω) 1) unguentum abstergo; — 2) *abstergo* simpliciter; δάκρυον ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν, Apoc. 7, 17. ib. 21, 4 ἀπὸ τῶν ὀφθ. sensus: moerorem extinguo benefaciendo. (Ἐξαλ. seq. ἀπό, Gen. 7, 23.) — metaphorice: *removeo, prorsus deleo*, τὰς ἁμαρτίας, Act. 3, 19. i. e. culpam peccatorum. Idem habetur Ps. 51, 1. 9. 109, 13. Ies. 43, 25 (מָחָה). 3 Macc. 2, 19 ἀπαλείψον τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. — Col. 2, 14 τὸ χειρόγρ., sensus: abrogo. (Dem. p. 468 ed. *Reisk.* νόμον ἐξαλεῖψαι. Ioseph. ant. 4, 8. 12 ἐξαλειφθῆναι τοὺς νόμους.) — τὸ ὄνομα ἐκ τῆς βίβλου, Apoc. 3, 5 ubi etiam verti potest *oblitero, extinguo.* (Eadem habes Ps. 69, 28. coll. Num. 27, 4. Exod. 32, 32. Ioseph. ant. 17, 4. 2 τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐξήλειψε τῶν διαθηκῶν, e testamento suo expunxit. Psalt. Sal. 2, 19 ἐξήλειψας τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἀπὸ τῆς γῆς.) *.

Ἐξάλλομαι, (ἐξ et ἅλλομαι) *exsilio;* (tripudio, Ioel. 2, 5. Nah. 3, 17. insilio εἰς τὴν πόλιν, 1 Macc. 13, 44.) Semel Act. 3, 8 ἐξαλλόμενος ἔστη, exsiliens stetit. Potest vero etiam esse: prae gaudio exsilio, ut Ies. 55, 12 τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ ἐξαλοῦνται προσδεχόμενοι ὑμᾶς ἐν χαρᾷ.

Ἐξανάστασις, εως, ἡ, (ab ἐξανίστημι) *resurrectio*, videl. animarum ex hade, Phil. 3, 11. (Legitur etiam Polyb. 3, 55. 4.) *.

Ἐξανατέλλω, aor. 1. ἐξανέτειλα, (ἐξ et ἀνατέλλω, quod vid.) intransitive: *exortor;* de luce, Ps. 112, 4. — de herbis: *excresco, enascor*, Matth. 13, 5. Marc. 4, 5. (LXX transitive de herbis pro הִצְמִיחַ, Gen. 2, 9. Ps. 104, 14. 147, 8.).

Ἐξανίστημι, aor. 1. ἐξανέστησα, aor. 2. ἐξανέστην, (ἐξ et ἀνίστημι, quod vide) 1) *exsurgo;* (e somno, Ies. 29, 8. 1 Reg. 18, 27. — hebr. קוּם, Gen. 18, 16. 19, 1. Iud. 3, 20.) — metaph. *prodeo in lucem, existo;* aor. 2. in N. T. Act. 15, 5. (Sic ἀνέστη, Iud. 5, 7.) — Transitive: *oriri facio, produco;* aor. 1. in N. Test. ἐξαν. σπέρμα, sobolem excitavi, Marc. 12, 19. Luc. 20, 28. (Gen. 4, 25. 19, 32. 34. 38, 8.) *.

Ἐξαπατάω, ῶ, aor. 1. ἐξηπάτησα, (ἐξ et ἀπατάω) proprie ἀπατάω ἐκ τῆς ὁδοῦ, a recta via abduco; — *induco in vitia, abduco in errores*, Rom. 7, 11. 2 Cor. 11, 3. — *decipio*, Rom. 16, 18. 1 Cor. 3, 18. 2 Thess. 2, 3. (1 Tim. 2, 14 in codd.) Hom. Iliad. 9, 371. Pind. Ol. 1, 47. Ioseph. ant. Iud. 10, 7. 3 ἐξηπάτησαν οἱ ψευδοπροφῆται τὸν Σεδεκίαν. (In V. T. bis: Exod. 8, 29. Susann. v. 56.) **.

Ἐξάπινα, i. q. ἐξαπίνης et ἐξαίφνης, *subito, derepente.* Semel Marc. 9, 8. Habetur etiam apud LXX pro hebr. פִּתְאֹם Ios. 11, 7. Ps. 64, 4. Ies. 48, 3. 2 Chron. 29, 36. 1 Macc. 1, 30 et in Psalt. Sal. 1, 2. cf. *Kypkii* obss. s. I. p. 174. Thom. Mag. p. 320 τὸ δὲ ἐξάπινα οὐχ ἑλληνικὸν ὅλως. Usi sunt vocabulo sacri tantum scriptores et Byzantini.

Ἐξαπορέομαι, οῦμαι, inf. aor. 1. ἐξαπορηθῆναι, (ex ἐξ et ἀπορέομαι, quod vid.) verbum depon. pass. *omnem abiicio spem, prorsus despero*, 2 Cor. 1, 8. 4, 8 ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. (LXX semel Ps. 88, 15 pro hebr. פּוּן. Polyb. 3, 48. 4.) **.

Ἐξαποστέλλω, f. ελῶ, aor. 1. ἐξαπέστειλα, (ἐξ et ἀποστέλλω) LXX pro שִׁלַּח, proprie: ἀποστέλλω ἐκ, mitto e loco in alium, *a me dimitto, facio ut abeat*, Act. 9, 30. 11, 22. 17, 14. (Gen. 24, 40. 45, 24. Ios. 24, 28. Deut. 15, 12. 13 ἐξαποστελεῖς αὐτὸν ἐλεύθερον ἀπὸ σοῦ. Tob. 10, 8.) — *emitto, ablego cum mandatis*, aussenden, ut apostolum Act. 22, 21. ib. 7, 12. (Ier. 26, 22. Exod. 3, 12. Iud. 6, 8. 14.), filium Dei de coelo, Gal. 4, 4. (Ps. 18, 16 ἐξ ὕψους. ib. 57, 4 ἐξ οὐρανοῦ. 3 Esdr. 1, 27.) — *dimitto, abire iubeo*, Luc. 1, 53 ἐξαπ. κενούς, rogantes sine dono sive bono. (Gen. 31, 42. Iob. 22, 9.) — Luc. 20, 10. 11. — sequente

εἰς; *immitto;* de meis mitto alicui, *largior,* Gal. 4, 6. Ps. 104, 30. coll. Ps. 57, 3. *.

Ἐξαρτίζω, aor. 1. ἐξήρτισα, partic. praet. pass. ἐξηρτισμένος, (ἐξ et ἄρτιος, perfectus) 1) *prorsus absolvo, perago,* Act. 21, 5 τὰς ἡμέρας. — 2) *prorsus instruo;* de doctore bene instructo πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθόν, 2 Tim. 3, 17. (Ioseph. ant. Iud. 3, 2. 2 πολεμεῖν πρὸς ἀνθρώπους τοῖς ἅπασι καλῶς ἐξηρτισμένους, cum hominibus ab omni parte ad pugnandum instructis. Apud profanos seriores, ut Arr. peripl. 11. Diod. Sic. 14, 19. de navibus bene instructis. Hesych. ἐξαρτίζει· πληροῖ, τελειοῖ. Idem: ἐξαρτίσαι· ἐκκρεμάσαι, τελειῶσαι.) *.

Ἐξαστράπτω, (ἐξ et ἀστράπτω) refulgeo, herausblitzen, Ezech. 1, 4 πῦρ ἐξαστράπτον, e nube. — *emico, exsplendesco,* Luc. 9, 29 ἱματισμὸς λευκὸς ἐξαστράπτων, pallium candore micans (Matth. 17, 2 λευκὰ ὡς τὸ φῶς. Marc. 9, 3 στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών). Alexandrini Nah. 3, 3. Ezech. 1, 7 de armis aere micantibus. **.

Ἐξαυτῆς, (ἐξ αὐτῆς intellige ὥρας, quare etiam scribitur ἐξ αὐτῆς) adv. *statim, illico.* Marc. 6, 25. Act. 10, 33. 11, 11. 21, 32. 23, 30. Phil. 2, 23. *.

Ἐξεγείρω, f. ερῶ, aor. 1. ἐξήγειρα, (ἐξ et ἐγείρω) *excito,* suscito; propr. e somno, Gen. 28, 16. Ps. 3, 5. 73, 2. — e somno mortis, *resuscito,* iterum erigo, 1 Cor. 6, 14. (Dan. 12, 2.) — De aliis rebus: *excito, facio ut surgat;* Rom. 9, 17 ἐξήγειρά σε, te excitavi, regem magnum feci; repetita sunt ex Exod. 9, 16 ubi est הֶעֱמַדְתִּיךָ (LXX διετηρήθης). (Ioseph. ant. 8, 11, 1 βασιλεὺς γὰρ ἐξεγείρεται ὑπ' ἐμοῦ. Ion. 1, 13 ἐξηγείρετο (mare) μᾶλλον ἐπ' αὐτούς. Similiter ἐξεγείρειν ventum Ion. 1, 4. iram 2 Macc. 13, 4. animum 2 Chron. 36, 22. Esdr. 1, 1.) *.

Ἔξειμι, (imperf. ἐξῄεσαν Act. 17, 15) (ἐξ et εἶμι) *evado;* — ἐπὶ τὴν γῆν, ad terram e mari, Act. 27, 43. — *abeo, discedo, exeo,* Act. 13, 42. 17, 15. 20, 7. (Hom. Odyss. 1, 374. 2, 139.) *.

Ἐξελέγχω, aor. 1. ἐξήλεγξα, (ἐξ et ἐλέγχω) 1) prorsus redarguo s. erroris et criminis convinco; — de Deo iudice, Ies. 2, 4. Mich. 4, 3 hebr. הוֹכִיחַ. — 2) ex adiuncto: *poenam debitam exigo, punio;* Iud. v. 15. coll. Sap. 12, 17. **.

Ἐξέλκω, (ἐξ et ἕλκω) 1) extraho ex aliquo loco, (Prov. 30, 33. i. q. ἐξελκύω, Gen. 37, 28. Hom. Iliad. 4, 213 sq.) — 2) *abstraho, ut abripio;* Iac. 1, 14 abripi cupiditate. (Aelian. hist. anim. 6, 31 ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἑλκόμενοι. Similiter Test. XII patr. p. 702 εἰς πορνείαν με ἐφελκύσατο). Vid. etiam Ἑλκύω. *.

Ἐξέλω, vid. Ἐξαιρέω.

Ἐξέραμα, ατος, τό, (ab ἐξεράω, evomo. Aristoph. vesp. 987) *vomitus,* i. q. ἔμετος. (Vid. Etymol. M. 422, 1.) Semel 2 Petr. 2. 22 ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, hebr. עַל־קֵאוֹ, Prov. 26, 11 LXX ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἔμετον. Sensus: revertitur ad pristina scelera foeda.

Ἐξερευνάω, ῶ, aor. 1. ἐξηρεύνησα, (ἐξ et ἐρευνάω) *summo studio indago, sollicite perscrutor;* 1 Petr. 1, 10. (1 Macc. 3, 48. 9, 26. Prov. 2, 4. Zeph. 1, 12 hebr. חִפֵּשׂ.) *.

Ἐξέρχομαι, f. ἐξελεύσομαι, aor. ἐξῆλθον, inf. ἐξελθεῖν, perf. ἐξελήλυθα, (ἐξ et ἔρχομαι) quod apud LXX maxime respondet hebr. יָצָא, vi compositionis maxime ponitur sequente ἐκ, rarius (Matth. 10, 4. Act. 16, 39) sequente genitivo omissa praepositione ἐκ, haud raro seq. ἀπό (Matth. 12, 43. 15, 22. 17, 18. Luc. 8, 29. Io. 13, 3), praecipue cum notione discedendi, ut Matth. 28, 8. Luc. 6, 8. Gen. 4, 16. etiam seq. παρά (Io. 16, 27. 28. Num. 11, 31), — proprie est 1) *exeo, egredior* ex aliquo loco; ἐξέρχ. ἔξω, Matth. 21, 17. 26, 75. (Deut. 23, 12.) Semel cum significatione passiva legitur Apoc. 3, 12 ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι, non eiicietur unquam. (cf. *Matthiae* Gramm. gr. §. 496. 3. *Win.* Gr. p. 232 sq.) — Usurpatur autem ita ut a) *addatur locus,* e quo aliquis egreditur, ut ex homine, Matth. 12, 43. 17, 18. Marc. 1, 25 seq. Luc. 8, 29. — urbe, Matth. 8, 34. 10, 11. 14. — domo, Matth. 13, 1. — terra, Act. 7, 3. etc. — coelo, Deo, ἐξῆλθον ἐκ θεοῦ, παρά s. ἀπὸ θεοῦ, ex sede Dei, coelo, exii, de coelo veni missus, Io. 8, 42. 13, 3. 16, 27. 28. 30. 17, 8. (Num. 11, 31 πνεῦμα ἐξῆλθε παρὰ κυρίου. Ies. 57, 16. Sir. 24, 3. Gen. 24, 50 παρὰ κυρίου ἐξῆλθε τὸ πρᾶγμα τοῦτο.) — vel sequatur particula localis, Matth. 12, 44. 5, 26. — b) *supplendus sit* locus, e quo, ut Matth. 8, 32 ἐξελθόντες. intellige ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου. ib. 9, 31. 32 ἐκ τῆς οἰκίας. Marc. 1, 38 ἐξελήλυθα, veni videl. de coelo. Marc. 2, 13 ἐξῆλθε videlicet ex urbe, cf. v. 1. — c) ponatur *absolute* de iis, qui domum, sedem linquunt et *progrediuntur,* ut faciant aliquid, ubi vel infinitivus verbi, actionem perficiendam indicantis, additur, ut Matth. 13, 3 τοῦ σπείρειν. ib. 20, 1. 3. 5. 6. Apoc. 30, 8. vel ἵνα sequitur, ut Apoc. 6, 2. vel sequens verbum per καί nectitur, ut Matth. 13, 49 ἐξελεύσονται (videl. ex sedibus coelestibus) καὶ ἀφοριοῦσι. Marc. 8, 11. Act. 7, 7. — Etiam de iis, qui (domum linquentes) egrediuntur pugnatum, Matth. 26, 55 ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε συλλαβεῖν με. (Deut. 20, 1. 21, 10. 23, 9.) — De egredientibus et proficiscentibus in alium locum, seq. εἰς, ubi verti potest *proficisci,* Matth. 22, 10 ἐξελθόντες εἰς τὰς ὁδούς. c. 11, 7. 8. 24, 26. 26, 30. 25, 1. 6. (Exod. 18, 7.) 2 Cor. 2, 13. Act. 11, 25. (Iud. 9, 27. Deut. 24, 5.) 2 Cor. 8, 17 ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς. (Deut. 28, 7. 5. coll. Ioseph. ant. 2, 15, 6.) — d) metaphorice tribuatur rebus, ut sanguini, Io. 19, 34. Apoc. 14, 20 ubi est *profluo;* — voci, Apoc. 16, 17 ubi est *audior.* — famae, ubi est *divulgor,* Matth. 9, 26. Marc. 1, 28. Luc. 4, 14. 7, 17. Io. 21, 23. Rom. 10, 18. 1 Thess. 1, 8. (Ezech. 16, 14.) — edicto, legi, ubi est *promulgor,* Luc. 2, 1. (Dan. 2, 13. Mich. 4, 2.) — e) perf. ἐξελήλυθα *egressus adveni s. adsum;* 1 Io. 4, 1 πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον, iam fuerunt, extiterunt. (1 Reg. 13, 12. 14 ἐληλυθὼς ἐξ Ἰούδα, qui advenit ex Iuda.) Fortasse etiam Matth. 15, 22 ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα pro ἐξεληλυθυῖα, quae ex ista regione egressa advenerat. — 2) egredior et discedo; *discedo, abeo,* Matth. 15, 21. 18, 28. 24, 1. 28, 8. Marc. 6, 1. Luc. 5, 8. Io. 10, 39 ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν. et passim. — Marc. 5, 30 δύναμις ἐξελθοῦσα, vis, quae ex ipso discesserat. Act. 8, 7 πολλῶν τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα ἐξήρχετο, pro: πνεύματα ἀκάθαρτα (ἐκ) πολλῶν τῶν ἐχόντων (αὐτά) ἐξήρχετο. 1 Cor. 5, 10 ἐξ. ἐκ τοῦ κόσμου, discedere ex hisce terris. (Ioseph. ant. 4, 3. 2 sub fin. ἐξεληλυθότες τοῦ βίου.) 2 Cor. 6, 17 ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, discedite ab illis, i. e. nullam cum illis amplius habete societatem. Gen. 4, 16 ἐξῆλθε (abiit) Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ. — Hinc ex adiuncto: abeo, ut non amplius sim, *cesso, finio,* Act. 16, 19 ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας, cessavit, finita est spes. cf. Gen. 47, 18 ἐξῆλθε τὸ ἔτος, finiebatur (תָּמַם, absolutus est) annus. coll. Ier. 51, 32 ἄνδρες αὐτοῦ οἱ πολεμισταὶ ἐξέρχονται (hebr. נִבְהַל, perturbatus est), quod vel est: aufugiunt, vel deficiunt. — 3) *prodeo, orior, exorior;* a) de hominibus, Matth. 2, 6 ἐξελεύσ. ἐκ σοῦ intell. Βηθλεέμ (Exod. 1, 5. Gen. 17, 6 hebr. יָצָא. 1 Macc. 1, 10. 11.) — e lumbis Abrahami *nasci,* Hebr. 7, 5. (Gen. 35, 11. 1 Reg. 8, 19. Gen. 15, 4 υἱὸς ὃς ἐξελεύσεται ἐκ σοῦ. Lib. Henoch. p. 196 ἐκ γυναικῶν ἐξεληλύθασι.) — b) de dictis, cogitatis, Matth. 15, 18. 19. Iac. 3, 10. — c) de fulgure, Matth. 24, 27 ἐξ. ἀπὸ ἀνατολῶν, exoritur e solis ortu. (De sole ipso Gen. 19, 23. coll. Ezech. 1, 13.) — 4) De locutione ἐξέρχεσθαι καὶ εἰσέρχ. Io. 10, 9. Act. 1, 21 vid. Εἰσέρχομαι.

Ἔξεστι, verbum impersonale ab inusitato ἔξειμι, [Ioseph. ant. 4, 8. 14 ἐξεῖναι, licere] *licet,* a) ex legibus divinis et humanis, Matth. 12, 2. 10. 12. 14. 4. 19, 3. 22, 17. 27, 6. Marc. 2, 24. 26. 3, 4. 6, 18. 10, 2. 12, 14. Luc. 6, 2. 4. 9. 14, 3. 20, 22. Io. 5, 10. (Act. 8, 37.) 22, 25. — b) *licet* secundum mores et decorum; *decet,* Act. 16, 21. Esdr. 4, 14 chald. אָרִיךְ, decens. — c) *licet* ex aliorum voluntate; *venia datur;* Act. 21, 37. 2 Cor. 12, 4. 1 Macc. 14, 44. — d) *licet* ex meo arbitrio, mea potestate, non sum coactus ab alio; in *potestate mea, arbitrio meo positum est,* Matth. 20, 15. Io. 18, 31. 1 Cor. 6, 12 πάντα μοι ἔξεστιν, in omnibus ex meo arbitrio vivere possum; nemo hominum leges mihi scribere potest. 1 Cor. 10, 23. — Particip. ἐξόν, *licitum,* vel nude ponitur, ubi suppl. est ἐστί, ut Act. 2, 29. 2 Cor. 12, 4. Ioseph. ant. 8, 15. 4. vel addito verbo, Matth. 12, 4 ἐξὸν ἦν. **.

Ἐξετάζω, aor. 1. ἐξήτασα, (ἐξ et ἐτάζω, inquiro, examino) *studiose quaero, inquiro, accurate examino,* Matth. 2, 8 ἀκριβῶς ἐξετάσατε (Deut. 19, 18 דָּרַשׁ). ib. 10, 11. Ioseph. ant. 3, 4. 1 init. Sir. 3, 21. 11, 7.) — *interrogando* quaero, i. e. *interrogo,* Io. 21, 12. (Act. Thom. §. 3. Phavor. ἐξετάζω· ἐρωτῶ.) *.

Ἐξηγέομαι, οῦμαι, aor. 1. ἐξηγησάμην, (ἐξ et ἡγέομαι), verbum depon. med. 1) praeeo tanquam dux

viae; (Hom. Iliad. 2, 806.) — adduco; — 2) cum accusativo rei: duco ad aliquid, rem notam facio; — *accurate narro, expono*, Luc. 24, 35. Act. 10, 8. 15, 12. 14. 21, 19. (LXX סִפֵּר, Iud. 7, 13.) — De doctore, *accurate doceo*, Io. 1, 18. (Xenoph. mem. 4, 2. 30 sq.) Levit. 14, 57 ubi respondet hebr. הוֹרָה, *docuit*. Dicitur maxime de iis, qui de rebus divinis et absconditis exponunt, quare in loco parallelo, Matth. 11, 27 est ἀποκάλυψαι. Hesych. ἐξηγήσατο· ἡρμήνευσε. (Xenoph. cyrop. 8, 3. 24 ὡς ἐξηγήσαντο οἱ μάγοι sacra facta sunt. Ioseph. ant. 2, 5. 2 ἐξήγησις, de interpretatione visorum divinorum. In versione alex. חַרְטֹם, magus, divinarum rerum interpres, Gen. 41, 8. 24 exponitur ἐξηγητής. Herod. 1, 78.) *.

Ἐξήκοντα, *οἱ, αἱ, τά, sexaginta*. Matth. 13, 8. 23. Marc. 4, 8. 20. Luc. 24, 13. 1 Tim. 5, 9. Apoc. 11, 3. 12, 6. 13, 18. *.

Ἑξῆς, adv. (ab ἔχομαι, adhaereo, sequor): ex ordine, deinceps, (Hom. Od. 4, 449. 7, 104.) Deut. 2, 34. 3, 6. Test. XII patr. p. 662 ἑξῆς ἔτεκε, deinceps peperit. — Ὁ, ἡ, τὸ ἑξῆς, *proxime sequens, ordine sequens, proximus*; (ἡ ἑξῆς βάσανος, 2 Macc. 7, 8.) In N. T. ἐν τῇ ἑξῆς (ἡμέρᾳ) *die proxime sequente*, Luc. 7, 11. 9, 37 ubi ἡμέρᾳ additur. — τῇ ἑξῆς (ἡμέρᾳ) idem, Act. 21, 1. 25, 17. 27, 18. Test. XII patr. p. 595. (Ioseph. ant. 3, 5. 6 ταῖς δὲ ἑξῆς, proximis diebus. Ib. ant. 4, 8. 44 ταῖς δὲ ἑξῆς ἡμέραις.) *.

Ἐξηχέω, *ῶ*, (ἐξ et ἠχέω) *persono, sonitum edo*, hinausschallen, Ioel. 3, 14. Philo in Flacc. p. 970. — Passivum ἐξήχημαι de doctrina: *pervulgor, perferor*, semel 1 Thess. 1, 8 ἐξήχηται ὁ λόγος, a vobis fama doctrinae perlata est. Hesych. ἐξηχεῖται (lege ἐξήχηται)· ἐξῆλθεν, ἐκηρύχθη. *.

Ἕξις, *εως, ἡ*, (ab ἔχω) habitus corporis, 1 Sam. 16, 7. (corpus ipsum, LXX pro גְּוִיָּה, Iudic. 14, 9 ubi textus vatic. στόμα Dan. 7, 14. Symmach. Thren. 4, 7. Sir. 30, 14); — habitus animi; facultas exercitatione comparata; (Philo de mutat. nom. p. 1063 D.) — hinc: *exercitatio* ipsa, *usus*; Hebr. 5, 14 διὰ τὴν ἕξιν γεγυμνασμένα, usu, sive experiendo bene exercitata. (Prol. Sir. ἐν τούτοις ἱκανὴν ἕξιν περιποιησάμενος, in his libris intelligendis magnam peritiam nactus.) **.

Ἐξίστημι, item ἐξιστάνω, [Act. 8, 9 quidam boni libri habent ἐξιστάνων], aor. 1. ἐξέστησα, aor. 2. ἐξέστην, infin. praet. act. ἐξεστακέναι [Act. 8, 11.] — (ἐξ et ἵστημι) LXX pro הָמַם, חָרַד, שָׁמֵם, — A) transitive, in praes. fut. et aor. 1. activi; propr. *deiicio, dimoveo*, a) τοῦ τόπου (loco depello, expello, Exod. 23, 27. Ios. 10, 10 pro הָמַם.) — b) τῆς φρονήσεως, s. τοῦ φρονεῖν, *attonitum reddo, obstupefacio*, τινά, Luc. 24, 22 ἐξέστησαν ἡμᾶς. Act. 8, 9. 11. (Iob. 5, 13 βουλὴν ἐξέστησεν. Iudic. 8, 12. 2 Sam. 17, 2.) — B) intransitive in aor. 2. et perf. activi et in medio: de statu mentis deiicior, *obstupesco, stupefio*, Matth. 12, 23. Marc. 2, 12. 5, 42 ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ. (Gen. 27, 33. Exod. 19, 16.) Marc. 6, 51 ἐν ἑαυτοῖς ἐξίστ. — Luc. 2, 47 ἐξίσταντο ἐπί. Luc. 8, 56. Act. 2, 7. 12. Act. 8, 13. 9, 21. 10, 45. 12, 16. (LXX pro חָרַד, Exod. 19, 18. Ruth. 3, 8. — 1 Sam. 21, 1. 28, 5. Dan. 2, 1. 3. Exod. 18, 9 ἐξέστη ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς.) — Ex adiuncto: *sui non compotem, sanae mentis inopem esse*; Marc. 3, 21. 2 Cor. 5, 13 ἐξέστημεν, videor vobis insanire; arripit enim apostolus hoc verbum ex cavillationibus adversariorum, (ut ἄφρων c. 11, 16. 19. 12, 6. 11.) (Iob. 12, 17 κριτὰς δὲ γῆς ἐξέστησε, pro הוֹלִיךְ. Gen. 45, 26. Ioseph. ant. 10, 7. 3 οἱ ἡγεμόνες ὡς ἐξεστηκότα τῶν φρενῶν αὐτὸν [Ieremiam] οὕτως ἐξεφαύλιζον. Philo de conf. linguar. p. 340. Phavor. ἐξίστημι· μαίνεται.) *.

Ἐξισχύω, aor. 1. ἐξίσχυσα, (ἐξ et ἰσχύω), maiorem in modum valeo, satis possum; — *perquam idoneus sum, bene valeo*; Eph. 3, 18 ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι, ut bene valeatis comprehendere. (Sir. 7, 6 εἰ μὴ ἐξισχύσεις ἐξᾶραι ἀδικίας, nisi egregie valeas iniustum reprimere.) **.

Ἔξοδος, *ου, ἡ*, (ἐξ et ὁδός) *exitus*; a) e loco, Hebr. 11, 22. (Deut. 24, 9. Ps. 114, 1. Ioseph. ant. 5, 1. 20 ἡ ἔξοδος ἡ ἀπ' Αἰγύπτου. — de ortu siderum, Ps. 19, 6. Sir. 43, 2.) — b) *e vita*, 2 Petr. 1, 15. (Sap. 7, 6 μία πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση. Ioseph. ant. 4, 8. 2 med. ἐπ' ἐξόδου τοῦ ζῆν.) — tropice: *fata ultima, sors extrema eaque fatalis*; Luc. 9, 31 τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσ., fata ultima, ipsi perpetienda Hierosol. (Prov. 8, 35. Sap. 3, 2 ἔδοξαν τεθνάναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις ἡ ἔξοδος αὐτῶν. coll. Dan. 9, 25 ἔξοδος λόγου, eventus vaticinii. Exportatio, Test. XII patr. p. 543 ἡ ἔξοδος ὀστέων Ἰωσήφ.) *.

Ἐξολοθρεύω, fut. 1. pass. ἐξολοθρευθήσομαι, (ἐξ et ὀλοθρεύω) *funditus perdo, exstirpo*. Semel Act. 3, 23. (Saepissime apud LXX, ut Deut. 7, 10. 9, 3. etiam seq. ἐκ, Ps. 83, 4. Gen. 17, 14. Exod. 30, 33 ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Lev. 23, 29. Test. XII patr. p. 541. Ioseph. ant. 8, 11. 1. ib. 11, 6. 6. Utrumque ὀλοθρεύειν et ἐξολοθρεύειν *Sturzius* (de dial. Alex. p. 166 sq.) refert ad dialectum alexandrinam.)

Ἐξομολογέω, *ῶ*, aor. 1. ἐξωμολόγησα, fut. med. ἐξομολογήσομαι, (ἐξ et ὁμολογέω) activ. et medium: 1) *palam profiteor, confiteor*; ἁμαρτίας, i. e. *reum me confiteor*, vel etiam deprecor, Matth. 3, 6. Marc. 1, 5. Act. 19, 18. Iac. 5, 16. (Ioseph. ant. Iud. 8, 4. 6 ἐξωμολογουμένων τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Phil. I. de alleg. p. 55. Ioseph. de bell. 5, 10. 5. Etiam apud patres, vid. Suiceri Thesaur. s. h. v. In V. T. hoc sensu semel Dan. 9, 4 ubi ἐξωμολογησάμην est: confessus et deprecatus sum; sequitur enim confessio peccati et deprecatio. coll. Dan. 6, 10.) — palam profiteor in laudem alicuius, Phil. 2, 11. (Apoc. 3, 5.) Tob. 11, 17. — *praedico, laudes dico*, sequente dativo personae, Matth. 11, 25. Luc. 10, 21. Rom. 14, 11 (ubi non est: *iuro*, quanquam ita legitur Ies. 45, 23 et ibi in textu vaticano habetur ὀμεῖται τὸν θεόν, codex alexandr. ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ.) Rom. 15, 9. (Ps. 18, 49. Sic saepissime et fere constanter apud LXX pro הוֹדָה, 2 Sam. 22, 50. 2 Chron. 20, 21. Dan. 2, 23. 1 Chron. 16, 34. Ps. 57, 9. etc. Tob. 12, 22. Act. Thom. §. 25. Philo de alleg. p. 1105.) — 2) profiteor id quod alter postulat, *convenio* cum aliquo de re, *promitto*. Sic semel Luc. 22, 6 ἐξωμολόγησε, conditionem accepit, spopondit. (Ier. 44, 25 ὁμολογεῖν ὁμολογίας, vota facere s. promittere. Ioseph. ant. Iud. 6, 3. 5 βασιλέα ὡμολόγησεν, regem dare promisit. ib. 8, 4. 3 ὡς καὶ ὡμολόγησας Δαυίδῃ. ib. 18, 6. 3. cf. *Krebsii* obss. Flav. p. 135.) *.

Ἐξόν, vid. Ἔξεστι.

Ἐξορκίζω, f. ίσω, (ἐξ et ὁρκίζω) apud profanos: iusiurandum exigo ab aliquo, (Polyb. 6, 18. 19); apud nostros: *per Deum obsecro, obtestor*. Matth. 26, 63 ἐξορκ. σε κατὰ θεοῦ. Gen. 24, 3 ἐξορκιῶ σε κύριον τὸν θεόν, hebr. הִשְׁבִּיעַ. coll. Iud. 17, 2 ubi text. alex. ἐξώρκισας habet pro με ἠράσω. **.

Ἐξορκιστής, *οῦ, ὁ*, (ab ἐξορκίζω) 1) iusiurandum exigens; — 2) *qui formula incantationis utitur ad daemonia eiicienda, exorcista*. Sic Act. 19, 13. coll. Luc. 11, 19. Saepissime apud patres eccles. Vid. Suiceri Thes. s. h. v. Ioseph. ant. Iud. 8, 2. 5 narrat, Salomonem reliquisse τρόπους ἐξορκώσεων, formulas adiurandi, quibus daemonia eiiciantur. *.

Ἐξορύσσω, — ττω, aor. 1. ἐξώρυξα, (ἐξ et ὀρύσσω) *effodio*; Gal. 4, 15 τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες, oculos vestros effodientes, i. e. carissimis quibuscunque vos spoliantes. (Ἐξορ. τοὺς ὀφθαλμοὺς legitur etiam Iud. 16, 21. 1 Sam. 11, 2. Ioseph. ant. 6, 5. 1. coll. Prov. 29, 22 ἐξορύξει ἁμαρτίαν.) — *perfodio*, Marc. 2, 4. **.

Ἐξουδενόω, *ῶ*, aor. 1. pass. ἐξουδενώθην, (ἐξ et οὐδενόω, ad nihilum redigo) 1) prorsus ad nihilum redigo; Ps. 58, 8 (hebr. מָאַס, liquefactus est). Iudith. 13, 17. Sir. 47, 7. — 2) nihili facio; sperno, contemno, Ps. 102, 18 ἐξουδ. τὴν δέησιν, hebr. בָּזָה. Eccl. 9, 16. 2 Reg. 19, 21. — *reiicio cum contemtu, repudio*, (ut aliquem regem, 1 Sam. 15, 26. 16, 1 (מָאַס). 1 Macc. 3, 14. Lib. Hen. p. 162 λόγους προφητῶν ἐξουδενώσετε.) Semel Marc. 9, 12. Hesych. ἐξουδένωσας· ἀπεδοκίμασας. Test. XII patr. p. 564 ἐξουδενώσει κύριος τοὺς Χαναναίους.

Ἐξουθενέω, *ῶ*, aor. 1. ἐξουθένησα, praet. pass. ἐξουθένημαι, aor. 1. pass. ἐξουθενήθην, secundum seriorem scribendi modum pro ἐξουδενέω, (οὐθέν pro οὐδέν), vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 182. idem quod praecedens ἐξουδενόω, quod vide. — 1) *nihili facio, contemno*, Luc. 18, 9. 1 Cor. 16, 11. 1 Thess. 5, 20. (Prov. 1, 7. Ezech. 22, 8.) — ἐξουθενημένος, 1 Cor. 1, 28. 2 Cor. 10, 10 nullius pretii, non timendus. — *Ludibrio habeo*, Gal. 4, 14. Luc. 23, 11.

(2 Reg. 19, 21. 2 Chron. 36, 16.) — 2) *reprobo, repudio,* Act. 4, 11. (Matth. 21, 42 ἀπεδοκίμασαν). (1 Sam. 8, 7 מאס. Psalt. Sal. 2, 5.) — reprobo ut impium, Rom. 14, 3. 10. (Act. Thom. §. 14 ἐξουθεν. uxor dicitur τὸν ἄνδρα, quum abstinet a concubitu legitimo, tanquam impio.) *.

Ἐξουσία, ας, ἡ, (ab ἔξεστι) cui apud LXX hebr. מֶמְשָׁלָה et chald. שָׁלְטָן respondet, 1) *potestas, facultas,* Matth. 9, 6. 8. Marc. 2, 10. Luc. 5, 24. 12, 5. — Matth. 10, 1 ἐξουσία πνευμάτων, pro ἐπὶ τὰ πνεύματα, solet enim mox genitivus obiecti, in quod exercetur potestas, sequi, mox etiam ἐπί, interdum εἰς. Marc. 6, 7. Luc. 9, 1. — Matth. 21, 23 ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ, cuiusnam, Dei an diaboli, potestate adiutus? Ib. v. 24. 27. Marc. 11, 28 sq. 33. Luc. 20, 2. 8. Vid. etiam Marc. 3, 15. Io. 1, 12. Act. 8, 19. Luc. 12, 5. — De *auctoritate* alicui *concessa*, Io. 5, 27. Apoc. 6, 8. 9, 3. 10. 11, 6. 13, 2. 4. 5. 7. 12. 14, 18. Dan. 7, 6. quare etiam de *potestate alicui demandata, auctoritate, Vollmacht,* Act. 9, 14. 26, 10. 12. — de auctoritate apostoli, 2 Cor. 13, 10. — de auctoritate iudicis, Luc. 20, 20. — 2) *imperium, dominatio* quaecunque, Luc. 19, 17. Apoc. 20, 6. dominatio heri, Marc. 13, 34 τὴν ἐξουσίαν intellige αὐτοῦ. — imperium summum et regium, Matth. 28, 18 ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία. Luc. 10, 19. Io. 17, 2. 1 Cor. 15, 24. Iud. v. 25. Apoc. 2, 26. 16, 9. 17, 12 sq. coll. Ps. 136, 8. 9. Sir. 17, 2. — imperium Satanae, Act. 26, 18. — Luc. 22, 53 ἡ ὥρα καὶ ἐξουσία τοῦ σκότους, pro ἡ ὥρα τῆς ἐξουσίας τ. σκ. tempus, quo impiis datum est, potentia sua uti. Col. 1, 13 ἐξουσ. τοῦ σκότους dominatio impietatis. — Hinc — 3) metonymice a) *regna,* Luc. 4, 6. Apoc. 12, 10 *subditi;* sic fortasse 1 Cor. 15, 24 τὴν ἐξουσ. omnes imperio suo salvos factos. Eph. 2, 2 ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, imperator spirituum (daemonum, vid. infra) in aëre versantium. (Coll. Ἀήρ.) Sic ἐξουσία, Ps. 114, 2 de populo Israelitico. — *ditio,* Luc. 23, 7. 2 Reg. 20, 13. — b) ii qui imperium habent; α) *magistratus, potentes,* Luc. 12, 11. Matth. 8, 9 ἄνθρωπος ὑπὸ ἐξουσίαν videl. ὑποτασσόμενος, ut additur, Luc. 7, 8. homo potentiori subiectus. Rom. 13, 1—3. Tit. 3, 1. coll. Sir. 10, 4. 2 Macc. 3, 24. Ioseph. de bell. 2, 8. 7. — β) *potentes coelestes, angeli,* Eph. 1, 21. 3, 10 ἐξουσίαι ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Col. 1, 16. 2, 10. 1 Petr. 3, 22. (Test. XII patr. p. 548 ubi in descriptione incolarum septem coelorum in coelo septimo versari dicuntur θρόνοι, ἐξουσίαι, igitur angeli supremi ordinis. In tertio coelo autem (p. 547) αἱ δυνάμεις τῶν παρεμβολῶν, angeli Dei poenas infligentes.) Dicitur etiam de angelis malis s. daemonibus, Eph. 6, 12. Col. 2, 15. Eph. 2, 2 qui in aëre versari putabantur, sive in coelo infimo, de quo in Test. XII patr. p. 546 legitur: ὁ κατώτερος (οὐρανὸς) διὰ τοῦτο στυγνότερός ἐστιν, ἐπειδὴ οὗτος παρὰ πάσας ἀδικίας ἀνθρώπων. — 4) *robur, efficacia,* Apoc. 9, 19 ἡ ἐξουσία τῶν ἵππων ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἐστι. ib. 18, 1. — Matth. 7, 29 ὡς ἐξουσίαν ἔχων, summa efficacia usus; Marc. 1, 22. vel ut Luc. 4, 32 dicitur: ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ, magna gravitas inerat eius sermoni. — Hinc κατ' ἐξουσίαν Marc. 1, 27 et ἐν ἐξουσίᾳ Luc. 4, 36 *potenter, cum effectu.* — 5) *licentia, venia,* Io. 10, 18. 19, 10. 11. Act. 1, 7 ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, pro suo arbitrio. Ib. 5, 4. Rom. 9, 21. 1 Cor. 7, 37 ἐξουσ. ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, in eius arbitrio positum est. 1 Cor. 8, 9. 9, 4. 5. 6. 12. 18. 2 Cor. 10, 8. 2 Thess. 3, 9. Hebr. 13, 10. Apoc. 22, 14 ἐξουσία ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, licet iis uti arbore vitae. (Sir. 25, 25. 30, 11. 2 Macc. 4, 9 λαμβάνειν ἐξουσίαν, veniam accipere, 4 Macc. 5, 15. Ioseph. ant. 4, 8. 23 init.) — Eodem sensu est accipiendum 1 Cor. 11, 10 ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους, ubi ἐξουσίαν plurimi de *velamine* intelligunt, ut sit *munimentum, propugnaculum,* (ut hebr. מָעוֹז et robur, et vero etiam propugnaculum significet) quod mulieres muniat, ne facies earum conspiciantur a daemonibus libidinosis. (Test. XII patr. p. 529 monentur mulieres, ἵνα μὴ κοσμῶνται τὰς κεφαλὰς καὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν, quia hoc modo mulieres ante diluvium allexissent Egregoros.) Sed ἐξουσία ἐπί constanter significat *dominium in aliquid,* et potius coma v. 15 dicitur loco velaminis mulieri data esse. Est igitur locus vertendus: debet mulier habere potestatem s. veniam capitis sui velandi, idque vel propter daemones. Videntur enim quidam fuisse in ecclesia corinthiaca, qui nollent, ut mulieres sacris interessent velatae. cf. v. 3 sqq. Monet igitur apostolus, hanc veniam dandam esse mulieribus, ut velis utantur. *.

Ἐξουσιάζω, fut. 1. pass. ἐξουσιασθήσομαι, (ab ἐξουσία) LXX pro מָשַׁל et שָׁלַט, 1) *dominium exerceo, impero;* Luc. 22, 25 οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, i. q. antea οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν, imperatores eorum; genitivus enim αὐτῶν non indicat gentes, in quas dominium exercetur, sed quarum sunt imperatores. (Neh. 5, 15. 9, 37. Cohel. 7, 19. 8, 4. 9, 17. 10, 4.) — 2) *veniam, facultatem habeo;* 1 Cor. 7, 4 ἐξουσιάζειν τοῦ ἰδίου σώματος, veniam habere corpore suo utendi, videlicet ad concubitum. Sensus: coniuges non libertatem habent utendi corpore suo, quo modo veliat, sed obstricti sunt sibi invicem. — Passiv. ἐξουσιάζομαι, veniam accipio; 1 Cor. 6, 12 οὐκ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος, nullo modo patiar, ut eiusmodi licentia ab ullo mihi obtrudatur, ut mihi lex scribatur in re. (Cohel. 5, 18. 6, 2 et מָשַׁל Exod. 21, 8 ubi LXX vertunt κύριός ἐστι πωλεῖν αὐτήν.) *.

Ἐξοχή, ῆς, ἡ, (ab ἐξέχω, emineo, promineo; excello) *eminentia,* id quod prominet, prominentia, Iob. 39, 28. — metaph. *praestantia, excellentia,* Act. 25, 23 ἄνδρες οἱ κατ' ἐξοχὴν ὄντες, i. e. proceres, primores. **.

Ἐξυπνίζω, f. ίσω, (ἐξ et ὕπνος) quo verbo seriores scriptores (Plutarch. vit. Anton. 30. Anotn. 6, §. 31) utuntur pro ἀφυπνίζω, *e somno excito, expergefacio;* passiv. *expergefio,* 1 Reg. 3, 15. Iob. 14, 12. Test. XII patr. p. 568 et 660. — e mortis sopore excito, resuscito; semel Io. 11, 11. coll. Test. XII patr. p. 619 οἱ διὰ κύριον ἀποθανόντες ἐξυπνισθήσονται ἐν ζωῇ.

Ἔξυπνος, ον, (ἐξ et ὕπνος) *expergefactus, e somno excitatus.* Act. 16, 27. (3 Esdr. 3, 3 ἔξυπνος ἐγένετο. Test. XII patr. p. 562. **.

Ἔξω, (ab ἐξ) adverb. LXX pro hebr. חוּץ, חוּצָה, quod ubi substantivis iungitur, in praepositionem, quam genitivus sequitur, abit, qui genitivus saepius abest, e contexta oratione intelligendus, ut Marc. 1, 45 ἔξω intellige τῆς πόλεως, extra urbem. Luc. 1, 10 ἔξω intellige τοῦ ναοῦ. — Est autem 1) *foris,* aussen, Marc. 11, 4 πρὸς τὴν θύραν ἔξω, ad ianuam, foris. Ἑστάναι ἔξω, foris stare, Matth. 12, 46 sq. Marc. 1, 45. 3, 31 sq. Luc. 1, 10. 8, 20. 13, 25. Io. 18, 16. 20, 11. Act. 5, 23. Apoc. 22, 15. (Gen. 24, 31.) — Οἱ ἔξω intellige ὄντες, *exteri, — non christiani,* 1 Cor. 5, 12. 13. Col. 4, 5. 1 Thess. 4, 12. — *ad societatem apostolorum non pertinentes,* profani, ἐξωτερικοί. Marc. 4, 11. αἱ ἔξω πόλεις, urbes exterae, extra Iudaeam, Act. 26, 11. Ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος, ego, quatenus corpus habeo, corpus meum, 2 Cor. 4, 16. coll. 2 Reg. 16, 18 εἴσοδος ἡ ἔξω, exterior. — 2) *Foras, ex,* hinaus, heraus; v. c. ἐξῆλθεν ἔξω, Matth. 21, 17. Io. 19, 4. 5. Deut. 23, 12. Exod. 12, 46. — Matth. 26, 75. Marc. 14, 68. Luc. 22, 62. Act. 16, 13. Apoc. 3, 12 de quo loco vid. Ἐξέρχομαι. — Ἐξάγειν ἔξω, Marc. 8, 23. Luc. 24, 50. Io. 19, 4. 13. Act. 16, 30. coll. Iud. 19, 25. Gen. 15, 5. 19, 16. Ἐκπορεύεσθαι ἔξω τῆς πόλεως, Marc. 11, 19. Ps. 41, 7. — Δεῦρο ἔξω, egredere foras, prodi, Io. 11, 43. — Βάλλειν ἔξω, eiicere, exterminare, 1 Io. 4, 18. Βάλλεσθαι ἔξω, *abiici,* cum contemtu, Matth. 5, 13. 13, 48. Luc. 14, 35. Io. 15, 6. coll. 2 Chron. 29, 16. Lev. 14, 40. Sed ἐκβάλλειν ἔξω, *foras eiicere, abigere, expellere,* Matth. 26, 69. Marc. 12, 8. Luc. 4, 29. 8, 54. 13, 28. 20, 15. Io. 6, 37 ἐκβ. ἔξω ex regno Dei, i. e. repudiare. Io. 9, 34 sq. 12, 31. Act. 7, 57. 9, 40. De loco Apoc. 11, 2 vid. Ἐκβάλλω. — Ἀποστέλλειν ἔξω τῆς χώρας, Marc. 5, 10. Ἀπελθεῖν ἔξω τοῦ συνεδρίου, egredi ex synedrio, Act. 4, 15. — Ἔξω ποιῆσαι, foras mittere, secedere iubere, Act. 5, 34. — 3) *extra, ausserhalb,* Luc. 13. 33. Act. 14, 19. 21, 30. ib. 21, 5 ἕως ἔξω. (1 Sam. 9, 26.) Hebr. 13, 11—13. (Exod. 29, 14. 33, 7.) (Apoc. 14, 20.) Num. 35, 4. 2 Chron. 33, 15. Ioseph. ant. 5, 1. 26 sub fin. τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως ἔξω γίνεσθαι. *.

Ἔξωθεν, (ab ἔξω) 1) adverbium: *extrinsecus,* i. e. a) extrinsecus veniens, *von aussen her;* Marc. 7, 18 πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον, omne quod extrinsecus in hominem ingeritur. 2 Cor. 7, 5 ἔξωθεν μάχαι, extrinsecus pugnae ab adversariis motae. (2 Reg. 4, 3. Thren. 1, 20. Iudic. 12, 9. Ioseph. ant. 5, 7. 2 τιμὴ ὑπ' ἄλλων ἔξωθεν προσγινομένη. — b) quae sunt extrinsecus, *äusserlich;* Matth. 23, 27. 28. (Ezech. 41, 9. 47, 2. Gen. 6. 14. Exod. 25, 11. Lev. 14, 41.) — ὁ ἔξωθεν, *externus;* 1 Tim. 3, 7 οἱ ἔξωθεν, exteri, qu extra coetum sunt. 1 Petr. 3, 3 ὁ ἔξωθεν κόσμος, ornatus externus. Apoc. 11, 2 τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν. (Ezech. 46, 2. 4 Macc. 6, 34 τῶν ἔξωθεν ἀλγηδόνων.) — τὸ ἔξωθεν, sub-

stantive: *externa species*, das Aeusserliche, Matth. 23, 25 τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου. Luc. 11, 39. 40. — 2) praeposit. *extra*, seq. genitivo; Marc. 7, 15 ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου. Apoc. 14, 20 ἔξωθεν τῆς πόλεως. (Exod. 40, 22. Lev. 24, 3. 1 Reg. 6, 6. Ier. 21, 4. 51, 4.) *.

Ἐξωθέω, aor. 1. ἔξωσα, (ἐξ et ὠθέω, pello, trudo) *extrudo, sedibus expello*, Act. 7, 45. (Ier. 8, 3. Ioel. 3, 6. Psalt. Sal. 17, 6.) — sequente εἰς, *pello ad, impello*. Sic Act. 27, 39 ἐξῶσαι τὸ πλοῖον εἰς αἰγιαλόν, ad littus adpellere navem (Polyb. 15, 2. 15. Thucyd. 2, 90 ἐξέωσαν πρὸς τὴν γῆν. cf. *Raphel.* annot. e Polyb. p. 406). Ioel. 2, 20 ἐξώσω αὐτὸν εἰς γῆν ἄνυδρον. Ier. 51, 35 ἔξωσάν με εἰς Βαβυλῶνα. Sequente ἐπί, 2 Sam. 15, 14. *.

Ἐξώτερος, α, ον, comparativ. ab ἔξω, *exterior, extremus*; Ezech. 10, 5. 40, 20. — In N. T. τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, Matth. 8, 12. 22, 13. 25, 30. Vid. Σκότος. *.

Ἑορτάζω, (ab ἑορτή) proprie ἑορτὴν ἄγω, *diem festum celebro*, (Exod. 5, 1. Nah. 1, 15. Ps. 42, 4. Xenophon. de rep. Ath. 3, 2.) Semel 1 Cor. 5, 8 de *celebratione festi paschalis*, quam apostolus allegorice pro omni cultu Dei, qui in sentiendi et agendi ratione conspicuus est, posuit, metaphora ducta ab ἀζύμοις, versu 7. (Ioseph. ant. 5, 1. 4 τὴν φάσκα ἑώρταζον.) *.

Ἑορτή, ῆς, ἡ, *dies festus*, Act. 18, 21. (Ezech. 23, 34.) Col. 2, 16. Io. 5, 1 ubi, quum articulus deficiat, incertum est, an de paschate cogitandum sit. (Amos. 5, 21. Nah. 1, 15.) — Ἑορτὴ τοῦ πάσχα, Luc. 2, 41 τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, propter festum pasch. ib. v. 42. Io. 13, 1. (Semel sic in V. T. Exod. 34, 25 ubi simpliciter τὸ πάσχα dicitur). Io. 2, 23 τὸ πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, quare etiam Ioannes pascha saepius κατ᾽ ἐξοχὴν appellat τὴν ἑορτήν, c. 7, 2. 8. 10—14. 37. — ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, Luc. 22, 1 *pascha*. (cf. Ios. 5, 11 et saepius in V. T. ut Exod. 34, 18. 23, 15. 2 Chron. 8, 13.) *.

Ἐπαγγελία, ας, ἡ, (ab ἐπαγγέλλω) 1) annuntiatio; — quod est in annuntiatione: — 2) *mandatum, iussum*, Act. 23, 21 προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν, expectantes mandatum tuum, nimirum ut Paulus ad te ducatur, cf. v. 15. (Exemplum e Diod. Sic. attulit *Munthe* in obss. ad h. l. — ἐπάγγελμα, mandatum, apud Philon. in Flacc. p. 973 A.) — 3) *promissio*, i. e. a) actio promittendi, promissio data; Rom. 4, 20. Act. 2, 39. 2 Cor. 1, 20. Eph. 6, 2. 1 Tim. 4, 8. Hebr. 11, 33. 2 Petr. 3, 4. (Esth. 4, 7. 1 Macc. 10, 15. Ioseph. ant. 3, 5. 1. ib. 5, 8. 11.) — promissiones Abrahamo factae Hebr. 7, 6. de numerosa sobole Act. 7, 17. Hebr. 6, 15. de terrae possessione Rom. 4, 13—16. Hebr. 11, 9 γῆ ἐπαγγελίας *terra promissa*. — de Isaaco, Rom. 9, 9. Gal. 4, 23. de Christo, filio Abrahami spirituali, Rom. 9, 8 ubi τέκνα τῆς ἐπαγγ. pro τέκνα τοῦ ἐπηγγελμένου, i. e. Christi, ut Paulus ipse Gal. 3, 16 (σπέρμα, ὅς ἐστι Χριστός) et 4, 28 interpretatur. — promissio de futuro servatore Act. 13, 23. 32. 26, 6. — de futura felicitate et favore Dei, Abrahamo, patribus, Iudaeis et per hos Christianis facta, Rom. 4, 13—16. 9, 4. 15, 8. 2 Cor. 7, 1. Gal. 3, 16—29. Eph. 2, 12. 3, 6. Hebr. 6, 12. 17. 11, 17. — de felicitate per Christum adipiscenda, 2 Tim. 1, 1. κατ᾽ ἐπαγγελίαν, i. e. ex Dei benigna voluntate ut annuntiem promissionem felicitatis per Christum adipiscendae. Hebr. 4, 1. 8, 6. 9, 15. 1 Io. 2, 25. — Ὁ κύριος τῆς ἐπαγγ. dominus a quo promissio, 2 Petr. 3, 9. — b) id ipsum quod promittitur, τὸ ἐπαγγελλόμενον, *res promissae*, Hebr. 11, 13. 39. — de spiritu sancto, Luc. 24, 49 ἐπαγγελία τοῦ πατρός, *promissum* a patre; Act. 1, 4. Eph. 1, 13. Gal. 3, 14. Act. 2, 33 τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύ. λαβών, i. e. τὸ πνεῦμα ἐπαγγελλόμενον. — de salute ipsa Hebr. 10, 36. — (Test. XII patr. p. 725 ὁ θεὸς εἰσάξει ὑμᾶς εἰς τὴν ἐπαγγελίαν (terram promissam) τῶν πατέρων ὑμῶν. Psalt. Sal. 12, 8 ὅσιοι κυρίου κληρονομήσαιεν ἐπαγγελίας κυρίου). — 1 Cor. 1, 5 *Griesb.* recte restituit ἀγγελία. *.

Ἐπαγγέλλω, perf. pass. ἐπήγγελμαι, aor. 1. med. ἐπηγγειλάμην, (ex ἐπί et ἀγγέλλω) 1) nuntio, (Herodian. 1, 6, 23.) — 2) *demando, iubeo*, (Xenoph. cyrop. 7, 4. 1. Thucyd. 3, 16.) — pass. Gal. 3, 19 σπέρμα, ᾧ ἐπήγγελται, proles illa cui demandatum est ut legem mosaicam tollat. — 3) Medium: a) *promitto, polliceor*, seq. dativo personae et accus. rei; Marc. 14, 11. Act. 7, 5. Rom. 4, 21. Tit. 1, 2. Hebr. 6, 13. 10, 23. 11, 11. 12, 26. Iac. 1, 12. 2, 5 ἧς ex attractione pro ἥν. 2 Petr. 2, 19. 1 Io. 2, 25. (Esth. 4, 6. Sir. 20, 23. 2 Macc. 4, 27. Ioseph. ant. 3, 1. 5. ib. 7, 8. 5 sub fin.) — b) promitto, me aliquid praestiturum esse, me idoneum esse rei; *profiteor*, 1 Tim. 2, 10 ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν, quae pietatem prae se ferre debent. ib. 6, 21 γνῶσιν. (Sir. 3, 26 γνώσεως ἀμοιρῶν μὴ ἐπαγγελοῦ. Sap. 2, 13 ἐπαγγέλλεται γνῶσιν ἔχειν θεοῦ. Xenoph. mem. 1, 2. 7 ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος. Diog. Laert. prooem. §. 12 ὁ σοφίαν ἐπαγγ.) *.

Ἐπάγγελμα, τος, τό, (ab ἐπαγγέλλω) *promissio*, 2 Petr. 3, 13. *promissum* ib. 1, 4. (Philo de septen. p. 1185 D. Antonin. 3, 2.) *.

Ἐπάγω, aor. 1. ἐπῆξα [2 Petr. 2, 5 forma apud Atticos rarior, de qua vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 287. 735. *Rost.* Gr. p. 274. *Winer.* Gr. p. 78 sub ἄγω] aor. 2. ἐπήγαγον (ex ἐπί et ἄγω) *adduco, infero* alicui aliquid, *immitto* (LXX hebr. הֵבִיא). Dicitur in utramque partem, quum de rebus iucundis et bonis, Ier. 32, 42. Zeph. 3, 18. Gen. 18, 19. tum frequentius etiam de malis et exitiosis. 2 Petr. 2, 1 ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ἀπώλειαν, interitum sibi adducentes. (Exod. 11, 1. Lev. 26, 25. Gen. 27, 12.) — Act. 5, 28 ἐπάγ. ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ αἷμα, nobis conferre culpam caedis. (Gen. 20, 9. Exod. 34, 7. Demosth. 275, 4. Philo I, de vita Mos. p. 617 ἐπάγονται τῇ χώρᾳ τιμωρίαι.) — 2 Petr. 2, 5 κατακλυσμὸν ἐπάξας. (Gen. 6, 17. Philo de leg. ad Cai. p. 1018 κίνδυνον ἐπάγειν.) *.

Ἐπαγωνίζομαι, (ἀγωνίζομαι ἐπί) seq. dativo, *decerto, pugno pro aliqua re*; Iud. v. 3 ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει, pugnare pro doctrina Christianis ab apostolis tradita, eam defendere adversus falsos doctores. (Plutarch. Num. 8 ἐπαγωνίζεσθαι τοῖς τεκμηρίοις, cum dativo instrumenti. Contra aliquem, Plut. Fab. c. 23.) *.

Ἐπαθροίζω, (ex ἐπί et ἀθροίζω, [Ael. V. H. 2, 1. Herodian. 3, 4. 11] cogo, congero) congrego, congero; passivum: *congregor, confluo*. Luc. 11, 29. *.

Ἐπαίνετος, ου, ὁ, *Epaenetus* (laudabilis), vir christianus, qui Rom. 16, 5 commemoratur, caeterum ignotus.

Ἐπαινέω, ῶ, f. έσω, aor. 1. ἐπῄνεσα, (ab αἶνος) LXX pro הִלֵּל, שִׁבַּח, *comprobo, laudo*; Luc. 16, 8. Rom. 15, 11. 1 Cor. 11, 2. 22 ἐπαινέσω ὑμᾶς, num laudem vos? num hoc probem? — οὐκ ἐπαινῶ, improbo, 1 Cor. 11, 17. 22. (Eccles. 8, 15. Gen. 12, 15. Ps. 9, 24. 10, 3. 34, 2. 105, 3. Hom. Iliad. 2, 335. 3, 461. Ioseph. ant. 4, 3. 1 ἐπῄνεσαν τοῖς εἰρημένοις.) *.

Ἔπαινος, ου, ὁ, (ex ἐπί et αἶνος) *laus*, i. e. a) *laus, laudes*, quibus aliquis celebratur; εἰς ἔπαινον, in laudem, ut laudibus celebretur, Eph. 1, 6. 12. 14. Phil. 1, 11. 1 Petr. 1, 7. — b) *res laudanda, laudabile*; Phil. 4, 8 εἴ τις ἔπαινος. (Sir. 39, 10 τὸν ἔπαινον αὐτοῦ, facinora laudabilia.) — c) *gloria, laudes*, 2 Cor. 8, 18 οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, cuius laudes in promovenda doctrina christiana celebrantur ab omnibus. (1 Chron. 16, 27. Ps. 22, 3.) — d) *adprobatio, laus quae habetur* ab aliquo, Beifall, Billigung, Rom. 2, 29 οὗ ὁ ἔπαινος, i. e. qui quanquam non hominum, certe Dei iudicio probus habetur. ib. 13, 3 ἕξεις ἔπαινον. — ex metonymia: signum adprobationis: *praemium*, 1 Cor. 4, 5 τότε ὁ ἔπαιν. γενήσεται, praemium habebit quisque, videlicet qui meruerit. 1 Petr. 2, 14 εἰς ἔπαινον, ut praemiis adficiat probos. (Sap. 15, 19 ὁ τοῦ θεοῦ ἔπαινος καὶ ἡ εὐλογία αὐτοῦ.) *.

Ἐπαίρω, aor. 1. ἐπῆρα, aor. 1. pass. ἐπήρθην, (ex ἐπί et αἴρω) *attollo, sursum tollo, elevo*; (LXX hebr. נָשָׂא). Activum: Act. 27, 40 velum expando, (exempla e profanis dedit *Kypkius* ad h. l.) — a) ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμούς, *oculos*, antea demissos, *tollere*, aufblicken, Matth. 17, 8. (Ezech. 18, 6.) — *intueri*, oculos defigere in, Luc. 6, 20. — *circumspicere, prospicere*, Io. 4, 35. 6, 5. 16, 23. Gen. 13, 10. — *sursum tollere oculos*, Luc. 18, 13. Io. 17, 1. 1 Chron. 21, 16. — b) ἐπαίρ. τὴν φωνήν, *alta voce loqui*, Luc. 11, 27. Act. 2, 14. 14, 11. 22, 22. (Iudic. 2, 4. 9, 7.) — c) ἐπ. τὰς κεφαλάς, capita erigere, *animos recipere*, Luc. 21, 28. — d) τὰς χεῖρας, in benedicendo et precando, Luc. 24, 50. 1 Tim. 2, 8. (Exod. 17, 11. Neh. 8, 6. Ps. 134, 2.) — e) τὴν πτέρναν ἐπί τινα, calcem contra aliquem. Io. 13, 18. (coll. Ps. 41, 10. 1 Sam. 20, 33 ἐπῆρε τὸ δόρυ ἐπὶ Ἰωνάθαν, hebr. הֵטִיל). — Passivum: *in altum feror, attollor, auferor*, Act. 1, 9 ἐπήρθη, sublatus est, e solo versus coe-

lum (Luc. 24, 51 ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. Act. 1, 2 ἀνελήφθη. coll. Ps. 8, 1 gloria Dei ἐπήρθη ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν.) — 2 Cor. 10, 5 ὕψωμα ἐπαιρόμενον, vid. ὕψωμα. (vid. Esdr. 4, 19. Dan. 11, 14.) — metaphorice: *efferor*, i. e. *contumax, arrogans sum, superbio;* 2 Cor. 11, 20 ἐπαίρεται, superbit, insolens est. (Ier. 13, 15 (גָּבַהּ). Zeph. 1, 11. Ps. 47, 9. 1 Macc. 1, 3. Prov. 19, 18 εἰς ὕβριν μὴ ἐπαίρου (נָשָׂא) τῇ ψυχῇ σου. Philo de fortit. p. 736 θράσει ἐπαιρόμενοι. Xenoph. mem. 1, 2. 25 ἐπηρμένῳ ἐπὶ πλούτῳ.) *.

Ἐπαισχύνομαι, aor. 1. ἐπῃσχύνθην, fut. 1. ἐπαισχυνθήσομαι, utrumque cum significatione medii, (ex ἐπί et αἰσχύνομαι) *pudet me, erubesco* aliqua re, *pudore suffundor*, a) absolute: 2 Tim. 1, 12 οὐκ ἐπαισχύνομαι, non erubesco, non pudet me talia pati. (Prov. 13, 5 pro בּוֹשׁ. Test. XII patr. p. 700 οὐ γὰρ ὁ θεὸς ἐπαισχύνεται ὡς ἄνθρωπος.) — b) apud profanos cum dativo rei, ut Herodot. 9, 185. — in N. T. semel seq. ἐπί, Rom. 6, 21 ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε, quorum vos nunc pudet. — porro c) seq. infinitivo: οὐκ ἐπαισχύνομαι, non erubesco esse; sensus: libenter volo esse vel facere; Hebr. 2, 11 οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν. (Sir. 22, 25.) c. 11, 16 οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ θεὸς, θεὸς καλεῖσθαι αὐτῶν, Deum eorum non puduit, Deum ipsorum vocari, i. e. libenter voluit Deus eorum vocari. (Esdr. 8, 22 ᾐσχύνθην αἰτήσασθαι.) — d) seq. accusativo vel rei vel personae, *pudet me alicuius*, sensus: illum s. illud *repudio*, Marc. 8, 38. Luc. 9, 26 (in eadem locutione ἀρνεῖσθαι, Matth. 10, 33. Luc. 12, 9.) Rom. 1, 16 τὸ εὐαγγέλιον. 2 Tim. 1, 8. 2 Tim. 1, 16 τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη. (Iob. 34, 19 οὐκ ἐπῃσχύνθη (נָשָׂא) πρόσωπον ἐντίμου. Prov. 28, 21.) **.

Ἐπαιτέω, ῶ, (ex ἐπί et αἰτέω) insuper rogo; — *mendico, stipem rogo*, quia mendicantes ab alio post alium petere solent. Luc. 16, 3. Ps. 109, 10. Sir. 40, 28. 30. **.

Ἐπακολουθέω, ῶ, aor. 1. ἐπηκολούθησα, (ex ἐπί et ἀκολουθέω) 1) *subsequor;* — τοῖς ἴχνεσίν τινος, vestigia alicuius, i. e. exemplum eius sequor, 1 Petr. 2, 21. (Deut. 12, 30 ἐπακολουθῆσαι αὐτοῖς, eos imitari). — 1 Tim. 5, 24 τισὶ (videl. ἀνθρώποις) δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν (videl. αἱ ἁμαρτίαι), aliorum peccata etiam serius subsequuntur, i. e. serius manifestantur et puniuntur. coll. Ios. 6, 8 ubi hebr. הֹלֵךְ אַחֲרֵי postea sequebatur arca. Iudith. 14, 4 ἐπακολ. hostem insecuti. (Ioseph. ant. 2, 10. 1. Plutarch. Timol. 3 ταῖς πράξεσιν ἐπηκολούθησε χάρις.) — Hinc etiam *comitor*, Marc. 16, 20. — 2) metaph. *prosequor aliquem*, i. e. colo eum, *adhaereo alicui, et deditus sum*, 1 Tim. 5, 10 παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ. Ies. 55, 3 ἐπακολουθήσατε ταῖς ὁδοῖς μου, i. e. studete pietati. (Num. 14, 24. Ios. 14, 8. 9. Test. XII patr. p. 665 idololatrae ἐπηκολούθησαν λίθοις καὶ ξύλοις. Polyb. 18, 10. 3.) *.

Ἐπακούω, aor. 1. ἐπήκουσα, (ex ἐπί et ἀκούω) 1) auribus percipio, audio, Ies. 8, 9. (Hom. Iliad. 3, 277. 9, 100) — (obtempero, 2 Chron. 33, 10.) — 2) *exaudio, precibus annuo*, 2 Cor. 6, 2 ἐπήκουσά σου. (seq. genit. Gen. 21, 17. 35, 3. Iob. 8, 6, — seq. dativo, 2 Chron. 32, 24. Prov. 15, 29.) *.

Ἐπακροάομαι, ῶμαι, (ex ἐπί et ἀκροάομαι, audio) *auribus percipio, audio*. Act. 16, 25. Test. XII patr. p. 710 ἐπηκροᾶτό μου, πῶς ὕμνουν τὸν κύριον. (Ἐπακρόασις, 1 Sam. 15, 22.) *.

Ἐπάν, (ex ἐπεὶ et ἄν) ionice ἐπήν, coniunct. cum coniunct. aor. *postquam, ubi, si*. Ter: Matth. 2, 8. Luc. 11, 22. 34. (Ioseph. ant. 8, 12. 3.) *.

Ἐπάναγκες, (ex ἐπί et ἀνάγκη) adverbium: *necessario; τὰ ἐπάναγκες, necessaria;* semel Act. 15, 28 πλὴν τῶν ἐπάναγκες (intell. ὄντων) τούτων, exceptis his, quae necessario observari debent. (Arrian. diss. epict. 2, 28. 1. Aelian. hist. an. 9, 1. vid. omnino *Kypkius* in obss. ad h. l.)

Ἐπανάγω, aor. 2. ἐπανήγαγον, (ex ἐπί et ἀνάγω) 1) *sursum duco;* navi in altum provehor, Luc. 5, 3 ἐπανάγ. intellige εἰς τὸ βάθος, ut additur v. 4. 2 Macc. 12, 4. (Xenoph. hist. gr. 6, 2. 1.) — 2) ἐπανάγειν intellige ἑαυτόν, *reverti;* Matth. 21, 18. (2 Macc. 9, 21. Xenoph. cyrop. 4, 1. 2. Ioseph. ant. 1, 19. 7. et tropice ut ἐπιστρέφειν, Sir. 17, 26 ἐπάναγε ἐπὶ ὕψιστον. ib. 26, 28, Hesych. ἐπάναγε· ἐπάνελθε, ἐπίστρεφε.) **.

Ἐπαναμιμνήσκω, (ex ἐπί et ἀναμιμνήσκω) memoriam rei excito, *in mentem revoco*, Rom. 15, 15. (Demosth. 74, 6.) *.

Ἐπαναπαύω, [LXX Iudic. 16, 26 ἐπανάπαυσον, ubi text. vat. ἄφες habet]; Medium ἐπαναπαύομαι, fut. αύσομαι, (ex ἐπί et ἀναπαύω) 1) *requiesco* super aliqua re, LXX pro נִשְׁעַן, ἐπί τινα super aliquo; Luc. 10, 6 ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν, requiescet super illo, i. e. permanebit in illo. (Num. 11, 25 ἐπανεπαύσατο πνεῦμα ἐπ' αὐτούς. v. 26. 2 Reg. 2, 15. coll. ἀναπαύω.) — 2) *requiesco*, i. e. prorsus *confido*, seq. dativo, Rom. 2, 17 εἰ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, si requiescis in lege mos., si ei prorsus fidis. (1 Macc. 8, 12 τῶν ἐπαναπαυμένων αὐτοῖς. — ἐπί τινα, 2 Reg. 7, 2 ἐφ' ὧν ὁ βασιλεὺς ἐπανεπαύετο. v. 17. Ez. 29, 7. — 2 Reg. 5, 18 ἐπὶ τῆς χειρός μου. — Herodian. 2, 1. 3. Arrian. Epict. 1, 9.) *.

Ἐπανέρχομαι, aor. 2. ἐπανῆλθον (ex ἐπί et ἀνέρχομαι) *iterum revertor, revertor* simpliciter. Luc. 10, 35. 19, 15. (Gen. 33, 18 (בּוֹא). 50, 5. Tob. 6, 17. 2 Macc. 4, 36. Xenoph. mem. 4, 8. 2. Ioseph. ant. 2, 1. 1.) *.

Ἐπανίστημι, fut. med. ἐπαναστήσομαι, (ex ἐπί et ἀνίστημι) — medium: *insurgo*, contra aliquem; bis: Matth. 10, 21. Marc. 13, 12. (Deut. 22, 26 et Mich. 7, 6 θυγάτηρ ἐπαναστήσεται ἐπὶ τὴν μητέρα, hebr. קוּם. cf. Iob. 19, 19. 17, 8. Philo de spec. leg. p. 779. Thucyd. 3, 39.) *.

Ἐπανόρθωσις, εως, ἡ, (ex ἐπί et ἀνορθόω) 1) erectio eius quod iacuerat, restitutio eius quod devastatum erat; de restitutione urbis, 1 Macc. 14, 34; civitatis iudaicae secundum legem mosaicam, Ioseph. ant. 11, 5. 4 et 5. — de restitutione salutis publicae 3 Esdr. 8, 52. coll. Esdr. 8, 22. — 2) *correctio eius quod corruptum fuerat;* sic de moribus et vita, 2 Tim 3, 16 πρὸς ἐπανόρθωσιν, ad corrigendos mores perversorum. (Sic saepius apud profanos ἐπανόρθωσις τοῦ βίου, ἤθους, ut apud Polyb, vid. *Raphelii* annot. e Polyb. p. 623. Phil. de agric. p. 128 εἰς ἐπανόρθωσιν βίου. lib. 3 de vita Mos. p. 449 εἰς ἐπαν. βίου. Ioseph. ant. 4, 6. 10 τοὺς νέους ἐπανορθοῦν, καὶ εἰς μετάνοιαν ἀπάγειν.) **.

Ἐπάνω, (ex ἐπί et ἄνω), 1) adv. *supra*, a) de loco: Matth. 2, 9. Luc. 11, 44. (Gen. 40, 17 מַעַל.) — b) de numero: 1 Cor. 15, 6 ὤφθη ἐπάνω πεντ. ἀδελφοῖς, pluribus quam quingentis fratribus. (Exod. 30, 14. 38, 26. Lev. 27, 7.) — 2) praepositio, cui iungitur genitivus, *supra, super;* a) de loco, Matth. 2, 9. 5, 14. 21, 7. 23, 18, 27, 37. 28, 2. Luc. 10, 19. (coll. Gen. 7, 18.) Apoc. 6, 8. 20, 3. hebr. עַל, Ies. 14, 14. מִמַּעַל Gen. 22, 9. Ies. 14, 13. — b) de dignitate et imperio, Luc. 19, 17. 19 ἐξουσία ἐπάνω, hebr. עַל, Gen. 41, 43. LXX ἐπί. Io. 3, 31 ἐπάνω πάντων ἐστί, omnibus maior, excellentior est. (Ioseph. ant. 4, 8, 14 τὸ δίκαιον ἐπάνω πάντων τίθεσθαι.) — c) de pretio: *plus quam*, Marc. 14, 5 πραθῆναι ἐπάνω τριακ. δην. maiori quam trecentum denariorum pretio. *.

Ἐπάρατος, ον, (ab ἐπαρά, imprecatio dira) diris devotus. Io. 7, 49 in quibusdam bonis libris et apud Origen. Cyr. et Chrys. ἐπάρατοι pro ἐπικατάρατοι legitur.

Ἐπαρκέω, ῶ, aor. 1. ἐπήρκεσα, (ex ἐπί et ἀρκέω) *satis do, necessaria suppedito, opem fero;* 1 Tim. 5, 10. 16. (1 Macc. 8, 26. 11, 35. Xenoph. mem. 1, 2. 60. Ioseph. ant. 8, 4. 3.) *.

Ἐπαρχία, ας, ἡ, (ab ἔπαρχος praefectus provinciae, 3 Esdr. 6, 3. 7, 1. Esdr. 5, 3. 6. Neh. 2, 7. 2 Macc. 4, 27.) 1) munus, potestas ἐπάρχου; — 2) provincia, cui ἔπαρχος praefectus est. — provincia imperii romani. Act. 23, 34. 25, 1. cf. *Krebsii* obss. Flav. p. 257. *Fischer* de vitiis Lexic. 18, 4. p. 432 sq. Polyb. 1, 15. 10.) *.

Ἔπαυλις, εως, ἡ, (ex ἐπί et αὖλις, villa, casa, lectus) (aula, atrium — caula, Num. 32, 16. 24. — praedium, villa, Ios. 15, 45. 47. 1 Chron. 4, 32. 33.) *habitaculum, domicilium*, (Prov. 3, 33 ἐπαύλεις δικαίων, נָוֶה). Act. 1, 20. coll. Ps. 69, 25 γενηθήτω ἡ ἔπαυλις (hebr. טִירָה, palatium) αὐτῶν ἠρημωμένη, καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω κατοικῶν. Iudith. 3, 3. *.

Ἐπαύριον, (ex ἐπί et αὔριον) adv. *cras, postridie;* τῇ ἐπαύριον, videlicet ἡμέρᾳ, *crastino die, postero die;* Matth. 27, 62. Marc. 11, 12. Io. 1, 29. 34. 35 et passim. coll. Gen. 30, 33. 1 Chron. 29, 21. Gen. 19, 34.

Ἐπαυτοφώρῳ, i. e. ἐπ' αὐτοφώρῳ, in ipso furto; vid. *Αὐτόφωρον*.

Ἐπαφρᾶς, ᾶ, ὁ, *Epaphras*, vir christianus, de quo vid. Col. 1, 7. 4, 12. Philem. v. 23. Opinantur quidam, hoc nomen contractum esse ex *Ἐπαφρόδιτος*, Phil. 2, 25. et utrumque nomen esse eiusdem hominis.

Ἐπαφρίζω, (ex ἐπὶ et ἀφρίζω) *spumam eiicio* in aliquid, *despumo*, (Mosch. idyll. 5, 5.) — Semel Iud. v. 13, ubi scriptor hoc verbo utitur de falsis doctoribus, quia antea eos comparaverat cum fluctibus maris aestuantibus; ἐπαφρίζειν τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, spumare ipsorum turpitudinem; tropo remoto: palam effutiunt flagitia sua turpia. Similis locus legitur Ies. 57, 20.

Ἐπαφρόδιτος, ου, ὁ, *Epaphroditus*, vir christianus, de quo vid. Phil. 2, 25. (4, 18.) coll. *Ἐπαφρᾶς*.

Ἐπεγείρω, aor. 1. ἐπήγειρα, (ex ἐπὶ et ἐγείρω) ἐγείρω ἐπί τινα, *excito contra aliquem*, LXX hebr. הֵעִיר et הֵקִים — seq. ἐπί, Act. 13, 50 ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον. (1 Sam. 3, 12. 2 Chron. 21, 16. Amos. 6, 14.) — seq. κατά, Act. 14, 2. — (seq. dativo personae Ies. 13, 17. Ioseph. ant. 8, 14. 2. Test. XII patr. p. 571. — coll. Sir. 46, 1. 2 Macc. 4, 40.) *.

Ἐπεί, coniunctio, quae refertur 1) ad *tempus*, quod praecessit: *postquam;* semel, Luc. 7, 1. (Gen. 46, 30. Ios. 7, 8. 1 Macc. 10, 52. Hom. Iliad. 1, 57.) — 2) ad *rationem*, *causam* et *argumentum*, estque a) in apodosi: *nam, quoniam, siquidem, quandoquidem;* Matth. 27, 6. Marc. 15, 42. Luc. 1, 34. Io. 13, 29. 19, 31. 1 Cor. 14, 12. Hebr. 5, 2. 11. 6, 13. 9, 17. 11, 11. (2 Macc. 14, 29. 3 Macc. 2, 16.) — *Ἐπείπερ, quando semel, quandoquidem*, Rom. 3, 30. (Eurip. Ion. 816. *Hermann.* ad Viger. p. 786.) Sed praeferenda est lectio, a *Griesb.* commendata, εἴπερ, *siquidem*. — b) in protasi, α) ubi inservit obiectioni vel exemplo in contrariam sententiam: *alioquin, si secus esset*, i. q. εἰ δὲ μή, nisi ita esset; Rom. 3, 6 ἐπεὶ πῶς, nam, [si hoc esset], i. e. alioquin. Rom. 11, 6. v. 22 ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ, nam [si hoc non feceris] i. e. alioquin tu quoque etc. 1 Cor. 5, 10 ἐπεὶ ὀφείλετε, etenim [si hoc feceritis], i. e. alioquin. 1 Cor. 7, 14. 14, 16. 15, 29. Hebr. 9, 26. 10, 2 ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο etc. i. e. nonne alioquin (si sacrificia mosaica culpam peccatorum prorsus delerent) illi, qui semel sacrificium obtulissent eoque iam purgati fuissent, desivissent sacrificium amplius offerre? (Plat. Euthy. §. 10.) — β) ubi adfertur ratio, simulque indicatur, eam tempore priorem fuisse: *quum, da nun;* 2 Cor. 11, 18 ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι. 2 Cor. 13, 3 ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε — (v. 5) ἑαυτοὺς πειράζετε, quum in me quaeratis et semper quaesiveritis — etiam ipsi videatis etc. Hebr. 2, 14. 4, 6. (Iob. 35, 7. 3 Esdr. 2, 20. Ioseph. ant. 4, 6. 8 ἐπεὶ ταῦτα ὑμῖν δέδοκται — ἀνάγκη, quum hoc vobis visum fuerit — iam necesse est. Ibid. 2, 3. 2.) **.

Ἐπειδή, (ex ἐπεί et δή) coniunct. cui iungitur indicativus si de re certa et vera sermo est. Sic in N. T. — Refertur ad causam et rationem: *siquidem, quandoquidem, quoniam*, Matth. 21, 46. Luc. 11, 6. Act. 14, 12. 1 Cor. 1, 22. 14, 16. Phil. 2, 26. (Ier. 48, 7.) — In concludendo, ubi ἐπειδή incipit protasin, quae rationem sequentis propositionis continet: *quum, da nun*, Act. 13, 46. 15, 24. 1 Cor. 1, 21. 1 Cor. 15, 21 ἐπειδή — νεκρῶν, quum per *hominem* mors extiterit, per *hominem* quoque fiet resurrectio. (Iob. 9, 29. Prov. 1, 24. Ier. 25, 8.) **.

Ἐπειδήπερ, (ἐπειδή et part. enclit. περ) *postquam semel*, da einmal, *quandoquidem*, Luc. 1, 1. (Ioseph. ant. 5, 1. 20. Aesch. Socr. dial. 2, 12. Philo in Flacc. p. 969 C.) *.

Ἐπεῖδον, (ex ἐπί et εἶδον, quod vid.) propr. εἶδον ἐπί, i. e. *adspicio, oculos dirigo in*, Ier. 48, 19. — Ex hebraismo (רָאָה, נִבַּט) est: a) intueor benevole, ita ut placeat mihi, Gen. 4, 4. (de hominibus dictum est quoque: gaudeo ex damno adversariorum, Ps. 22, 18. 54, 7. 92, 11. Obad. v. 12.) — b) *rationem habeo* alicuius, et quidem in utramque partem, aut ut *auxilium feram, benefaciam*, Gen. 16, 13. Exod. 2, 25. 1 Chron. 17, 17. Ps. 31, 7 ἐπεῖδες τὴν ταπείνωσίν μου. 2 Macc. 1, 27. 8, 2. — aut ut *puniam, vindicem*, Gen. 31, 49. et רָאָה Ezech. 16, 50. 1 Chron. 12, 17. Ier. 3, 8. — Priori modo Luc. 1, 25 αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν, quibus placuit Deo, quibus benigniter curavit, ut —; posteriori Act. 4, 29 ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, sensus: irritas fac minas eorum. *.

Ἔπειμι, (ex ἐπί et εἶμι) accedo; subsequor, (Ioseph. ant. 2, 14, 16. 1 Reg. 10, 16. 2 Chron. 9, 15.) particip. ἐπιών, οῦσα, όν, *subsequens, posterus*, Act. 7, 26. 23, 11. (Philo de opif. m. p. 20.) — τῇ ἐπιούσῃ videlicet ἡμέρᾳ, Act. 16, 11. 20, 15. 21, 18. Ioseph. ant. 3, 1. 6. ib. 4, 3. 1. ib. 6, 11. 2. coll. Deut. 32, 29 τὸν ἐπιόντα χρόνον. Prov. 27, 1. *.

Ἐπείπερ, *siquidem*, Rom. 3, 30. (Hom. Iliad. 13, 447.) vid. *Ἐπεί*.

Ἐπεισαγωγή, ῆς, ἡ, (ex ἐπί et εἰσαγωγή) superinductio; *introductio;* Ioseph. ant. 11, 6. 2 σβέννυσθαι γὰρ τὸ πρὸς τὴν προτέραν (scil. coniugem) φιλόστοργον ἑτέρας (scl. coniugis) ἐπεισαγωγῇ (scil. in thalamum) — *locus, per quem introitus patet* (Thucyd. 8, 92 τεῖχος καὶ πυλίδας ἔχον καὶ εἰσόδους, καὶ ἐπεισαγωγὰς τῶν πολεμίων). In N. T. semel Hebr. 7, 19 ἐπεισ. κρείττονος ἐλπίδος, introductio melioris spei, i. e. ducere debuit lex ad meliorem oeconomiam, tanquam porta; viam fecit meliori doctrinae, tanquam oeconomiae divinae initium.

Ἔπειτα, (ex ἐπί et εἶτα) adv. *deinde, tum, postea;* de tempore et ordine, Marc. 7, 5. Luc. 16, 7. 1 Cor. 12, 28. 15, 6. 7. 23. 46. Gal. 1, 21. 1 Thess. 4, 17. Hebr. 7, 2. 27. Iac. 3, 17. 4, 14. — *Ἔπειτα*, si sequitur μετά cum accusativo, indicat aliquid evenisse praeterlapso tempore definito; Gal. 1, 18 ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία, postea elapsis annis tribus. ib. 2, 1. Io. 11, 7 ἔπειτα μετὰ τοῦτο, i. e. postea, elapsis nimirum duobus diebus, v. 6. *.

Ἐπέκεινα, (pro ἐπ' ἐκεῖνα) adv. *ultra, trans;* — (de tempore: *postea, porro, sequente tempore*, 1 Macc. 10, 30. Ezech. 39, 22. Susann. v. 64.) — de loco: *ultra, trans, cis*, seq. genitivo Act. 7, 43 ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. (Amos. 5, 27. Gen. 35, 16. Ier. 22, 19. Ies. 18, 1. 2. Herodian. 2, 9. 1.) *.

Ἐπεκτείνω, i. e. ἐκτείνω ἐπί, *extendo ad, versus* aliquid. Passivum: *extendor versus aliquid;* velut cursores, qui, ut cursum concitent, caput et corpus ulterius protendunt. Semel, Phil. 3, 14 τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, *protinus intensus*, cursoris instar; sensus: summo studio, enixe. (Diog. Laert. 6, 2. 6 ubi senex, cui quiescendum nunc esse a labore dictum fuerat, respondet: εἰ δόλιχον ἔδραμον, πρὸς τῷ τέλει ἔδει με ἀνεῖναι, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπιτεῖναι, si in stadio currerem, num ad finem me cursum oporteret remittere et non porro intendere?)

Ἐπενδύτης, ου, ὁ, (ab ἐπενδύω) *tunica superior*, inter subuculam sive indusium et exteriorem vestem media, ab Atticis χιτών, ab Hellenistis ἐπενδύτης dicta. Vid. *Fischer* de vitiis Lexic. N. T. III, 2. p. 80. In N. T. semel Io. 21, 7 de *superindumento* (ut Tertull. loquitur) quo Petrus piscatui vacans, indutus erat. Theodot. usus est pro hebr. מְעִיל pallium, 1 Sam. 18, 4. 2 Sam. 13, 18. Aquila pro hebr. אֵפוֹד amiculum sacerdotale, 1 Sam. 14, 3. **.

Ἐπενδύω, [Ioseph. ant. 5, 1. 2 ἐπενδύντες σάκκους]; med. ἐπενδύομαι, inf. aor. 1. ἐπενδύσασθαι, (ex ἐπί et ἐνδύω) *superinduo mihi;* in N. T. bis: 2 Cor. 5, 2. 4 de corpore novo, quo anima post hanc vitam induenda est, tanquam vestimento. cf. γυμνός. (Plutarch. Pelop. c. 2.)

Ἐπέρχομαι, f. ἐπελεύσομαι, aor. 2. ἐπῆλθον, (ex ἐπί et ἔρχομαι), LXX maxime pro בּוֹא et עָבַר, *advenio, supervenio*, i. e. a) insuper venio, Lev. 11, 34. — b) *venio ad locum, aggredior*, Act. 14, 19. (Prov. 4, 15 μὴ ἐπέλθῃς ἐκεῖ, ἔκκλινον ἀπ' αὐτῶν. 2 Macc. 9, 17 πάντα τόπον οἰκητὸν ἐπελεύσεσθαι. coll. Prov. 26, 11. Iob. 4, 15. Hom. Iliad. 1, 535.) — c) de tempore, et fato: advenio i. e. *futurus sum, insto, immineo;* Eph. 2, 7 ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. Iac. 5, 1 ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις. Luc. 21, 26 τὰ ἐπερχόμενά τινι, mala quae alicui imminent, fata futura. (Ies. 41, 4. 22. 23. 44, 7. 45, 11. Ier. 47, 4. Prov. 27, 12. cap. 3, 25. Test. XII patr. p. 567 κύριος ἐπερχόμενος, Messias adventurus. Lib. Henoch. p. 191 τέλος ἐπερχόμενον, interitus instans.) — 2) *supervenio aliquem;* a) de hoste; *aggredior*, Luc. 11, 22. (Ioseph. ant. 6, 4. 1 τριπλασίῳ στρατῷ ἐπῆλθον τῷ Δαυΐδῃ. Ib. 6, 2. 2. Test. XII patr. p. 594 ἐπῆλθον ἡμῖν, bello sunt nos aggressi. Hom. Iliad. 8, 536. 13, 472.) — *Ἐπέρχεσθαι ἐπί τινα*, de spiritu Dei supervenientе homini, Luc. 1, 35. Act. 1, 8. (Iob. 4, 15. 1 Sam. 11, 7. Num. 5, 14. coll. Nah. 3, 19. Sir. 26, 21. Ps. 90, 10.) — de

malis repente ingruentibus, Luc. 21, 35. Act. 8, 24. 13, 40. (Iud. 9, 57. 2 Chron. 20, 8. 32, 26. Iob. 20, 22. Mich. 3, 11. Hom. Odyss. 10, 175.) *.

Ἐπερωτάω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐπηρώτησα, partic. aor. 1. pass. ἐπερωτηθείς, (ex ἐπί et ἐρωτάω) LXX pro שָׁאַל, etiam pro דָּרַשׁ 1) *insuper quaero, iterum interrogo,* Io. 18, 7 πάλιν αὐτοὺς ἐπηρώτησε. — 2) *inquiro, sciscitor* — sensu forensi Matth. 27, 11. Marc. 14, 60 sq. 15, 2. Luc. 23, 9. — vid. etiam Marc. 5, 9. 8, 5. Matth. 17, 10. Luc. 8, 30. Io. 18, 21. Act. 23, 34 et passim, potissimum apud Marcum. (Gen. 26, 7. 38, 21. Deut. 4, 32.) — *quaestionem propono* ad respondendum, *quaero aliquid ex aliquo,* Matth. 12, 10. 22, 23. 35. 41. 46. Marc. 10, 2. 11, 29. 12, 18. Luc. 2, 46. 3, 10. 14. — In V. T., ut etiam saepissime apud profanos, saepissime dicitur de consulentibus oraculum, ut ἐπερωτ. τοὺς νεκρούς, *mortuos sciscitor,* Deut. 18, 11. coll. 1 Chron. 10, 13. — Deum per prophetas sciscitari, Ies. 19, 3. Ezech. 14, 7. 20, 1. 1 Reg. 22, 6—8. Iud. 1, 1. 18, 5. (etiam ἐκζητῆσαι eodem sensu, 2 Reg. 1, 16.) — Inde ἐπερ. τὸν θεόν ex adiuncto est: *Deum colo.* Sic Rom. 10, 20. coll. Ies. 65, 1 ubi respondet hebr. שָׁאַל. — 3) *postulo* simpliciter, ut שָׁאַל saepissime, Matth. 16, 1. nisi hic quoque vertendum est: sciscitabantur, an velit ipsis signum dare. Cum notione postulandi legi videtur etiam Proverb. 17, 28.

Ἐπιλανθάνω, oblivioni trado. Medium: ἐπιλανθάνομαι, perf. ἐπιλέλησμαι, aor. 2. ἐπελαθόμην, (ex ἐπί et λανθάνω) seq. genitivo vel accusativo rei; 1) *obliviscor,* Matth. 16, 5. Marc. 8, 14. Iac. 1, 24. — 2) ex adiuncto: *negligo, non curo,* Phil. 3, 14 ἐπιλανθ. τὰ ὀπίσω, quae a tergo sunt nihil curans. Hebr. 6, 10 ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, ut non curet beneficia vestra, i. e. vobis non retribuat. (Ies. 44, 21. Thren. 3, 17.) — Μὴ ἐπιλανθ. τινος, *multum esse in aliqua re,* ei *studere,* eam *libenter exercere,* Hebr. 13, 2. 16. (Ps. 10, 12. 35. 119, 30. 2 Macc. 2, 2.) — Passive: *oblivioni trador, negligor;* Luc. 12, 6 ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, oblivioni traditum apud Deum, a Deo neglectum. Sic passive Ies. 23, 16 πόρνη ἐπιλελησμένη. Sap. 2, 4 τὸ ὄνομα ἡμῶν ἐπιλησθήσεται. Sir. 3, 14. 13, 10. 44, 10. (ἐπιλάθῃ ἐνώπιον αὐτῶν, Sir. 23, 14.) *.

Ἐπιλέγω, part. aor. 1. med. ἐπιλεξάμενος, (ex ἐπί et λέγω) 1) insuper dico. (Ioseph. ant. 6, 8. 2.) — *cognomino,* Io. 5, 2. — 2) *eligo;* medium: *eligo* mihi, Act. 15, 40. (Exod. 17, 9. 18, 25. 2 Sam. 10, 9. 1 Macc. 1, 63. Ioseph. ant. 4, 2. 4.) *.

Ἐπιλείπω, f. είψω, (ex ἐπί et λείπω) *deficio, desum.* Semel Hebr. 11, 32 ἐπιλείψει με διηγούμενον ὁ χρόνος, tempus me deficeret narrantem. (Ioseph. ant. 8, 13. 2 ἐπέλειπε δ᾽ οὐδὲν αὐτοὺς τούτων. Seq. dativo Ier. 33, 17. coll. v. 18.) *.

Ἐπιλησμονή, ῆς, ἡ, (a perf. ἐπιλέλησμαι verbi ἐπιλανθάνομαι) *oblivio.* Iac. 1, 25 ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς auditor oblivionis, ex hebraismo pro: ἐπιλήσμων, (Xenoph. mem. 4, 8. 8) auditor obliviosus. (Sir. 11, 27. Apud profanos vix legitur.) **.

Ἐπίλοιπος, ον, (a perf. ἐπιλέλοιπα verbi ἐπιλείπω) *reliquus, adhuc superstes.* Semel 1 Petr. 4, 2. (Ies. 38, 10. Mich. 5, 3. Lev. 27, 18. 1 Macc. 3, 11.)

Ἐπίλυσις, εως, ἡ, (ab ἐπιλύω) *dissolutio;* metaph. solutio, explicatio rei, cuius sensus et ratio est abscondita. (Sic Aquila Gen. 40, 8 ubi LXX διασάφησις. Symmach. Hos. 3, 4. Philo de vita cont. p. 901. Heliodor. Aethiop. 1, 18. 4, 9 et ἐπιλύω, Marc. 4, 34. Gen. 41, 12.) 2 Petr. 1, 20 πᾶσα προφητεία γραφῆς ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται, vaticinia scripturae ab ipsis prophetis recte explicari

non potuerunt; ipsi totum sensum verborum non perspexerunt. (Oracul. sibyllin. lib. 2. p. 189 ed. *Gallaei*, ubi Sibylla dicit: *οὔτε γὰρ οἶδα ὅ,τι λέγω, κέλεται δὲ θεὸς τὰ ἕκαστ᾽ ἀγορεύειν.*) *.

Ἐπιλύω, fut. 1. pass. ἐπιλυθήσομαι, (ex ἐπί et λύω) 1) *solvo, dissolvo;* — 2) metaph.: *explico* obscura, Marc. 4, 34. (vid. Ἐπίλυσις. Philo de agric. p. 189 τὰς διπλᾶς — λέξεις, καὶ τὰς — πιθανότητας ἐπιλύει): — *dirimo*, sive *discepto* rem dubiam, Act. 19, 39. *.

Ἐπιμαρτυρέω, ῶ, (ex ἐπί et μαρτυρέω) *attestor, testimonio confirmo;* — *sanctissime affirmo*, 1 Petr. 5, 12. (Ioseph. ant. 7, 14. 4.) *.

Ἐπιμέλεια, ας, ἡ, (ab ἐπιμελής, curam habens, studiosus) *cura, procuratio;* Act. 27, 3 ἐπιμελείας τυχεῖν, cura amicorum frui, i. e. hospitio et ope eorum. (1 Macc. 16, 14. 2 Macc. 11, 23. Prov. 3, 8. Ioseph. ant. 2, 2. 1.) *.

Ἐπιμελέομαι, s. ἐπιμέλομαι, fut. 1. med. ἐπιμελήσομαι, aor. pass. ἐπεμελήθην, (ab ἐπιμελής, curam gerens, sollicitus) depon. passiv. seq. genitivo, *curam rei habeo*, — vulnerati, Luc. 10, 34 ἐπεμελήθη αὐτοῦ, cura eius occupabatur. ib. v. 35. — ecclesiae, i. e. saluti eius prospicio, res eius curo, 1 Tim. 3, 5. (1 Macc. 11, 37. 3 Esdr. 6, 27. Gen. 44, 21 ubi respondet hebr. חָשִׂים עֵינַיִם. Ioseph. ant. 1, 2. 1.) *.

Ἐπιμελῶς, adv. *studiose, assidue, diligenter*, Luc. 15, 8. (Gen. 6, 5. 8, 21. 2 Macc. 8, 31.) *.

Ἐπιμένω, f. ενῶ, [1 Cor. 16, 8.] aor. 1. ἐπέμεινα, (ex ἐπί et μένω) 1) *insuper maneo, amplius remaneo;* — *diutius commoror*, ἡμέρας τινάς, Act. 10, 48. 21, 10. 28, 12. 14. — αὐτοῦ ibi, Act. 15, 34. 21, 4. — πρός τινα, 1 Cor. 16, 7. Gal. 1, 18. — ἐν Ἐφέσῳ, 1 Cor. 16, 8. ἐν τῇ σαρκί, in hac vita, Phil. 1, 24. — 2) ἐπιμένω τινί, *persevero* in aliqua re, *pergo* in illa agenda, tenenda, v. c. τῇ ἁμαρτίᾳ, Rom. 6, 1 ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, num adhaerescemus etc. Sed cum optimis libris legendum est: ἐπιμένωμεν, num adhaerescamus? — τῇ ἀπιστίᾳ, ib. 11, 23. (ἐπιμένουσι ταῖς ἀδικίαις, Test. XII patr. p. 549.) — τῇ χρηστότητι, Rom. 11, 22. [Act. 13, 43 *Griesb.* προσμένειν.] τῇ πίστει, Col. 1, 23. αὐτοῖς, quae officia postulant, 1 Tim. 4, 16. (Ioseph. ant. 8, 7. 5 ἐπέμεινε τούτοις ἄχρι τελευτῆς.) — Sequente participio: *persevero;* Io. 8, 7 ἐπέμενον ἐρωτῶντες. Act. 12, 16 ἐπέμενε κρούων. *.

Ἐπινεύω, aor. 1. ἐπένευσα, (ex ἐπί et νεύω) *innuo, nutu significo*, vel ut iubeam, vel ut promittam, vel ut affirmem; (Hom. Iliad. 1, 528. 9, 620.) — precanti: *annuo, concedo*, Act. 18, 20. (Prov. 26, 24 χείλεσι πάντα ἐπινεύει ἐχθρὸς, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ τεκταίνεται δόλους. 2 Macc. 4, 10. 11, 15. 14, 20. Ioseph. ant. 1, 3. 8 ἐπένευσεν αὐτῷ. ib. 6, 1. 1 ἐπίνευσον αὐτοῖς τὴν χάριν.) *.

Ἐπίνοια, ας, ἡ, (ab ἐπινοέω, mente agito, cogito, in consiliis habeo) cogitatio, meditatio, (Sap. 6, 16. 9, 14 ubi i. q. λογισμοί. Sir. 40, 2. 2 Macc. 12, 45. — excogitatio, Sap. 14, 12. 15, 4.) — *consilium, propositum*, quod mente volvitur; semel Act. 8, 22. (Ioseph. ant. 5, 6. 2 et ἐπινοέω ib. 1, 19. 9.)

Ἐπιορκέω, ῶ, f. ήσω, (profani ἐπιορκήσομαι, vid. *Win.* Gr. 81. *Buttm.* Gr. ampl. II, p. 52) (ab ἐπίορκος) 1) *periuro.* Etym. M. ἐπιορκεῖν δηλοῖ τὸ ὑπεράνω τῶν ὅρκων γίνεσθαι, καὶ ὑπερβαίνειν αὐτούς. coll. 3 Esdr. 1, 48. Sap. 14, 28. — 2) *iusiurandum violo*, non praesto, quod me praestaturum esse iuraveram; Matth. 5, 33 οὐκ ἐπιορκήσεις, ne, quae Deo iureiurando interposito promisisti, non praestes. Sequuntur enim: imo persolve vota tua Deo facta. Ergo non de testimonio, iureiurando confirmando, est sermo, sed de praestatione. (Similiter Test. XII patr. p. 690 τὸν ὕψιστον ἐπιορκεῖ, Deo non praestat, quod iuraverat.) **.

Ἐπίορκος, ον, (ex ἐπί et ὅρκος) *periurus*, ὅρκον μὴ φροντίζων, ut interpretatur Hesychius; 1 Tim. 1, 10. (Hom. Iliad. 3, 279. 10, 332.) coll. Ἐπιορκέω.

Ἐπιοῦσα, (ἡμέρα) ἡ, dies posterus, sequens. Vid. Ἔπειμι.

Ἐπιούσιος, ον, praeter Matth. 6, 11. Luc. 11, 3 nuspiam legitur. (Origen. de orat. §. 27 ἡ λέξις ἡ ἐπιούσιον παρ᾽ οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων, οὔτε τῶν σοφῶν ὠνόμασται, οὔτε ἐν τῇ τῶν ἰδιωτῶν συνηθείᾳ τέτριπται, ἀλλ᾽ ἔοικε πεπλάσθαι ὑπὸ τῶν εὐαγγελιστῶν.) In *duas* potissimum interpretes abeunt partes. *Alii* enim, ut περιούσιος est a περιοῦσα, ἑκούσιος ab ἑκών, ἑκοῦσα, item ἐθελούσιος ab ἐθέλουσα, sic ἐπιούσιος (vid. *Fritzsch.* ad Matth. p. 266. *Win.* Gr. p. 90) deducunt ab ἐπιοῦσα, particip. verbi ἔπειμι, et quum ἡ ἐπιοῦσα sit dies, qui instat, ἐπιούσιος enarrant: *ad sequentem diem pertinens*, et vertunt: concede nobis hodie victum in crastinum diem. Alii etiam arbitrati sunt, crastinum diem pro *futuro* omnino dictum esse, et ἐπιούσιος putant esse i. q. ὁ μέλλων, ὁ ἐπιών, ὁ προσδοκώμενος, ut *Alberti* Gloss. N. T. p. 202, igitur ἄρτος ἐπιούσιος panis de die in diem. Quum vero addantur: δὸς ἡμῖν σήμερον, et servator deinde versu 34 moneat, ne sui de crastino die solliciti sint, *alii* maluerunt ἐπιούσιος deducere ab ἐπί et οὐσία, *substantia, vita*, ut sit: *victus ad vitam sustentandam necessarius*, ἄρτος ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐταρκής, ut Theophyl. ad Matth. l. l. interpretatur, sive, ut idem ad Lucae locum habet: ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν καὶ τῇ συστάσει τῆς ζωῆς συμβαλλόμενος. Origen. ad Matth. τὸν εἰς τὴν οὐσίαν συμβαλλόμενον ἄρτον. Chrysost. ad Matth. l. l. τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον, τουτέστι τὸν ἐφήμερον. Vulg. panem nostrum quotidianum, ut Origines explicat. Suidas: ἐπιούσιος ἄρτος ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζων ἢ ὁ καθημερινός. Syrus: ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ, *panem necessitatis.* Similiter enim formata esse alia verba, ut ἐπιοίνιος, ad vinum pertinens, ἐπιτάφιος, ὁμοούσιος et similia. Sed prior enarratio praeferenda est.

Ἐπιπίπτω, aor. 2. ἐπέπεσον, partic. perf. ἐπιπεπτωκώς, (ex ἐπί et πίπτω) LXX pro נָפַל, (propr. cado super, incido, Num. 35, 23.) — *me conicio*, Act. 20, 10 ἐπέπεσεν αὐτῷ, se super eum coniecit, incubuit super eum, (1 Reg. 17, 21.) — Ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος, se coniicere in collum alicuius, eum amplexari, Luc. 15, 20. Act. 20, 37. (Gen. 46, 30. 1 Sam. 26, 12. Philo de Ioseph. p. 563.) — ἐπὶ τὸ στῆθος, ad pectus, Io. 13, 25. (Gen. 50, 1.) — *Irruo* in aliquem, hostiliter, 1 Macc. 12, 26. Ioseph. ant. 8, 14. 2. — *premo*, de multitudine adcurrente, Marc. 3, 10. coll. Iob. 6, 16. 27. — tropice: *invado* aliquem, *occupo, potior* aliquo; πνεῦμα ἐπιπίπτει ἐπί τινι, Act. 8, 16. ἐπί τινα, Act. 10, 44. 11, 15. Ezech. 11, 5. — ἔκστασις ἐπί τινα, Act. 10, 10. Dan. 10, 7. τῷ Ἀβράμ, Gen. 15, 12. — ὀνειδισμοί, Rom. 15, 3. Ps. 69, 9. — φόβος ἐπί τινα, Luc. 1, 12. Act. 19, 17. Exod. 15, 16. Neh. 6, 16. — ἀχλύς, Act. 13, 11. (φόβος σκοτεινὸς αὐτῷ, Gen. 15, 12.) (Test. XII patr. p. 545 ἐπέπεσεν ἐπ᾽ ἐμὲ ὕπνος.) *.

Ἐπιπλήσσω, — ττω, aor. 1. ἐπέπληξα (ex ἐπί et πλήσσω) 1) incutio, infligo. — 2) *obiurgo, increpo, invehor in aliquem*, 1 Tim. 5, 1. (Xenoph. oecon. 13, 12. Ioseph. ant. 1, 16. 2 ἐπιπλήττειν τινὶ τῆς δυσκολίας. — 2 Macc. 7, 33 ἐπίπληξις obiurgatio, reprehensio. Hesych. ἐπιπλῆξειν· ἐπελθεῖν, ἐπιτιμῆσαι, ὑβρίσαι.) *.

Ἐπιποθέω, ῶ, aor. 1. ἐπεπόθησα, (ex ἐπί et ποθέω, cupio, desidero) propr. πόθον ἔχω ἐπί τι, desiderium fero versum in aliquid, *aliquid desidero*, a) seq. accusativo rei vel infinitivo verbi; Rom. 1, 11. 2 Cor. 5, 2. 1 Thess. 3, 6. 2 Tim. 1, 4. 1 Petr. 2, 2. coll. Mich. 7, 1. Ps. 42, 1. 84, 2. (Philo de opif. m. p. 2 D. de creatore: ὅσα ὠφέλιμα καὶ λυσιτελῆ, πάντα τρόπον ἐκπορίζειν ἐπιποθεῖ. Lucian. dial. 4, 3 μηδὲν ἐπιπόθει τῶν κάτω.) — b) sequ. accusativo personae, ἐπιποθῶ τινα, *desiderio alicuius teneor, eum amo*, 2 Cor. 9, 14. Phil. 1, 8. 2, 26. coll. Sir. 25, 21 ἐπιπ. τὴν γυναῖκα — sequente πρός, *desiderio feror ad aliquid;* Iac. 4, 5 πρὸς φθόνον κ. τ. λ. i. e. non sine causa dicit scriptura: mentem vestram ad invidiam esse propensam, s. ferri ad invidiam. (Ps. 41, 1 ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς θεόν. Ps. 119, 131 ἐπιποθ. τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ.) *.

Ἐπιπόθησις, εως, ἡ, (ab ἐπιποθέω) *rei desiderium*, 2 Cor. 7, 7. 11. Aquila Ezech. 23, 11 pro hebr. עֲגָבָה amor vehemens. Phavorin. ἐπιπόθησις ἐστὶν ὄρεξις ἐπιτεταμένη πρὸς τὸ ποθούμενον. *.

Ἐπιπόθητος, ον, (ab eod.) *desideratus, exoptatus, amatus*, Phil. 4, 1. *.

Ἐπιποθία, ας, ἡ, (ab eod.) *desiderium, amor;* Rom. 15, 23 ἐπιποθίαν ἔχω τοῦ ἐλθεῖν, desidero. *.

Ἐπιπορεύομαι, (ex ἐπί et πορεύομαι) *proficiscor ad*, Luc. 8, 4. (Lev. 26, 33. Ezech. 39, 14. 2 Macc. 2, 28. 3 Macc. 1, 4.) **.

Ἐπιῤῥάπτω, (ex ἐπί et ῥάπτω, suo) *insuo, adsuo*, Marc. 2, 21. *.

Ἐπιῤῥίπτω, aor. 1. ἐπέῤῥιψα, (ex ἐπί et ῥίπτω) *inticio, supericio*, — vestes, Luc. 19, 35. (i. q. ἐπιτιθέναι, ἐπιβάλλειν, Matth. 21, 7. Marc. 11, 7.) — (LXX hebr. הִשְׁלִיךְ, Num. 35, 20. Ezech. 43, 24. 1 Reg. 19, 19. Ioseph. bell. 4, 5. 3 κόνιν ἐπιῤῥίπτουν τοῖς σώμασι.) — tropice: μέριμναν ἐπιῤῥίπτειν ἐπί τινα, curam coniicere in aliquem, 1 Petr. 5, 7 quae repetita sunt e Ps. 55, 23. coll. Ps. 22, 10 ἐπὶ σὲ ἐπεῤῥίφην ἐκ μήτρας. Ps. 37, 5.

Ἐπίσημος, ον, (ex ἐπί et σῆμα, signum) cui nota est impressa, signo notatus, signatus, Gen. 30, 43. (Ioseph. ant. Iud. 17, 8. 1 ἀργύριον ἐπίσημον, argentum signatum). — Metaphorice: *nobilis, illustris, insignis*, Rom. 16, 7. (3 Macc. 6, 1. ἀνὴρ ἐπίσημος, 2 Macc. 15, 37. 1 Macc. 11, 37. 14, 45. Ioseph. ant. 4, 7. 5. ib. 3, 6. 4 ἐπισήμοις ἡμέραις, diebus festis.) — In malam partem: *nota infamiae signatus, infamis*, Matth. 27, 16. (Ioseph. ant. Iud. 5, 7. 1 οἱ διὰ πλῆθος ἀδικημάτων ἐπίσημοι. Psalt. Sal. 2, 6 ἐν ἐπισήμῳ (scil. εἶναι) ἐν τοῖς ἔθνεσι. Vid. etiam Σφραγίζω.) *.

Ἐπισιτισμός, οῦ, ὁ, (ab ἐπισιτίζω, cibum paro, praebeo) *cibaria, commeatus*; Luc. 9, 12. (Ios. 1, 11. 9, 5. 11. 14. Exod. 12, 39. Neh. 13, 15. Iudith. 2, 18. Xenoph. anab. 1, 5. 9.) *.

Ἐπισκέπτομαι, [*praesens* raro, et tantum apud seriores scriptores legitur, Hebr. 2, 6. Iac. 1, 27. Ps. 8, 4. Sir. 17, 32], aor. 1. ἐπισκεψάμην, (ex ἐπί et σκέπτομαι, speculor, contemplor) LXX pro פָּקַד — 1) inspicio, ut rem accurate cognoscam, ich besehe; speculor, 1 Sam. 14, 17. inquiro, Esdr. 4, 15. 6, 1. — lustro, Ios. 8, 10. Iud. 20, 15. 17. — ex adiuncto: lustrando *deligo*, ut nostrum: *sich aussersehen* pro: *aussuchen*, Act. 6, 3 ἐπισκέψασθε ἄνδρας ἐξ ὑμῶν. (LXX pro בָּקַר inquisivit, Lev. 13, 36. 27, 33. Esdr. 6, 1 et דָּרַשׁ 2 Chron. 24, 6. Ezech. 20, 40.) — *curam rei gero, prospicio alicui*; Act. 15, 14 ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν, curavit, ut Hebr. 2. 6 ἐπισκέπτεται Θεὸς ἄνθρωπον. (Ps. 8, 4. Sir. 7, 22. 3 Esdr. 8, 12. Philo de Cherub. p. 125 ἐπίσκεψις, providentia.) — 2) *visito* aliquem, ut videam, quomodo se habeat, Act. 7, 23. 15, 36. ut opem ei feram, Matth. 25, 36. 43. Iac. 1, 27. (1 Sam. 2, 21. Sir. 7, 35. Test. XII patr. p. 533. Lucian. Philopseud. p. 467 νοσοῦντα ἐπισκεψόμενος. Liban. epist. 42.) — ex hebraismo Deus dicitur ἐπισκέπτεσθαι, visitare homines, si respicit eos, si advenit quasi ad eos salvator; Luc. 1, 68 ἐπεσκέψατο (τὸν λαὸν) καὶ ἐποίησε λύτρωσιν. v. 78 ἐν οἷς (σπλάγχνοις) ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἡ ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. Luc. 7, 16. (Exod. 4, 31. 34, 11. Gen. 50, 24 sq. Ps. 106, 4. Sir. 46, 14. 32, 17. Iudith. 13, 20 ἐπισκ. τινα ἐν ἀγαθοῖς. ib. 4, 15 εἰς ἀγαθὸν ἐπισκέπτεσθαι. Test. XII patr. p. 549 ἐπισκ. τὰ ἔθνη ἐν σπλάγχνοις. — Saepissime in V. T. in malam partem, de Deo visitante populum, ut puniat, Ps. 89, 32. Ier. 14, 10. 11, 22. Ps. 59, 5. Sir. 2, 14.) *.

Ἐπισκευάζω, aor. 1. med. ἐπεσκευασάμην, (ex ἐπί et σκευάζω) necessariis instruo. Ioseph. ant. 9, 8. 2. Medium: *paro mihi necessaria*. Act. 21, 15 in codd. Vid. Ἀποσκευάζω.

Ἐπισκηνόω, ῶ, aor. 1. ἐπεσκήνωσα, (ex ἐπί et σκηνόω) proprie σκηνήν impono, tentorium figo super. — Deinde: *sedem figo, inhabito*; idque tropice ut alia verba inhabitandi (vid. Ἐνοικέω, Σκηνόω, Οἰκέω) *maneo super aliquem, semper ei adsum*. Semel 2 Cor. 12, 9.

Ἐπισκιάζω, f. άσω, aor. 1. ἐπεσκίασα, (ex ἐπί et σκιάζω, umbram facio) 1) *umbra tego, obumbro*, τινί, *ich überschatte*, Marc. 9, 7. Act. 5, 15. (Ps. 91, 4.) — τινά, Luc. 9, 34. (Philo de opif. mundi p. 2. et p. 39. — ἐπί τινα, Exod. 40, 35.) — 2) *obtego*, ich überdecke, Matth. 17, 5. — *supervenio*, de spiritu virginem superveniente eamque gravidam faciente, Luc. 1, 35 quae verba eodem modo, ut in Luca, leguntur in Protev. Iacobi, apud Birch. p. 216. (Iustin. Mart. apol. 2. p. 75 ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ἐπελθοῦσα τῇ παρθένῳ, ἐπεσκίασεν αὐτὴν καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. Idem dial. c. Tryph. p. 327. Theophylactus putat locutionem desumtam esse ab avibus, respicique ad columbae imaginem. Alii maluerunt *protegendi* notionem h. l. huic verbo tribuere, ut Prov. 18, 11. Ps. 140, 7.) **.

Ἐπισκοπέω, ῶ, (ex ἐπί et σκοπέω) 1) inspicio, Esdr. 5, 17. speculor, Esth. 2, 11. — 2) *curo, curam gero, provideo* alicui, 1 Petr. 5, 2 ἐπισκοποῦντες, curam ecclesiarum gerentes. coll. Deut. 11, 12. Ignat. ad Rom. §. 9 μόνος αὐτὴν (ecclesiam) ἐπισκοπήσει. Alii: munere episcopi fungentes, coll. 2 Chron. 34, 12. — Ἐπισκ. seq. negatione: *caveo*, Hebr. 12, 15. *.

Ἐπισκοπή, ῆς, ἡ, (ab ἐπισκοπέω) LXX saepissime pro פָּקַד et פְּקֻדָּה, 1) inspectio. Ex hebraismo: inspicere alicuius res, cognoscere eius statum et conditionem, *inquisitio, exploratio*; in utramque partem (Sap. 3, 13 ἐπισκοπὴ ψυχῶν, animarum exploratio in iudicio, utrum bonae an malae sint), ubi in bonam partem Deo tribuitur, si respicit aliquem, eius salutem, liberationem parat, ei auxilium fert; igitur *benigna cura, providentia*; Luc. 19, 44 καιρὸν ἐπισκοπῆς, tempus, quo Deus te respicit, ut salutem tuam curet. 1 Petr. 2, 12 ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς, tempore, quo Deus salutem vestram curabit, vos salvos praestabit. (Gen. 50, 24 sq. Iob. 34, 9. 29, 4. Prov. 29, 13. 3 Macc. 5, 42. 3 Esdr. 6, 5. Iob. 10, 12 et apud scriptores ecclesiast., ut Chrysost. hom. 36 in Genes. — in malam partem, de Deo poenas poscente, Exod. 3, 16. 13, 19. Ies. 10, 3. Ier. 10, 15. Sap. 14, 11. 19, 15 et Clem. Alex. paedag. 1, 9. p. 145, 14 ed. Pott.) — 2) *praefectura, munus*; Act. 1, 20. vid. Ps. 109, 8. (Num. 3, 32. 4, 16. 1 Chron. 24, 3.) — *episcopatus*, i. e. munus episcopi christiani, 1 Tim. 3, 1. (Saepissime apud script. eccles. ut Chrysost. hom. 10 in 1 Tim. vid. *Suiceri* thes. s. h. v.) *.

Ἐπίσκοπος, ου, ὁ, (ab ἐπισκοπέω) 1) speculator, explorator, Hom. Iliad. 10, 38. 342. Sap. 1, 6. — 2) *praefectus, antistes*, hebr. פָּקִיד, et dicitur de praefectis operariorum, 2 Chron. 34, 12. 17. tabernaculi Num. 4, 16. militum Num. 31, 14. 2 Reg. 11, 15. Levitarum Neh. 11, 22. quare etiam i. q. ἄρχοντες, principes, sive praefecti urbium Ies. 60, 17. Ioseph. ant. 10, 4. 1. Aeque late patet haec vox apud profanos. In N. T. ita dicuntur *episcopi*, i. e. *praefecti ecclesiarum* in singulis urbibus, *antistites singulorum coetuum*, qui, ut aetate maxime provectiores, haud raro etiam πρεσβύτεροι dicuntur. Act. 20, 28. Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 7. Discrimen enim postea inter episcopos et presbyteros factum scriptores nostri ignorant. Transtulit igitur Petrus 1. ep. 2, 25 hoc nomen in Iesum, quem appellavit ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν, i. e. qui animarum supremam gerit curam, earum *tutor* est. (Pind. Ol. 14, 3. Philo de nobilitate p. 908 ἡ ἔφορος καὶ ἐπίσκοπος σοφία.) Simili modo Deus Iob. 20, 29 dicitur ἐπίσκοπος, praefectus summus, providens omnibus rebus. *.

Ἐπισπάω, ῶ, (ex ἐπί et σπάω, traho) *attraho*. — In N. T. medium semel 1 Cor. 7, 18 μὴ ἐπισπάσθω nimirum praeputium, ne attrahat arte praeputium suum, ut glandem membri cooperiat. Invaluit hic mos apud Iudaeos inde a Maccabaeorum tempore (1 Macc. 1, 15), vel ut externum iudaismi, quem eiuraverant, signum in corpore delerent, vel ut a paganis persecutoribus Iudaei non agnoscerentur, vel ut libidinem veneream augerent. Qua de re praeclare scripsit Gab. *Groddeck*, cuius dissertatio: „de Iudaeis praeputium attrahentibus" legitur in *Schoettg.* horis hebr. p. 1159 sqq. Rabbini tales vocabant מְשׁוּכִּים. cf. etiam Ioseph. ant. Iud. 12, 5. 1 qui de Iudaeis, tempore Antiochi graecos mores sequutis, dicit: καὶ τὴν τῶν αἰδοίων περιτομὴν ἐπεκάλυψαν, ὡς ἂν εἶεν καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόδυσιν Ἕλληνες. Idem fecisse videntur quidam Christiani e Iudaeis non sine magna offensione caeterorum. Hesych. μὴ ἐπισπάσθω· μὴ ἑλκυέτω τὸ δέρμα.

Ἐπισπείρω, aor. 1. ἐπέσπειρα, (ex ἐπί et σπείρω) *insuper semino*, super spargo; Matth. 13, 25 ubi quidam boni libri ἐπέσπειρε exhibent pro ἔσπειρε. (tropice Pind. Ne. 8, 67.)

Ἐπίσταμαι, (ex ἐπί et ἵσταμαι), deponens passivum, LXX potissimum pro יָדַע. *bene novi, bene cognitum habeo, ich weiss wohl, kenne recht gut*, Act. 10, 28. 15, 7. 19, 25. 20, 18. 22, 19. 24, 10. — experientia cognovi, Act. 18, 25 ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, qui tantum audiverat, vel acceperat aliquid de Ioannis baptismate. Act. 19, 15 Παῦλον ἐπίσταμαι, qualis sit Paulus, experientia cognitum habeo. c. 26, 26 ἐπίσταται περὶ τούτων, bene cognita haec habet. (Deut. 28, 36. 29, 26.) — 2) *intelligo, ich verstehe*, Marc. 14, 68. 1 Tim. 6, 4. Iud.

v. 10. (Ies. 41, 20. Num. 24, 16. Sap. 8, 9.) — de rebus futuris, Hebr. 11, 8. Iac. 4, 14. (Act. Thom. §. 10 ἐπιστ. τὰ μέλλοντα.) *.

Ἐπίστασις, εως, ἡ (ab ἐφίσταμαι) propr. actio insistendi, commorandi; deinde: cura, diligentia; semel 2 Cor. 11, 8 ubi boni quidam libri, sed minus recte ἐπίστασις habent pro ἐπισύστασις, quod vid.

Ἐπιστάτης, ου, ὁ, (ab ἐφίστημι) 1) qui praeest alicui muneri, maxime publico, *praefectus, magister*, ut certaminum, militiae; (LXX praefecti militum, 2 Chron. 2, 2. 2 Reg. 25, 19. decimarum 2 Chron. 31, 12. sacrificiorum 3 Esdr. 1, 8. operariorum 2 Chron. 34, 12.) — In N. T. non nisi apud Lucam 5, 5. 8, 24. 45. 9, 33. 49. 17, 13 legitur pro hebr. רַבִּי; et Iesus ita appellatur non quidem quatenus est doctor, sed propter auctoritatem in discipulos. Vid. Διδάσκαλος. Etiam Graecis ἐπιστάτην dici pro διδασκάλῳ, *magistro*, docuerunt *Munthius* in obss. e Diod. Sic. p. 142 et *Kypkius* in obss. s. I, p. 228. coll. *Lobeck.* ad Phryn. p. 262. Hesych. ἐπιστάτης· ἐφέτης ἢ ἐπαίτης, ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι, ἢ ἐπίτροπος, ἢ διδάσκαλος.

Ἐπιστέλλω, f. ελῶ, (ex ἐπί et στέλλω) 1) mitto ad aliquem nuntium, mandata, mando, praecipio; (de mandatis coram datis, Xenoph. cyrop. 4, 5. 12. ib. 5, 5. 13. Eurip. Phoen. 870. Ioseph. ant. 6, 7. 4.) — deinde: *per literas significo meam voluntatem, scribo quid velim,* Hebr. 13, 22. (Ioseph. ant. 4, 2. 1 τὰς ἐντολὰς, ἃς διὰ Μωϋσέως αὐτοῖς ἐπέστειλεν. Xenoph. hist. gr. 3, 1. 1.) — *literis datis praecipio,* Act. 15, 20. 21, 25. (Ioseph. ant. 7, 14. 1. ib. 8, 2. 7.) *.

Ἐπιστήμων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ab ἐπίσταμαι) gnarus: *peritus, intelligens, prudens,* Iac. 3, 13. (Deut. 1, 13. 15. 4, 6. Sir. 10, 25. 21, 15. Hom. Od. 16, 374.) *.

Ἐπιστηρίζω, aor. 1. ἐπεστήριξα, (ex ἐπί et στηρίζω) proprie: statuo super aliquam rem. Deinde: *stabilio, confirmo;* tropice Act. 14, 22. 15, 32. 41. 18, 23. (In V. T. 2 Sam. 1, 6. 2 Reg. 18, 21.) *.

Ἐπιστολή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιστέλλω) 1) *literae, epistola,* Act. 23, 25. 33. Rom. 16, 22. 1 Cor. 5, 9. 2 Cor. 7, 8. 2 Petr. 3, 1. 16 et passim. Δι' ἐπιστολῆς, per literas, schriftlich, 1 Cor. 16, 3. 2 Cor. 10, 11. 2 Thess. 2, 2. — literae commendatitiae, 2 Cor. 3, 1—3. — 2) *mandata scripta,* Act. 9, 2. 22, 5. (Neh. 2, 7. Hesych. ἐπιστολαί· ἐντολαί, ἐπιταγαί.)

Ἐπιστομίζω, (ex ἐπί et στόμα) *os epistomio occludo, os obturo.* Metaph.: *silentium impono, facio ut obmutescat;* Tit. 1, 11. Sensus: refutare ita, ut pudore suffusi taceant. (Demosth. p. 85. 4 ed. *Reisk.* ἐπιστομιεῖν τοὺς αὐτῷ ἀντιλέγοντας.) Hesych. ἐπιστομίζων· ἐλέγχων. Philo de alleg. p. 83 ἐπιστομίζειν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίας, et saepius. vid. *Loesneri* obss. p. 425. *.

Ἐπιστρέφω, f. ψω, aor. 1. ἐπέστρεψα, aor. 2. pass. cum signific. intransitiva ἐπεστράφην (ex ἐπί et στρέφω) LXX potissimum pro שׁוּב; *activum* 1) transitive: a) *verto aliquem ad aliquid, duco ad aliquid, adduco,* (1 Reg. 13, 18 ἐπίστρεψον αὐτὸν πρὸς σεαυτόν. ibid. v. 19. 20.) — ἐπιστρέφειν ἐπὶ κύριον, Luc. 1, 16. Act. 26, 18 ad Deum, nimirum pie colendum, adducere. — Luc. 1, 17 ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, adducere animum parentum ad filios, (i. e. eos amore coniungere) et impios ad sapientiam piorum. Hoc certe Lucas sibi voluit, et confirmatur haec explicatio locis Esdr. 6, 22. Sir. 48, 10. At in loco Malach. 3, 24 e quo haec depromta sunt, et ubi in hebr. est הֵשִׁיב seq. עַל, πατέρες videntur esse sacerdotes, doctores, et τέκνα populus, inter quos discordia obtinebat, ut apparet e vers. 7—10. — b) *reduco, reverti facio;* (Test. XII patr. p. 667 ἐπιστρέψει (θεὸς) ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν ὑμῶν.) — tropice: in rectam viam reduco, ad pietatem reduco, Iac. 5, 19. 20. — 2) intransitive: activum pro ἐπιστρέφειν ἑαυτόν, et passivum: a) *verto me, inverto, converto me;* Matth. 9, 22. Marc. 5, 30 ἐπιστρ. ἐν τῷ ὄχλῳ, in medio populo. Marc. 8, 33. Luc. 17, 4 ἐπιστρέψῃ [ἐπὶ σε]. Act. 16, 18. Apoc. 1, 12. (Sap. 16, 7. Num. 23, 6.) — Ἐπιστρ. ὀπίσω, Matth. 24, 18. εἰς τὰ ὀπίσω, Marc. 13, 16. Luc. 17, 31. Io. 21, 20 retro se vetere. — Tropice: ἐπιστρ. ἐπὶ τὸν κύριον, ad Deum converti, *se addicere cultui Dei* veri, Act. 9, 35. 11, 21. 14, 15. 15, 19. 26, 20. 2 Cor. 3, 16. 1 Thess. 1, 9. (Deut. 4, 30. 30, 2. 31, 18. 20.) — b) *redeo, revertor,* πρός τινα, Matth. 10, 13. Act. 9, 40. — εἰς τὸν οἶκον, Matth. 12, 44. — Act. 15, 36. Luc. 8, 55. (c. 2, 20.) (1 Reg. 13, 16. 2 Reg. 8, 3.) — Gal. 4, 9. 1 Petr. 2, 25. 2 Petr. 2, 22. (Ier. 47, 3.) — Ἐπιστρέφειν ἐκ τῆς ἐντολῆς, *deserere* doctrinam, 2 Petr. 2, 21. (coll. 1 Reg. 13, 26 ἐπιστρέψας αὐτὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ.) — tropice: redeo ad meliorem frugem, redeo ad Deum et, quod inde sequitur, ei denuo obsequium praesto: *emendo vitam, resipisco;* Act. 3, 19 μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε. — Ἐπιστρέφειν et ἐπιστρέφεσθαι simpliciter, Matth. 13, 15. Marc. 4, 12. Io. 12, 40. Act. 28, 27. Luc. 22, 32. (Sir. 17, 25. 18, 13. 5, 7.) *.

Ἐπιστροφή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιστρέφω) conversio, reditus, (Sir. 40, 2 ubi ἐπιστροφῆς legendum pro ἐπιταφῆς. 49, 2.) — mutatio mentis in melius, Ioseph. ant. 2, 14. 1. Sir. 18, 21. Psalt. Sal. 16, 11 παιδεύειν εἰς ἐπιστροφήν. — *conversio ad verum Deum et veram pietatem,* Act. 15, 3. (Clem. Alex. strom. 6, 6. p. 763, 20 ed. Pott. — de cura, attentione, Ioseph. ant. 8, 12. 6. ib. 9, 11. 2.) *.

Ἐπισυνάγω, f. άξω, aor. 1. inf. ἐπισυνάξαι, inf. aor. 2. ἐπισυναγαγεῖν, part. perf. pass. ἐπισυνηγμένος, part. aor. 1. pass. ἐπισυναχθείς, (ex ἐπί et συνάγω) *congrego in eundem locum, colligo,* Matth. 23, 37. 24, 31. Marc. 13, 27. Luc. 13, 34. (Zach. 14, 2. Ps. 102, 23. 106, 45. 2 Macc. 2, 18.) Passiv. *congregor, confluo;* Marc. 1, 33. Luc. 12, 1. (Mich. 4, 11. 1 Macc. 5, 10. 38.) *.

Ἐπισυναγωγή, ῆς, ἡ, (ab ἐπισυνάγω) 1) *actio congregandi* in locum ad coetum; 2 Thess. 2, 1 ἡμῶν ἐπισυναγωγὴ ἐπ' αὐτόν, spes, nos olim congregatum iri ad dominum. — 2) *multitudo congregata ipsa,* coetus, Hebr. 10, 25 ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, ipsorum, Christianorum societatem deserentes. (2 Macc. 2, 7 ἕως ἂν συναγάγῃ ὁ θεὸς ἐπισυναγωγὴν τοῦ λαοῦ, multitudinem, coetum populi. Nescio an legatur apud profanos scriptores.) **.

Ἐπισυντρέχω, (ex ἐπί et συντρέχω) *insuper concurro ad.* Marc. 9, 25 ἰδών, ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος, videns multitudinem (quae proxime aberat) insuper concurrere. (Pseudo-Chrysost. περὶ ψευδοπροφ. 7, 221. 41 ὅταν ἴδῃς ἐπισυντρέχοντας πρὸς τοὺς μυθολόγους. Vid. *Fritzsch.* comment. p. 375.) *.

Ἐπισύστασις, εως, ἡ, (ab ἐπισυνίσταμαι, coeo, seditionem facio, Num. 14, 35. 26, 9.) *coitio* multitudinis, a) vel ad consilia audienda, auxilium petendum et similia, 2 Cor. 11, 28 ἡ ἐπισύστασίς μου, adcursus multorum, quem sustineo, (μου enim: *ad me*, ut Num. 26, 9 ἐπισύστασις κυρίου, עַל־יְהוָה) i. e. molestia quam mihi creat multitudo eorum, qui me adeunt, nostrum: *der Anlauf, Ueberlauf der Menge.* — b) vel ad seditionem et impetum faciendum: *seditio,* Act. 24, 12. (Num. 16, 40. 3 Esdr. 5, 73 ubi text. vatic. habet συστάσεις, alii libri ἐπισυστάσεις. Ioseph. c. Apion. 1, 20 ὢν ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως, eiusdem coniurationis socius.) **.

Ἐπισφαλής, ές, (ab ἐπί et σφάλλω, supplanto, everto) 1) ad cadendum pronus, instabilis; Sap. 9, 14 ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι θνητῶν. — 2) labefactans, faciens ut cadat; metaph.: *periculosus*, Act. 27, 9. (Polyb. 1, 11. 10. Ioseph. ant. 5, 1. 16. Hesych. ἐπισφαλής· βλαβερός, ἐπικίνδυνος.) *.

Ἐπισχύω, (ex ἐπί et ἰσχύω) transitive: robur addo, et intransitive: insuper vires capio, fortis fio, valeo. (Xenoph. oec. 11, 13.) Sequente dativo rei 1 Macc. 6, 6. Sir. 29, 1. — In N. T. semel Luc. 23, 5 οἱ δὲ ἐπίσχυον λέγοντες, ubi ad animum refertur, et est: animo (τῇ καρδίᾳ) fiebant vehementiores, maiori animi contentione dicebant. Sic κατισχύειν de animo LXX Exod. 7, 13 καὶ κατίσχυσεν ἡ καρδία Φαραώ. (ib. 8, 15 ἐβαρύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ.) 2 Chron. 15, 8. *.

Ἐπισωρεύω, f. εύσω, (ex ἐπί et σωρεύω) *in cumulum congero, acervatim aggero.* Semel 2 Tim. 4, 3 ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους, sibi in damnum doctores (falsos) comparabunt, eos in suum damnum sectabuntur. (Chrysost. ep. 97 οἱ μυρίαν κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἐπισωρεύοντες κόλασιν.)

Ἐπιταγή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιτάσσω) *mandatum, praeceptum;* — Christi, 1 Cor. 7, 6. 25. 2 Cor. 8, 8. (3 Esdr. 1, 18 κατὰ τὴν ἐπιταγὴν τοῦ βασιλέως. Sap. 14, 16.) — de Deo: *decretum, voluntas,* Rom. 16, 26. 1 Tim. 1, 1. Tit.

1, 3. (Sap. 18, 16. 19, 6.) — Tit. 2, 15 ταῦτα ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς, i. e. mit fleissigem Gebieten, omni modo leges scribens, omnia omnibus praecipiens; sensus: severe vel graviter. *.

Ἐπιτάσσω, aor. 1. ἐπέταξα, (ex ἐπὶ et τάσσω) 1) colloco, instruo; aciem 1 Macc. 4, 61 ἐπέταξεν ἐκεῖ δύναμιν. ib. 6, 50. — 2) *iubeo, mando,* Luc. 14, 22. — τινί, Marc. 1, 27. Marc. 6, 39. 9, 25. Luc. 4, 36. 8, 25. 31. Act. 23, 2. Philem. v. 8. (Ioseph. ant. 1, 9 φόρον ἐπιτάσσ. τινί.) — Marc. 6, 27 ἐπέταξεν (αὐτῷ) ἐνεχθῆναι. (Gen. 49, 33. Dan. 6, 9. 3 Esdr. 2, 26. 28.) *.

Ἐπιτελέω, ῶ, f. έσω, aor. 1. ἐπετέλεσα, (ex ἐπὶ et τελέω) *ad finem perduco, absolvo, perficio, perago,* — negotium, opus, Rom. 15, 28. 2 Cor. 7, 1. 8, 6. 11. Phil. 1, 6. Hebr. 8, 5. (1 Sam. 3, 12. Zach. 4, 9. 3 Esdr. 6, 4. 14. 2 Macc. 3, 8. 23. 14, 29.) — de sacris, Hebr. 9, 6 τὰς λατρείας. (θυσίας ἐπιτελεῖν, Ioseph. ant. 1, 21. 2. ibid. 4, 6. 5. Philo de somn. p. 653, 15 ἐπιτελεῖν λειτουργίας. coll. Levit. 6, 22. Herodian. 1, 5. 4 θυσίας ἐπιτέλει.) — Luc. 13, 32 ἰάσεις ἐπιτελεῖν aegrotos sanare ita ut prorsus sani fiant. (2 Macc. 12, 8. Psalt. Sal. 6, 8 πᾶν αἴτημα ψυχῆς ἐπιτελεῖ ὁ κύριος.) — *Passivum:* ἐπιτελεῖταί μοί τι, propr. *peragitur aliquid in me,* infertur mihi, 1 Petr. 5, 9 τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἡμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι, i. e. eadem mala inferri fratribus nostris. — *Medium:* (seq. accusativo rei: in me suscipio, sustineo, τὰ τοῦ γήρως, senectutis molestias, Xenoph. mem. 4, 8. 8.) — seq. dativo rei: *finem mihi impono,* i. e. *desino in aliqua re,* Gal. 3, 3 ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε; nunc in observatione legis mosaicae desinere vultis? *.

Ἐπιτήδειος, εια, ον, (ab ἐπιτηδές, quantum satis s. necessarium est) 1) aptus, idoneus; de hominibus, Sap. 4, 5. 1 Macc. 10, 19. 2 Macc. 3, 37. de loco 1 Macc. 4, 46. — 2) τὰ ἐπιτήδεια, *necessaria, quibus opus est,* (1 Chron. 28, 2. 1 Macc. 14, 34. 2 Macc. 2, 39.) — semel Iac. 2, 16 τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος ad alendum tegendumque corpus necessaria. (Xenoph. oec. 3, 8. Aeschines dial. Socr. 3, 11. Ioseph. ant. 2, 15. 4. coll. 3 Macc. 6, 30 τὰ πρὸς εὐωχίαν ἐπιτήδειά τινι χορηγεῖν, alicui praebere, quae ad epulandum sunt necessaria.)

Ἐπιτίθημι, [3 praes. plur. ἐπιτιθέασιν Matth. 23, 4. *Win.* Gr. p. 74. — imperat. ἐπιτίθει, 1 Tim. 5, 22], fut. ἐπιθήσω, aor. 1. [tantum usitatum in 3. persona, vid. *Rostii* Gramm. §. 78. p. 241] ἐπέθηκε et ἐπέθηκαν, aor. 2. ἐπέθην, imperat. ἐπίθες [Matth. 9, 18], aor. 1. pass. ἐπετέθην [Marc. 4, 21. nisi ibi potius praeferenda est lectio τεθῇ], fut. med. ἐπιθήσομαι [Act. 18, 10], aor. 2. ἐπεθέμην, [Act. 28, 10] — (ex ἐπὶ et τίθημι) — apud LXX maxime respondet hebr. נָתַן, שׂוּם et הֵשִׂים, — 1) *impono: onus* ἐπί τινα, Matth. 23, 4. Luc. 15, 5. Act. 15, 10. (Gen. 21, 14. 2 Reg. 18, 14.) et τινί, Act. 15, 28. — *manum* α) ἐπί τινα, Matth. 9, 18. Act. 8, 17. 9, 17. [Apoc. 1, 17.] (Levit. 1, 4. Num. 27, 18.) — β) manum τινί, Matth. 19, 13. 15. Marc. 5, 23. Luc. 4, 40. 13, 13. Act. 6, 6. 8, 19. 19, 12. 13, 3. 19, 6. 28, 8. 1 Tim. 5, 22. *coronam* ἐπὶ τὴν κεφαλήν, Matth. 27, 29. (1 Sam. 17, 38.) et τῇ κεφαλῇ, Io. 19, 2. — crucem τινί, Luc. 23, 26. — candelam ἐπὶ τὴν λυχνίαν super candelabrum, Marc. 4, 21. Luc. 8, 16. coll. Exod. 29, 6 (נָתַן). — Ἐπιτιθ. ἐπάνω τινος, super aliquem pono, ei impono, Matth. 21, 7. (coll. 1 Reg. 13, 29.) Matth. 27, 37. — 2) *admoveo,* ἐπί τι, Act. 28, 3. κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιάν. Matth. 27, 29. χεῖρας sive πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, Marc. 8, 25. 16, 18. Io. 9, 15. (Sap. 8, 12. Num. 6, 18. 16, 7. 17. 18.) — de plagis, vulneribus: *infligo,* Luc. 10, 30. πληγάς τινι, Act. 16, 23. ἐπί τινα, Apoc. 22, 18. — 3) *insuper addo,* Apoc. 22, 18 ἐάν τις ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά. (Homer. Iliad. 7, 364.) — 4) Medium proprie: impono me; insuper admoveo me; a) seq. dativo personae et accusativo rei medium est: *facio ut addatur alicui aliquid, iubeo* alicui aliquid imponi vel dari; sic Act. 28, 10 καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν, navem soluturis iubebant imponi s. suppeditari necessaria. (Xenoph. cyr. 8, 2. 4. Vid. *Rostii* Gramm. §. 113. 3. p. 532. *Win.* Gr. §. 39. 4. p. 232.) — b) seq. dativo personae: *me offero alicui,* i. e. vel: totum me alicui do, ut Ezech. 23, 5. 9. 12. 16. 20 ἐπετίθ. ἐπί τινι, pro hebr. עָגַב, — vel: me conicio in aliquem, *aggredior, irruo in aliquem,* ich werfe mich auf einen, et aeque de vi ac de insidiis dicitur, quibus aliquem aggredimur; seq. dativo personae et infinitivo verbi, Act. 18, 10 οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, nemo te aggredietur eo consilio ut te vexet. (Exod. 21, 14 ἐὰν τις ἐπιθῆται τῷ πλησίον ἀποκτεῖναι αὐτὸν δόλῳ. Gen. 11, 6. 43, 18. Exod. 18, 11. 2 Chron. 23, 13. 24, 21. 25. 25, 27. 33, 24 sq. Lys. orat. 12. p. 192 πρῶτον μὲν οὖν κλεοφῶντι ἐπέθεντο. Xenoph. cyrop. 711, 11. ib. 6, 3. 13. Ioseph. ant. 1, 20. 1. — ἐπί τινα, 1 Sam. 23, 27. 27, 8. 10. 30, 1. 2 Chron. 25, 13. 28, 18 pro פָּשַׁט.) *.

Ἐπιτιμάω, ῶ, aor. 1. ἐπετίμησα, (ex ἐπὶ et τιμάω) LXX pro גָּעַר, 1) pretium rei augeo; deinde quum τιμάω dicatur de iudice poenam aestumante, vel aestumatam confirmante, ut Ioseph. ant. 18, 4. 6. — in N. Test. ἐπιτιμάω τινι est 2) *aliquem moneo de iniuria sua,* ut Luc. 17, 3. 23, 40. 2 Tim. 4, 2. — hinc: *obiurgo, exprobro, increpo,* Matth. 16, 22. Marc. 8, 32. 33. (Ioseph. ant. 5, 1. 26 med. Philo de temul. p. 256.) — mare et ventos, Matth. 8, 26. Marc. 4, 39. Luc. 8, 24. (Ps. 106, 9.) febris impetum, Luc. 4, 39. — importunos homines, Matth. 19, 13. Marc. 10, 13. Luc. 9, 55. 18, 15. 19, 39. (Ps. 9, 5. 119, 21.) — *puniendi, coercendi* sensu, Iud. v. 9. (Zach. 3, 2 ubi גָּעַר, quod coercendi sensu etiam habes Ps. 68, 21.) — 3) *graviter iubeo,* Marc. 9, 25 ubi formula iubendi sequitur. Matth. 17, 18. 20, 31. Marc. 1, 25. 10, 48. Luc. 4, 35. 41. 9, 21. 42. 18, 39. (Matth. 16, 20 ubi multi codd. ἐπετίμησεν pro διεστείλατο.) — Ἐπιτιμᾶν τινι, ἵνα μή, *graviter vetare,* Matth. 12, 16. Marc. 3, 12. 8, 30. *.

Ἐπιτιμία, ας, ἡ, (ab ἐπιτιμάω) 1) proprie pretium rei augere, augeri pretio; honores et iura civis, Demosth. de cor. c. 6. — 2) *mulcta, poena,* (i. q. ἐπιτίμιον 2 Macc. 6, 13. Philo, cuius loca collegit *Loesn.* in obss. p. 300. Ioseph. ant. 4, 8. 27.) 2 Cor. 2, 6. (Sap. 3, 10 οἱ δὲ ἀσεβεῖς καθὰ ἐλογίσαντο, ἕξουσιν ἐπιτιμίαν.) **.

Ἐπιτρέπω, aor. 1. ἐπέτρεψα, aor. 2. pass. ἐπετράπην, perf. pass. ἐπιτέτραμμαι, (ex ἐπὶ et τρέπω) 1) verto ad; metaph.: committo, trado, Gen. 39, 6 hebr. עָזַב. — 2) seq. infinitivo vel accusativo, *permitto, concedo,* Marc. 10, 4. Io. 19, 38. Act. 27, 3. 1 Cor. 16, 7. Hebr. 6, 3. sequente dativo personae, Matth. 8, 21. [31.] 19, 8. Marc. 5, 13. Luc. 8, 32. 9, 59. 61. Act. 21, 39 sq. 1 Tim. 2, 12. Ἐπιτρέπεταί τινι, conceditur alicui, Act. 26, 1. 28, 16. 1 Cor. 14, 34. (Esth. 9, 14. Iob. 32, 14. 1 Macc. 15, 6. Ioseph. ant. 2, 12. 2. ib. 7, 9. 2. ib. 4, 8. 21.) **.

Ἐπιτροπή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιτρέπω) *potestas concessa, demandata;* (Thuc. 5, 31. Polyb. 3, 15. 7.) — potestas arbitrii, 2 Macc. 13, 14 ubi est arbitrium, decisio ipsa. — In N. T. semel Act. 26, 12 μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς, potestas plena a Synedrio demandata.

Ἐπίτροπος, ου, ὁ, (ab ἐπιτρέπω) is, cuius curae aliquid commissum est (Pind. Ol. 1, 171 θεὸς ἐπίτροπος ἐών), diciturque de procuratoribus regni, provinciae, praedii, rei domesticae, pupilli etc. *procurator;* Matth. 20, 8 *oeconomus.* (Xenoph. oec. 12, 2. 21, 9. Philo quod omn. prob. lib. p. 870 ἐπίτροποι οἰκιῶν, κτημάτων καὶ μεγάλων οὐσιῶν. Ioseph. ant. 7, 14. 8 ἐπίτροπος τῶν θησαυρῶν). — Luc. 8, 3 ἐπίτροπος (τῆς οὐσίας) Ἡρώδου, *procurator rei domesticae Herodis.* (Ioseph. ant. 18, 6. 6 Agrippa rex Thaumastum, manu missum fecit τὸν τῆς οὐσίας ἐπίτροπον.) — *paedagogus,* Gal. 4, 2. (Aelian. V. H. 13, 44. — de tutore, Xenoph. mem. 2, 1. 40. Ioseph. ant. 7, 11. 3.) — (De vicario regis, 2 Macc. 11, 1. 13, 2. 14, 2. Ioseph. ant. 10, 10. 5.) **.

Ἐπιτυγχάνω, aor. 2. ἐπέτυχον, (ex ἐπὶ et τυγχάνω) 1) seq. dativo personae, (ἐπιτυγχάνω τινι, incido in aliquem, Ioseph. ant. 5, 8. 6) — ἐπιτυγχάνει τί τινι, *contingit aliquid alicui,* Rom. 11, 7 τοῦτο (sic enim *Griesb.* pro τούτου) οὐκ ἐπέτυχεν (αὐτοῖς. s. αὐτῷ)· ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν (αὐτοῖς), i. e. quod Israelitae quaesiverunt, nimirum ut per legis observationem gratiam Dei consequerentur, id non contigit iis; attamen ἐκλογῇ iis contigit. De τυγχάνειν cum accusativo vid. *Herm.* ad Viger. p. 762. — 2) *nanciscor* aliquid, seq. genitivo rei; τῆς ἐπαγγελίας, Hebr. 6, 15. 11, 33. (Prov. 12, 27.) etiam omisso genitivo rei, Iac. 4, 2. (absolute de eo, cui omnia prospere succedunt; Gen. 39, 2 Iosephus ἦν ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων.) **.

Ἐπιφαίνω, aor. 2. pass. ἐπεφάνην, (ex ἐπὶ et φαίνω) 1) transitive, *apparere facio, ad, super, in;* (tropice, 3 Macc. 2, 19 ἐπίφανον τὸ ἔλεός σου.) — 2) activ.

et pass. intransitive: *desuper splendeo, appareo;* de astris Act. 27, 20. (de fulmine, epist. Ier. 61). de astro salutis i. e. servatore, Luc. 1, 79. (Scriptores eccles. *ἐπιφ.* saepissime de adventu *τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ*, ut Clem. Alex. protrept. 1. p. 7, 2 ed. Pott.) — *conspicuus fio*, splendido modo (Homer. Iliad. 17, 650), ut astrum (Gen. 35, 7 *ἐκεῖ ἐπεφάνη αὐτῷ ὁ θεός*); tropice: conspicuus fio, insigni modo innotesco, Tit. 2, 11. 3, 4. (2 Macc. 3, 30. 15, 13.) *.

Ἐπιφάνεια, *ας, ἡ.* (ab *ἐπιφανής*) apparitio splendida rei cuiusdam; (de imaginibus splendidis in coelo conspicuis in salutem Israelitarum et terrorem hostium legitur 2 Macc. 2, 21. 3, 24. 5, 4. 12, 22. 15, 27. coll. 2 Sam. 7, 23. Ioseph. ant. 3, 14. 4.) — In N. T. de apparitione splendida (astri instar Luc. 1, 78. 79) Christi legitur in scriptis Pauli, et de adventu *futuro*, ubi Christus, nunc in coelis latens, apparebit nubibus vectus ad iudicium habendum, 2 Thess. 2, 8. 1 Tim. 6, 14. 2 Tim. 4, 1. 8. Tit. 2, 13. et de eius apparitione in mundo iam *facta*, quum nasceretur, 2 Tim. 1, 10. (Sic saepius apud scriptores ecclesiasticos, Act. Thom. §. 28. Test. XII patr. p. 541 sq. *κύριος ὁ θεὸς μέγας τοῦ Ἰσραὴλ φαινόμενος ἐπὶ γῆς ὡς ἄνθρωπος.* — p. 546 *ὀφθήσεται κύριος ἐν ἀνθρώποις.* — p. 614 sq. *ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸ σωτήριον τῷ Ἰσραήλ, ἕως παρουσίας τοῦ θεοῦ τῆς δικαιοσύνης.*) *.

Ἐπιφανής, *ές,* (ab *ἐπιφαίνομαι*) *splendidus* (Pind. Py. 7, 7); tropice: *illustris.* (1 Macc. I, 10. Ioseph. ant. 4, 8. 5. ibid. 5, 8. 2.) — De miraculis, quibus Deus potentiam suam exercet in hostes suos, ubi sensus est: *horribilis, terrorem incutiens;* sic Act. 2, 20 ex more LXX, qui saepius ita verterunt hebr. נוֹרָא, Iud. 13, 6. Ioel. 2, 11 *ἡμέρα κυρίου ἐπιφανὴς σφόδρα.* ib. v. 31. Hab. 1, 7 *φοβερὸς καὶ ἐπιφανής.* 2 Macc. 15, 34. (Etiam *ἐπιφάνεια* 2 Sam. 7, 23 respondet hebr. נוֹרָאוֹת, miracula terrorem incutientia, et de miraculo legitur etiam Ioseph. ant. 2, 16. 2.) *.

Ἐπιφαύσκω, *f. αύσω,* (ex *ἐπί* et *φαύω*, aeol. pro *φάω*, luceo) i. q. *ἐπιφώσκω*, *affulgeo, resplendeo, splendorem emitto.* Iob. 25, 5. 31, 26. 41, 10 et apud profanos. — Semel, Ephes. 5, 14 *ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός*, splendor Christi tibi lucebit; sensus: Christus tibi propitius erit, te beabit. (Convenit cum locutione hebraica: *ἐπιφάναι κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σε*, Num. 6, 25. Ps. 31, 26. 67, 1. 119, 135. Dan. 9, 17. — Act. Thom. §. 34 *ἐπέφαυσε γάρ μοι ἀπὸ φροντίδος*, i. e. luce sua liberavit me a sollicitudine noctis.)

Ἐπιφέρω, aor. 2. *ἐπήνεγκον*, (ex *ἐπί* et *φέρω*) 1) *adfero, adporto*, Act. 19, 12 *ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφ.* ad aegrotos adferre. (Pindar. Ol. I, 50 *τιμὰν θνατοῖς.* Ioseph. ant. 4, 8. 22.) — *insuper addo, adiicio*, Phil. 1, 16 *θλῖψιν τοῖς δεσμοῖς*, mala addere vinculis. (Philo de legat. ad Cai. p. 1009 *πῦρ ἐπιφέρων πυρί*, ignem addens incendio.) — 2) *infero* in aliquem, *ὀργήν*, poenas infligo, Rom. 3, 5. (Ps. 7, 12 *ὀργὴν ἐπάγειν.* Ioseph. ant. 2, 14. 2 *ἄλλην τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιφέρει πληγήν.* — *κρίσιν βλασφημίας*, iudicio blasphemo proscindere, Iud. v. 9. (Polyb. *ὄνειδος, κινδύνους ἐπιφέρειν*, vid. *Raphel.* annott. e Polyb. p. 551.) — *αἰτίαν ἐπιφέρειν, crimen inferre, criminis accusare,* Act. 25, 18. (Ioseph. ant. 2, 6. 7 *αἰτίαν ἐπιφέρειν ἀνδράσιν.* ibid. 4, 8. 23 *αἰτίαν καὶ διαβολήν.* Herodian. 3, 8. 13.) Phavor. *ἐπιφέρειν· κατηγορεῖν.* — (In V. T. *τὴν χεῖρα ἐπιφέρειν ἐπί τινα*, manum alicui inferre, 1 Sam. 26, 23. 24, 7. 11. Zach. 2, 9.) *.

Ἐπιφωνέω, *ῶ,* (ex *ἐπί* et *φωνέω*) *clamo* adversus aliquem, Luc. 23, 21. Act. 22, 24 *ἐπεφώνουν αὐτῷ.* — *acclamo*, ad consensum indicandum; de populo acclamante regi, Act. 12, 22. (Eodem sensu 3 Esdr. 9, 47. 2 Macc. 1, 23. 3 Macc. 7, 13 *πᾶν τὸ πλῆθος ἐπιφωνήσαντες τὸ ἀλληλουϊα.*) **.

Ἐπιφώσκω, (ex *ἐπί* et *φώσκω*, luceo) idem quod *ἐπιφαύσκω*, *illucesco.* Matth. 28, 1 *τῇ ἐπιφωσκούσῃ*, intellige *ἡμέρᾳ* (Herodot. 3, 242), sive *ἕῳ* (Aristot. probl. sect. 25. qu. 5 *ὑποφωσκούσης ἕως*) illucescente die s. aurora, primo diluculo. vid. etiam *Raphelii* annott. e Polyb. p. 117. — Luc. 23, 54 *σάββατον ἐπέφωσκε*, sabbatum illucescebat i. e. *instabat*, *ἔμελλε ἐπιφώσκειν.* (Act. Thom. §. 29 *ἔμελλε γὰρ ἡ κυριακὴ ἐπιφαίνειν.*) Lucas, quum uteretur verbo *ἐπιφώσκειν* de sabbato, diem ex more Syrorum a solis ortu incepit, non, ut Hebraei, a solis occasu. Monent quidem, Iudaeos initio sabbati accendisse lucernas atque propterea Iudaeis vesperam sabbati dictam esse אוֹר et אוּרְתָא, quare Lucas uti potuerit verbo *ἐπιφώσκειν*; sed haec nimis artificiosa sunt, nec *ἐπιφώσκω* de luce lucernarum dicitur, sed de luce astrorum. *.

Ἐπιχειρέω, *ῶ,* aor. 1. *ἐπεχείρησα*, (ex *ἐπί* et *χείρ*) proprie: *manum admoveo, manum iniicio* (Hom. Od. 23, 368 *δείπνῳ*); — alicui, i. e. *adorior* eum, hostiliter aggredior (Ioseph. de vita s. §. 44 *φανερῶς γὰρ ἐπιχειρεῖν* [adoriri eum] *οὐκ ἐτόλμα*); — alicui operi, i. e. *tento, suscipio*, Luc. 1, 1 *ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν.* (2 Macc. 2, 29 *ζωγραφεῖν ἐπιχειρῶν.*) — *conor, audeo*, Act. 9, 29 *ἐπεχείρουν ἀνελεῖν.* ib. 19, 13 *ἐπεχείρησαν ὀνομάζειν.* (2 Macc. 7, 19. *θεομαχεῖν ἐπιχειρήσας*, ib. 9, 2. Ioseph. ant. 8, 1. 2 *ἐπεχείρησε τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν.* ibid. 4, 8. 45. — machinor, 3 Macc. 6, 24. et respondet hebr. חָשַׁב, Esth. 9, 25 et 3 Esdr. 1, 28. coll. 2 Chron. 35, 22 ubi hebr. הִתְחַפֵּשׂ.) *.

Ἐπιχέω, *ῶ,* (ex *ἐπί* et *χέω*, fundo) *infundo, affundo*, Luc. 10, 34. (Lev. 5, 11. Gen. 28, 18. 2 Reg. 9, 6.) *.

Ἐπιχορηγέω, *ῶ,* aor. 1. *ἐπεχορήγησα*, fut. 1. pass. *ἐπιχορηγηθήσομαι* (ex *ἐπί* et *χορηγέω*). — *Χορηγέω* dicitur proprie de iis, qui choros ducunt, suo sumptu choros instruunt. Hinc transfertur ad sumptus quoscunque, et est: *sumptus facio, suppedito, largior.* Sic in N. T. 2 Cor. 9, 10 ex Ies. 55, 10 ubi נָתַן (LXX *δῷ*). Gal. 3, 5. — *subministro, praesto*, 2 Petr. 1, 5 *ἐπιχορ. τὴν ἀρετήν.* ib. v. 11 *ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος*, aditus vobis datur, via struitur. coll. Sir. 25, 22 ubi mulier dicitur *ἐπιχορ. τῷ ἀνδρί*, marito subministrare adferendo largam dotem. — In loco autem Col. 2, 19 ubi ecclesia dicitur *σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον*, *ἐπιχορηγέω* esse videtur: *alterum alteri iungo*, ut choragi facere solent, *iungendo construo;* igitur: corpus iuncturis et vinculis inter se nexis constructum, i. e. coetus mutua necessitate et concordia unitus et crescens. In loco enim parallelo Eph. 4, 16 apostolus pro *ἐπιχορ.* scripsit *συναρμολογούμενον.* (Hac notione *disponendi* etiam legi apud Lucian. in necyomant. T. I. p. 477 ed. *Hemsterh.* ibique cum *διατάττειν* iungi, notavit *Schleusnerus* in lex. sub *Χορηγέω.*)

Ἐπιχορηγία, *ας, ἡ,* (ex *ἐπί* et *χορηγία*, choragium, ludus choricus, 2 Macc. 4, 14) *largitio, impensae*, Esdr. 5, 3. 9. — Hinc *ἐπιχορηγία suppeditatio, subministratio*, Phil. 1, 19. (Zosim. I, 69.) — Sed Eph. 4, 16 (ut antea *ἐπιχορηγέω*, quod vide) de *constructione* dicitur, qua alterum alteri ordine iungitur, ut fit in choris; *σῶμα* (i. e. ecclesia) connexum et compactum *διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας* per iuncturas quascunque constructionis, quod pro: *διὰ πάσης ἐπιχορηγίας τῶν ἁφῶν*, per summum perfectissimum nexum iuncturarum; sensus: vinculo mutuae necessitatis summae unitum corpus. *.

Ἐπιχρίω, aor. 1. *ἐπέχρισα*, (ex *ἐπί* et *χρίω*) *inungo, illino*, Io. 9, 6. 11. (Hom. Iliad. 20, 179.)

Ἐπιών, vid. *Ἔπειμι.*

Ἐποικοδομέω, *ῶ,* aor. 1. *ἐπῳκοδόμησα*, part. aor. 1. pass. *ἐποικοδομηθείς*, (ex *ἐπί* et *οἰκοδομέω*) 1) *superstruo, superaedifico*, (Xenoph. hist. gr. 6, 4. 12) — tropice 1 Cor. 3, 10. 12. 14 ubi doctores coetus colligentes et augentes comparantur cum aedificatoribus. — Christiani ipsi dicuntur Eph. 2, 20 *ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων*, templum exstructum super apostolis (eorum auctoritate et doctrina) tanquam fundamento. Paulus saepe comparat coetum Christianorum cum templo, Deo dicato; cf. 1 Cor. 3, 16. 6, 19. Eph. 4, 12. Similis tropus subest Col. 2, 7 *ἐποικοδομ. ἐν αὐτῷ*, eo tanquam fundamento vestro nixi. (Clem. Alex. strom. 7, 3. p. 839, 33 ed. Pott. *ἐφ' ᾗ* (*πίστει*) *τὴν γνῶσιν ἐποικοδομεῖ ἡ ἀλήθεια.* ib. cap. 10. p. 866, 1 ed. Pott.) — 2) addo ad ea, quae iam effecta sunt, *augeo, incrementa do*, Act. 20, 32 *τῷ δυναμένῳ ἐποικοδ.* qui (Deus) potest augere coetum vestrum. Iud. v. 20 *ἐποικοδομοῦντες ἑαυτούς*, vobis invicem incrementa dantes in fide et pietate. (Sic hebr. בָּנָה etiam est *augere*, de sobolis incremento, Gen. 30, 3. Deut. 25, 9.)

Ἐποκέλλω, aor. 1. *ἐπώκειλα*, (ex *ἐπί* et *ὀκέλλω*, appello) *impingo, allido*, de navi ad litus sive scopulos allidente, Act. 27, 41 *ἐπώκειλαν τὴν ναῦν*, allidebant navem. (Polyb. I, 20. 15. Thuc. 4, 26.) *.

Ἐπονομάζω, fut. *άσω*, (ex *ἐπί* et *ὀνομάζω*) cognomino, *nomen alicui do*, (LXX pro hebr. קָרָא, Gen. 4,

17. 26. 5, 2. 3. 30, 11. Deut. 2, 11. 20. Ios. 7, 26. Lev. 24, 11.) ἐπονομάζομαι, *nomen mihi imponitur, appellor;* semel Rom. 2, 17. *.

Ἐποπτεύω, f. εύσω, (ab ἐπόπτης) *inspicio, attente inspicio s. contemplor.* Bis: 1 Petr. 2, 12. 3, 2. (Homer. Od. 16, 140. Polyb. 31, 12. 13.)

Ἐπόπτης, ου, ὁ, (ex ἐπί et stirpe ὄπτομαι) *qui inspicit, inspector,* (3 Macc. 2, 21. Hesych. ἐπόπτης· Ζεὺς ἢ θεατής. 2 Macc. 3, 39. 7, 35. Pind. Ne. 9, 12.) — *qui ipse vidit, spectator rei, Augenzeuge;* semel 2 Petr. 1, 16. Quum ἐπόπτης etiam dicatur de eo, cui mysteria inspicere licuit (Athen. 6, 15), ἐπόπται in loco Petrino etiam esse possunt: quibus intima, perfectissima cognitio praestantiae eius concessa fuit.

Ἔπος, εος, ους, τό, (ab εἶπον) verbum, Hom. Iliad. 1, 108. — carmen (Sir. 44, 5.) — ὡς ἔπος εἰπεῖν, Hebr. 7, 9 *si ita dicere licet, ut ita dicam.* (Plut. Rom. cap. 9. Plat. apol. Socr. c. 1. Vid. *Kypkii* obss. *Raphel.* annott. e Polyb. ad h. l. Philo de opif. m. p. 3.) *.

Ἐπουράνιος, ον, (ex ἐπί et οὐρανός) qui est in coelo, super coelo locatus, qui venit de coelo, *coelestis, divinus.* (Homer. Iliad. 6, 131. 527.) — Est autem in N. T. a) *in coelo habitans,* de Deo; πατὴρ ἐπουράνιος, Matth. 18, 35. (2 Macc. 3, 39 αὐτὸς (θεὸς) τὴν κατοικίαν ἐπουράνιον ἔχων). *coelicola,* Phil. 2, 10 de angelis (vid. Ἄγγελος). — *in coelo exstructa, ibi parata,* de Hierosolymis coelestibus, Hebr. 12, 22. (coll. Apoc. 21, 2.) — σώματα ἐπουράν. astra coelo affixa, 1 Cor. 15, 40. — βασιλεία ἐπουρ. regnum s. felicitas summa pios manens in coelis, 2 Tim. 4, 18. — patria ἐπουράν. Hebr. 11, 16 eodem sensu. — b) *qui de coelo, a Deo venit,* κλῆσις ἐπουρ. Hebr. 3, 1. δωρεὰ ἐπουράνιος, Hebr. 6, 4. — 1 Cor. 15, 48 οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, qualis est Christus, qui de coelo venit et in coelum abiit, tales et nos olim erimus coelicolae; i. e. nostrum corpus simile erit corpori Christi coelesti, ib. v. 49. (Vid. Phil. 3, 21 ubi σῶμα τῆς δόξης.) — c) Τὰ ἐπουράνια, α) *coelum ipsum,* Dei sedes, Eph. 1, 20. — ib. 2, 6 συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρ. ducet nos (in posterum, quod e verou seq. intelligendum) ad coelum, ubi Christus nunc versatur. Eph. 3, 10 ἐξουσίαι ἐν τοῖς ἐπουρ. angeli coelicolae (vid. Ἐξουσία). Ib. 6, 12 ubi spiritus mali dicuntur versari ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, i. e. in coelo inferiori, coelo nubium. (Test. XII patr. p. 546 sq. ὁ δεύτερος (οὐρανὸς) ἔχει πῦρ, χιόνα, κρύσταλλον, ἕτοιμα εἰς ἡμέραν προστάγματος κυρίου, ἐν τῇ δικαιοκρισίᾳ τοῦ θεοῦ· ἐν αὐτῷ εἰσι πάντα τὰ πνεύματα τῶν ἐπαγωγῶν εἰς ἐκδίκησιν τῶν ἀνόμων.) — β) *res coelestes;* de sanctuario coelesti prototypo mosaici, Hebr. 8, 5. 9, 23. (Test. XII patr. p. 550 ἤνοιξέ μοι τὰς πύλας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ εἶδον τὸν ναὸν τὸν ἅγιον. coll. p. 586. Vid. etiam Ἅγιος.) — res divinae, *doctrina de rebus divinis,* Io. 3, 12. Eph. 1, 3. *.

Ἑπτά, οἱ, αἱ, τά, numerale cardinale indeclinabile, *septem,* Matth. 15, 34. 36. Act. 20, 6 et passim. — Act. 13, 19 ἑπτὰ ἔθνη, vid. Deut. 7, 1 ubi nominantur. — Matth. 12, 45. Luc. 11, 26 ἑπτά narrant *plures,* ut Gen. 7, 2. 1 Sam. 2, 5. coll. Ps. 119, 164 ubi ἑπτάκις esse videtur *iteratis vicibus.* (Suid. τὸ ἑπτὰ ἐπὶ πλήθους τάττεται.) Sed possunt etiam septem intelligi, coll. Marc. 16, 9. Luc. 8, 2. Numerus enim septenarius Hebraeis non sine omine erat et in bonam et malam partem. (Vid. e V. T. Gen. 2, 2. 7, 2. 29, 18. 41, 2. Exod. 7, 25. Levit. 4, 6. 13, 33. Num. 23, 1. — e N. T. Apoc. 1, 4. 12. 20. 3, 1. 4, 5. 5, 1. 8, 2 et passim.) — Matth. 18, 22 ex hebraismo ἑπτά pro ἑπτάκις, *septies,* ut שֶׁבַע Gen. 33, 3. 1 Reg. 18, 43. — οἱ ἑπτά (διάκονοι), Act. 21, 8. Haud dubie enim ad exemplum ecclesiae hierosolymitanae (Act. 6, 3) etiam in ecclesia caesareensi septem electi erant diaconi, qui pauperum et aegrotorum curam gererent.

Ἑπτάκις, adv. *septies.* Matth. 18, 21. 22 ἕως ἑπτάκις, ad septies? Luc. 17, 4 ubi ἑπτάκις est i. q. *saepissime;* numerus enim definitus pro numero maiori indefinito positus est. cf. Ps. 119, 164. Ier. 15, 9. *.

Ἑπτακισχίλιοι, αι, α, (ex ἑπτάκις et χίλιοι, mille) *septies mille, septem millia.* Rom. 11, 4. (Num. 3, 22. Iob. 1, 3.) *.

Ἔπω, vid. Εἶπον.

Ἔραστος, ου, ὁ, *Erastus* (amabilis), nom. propr. viri, Act. 19, 22. Rom. 16, 23. 2 Tim. 4, 20 commemorati, caeterum ignoti.

Ἐργάζομαι, aor. 1. εἰργασάμην, particip. perfect. (εἴργασμαι, quod activa aeque ac passiva significatione usurpatur) εἰργασμένος, Io. 3, 21; verbum deponens med. (ab ἔργον) LXX pro עָבַד, פָּעַל, etiam pro עָשָׂה. 1) ἔργον ποιῶ, *opus facio, laboro,* Matth. 21, 28 ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνι. (ἐργάζομαι ἐν ἔργοις γῆς, Test. XII patr. p. 626. ἐργάζ. τὴν γῆν, Gen. 2, 15. 3, 23. 4, 2. Ioseph. ant. 5, 2, 5.) — *opificium facio, manu laboro,* Luc. 13, 14. Act. 18, 3. 1 Cor. 4, 12. 9, 6. Eph. 4, 28 ἐργαζ. τὸ ἀγαθόν, opificium utile faciens. 1 Thess. 2, 9. 4, 11. 2 Thess. 3, 8 — 12. (Exod. 20, 9. Prov. 31, 18.) — 2) *negotia gero,* lucri causa, *negotior,* Matth. 25, 16 εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς (τοῖς πέντε ταλάντοις), iis negotiabatur. Apoc. 18, 17 ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, pro κατὰ τὴν θάλασσαν. (Ps. 107, 23 ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι. Profanis τὴν θάλασσαν ἐργάζεσθαι dicuntur piscatores victum in mari quaerentes.) — 3) *mihi comparo,* Io. 6, 27 ἐργάζεσθε, comparate vobis. 2 Io. v. 8 ἃ εἰργασάμεθα, quae iam acquisivimus. (Eodem sensu ἐργασία, Sir. 6, 19.) — 4) *efficio, operor, ago,* Io. 5, 17. Coloss. 3, 23. Io. 3, 21 εἰργασμένα ἐν θεῷ, peracta secundum Dei voluntatem (Exod. 35, 10). — varie dicitur: a) τὰ ἱερά, sacra facere, 1 Cor. 9, 13. (1 Chron. 6, 49. 9, 13. 28, 13 ubi ἐργασία de sacris legitur.) — b) τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, ea quae Deus vult, Deo placent, Io. 6, 28. 9, 4. 1 Cor. 16, 10 τὸ ἔργον κυρίου, rem domini. — c) ἀνομίαν, Matth. 7, 23. ἁμαρτίαν, Iac. 2, 9 peccatum facere, peccare. (Iob. 34, 32. Ps. 6, 8 פָּעַל. Ioseph. ant. 5, 1. 18 πολὺν φόνον ἐργασάμενος.) — d) τὴν δικαιοσύνην, Act. 10, 35. τὸ ἀγαθόν, Rom. 4, 4. 5 quae recta sunt facere. Alio sensu ἐργάζ. δικαιοσύνην legitur Hebr. 11, 33. vid. Δικαιοσύνη et locum Zeph. 2, 3. — e) ἔργον καλὸν ἐργάζ. εἴς τινα, Matth. 26, 10. sive ἔν τινι, Marc. 14, 6 aliquid boni et honesti alicui facere, beneficium collocare apud aliquem, Gal. 6, 10 et 3 Io. v. 5. Contra: κακὸν ἐργάζ. τινι, inique adversus alium agere, Rom. 13, 10. Prov. 3, 30. — f) de miraculis: *efficio, patro,* Io. 6, 30 τί ἐργάζῃ, nimirum σημεῖον. Similiter Act. 13, 41. Hab. 1, 5. (Ps. 74, 12 εἰργάσατο σωτηρίαν.) *.

Ἐργασία, ας, ἡ, (ab ἐργάζομαι) LXX pro מְלָאכָה et עֲבֹדָה, 1) *opificium,* quo exercendo victus paratur, Act. 19, 25. coll. Sir. 7, 15. (Ion. 1, 8. Ps. 107, 23 ubi de mercatura. Pind. olymp. 8, 55. Xenoph. oecon. 5, 14.) — 2) *peragere, actio, das Vollbringen,* Eph. 4, 19 εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης, ita ut peragant impura quaeque. (LXX saepius de sacris: sacra facere, 1 Chron. 6, 49. 28, 20. 3 Esdr. 8, 49. coll. 8, 21 ubi legitur עֲבֹדָה, LXX δουλεία.) — 3) *lucrum* ex opificio, Act. 16, 16. 19. 19, 24. (Xenoph. mem. 3, 10. 1. Act. Thom. §. 16.) — 4) *opera* in locutione διδόναι ἐργασίαν, *operam dare,* qui latinismus legitur Luc. 12, 58. (Etiam apud Ioseph. ant. 3, 1. 7 ἐργασία est opera, Mühe: μὴ σὺν πόνῳ μηδ' ἐργασίᾳ τὸ ποτὸν αὐτοῖς φανῆναι.) *.

Ἐργάτης, ου, ὁ, (ab ἐργάζομαι) 1) *operarius,* qui opus aliquod manu tractat, vel *opifex,* Act. 19, 25. — vel operarius mercede conductus, *mercenarius,* Matth. 10, 10. 20, 1. 2. 8. Luc. 10, 7. 1 Tim. 5, 18. Iac. 5, 4. (Sap. 17, 17. Act. Thom. §. 33.) — operarius in messe colligenda, *messor,* Matth. 9, 37. 38. Luc. 10, 2 ubi doctores ita dicuntur, qui homines ad regnum coelorum colligere debeant. Transtulit Paulus ad *doctores* in ecclesia, quum in malam partem: ἐργάται δόλιοι, 2 Cor. 11, 13. κακοί, Phil. 3, 2., tum in bonam: ἐργάτης ἀνεπαίσχυντος, 2 Tim. 2, 15. (Test. XII patr. p. 746 ἐργάτης κυρίου.) — 2) *faciens, patrans,* ἐργάται τῆς ἀδικίας, Luc. 13, 27 malefici. (1 Macc. 3, 16 ἐργάται τῆς ἀνομίας. Philo de praem. et poen. p. 919 D. τὸν καλοκἀγαθίας ἐργάτην.) *.

Ἔργον, ου, τό, apud LXX pro hebr. מְלָאכָה, מַעֲשֶׂה, עֲבֹדָה, פֹּעַל, 1) *factum,* die That; quo sensu ἔργον opponitur τῷ λόγῳ, Col. 3, 17 ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, dicendo agendove. 2 Cor. 10, 11 τῷ ἔργῳ, agendo. Luc. 24, 19 δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, dicendo et agendo. Act. 7, 22. Rom. 15, 18. (Sir. 3, 8. Ioseph. ant. 4, 2. 3. Clem. Alex. strom. 2, 19. p. 480, 16 ed. Pott. εὐεργετῶν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. Philo de sacerdot. honor. p. 831 D. ἔργῳ καὶ λόγῳ.) — Hinc: *facta eximia, facinora, miracula.* Matth. 11, 2. Act. 13, 41. Hebr. 3, 9 et Io. 7, 3. 21. 14, 10 — 12. 15, 24.

(Heb. 3, 2. Ps. 95, 9.) — *facta probitatis*, Io. 3, 19. 20. 21. 7, 7. Luc. 11, 48. Act. 26, 20. Rom. 2, 6. Apoc. 2, 2. 5. 9. 16, 11. in quibus locis ἔργα interdum omnem agendi rationem, *mores* indicare videtur. — Hinc ἔργα ἀγαθά et καλά, *recte, honeste facta*, Matth. 5, 16. Rom. 13, 3. Eph. 2, 10. Col. 1, 10. etiam opera *beneficentiae*, 1 Tim. 2, 10. Act. 9, 36. Matth. 26, 10. Phil. 1, 6 ἔργον ἀγαθόν, opus beneficum, nimirum vos salvandi per Christum; quare etiam ἔργον simplex beneficium, Hebr. 6, 10. et ἔργα absolute de *probitate* christiana, Eph. 2, 9. Apoc. 2, 19. vid. Tit. 3. 5 ubi plenius dicuntur ἔργα τὰ ἐν δικαιοσύνῃ. — Ἔργα πονηρά, *male facta*, Col. 1, 21. Inde ἔργον simpliciter Apoc. 2, 13. 1 Cor. 5, 2 *maleficium* (alii minus recte: incestus, turpis concubitus, quanquam hic intelligendus est). 2 Petr. 2, 8 ἔργα ἄνομα de *concubitu flagitioso*, contra naturam facto. Est enim sermo de Sodomitarum libidine. (Sic etiam hebr. דָּבָר Gen. 19, 8 (LXX ἄδικον) usurpatur; coll. Iud. 19, 24. Eodemque modo ἔργον in Test. XII patr. p. 529. et πρᾶξις ibid. p. 530 de coitu.) — Locutio: retribuere κατὰ τὰ ἔργα τινος, in utramque, maxime malam partem dicitur: pro *agendi ratione*, pro *merito*, Matth. 23, 3. Rom. 2, 6. 2 Cor. 11, 15. 2 Tim. 1, 9. 1 Petr. 1, 17. Apoc. 2, 23. 18, 6. 20, 12. 13. (Prov. 24, 12. Ier. 50, 29.) nde etiam factum est ut in Apocal. 14, 13 ἔργα de praemiis et 22, 12 ἔργον de merito diceretur. Vid. etiam *Viger*. p. 158. — Rom. 2, 7 οἱ καθ᾽ ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ (videl. ὄντες) qui in virtute, pietatis exercitio perstant. — τὰ ἔργα, *pietatis exercitia*, quae cernuntur in *externis* actionibus, Matth. 23, 5. quae Hebr. 6, 1 dicuntur ἔργα νεκρά, infructuosa. Ib. 9, 14. (LXX ἔργα saepissime de sacris et caerimoniis, Num. 4, 16. 8, 15. 3 Esdr. 5, 58. 7, 9. coll. Esdr. 3, 8. 6, 18.) Quare Paulus Rom. 3, 27 legem mosaic. vocat νόμον τῶν ἔργων, quatenus habet praecepta singulas fere actiones pietatis definientia. — 2) *opus, quod agendo efficitur*, a) *id quod formatur, das Werk*, Act. 7, 41 ἔργα τῶν χειρῶν, manu facta, exsculpta, de imaginibus idolorum. — Ἔργα τοῦ θεοῦ, *res creatae* a Deo, opera a Deo profecta (Act. 15, 18), Hebr. 1, 10. (2, 7.) 4, 3. 4. 10. 2 Petr. 3, 10 ἔργα τὰ ἐν τῇ γῇ, res creatae in his terris. Hinc ~~homo dicitur~~ Rom. 14, 20 ἔργον τοῦ θεοῦ, *creatura* Dei, vid. v. 15. (Ies. ~~64, 8. 45, 11.~~) Sic Ephes. 2, 10 ποίημα. — Dicitur itaque ἔργον etiam de *aedificio*, 1 Cor. 3, 13 — 15. (Esdr. 2, 69 γαζοφυλάκιον τῶν ἔργων, die Baukasse) et eodem tropo usus Paulus 1 Cor. 9, 1 ecclesiam Corinth. appellat suum ἔργον. coll. 3 Esdr. 6, 11 et 7, 3. — b) *id, quod peragitur*, Iac. 1, 4 ἡ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, constantia in factis optimis conspicua sit, sie erzeuge ein vollkommenes Werk, vollkommene Thaten. (Ioseph. ant. 2, 15. 5 μανίας ἔργον ἂν εἴη.) (Alii hic ἔργον pro praemio s. effectu; de qua significatione copiose exposuit *Kypkius* in observv. sacr. II, 419. coll. 1 Chron. 9, 19. 23, 24.) — c) *opus commissum, res peragenda*, Marc. 13, 34. Gen. 39, 11. Exod. 20, 9. (Apud Homer. ἔργον saepissime de rebus in bello gerendis, pugna, ut Iliad. 4, 470. 11, 734.) — In Ioannis evangelio totum illud opus, quod Iesus ex Dei voluntate peragere debebat, τὸ ἔργον, c. 4, 34. 17, 4. sive τὰ ἔργα, Io. 5, 20. 36. 10, 25. 32. 33. 37. 38 dicitur et complectitur non solum miracula vi divina a Iesu patrata (c. 7, 3. 21. 14, 10 — 12. 15, 24), sed ea etiam, quae tanquam doctor divinus peregit. Nonnunquam magis ad mandata dantem, quam ad ea exsequentem respicitur, et ἔργον est id quod faciendum est ex *mandato, praecepto*, ut Io. 6, 28. 29. 9, 3 ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ἐν αὐτῷ, ut in illo manifestetur, quod Deus mihi mandavit peragere. Ibid. v. 4. Sic etiam Iac. 1, 25 ποιητὴς ἔργου est: qui facit opera praescripta. Apoc. 2, 26 τηρεῖν τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, qui observat Dei praecepta (nisi hic fortasse est: qui fideliter adhaeret rei divinae.) — d) *officium* peragendum, *negotium* demandatum; de officio doctoris christiani, Act. 13, 2. 14, 26. 15, 38. Gal. 6, 4. Phil. 1, 22 τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, hoc mihi utile est, ut officio apostoli satisfaciam. 1 Thess. 5, 13. 1 Tim. 3, 1. — ἔργον εὐαγγελιστοῦ, 2 Tim. 4, 5. — e) *res gerenda, coeptum*, Act. 5, 38. (Deut. 15, 10. Iob. 34, 21. Sap. 2, 12.) — 3) *peragere, perficere, das Vollbringen*, Ephes. 4, 12 εἰς ἔργον διακονίας, ad praestanda officia ecclesiae debita. 1 Thess. 1, 3 ἔργον τῆς πίστεως, fidem praestitam factis. — 4) Denique notanda sunt loca, ubi τὸ ἔργον τινος commemoratur, quod fit vario sensu. Est enim: a) *eadem facere vel similia* iis, quae alius quis fecit; τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ποιεῖν, agere ad exemplum Abrahami, Io. 8, 39. — Io. 8, 41 ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν diaboli, i. e. occiditis homines iustos, vid. v. 44. Τὰ ἔργα τῶν Νικολ. Apoc. 2, 6. (Ezech. 16, 30 ἔργα γυναικὸς πόρνης.) — b) *res alicuius*, id quod habet in consiliis, quod mandavit; sic ἔργον τοῦ κυρίου, res christiana, propagatio religionis christianae, 1 Cor. 15, 58. 16, 10. Phil. 2, 30. — c) *id quod aliquis efficit*; ἔργα τοῦ σκότους, facta, quibus se manifestat vitiositas, Rom. 13, 12. Eph. 5, 11. Ἔργα τῆς σαρκός, Gal. 5, 19. τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, i. e. efficaciam diaboli, 1 Io. 3, 8. Ἔργον τῆς πίστεως, id quod efficere debet fides, 2 Thess. 1, 11. Eodem modo ἔργα τῆς πίστεως in epist. Iacobi, facta s. probitas, quam persuasio christiana efficere debet, c. 2, 14. 17. 18. 20. 21. 24. 25. Patet hoc potissimum e versu 22 et 26. — d) *id, quod aliquis iubet, facta ex praecepto alicuius*, s. *praecepto consentanea*; sic in epistolis Pauli ἔργα νόμου, *facta legi mos. consentanea, observatio legis*, Rom. 3, 20. 28. 4, 2. 6. 9, 11. 32. 11, 6. Gal. 2, 16. 3, 2. 5. 10. — Τὸ ἔργον τοῦ νόμου, facta, quae lex postulat, Rom. 2, 15.

Ἐρεθίζω, aor. 1. ἠρέθισα, (ab ἐρέθω, irrito) *excito, irrito, lacesso*; in malam partem Col. 3, 21. (1 Macc. 15, 40. 2 Macc. 14, 27. Deut. 21, 20. Ioseph. ant. 4, 7. 3. Test. XII patr. p. 650 ubi idem est quod παροξύνειν.) (Hom. Iliad. 1, 32. 4, 5.) — In bonam partem accipiunt plurimi 2 Cor. 9, 2. (Suid. ἐρεθίζειν· παρορμᾶν ἐπί τι, καὶ παραθήγειν), sed etiam hic est: ad iram, invidiam excitare, lacessere. Hesych. ἐρέθιζε, παρόξυνε. *.

Ἐρείδω, aor. 1. ἤρεισα, *nitor contra, innitor*, (Hom. Iliad. 5, 309. 14, 38) Act. 27, 41 ἡ πρῷρα ἐρείσασα, infixa scopulo. Hesych. ἐρεῖσαι· ἐπερεῖσαι, ἐπιστηρίξαι. coll. Prov. 3, 26. 11, 16. *.

Ἐρεύγομαι, (pro Atticorum ἐρυγγάνω) f. εὔξομαι, depon. med. 1) *exspuo, eructo*; copiose emitto, de aquis Lev. 11, 10. de sanguine Hom. Iliad. 16, 162. — 2) *clamorem erueto*; — de leone, *rugio*, 1 Macc. 3, 4. Hos. 11, 10. Amos. 3, 4. 8. Hom. Iliad. 20, 404. — ex hebraismo: *verba eructo, plena voce proloquor, palam profero*; semel, Matth. 13, 35 ut hebr. נָבַע, *scaturivit*, Ps. 78, 2. 119, 171. Prov. 1, 23. (Caeterum vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 63 sq. *Sturz*. de dial. Macedon. p. 167 sq.)

Ἐρευνάω, ῶ, aor. 1. ἠρεύνησα, *investigo, scrutor, perscrutor* seq. accusativo obiecti. (Homer. Iliad. 18, 321. Pind. Ne. 3, 42.) — Dicitur de investigatione et perscrutatione rerum occultarum reconditarumque; 1 Petr. 1, 11. Io. 7, 52 ἐρεύνησον (τὰς γραφάς, quod additur c. 5, 39.) — τὰς καρδίας, Rom. 8, 27. Apoc. 2, 23. — τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, 1 Cor. 2, 10. (Gen. 31, 35. 44, 12. 1 Reg. 20, 6. Proverb. 20, 27.) *.

Ἐρέω, vid. Εἶπον.

Ἐρημία, ας, ἡ, (ab ἔρημος) *solitudo, locus solitarius*, ubi homines nulli habitant; quare Ioseph. ant. 2, 3. 1 πρόνοιαν dicit καὶ μήτε τῶν ἐπ᾽ ἐρημίαις πραττομένων ὑστεροῦσαν, μήτε τῶν κατὰ τὰς πόλεις. coll. Sap. 17, 17. Sic etiam in N. T. 2 Cor. 11, 26 ubi ἐρημία et πόλις sibi opponuntur, et Matth. 15, 33. Marc. 8, 4. Hebr. 11, 38 ubi *loca non habitata* indicat. (Ezech. 35, 4. 9. Ioseph. ant. 3, 10. 3. Etymol. M. ἐρημία· ἡ τῶν ἐνοικούντων μονωθεῖσα χώρα.) *.

Ἔρημος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, LXX pro מִדְבָּר, — ἔρημος τόπος, locus ubi homines non sunt, nec eo veniunt, Marc. 1, 35. 45. metaphor. de femina sine marito vivente, Gal. 4, 27. vid. Ies. 54, 1. coll. Aelian. V. H. 13, 26. — *non habitatus*, Matth. 14, 13. 15. Marc. 6, 31. 32. 35. Luc. 4, 42. 9, 10. — 2) ex adiuncto: *desolatus* (ἔρημος ἀπὸ ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν, ut Ier. 33, 10 dicitur), *devastatus*, Matth. 23, 38. Luc. 13, 35. Act. 1, 20. (Ps. 69, 25.) Act. 8, 26. (Ies. 14, 17. Neh. 2, 17. Ezech. 36, 35. Lev. 26, 31. Ioseph. ant. 10, 9. 7.) — 3) Ἡ ἔρημος intellige χώρα, substantive, ut hebr. מִדְבָּר, *locus solitarius, non habitatus, desertum*, Matth. 24, 26. Apoc. 12, 6. 14. 17, 3. Gen. 16, 7. — αἱ ἔρημοι, loca *solitaria*, Luc. 1, 80. 5, 16. 8, 29. — *desertum pascuis aptum*, Luc. 15, 4. (Matth. 18, 12 τὰ ὄρη) coll. Exod. 3, 18. — *desertum arabicum*, inter mare rubrum et Palaestinam, quod etiam ἡ ἔρημος τοῦ ὄρους Σινᾶ, Act. 7, 30. Caeterum simpliciter ἡ ἔρημος dicitur, Io. 3, 14. 6, 31. Act. 7, 36 — 44. 13, 18. 1 Cor. 10, 5. Hebr. 3, 8. 17.

Ps. 78, 19. — *desertum Iudaeae*, lacui Asphaltitae versus occasum adiacens, ἡ ἔρημος τῆς Ἰουδ. Matth. 3, 1. coll. Iud. 1, 16. — Fuit etiam desertum iuxta Ierichuntem, Bersabam, Bethsaidam (Luc. 9, 10.) Matth. 4, 1. Marc. 1, 3. 4. 12. Luc. 3, 2. Io. 11, 54. — Act. 21, 38 (coll. Ioseph. ant. 20, 8. 10) ubi desertum intra Ierichuntem et montem olivarum intelligendum esse videtur.

Ἐρημόω, ῶ, f. ώσω, (ab ἔρημος) ἔρημον *facio*, — *desolo, depopulor*, Apoc. 17, 16 ποιεῖν ἠρημωμένην, uxorem solitariam, i. e. urbem desolatam reddere ab incolis; (ἠρήμωσεν τὴν γῆν ἀπὸ ἐνοικούντων αὐτήν, Psalt. Sal. 17, 13.) — urbem, Apoc. 18, 19. (Ezech. 26, 19. Esdr. 4, 15. Ies. 24, 10.) — *devasto, destruo*, βασιλείαν, Matth. 12, 25. Luc. 11, 17. (Ies. 34, 10. Sir. 16, 4.) — *dissipo, ad nihilum redigo*, τὸν πλοῦτον, Apoc. 18, 17. 19. (Sir. 21, 4.) *.

Ἐρήμωσις, εως, ἡ, (ab ἐρημόω) *desolatio, devastatio*, Luc. 21, 20. — Βδέλυγμα ἐρημώσεως, Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. vid. Βδέλυγμα. — (Test. XII patr. p. 584 ἐπιστρέψουσιν εἰς γῆν ἐρημώσεως αὐτῶν, in terram suam desolatam.) *.

Ἐρίζω, f. ίσω, (ab ἔρις) *rixor, litigo, certo*, Sir. 8, 2. 11, 9. 1 Sam. 12, 14. — Ex adiuncto, quia rixantes solent clamare, est: *clamo, clamorem edo*, Matth. 12, 19. hebr. לֹא יִצְעַק Ies. 42, 2 ubi LXX οὐ κεκράξεται.

Ἐριθεία, ας, ἡ, (ab ἐριθεύω [quod ab ἔριθος, Hom. Iliad. 18, 550 mercenarius, qui duros labores perfert], proprie est: mercede conductus operam facio, ich taglöhnere; deinde dicitur de iis, qui factionem sibi comparant, factiosis, Arist. polit. 5, 2 et 3. p. 1302 sq. ed. Bekk.) — Hinc ἐριθεῖαι, *factiones, malae artes factiosorum, machinationes*, 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. — *studium factionum*, der Factionsgeist; Rom. 2, 8 οἱ ἐξ ἐριθείας, fraudum machinatores. Phil. 1, 17. 2, 3. Iac. 1, 14. 16. (Ignat. ad Philadelph. §. 8 παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς μηδὲν κατ' ἐριθείαν πράσσετε, ἀλλὰ κατὰ χριστομαθείαν. Copiose ac docte de vocibus ἔριθος, ἐριθεύω et ἐριθεία expositum est in Excursu *Fritzschii* in comment. ad Rom. 2, 8. p. 143—148. ubi ἐριθεία enarratur: „summa invidia pectore conclusa proclivitasque ad machinationes, geheimer, tief grollender Neid und Ränkesucht.“) *.

Ἔριον, ου, τό, deminut. a τὸ ἔρος sive εἶρος, (ab εἴρω, necto) *lana*. Bis: Apoc. 1, 14. (Dan. 7, 9. Ies. 1, 18. Prov. 31, 13. Ps. 147, 16. Etiam de vestimento e lana confecto, Deut. 22, 11. Ezech. 34, 3.) — Hebr. 9, 19 ubi Moses dicitur usus esse sanguine vitulorum et hircorum μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου, καὶ ὑσσώπου (de quibus Exod. 24, 3 sqq. et Lev. 14, 16 sqq. nihil legitur) i. e. mixto cum aqua, cineribus hyssopi et lanae coccineae conspersa. De quo more vid. Lev. 14, 1—7. Num. 19, 1 sqq. Ioseph. ant. 4, 4. 6. Philo de alleg. 1, p. 848 sq. coll. Ps. 51, 9.

Ἔρις, ιδος, ἡ, (accus. ἔριν pro ἔριδα, Phil. 1, 15. et nom. plur. ἔρεις heteroclitice pro ἔριδες 2 Cor. 12, 20) *contentio, certamen, rixa*, Rom. 1, 29. 13, 13. 1 Cor. 3, 3. 1 Tim. 6, 4. (coll. Sir. 40, 5. 9. 28, 11. Homer. saepe de pugna, ut Iliad. 3, 100. 7, 210.) — Ἔρεις s. ἔριδες, lites, contentiones, 1 Cor. 1, 11. 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. — certamina doctorum inter se disputantium, Tit. 3, 9. — *studium* certandi s. rixandi, Phil. 1, 15. (Herod. 3, 2. 13.) *.

Ἐρίφιον, ίου, τό, deminutiv. ab ἔριφος, foetus caprae recens, *hoedulus*. Semel Matth. 25, 33 ubi i. q. ἔριφος, versu 32.

Ἔριφος, ου, ὁ, ἡ, *hoedulus, hoedus, capra, capella*, Luc. 15, 29. (Gen. 38, 17. 27, 9. Sir. 47, 3.) — Matth. 25, 32 ubi comparationem impiorum cum hoedis alii referunt ad impuritatem et libidinem, alii ad malitiam, animum immitem, alii ad mortis poenam, cui devovendi sunt, coll. Lev. 16, 5—26. *.

Ἑρμᾶς, ᾶ, ὁ, *Hermas*, vir christianus, Rom. 16, 14. quem quidam opinati sunt fuisse patrem apostolicum, auctorem libri, qui inscribitur: *pastor*.

Ἑρμηνεία, ας, ἡ, (ab ἑρμηνεύω) *interpretatio, enarratio*, 1 Cor. 14, 26. Sir. 47, 17. — *facultas interpretandi*, 1 Cor. 12, 10. *.

Ἑρμηνεύω, (ab ἑρμῆς) *interpretor, enarro*, — transfero *in aliam linguam*, lingua vernacula eloquor, quae peregrino sermone dicta fuerant; Io. 1, 39. 43. 9, 7. Hebr. 7, 2. (Esdr. 4, 7 pro תְּרְגָּם.) *.

Ἑρμῆς, οῦ, ὁ, 1) *Mercurius*, Iovis et Maiae filius, Deorum nuntius et interpres, eloquentiae, doctrinae, mercaturae patronus. Act. 14, 12. — 2) *Hermes*, vir christianus, Rom. 16, 14 commemoratus, caeterum ignotus. *.

Ἑρμογένης, εος, οῦς, ὁ, *Hermogenes*, nom. pr. viri christiani, 2 Tim. 1, 15. *.

Ἑρπετός, ή, όν, (ab ἕρπω, repo, serpo, Gen. 1, 26) *repens, reptilis*. — Τὸ ἑρπετόν intellige θηρίον, *animal reptile*. — Comprehendit in libris sacris animalia, praeter quadrupedes et aves, terrestria omnia. Sic Rom. 1, 23 (ut Lev. 20, 25. Gen. 7, 8. 21. 6, 20) commemorantur aves, quadrupedes et τὰ ἑρπετά. — Iac. 3, 7 (ut Deut. 4, 18) θηρία, aves, ἑρπετά et animalia marina. — Act. 10, 12. 11, 6 autem commemorantur τὰ τετράποδα τῆς γῆς, τὰ θηρία, τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ubi, quomodo θηρία et ἑρπετά differant, non satis liquet. (Gen. 1, 21 ἑρπετά sunt animalia marina minora, et Gen. 1, 28 ubi in hebr. חַיָּה, animalia terrestria.) *.

Ἐρυθρός, ά, όν, *ruber, rufus*. — In scriptoribus sacris non habetur nisi in locutione ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, *mare rubrum*, i. e. *sinus arabicus*, Act. 7, 36. Hebr. 11, 29. (Sap. 10, 18. 19, 7. 1 Macc. 4, 9. Ioseph. ant. 2, 15. 1. 6, 7. 3.) Hebraei illud mare appellabant יַם סוּף, *mare algosum*, LXX ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα (Exod. 10, 19. Deut. 1, 40. Ps. 106, 7). Nomen ἐρυθρᾶς accepisse fertur a rege Edom (i. e. ἐρυθρός, Ies. 63, 2), auctore gentis Idumaeorum. cf. *Fulleri* miscell. theol. 4, 10. *Rosenmülleri* altes und neues Morgenland, II, p. 1 sqq. *.

Ἔρχομαι, imperat. ἔρχου, plur. ἔρχεσθε, imperf. ἠρχόμην, fut ἐλεύσομαι, (de quibus formis vid. *Wineri* Gramm. p. 81) aor. 2. ἦλθον, perf. ἐλήλυθα, plusq. ἐληλύθειν, — LXX maxime pro בּוֹא, etiam pro אָתָה et הָלַךְ: — 1) *venio, advento, ich komme*, a) universe, Matth. 10, 23. 11, 14. 12, 9. 21, 40. 24, 42 et saepissime. — Matth. 8, 9 ἔρχου καὶ ἔρχεται, veni huc, et advenit. coll. Io. 1, 39. 47. Apoc. 6, 1. — Marc. 6, 31 οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες, turba advenientium et discedentium. Io. 21, 8 τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον, naviculo vecti advenerunt. Ut terminus in quem s. ad quem indicetur, sequitur maxime εἰς et πρός, ut Io. 11, 38. Rarius sequente dativo, ut Matth. 21, 5 ἔρχεταί σοι, pro πρὸς σέ. Apoc. 2, 5. 16 ἔρχεταί σοι pro ἐπὶ σέ. — de *tempore*, Matth. 9, 15 ἐλεύσονται ἡμέραι, veniet tempus. Marc. 2, 20. Luc. 5, 35. (1 Sam. 2, 31. Amos. 8, 11.) — ἦλθεν ἡ ὥρα, venit, adest tempus, Marc. 14, 41. Io. 4, 21. Apoc. 14, 7. 18, 10. 19, 7. coll. Gal. 4, 4. — ἐρχόμενος non solum de *adveniente*, Matth. 21, 9. 23, 39. Luc. 19, 38. (1 Sam. 11, 9), sed etiam de *certissime venturo;* Marc. 10, 30 ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ. Luc. 18, 30. Io. 16, 13 τὰ ἐρχόμενα, futura (Ies. 44, 7). Act. 18, 21 ἑορτή. 1 Thess. 1, 10 ὀργή. (Iob. 5, 21.) — Hinc Messias κατ' ἐξοχήν dicitur ὁ ἐρχόμενος, certissime futurus, venturus, Matth. 11, 3. Luc. 7, 19. 20. Hebr. 10, 37. — De doctoribus, prophetis, pseudochristis: *venio, existo, in publicum prodeo*, Matth. 11, 18 sq. 17, 10—12. 24, 5. Marc. 9, 11 sq. 13, 6. Io. 1, 7. 5, 43. 10, 8. 2 Petr. 3, 3. 1 Io. 2, 18. — b) ἔρχεσθαι seq. *praepositione* in locutionibus: α) ἐληλυθὼς ἐν σαρκί, qui advenit homo, homo natus est, 1 Io. 4, 2. [3.] 2 Io. v. 7. (Epist. Barn. c. 5 et saepius apud patres eccles.) — β) ἔρχεσθαι εἰς, *ingredi*, Matth. 2, 11. — εἰς τὸν κόσμον, ingredi in mundum, existere. Io. 1, 9. 3, 19. 6, 14. 9, 39. 11, 27. 12, 46. 16, 28. 18, 37. 1 Tim. 1, 15. coll. Io. 12, 41 sq. — γ) ἔρχεσθαι εἰς ἑαυτόν, vid. Ἑαυτοῦ. — δ) ἔρχεσθαι ἐπί τινα, *venire super aliquem, supervenire*, ingruere in aliquem; de malis, Matth. 23, 35. Io. 18, 4. Act. 7, 11. Eph. 5, 6. Col. 3, 6. (Deut. 28, 15. 45. Ps. 55, 5. Iob. 18, 9.) — de bonis: *contingo, evenio*, Matth. 10, 13. (Deut. 33, 16. Iob. 3, 7. Ps. 119, 41.) — de pluvia: *decido*, Hebr. 6, 7. — de spiritu: *supervenio, occupo*. Matth. 3, 16. 10, 13. Act. 19, 6. (Ezech. 2, 2. Ies. 32, 15 ubi in hebr. נֶעְרָה, effusus est. Test. XII patr. p. 545 πνεῦμα κυρίου ἦλθεν ἐπ' ἐμέ. Ioseph. ant. 4, 6. 6 πάθος ἦλθεν ἐπ' αὐτούς.) — de aggrediente: *progredior adversus, aggredior*, Act. 24, 8. (1 Sam. 17, 43. Ezech. 38, 18. Test. XII patr. p. 632.) — ε) ἔρχ. ὀπίσω τινός, vid. Ὀπίσω. — ζ) ἔρχομαι πρός τινα, non solum: venio ad aliquem, sed de doctore ex adiuncto etiam: *ei me addico, fidem ei habeo*, Luc. 6, 47. Io. 3, 20. 21. 5, 40. 6, 35. 37. 44 sq. 65. 14, 6 πρὸς τὸν πατέρα. Act. 19, 18 ἤρχοντο, intellige πρὸς τὸν ἀπόστολον, sive πρὸς

τὸν Χριστόν. — — c) *ἔρχομαι* sequente *infinitivo verbi,* ubi meliores scriptores participium futuri iungunt: *venio ut, eo consilio venio,* Matth. 5, 17 *ἦλθον καταλῦσαι,* pro *ἦλθον καταλύσων,* veni ut dissolvam. 9, 13 *ἦλθον καλέσαι.* 10, 34. 18, 11. 20, 28. Marc. 1, 24. 10, 45. Luc. 1, 59. 12, 49. 2 Thess. 1, 10. (Neh. 6, 10 *ἔρχονται φονεῦσαί σε.* Gen. 42, 5 *ἦλθον ἀγοράζειν.* ib. 42, 7. 10. 12.) — Sequitur etiam participium Luc. 13, 6. 7 *ἦλθε ζητῶν,* venit ut quaereret. — et *ἵνα,* Io. 10, 10. 12, 47. Marc. 4, 21. — d) *ἔρχομαι alii verbo additur, ut notio motus,* quae verbo seq. adhaeret, *plenius describatur,* etiam ubi e Latinorum et nostra loquendi ratione notio veniendi abesse solet; sic α) participium: *ἐρχόμενος, ἐλθών,* Matth. 2, 8 *ἐλθὼν προσκυνήσω,* ut veniam ipse et venerer. v. 9 *ἐλθὼν ἔστη.* v. 23. c. 4, 13. 5, 24. 8, 2. 7. 9, 10. 18. 12, 44. 14, 12. Marc. 5, 23. Luc. 5, 7. 2 Cor. 11, 4. Eph. 2, 17. (Gen. 27, 35 *ἐλθὼν ἔλαβε.* c. 32, 11. 47, 1. Exod. 35, 10. Num. 25, 6. Prov. 23, 35 *ἐλθὼν ζητήσω.* Gen. 37, 10 *ἐλθόντες ἐλευσόμεθα.* Etiam apud profanos; vid. *Reisig* ad Soph. Oed. v. 1208. Herodot. 2, 115.) — β) *ἔρχομαι καί,* pro *ἐρχόμενος,* ut Matth. 13 19 *ἔρχεται καὶ ἁρπάζει,* pro *ἐρχόμενος ἁρπάζει.* ib. v. 25. Marc. 2, 18 *ἔρχονται καὶ λέγουσι.* ibid. 4, 15. (Esdr. 5, 16 *ἦλθε καὶ ἔδωκε.* Exod. 19, 7 *ἦλθε καὶ ἐκάλεσε.* 2 Sam. 13, 36.) — Io. 14, 23 *ἐλευσόμεθα καὶ ποιήσομεν,* i. e. faciamus. (Zach. 2, 10 *ἰδοὺ ἔρχομαι καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου.*)

2) Quum *ἔρχομαι motum* aliquem e loco in alium indicet, pro contexta oratione, rei varietate, et natura particularum et praepositionum, quibus iungitur, varie dicitur, et vario modo vertendum est; nimirum: *accedo,* Matth. 20, 9. 10. 22, 3. — seq. *εἰς,* Matth. 3, 7. 21, 1. — *πρός,* Matth. 14, 28. 29. 19, 14. Marc. 1, 45. 2, 13. — Marc. 11, 13 *ἦλθεν εἰ εὑρήσει,* propius accessit spectatum. Marc. 5, 27 *ἐλθοῦσα ὄπισθεν,* a tergo accedens. — *Appropinquo,* de messe, Io. 4, 35. (Ion. 1, 6 ubi hebr. קָרַב.) — *Proficiscor, me confero,* Luc. 2, 44. Act. 9, 17. 1 Cor. 16, 12. 1 Thess. 2, 18. — seq. *εἰς,* Matth. 2, 21. 19, 1. 26, 36. — seq. *πρός,* Marc. 3, 8. (LXX pro יָלַךְ Gen. 18, 22. 22, 3. 13, 3. coll. Iob. 31, 32.) — tropice: *progredior, pergo.* 2 Cor. 12, 1 *ἐλεύσομαι εἰς ὀπτασίας,* veniam, progredior ad visiones. (Sic *διέρχομαι* Ioseph. ant. 3, 11. 2. ib. 7, 7. 1 *μέχρι μέσης προελθὼν ἐν τῷ πότῳ.*) — *Pervenio* in locum (Ios. 2, 22. 3, 1. 8, 11); tropice: ad aliquid, *εἰς ἐπίγνωσιν,* 1 Tim. 2, 4. 2 Tim. 3, 7. (Cebet. tab. cap. 12 *εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἐλθεῖν.*) — *Irruo,* Matth. 24, 39. 7, 25. 27. Luc. 17, 27. 12, 54. (Iob. 1, 19.) — *Redeo,* Io. 9, 7 *ἦλθε βλέπων,* rediit iam videns. Io. 14, 18. 28. Rom. 9, 9. (Gen. 18, 10.) — de reditu Christi, Matth. 16, 27 sq. 24, 30. 44. Marc. 8, 38. Act. 1, 11 et passim. (coll. Gen. 42, 29. 45, 25. 1 Sam. 11, 5.) — *Egredior; ἔρχομαι ἀπὸ θεοῦ,* Io. 3, 2. 31. 8, 14. (Gen. 27, 30 *ἔρχεσθαι ἀπὸ τῆς θήρας.*) — seq. *ἐκ,* Apoc. 7, 14 *ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψ.* passi calamitates. — De avibus: *advolo,* Matth. 13, 4. 32. Marc. 4, 4. — de candela, Marc. 4, 21 *ὁ λύχνος ἔρχεται,* venit, i. e. adportatur, infertur. (Liban. ep. 358: *ἡ δὲ (ἐπιστολὴ) ἔρχεται.* coll. Aristoph. concion. v. 27 *ὁρῶ τόνδε λύχνον προσιόντα.* Vid. *Elsneri* et *Kypkii* obss. sacr. ad Marc. 4, 21.)

3) metaphorice: venio in aliquid, i. e. *obnoxius sum, incido, ich gerathe in,* a) seq. *εἰς,* Marc. 5, 26 *ἔρχεσθαι εἰς τὸ χεῖρον,* in peiorem devenire conditionem. Marc. 4, 22 *ἔρχεσθαι εἰς τὸ φανερόν,* sensus: conspicuum fieri. Io. 5, 24 *εἰς κρίσιν,* iudicio obnoxium fieri. (Iob. 33, 28 *ἔρχ. εἰς διαφθοράν.*) Io. 12, 27 *ἦλθον εἰς τὴν ὥραν,* incidi in hanc calamitatem. Act. 19, 27. vid. *Ἀπελεγμός.* (Philostrat. Heroic. 19, 17 *εἰς δάκρυα ἔρχονται.* Sic *διέρχεσθαι ἔν τινι,* Num. 31, 23. Ies. 41, 3. Sir. 28, 19. Test. XII patr. p. 632 *εἰς οἶκτον ἦλθον,* a dolore correptus sum.) — b) de rebus: *cedo in, ich gereiche,* Phil. 1, 12 *εἰς προκ. τ. εὐαγγ. ἐλήλ.* in doctrinae incrementum cesserunt. (Sap. 15, 5 *εἰς ὄνειδος ἔρχεται.*) — c) *ἔρχεσθαι διά τινος,* 1 Io. 5, 6 *δι' ὕδατος καὶ αἵματος.* Vid. *διά,* I, 2. γ.

4) *existo, orior,* ich entstehe, komme hervor, Marc. 9, 7 *ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης,* oriebatur, i. e. audiebatur ex nube proveniens. Io. 12, 28. — Io. 3, 8 *πόθεν ἔρχεται,* unde oriatur. — De scandalis, Matth. 18, 7. Luc. 17, 1. — Rom. 3, 8 *ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά,* ut bona inde oriantur. Rom. 7, 9 *ἐλθούσης τῆς ἐντολῆς,* quum existeret lex. Gal. 3, 23. 25. 2 Thess. 2, 3. (coll. Hos. 10, 12.)

Ἐρωτάω, ῶ, f. *ήσω,* aor. 1. *ἠρώτησα,* (a stirpe *ἔρω,* nuntio, dico, *ἔρομαι,* quaero) LXX pro שָׁאַל, 1) *interrogo, quaero,* Matth. 16, 13. 21, 14. Marc. 4, 10. Luc. 9, 45. 19, 31. 22, 68. Io. 1, 19. 21, 25. (Hom. Od. 3, 97. 98. 4, 347.) — de iudice, Io. 9, 15. 19. 18, 19. — 2) *rogo, postulo, peto ab aliquo,* Matth. 15, 23. Marc. 7, 26. Luc. 4, 38. 5, 3. 7, 3. 36. Io. 4, 40. 47. 14, 16. Act. 3, 3. 1 Io. 5, 16 et passim. (*Ἐρωτῆσαι τὰ εἰς εἰρήνην,* Ps. 122, 6. 1 Sam. 30, 21. 2 Sam. 8, 10. 1 Chron. 18, 10. Ioseph. ant. 5, 1. 14 *ταῦτα ἐπὶ στόμα πεσὼν ἠρώτα τὸν θεόν.*)

Ἐσθής, ῆτος, ἡ, (ab *ἕω,* pro quo dicitur *ἕννυμι,* vestio) *vestis, vestimentum,* Luc. 23, 11. Act. 1, 10. 10, 30. Iac. 2, 2. 3. (Hom. Od. 2, 339. 4, 38.) — Act. 12, 21 *βασιλική,* regalis. (3 Esdr. 8, 73 *ἱερά,* sacerdotalis.) Ioseph. ant. 8, 7. 3. ib. 12, 4. 3 *ἐσθῆτας,* vestes splendidas. Thom. Mag. *ἐσθὴς καὶ στολὴ διαφέρει τῷ τὴν μὲν ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐνδυμάτων τάττεσθαι, τὴν δὲ στολὴν ἐπὶ τῶν διαφόρων σχημάτων τῶν ἐσθήτων.*

Ἐσθίω, forma producta pro antiquo *ἔδω,* imperf. *ἤσθιον,* aor. 2. (a stirpe obsoleta *φάγω*) *ἔφαγον,* futur. (apud antiquiores *ἔδομαι*) apud nostros a *φάγω* deductum *φάγομαι, φάγεσαι* [Luc. 17, 8. *Winer.* Gramm. p. 84], *φάγεται* (vid. *Matthiae* Gramm. §. 234. coll. §. 183. *Rost.* Gr. 294. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 327. 348. *Sturz.* de dial. Maced. p. 199 sq.) — LXX pro אָכַל. 1) *edo, comedo, vescor, ἐσθίω,* Matth. 12, 1. 14, 21. Marc. 1, 6. 7, 3 et saepius. Etiam de animalibus, *voro,* Matth. 15, 27. Marc. 7, 28. Luc. 15, 16. (Iob. 40, 15. Ps. 106, 20.) — *φαγεῖν,* Matth. 15, 37. 26, 26. Marc. 6, 42. 44. 8, 8. Luc. 9, 17. 24, 43 et saepius. — *διδόναι τινὶ φαγεῖν,* dare alicui quo vescatur, Matth. 14, 16. 25, 35. 42. Marc. 5, 43. 6, 37. Luc. 9, 13. Io. 6, 31. 52. coll. Io. 4, 32 sq. — *φαγεῖν τι,* Marc. 11, 14. Luc. 4, 2. Io. 6, 31. 53. Rom. 14, 2. 21. 1 Cor. 8, 8 *φάγωμεν,* intellige *εἰδωλόθυτα.* 10, 3. Apoc. 2, 14. — *φαγεῖν τὸ πάσχα,* agnum paschale comedere, i. e. coenae paschali interesse, Matth. 26, 17. Marc. 14, 12. 14. Luc. 22, 8. 11. 15. Io. 18, 28. — — *δεῖπνον φαγεῖν,* pro *δειπνεῖν,* 1 Cor. 11, 20. — *Ἄρτον ἐσθίειν,* s. *φαγεῖν, cibum capere, epulari,* Matth. 15, 2. Marc. 3, 20. 7, 2. coll. v. 3—5. Luc. 14, 12. 15. 2 Thess. 3, 12. (1 Reg. 21, 5. Gen. 3, 19. Exod. 16, 8.) — *Ἐσθίειν* s. *φαγεῖν ἔκ τινος,* propr. edere partem rei, aliquid, i. e. vesci aliqua re, Luc. 22, 16. Io. 6, 26. 50 sq. 1 Cor. 9, 7. 13 *ἐκ τοῦ ἱεροῦ,* de oblationibus sacris. 11, 27. Hebr. 13, 10 *ἐξ οὗ,* nimirum *θυσιαστηρίου,* i. e. carnibus ei impositis. Apoc. 2, 7. (Num. 6, 4. 2 Sam. 12, 3. 2 Reg. 4, 40. Sir. 11, 19.) — *Ἐσθίειν* s. *φαγεῖν ἀπό τινος,* eodem sensu, Matth. 15, 27. Marc. 7, 28. [Apoc. 2, 17.] (Gen. 2, 16 sq. 3, 1—5. 27, 25. 33. Lev. 7, 18. 11, 40 אָכַל seq. מִן.) — *φαγεῖν ἄρτον παρά τινος,* ab aliquo nutriri, 2 Thess. 3, 8. (Ruth. 2, 14 *φάγεσαι τῶν ἄρτων μου.* coll. Gen. 3, 19.) — Denique locutio *ἐσθίειν καὶ πίνειν* ex hebraismo est a) *cibum et potum capere* simpliciter, Luc. 10, 7. (coll. v. 8. Bel et Drac. v. 6.) b) describit per partes usum consuetum cibi et potus, *panem edere* et *vinum bibere* (ut plene legitur Luc. 7, 33 *μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων*), Matth. 11, 18 sq. Luc. 7, 33. 34. 12, 19. 17, 8. 1 Cor. 9, 4. 11, 22. 29. Quare haec locutio non solum opponitur *τῷ* ieiunare, Luc. 22, 30. coll. Marc. 2, 16. sed etiam addita negatione est: abstinere a prandio et coena, ieiunare, Act. 9, 9. 23, 12. 21. (Exod. 34, 28. Deut. 9, 9. 18. 1 Reg. 13, 8. 9. coll. *Νηστεία.*) — c) *convivari,* Luc. 22, 30. 1 Cor. 10, 7. 15, 32. — potissimum cibo potuque delicatiori uti, laute epulari, Matth. 24, 49. Luc. 12, 45. 17, 27. 28. 1 Cor. 11, 22. coll. v. 21. (1 Sam. 30, 16. 1 Reg. 1, 25. Iob. 1, 4. 18.) — d) *ἐνώπιόν τινος,* s. *ἐπὶ τῆς τραπέζης τινος,* i. e. familiariter cum aliquo vivere, Luc. 13, 26. 22, 30. — (Vid. omnino Gen. 31, 54. 24, 54. 25, 34. 26, 30. Exod. 24, 11. 32, 6. Iud. 9, 27. Ruth. 3, 7. 2 Chron. 28, 15.) — 2) *convivor, convivio intersum,* Matth. 9, 11. Marc. 2, 16. 6, 31. Luc. 15, 23. 1 Cor. 11, 21 *ἐν τῷ φαγεῖν,* quum coenatur. 11, 33. (1 Sam. 20, 5. Eccl. 10, 16.) — *φαγεῖν μετά τινος,* coenari apud aliquem, Luc. 7, 33. (1 Sam. 1, 18. 9, 19. 24.) — 3) *absumo, consumo; ἐσθίειν,* Hebr. 10, 27. (Ps. 14, 4 *κατεσθίοντες τὸν λαόν.* Hebr. אָכַל Deut. 32, 22. Zeph. 1, 18.) — *φαγεῖν,* Apoc. 10, 10. — de avibus, Apoc. 19, 18. (Gen. 40, 19. Ies. 56, 9.) — de aerugine, Iac. 5, 3. (Ies. 10, 17. de igne Homer. Iliad. 23, 182.) — Apoc. 17, 16 *τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται,* i. e. homines in ea (urbe) trucidabunt. (Lev. 26, 29. Ps. 27, 3.)

Ἐσλί, ὁ, Esli, nom. pr. indecl. unius e maioribus Christi, Luc. 3, 25.

Ἔσοπτρον, *ου, τό*, i. q. *εἴσοπτρον*, (ex *εἰς* et stirpe *ὄπτω*) 1) omne quod radios reflectit, et sic imaginem reddit; *speculum*. Iac. 1, 23. (Pind. Ne. 7, 70. — Sap. 7, 26 ubi pro imagine, quam speculum repraesentat.) — 2) *speculare* (Fensterglas); veteres enim fenestras e lapide speculari (Marienglas) conficere solebant, quae vim lucis infringunt. Hinc *βλέπειν δι' ἐσόπτρου*, 1 Cor. 13, 12 *videre per speculare*, est: obscure, imperfecte cognoscere. Eandem dicendi rationem familiarem fuisse Rabbinis docuerunt *Schoettgen*. in horis hebr. et *Wolfius* in cur. phil. ad h. l. (Act. Thom. §. 14 *τὸ ἔσοπτρον τῆς αἰσχύνης ἀπ' ἐμοῦ ἀφῄρηται*, ubi tropice est: das Bleiche, die den Glanz der Tugend entstellende Schande. — Sir. 12, 11 *καὶ ἔσῃ αὐτῷ ὡς ἐκμεμαχὼς ἔσοπτρον*, eris illi amicitiam simulanti, quasi is, qui speculare abstersit, i. e. simulationis fucum abstersit, ut videat qualis vere sit.) *.

Ἑσπέρα, *ας, ἡ*, (ab *ἕσπερος*, vespertinus) *vespera, tempus vespertinum*, Luc. 24, 29. Act. 4, 3. 28, 23. (Gen. 1, 5. 8. 2 Sam. 11, 2. Ruth. 2, 7.) *.

Ἐσρώμ, *ὁ*, *Esrom*, nom. propr. indecl. viri e maioribus Christi, Matth. 1, 3 et Luc. 3, 33 commemorati, caeterum ignoti. cf. 1 Chron. 2, 5.

Ἔσχατος, *άτη, ατον*, (ab *ἔχω, ἔσχον*) hebr. אַחֲרוֹן, אַחֲרִית, propr. adhaerens, subsequens: *ultimus, postremus, extremus*. — Usus huius voc. in N. T. varius. Dicitur enim a) de numero, ordine, loco, *ultimus, postremus*, Matth. 5, 26. 20, 8. 12—16. Luc. 12, 59. 1 Cor. 15, 26. Apoc. 15, 1. 21, 9. — Marc. 12, 22 *ἐσχάτη ἀπέθανε*, postrema omnium mortua est. — ibid. v. 6 *ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν ἔσχατον*. 1 Cor. 15, 52 *ἐσχάτη σάλπιγξ*, i. e. tuba *ἐν ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ*. — b) de aetate, *iunior*, Io. 8, 9 ubi *οἱ ἔσχατοι* opponuntur senioribus. — c) de spatio, *remotissimus, extremus*, Act. 1, 8 *ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς*. ib. 13, 47. (Ies. 8, 9. 49, 6. Deut. 34, 2 *ἕως τῆς θαλάσσης τῆς ἐσχάτης*. Ies. 45, 22 *ἀπ' ἐσχάτου* (אֶפֶס) *τῆς γῆς*. Sir. 51, 14.) — d) de dignitate: *inferior, infimus*, Matth. 19, 30 *πολλοὶ ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι καὶ ἔσχατοι πρῶτοι*, multi, qui sibi videntur primi ordinis esse (prae aliis locum nobilem in regno Dei occupaturi), infimi erunt, qui autem infimi habentur, primi. Eadem leguntur Marc. 9, 35. 10, 31. Luc. 13, 30. — Luc. 14, 9. 10 *ἔσχατος τόπος*, infimus locus. 1 Cor. 4, 9 *ἐσχάτους ἀπέδειξεν*, infimos esse voluit. (Cic. pro Rosc. Am. c. 47 homines postremi i. e. villissimi.) — e) si duo inter se conferuntur, *ὁ ἔσχατος* est *posterior*. *Τὰ ἔσχατά τινος*, posterior hominis conditio, Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. 2 Petr. 2, 20. (Iob. 8, 7. 42, 12 *εὐλόγησε τὰ ἔσχατα Ἰώβ, ἢ τὰ ἔμπροσθεν*.) — *Ἡ ἐσχάτη πλάνη*, posterior fraus, Matth. 27, 64. *Ὁ ἔσχατος Ἀδάμ*, 1 Cor. 15, 45 i. q. *ὁ δεύτερος*, cf. v. 47. Apoc. 2, 19 *τὰ ἔργα τὰ ἔσχατα*, posteriora facta. (Hagg. 2, 10. Deut. 24, 1—4 ubi *ὁ ἔσχατος* i. q. *ὁ ἕτερος*, et opponitur *τῷ προτέρῳ*.) — f) cum substantivis *temporis*: α) *ἡ ἐσχάτη ἡμέρα*, quod nonnisi in Ioannis evangelio habetur, *ultimus dies*; de certo numero, Io. 7, 37. — ultimus omnium dies, quo mortui resurgent et iudicium habebitur, post autem consummabitur mundus, Io. 6, 39. 40. 44. 54. 11, 24. 12, 48. — β) *ἐν ἐσχάταις ἡμέραις*, sive *ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν*, sive *ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ*, s. *ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων, ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ*, primum est: *tempore remotissimo* (Prov. 31, 25. Gen. 49, 1. Num. 24, 14. Ier. 30, 24 et Deut. 4, 30. 32, 20. (Sir. 48, 24.) Test. XII patr. p. 609. 643. 652 de tempore exilii Babylonici dicitur); *tempore ultimo*, nimirum *huius seculi*, ubi Messias adventurus erat. (Ezech. 38, 16. Ies. 2, 2. Ier. 23, 20. Test. XII patr. p. 642. 725 et in N. T. Act. 2, 17.) – Dividebant enim Iudaei omne aevum in duas periodos, quarum prior ante Messiam fere tota praeterlapsa et adventu Messiae finienda putabatur. Vid. *Αἰών*. Apostoli igitur, adventum Christi proxime instantem arbitrantes, sibi videbantur vivere *ἐν ἐσχάταις (τοῦ αἰῶνος τούτου) ἡμέραις*, i. e. *ἐν συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου*, 2 Tim. 3, 1. Hebr. 1, 2. Iac. 5, 3. 1 Petr. 1, 20. 2 Petr. 3, 3. Iud. v. 18. 1 Io. 2, 18 *ἐσχάτη ὥρα ἐστί*, iam adest ultimum tempus. — g) locutio: *ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος*, quae Apoc. (1, 11.) 1, 17. 2, 8. 22, 13 legitur, ab *Eichhornio* (in comment. in Apoc.) explicatur: *solus, qui reliquos omnes excludit, unicus*; sensus: a quo omnia pendent, *supremus*. (Sic in V. T. *λόγοι οἱ πρῶτοι καὶ οἱ ἔσχατοι*, i. e. res ad unam omnes, 2 Chron. 9, 29. 12, 15. 16, 11. 28, 26. — Sir. 24, 28 *οὐ συνετέλεσεν ὁ πρῶτος, καὶ ὁ ἔσχατος οὐκ* etc. i. e. *nemo* mortalium. Test. XII patr. p. 617 *πορεύεσθε ἐν προστάγματι αὐτοῦ πρώτοις καὶ ἐσχάτοις*, i. e. omnibus.) Alii: *aeternus, sempiternus*, ut Ies. 48, 12 *ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα*. Vid. *Α*. — h) *τὸ ἔσχατον*, sive *ἔσχατον* simpliciter, adverbialiter: *post, postea*. Marc. 12, 22 in codd. 1 Cor. 15, 8 *ἔσχατον δὲ πάντων*, post ea omnia. (Deut. 31, 27 *ἔσχατον τοῦ θανάτου μου*, post mortem meam, me mortuo. Ios. 10, 14 *τὸ ἔσχατον*, postea.) *.

Ἐσχάτως, adv. *extremo, in extremo*. Semel, Marc. 5, 23 in locutione *ἐσχάτως ἔχει*, *in extremis est, animam agit*, nostrum: *in den letzten Zügen liegen*. (Eodem sensu Ioseph. ant. 9, 8. 6 *ἐν ἐσχάτοις ὤν*. ibid. 17, 7, 1 *ἐν τῷ ὑστάτῳ ὤν*. Artemid. oneirocrit. 3, 61 *τοῖς ἐσχάτως ἔχουσι*. Aristid. serm. sacr. 1 *ἐπ' ἔσχατον ἐλθεῖν*. Arrian. Epict. 3, 26 *θανασίμως ἔχειν*. Sir. 1, 13 *ἐπ' ἐσχάτων*, in fine vitae. Improbat Phrynichus locutionem *ἐσχάτως ἔχειν*, tanquam a puriori dicendi ratione alienam, vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 389.)

Ἔσω, adv. loci, 1) in locum: *intus, intro*; Matth. 26, 58 *εἰσελθὼν ἔσω*, introgressus. Marc. 14, 54 *ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλήν*, usque in atrium. ib. 15, 16 *ἔσω τῆς αὐλῆς*, in interiorem palatii partem. (Hom. Od. 7, 50. Iliad. 24, 155.) — Cum articulo loco adiectivi est: *ὁ ἔσω ἄνθρωπος*, *homo interior*, i. e. sentiendi agendique ratio, ad quam spiritus divinus ducit, Rom. 7, 22. Eph. 3, 16. — 2) in loco: *intus*, Io. 20, 26 *ἦσαν ἔσω*, intus erant, in loco, ubi convenire solebant. cf. v. 19. Act. 5, 23. 1 Cor. 5, 12 *οἱ ἔσω*, qui in coetu sunt, Christiani. *.

Ἔσωθεν, (ab *ἔσω* et terminatione *θεν*, quae motum ex aliquo loco, ortum ab aliquo indicat) adv. 1) *ab interiore parte, intus*, von innen heraus, Marc. 7, 21 *ἔσωθεν ἐκ τῆς καρδίας*. ib. v. 23. Luc. 11, 7 *ἔσωθεν ἀποκριθείς*. — 2) i. q. *ἔσω*, *intus, in interiore parte*, inwendig, Matth. 7, 15. 23, 25. 27 sq. Apoc. 4, 8. 5, 1. — in animo, 2 Cor. 7, 5. — Ut *ἔσω* cum articulo: *τὸ ἔσωθεν ὑμῶν*, quod intus est, interior pars, Luc. 11, 39. 40. — *ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος*, homo interior, quatenus in sensus non occurrit, 2 Cor. 4, 16. Vid. etiam *Ἔσω*. *.

Ἐσώτερος, *α, ον*. (comp. ab *ἔσω*) *interior, intimus*, Act. 16, 24. (Esth. 4, 11. 1 Reg. 6, 27.) — Hebr. 6, 19 *εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος*, in sanctum sanctorum post velamen. (Levit. 16, 15 *ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος*. ib. v. 2. 1 Reg. 6, 29.) *.

Ἑταῖρος, *ου, ὁ*, 1) *sodalis, socius*, Matth. 11, 16. coll. Iud. 14, 11. 20. Test. XII patr. p. 728 ubi de popularibus, et ib. p. 591 ubi de sociis belli dicitur, ut saepissime apud Homerum. — 2) *amicus, familiaris*, quem novimus, quocum nobis est consuetudo; Sir. 37, 2 *ἑταῖρος καὶ φίλος τρεπόμενος εἰς ἔχθραν*. ib. 40, 23. 42, 3. (Hom. Od. 8, 200.) — Hinc *ἑταῖρε* est compellatio, qua utebantur doctores erga discipulos, Matth. 26, 50. aliique erga notos et ignotos, et est: *amice, mi homo*, Matth. 20, 13. 22, 12. Ammonius: *ἑταῖρος, ὁ οὐ πάντως φίλος· ἑταῖροι δὲ ἰδίως οἱ καὶ τῇ ἡλικίᾳ παραπλησίως ἔχοντες, καὶ ἐν συνηθείᾳ καὶ ἐν συνεργίᾳ πολὺν χρόνον γεγονότες*. (Easdem significationes habet hebr. רֵעַ, socius, familiaris, amicus.) *.

Ἑτερόγλωσσος, *ου, ὁ*, (*ἕτερος* et *γλῶσσα*) *qui lingua peregrina utitur*. (Aquila Ps. 114, 1 pro hebr. לֹעֵז, LXX *ἐκ λαοῦ βαρβάρου*. Polyb. 24, 9. 5 Hannibal *πλείστοις ἀλλοφύλοις καὶ ἑτερογλώττοις ἀνδράσι χρησάμενος*.) — Semel 1 Cor. 14, 21 *ἐν ἑτερογλώσσοις* vel intellige *λόγοις*, vel positum est pro *γλώσσαις ἑτέραις*, ut Ies. 28, 11. ad quem locum respexisse videtur apostolus. (Ioseph. ant. 1, 4. 3 *ἀλλόγλωσσοι*.)

Ἑτεροδιδασκαλέω, *ῶ*, (ex *ἕτερος* et *διδάσκαλος*) *ἕτερα διδάσκω*, *aliena, a vero diversa doceo*, 1 Tim. 1, 3. 6, 3. (Apud profanos scriptores non legitur, sed in scriptis Patrum eccl., ut Basilii, Chrysost., Ignat. ad Polyc. §. 3. Euseb. hist. eccl. 3, 32.) *.

Ἑτεροζυγέω, *ῶ*, (ab *ἑτερόζυγος*, iugo impari iunctus, [LXX Lev. 19, 19 pro כִּלְאַיִם, duo diversi generis] trop. discors; de libra: in alteram partem inclinans, Phocyl. sent. 13) propr. alteri parti iugi adstrictus traho, deinde: cum impari adstrictus sum iugo; metaphorice: discors sum. Semel in N. T. 2 Cor. 6, 14 *μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις*, quorum sensus est: *nolite sequi mores, instituta eorum, qui Christo fidem denegant*. Alteram

enim iugi partem trahere est tropice: eosdem mores sequi. Alii: impari iugo copulari cum infidelibus, i. e. societate Christianorum indignis. Alii imaginem repetunt a iugo lancis, et vertunt: ad alteram lancem, i. e. partes infidelium inclinare. Alii ζυγός de disciplina, praeceptis intelligunt et vertunt: alienam disciplinam sequi. Alii denique ad dissensum referunt et vertunt: nolite vos dissociare a doctrina vera et vos conferre ad aliena dogmata.

Ἕτερος, α, ον, LXX pro אַחֵר, — 1) *alter*, i. e. unus ex duobus, Matth. 6, 24. 21, 30 ubi *Griesbachius* ἑτέρῳ pro δευτέρῳ edidit, sed minus recte. Luc. 5, 7. 7, 41. 16, 7. 13. 17, 34 sq. Rom. 2, 1. 1 Cor. 4, 6 et passim. (Hom. Iliad. 2, 217. 258). — In partitione de secundo ex pluribus, Act. 20, 15. 27, 3. Rom. 7, 3. 4. — 2) *alius*, ein anderer (Hom. Iliad. 12, 93. Pind. Py. 4, 442. 5, 130); — in N. T. Matth. 11, 3. 12, 45. 15, 30. Luc. 10, 1. 14, 31. 16, 18. 20, 11. 28, 32. Io. 19, 37. Act. 2, 40. 4, 12 et passim. — a) *alius quis*, ἕτερός τις, Act. 8, 34. 27, 1. Rom. 8, 39. 13, 9. 1 Tim. 1, 10. Saepius τὶς quoque omittitur et ἕτερος simpliciter ponitur, sed eodem sensu, ut Matth. 8, 21. Luc. 6, 6. 9, 59. 61 καὶ ἕτερος, et insuper alius quidam. Luc. 11, 16. 22, 58. Gal. 1, 19. Act. 17, 34. c. 19, 39 περὶ ἑτέρων, de aliis quibusdam rebus. — b) In partitione de alio, qui ordine sequitur, Matth. 16, 4. Luc. 19, 20. 1 Cor. 12, 9. 10. — οἱ ἕτεροι, *caeteri*, Luc. 4, 43. — c) alius, i. e. *diversus*, Marc. 16, 12. Luc. 3, 18. 9, 29. Rom. 7, 23. 1 Cor. 15, 40. 2 Cor. 11, 4. Gal. 1, 6. Iac. 2, 25. — *alienus*, *peregrinus*, Act. 1, 20. (Ps. 109, 8 ubi hebr. אַחֵר. coll. Exod. 1, 8.) c. 2, 4 ἑτέραι γλῶσσαι. 1 Cor. 14, 21. Iud. v. 7 σὰρξ ἑτέρα, homines peregrini, advenae. (Exod. 30, 9 זָר). — d) alius, i. e. qui antea fuit, *prior*, Eph. 3, 5 ἑτέραι γενεαί. — e) alius, i. q. ὁ πλησίον, quivis alius homo, ulla ratione nobiscum coniunctus (hebr. רֵעַ); in scriptis Pauli, Rom. 2, 1. 21. 13, 8. 1 Cor. 4, 6. 6, 1. 10, 24. 14, 17. Phil. 2, 4 et Iac. 4, 12. (ἕτερος ἕτερον, alius alium, Gen. 31, 49. Exod. 16, 15. 36, 9.)

Ἑτέρως, adv. *aliter*, *diverse*. Semel, Phil. 3, 15. (Hom. Od. 1, 234.)

Ἔτι, adverb. apud LXX maxime respondens hebr. עוֹד, 1) *adhuc*, noch, i. e. a) *adhuc*, *dum*, *noch*, *während*, de rei perpetuitate; ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, eo adhuc loquente, dum ita loquebatur, Matth. 12, 46. 17, 5. 26, 47. Marc. 5, 35. 14, 43. Luc. 8, 49. 22, 47. 60. 24, 41. Act. 10, 44. (Iob. 1, 16. 17. 18.) — Matth. 27, 63 ἔτι ζῶν, dum vivebat. Luc. 9, 42 ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ, dum propius accedebat. c. 14, 32. 15, 20. 24, 6. 44. Io. 20, 1. Rom. 5, 6 ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν ἔτι [si hic ἔτι genuinum est, de quo dubitandum], quum adhuc infirmi essemus. 2 Thess. 2, 5. (Iob. 8, 12. Dan. 4, 28. 1 Macc. 3, 14. Hom. Iliad. 2, 141. 5, 254.) — b) *adhuc* ut antea, *etiamnum*, jetzt noch (wie vormals), 1 Cor. 3, 2 οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε, nec adhuc potestis. (Ioseph. ant. 2, 14. 6 νῦν ἔτι.) Marc. 8, 17. Act. 9, 1. Rom. 3, 7. 6, 2. 1 Cor. 3, 3 ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε, etiamnum etc. c. 15, 17. Gal. 1, 10 ἔτι etiamnum, postquam apostolus factus sum. (2 Chron. 33, 17. Ioseph. ant. 1, 3. 5.) — c) *iam*, *schon*, Luc. 1, 15 ἔτι ἐκ κοιλίας μητρός, iam inde ab utero, i. e. iam in utero matris. Hebr. 7, 10 ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ ἦν, iam dum erat in lumbis. (2 Macc. 3, 1.) — 2) *amplius*, *porro*, *praeterea*, *etiam*, *mehr*, *weiter*, *noch ausserdem*, Matth. 5, 13 εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι. 18, 16. 19, 20. 26, 65. Marc. 12, 6. 14, 63. Luc. 14, 22. 16, 2. 18, 22 ἔτι ἕν, praeterea unum. 20, 36 οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται. 22, 37. 71. Io. 16, 12. Act. 18, 18. Rom. 3, 7 τί ἔτι, cur amplius, nimirum post τὸ ψεῦσμα. Rom. 5, 6 ἔτι γὰρ Χριστός, nam etiam Christus. 9, 19 τί ἔτι μέμφεται, i. e. quo iure pergit Deus hoc vitio nobis vertere. Gal. 5, 11. 1 Cor. 12, 31. 2 Cor. 1, 10. Phil. 1, 9 ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύει, amplius magis magisque abundat. (Pind. Py. 10, 88 ἔτι καὶ μᾶλλον, adhuc etiam magis.) Hebr. 7, 11. 15. 10, 17. 11, 4. 32. 12, 26 sq. Apoc. 3, 12. 7, 16. 9, 12. [10, 6.] 12, 8. 18, 21—23. 20, 3. 21, 1. 4. 22, 3. 11. (Gen. 2, 19. 37, 8. 30. 1 Chron. 14, 13. Iob. 7, 10. 14, 7. 32, 1. 2 Macc. 3, 37. Hom. Iliad. 1, 96. 15, 240.) — ἔτι δὲ καί, *insuper etiam*, *praeterea vero etiam*, Luc. 14, 26. Act. 2, 26. 21, 28. (Ps. 16, 7. 9. Neh. 9, 18. 2 Macc. 8, 30. Pind. Ist. 1, 92. Ioseph. ant. 2, 15. 3.) — ἔτι δέ, omisso καί, eodem sensu, Hebr. 11, 36. (2 Macc. 2, 20.) — de tempore: ἔτι μικρόν, non diu amplius, Io. 7, 33. 12, 35. 13, 33. 14, 19. Hebr. 10, 37. (Iob. 2, 9.) — Io. 4, 35 ἔτι τετράμηνός ἐστι, amplius sunt tres menses. — Apoc. 6, 11 ἔτι χρόνον, amplius tempus aliquod, i. e. aliquamdiu. — Οὐκ ἔτι, vid. Οὐκέτι. *.

Ἑτοιμάζω, f. άσω, aor. 1. ἡτοίμασα, perf. pass. ἡτοίμασμαι, aor. 1. pass. ἡτοιμάσθην, (ab ἕτοιμος) LXX maxime pro hebr. כּוּן, *paro*, *facio ut in promptu sit*, *praeparo*, ich setze, halte in Bereitschaft; — τὴν ὁδόν, viam facere planam, viam parare, Matth. 3, 3. Marc. 1, 3. Luc. 1, 76. 3, 4. Apoc. 16, 12. (Ies. 40, 3.) — epulum, Matth. 22, 4. Luc. 17, 8. Matth. 26, 17. 19. Marc. 14, 12—16. Luc. 22, 8—13. (Gen. 43, 16 hebr. הָכֵן.) — opes paro, Luc. 12, 20. — locum, domicilium, Io. 14, 2. 3. Apoc. 12, 6. Luc. 9, 52. Philem. v. 22. Hebr. 11, 16. coll. 1 Chron. 15, 3. Exod. 15, 17. — aromata, Luc. 23, 56. 24, 1. — populum, Luc. 1, 17. (2 Chron. 27, 6. Sir. 2, 17.) — servatorem, Luc. 2, 31. — manipulum militum, Act. 23, 25. — (Vid. 1 Sam. 13, 13. 1 Reg. 5, 17. 2 Chron. 26, 14. Homer. Iliad. 1, 118. 19, 197. Od. 13, 184.) — Ἡτοιμασμένος, bene paratus, quod est vel: *idoneus*, *aptus*, 2 Tim. 2, 21. Apoc. 9, 7. vel *bene ornatus*, Apoc. 21, 2 ἡτοιμασμένη ὡς νύμφη. — Ἑτοιμάζειν ἑαυτόν, se parare ad faciendum aliquid, Apoc. 8, 6. 9, 15. Luc. 12, 47 μὴ ἑτοιμ. (ἑαυτόν). De sponsa bene parata ad sponsum excipiendum, Apoc. 19, 7. sensus: bene ornata. — *Deus* dicitur pro suo decreto *parare* hominibus vel bona vel mala, ubi sensus est: *destino*, Matth. 20, 23. 25, 34. 41. Marc. 10, 40. 1 Cor. 2, 9. coll. Exod. 23, 20. Gen. 24, 14. 44. 2 Sam. 7, 12. Ies. 14, 21. Tob. 6, 17. *.

Ἑτοιμασία, ας, ἡ, (ab ἑτοιμάζω) *paratum*, *promptum esse*, das bereit sein, das fertig und geschickt sein. Semel, Eph. 6, 15 ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου, subligantes pedes, ut prompti sitis ad propagandum bonum nuntium de pace (cum Deo per Christum). Idem est ac si scripsisset: subligate pedes promptitudine εἰς τὸ εὐαγγελίζειν etc.; nam ἐν ἑτοιμασίᾳ, ut antea v. 14 ἐν ἀληθείᾳ, id, quo munienda sint membra, indicat. (Ioseph. ant. 10, 1. 2 δισχιλίους ἐκ τῆς ἐμοὶ παρούσης ἵππους εἰς ἑτοιμασίαν ὑμῖν παρέχειν ἕτοιμός εἰμι, duo millia equitum vobis in usum, ut in promptu sint, tradere paratus sum.) Sensus igitur: prompti sitis et alacres in propagando ubique bono nuntio de salute per Christum parata. (LXX pro hebr. מָכוֹן, basis, fundamentum, Esdr. 2, 68. 3, 3. Ps. 89, 15; hinc ἑτοίμη καρδία, animus constans, לֵב נָכוֹן Ps. 112, 7.)

Ἕτοιμος, η, ον, et (apud antiquiores) ἑτοῖμος, η, ον, *paratus*, *promptus*, *instructus*; — de epulo, Matth. 22, 4. 8. Luc. 14, 17. coenaculo, Marc. 14, 15. donis, 2 Cor. 9, 5. Ἕτοιμός εἰμι, *paratus*, *expeditus sum*, Act. 23, 21. Matth. 25, 10. coll. Exod. 19, 11. 1 Sam. 13, 21. — ex adiuncto: paratus sum ad faciendum, i. e. *volo*, *libenter facio*, Luc. 22, 33. Act. 23, 15. Tit. 3, 1. 1 Petr. 3, 15. (Ioseph. ant. 10, 1. 2.) — Ἕτοιμος γίνομαι, paratus, promptus sum, me paro, Matth. 24, 44. Luc. 12, 40. Exod. 19, 15. 34, 2. — Ἕτοιμόν ἐστι, in promptu est, Io. 7, 6. — Τὰ ἕτοιμα, quae parata, effecta sunt, 2 Cor. 10, 16. — Ἑτοίμη ἀποκαλυφθῆναι, quae paratur ut, i. e. quae in eo est, ut manifestetur, 1 Petr. 1, 5. coll. Sir. 51, 3. — Ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν, 2 Cor. 10, 6 paratum, i. e. idoneum esse. (Exempla e Philone et Dion. Hal. vid. apud *Kypkium*.) *.

Ἑτοίμως, adv. *prompte*. — In N. T. ter ἑτοίμως ἔχειν a) *paratum esse* ad aliquid faciendum, 1 Petr. 4, 5 τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι, qui paratus est i. e. proxime futurus est iudex. (Dan. 3, 15 ἑτοίμως ἔχετε, ἵνα προσκυνήσητε. Ioseph. ant. 14, 13. 3. ib. 3, 2. 3.) — b) ex adiuncto: *aliquid velle*, *libenter facere*, Act. 21, 13. 2 Cor. 12, 14. (Ioseph. ant. 12, 4. 2 ἑτοίμως ἔχειν ἀποθέσθαι τὴν ἀρχιερωσύνην. ib. 13, 1. 1 ἑτοίμως ἔχειν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν.) *.

Ἔτος, εος, ους, τό, hebr. שָׁנָה, — *annus* (et differt ab ἐνιαυτός eo, quod ἐνιαυτός est annus fastorum, annus per solis cursum definitus, das berechnete, das Kalenderjahr, ἔτος vero spatium 12 mensium universe), Luc. 3, 1. 4, 25. 8, 43. 12, 19. Act. 7, 30. 9, 33 et saepius. — ἔχειν ἔτη Latinor. *annum gerere*, Io. 8, 57. — Εἶναι s. γενέσθαι ἐτῶν, de aetate; Marc. 5, 42 ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα, puella erat duodecim annorum, annos duodecim nata. Luc. 2, 37. 42. 3, 23. 8, 42. Act. 4, 22. 1 Tim. 5, 9. (Gen. 5, 32. 7, 6. 11, 10. 12, 4. 16, 16. 17, 17. 25, 26.) — accusativus: *per*, *nostrum lang*, *während*, Matth. 9, 20 γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα δώδεκα ἔτη, Marc. 5, 25. Luc. 2, 36. 13, 7. 8. 11. 16. 15, 29. Io. 5, 5. Act. 7, 36. 42. 13, 21. Hebr. 3, 9. 17. Apoc. 20, 2. 4. 6. (Gen.

14, 4. 15, 13. 20, 18. 20. 27. 30. Exod. 16, 35.) — dativ. plur. *intra*, Io. 2, 20 τεσσαρ. καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη. Act. 13, 20. — κατ' ἔτος, *quotannis*, Luc. 2, 41. (Ioseph. ant. 7, 5. 1. ib. 4, 4. 4.)

Εὖ, (propr. neutrum ab ἐΰς, ἐΰ, bonus, bonum) adverb. *bene, belle, probe*, scite; a) absolute: εὖ, *bene, belle*; ter: Matth. 25, 21. 23. Luc. 19, 17 ubi autem codices haud pauci praebent: εὖγε, *euge, praeclare*, quae lectio praeferenda videtur, quum εὖ non ita absolute ponatur in collaudationibus, sed εὖγε. — b) cum verbo: ἵνα εὖ σοι γένηται, ut tibi bene sit, ut felix sis, Eph. 6, 3. Gen. 12, 13. Deut. 4, 40. 5, 33. — Εὖ ποιέω, *benefacto, beneficia colloco*, Marc. 14, 7. Prov. 3, 27. Sir. 12, 5. Ioseph. ant. 14, 14. 3. (cum accusativo legitur in V. T. ut Gen. 32, 9. 12. Deut. 8, 16.) — Εὖ πράσσω, Act. 15, 29. alii: *felix sum*, ut saepius apud profanos (Ioseph. ant. 12, 4. 1); alii: *recte facio, probe ago*, quod praefero. Quanquam enim profani et nostri (1 Macc. 11, 43. 12, 18. 22) recte agere dicunt καλῶς ποιεῖν, tamen etiam εὖ saepissime est: probe, recte, ut εὖ εἰδώς, probe sciens, Homer. Iliad. 1, 385. 2, 718. vid. praeterea Iliad. 1, 368. 3, 72. 4, 112. 5, 128. — Hinc εὖ ποιεῖν, vel πράττειν, probe, recte facere s. agere, ut Ier. 13, 23 ὑμεῖς δυνήσεσθε εὐποιῆσαι (לְהֵיטִיב) μεμαθηκότες τὰ κακά. Arrian. diss. epict. 4, 6 πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ' ἀκούειν. Ioseph. ant. 4, 38. 3 εὖ πράττειν, pie agere. Anton. de rebus suis 3, 13 οὔτε γὰρ ἀνθρώπινόν τι ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς εὖ πράξεις. Simili modo εὐποιΐα legitur apud Clem. Alex. strom. 6, 7. Vid. Ἀγαθοποιΐα. *.

Εὔα, ας, ἡ, hebr. חַוָּה a rad. חָיָה, vixit, *Heva*, (Ioseph. Εὕα, ας) uxor Adami, (Gen. 2, 21 sqq. 3, 20.) 2 Cor. 11, 3. 1 Tim. 2, 13. *.

Εὐαγγελίζω, activum raro, neque in bonis scriptoribus legitur, vid *Lobeck.* ad Phryn. p. 268. In N. T. tantum aor. 1. εὐηγγέλισα, bis: Apoc. 10, 7. 14, 6 ubi autem in multis codd. habes 10, 7 εὐηγγελίσατο, et 14, 6 εὐαγγελίσασθαι, utrumque ex correctione. — partic. praet. pass. εὐηγγελισμένος, aor. 1. pass. εὐηγγελίσθην [1 Petr. 4, 6], medium: εὐαγγελίζομαι, aor. 1. εὐηγγελισάμην, (ab εὐάγγελος, bonus nuntius) LXX pro בִּשֵּׂר. — (Nec in Marci nec in Ioannis evang. et epistolis legitur) — I) *Activum: laeta nuntio*, τινί, (1 Sam. 31, 9. 2 Sam. 18, 19. 20. Dio Cass. 61, 13. Polyaen. 5, 7.) — In N. T. Apoc. 10, 7 ὡς εὐηγγέλισε τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις τοῖς προφήταις, ubi dativus correctioni debetur et cum *Griesb.* et optimis codd. legendum τοὺς ἑαυτοῦ δούλους τοὺς προφήτας. Accusativus autem hic est accusativus obiecti, de quo nuntiatur, in Betreff, in Bezug auf seine Knechte etc. cf. c. 13, 15—18. — Apoc. 14, 6 εὐαγγελίσαι τοὺς κατοικοῦντας, vel, ut *Griesb.* edidit, τοὺς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς. Ibi autem, ut puto, ex optimis quibusdam libris scribendum ἐπὶ τοὺς καθημένους vel κατοικοῦντας, super incolas terrae, i. e. vox angeli volitantis in coelo super omnes terras et nationes fertur. — II) *Passivum: laetum nuntium accipio*, Matth. 11, 5 πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. Luc. 7, 22. Hebr. 4, 2 ἐσμὲν εὐηγγελισμένοι, laetam promissionem accepimus. ibid. v. 6. (2 Sam. 18, 31. Ioel. 2, 32.) — *annuntior*, Luc. 16, 16 ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ εὐαγγελίζεται. Gal. 1, 11 τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ. 1 Petr. 1, 25. — 1 Petr. 4, 6 τοῖς νεκροῖς εὐηγγελίσθη, mortuis annuntiatus est Messias. — III) *Medium*, quo utuntur etiam scriptores graeci optimi ut deponente medio; *laeta annuntio*, seq. dativo personae, Luc. 4, 18. (Ies. 61, 1. Ier. 20, 15. coll. 2 Sam. 4, 10. 18, 26. Ps. 68, 11. Nah. 1, 15. Ioseph. ant. 7, 10. 4.) — *annuntio*, de rebus laetis, seq. accusativo rei et dativo personae, ut apud profanos, a) universe, Luc. 1, 19. 2, 10. Act. 10, 36. Rom. 10, 15. Eph. 2, 17. 1 Thess. 3, 6. (Ps. 40, 9. 96, 2. 2 Sam. 1, 20. 1 Reg. 1, 42. 1 Chron. 10, 9. Ies. 52, 7. 60, 6. Ioseph. ant. 5, 8. 2. ibid. 5, 1. 5.) — b) de doctoribus annuntiantibus, Messiam venisse; absolute, Luc. 9, 6. 20, 1. Act. 14, 7. Rom. 1, 15. 15, 20. 1 Cor. 1, 17. 9, 16. 18. 15, 2. 2 Cor. 10, 16. Gal. 1, 8. 4, 13. — cum accusativo rei, τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, Luc. 4, 43. 8, 1. Act. 8, 12. — Ἰησοῦν τὸν Χριστόν, Iesum esse Messiam, Act. 5, 42. 8, 35. — τὸν κύριον Ἰησοῦν, Act. 11, 20. 17, 18. Gal. 1, 16. — τὸ εὐαγγέλιον, 1 Cor. 15, 1. 2 Cor. 11, 7. — τὴν πίστιν, Gal. 1, 23. Eph. 3, 8. — τὸν λόγον, Act. 8, 4. 15, 35. — seq. accusativo personae, ut apud seriores scriptores graecos (Alciphr. ep. 3, 12. Heliod. 2, 10), *certiorem aliquem facio* de re laeta, de regno Dei, Luc. 3, 18 εὐηγγελίζετο τὸν λαόν, certiorem fecit populum de regno Dei. Act. 8, 25 πολλὰς κώμας εὐηγγ. ib. 8, 40. 13, 32 ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν ἐπαγγελίαν (coll. Ies. 40, 9). Act. 14, 15 εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεόν. v. 21. 16, 10. Gal. 1, 9. 1 Petr. 1, 12. (Clem. Alex. strom. 6, 6. p. 763, 35. 764, 10 Ἰουδαίους εὐηγγελίζετο. Euseb. de vita Constant. 3, 26.) **.

Εὐαγγέλιον, ίου, τό, (ex εὖ et ἀγγελία) quod in scriptis Ioanneis et epist. ad Hebraeos non legitur, est 1) *laetus nuntius*, (בְּשׂוֹרָה, 2 Sam. 18, 20—25. et apud profanos, ubi etiam de praemio, quod laeta nuntianti datur, dicitur, ut apud Hom. Od. 14, 152. 166.) — a) universe: τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, laetus nuntius de regni divini inauguratione, Matth. 4, 23. 9, 35. 24, 14. Marc. 1, 14. 15. Act. 15, 7. — τὸ εὐαγγ. τῆς χάριτος, laetus nuntius de gratia Dei per Christum, Act. 20, 24. — Apoc. 14, 6 εὐαγγ. αἰώνιον, nuntius de aeterno regno Dei; nisi hic volumen scriptum, quod angelus tenebat, intelligendum est. — b) *laetus nuntius de Iesu servatoris vita et factis*, Marc. 8, 35. 10, 29. 13, 10. 14, 9. 16, 15. Matth. 26, 31. 1 Petr. 4, 17. — *commentarius de vita Iesu Messiae*, Marc. 1, 1. (et in inscriptionibus evangeliorum. Act. Thom. §. 36.) — 2) In scriptis Paulinis latius patet. Nullo quidem in loco significat doctrinam a Christo propositam, vel placita Christi, die christliche Lehre, sed ubique huic voci subest notio *laetae annuntiationis*, s. *laeti nuntii* de Iesu Messia et de salute per illum omnibus parata; attamen modo est *actio nuntiandi*, praecipue si apostolo tribuitur, vel *promissio, laeta annuntiatio*, si ad Deum refertur, modo indicat annuntiatum, s. argumentum annuntiationis, videl. de Iesu Messia et salute ab eo speranda. Fere ubique igitur respondet nostro *Verkündigung*. — Legitur autem a) absolute: *annuntiatio, promissio*, ubi an θεοῦ vel Χριστοῦ vel μου intelligendum sit, e nexu conspicitur; Rom. 10, 16. 11, 28. 1 Cor. 4, 15. 9, 14 τοῖς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν, perferentibus nuntium de Messia ex hoc annuntiandi negotio vivere. 9, 23. 15, 1. 2 Cor. 8, 18. Gal. 1, 11. 2, 2. 5. 14. Eph. 3, 6. 6, 19 γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου, notam facere Dei absconditam promissionem de salute gentilium. Phil. 1, 5. 7. 12. 17. 2, 22. 4, 3. 15. Col. 1, 5. 23. 2 Tim. 1, 8. 10. Phil. v. 13 ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου, ob annuntiationem Christi. — b) εὐαγγ. θεοῦ, promissio Messiae a Deo facta, Rom. 1, 1. 15, 16. 2 Cor. 11, 7. 1 Thess. 2, 2. 4. 8. 9. 1 Petr. 4, 17. — 1 Tim. 1, 11 τὸ εὐ. τῆς δόξης τοῦ μακαρίου θεοῦ. — b) τὸ εὐ. τοῦ υἱοῦ, laetus nuntius de filio Dei misso, Rom. 1, 9. — τοῦ Χριστοῦ, i. e. Iesum esse Messiam, vel de Christo et salute per eum parata, Rom. [1, 16.] 15, 19. [29.] 1 Cor. 9, 2. 18. 2 Cor. 2, 12. 9, 13. 10, 14. Gal. 1, 7. Phil. 1, 27. 1 Thess. 3, 2. 2 Thess. 1, 8. — 2 Cor. 4, 4 εὐ. τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, nuntius de dignitate Christi. — c) κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, secundum meam praedicationem, Rom. 2, 16. 16, 25. 2 Tim. 1, 8. — τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, 2 Cor. 4, 3. 1 Thess. 1, 5. 2 Thess. 2, 14. — d) τὸ εὐ. τῆς ἀκροβυστίας, praedicatio Christi ad gentiles, ad non circumcisos, Gal. 2, 7. — Eph. 1, 13 τὸ εὐ. τῆς σωτηρίας ὑμῶν. 6, 15 τὸ εὐ. τῆς εἰρήνης, laetus nuntius de pace cum Deo per Christum. — ἕτερον εὐαγγέλιον, annuntiatio de alio, a Iesu diverso, Messia, 2 Cor. 11, 4. — annuntiatio de alio salutis per Messiam adipiscendae modo, Gal. 1, 6. *.

Εὐαγγελιστής, οῦ, ὁ, i. e. ὁ εὐαγγελίζων, vi etymi: laetus nuntius; deinde *laetum nuntium afferens de Iesu servatore*. Dicebantur tempore apostolorum *evangelistae*, qui sibi iniunxerunt ipsi, vel quibus iniunctum erat ab Apostolis officium, ut migrantes ab alia ad aliam ecclesiam vitam et facta Iesu traderent, docerentque, eum esse Messiam promissum. Eph. 4, 11. Act. 21, 8. 2 Tim. 4, 5 ἔργον εὐαγγελιστοῦ, officium tradendi doctrinam de Iesu. *.

Εὐαρεστέω, ῶ, aor. 1. εὐηρέστησα, perf. εὐηρέστηκα, (ab εὐάρεστος) *gratus, acceptus sum*. Εὐαρεστ. τῷ θεῷ, Deo admodum probari ob pietatem, ab eo amari, Hebr. 11, 5. 6. (Gen. 5, 22. 17, 1. 39, 4. Sir. 44, 16.) — Passiv. seq. dativo rei, *delector* aliqua re, *acceptum habeo* aliquid, ich werde zufrieden gestellt durch etwas; Hebr. 13, 16. (Diod. Sic. 20, 80 τῇ ἡγεμονίᾳ εὐαρεστεῖτο. Diog. Laert. 4, 6 νεανίσκου εὐαρεστουμένου τῇ διατριβῇ αὐτοῦ.) *.

Εὐάρεστος, ον, (ex εὖ et ἀρέσκω) 1) *acceptus, valde gratus*, — τῷ θεῷ, Rom. 12, 1. 14, 18. 2 Cor. 5, 9.

Eph. 5, 10. Phil. 4, 18. Col. 3, 20. (Sap. 4, 10.) — *ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, idem, Hebr. 13, 21. (Sap. 9, 10 *εὐάρεστον παρὰ σοί*.) — Rom. 12, 2 *τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον*, vel: ipsi placens, vel: per se *rectum*, ita comparatum ut cuique placere debeat. — 2) qui *alteri placere studet, officiosus*, Tit. 2, 9. (Sic *εὐαρέστησις* placendi studium, apud Ioseph. ant. 12, 6. 2 *ἢ διὰ φόβον, ἢ δι' εὐαρέστησιν ὑπακούει*.)

Εὐαρέστως, adv. *grate, ita ut placeat*. Semel Hebr. 12, 28 *λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ θεῷ*, vel, ut Deo placeamus, sive ut ei gratum est; vel, ut ei placere studeamus.

Εὔβουλος, *οῦ, ὁ, Eubulus*, vir christianus, 2 Tim. 4, 21 commemoratus, caeterum ignotus.

Εὖγε, adverb. in collaudationibus usurpatum: *euge, bene*. Vid. *Εὖ*, init. (Ps. 35, 21. 25. Ezech. 6, 11.)

Εὐγενής, *ές*, (ex *εὖ* et *γένος*) 1) *nobilis genere*, 1 Cor. 1, 26. (Test. XII patr. p. 661. Ioseph. ant. 10, 10. 1.) — ex adiuncto: *potens, magnus, nobilis*, Luc. 19, 12. (Iob. 1, 3 hebr. גָּדוֹל. Ioseph. c. Ap. 1, 24 *τὴν εὐγένειαν τῶν πόλεων*, urbium splendorem.) — 2) *nobilis* i. e. *generosus*, Act. 17, 11. (2 Macc. 10, 13. coll. 2 Macc. 14, 42. Sap. 8, 3. 4 Macc. 6, 5.) **.

Εὐδία, *ας, ἡ*, (ex *εὖ* et *Ζεύς*, accusat. *Δία*, Iupiter; coelum) *serenitas coeli*; semel Matth. 16, 2 *εὐδία*, serenum, nimirum cras erit coelum, serena tempestas. (Sir. 3, 15. Pind. Py. 5, 12. Xenoph. cyrop. 6, 1. 16. Polyb. 1, 60. 8.)

Εὐδοκέω, *ῶ*, aor. 1. *εὐδόκησα*, (Luc. 3, 22 *ηὐδόκησα*, et Col. 1, 19 in bonis codd.) (ex *εὖ* et *δοκέω*) LXX pro רָצָה — (*Sturz.* de dial. Maced. p. 168 et *Salmasius* de Hellenistica p. 119 macedonicum habent. Legitur etiam apud Diodor. Sic. et Polybium.) 1) *placet mihi, acquiesco* in aliqua re, *delector* aliqua re; et sequente accusativo rei, Hebr. 10, 6. 8. (Ps. 51, 16. 19. Gen. 33, 10. Eccles. 9, 7), et sequente *ἔν τινι*, Matth. 3, 17. 17, 5. Marc. 1, 11. Luc. 3, 22. 1 Cor. 10, 5. 2 Cor. 12, 10. 2 Thess. 2, 12. Hebr. 10, 38. (hebr. חָפֵץ et רָצָה seq. בְּ, 2 Sam. 22, 20. Ies. 62, 4. Ps. 44, 3), et seq. *εἴς τινα*, Matth. 12, 18. (Hab. 2, 4.) 2 Petr. 1, 17. quod pro *ἔν τινι* positum est. — *Εὐδοκ. μᾶλλον*, magis placet, *praefero*, 2 Cor. 5, 8. (Sir. 25, 16.) — 2) placet mihi, *libenter facio, benigne decerno*, sequente infinitivo, Luc. 12, 32 *εὐδόκησεν ὁ πατὴρ δοῦναι*. 1 Cor. 1, 21. Gal. 1, 15 *εὐδόκησεν ἀποκαλύψαι*. Col. 1, 19 *εὐδόκησε κατοικῆσαι ἐν αὐτῷ*. (Ps. 68, 17.) 1 Thess. 2, 8. 3, 1. (1 Macc. 14, 46. 47. Test. XII patr. p. 710 *εὐδόκησον πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν*.) — *libenter convenio* de aliqua re, Rom. 15, 26. 27. (Tob. 5, 16. 1 Macc. 6, 23. 10, 47. Suid. *εὐδοκεῖν· συγκατατίθεσθαι*. Hesych. *εὐδόκησαν· ἐβούλοντο, ἠθέλησαν; ἠγάπησαν*.) *.

Εὐδοκία, *ας, ἡ*, (ab *εὐδοκέω*) LXX pro hebr. רָצוֹן, 1) *voluntas benigna, id quod placet, beneplacitum*, quod igitur fieri aliquis vult, in quo acquiescit, quod desiderat; Matth. 11, 26 *οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου*, hoc enim modo id evenit quod tibi placet, benigna voluntas tua. Luc. 10, 21. — Luc. 2, 14 *ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία* (vid. *ἐστί*), hominibus evenit quod ipsis placet, quod ipsi desiderant, videl. Messias iis nascitur. Vel: in hominibus, s. erga homines benigna Dei voluntas, videl. efficax est, cernitur. Rom. 10, 1 *ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας*, id enim, in quo desiderium meum acquiescit. Eph. 1, 5 *κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ*, pro benigna sua voluntate. v. 9. Phil. 1, 15 *δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσειν*, libenter, ex bona voluntate. ibid. 2, 13 *ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας*. Vid. *Ἐνεργέω*. 2 Thess. 1, 11 *πληρώσαι πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει*, potenter perducere ad finem voluntatem suam benignissimam et opus fidei, i. e. opus salutis per fidem in Christum adipiscendae. — (E vet. Test. vid. Ps. 51, 18. 69, 13. Sir. 2, 16. 9, 12. 11, 17. 15, 15. 18, 31.) *.

Εὐεργεσία, *ας, ἡ*, (ab *εὐεργής*, benefaciens) *beneficium*, Act. 4, 9. (Ps. 68, 11. Sap. 16, 11. 24. 2 Macc. 9, 26. 4 Macc. 8, 16. Pind. Isth. 6, 102 *ξείνων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται*. Ioseph. ant. 2, 20. 1.) — *recte facta, officia*, 1 Tim. 6, 2. Vid. *Ἀντιλαμβάνω*. (Hom. Od. 22, 235 *εὐεργεσίας ἀποτίνειν*. Ib. v. 374. Thucyd. 1, 138.) Alii *beneficentia*, ut Clem. Alex. paedag. 3, 7. p. 277, 21 ed. Pott.

Εὐεργετέω, *ῶ*, (ab *εὐεργέτης*) *benefacio, beneficiis afficio*. Act. 10, 38. (Ps. 13, 6. 116, 7. Sap. 3, 5. 11, 5. 13. 16, 2. 4 Macc. 8, 5. Aristoph. Plut. 836. 914. Ioseph. ant. 14, 14. 1. ib. 4, 8. 13.) **.

Εὐεργέτης, *ου, ὁ*, (ex *εὖ* et stirpe *ἔργω*) *beneficus, bene meritus*; (Sap. 19, 14. 2 Macc. 4, 2. Pind. Ol. 2, 117. Py. 4, 54.) — Fuit etiam titulus honorificus, quo ornabantur olim omnes de republica optime meriti (Ioseph. ant. 4, 8. 2), potissimum principes, ita ut responderet Latinor. *pater patriae*. (Ptolemaeus Euergetes, Prolog. Sir.) — Luc. 22, 25 *οἱ ἐξουσιάζοντες εὐεργέται καλοῦνται*, principes cognominantur benefici. (3 Macc. 3, 19 *ὡς μονώτατοι τῶν ἐθνῶν βασιλεῦσι καὶ τοῖς ἑαυτῶν εὐεργέταις ὑψαυχενοῦντες*. Ioseph. de bell. 3, 9. 8 Caesarem *σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀνακαλοῦντες*. Xenoph. hist. gr. 1, 1. 17. Diod. Sic. 11, 26.) *.

Εὔθετος, *ον*, (ex *εὖ* et *θετός*, positus) 1) apte positus, opportunus, Ps. 32, 6. Susann. v. 15. Diod. Sic. 2, 57. — 2) *idoneus, aptus, accommodatus*, seq. *εἰς*, Luc. 9, 62. 14, 35. (Ignat. ad Polyc. §. 2 *λιμένες εὔθετοι εἰς σωτηρίαν*.) seq. dativo personae, Hebr. 6, 7. *.

Εὐθέως, (ab *εὐθύς*) adv. *statim, illico*, Matth. 4, 20. 22. 8, 3. 13, 5. 14, 22. Marc. 15, 1 et saepius. LXX hebr. פִּתְאֹם, ex improviso, Iob. 5, 3. — *brevi, proxime*, 3 Io. v. 14 *ἐλπίζω δὲ εὐθέως ἰδεῖν σε*. — *mox, paulo post*, Luc. 5, 39. Io. 6, 21.

Εὐθυδρομέω, *ῶ*, aor. 1. *εὐθυδρόμησα*, (ab *εὐθυδρόμος*, rectum cursum tenens, Poll. onom. 1, 194) *rectum cursum teneo, recto cursu venio*. Bis: Act. 16, 11. 21, 1. (Philo de allegor. p. 102. de agric. p. 213.)

Εὐθυμέω, *ῶ*, (ab *εὔθυμος*) *bono sum animo*, Act. 27, 22. 25. (Xenoph. hist. gr. 7, 4. 36 *ἐδειπνοῦντο, καὶ εὐθυμοῦντο*.) — *fortunatus sum, laeto rerum statu utor*. Iac. 5, 13. (Anton. 4, §. 24 *ὀλίγα πρῆσσε, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν*.) (In V. T. non legitur. Symmachus Prov. 15, 15 pro hebr. טוֹב־לֵב.) *.

Εὔθυμος, *ου, ὁ, ἡ, — ον, τό*, (ex *εὖ* et *θυμός*) *qui bono, laeto est animo, hilaris*. Act. 27, 36. (2 Macc. 11, 26. Homer. Od. 14, 63.) — *Εὐθυμότερον*, adverbialiter *confidentius, alacriore animo*, Act. 24, 10. (Xenoph. mem. 4, 8. 3.) *.

Εὐθύμως, adv. *bono, alacri animo*, (vid. *Εὔθυμος*) in codd. Act. 24, 10 pro *εὐθυμότερον*. (Antonin. 3, 16.)

Εὐθύνω, aor. 1. *εὔθυνα*. (ab *εὐθύς*) 1) *rectum facio*; — *τὴν ὁδόν*, viam facio rectam et planam, Io. 1, 23. (Ies. 40, 3 *ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν, εὐθείας ποιεῖτε* (יַשְּׁרוּ) *τὰς τρίβους*. coll. Matth. 3, 3. (De moribus legitur Ios. 24, 23. Sir. 2, 6. 37, 15. 49, 9.) — 2) *cursum dirigo*, facio, ut recta via incedat; sic *ὁ εὐθύνων* de *gubernatore navis*, Iac. 3, 4. (de auriga Num. 22, 23.) Eodem sensu saepius apud profanos. Exempla e Philone dedit *Loesnerus* ad h. l. *.

Εὐθύς, *εῖα, ύ*, (ab *εὖ* et stirpe *θέω*, curro) *rectus*, hebr. יָשָׁר, a) proprie, de via plana et recta, Matth. 3, 3. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. 5. (Ies. 40, 4.) — b) tropice: *recte comparatus, probus, verus*; — *ὁδοὶ κυρίου*, Act. 13, 10 Dei decreta et consilia vera et salutaria; 2 Petr. 2, 15 de sana doctrina rectaque vivendi ratione. (Prov. 2, 13. 1 Sam. 12, 23. Ps. 19, 9. Hos. 14, 10.) — *Εὐθὺς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, recte comparatus, probus Deo iudice, Act. 8, 21. coll. 1 Reg. 11, 33. 38. 14, 8 et Ps. 73, 1 ubi hebr. בַּר. — *Εὐθύς* (apud profanos etiam *εὐθύ*, vid. quae uberius de utroque disputavit *Lobeck.* ad Phryn. p. 144) adverbialiter: *recta via, statim, illico, sine mora*, Matth. 3, 16. 13, 20. 21. Marc. 1, 12. 28. Io. 13, 32. 19, 34. 21, 3. (Pind. Ol. 8, 54. 13, 115. Ioseph. ant. 11, 6. 9 *πύρεσις εὐθὺς αὐτὴν λαμβάνει*.) *.

Εὐθύτης, *ητος, ἡ*, (ab *εὐθύς*) *recta ratio*, rectum, planum esse, — de recta via, Ps. 26, 12. Sir. 51, 15. Tropice de recta ratione cordis, Dan. 6, 22. Ps. 37, 37. 1 Reg. 9, 4. et aequitate iustitiaque regis, Ps. 9, 8. 96, 10. 98, 9. — Semel, Hebr. 1, 8 *ῥάβδος εὐθύτητος*, *sceptrum rectum*, non tortuosum, i. e. *imperium aequum et iustum*. Vid. Ps. 45, 7 ubi מִישׁוֹר.

Εὐκαιρέω, *ῶ*, imperf. *εὐκαίρουν*, et cum augmento attico *ηὐκαίρουν*, aor. 1. *εὐκαίρησα*, (ab *εὔκαιρος*) 1) *εὐκαιρίαν, opportunitatem habeo, otium mihi est*, Marc. 6, 31 *οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν*. 1 Cor. 16, 12 *ἐλεύσεται, ὅταν εὐκαιρήσῃ*.

(Polyb. 20, 9. 4.) — 2) *vaco rei*, ich nehme mir Zeit für etwas, beschäftige mich viel damit, *studeo rei*, seq. εἰς, Act. 17, 21 εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν. (Ita ἐνευκαιρεῖν Philo in Flacc. p. 969 πλῆθος δ' ἐστὶν ἐνευκαιροῦν διαβολαῖς καὶ βλασφημίαις. Idem de creat. princ. p. 724. Eodem sensu seq. dativo apud seriores scriptores, ut Polyb. Plutarchum, Lucianum, vid. *Kypk.* II, p. 88 et *Raphel.* annott. e Polyb. p. 565. Puriores enim et antiquiores scriptores ita non esse locutos, docent grammatici, vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 125. Thom. Mag. p. 829. *Sturz.* de dial. Alex. p. 168.) *.

Εὐκαιρία, ας, ἡ, (ab εὔκαιρος) *opportunitas loci vel temporis, commoda occasio;* Matth. 26, 16. Luc. 22, 6. (1 Macc. 11, 42 ἐὰν εὐκαιρίας τύχω. Sir. 38, 24. Ps. 9, 9. 10, 1. 145, 15. Polyb. 16, 29. 3. Philo de opif. m. p. 4 εὐκαιρία τοῦ τόπου. Ioseph. ant. 18, 2. 5 εὐκαιρία τοῦ θανάτου.) **.

Εὔκαιρος, ον, (ex εὖ et καιρός) *opportunus, commodus;* (de tempore, 2 Macc. 14, 29. de loco, ib. 15, 20. 3 Macc. 4, 11.) — *iustus, exoptatus, rectus;* de tempore, Hebr. 4, 16. vid. Βοήθεια et conf. Ps. 104, 27 et εὐκαιρία Ps. 9, 9. 10, 1. 145, 15. — Marc. 6, 21 ἡμέρα εὔκαιρος, dies festus, qui iusto tempore, i. e. faustus, exoptatus venit. *.

Εὐκαίρως, adv. *opportuno tempore, data occasione*, Marc. 14, 11. 2 Tim. 4, 2. vid. Ἀκαίρως. (Sir. 18, 22 iusto tempore. Polyb. 1, 42. 6.) **.

Εὔκοπος, ον, (ex εὖ et κόπος) quod facilis laboris est, *facilis, tolerabilis*, 1 Macc. 3, 18. Sir. 22, 15. — In N. T. non nisi in locutione εὐκοπώτερόν ἐστι, facilius est, Matth. 9, 5. Marc. 2, 9. Luc. 5, 23. Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. Luc. 16, 17. 18, 25.

Εὐλάβεια, ας, ἡ, (ab εὐλαβής, quod vide) 1) cautio, Prov. 28, 14. Aristoph. av. 376. — 2) *metus, timor*, Hebr. 5, 7 εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλ. vid. Εἰσακούω. (Ios. 22, 24. Sap. 17, 8. Polyb. 3, 103. Ioseph. ant. 11, 6. 9 εὐλαβείας αὐτὴν ἀπολύων, a metu reginam liberans. — Ex hebraismo, ubi verba timendi ad reverentiam Deo debitam transferri solent: *reverentia numinis*, Gottesfurcht, *religio*, Hebr. 12, 28. Philo de Cherub. p. 113 τὰς ἀρετὰς, φιλοφροσύνην καὶ εὐλάβειαν θεοῦ. Sic εὐλαβέομαι Prov. 2, 8. 30, 5 coll. Sir. 7, 6. Exod. 3, 6. *.

Εὐλαβέομαι, οῦμαι, partic. aor. pass. εὐλαβηθείς, (ab εὐλαβής) verbum depon. passivum, propr. εὐλαβής sum, i. e. 1) caute ago, mihi provideo; (Aristoph. equ. 253.) — 2) *metuo, vereor*, Act. 23, 10. (1 Macc. 3, 30. 12, 42. 2 Macc. 8, 16. Deut. 2, 4. 1 Sam. 18, 29. Sir. 7, 6. Ioseph. ant. 1, 19. 1.) — si ad Deum refertur: *revereor*, Hebr. 11, 7 εὐλαβηθείς, nimirum τὸν θεόν, Dei praeceptum reveritus. (Saepissime in versione Alex. ut Ier. 5, 22. Zach. 2, 13. Sir. 7, 29. Nah. 1, 7.) *.

Εὐλαβής, ές, (ex εὖ et λαβεῖν) 1) qui bene aliquid prehendit, caute prehendit; inde — 2) cautus, circumspectus; et quoniam in cautione timor est, — 3) timens, metuens, (Lev. 15, 31. Ioseph. ant. 6, 9. 2. Idem ant. 4, 6. 2 εὐλαβὴς περί τινος, sollicitus de.) Inde ex hebraismo, ubi verba timendi ad pietatem in Deum referuntur: *Deum timens, pius, religiosus;* Luc. 2, 25. Act. 2, 5. 8, 2. (Clem. Alex. strom. 4, 21 init. Mich. 7, 2 ubi hebr. חָסִיד. cf. Εὐλάβεια.) Alii Act. 2, 5. 8, 2 proselytos portae intelligunt. coll. Act. 10, 2. 13, 16. 43. 50. 16, 14 ubi εὐλαβής esset: *verum* Deum colens. Sed vid. quae contra monuit *Tittmann.* de synon. in N. T. I, p. 147 sq.

Εὐλογέω, ῶ, imperf cum augmento attico ηὐλόγουν [Marc. 10, 16 ubi autem optimi libri pro ηὐλόγει exhibent εὐλόγει], fut. εὐλογήσω, aor. 1. εὐλόγησα, partic. perf. pass. εὐλογημένος, fut. 1. pass. εὐλογηθήσομαι [Gal. 3, 8], — (ab εὖ et λέγω) — LXX pro בֵּרַךְ. Propr. dico alicui εὖ, i. e. vel: recte, bene fecisti! ubi est laudantis, vel: bene tibi sit! ubi est bona apprecantis. Hinc est 1) *laudo*, honorifice loquor de aliquo, 1 Cor. 4, 12. — τὸν θεόν, *laudo, laudibus celebro*, ubi simul gratiarum actarum notio coniuncta spectatur, Luc. 1, 64. 2, 28. 24, 53. 1 Cor. 14, 16. Iac. 3, 9. (1 Chron. 16, 36. 29, 10. 20. 2 Chron. 9, 8. Sir. 43, 11. Ioseph. ant. 7, 14. 11. ib. 4, 8. 47.) — De laudibus Dei cum gratiarum actione coniunctis, ad usum hebr. בֵּרַךְ, in epulis, potissimum sacris, Matth. 14, 19. 26, 26. Marc. 6, 41. 8, 7. 14, 22. Luc. 9, 16. 24, 30. 1 Cor. 10, 16 τὸ ποτήριον ὃ εὐλογοῦμεν, super quod Deum laudamus, formulam benedictionis effamur. (Formulas benedictionis, quibus Iudaei in coena paschali utebantur, dedit *Lightfoot.* in hor. hebr. et talm. ad Matth. 26, 26.) — 2) *benedico, bona faustaque apprecor*, Matth. 5, 44 sq. Marc. 10, 16. Luc. 2, 34. 6, 28. 24, 50 sq. Rom. 12, 14. 1 Cor. 4, 12. Hebr. 7, 1. 6. 7. (vid. Gen. 14, 19.) 11, 20 sq. — Ex adiuncto, ut hebr. בֵּרַךְ: *bonis afficio, beneficiis orno*, Act. 3, 26. Gal. 3, (8.) 9. Eph. 1, 3 εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ, qui nos affecit beneficiis cuiusque generis. (Test. XII patr. p. 722 εὐλογήσει ἐν ἀγαθοῖς.) Hebr. 6, 14 εὐλογῶν εὐλογήσω σε, summis beneficiis te ornabo. 1 Petr. 3, 9 ubi utrumque et benedicere et benefacere comprehendit. (Gen. 12, 3. 24, 1. Deut. 15, 14 καθὰ εὐλόγησέ σε κύριος, δώσεις αὐτῷ. Philo de alleg. I, p. 43.) — Hinc εὐλογημένος, hebr. בָּרוּךְ, cui Deus favet, quem beat, *felix, beatus*, Matth. 25, 34 οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός, quos pater beare constituit. (Ies. 61, 9 σπέρμα εὐλογημένον ὑπὸ θεοῦ. ib. 65, 23.) Luc. 1, 28 εὐλογημένη ἐν γυναιξίν, felicissima, carissima omnium Deo. ib. v. 42. (Deut. 33, 24. Ruth. 3, 10. Deut. 28, 3 sqq. 1 Sam. 26, 25.) *.

Εὐλογητός, ή, όν, (ab εὐλογέω) hebr. בָּרוּךְ, *laudibus celebrandus, venerandus;* de Deo, Luc. 1, 68. Rom. 1, 25. 9, 5. 2 Cor. 1, 3. 11, 31. Eph. 1, 3. 1 Petr. 1, 3. (Tob. 8, 5. 15 sq.) — ὁ εὐλογητός, Marc. 14, 61 κατ' ἐξοχήν, Deus unice venerandus. — cf. Exod. 18, 10. 1 Sam. 25, 32. Ps. 18, 46. (De hominibus, quibus Deus favet et benefacit, Gen. 26, 29. Ruth. 2, 20.) *.

Εὐλογία, ας, ἡ, (ab εὔλογος, rationi conveniens, bona loquens) 1) *laus, laudes* (Pind. Ne. 4, 8. Olymp. 5, 56); LXX pro בְּרָכָה, — de laudibus non veris, adulatione, Rom. 16, 18. — laudes cum gratiarum actione coniunctae, Apoc. 5, 12. 13. 7, 12. (Sir. 3, 9. Ioseph. ant. 11, 4. 2.) — ποτήριον τῆς εὐλογίας, poculum super quo dicta fuerat precum formula, qua Deus ob beneficia celebratur, 1 Cor. 10, 16. cf. Εὐλογέω. — 2) *benedictio, bonorum apprecatio*, Hebr. 12, 17. Iac. 3, 10. (Gen. 27, 12. 35. Deut. 30, 1. Test. XII patr. p. 531. Ioseph. ant. 4, 8. 44 εὐλογίας αὐτοῖς δίδωσι, nimirum Moses moriturus Israelitis. ib. §. 48.) — Ex adiuncto: *bonorum largitio;* Hebr. 6, 7 terra μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ θεοῦ, larga bona accipit; sensus: fertilissima redditur. (Gen. 27, 27. 39, 5 ἐγενήθη εὐλογία κυρίου ἐν πᾶσι τοῖς ὑπαρχ.) — Quum, qui bona largitur, sit liberalis, Paulus εὐλογίαν ex adiuncto etiam de *liberalitate*, quae libenter et largiter dat, usurpavit; 2 Cor. 9, 5 ὡς εὐλογίαν, ut beneficium liberalitatis. ib. v. 6 ἐπ' εὐλογίαις (cui ibi opponitur φειδομένως), *liberaliter, largiter*. — 3) *bona, beneficia ipsa*, Rom. 15, 29. 2 Cor. 9, 5. Eph. 1, 3. coll. 1 Sam. 25, 27. 30, 26. 2 Reg. 5, 15. Sir. 7, 32. — *salus in benedictione promissa*, Gal. 3, 14. 1 Petr. 3, 9. (Gen. 33, 11. Iud. 1, 15. Act. Thom. §. 26.) *.

Εὐμετάδοτος, ον, (ex εὖ et μεταδίδωμι) *liberalis, beneficus*, 1 Tim. 6, 18. (Antonin. 1, 14 τὸ εὐποιητικὸν, καὶ τὸ εὐμετάδοτον ἐκτενῶς. ib. 6, 48.) *.

Εὐνίκη, ης, ἡ, *Eunice*, mater Timothei, 2 Tim. 1, 5. *.

Εὐνοέω, ῶ, (ab εὔνοος, εὔνους, benevolus) *bene alicui cupio, benevolo sum animo erga aliquem*, Matth. 5, 25 ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, benevolo sis animo erga adversarium; sensus: benevole illum audi et libenter in gratiam cum eo redi. (3 Macc. 7, 11 εὐνόησιν τοῖς τοῦ βασιλέως πράγμασιν. Polyb. 3, 12. Herodian. 8, 8. 11.) *.

Εὔνοια, ας, ἡ, (ab eodem) *animus benevolus, benevolentia*. Eph. 6, 7 μετ' εὐνοίας, lubenti animo. (1 Macc. 11, 33. 2 Macc. 11, 19. 3 Macc. 3, 3. 6, 26. Ioseph. ant. 2, 6. 10.) — Pro τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν 1 Cor. 7, 3 *Griesb.* rectius reposuit τὴν ὀφειλήν. *.

Εὐνουχίζω, aor. 1. act. εὐνούχισα, aor. 1. pass. εὐνουχίσθην, (ab εὐνοῦχος) *castro, eunuchum facio.* Matth. 19, 12. (Ioseph. ant. 10, 2. 2 τοὺς εὐνουχισθησομένους καὶ ἀπολέσαντας τὸ ἄνδρας εἶναι.) — ibid. εὐνουχίζειν ἑαυτόν, eunuchi more vivere, i. e. vel a matrimonio omnino, vel a licito cum uxore coitu abstinere. cf. Matth. 18, 8. Sap. 3, 11 sqq. et Εὐνοῦχος. *.

Εὐνοῦχος, ου, ὁ, (ab εὐνή, cubile, et ἔχω, curo) propr. cubicularius, cubiculo praefectus. — *eunuchus, spado*, cui membra virilia execta sunt, hebr. סָרִיס, *exsectus*, Matth 19, 12 εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ

τῶν ἀνθρώπων. (Esth. 1, 12. Sir. 30, 20. Test. XII patr. p. 616 ἐκτεμοῦσιν ἐξ ὑμῶν εἰς εὐνούχους τῆς γυναιξὶν αὐτῶν.) — Praeterea in N. T. a) eunucho similis, i. e. *impotens* natura, Matth. 19, 12 εὐνοῦχοι ἐν κοιλίας μητρός. (Ies. 56, 3. 4. Sap. 3, 14.) — *sponte abstinens* a coitu cum uxore sua, Matth. 19, 12 εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτούς. (Clem. Alex. paedag. 3, 4. p. 269, 5 ed. Pott. εὐνοῦχος ἀληθὴς, οὐχ ὁ μὴ δυνάμενος, ἀλλ' ὁ μὴ βουλόμενος φιληδεῖν. Eodem modo εὐνουχία de coelibatu apud Clem. Alex. strom. 3, 1. p. 511 ed. Pott.) — 2) *gynaecei praefectus*, caeteris eunuchis et gynaeceo praefectus et ipse spado; Act. 8, 27. 34—39. (Esth. 2, 14 sqq. εὐνοῦχος, ὁ φύλαξ τῶν γυναικῶν.) Alii εὐνοῦχος hic interpretantur *aulicum, ministrum*, ut putant legi סָרִיס Gen. 39, 1. 37, 36. 40, 7. Ies. 39, 7. (Test. XII patr. p. 716 ἀρχιευνοῦχος, ἔχων γυναῖκας καὶ παλλακὰς καὶ τέκνα.) *.

Εὐοδία, ας, ἡ, *Euodia*; nomen mulieris christianae, Phil. 4, 2.

Εὐοδόω, ῶ, fut. 1. pass. εὐοδωθήσομαι, (ab εὔοδος, prosperum iter habens, quod ex εὖ et ὁδός) LXX pro צָלַח et הִצְלִיחַ — feliciter duco, Gen. 24, 27. 48. — facio ut prospere succedat, Gen. 24, 1. 1 Reg. 22, 12. — Passivum: *Εὐοδόομαι, prospero rerum successu utor*, 3 Io. v. 2. (Ios. 1, 8. 1 Chron. 22, 13. 2 Chron. 18, 11. 32, 30. Prov. 17, 8. 28, 13.) — de prospero successu in colligendis opibus, 1 Cor. 16, 2 θησαυρίζων ὅ,τι ἂν εὐοδῶται (ubi in codd. haud paucis legitur εὐοδωθῇ), quidquid prospere sibi comparet. — seq. infinitivo verbi: *contigit mihi esse tam felici*, Rom. 1, 10 εἴπως εὐοδωθήσομαι ἐλθεῖν, an mihi Deo volente contigerit, si tam felix ero, ut. *.

Εὐπάρεδρος, ον, (ex εὖ et πάρεδρος, adsidens, adsessor) ἅπαξ λεγόμενον N. T., proprie vel: qui *bene adsidet, adsiduus* in aliqua re; Hesych. et Suid. εὐπάρεδρον· καλῶς παραμένον καὶ διηνεκῶς. Hinc Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioann. εὐπαρέδρως assidue, diligenter. — vel: qui *proxime adsidet*. Εὖ enim in compositione saepius notionem auget, ut εὐμεγέθης, permagnus. — Legitur 1 Cor. 7, 35 πρὸς τὸ εὐπάρεδρον (text. vulg. εὐπρόσεδρον) τῷ κυρίῳ, vel: ut *adsidue dominum colatis*; vel indicat coniunctionem arctissimam, qualis esse solet inter eos, qui eodem loco sedent, ut sit: ut *indivisa cum domino coniunctione* vivatis, ut Castalio iam vertit, vid. Sap. 6, 14. 9, 4. — vel respicitur dignitatis et honoris consortium, ut vertendum sit: ut *domino similes sitis honore*. Posteriori modo si intelligitur, apostolus id respexisse videtur, quod servator a matrimonio abstinuerit. vid. etiam Apocal. 14, 4. Praefero explicationem, qua indivisa coniunctio subintelligitur, quia additur ἀπερισπάστως, omnibus curis (de re familiari) soluti.

Εὐπειθής, ές, (ex εὖ et πείθομαι) qui sibi persuaderi facile patitur, *obsequiosus, moriger*. Iac. 3, 17 ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία εὐπειθής, sapientia, quae homini divinitus contingit, est obsequiosa, facile monitis praebet aures. Xenoph. mem. 3, 4. 8 et 5. 5. Antonin. 6, 1. (εὐπείθεια, 4 Macc. 15, 9.) *.

Εὐπερίστατος, ον, (ex εὖ et περιΐστημι) proprie: valde circumstans, undique circumveniens. Ἅπαξ λεγόμενον Hebr. 12, 1 εὐπερίστατος ἁμαρτία, peccatum undique nos cingens et nos impediens in cursu. cf. *Elsnerus* ad h. l. Nam apostolus versatur in tropo de cursore ad scopum tendente et sarcinas abiiciente; ἁμαρτία autem est gentilismus, scelera eorum, qui idola colunt. Aliter glossatores; Hesych. εὐπερίστατον· εὔκολον, εὐχερῆ. Suidas εὐπερίστατον· μωρόν, ταχέως περιτρεπόμενον.

Εὐποιΐα, ας, ἡ, (ab εὐποιός, beneficus) *beneficentia*. Semel Hebr. 13, 16. (Diog. Laert. 10, 10. Arrian. anab. 7, 28. 8. Philo de nom. mutat. p. 1048 B. Antonin. 1, 6. 17. Suid. εὐποιΐα· ἐλεημοσύνη. beneficium, Gutthat, Ioseph. ant. 2, 11. 2. ib. 19, 9. 1 τῶν εὐποιϊῶν αὐτοῦ λαθόμενοι.)

Εὐπορέω, ῶ, (ab εὔπορος, locuples, quod ab εὖ et πόρος, via, transitus; tropice via, ratio, adminiculum; quaestus, opes adquisitae, facultates) activ. et εὐπορέομαι, depon. med. *habeo, unde commode vivam, suppetit mihi, abundo*. Act. 11, 29 καθὼς ηὐπορεῖτό τις, prout eorum cuique suppetebat. — (Levit. 25, 26. 28. 49. Anton. 1, 17. Ioseph. ant. 2, 12. 5 εὐπορῶν ἰσχύος. ibid. 2, 15. 1. transitive Sap. 10, 10.) *.

Εὐπορία, ας, ἡ, (ab εὔπορος, vid. Εὐπορέω) 1) via commoda; Xenoph. anab. 7, 6. 37. — ratio facilis. (Ioseph. ant. 2, 15. 4 εὐπορία φυγῆς.) — 2) *quaestus largus*; sic semel Act. 19, 25. — vel est: opulentia, copia bonorum, opes, ut Xenoph. cyrop. 3, 3. 6. Antonin. 5, 12. Ioseph. ant. 14, 14. 5. ib. 4, 8. 25.

Εὐπρέπεια, ας, ἡ, (ab εὐπρεπής, decorus) *decor, splendor, dignitas; formositas*. Semel Iac. 1, 11 εὐπρέπεια τοῦ προσώπου, decora species. (Thren. 1, 6. Ps. 50, 2. Psalt. Sal. 17, 47 ἡ εὐπρέπεια τοῦ βασιλέως. Ioseph. ant. 1, 11. 3.)

Εὐπρόσδεκτος, ον, (ex εὖ et προσδέχομαι) *acceptus, probatus*; Rom. 15, 16. 31. 2 Cor. 8, 12. 1 Petr. 2, 5. — ex adiuncto: *faustus*, 2 Cor. 6, 2 ubi καιρὸς εὐπρόσδεκτος i. q. ibid. δεκτός, in loco Ies. 49, 8 e quo haec deprompta sunt, בְּעֵת רָצוֹן, LXX καιρὸς δεκτός. *.

Εὐπρόσεδρος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex εὖ et πρόσεδρος, qui adsidet; adsiduus in aliqua re, unde 3 Macc. 4, 15 προσεδρεία adsiduitas) qui semper alicui rei adsidet, *adsiduus, valde studiosus*, 1 Cor. 7, 35 in textu vulg. Vid. Εὐπάρεδρος.

Εὐπροσωπέω, ῶ, aor. 1. εὐπροσώπησα, (ab εὐπρόσωπος, pulchram [Gen. 12, 11], hilarem habens faciem; speciosus) (saepius apud profanos et ecclesiast. scriptores) 1) pulcher, formosus sum; — 2) ex adiuncto: *gratus, iucundus sum aliis*; tantum in N. T. Gal. 6, 12 ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκί, qui circumcisione iucundi esse, placere, sese commendare volunt. (Symmach. Ps. 141, 6 εὐπροσωπίσθησαν, pro hebr. נָעֵמוּ, ubi LXX ἡδύνθησαν. Apud profanos non legitur.)

Εὑρίσκω, f. ήσω, perf. εὕρηκα, aor. 2. εὗρον, aor. 1. qui apud meliores scriptores non legitur (*Lobeck*. ad Phr. p. 731) εὕρησα [Apoc. 18, 4 et 9, 6 in quibusdam codd. εὑρήσωσιν], aor. med. εὑράμην (semel Hebr. 9, 12), aor. pass. εὑρέθην, fut. pass. εὑρεθήσομαι (semel 2 Cor. 5, 3). — LXX pro hebr. מָצָא et chald. שְׁכַח, aliquoties etiam pro הִשִּׂיג, *assequor*, — 1) *invenio, reperio*, ich finde auf, de eo, qui quaerit aliquid; a) proprie, Matth. 2, 8. [11.] 7, 14 εὑρίσκειν τὴν πύλην. c. 13, 46. 18, 13. 21, 19. 26, 60. Marc. 1, 37. 11, 13. Luc. 4, 17. 6, 7. Act. 7, 11 χορτάσματα. 2 Tim. 1, 17. — Saepius. — De iudice inquirente, Io. 18, 38. 19, 4. 6. Act. 13, 28. 23, 9. 24, 20. — Passivum, Apoc. 18, 24 ἐν αὐτῇ αἵματα εὑρέθη, inventa est culpa caedium; sensus: rea est sanguinis profusi. (Gen. 44, 16 ὁ θεὸς εὗρε τὴν ἀδικίαν τῶν παίδων σου. Ps. 21, 8 ἡ δεξιά σου εὕροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε. Puniendi sensu Psalter. Salom. 17, 10 εὑρεθείη αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. — Tropice de bonis et malis, Deut. 28, 2 αἱ εὐλογίαι εὑρήσουσί σε. Gen. 44, 34. 1 Macc. 6, 13.) — b) tropice: cogitando invenio, *cognosco, mente assequor*, Act. 13, 28. Rom. 10, 20. (Iud. 14, 18. Sap. 13, 6. 9 εὑρίσκειν τὸν θεόν. Ioseph. ant. 10, 10. 3 ἀδύνατον εἶναι τοῦθ' [sensum somnii] εὑρεῖν.) — *excogitando invenio, cogitando paro*; Act. 7, 46 εὑρίσκ. σκήνωμα τῷ θεῷ, i. e. parare Deo templum (Ioseph. ant. 5, 1. 13 δύναμις γάρ σοι [Deo] τούτων ἴασιν εὑρεῖν), nisi ex hebraismo (הִמְצִיא seq. בְּ vel אֶל 2 Sam. 3, 8. Zach. 11, 6. Levit. 9, 12. 13) velis vertere: *tradere*. — *computando invenio*; de mensura et pretio, Act. 27, 28. 19, 19. — Locutio εὑρίσκειν τό, sive τὸ τί, Latinor. *habeo, quod dicam, faciam* etc. Luc. 5, 19 μὴ εὑρόντες ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτόν, non habentes qua eum inferrent. 19, 48 οὐκ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν. Act. 4, 21 μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς κολάσωνται. (Test. XII patr. p. 637 εὗρον γάρ, τί εἴπωμεν.)

2) *incido in aliquem, offendo; antreffen* a) propr. Matth. 18, 28. 20, 6. 22, 9. 27, 32. Io. 1, 42. 44. Act. 13, 6 et passim. — in aliquid, Matth. 8, 10. Luc. 7, 9. 24, 3. 23. Act. 17, 23. (Gen. 4, 14. 32, 19.) — Passivum εὑρίσκεσθαι, *reperiri*, i. e. *adesse*, Hebr. 11, 5. 1 Petr. 2, 22. Apoc. 14, 5. 16, 20. 18, 21 sq. 20, 11. (Deut. 18, 10 οὐχ εὑρεθήσεται ἐν σοὶ περικαθαίρων. 1 Sam. 13, 15 τὸν λαὸν τὸν εὑρεθέντα μετ' αὐτοῦ. Esdr. 8, 25 πᾶς Ἰσραὴλ οἱ εὑρισκόμενοι. Iob. 39, 30 ubi εὑρίσκονται pro שָׁם הוּא. 3 Esdr. 1, 7. 21. 1 Sam. 25, 28. Gen. 2, 20. Sir. 20, 3.) — b) tropice: *experior, usu cognosco*, Rom. 7, 10 εὑρέθη μοι, i. e. expertus sum eam. 2 Cor. 12, 20. — Rom. 7, 21 εὑρίσκω, i. e. experior, si volo secundum legem Dei vivere, mihi adesse legem vitiositatis. 2 Io. v. 4. (Sir. 34, 22 ἐπ' ἐσχάτῳ εὑρήσεις (vera esse experieris) τοὺς λόγους μου. Ier. 52, 25. Ps. 21, 8 εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου.) — *deprehendo*, de qua-

litate rei vel personae; Matth. 12, 44 εὑρίσκει σχολάζοντα. c. 24, 46 εὑρίσκ. ποιοῦντα οὕτως. Vid. Marc. 7, 30. Luc. 2, 12. 7, 10. Io. 11, 17. Act. 5, 23. 23, 29. 2 Cor. 9, 4 et passim. (Herodian. 8, 5 τούτους εὗρισκον ἀντέχοντας.) — Passiv. εὑρίσκομαι, *deprehendor*, *cognoscor*, de qualitate ab aliis cognita vel deprehensa, Matth. 1, 18 εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Luc. 9, 36 εὑρέθη μόνος. c. 17, 18 οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν, non deprehendebantur, i. e. nulli reperiebantur, qui, reversi, Deo etc. Act. 5, 39. 1 Cor. 4, 2. 15, 15. 2 Cor. 5, 3. 11, 12 ἵνα — εὑρεθῶσι, i. e. ut in ea ipsa sapientia, quam iactant, denique a vobis deprehendantur mei similes (ut stulti scilicet vobis videantur). Gal. 2, 17. Phil. 2, 8. 3, 9. 1 Petr. 1, 7. 2 Petr. 3, 14. Apoc. 5, 4. 20, 15. (Exod. 22, 2 ἐὰν ἐν τῷ διορύγματι εὑρεθῇ ὁ κλέπτης. v. 7. 8. Act. Thom. §. 12 εὑρίσκονται ἢ ἐν μοιχείᾳ, ἢ ἐν φόνῳ, ἢ ἐν κλοπῇ. Philo de temul. p. 270 ἀβουλότατος ὢν εὑρίσκεται. 4 Macc. 16, 14 μήτηρ ἔργοις καὶ λόγοις εὑρέθης ἀνδρός. Ioseph. de bell. 3, 6. 1 Πλάκιδος μὲν οὖν, τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν ὁρμῆς ἀτονώτερος εὑρεθεὶς, φεύγει.)

3) medium: invenio mihi, i. e. *consequor, nanciscor*; Hebr. 9, 12 λύτρωσιν εὑράμενος i. e. efficiens. (Philo de temul. p. 248 τὸ γέρας τοῦτο εὕραντο. Ioseph. ant. 1, 19. 1 δόξαν ἀρετῆς εὑράμενος. ib. 5, 1. 10.) — Apud nostros eodem sensu legitur etiam activum, ex usu hebr. מָצָא; Matth. 10, 39 ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, qui vitam suam consequitur, i. e. qui vitam (hanc) eo tuetur, quod me deserit, amittet (alteram) vitam. Matth. 7, 7. 8. 11, 29. 12, 43. 16, 25. — de piscatore pisces capiente, Io. 21, 6. — Luc. 1, 30 εὑρίσκειν χάριν. Act. 7, 46. Hebr. 4, 16 ubi i. q. λαμβάνειν. (Gen. 6, 8. 32, 5. 47, 25. Esth. 2, 9. 15.) Rom. 4, 1 εὑρηκέναι, nimirum χάριν, Deo probatum esse circumcisionis causa. — Luc. 9, 12. 11, 24. Io. 10, 9. 2 Tim. 1, 18 εὑρίσκειν ἔλεος (Hebr. 4, 16 λαμβάνειν). Apoc. 9, 6. (Sir. 51, 27. Lev. 5, 11 ἐὰν μὴ εὑρίσκῃ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ζεῦγος τρυγόνων. Ruth. 1, 9. Sir. 16, 14.)

Εὐροκλύδων, ωνος, ὁ, est ἅπαξ λεγόμενον N. T. Act. 27, 14 compositum ex εὖρος, Eurus, Vulturnus, et κλύδων fluctus; igitur *Eurus fluctus excitans*, *Eurus procellosus*. Alii codd. habent εὐρυκλύδων, ab εὐρύς latus, ita ut sit: longe lateque fluctus ciens. Cod. Alex. et Vulg. habent Εὐρακύλων, *Euroaquilo*.

Εὐρυκλύδων, ωνος, ὁ, in codd. Act. 27, 14. Vid. Εὐροκλύδων.

Εὐρύχωρος, ον, (ex εὐρύς, latus, et χώρα) *amplus*, *spatiosus*; Matth. 7, 13. (Ies. 30, 23. 2 Chron. 18, 9. 3 Esdr. 9, 41. Ioseph. ant. 1, 18. 2.) *.

Εὐσέβεια, ας, ἡ, (ab εὐσεβής) 1) *pietas*, *reverentia*; potissimum *pietas in Deum*, *reverentia numinis*, *religio*, die fromme Scheu vor Gott; 1 Tim. 4, 7. 8. 6, 3—11. 2 Tim. 3, 5. Tit. 1, 1. 2 Petr. 1, 3. 6. 7. (Prov. 1, 7. Ies. 11, 2. 3 Esdr. 1, 23.) Religio, quae leges Dei sancte observat, 1 Tim. 2, 2. (2 Macc. 3, 1. Sir. 49, 3. Ioseph. ant. 3, 2. 3.) — Act. 3, 12 ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ, propria virtute vel vi pietatis, i. e. in praemium pietatis. (Sap. 10, 12.) — Εὐσέβειαι, *pietatis exercitia*, 2 Petr. 3, 11. (Act. Thom. §. 19 εὐσέβειαι de beneficiis, eleemosynis. vid. Δικαιοσύνη.) — 2) *doctrina de pietate* videl. vera, *pia persuasio*, *religio*, 1 Tim. 3, 16. (Ioseph. c. Apion. 1, 12 ἡ κατὰ τοὺς νόμους παραδεδομένη εὐσέβεια.) Rectius autem fortasse τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας est: doctrina non omnibus nota, ad veram erga Deum pietatem ducens, vel qua occupatur pietas nostra. (Saepissime apud Iosephum εὐσέβεια de cultu veri numinis, cui opponitur ἡ εἰδωλολατρεία, ut ant. 10, 4. 1.) *.

Εὐσεβέω, ῶ, (ab εὐσεβής) *pius sum*, *religiose colo*, Act. 17, 23. (4 Macc. 9, 6 pietatem factis demonstro.) 1 Tim. 5, 4 μανθανέτωσαν τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, discant familiares pie colere. (Ioseph. ant. 10, 3. 2.) *.

Εὐσεβής, ές, (ab εὖ et σέβω) *pius*, in Deum, magistratus, parentes, fromme Scheu habend. In N. T. *pius in Deum*, *Deum sancte colens*, Act. 10, 2. 7. 22, 12. 2 Petr. 2, 9. (Ies. 24, 16 צַדִּיק. 26, 7.)

Εὐσεβῶς, adv. *pie*, *religiose*, *pietati in Deum convenienter*, 2 Tim. 3, 12. Tit. 2, 12. (Ioseph. ant. 8, 12. 3.) *.

Εὔσημος, ον, (ex εὖ et σῆμα, signum) bene signatus, bene, recte notatus; hinc et illustris (Ps. 81, 3), et *distinctus*, *perspicuus*, 1 Cor. 14, 9 εὔσημος λόγος, sermo distinctus, voces distinctae. Hesych. εὔσημον· εὔδηλον, φανερόν. Porphyr. de abstin. 3, 4.

Εὔσπλαγχνος, ον, (ex εὖ et τὰ σπλάγχνα) propr. viscera sana habens; ex hebraismo, quum σπλάγχνα etiam significent misericordiam: *valde misericors*, Eph. 4, 32. 1 Petr. 3, 8. (Orat. Manass. v. 6 κύριος εὔσπλαγχνος, μακρόθυμος. Test. XII patr. p. 537 εὔσπλαγχνος καὶ ἐλεήμων. Archelai et Manet. disp. c. 8. Liturg. Iacobi apud *Fabr.* in cod. apocr. P. III, p. 78. Εὐσπλαγχνία, *misericordia* legitur in Test. XII patr. p. 638. 640. 731. Act. Th. §. 20. Liturg. Iac. apud *Fabric.* l. l. p. 39. 66. — Apud profanos non legitur.) *.

Εὐσχημόνως, adv. forma decora; *decenter*, *honeste*, *composite*. Rom. 13, 13. 1 Cor. 14, 40. 1 Thess. 4, 12. (Xenoph. mem. 3, 12. 4.) *.

Εὐσχημοσύνη, ης, ἡ, (ab εὐσχήμων) proprie: *forma decora et honesta*, *decor externus*; — deinde mores bene compositi, ut saepissime apud profanos. In N. T. semel 1 Cor. 12, 23 de *ornatu externo*, quo membra teguntur.

Εὐσχήμων, ον, (ex εὖ et σχῆμα) 1) forma pulcher, decorus, 1 Cor. 12, 24 τὰ εὐσχήμονα (μέλη) membra natura sua formosa. Metaph.: *decorus*, *honestus*; τὸ εὔσχημον, decorum, 1 Cor. 7, 35. — de muliere: *pudica*, Sir. 26, 23. et Act. 13, 50. 17, 12. nisi hic est, ut seriores Graeci (vid. Phrynich. ed. *Lob.* p. 333) usurpare solent, — 2) *nobilis*, *in honore constitutus*, *spectabilis*; ut Marc. 15, 43 εὐσχήμων βουλευτής. coll. Prov. 11, 25. (Ioseph. de vita sua §. 9 commemorat factiones, alteram ἀνδρῶν εὐσχημόνων, nobiliorum, alteram ἐξ ἀσημοτάτων, maxime ignobilibus, constantem. Phryn. p. 333 εὐσχήμων· τοῦτο μὲν οἱ ἀμαθεῖς ἐπὶ τοῦ πλουσίου καὶ ἐν ἀξιώματι ὄντος τάττουσιν, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ συμμέτρου.) *.

Εὐτόνως, (ab εὔτονος, firmus, validus) adv. *vehementer*, *magna cum contentione*, *graviter*. Luc. 23, 10. Act. 18, 28. (Ios. 6, 8. 2 Macc. 12, 23. Ioseph. bell. 4, 8. 4 δι' εὐτονίαν.) *.

Εὐτραπελία, ας, ἡ, (ab εὐτράπελος, quod est ex εὖ et τρέπω, urbanus, lepidus) *urbanitas*; — *lepor*, *facetiae*; — deinde in malam partem: *ioci indecentes*, *scurrilitas*, vel potius *sermones ambigui*, qui in obscoenum sensum facile flecti possunt; Eph. 5, 4. Vid. *Wolfius* in curis phil. ad h. l. et *Elsn.* obss. II, p. 222. Etym. M. εὐτραπελία· μωρολογία, κουφότης, ἀπαιδευσία, παρὰ τὸ εὖ τρέπεσθαι τὸν λόγον εἴρηται. Aristot. eth. 1, 31.) *.

Εὔτυχος, ου, ὁ, *Eutychus*, nom. pr adolescentis per Paulum in vitam revocati. Act. 20, 9. *.

Εὐφημία, ας, ἡ, (ab εὔφημος) propr. laeta acclamatio, Pind. Py. 10, 54. Ioseph. ant. 16, 2. 1. Symmach. Ps. 42, 7 μετὰ φωνῆς εὐφημίας pro בְּקוֹל רִנָּה. — *laus*, *bona fama*; semel 2 Cor. 6, 8. (Aelian. V. H. 3, 47 ἡ εὐφημία ἡ καλοῦσα αὐτὸν χρηστὸν, οὐδὲν ὠφέλησεν. Ioseph. ant. 10, 11. 7 de fausta ominatione.) *.

Εὔφημος, ον, (ab εὖ et φήμη) qui boni est ominis, bonam habet existimationem; — etiam laudabilis. — Semel Phil. 4, 8 ubi εὔφημα sunt: *quae bonam existimationem efficiunt, laudi ducuntur, laudabilia*. (Polyb. 31, 14. 4.)

Εὐφορέω, ῶ, aor. 1. εὐφόρησα (ab εὔφορος, fertilis) *fertilis sum*, *fructus largos fero*; Luc. 12, 16. (Ioseph. de bell. 2, 21. 2 οὔσης δὲ τῆς Γαλιλαίας ἐλαιοφόρου, μάλιστα καὶ τότε εὐφορηκυίας. Hesych. εὐφορεῖν· καλῶς φέρειν. — εὐφορία, fertilitas, Ioseph. ant. 2, 5. 6.) *.

Εὐφραίνω, aor. 1. pass. εὐφράνθην [Act. 2, 26 codd. quidam ηὐφράνθην], fut. 1. pass. εὐφρανθήσομαι, (ab εὖ et φρήν) — LXX pro שָׂמַח, etiam pro רָנַן — *mentem exhilaro*, *laetitia afficio*, — seq. accusativo personae, 2 Cor. 2, 2. (Ps. 19, 6. Sir. 4, 18. 26, 2. Hom. Iliad. 7, 297. Od. 13, 44.) — Passivum εὐφραίνομαι, *laeto animo fio*, *exhilaror*, *delector aliqua re*, Luc. 15, 32. Act. 2, 26. Rom. 15, 10. (Deut. 32, 43.) Gal. 4, 27. (Ies. 54, 1.) Apoc 11, 10. 12, 12. — ἔν τινι, Act. 7, 41. (1 Sam. 2, 1. Ps. 64, 11. Eccl. 2, 10.) — ἐπί τινι, Apoc. 18, 20 secundum textum *Griesb.* (Ps. 31, 7. 40, 16. 70, 4), sed in textu vulg. ἐπ' αὐτήν, (ut Ies. 61, 10. Ps. 32, 11 et ἀγαλλιάομαι ἐπί τινα, Ps. 84, 2. 119, 162.) — de laetitia in epulis vel addito verbo epulandi, Luc. 12, 19. 15, 23. vel etiam omisso, ubi

est *laeto convivari*, Luc. 15, 24. 29. 16, 19. (Deut. 14, 26. 27, 7. coll. Esth. 9, 19. Xenoph. cyrop. 8, 7. 12.) *.

***Εὐφράτης**, ου, ὁ, Euphrates,* hebr. פְּרָת, fluvius Asiae occidentalis maximus, ex Armeniae montibus delabens, et per Syriam et Mesopotamiam in mare Persicum effluens. Commemoratur Apoc. 9, 14. 16, 12. (Iudaei malos daemones in locis desertis, etiam in desertis ad Euphratem sitis, vinctos custodiri, arbitrabantur. coll. Zach. 5, 11. Matth. 12, 43. Tob. 8, 3.) *.

***Εὐφροσύνη**, ης, ἡ,* (ab *εὔφρων*, laetus, vid. *εὐφραίνω*) *hilaritas, laetitia*, Act. 2, 28. 14, 17 *τροφῆς καὶ εὐφροσύνης* i. e. *τροφῆς εἰς εὐφροσύνην*, cf. Iudith. 12, 13. Ps. 4, 7. Sir. 4, 12. (Hom. Od. 6, 156. 10, 465.) *.

***Εὐχαριστέω**, ῶ,* aor. 1. *εὐχαρίστησα* [semel *ηὐχαρίστησα* in textu *Griesb.*] aor. 1. pass. *εὐχαριστήθην* [semel 2 Cor. 1, 11.] — (ab *εὐχάριστος*), apud seriores scriptores inde a Polybii aetate (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 18.) 1) *gratias agere,* Dank sagen, a) absolute omisso *τῷ θεῷ*, Eph. 1, 16. 1 Thess. 5, 18. (Sap. 18, 2. Philo de somn. p. 1145 de plant. Noe. p. 233. Porphyr. de abstin. 2, 34.) — Passivum: 2 Cor. 1, 11 *ἵνα εὐχαριστηθῇ (τῷ θεῷ) τὸ χάρισμα*, ut gratiae Deo agantur etc. (Sic apud scriptores ecclesiast. saepius *ἄρτος εὐχαριστηθείς*.) b) seq. dativo personae, maxime seq. *τῷ θεῷ*, Luc. 17, 16. 18, 11. Io. 11, 41. Act. 28, 15. Rom. 1, 8. 7, 25. 1 Cor. 1, 4. 14. 14, 18. Eph. 5, 20. Phil. 1, 3. Col. 1, 3. 12. 3, 17. 1 Thess. 1, 2. 2, 13. 2 Thess. 1, 3. 2, 13. Phil. v. 4. Apoc. 11, 17. (Iudith. 8, 25. 2 Macc. 1, 11. Ioseph. ant. 1, 10. 5. ib. 4, 8. 22. ib. 11, 3. 9. Polyb. 4, 72. 7. Arrian. diss. epict. 3, 26. Artemidor. 3, 14.) — c) de gratiarum actione initio epulorum vel cibi sumendi; *ein Dankgebet sprechen*, omisso *τῷ θεῷ*, Matth. 15, 36. 26, 27. Marc. 8, 6. 14, 23. Luc. 22, 17. 19. Io. 6, 11. 23. 1 Cor. 10, 30. 11, 24. — addito *τῷ θεῷ*, Act. 27, 35. Rom. 14, 6. — d) *gratias habeo*, ich bin zu Dank verpflichtet; *τινί*, Rom. 16, 4. — 2) ex adiuncto: *laudo, laudibus celebro;* Rom. 1, 21 *οὐκ ηὐχαρίστησαν*, nimirum *αὐτῷ*, non laudibus celebrarunt; sensus: non colunt. 1 Cor. 14, 17 ubi *εὐχαριστεῖς* convenit cum *εὐλογήσῃς* v. 16. *.

***Εὐχαριστία**, ας, ἡ,* (ab *εὐχάριστος*) 1) gratia, die Anmuth; — *decor, decorum, morum honestas;* Eph. 5, 4. Col. 4, 2. (Ioseph. ant. 3, 3 *εὐχαριστία πρός τινα*, das anständige, gefällige Betragen gegen einen.) — 2) *gratiarum actio* (vid. *Εὐχαριστέω*), 2 Cor. 4, 15. 9, 11. 12. Phil. 4, 6. (Polyb. 8, 14. 8. Ioseph. ant. 4, 8. 25.) — *gratiae*, 1 Thess. 3, 9 *εὐχαριστίαν ἀνταποδοῦναι τῷ θεῷ*. Apoc. 4, 9 *εὐχ. διδόναι τῷ θεῷ*. — preces, quibus gratiae aguntur Deo, 1 Cor. 14, 16. 1 Tim. 2, 1. 4, 3. 4. Apoc 7, 12. (Sap. 16, 28. Aquila pro תּוֹדָה, Ps. 41, 5. 68, 31. Am. 4, 5.) — *gratus animus*, Act. 24, 3 *μετὰ πάσης εὐχαριστίας*, gratissimo animo. (Philo de plant. Noe. p. 231 *ἑκάστη μὲν τῶν ἀρετῶν ἐστι χρῆμα ἅγιον, εὐχαριστία δὲ ὑπερβαλλόντως*. Id. de vita Mos. 1, p. 651.) **.

***Εὐχάριστος**, ον,* (ex *εὖ* et *χάρις* vel *χαρίζομαι*), apud profanos est: 1) lepidus, gratus, iucundus, aliis acceptus; (Xenoph. cyrop. 2, 2. 1. ib. 7, 4. 1. Prov. 11, 16 in Alex. *γυνὴ εὐχάριστος*.) — 2) qui grato est animo, beneficiorum memor. (Ioseph. ant. 16, 6. 2. Xenoph. cyrop. 8, 3. 49. Clem. Alex. strom. 4, 25. p. 636, 17 ed. Pott. *ἡ εὐχάριστος τοῦ σκήνους* (corporis huius) *ἀπόδοσις*.) — In N. T. semel Col. 3, 15 ubi alii: *gratiosi;* alii: *Deo accepti;* alii *liberales.* Puto esse: *grata mente* in Deum.

***Εὐχή**, ῆς, ἡ,* 1) *votum*, i. e. a) votum, optatum, (Pind. Py. 9, 156. Ioseph. 4, 6. 5 *ἦν μοι δι' εὐχῆς*.) — b) votum, quo bona alicui precamur, bona vota, (Ioseph. ant. 1, 18. 6.) — c) *votum Deo factum*, ein *Gelübde*, Act. 21, 23 de voto castimoniae et ib. c. 18, 18 de voto capillorum tondendorum. Morbo enim vel periculo laborantibus moris fuisse, ut, antequam victimas Deo grati offerrent, precibus vacarent triginta dies, a vino abstinerent et comas raderent (*ξυρήσασθαι τὰς κόμας*), tradidit Ioseph. de bell. 2, 15. 1. — (Hoc sensu LXX saepissime pro נֶדֶר Iudic. 11, 30. Num. 30, 4. Deut. 12, 6. Iob. 22, 27 etc. etiam pro נֵזֶר, Nasiraeatus, Num. 6, 13 — 21. — dicitur etiam de donis voto promissis, 3 Esdr. 2, 7. 9. 8, 58. coll. Esdr. 8, 28.) — 2) *precatio, preces Deo factae*, Iac. 5, 15. (Hom. Iliad. 2, 412. Od. 10, 526. — LXX pro תְּפִלָּה Prov. 15, 8. 29. Iob. 16, 17.) — Efficacia precum pro aegrotante laudatur etiam Sir. 38, 9. coll. v. 14. et Test. XII patr. p. 682. Chrysost. homil. ad Anomaeos. *εὐχὴ — νοσημάτων ἀναίρεσις, ὑγιείας φυλακή*. *.

***Εὔχομαι**,* impf. *ηὐχόμην* [Rom. 9, 3 codd. quidam *εὐχόμην*], aor. 1. *εὐξάμην* [Act. 26, 29.] — (ab *εὐχή*) depon. med. 1) *in votis habeo, opto*, Act. 27, 29 *ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι*. Rom. 9, 3. 2 Cor. 13, 9. 3 Io. v. 2. (Ier. 42, 22 pro חָפֵץ, *ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ ὑμεῖς εὔχεσθε εἰσελθεῖν*. Xenoph. anab. 1, 4. 17.) — *votum facio*, i. e. sancte Deo promitto, Act. 26, 29 *εὐξαίμην ἂν τῷ θεῷ*, velim Deo maxima promittere, Deo vota facere. (Sic *εὐχ. τῷ θεῷ* LXX saepissime pro נָדַר, Lev. 27, 8. Num. 6, 2. 5. 21. 30, 3 sq. Deut. 12, 11. 17. Iud. 11, 30. 39. Eccles. 5, 3. Ies. 19, 21. 2 Macc. 9, 20. Hom. Iliad. 4, 119.) — 2) *precor, preces ad Deum facio*, (Hom. Iliad. 3, 275. 296.) — *πρὸς τὸν θεόν*, 2 Cor. 13, 7. (LXX pro הִתְפַּלֵּל, Num. 11, 2. 21, 7. Deut. 9, 26. 2 Reg. 20, 2. — pro עָתַר Exod. 8, 29 sq. 9, 28. Iob. 22, 27.) — *ὑπέρ τινος*, Iac. 5, 16. (Act. Thom. §. 9. — *περί τινος*, Iob. 42, 8. 10. Exod. 8, 8. 9.) *.

***Εὔχρηστος**, ον,* (ex *εὖ* et *χράομαι*) *usui bene accommodatus, perutilis;* 2 Tim. 2, 21. 4, 11. Philem. v. 11. (Sap. 13, 13 *εἰς οὐδὲν εὔχρηστον*. Ioseph. ant. 4, 8. 36 *εἰς τροφὴν εὔχρηστος*. Prov. 31, 13.) *.

***Εὐψυχέω**, ῶ,* (ab *εὔψυχος*, bono animo, hilaris animo, Ioseph. ant. 2, 2. 1), *laeto s. alacri sum animo, exhilaror*, Phil. 2, 19 (*εὐψυχία*, animi hilaritas, 4 Macc. 6, 11. 9, 23. — *εὐψύχως*, Ioseph. ant. 7, 6. 2.) *.

***Εὐωδία**, ας, ἡ,* (ab *εὐώδης*, bene olens) 1) bonus odor, Sir. 24, 15. Act. Thom. §. 6. Philo de alleg. 1, p. 84. — 2) *suffimenta bene fragrantia*, quae Deo in sacris offerebantur; 3 Esdr. 1, 12. Esdr. 6, 10. Dan. 2, 46. Sir. 32, 6. — In N. T. tropice de eo, quod Deo gratissimum est; 2 Cor. 2, 15 *Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ*, Christi quasi suffimentum sumus, i. e. opera nostra a Christo nobis demandata, Deo quam maxime accepta sunt. Eph. 5, 2. Phil. 4, 18 *ὀσμὴ εὐωδίας*, suffimentum suavissimum; res, opera Deo quam maxime grata. vid. e V. T. Gen. 8, 21. Lev. 1, 9. 13. 2, 2. Num. 28, 13. coll. Test. XII patr. p. 547 ubi ~~*ἄγγελοι τοῦ προσώπου* offerre Deo~~ dicuntur *ὀσμὴν εὐωδίας λογικὴν καὶ ἀναίμακτον προσφοράν*. *.

***Εὐώνυμος**, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό,* (ex *εὖ* et *ὄνυμα*, aeol. pro *ὄνομα*) 1) qui boni est nominis; (Pind. Ol. 2, 13. Ne. 7, 70.) — Quum Graeci auspicia et omina sinistra haberent infausta et mali ominis, pro *ἀριστερός*, cui inhaerebat mali ominis notio, dicere solebant *εὐώνυμος*, ut malum omen averterent; hinc est — 2) *sinister, laevus*, Act. 21, 3. Apoc. 10, 2. — *Ἐξ εὐωνύμων*, ad sinistram, Matth. 20, 21. 23. 25, 33. 41. 27, 38. Marc. 10, 37. 40. 15, 27. (Ios. 23, 6. Ezech. 21, 16.) *.

***Ἐφάλλομαι**,* (ex *ἐπί* et *ἅλλομαι*) *insilio* in aliquem; Act. 19, 16. (1 Sam. 10, 6. 11, 6. 16, 13.) **.

***Ἐφάπαξ**,* (ex *ἐπί* et *ἅπαξ*) adverb. *semel*, zu einem Male, Rom. 6, 10. Hebr. 7, 27. 9, 12. 10, 10. Sic etiam 1 Cor. 15, 6 ubi *ἐφάπαξ* est semel, non iterum ac saepius, ut Petro et Apostolis. *.

***Ἐφεσῖνος**, ίνη, ῖνον, Ephesinus*, Apoc. 2, 1 ubi pro *τῆς Ἐφεσίνης Griesb.* reposuit *τῆς ἐν Ἐφέσῳ*.

***Ἐφέσιος**, ία, ιον, Ephesius, Epheso oriundus.* Act. 19, 28. 34. 35. 21, 29. (Eph. 6, 24.)

***Ἔφεσος**, ου, ἡ, Ephesus*, urbs Ioniae celeberrima, ad mare Icarium sita, in qua Dianae templum splendidissimum erat, a veteribus inter septem mundi miracula relatum, ab Herostrato incensum, deinde communibus Graeciae sumptibus restitutum. (Pausan. 7, 2. §. 6 sq. Liv. 1, 45. Plin. h. n. 5, 29. 36, 14.) Coetus Christianorum ibi collectus eminebat inter Asiae minoris coetus. Commemoratur Act. 18, 19 — 24. 19, 1. 17. 26. 20, 16 sq. 1 Cor. 15, 32. 16, 8. Eph. 1, 1. 1 Tim. 1, 3. 2 Tim. 1, 18. 4, 12. Apoc. 1, 11. 2, 1. *.

***Ἐφευρετής**, οῦ, ὁ,* (ab *ἐφευρίσκω*, Hom. Iliad. 2, 198. praeterea invenio) *repertor, inventor*, qui praeterea aliquid excogitat, aliis adhuc non cognitum. Rom. 1, 30 *ἐφευρεταὶ κακῶν*, malorum, scelerum inventores, *οἱ ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς κακοῖς ἕτερα καινοτομοῦντες κακά*, ut Suid. explicat. Similiter Sap. 1, 4 *ψυχὴ κακότεχνος* est: anima sce-

lera volvens. Philo in Flacc. p. 968 *κακῶν εὑρεταί*, rerum malarum opifices. ib. p. 975 *καινῶν ἀδικημάτων εὑρετής*. *.

Ἐφημερία, ας, ἡ, (ab ἐφήμερος) quod apud profanos non legitur, in versione alexandr. dicitur de viginti quatuor *familiis* sive *classibus* sacerdotum, quarum quaeque *quotidiano* ministerio in templo per octo dies fungi debebat, ex instituto Davidis 1 Chron. 24, 4 sqq. confirmato a Salomone (2 Chron. 8, 14) et Nehemia (Neh. 13, 30). Ioseph. ant. 7, 14. 7 eandem rem exponens, istas familias appellat *πατριάς*; — διεμέρισεν αὐτοὺς κατὰ πατριάς· διέταξέ τε μίαν πατριὰν διακονεῖσθαι τῷ θεῷ ἐπὶ ἡμέραις ὀκτώ. In textu hebr. pro ἐφημερία legitur מַחֲלֹקֶת, divisio, classis, 1 Chron. 23, 6. 28, 13. 21. 2 Chron. 31, 2. 15 מִשְׁמָר et מִשְׁמֶרֶת, custodia, statio, Neh. 12, 24. 13, 30. 1 Chron. 25, 8. 3 Esdr. 1, 2. diciturque etiam de *ministerio diurno* sacerdotum 2 Chron. 13, 10. 3 Esdr. 1, 16 ubi 2 Chron. 35, 15 est עֲבֹדָה. Suidas: ἐφημερία· ἡ πατριά. λέγεται δὲ καὶ ἡ τῆς ἡμέρας λειτουργία. — In N. T. bis de *familia* sacerdotum, Luc. 1, 5. 8.

Ἐφήμερος, ον, (profani praeferunt formas: ἐφημερινός, et ἐφημέριος, ex ἐπί et ἡμέρα), ὁ ἐφ' ἡμέραν ὤν; *in diem, für den Tag;* semel Iac. 2, 15 τῆς ἐφημέρου τροφῆς, victus in diem necessarii. (Philo de humanit. p. 702 ἐφήμερος χειροτέχνης, operarius in singulos dies conductus. Id. in Flacc. p. 985. Thucyd. 2, 53. Pind. Ist. 7, 57.) *.

Ἐφικνέομαι, οῦμαι, aor. 2. ἐφικόμην, (ex ἐπί et ἱκνέομαι, venio) depon. med. *pervenio, pertingo;* 2 Cor. 10, 13. 14. (Sir. 43, 27. 30. — Hom. Iliad. 13, 613. 687.) **.

Ἐφίστημι, aor. 2. ἐπέστην, (part. ἐπιστάς, imperat. ἐπίστηθι) perf. ἐφέστηκα (partic. ἐφεστώς) (ex ἐπί et ἵσταμαι) — LXX pro נִצַּב, הִתְיַצֵּב, עָמַד — transitive: colloco iuxta, appono, admoveo. — Medium, aor. 2. act. et perf. act. intransitive: *colloco me iuxta*, s. *ad*, Luc. 4, 39. (2 Sam. 1, 9. Ios. 7, 26. Num. 14, 14. Ioseph. ant. 2, 9. 3.) — *accedo ad, me sisto coram aliquo*, Luc. 10, 40. 20, 1. Act. 22, 13. — seq. dativo personae, Act. 4, 1. — aor. 2. et perf. activi: accessi, i. e. *adsto, praesto, adsum alicui*, Luc. 2, 38. Act. 10, 17. 11, 11. 23, 27. 22, 20. 2 Tim. 4, 6. (Zach. 1, 11. Amos. 9, 1. 1 Sam. 22, 17. Exod. 8, 22. Gen. 24, 43.) — 2 Tim. 4, 2 ἐπίστηθι accede ad coetus christianos (videl. vel ut doceas, vel ut moneas eos). (Alii: *insta, persevera.*) coll. Ier. 46, 14. — de iis, qui subito adstant nobis, ut de angelis subito adstantibus, Luc. 2, 9. 24, 4. Act. 12, 7. 23, 11. — etiam de subito supervenientibus, aggredientibus, *aggredior*, Act. 6, 12. 17, 5. (Levit. 19, 16. Ier. 21, 2. Ioseph. ant. 2, 11. 2. ib. 11, 7. 1.) — *supervenio*, de rebus, Luc. 21, 34. Act. 28, 2. 1 Thess. 5, 3. (Sap. 6, 5. 8. 19, 1. Ioseph. ant. 2, 4. 3.) *.

Ἐφραΐμ, ὁ, *Ephraim*, urbs Io. 11, 54 commemorata, quae secundum Eusebium octo, secundum Hieronymum triginta milliaribus distabat Hierosolymis. Teste Iosepho (de bell. 4, 9. 9) urbs Ἐφραΐμ in vicinia urbis Bethel sita erat.

Ἐφφαθά, hephata, i. e. *aperitor*, imperativus syriacus ܐܶܬ݂ܦܰܬܰܚ, ἐθφατά euphonice ἐφφαθά, a verbo ܦܬܰܚ, *aperuit*. Marc. 7, 34. (Crednerus in d. Beiträgen zur Einleit. in die bibl. Schriften p. 494 sq. putat cum cod. D. scribendum esse ἐφφεθά, hebr. הִפָּתַח, sensu non mutato.)

Ἐχθές, i. q. χθές, *heri*, Io. 4, 52 in bonis libris pro χθές.

Ἔχθρα, ας, ἡ, (ab adiect. ἐχθρός); *inimicitia, odium*, Rom. 8, 7. Luc. 23, 12. Gal. 5, 20. Iac. 4, 4. (4 Macc. 2, 13. 3 Esdr. 5, 50. Pind. Py. 4, 259.) — metonym. *causa dissidii*, Eph. 2, 15. 16. — (1 Macc. 13, 6. 17. Num. 35, 20. 22.) *.

Ἐχθρός, ά, όν, (ab ἔχθος, τό, odium) LXX pro אֹיֵב, צַר, 1) intransive, (ut fere semper apud Homer. seq. dativo e. g. Iliad. 9, 312. Od. 12, 452), *odio habitus, invisus*, nostrum *verhasst*, et dicitur de odio manente; *invisus*, Rom. 11, 28. Gal. 4, 16. (Sap. 15, 18.) — 2) transitive: *inimicus*, qui odium erga alium alit, Matth. 13, 28 ἐχθρὸς ἄνθρωπος. (Esth. 7, 6. 9, 10. Sap. 12, 4.) — ὁ ἐχθρός substantive a) *inimicus*, qui alterum laedit, s. eum laedere cupit, Matth. 5, 43 sq. 10, 36. 22, 44. Luc. 1, 71 (ubi i. q. ὁ μισῶν, ut etiam respondeat hebr. שֹׂנֵא Exod. 23, 5. Ps. 41, 8. Prov. 25, 21.) 19, 27 et saepius. — b) de Dei inimico, *peccatore*, Act. 13, 10. Rom. 5, 10. Col. 1, 21. — et — c) κατ' ἐξοχήν *de diabolo* Christum odio persequente, (vid. 1 Petr. 5, 8.) — Luc. 10, 19 δύναμις τοῦ ἐχθροῦ, coll. Matth. 13, 25 ubi ὁ ἐχθρός v. 39 de diabolo explicatur. Eodem modo Test. XII patr. p. 657 et 658. Iosephi ab Arim. narratio apud *Birch*. p. 189 et Act. Thom. §. 29. 30 ὁ ἐχθρός dicitur Satanas. *.

Ἔχιδνα, ης, ἡ, *vipera*, venenum nocentissimum habens, Act. 28, 3. — γεννήματα ἐχιδνῶν, *progenies viperina*, tropice: homines callide laedentes, ingrati, odii veritatis, tanquam veneni, plenissimi, Matth. 3, 7. 12, 34. 23, 33. Luc. 3, 7. *.

Ἔχω, f. ἕξω, imperf. εἶχον; porro (a praesenti obsoleto σχέω, σχῶ, capio, teneo) aor. 2. ἔσχον, coniunct. σχῶ, perf. ἔσχηκα, Latinor. *habeo*, nostrum ich *halte*, ich *habe*. (Et ἔχω et σχῶ deducunt a stirpe χάω, capio, ich enthalte in mir). — Est 1) *habeo, ich habe*, et quidem a) de eo dicitur quod *possidemus*, vom Besitz, cum de rebus, quas nobis comparavimus, vel quae natura sua nostrae sunt, tum de personis, quae vel naturae vel iuris vinculo nostrae sunt; Matth. 3, 9 πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. ib. 9, 36 πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα. 14, 4 γυναῖκα. 22, 24 τέκνα. Io. 4, 17 ἄνδρα. Marc. 12, 6 υἱόν. Luc. 16, 1 οἰκονόμον. v. 28 ἀδελφούς. 17, 7 δοῦλον. — Saepissime. — Luc. 7, 8 ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας. Matth. 8, 9. Apoc. 9, 11 ἔχουσιν ἐφ' ἑαυτῶν βασιλέα. — de rebus, Matth. 8, 20 αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι. c. 12, 11. 13, 44. 46. 15, 26. 19, 22. 25, 25. Marc. 10, 21 sq. Luc. 18, 22. 24. 21, 4. Io. 3, 29. 1 Cor. 6, 10. — Saepissime. — De membris corporis, Matth. 18, 8. 9. Rom. 12, 4 et passim. — Hinc ἔχειν absolute: *habere opes, divitem esse*, μὴ ἔχειν, *nil habere, pauperem esse;* Matth. 13, 12. 25, 29. Marc. 4, 25. Luc. 7, 42. 8, 18. 19, 26. 1 Cor. 11, 22. 2 Cor. 8, 11 ἐκ τοῦ ἔχειν, pro facultate. ib. v. 12. (Neh. 8, 10. Sir. 13, 5. Aristoph. Plut. 596. Eurip. Dan. 95. Xenoph. anab. 6, 6. 38. — b) de eo, quod *in promptu habeo*, quod ad manus est; Matth. 14, 17 οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους. c. 15, 34. Marc. 6, 36 τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν. v. 38. c. 8, 1. 2. 5. 7. Luc. 11, 6 οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ. Luc. 12, 17 οὐκ ἔχω, ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου. 16, 29 ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας, libros Mosis et Prophetarum. c. 24, 21. Io. 2, 3 οἶνον οὐκ ἔχουσι. c. 4, 11. 5, 7 ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, i. e. nemo in promptu est, qui. c. 18, 10. — Saepissime. — Hinc ἔχω sequente infinitivo verbi dicitur saepe de eo quod quasi in promptu nobis est, cuius potestatem habemus, ubi verti potest: *possum, valeo;* Matth. 18, 25 μὴ ἔχων ἀποδοῦναι. Marc. 14, 8 ὃ ἔσχεν αὕτη (videl. ποιῆσαι) ἐποίησε, quod praestare poterat praestitit. Luc. 12, 4 μὴ ἐχόντες ποιῆσαι. Io. 8, 6 ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν, ut haberent quod crimini darent. v. 26. Act. 4, 14. 25, 26 οὐκ ἔχω τί γράψαι, non habeo quod scribam. Hebr. 6, 13. 2 Petr. 1, 15 σπουδάσω δὲ, ἔχειν ὑμᾶς τὴν τούτων μνήμην, studebo, ut valeatis mentionem horum facere. (Ios. 8, 20. Prov. 3, 27. Ioseph. c. Apion, 1, 22 init. οὐκ ἔχω εἰπεῖν. ant. 1, 2. 1 οὐκ ἔχω ὅ,τι λέγοι πρὸς τὸν θεόν. ib. 3, 1. 1 ἑτέραν χώραν ἀπελθεῖν οὐκ ἔχοντες. Demosth. 425, 10 οὐδ' ὅ,τι χρὴ ποιεῖν ἔχετε). — ἔχω τι κατά τινος, habeo quod de aliquo querar, Matth. 5, 23. Marc. 11, 25. Apoc. 2, 4. 14. 20. — ἔχω πρός τινα λόγον, Act. 19, 38. 24, 19 τί. 25, 19 ζήτημα πρός τινα. 1 Cor. 6, 1 πρᾶγμα. — ἔχω τι ἔν τινι, habeo quod reprehendam in aliquo, Io. 14, 10. — c) de eo quod *in consortio habeo, mecum habeo, in comitatu habeo;* Matth. 15, 30 ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν χωλούς. 26, 11 τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. Marc. 2, 19. 14, 7. Luc. 9, 3. Io. 12, 8. 35 ἕως τὸ φῶς ἔχετε. Act. 25, 16. 26 κατὰ πρόσωπον ἔχω, coram, praesentem habeo. — Iacob. 1, 4 ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, in comitatu habeat perfectam honestatem. 1 Io. 4, 18 ὁ φόβος κόλασιν ἔχει. — d) de eo quod mihi *datum, traditum, destinatum* habeo, *acceptum habeo, est mihi;* α) seq. accusativo substantivi, Matth. 13, 5 οὐκ εἶχε γῆν πολλήν. Marc. 4, 5. 6. Luc. 8, 6. — Matth. 13, 27 πόθεν οὖν ἔχει (ager) ζιζάνια, unde habet, unde ei venit lolium. Io. 4, 11. 44. 8, 12. Act. 9, 14. 13, 3. 1 Cor. 6, 19 οὗ [ex attractione pro ὃ] ἔχετε ἀπὸ θεοῦ. 2 Cor. 5, 15 ἵνα ἔχητε, vid. καύχημα. Gal. 6, 7 καιρόν. 1 Tim. 5, 12 ἔχουσαι κρίμα, poenas dantes.

Hebr. 6, 18. 7, 3 μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. 7, 6. 11, 15. Iac. 4, 2 ἐπιθυμεῖτε καὶ οὐκ ἔχετε. Apoc. 12, 12. — Praesens ἔχει de praemiis et poenis futuris dictum, indicat eventum certissimum, Matth. 5, 46. 19, 16 ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Io. 3, 15. 16. 5, 24. 40. 6, 40. 47. 54. Marc. 3, 29 οὐκ ἔχει ἄφεσιν. Hebr. 10, 35. 1 Io. 5, 15 ἔχομεν τὰ αἰτήματα. — β) seq. infinitivo verbi, ubi de eo dicitur, quod ex aliqua necessitate faciendum vel sustinendum est; Luc. 7, 40 ἔχω σοί τι εἰπεῖν, dicendum mihi est tibi aliquid. Io. 16, 12 πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν. (Gen. 18, 31.) Luc. 12, 15 βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, subeundum mihi est βάπτισμα. Act. 23, 18. 19. (Test. XII patr. p. 611 ἄτεκνος εἶχον ἀποθανεῖν.) — e) de eo, quod *in me suscepi, in me recept*, ich habe auf mir, in mir, an mir; Matth. 22, 12 ἔνδυμα γάμου, indutum esse (nostrum *anhaben*) veste nuptiali. Apoc. 9, 9 εἶχον θώρακας. v. 4 ἔχειν τὴν σφραγῖδα τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων. 13, 14. 17. 4, 1. 14. 16, 2. 19, 15. — 1 Cor. 11, 4 κατὰ κεφαλῆς ἔχων, vid. κατά. — Act. 18, 18 ἔχειν εὐχήν, i. e. ut 21, 23 plenius dicitur εὐχὴν ἔχοντες ἐφ᾽ ἑαυτῶν. — Ἔχω ἐν ἐμαυτῷ, Marc. 9, 15. 1 Io. 5, 10. — Rom. 8, 9 πνεῦμα Χριστοῦ ἔχειν, quod ibidem dicitur οἰκεῖν in hominibus. 1 Cor. 6, 19. 7, 40. Iud. v. 19. — δαιμόνιον ἔχειν, vid. δαιμόνιον. — 1 Cor. 2, 16 νοῦν κυρίου ἔχομεν, sensus: cognita habemus consilia domini. Apoc. 2, 1 τοῦτο (τὸ καλὸν) ἔχεις, hoc boni in te habes. — f) denique dicitur de *statu in quo versamur*, de *conditione, qua utimur*, tum externa tum interna; α) sequente accusativo substantivi, ubi adiuncta fere ubique est notio permanendi in statu; Matth. 17, 20 πίστιν ἔχειν, non id quod simplex πιστεύειν, sed fiducia s. fide constanter plenum esse. — ἁμαρτίαν ἔχειν, vid. ἁμαρτία. — Marc. 3, 10 εἶχον μάστιγας, morbis vexabantur. Io. 9, 21 ἡλικίαν ἔχει, adultus est. Act. 9, 31 ἔχειν εἰρήνην, in pace esse. Act. 2, 27 χάριν ἔχοντες, i. e. ὄντες ἐν χάριτι. (Exod. 33, 12.) c. 11, 3 ἀκροβυστίαν ἔχοντες. 23, 29 ἔγκλημα ἔχειν, reum esse. 24, 15 ἐλπίδα ἔχοντες. c. 28, 9. Rom. 10 2 ζῆλον. 1 Cor. 15, 34 ἀγνωσίαν θεοῦ. Eph. 3, 12 παῤῥησίαν. Phil. 1, 23. 1 Tim. 6, 16 ἔχων ἀθανασίαν, sua natura semper vivens. Hebr. 3, 3. 2 Petr. 2, 16. — Sic etiam ἀνάγκην, χρείαν ἔχειν, vid. ἀνάγκη, χρεία. — τέλος ἔχειν, finiri Marc. 3, 26. eventum habere Luc. 22, 37. — λύπην, θλῖψιν, χάριν ἔχειν, Io. 16, 21. 33. 17, 13. Rom. 5, 1. 2 Cor. 1, 15. 2, 3. Phil. 2, 27. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 1, 3. Hebr. 12, 28. Apoc. 2, 10. — de *tempore*; Io. 5, 5. 6 πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, iam multum tempus transegerat. c. 8, 57 πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, quinquaginta annos nondum habes. c. 11, 17. (Ioseph. ant. 7, 1. 1 ἤδη αὐτοῦ δύο ἡμέρας ἔχοντος, quum iam biduo ibi fuisset. ib. 8, 3. 1.) — β) sequente substantivo cum adiectivo statum et conditionem substantivi indicante; Matth. 3, 4 εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου. c. 12, 10 τὴν χεῖρα ξηρὰν ἔχων, die Hand als eine verdorrete habend. Marc. 3, 1. 3. 8, 17 πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν. Hebr. 5, 14. 1 Petr. 2, 12 τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἔχοντες καλήν.

2) *habeo*, i. e. *teneo, ich halte*; A) *transitive*, a) *habeo in manu*, id quod cepi teneo; Matth. 25, 25 ἴδου, ἔχεις τὸ σόν, en! habes quod tuum est, i. e. en argentum tuum, cape illud. c. 26, 7 ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα, manu tenens. Hebr. 8, 3 ἔχειν τι καὶ τοῦτον, etiam hunc pontificem habere dona (in manibus) si intrat sanctuarium. Apoc. 1, 16 ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτά. v. 18 ἔχω τὰς κλεῖς. ib. 2, 12. 3, 1. 5, 8. 6, 5. 10, 2. 14, 6 εὐαγγέλιον, i. e. volumen scriptum. 17, 4. (Ier. 50, 42. Ios. 6, 8.) — b) tropice de affectibus, qui animum occupatum tenent; Marc. 16, 18 εἶχεν αὐτὰς τρόμος. (LXX pro אחז cepit, Iob. 18, 20. 21, 6. 30, 16. Ies. 13, 8. Hom. Od. 8, 344. Pind. Ol. 3, 58. Ioseph. ant. 3, 5. 7 δέος εἶχε τοὺς Ἑβραίους. ib. 5, 1. 18 κατάπληξις εἶχε τοὺς ἀκούοντας.) — c) habeo inclusum, teneo in loco, *contineo*, ich *enthalte*; Hebr. 9, 4 χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον. Apoc. 21, 11 vid. Δόξα. — d) teneo ne evadat, sed maneat, *retineo*, ich *behalte*; Luc. 19, 20 ἡ μνᾶ σου, ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ, quam habui reconditam etc. Io. 5, 38 τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν, non retinetis animo, ut in vobis maneat. 5, 42 τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς. ib. 13, 35. 14, 21 ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, qui praecepta mea animo firmiter tenet. Rom. 5, 1 εἰρήνην ἔχωμεν (sic enim cum codd. scribendum pro ἔχομεν) πρὸς τὸν θεόν, lasset uns Frieden halten Gotte gegenüber, i. e. caveamus, ne novis peccatis pacem cum Deo per Iesum factam turbemus, videl. accepta remissione peccatorum priorum in baptismi lavacro. ib. c. 5, 28 τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, Gott behalten in Erkenntniss, sensus: Dei veri cognitionem haustam ex rerum contemplatione retinere animo. (Thucyd. 2, 18 ἔχειν τινὰ ἐν ὀργῇ, Zorn gegen einen halten. Hom. Iliad. 1, 82 ἔχει κότον.) Rom. 14, 22 κατὰ σεαυτὸν ἔχε, mente inclusam tene τὴν πίστιν. 2 Cor. 1, 9 ἐν ἑαυτοῖς ἐσχήκαμεν, retinui in mente, i. e. tacui. (Iob. 10, 13 ταῦτα ἔχων ἐν σεαυτῷ, hebr. צָפַן.) Phil. 1, 7 ἔχειν τινὰ ἐν τῇ καρδίᾳ, einen im Herzen behalten, sensus: constanti amore prosequi aliquem. 1 Thess. 3, 6 ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, nostrum: in gutem Andenken behalten. 1 Tim. 1, 19. 3, 9. 2 Tim. 1, 13. Hebr. 6, 19. (Hom. Iliad. 7, 736. 14, 353. 16, 204.) — In Ioannis scriptis ἔχειν τὸν πατέρα, τὸν υἱόν, 1 Io. 2, 23. 5, 12. 2 Io. 9 patrem, filium fideliter tenere, i. e. ei firmiter adhaerere. (Test. XII patr. p. 652 ἔχοντες τὸν θεὸν τῆς εἰρήνης, fideliter adhaerere Deo salutis auctori.) — e) *habeo*, de illo, qui utitur aliqua re, ea occupatur, ut nostrum *halten* pro etwas *handeln*; α) de rebus, 1 Cor. 6, 4 κριτήρια ἔχειν, iudicia habere, Gericht halten. ib. v. 7. 1 Cor. 11, 6 συνήθειαν ἔχομεν, morem habemus, wir halten die Gewohnheit. 1 Cor. 14, 26 ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει, i. e. profert carmen, doctrinam. Phil. 1, 30 τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, eandem pugnam sustinentes. Col. 2, 1. Iac. 2, 1 μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ κυρίου, i. e. nolite profiteri Christum ita, ut personarum dignitatem respiciatis. 1 Petr. 2, 16 μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, non utentes libertate quasi tegumento nequitiae. (Pind. Ne. 10, 60. Ol. 7, 85. Aristoph. Plut. 265. 267. Clem. Alex. strom. 1, 5 φιλοσοφία ζήτησιν ἔχει περὶ τῆς ἀληθείας, versatur in inquisitione veritatis.) — β) de hominibus: *habeo aliquem*, ich *halte ihn*, i. e. *behandle ihn*; Matth. 14, 5 ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον, habebant ut prophetam, i. e. venerabantur ut prophetam. 21, 26. 46. Marc. 11, 32. Luc. 14, 18. 19 ἔχε με παρῃτημένον, habe me excusatum. Act. 20, 24. Phil. 2, 29 τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε. — f) *Passivum* ἔχομαι (de cuius usu apud profanos prolixius disputavit *Hermann.* ad Vig. p. 254 sqq.) proprie: teneor ab aliquo s. aliqua re, ei firmiter adhaereo (Deut. 30, 20. Iob. 2, 3.) — Hinc τὸ ἐχόμενον, quod quasi-tenetur ab alio, quod ab eo proxime abest, proximum; Marc. 1, 38 αἱ ἐχόμεναι κωμοπόλεις. (3 Esdr. 4, 42. Xenoph. mem. 3, 5. 10 τὸν πόλεμον γενόμενον πρὸς τοὺς ἐκ τῆς ἐχομένης Ἠπείρου πάσης. Ioseph. ant. 11, 8. 6 ἐπὶ τὰς ἐχομένας πόλεις.) — τῇ ἐχομένῃ (ἡμέρᾳ), *proximo die*, Luc. 13, 33. Act. 20, 15. 21, 26. (2 Sam. 21, 1. 1 Chron. 10, 8. 1 Macc. 4, 28. 2 Macc. 12, 39. Ioseph. ant. 5, 9. 2 ταῖς ἐχομέναις ἡμέραις.) — τὰ ἐχόμενά τινος, quae proxima sunt, pertinent ad aliquid. Hebr. 6, 9 τὰ ἐχόμενα σωτηρίας. (cf. Carpzovii exercitatt. Philon. ad h. l. LXX pro אצל Iudic. 19, 14. 1 Reg. 1, 9. Neh. 8, 4.) — — B) *intransitive*: a) *me habeo*, ich halte mich; cum adverbiis: *me habeo, ich befinde mich*, κακῶς, καλῶς ἔχω, male, bene me habeo, Matth. 4, 24. 8, 16. 14, 35. Marc. 16, 18. Io. 4, 52. — Marc. 5, 23 ἐσχάτως ἔχει. Act. 21, 13 ἑτοίμως ἔχω, paratus sum. Act. 21, 13. 2 Cor. 12, 14. — 2 Cor. 10, 6 ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες, parati. 1 Petr. 4, 5 ὁ ἑτοίμως ἔχων, qui proxime futurus est. — οὕτως ἔχει, sic se habet, Act. 7, 1. 12, 15. 17, 11. 24, 9. (2 Macc. 10, 9. Ioseph. ant. 3, 5. 7 οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐχόντων.) — Act. 15, 36 πῶς ἔχουσι. (Gen. 43, 27. Xenoph. cyr. 5, 2. 7 πενθικῶς ἔχουσα.) — Act. 24, 25 τὸ νῦν ἔχον, ut nunc res se habet. (Tob. 7, 11. Vid. *Kypkii* observatt. ad h. l. Vol. II, p. 124.) 1 Tim. 5, 25 τὰ ἄλλως ἔχοντα, quae aliter se habent. — b) de mensura et spatio, proprie *ich reiche bis hin, erstrecke mich, betrage*; semel Act. 1, 12 ἐγγὺς σαββάτου ἔχον ὁδόν, i. e. qui distat, prope abest iter sabbati. (Arrian. peripl. mar. Eryth. p. 171 emporia ἀπὸ Βαρυγάζων ἔχοντα ὁδὸν ἡμερῶν εἴκοσι πρὸς νότον.)

Ἕως, 1) ut apud scriptores optimos, adverbium I) *quam diu*; cum indicativo praesentis de rebus, quae vere sunt; Io. 9, 4 ἕως ἡμέρα ἐστί. ib. 12, 35. 36 ἕως τὸ φῶς ἔχετε. (Sir. 30, 20 ἕως ἔτι ζῇς. Xenoph. anab. 2, 6. 2.) — 2) *usque dum, donec*, a) seq. indicativo, de eo, quod vere evenit: Matth. 2, 9 ἕως ἐλθὼν ἔστη. 24, 39 ἕως ἦλθεν. — In N. T. etiam quater cum praesenti ἔρχομαι, ubi vel futurum vel rectius ἂν cum coniunctivo aoristi expectasses: ἕως ἔρχομαι, donec venero, Luc. 19, 13. Io. 21, 22. 23. 1 Tim. 4, 13. — b) seq. coniunctivo aoristi, ubi Latini futuro exacto utuntur, α) ἕως ἄν, *usque dum, donec*, Matth. 2, 13 ἕως ἂν εἴπω σοι, usque dum te monuero. c. 5, 18. 26. 10, 11. 12 20 ἕως ἂν

ἐκβάλῃ, vid. *Κρίσις*. Marc. 6, 10. 9, 1 ἕως ἂν ἴδωσιν, donec experti fuerint. c. 12, 36. Luc. 9, 27. 13, 35. 20, 43. 21, 32. 1 Cor. 4, 5. Iac. 5, 7 et passim. (Ies. 12, 4. Iob. 27, 5. 33, 21. 39, 24. Gen. 49, 10. Iudith. 12, 4. 2 Macc. 2, 7.) — β) omisso ἄν (de cuius omissione vid. *Matthiae* Gramm. §. 522. *Lobeck*. ad Phryn. p. 14 sq.) Marc. 6, 45 ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ, donec ipse dimisisset. c. 14, 32 ἕως προσεύξωμαι, donec precatus fuero. Luc. 15, 4. 17, 8. 2 Thess. 2, 7. Hebr. 10, 13. Apoc. 6, 11. [20, 5.] (Dan. 2, 34.)

II) apud seriores scriptores *praepositionis* loco est, quam genitivus sequitur, et significat: — *usque ad*, ita ut finem et terminum ipsum comprehendat; a) de *tempore:* ἕως οὗ propr. usque ad illud tempus, quo, i. e. *usque dum, donec;* α) seq. indicativo aoristi, ubi Latini plusquamperfecto utuntur, Matth. 1, 25 ἕως οὗ ἔτεκε, donec peperisset. c. 13, 33 ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον, donec fermentum eos totos penetrasset. Luc. 13, 21. Act. 21, 26. (Gen. 26, 13.) — β) seq. aor. coniunctivi (omissa particula ἄν, quam expectasses), ubi Latini vel plusquampf. coniunctivi vel futuro exacto utuntur, Matth. 14, 22 ἕως οὗ ἀπολύσῃ, donec dimisisset. Ib. 26, 36 ἕως οὗ προσεύξωμαι, donec precatus fuero. c. 17, 9. c. 18, 30 ἕως οὗ ἀποδῷ, donec solvisset. Luc. 12, 50. 59 ἕως οὗ ἀποδῷς, donec solveris. c. 24, 49. Io. 13, 38 οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσει, ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς, i. e. non cantabit gallus donec ter negaveris, me nosse. Act. 23, 12. 14. 21. c. 25, 21. (Act. Thom. §. 16. Cohel. 12, 2. Ioseph. ant. 5, 1. 3.) — ἕως ὅτου *usque dum, donec*, eodem modo, quo ἕως οὗ, legitur α) seq. indicativo, Matth. 5, 25 ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, verte: cum adversario tuo in gratiam redi sine haesitatione (ab initio litis) usque dum in via ad iudicem cum eo versaris, i. e. vel si iam cum eo adis iudicem. Io. 9, 18. (1 Sam. 30, 4. Test. XII patr. p. 606 αὕτη ἐστὶν ἡ σύνεσις τῆς οἰνοποσίας, ἵνα ἕως ὅτου ἔχει αἰδώ, πίῃ.) — β) seq. coniunct. aoristi. Luc. 12, 50 in codd. Luc. 13, 8. 15, 8. coll. v. 4. cap. 22, 16. 18. (Cohel. 12, 1. 6.) — Ἕως seq. genitivo nominis, quo temporis terminus indicatur, Matth. 1, 17 ἕως Χριστοῦ, usque ad Christum. c. 2, 15. 11, 13. 23, 35. Marc. 14, 25. 15, 33. Luc. 1, 80. Act. 1, 22. 7, 45. 28, 23. 1 Cor. 16, 8 et saepius. — ἀπό — ἕως, Matth. 11, 12. Luc. 11, 51 et saepius. — Act. 8, 40 ἕως τοῦ ἐλθεῖν. (coll. Gen. 28, 15.) — 1 Cor. 1, 8 ἕως τέλους, usque ad extremum tempus. 2 Cor. 1, 13. — Ἕως ἄρτι, vid. Ἄρτι. — Ἕως τοῦ νῦν, *usque ad hunc diem*, Matth. 24, 21. Marc. 13, 9. (Gen. 15, 16.) — Ἕως τῆς σήμερον, Matth. 27, 8. sive ἕως σήμερον, 2 Cor. 3, 15. Ἕως πότε, propr. ad quem usque terminum i. e. *quam diu*, *quo usque*, Matth. 17, 17. Marc. 9, 19. Luc. 9, 41. Io. 10, 24. Apoc. 6, 10. (LXX pro עַד־אָנָה, Ps. 13, 1. 3. 62, 3.) — — b) de *loco*, *usque ad*, α) seq. genitivo nominis; ἕως τοῦ οὐρανοῦ, Matth. 11, 23. Luc. 10, 15. 2 Cor. 12, 2. — ἕως δυσμῶν, Matth. 24, 27. Vid. etiam c. 26, 58. 27, 51. Marc. 13, 27. 14, 54. Luc. 2, 15. Act. 1, 8. — ἕως αὐτοῦ, prorsus ad locum ubi erat, Luc. 4, 42. Act. 9, 38. (coll. 1 Reg. 18, 45.) — β) sequentibus particulis: ἕως ὧδε, usque ad hunc locum, Luc. 23, 5. ἕως εἰς, Luc. 24, 50 ἕως εἰς Βηθ., usque dum essent Bethaniae, ibi advenissent. Act. 26, 11 ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις. (coll. 1 Macc. 2, 58.) — c) de *serie* et *numero*, Matth. 18, 21. 22 ἕως ἑπτάκις, usque ad septimam vicem, i. e. septies. Matth. 22, 26 ἕως τῶν ἑπτά, ἕως τοῦ ἑβδόμου, i. e. omnes usque ad septimum. — Matth. 20, 8. Io. 8, 9. Act. 8, 10. Rom. 3, 12 ἕως ἑνός, usque ad ultimum, ad unum omnes. (Evang. Nicod. ap. Birch. p. 89 μὴ ἀποκρύψῃς ἀφ' ἡμῶν ἕως ῥήματος. Ps. 14, 1.) Hebr. 8, 11. — d) de *mensura;* Marc. 6, 23 ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας. Io. 2, 7 ἕως ἄνω, ad summum usque. (Test. XII patr. p. 598 λίθοι ἕως ταλάντων τριῶν.) — e) tropice de termino in agendo vel patiendo; Luc. 22, 51 ἐᾶτε ἕως τούτου, sinite *hucusque, tantum*, i. e. sufficit quod fecistis. (2 Sam. 7, 18 ἠγάπησάς με ἕως τούτων, tanto amore, hebr. עַד־הֲלֹם, eo usque.) — ἕως θανάτου, ad mortem i. e. *ut paene moriar*, Matth. 26, 38. Marc. 14, 34. (Ib. 4, 9 λελύπημαι ἐγὼ ἕως (עַד) θανάτου, Ies. 38, 1. 1 Macc. 2, 39 ἐπένθησαν ἕως σφόδρα. Test. XII patr. p. 520 et p. 702.)

Z.

Ζαβουλών, ὁ, *Sabulon*, hebr. זְבֻלוּן, (Ioseph. ant. 1, 19. 7 Ζαβουλὼν, ἠνεχυρασμένον εὐνοίᾳ) filius decimus Iacobi, Gen. 30, 20. meton. *tribus* Sabulonis, Matth. 4, 13. 15. Apoc. 7, 8. *.

Ζακχαῖος, ου, ὁ, *Zachaeus*, portitor, qui commemoratur Luc. 19, 2 sq. (Alius eiusdem nominis 2 Macc. 10, 19.)

Ζαρά, ὁ, *Zara*, unus ex maioribus Christi, Matth. 1, 3.

Ζαχαρίας, ου, ὁ, *Zacharias* s. *Sacharias*, hebr. זְכַרְיָה. Duo huius nominis commemorantur in N. T.; *unus* sacerdos et pater Ioannis baptistae, Luc. 1, 5 sqq. 3, 2. — *alter* Ζαχαρίας, υἱὸς Βαραχίου, Matth. 23, 35 et Luc. 11, 51. quem Iudaei occidisse dicuntur μεταξὺ τοῦ ναοῦ s. τοῦ οἴκου καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Disputatur quis ille fuerit. Vid. *Fritzsch*. ad Matth. 23, 35. — Secundum traditionem in ecclesia prima, quam habes in Protevang. Iacobi (apud *Fabric*. cod. apocr. I, p. 120. *Birch*. auctar. p. 238), est Zacharias, pater Ioannis baptistae. Herodes enim ibi dicitur non solum Iesum puerum recens natum, sed etiam Ioannem, Elisabethae filium occidere voluisse, ideoque a patre, Zacharia postulasse, ut puerum traderet, et negantem, se nescire ubi locorum infans sit, per ministros missos occidisse, et quidem παρὰ τὰ πρόθυρα τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ περὶ τὸ διάφραγμα. — Alii putant fuisse Zachariam, Ioiadae filium; cuius mentio fit 2 Chron. 24, 20 sqq. opinanturque cum *Grotio*, sed absque omni testimonio veterum, Ioiadam binominem fuisse ex more Hebraeorum; — alii Zachariam prophetam, filium Berechae, Zach. 1, 1. — alii denique Zachariam υἱὸν Βαρούχου, quem Iosephus (de bell. 4, 5. 4) narrat illustrem, libertatis amantem et divitem, Zelotis autem invisum, et ab iis ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ interfectum esse. Si hic intelligitur, θυσιαστήριον est altare holocaustorum in atrio sacerdotum, ναός autem interiora templi, cf. Ioseph. ant. 8, 4. 1 τὸ δὲ θυσιαστήριον τὸ χάλκεον ἔστησε πρὸ τοῦ ναοῦ ἄντικρυ τῆς θύρας, et antiq. 15, 11. 5. Quum hic Zacharias post Iesu mortem demum interfectus fuerit, interpretes vel aoristum, ἐφονεύσατε, pro futuro positum esse putant, quod autem ferri nequit, vel Matthaeum ipsum putant ea, quae Iesus de Zacharia, Ioiadae filio locutus fuisset, ex errore transtulisse ad Zachariam Baruchi, cuius interitus animo ipsius obversatus fuisset. *.

Ζάω, ῶ, ζῇς, ζῇ, infinit. ζῆν, impf. ἔζων [Rom. 7, 9], fut. 1. ζήσω [Rom. 6, 2. Hebr. 12, 9.], et (frequentius apud seriores scriptores) ζήσομαι, aor. 1. ἔζησα, (de quibus formis vid. *Win*. Gram. p. 82.) — LXX pro hebr. חַי, חָיָה, — 1) *vivo*, i. e. a) *spiritum duco*, Act. 17, 28 ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, spiritum ducimus. 1 Cor. 15, 45 ψυχὴ ζῶσα. Apoc. 16, 3. (Gen. 2, 7. 19. 9, 10.) — Quum animantibus, animam ducentibus, proprium sit, ut se moveant et vim suam exerceant, est — b) vivo i. e. *vigeo, efficax sum*, et opponitur inertiae eorum, in quibus nulla est vita. Sic verus Deus dicitur θεὸς ζῶν, *Deus vivus*, *vigens*, ut opponatur simulacris inertibus, Matth. 16, 16. 26, 63. Act. 14, 15. Rom. 9, 26. 1 Thess. 1, 9 et passim. (Saepissime in V. T. Deut. 4, 6. 2 Reg. 19, 16. Hos. 1, 10. Dan. 6, 20. 26.) — ὕδωρ ζῶν, aqua viva, i. e. *fluens*, *ebulliens*, Quell-, Flusswasser, adiecta notione salubritatis, opponitur aquis cisternarum, paludum; Io. 4, 10. 11. 7, 38. (Gen. 26, 19. Lev. 14, 6. 50. Cant. 4, 15.) Apoc. 7, 17 ζώσης πηγὰς ὑδάτων, coll. Zach. 14, 8. — Io. 6, 51 ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, manna vivens, i. e. ὁ λόγος, in quo vita erat (c. 1, 4), et qui hic opponitur cibo de coelo demisso, qui Israelitas in deserto a morte non liberaverat. Act. 7, 38 λόγια ζῶντα, praecepta efficacia, i. e. promissiones et minae eventu non carentes, coll. Hebr. 4, 12. — Rom. 12, 1 θυσία ζῶσα, viva victima corpus dicitur, quatenus non quidem, ut victima, mactatur, sed vivum consecratur Deo et cultui eius. Hebr. 4, 12 ζῶν ὁ λόγος θεοῦ, vigens. (Sir. 44, 14.) Hebr. 10, 20 ὁδὸς ζῶσα, aditus vivus; durior loquendi ratio, ubi Christus ita appellatur, quia ipse non moritur et virtus sacrificii corporis sui est sempiterna. — 1 Petr. 1, 3 ἐλπὶς ζῶσα, spes vigens i. e. firma. c. 2, 4 λίθος

ζῶν, fundamentum ecclesiae non iners, sed efficax. Eodem sensu ibid. v. 5 Christiani dicuntur λίθοι ζῶντες, lapidibus vivis similes, i. e. membra corporis, ecclesiae, viventia. — c) vivo, i. e. *vivens sum*, de actione vitae, et dicitur α) de vita animali his in terris, ubi opponitur morti, Matth. 22, 32. 27, 63. Marc. 5, 23. 12, 27. Luc. 20, 38. Act. 9, 41. Rom. 7, 1—3. 1 Thess. 4, 15. 17 et saepius. — 1 Thess. 3, 8 νῦν ζῶμεν, nunc vere vivo, vivere me sentio. — 1 Tim. 5, 6 ζῶσα, quanquam viva adhuc est. — τὸ ζῆν, substantive: *vita*, Phil. 1, 22. 2 Cor. 1, 8. Hebr. 2, 15. (2 Macc. 3, 33. 7, 22. Ioseph. ant. 2, 3. 1.) — ἑαυτῷ ζῆν, sua propria vi vivere, Rom. 14, 7. 8. 2 Cor. 5, 15. — *iterum vivo, vitae restituor*, de iis, qui redeunt in vitam, Matth. 9, 18. Marc. 16, 11. Luc. 24, 53. Io. 5, 25. 11, 25. Act. 1, 3. 25, 19. Rom. 6, 10. 13. 2 Cor. 13, 4. Apoc. 20, 4. 5 et passim. — Vivo ζωὴν αἰώνιον, de vita futura in regno Dei; Luc. 10, 28. coll. v. 25. Rom. 1, 17. 8, 13. 10, 5. Gal. 3, 11. 12. Hebr. 12, 9 et passim. (Eorum, qui ζῆν hic et in aliis locis *felicem esse* enarrant, opinio prorsus reprobanda est.) — De aegrotis: *convalescendi* sensu, Io. 4, 51. 53. (2 Reg. 8, 8 εἰ ζήσομαι ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας μου.) — β) de vita absolute spectata (*Existenz*): *semper sum, semper vivo*, ubi opponitur: non amplius esse; Io. 6, 57 ζῶν πατήρ, i. e. qui cap. 5, 26 dicitur ὁ ἔχων ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. Io. 6, 58. ibid. 6, 51 ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, in perpetuum extabit, vitae finem nunquam experietur. Apoc. 1, 18. 4, 9. 10. 10, 6. (Gen. 3, 22.) Hebr. 7, 8 ὅτι ζῇ, quod semper vivit. ib. v. 25. 1 Thess. 5, 10. 1 Petr. 4, 6. — d) *vitam dego, dego*, Luc. 2, 36 ζήσασα ἔτη ἑπτά. (Prov. 28, 16 μακρὸν χρόνον ζήσ. ib. 9, 11.) Rom. 7, 9 ἔζων χωρὶς νόμου. — Col. 3, 7. — e) vivo i. e. *vitam sustento, alor*, Matth. 4, 4 ζῆν ἐπ' ἄρτῳ. Luc. 4, 4. 1 Cor. 9, 14 ζῆν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου. — f) *vivo*, de ratione et conditione vitae, quum externa tum interna; Luc. 15, 13 ζῶν ἀσώτως. Act. 26, 5 ἔζησα Φαρισαῖος. Gal. 2, 14 ἐθνικῶς. 2 Tim. 3, 12 εὐσεβῶς. Tit. 2, 12. (Sap. 14, 28.) — ζῆν τινι, vel ἔν τινι, vel κατά τινα, *vivere secundum alicuius voluntatem s. praecepta*, agendi rationem accommodare alicuius voluntati; — τῷ θεῷ, Luc. 20, 38. Rom. 6, 10. 11. Gal. 2, 19. — πνεύματι, secundum spiritus dictamina, Gal. 5, 25. — τῇ δικαιοσύνῃ, 1 Petr. 2, 24. — ἐν ἁμαρτίᾳ, peccato vitam impendere, Rom. 6, 2. Col. 2, 20 ἐν κόσμῳ, secundum hominum perversorum voluntatem. Gal. 2, 20 qui locus sic intelligendus est: „non ego, qualis olim fui (legi mosaicae subiectus, Saulus) nunc vivo, sed ex Christi praeceptis, meaque tota amplius futura vita hisce in terris secundum Christi praecepta instituetur." — Rom. 8, 12 sq. ζῆν κατὰ σάρκα, cupiditates sequi. (Ioseph. ant. 4, 8. 44 τοὺς μὴ κατὰ τοὺς νόμους ζησομένους.) — g) denique ex hebraismo ζῶ ἐγώ (חַי) in iurando: *per vitam meam*; semel Rom. 14, 11. (Saepissime in V. T. ut Num. 14, 21. 28. Iud. 8, 19. 1 Sam. 17, 56. Iudith. 2, 12. 11, 7 12, 4.)

Ζεβεδαῖος, ου, ὁ, *Zebedaeus*, vir Iudaeus, cuius uxor fuit Salome. Filii eius, Ioannes et Iacobus, Apostoli, more Hebraeorum οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου vocantur. Matth. 4, 21. 10, 2. 20, 20. 26, 37. 27, 56. Marc. 1, 19. 20. 3, 17. 10, 35. Luc. 5, 10. Io. 21, 2. *.

Ζεστός, ή, όν, (a ζέω) *fervidus, coctus*; metaph. ut Latinor. *fervidus, flagrans*, de studio, amore; bis: Apoc. 3, 15. 16 οὔτε ψυχρὸς, οὔτε ζεστός, neque frigidus neque calidus in morum probitate sive Christi amore, i. e. tepidus, qui nomen quidem Christo dedit, sed amore et obsequio eius destituitur. Sic interpretes. At quum Iesus dicat: ὄφελον ψυχρὸς ἦς, ἢ ζεστός, neque credibile sit, laudari potuisse statum eorum, qui a Iesu et christiana probitate prorsus essent alieni (hoc enim iam esset ψυχρός), nescio an non potius metaphora repetita sit a cibis, aut frigore suo refrigerantibus, aut calore bene coctis et gulae stomachoque adaptatis. Sensus tunc esset: neque es ut cibus coctus, neque ut cibus frigidus, i. e. fatuus, insipidus; et χλιαρός vs. 16 vertendum: non satis coctus. Commendatur haec coniectura eo, quod servator addit: quapropter μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου.

Ζεῦγος, εος, ους, τό, (a ζεύγνυμι, iungo, copulo) 1) *iugum* quo iumenta copulantur; — 2) ut Latin. iugum, *par iumentorum*, Luc. 14, 19 ζεῦγος βοῶν, צֶמֶד, 1 Reg. 19, 21. Ies. 5, 10. (Hom. Iliad. 18, 543.) — *par* omnino, i. e. duo eiusdem generis, Luc. 2, 24 ζεῦγος τρυγόνων, par turturum, hebr. שְׁתֵּי, Lev. 5, 11. coll. Iud. 17, 10 ζεῦγος ἱματίων. *.

Ζευκτήριος, ία, ιον, (a ζευκτήρ, copulans) aptus ad copulandum; hinc ἡ ζευκτηρία, ας, substantive: *vinculum*, Act. 27, 40. (Eurip. Hel. 1552.)

Ζεύς, ὁ, gen. Διός, (quod deducunt vel a ζέω, ferveo, vel a ζάω, vel a τὸ δέος, terror, reverentia, δ, in δεύς, mutato in ζ) *Iupiter*, quem Graeci et Romani summum Deum habebant. Semel Act. 14, 13 ubi Διός est pro τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διός, *templi Iovi sacri*, ut haud raro apud Graecos nomen Dei pro templo eius legitur. cf. *Kuinoelii* comment. ad h. l. coll. 2 Macc. 6, 2.

Ζέω, 1) *ferveo, aestuo*; (de aqua fervente, Homer. Iliad. 18, 349.) — 2) tropice de animo: *ferveo, flagro* rei studio, Act. 18, 25 ζέων τῷ πνεύματι, ardore inflammatus. Rom. 12, 11. (Philo 3. de vita Mos. p. 695 ζέων καὶ πεπυρωμένος de irato. Act. Thom. §. 34 ζέουσα ἀγάπη.) **.

Ζηλεύω, i. q. ζηλόω. Legitur in codd. Apoc. 3, 19 ubi pro ζήλωσον codd. habent ζήλευε. (Simpliciter in Epict. p. 131 οὐδεὶς τῶν τὸ ἀγαθὸν ζητούντων φθονεῖ ἢ ζηλεύει ποτέ.)

Ζῆλος, ου, ὁ, (a ζέω) LXX pro קִנְאָה, fervor, aestus; — tropice de animi affectu vehementiori quovis, ut verba fervendi, ardendi, in aliis quoque linguis; *fervor animi*, 2 Cor. 7, 11. Phil. 3, 6 κατὰ ζῆλον, fervide, ardenter. — *ira*, Act. 5, 17. 13, 45. Rom. 13, 13. 1 Cor. 3, 3. — plural. ζῆλοι, qui rarius legitur, ira plurium sibi irascentium, vel ira saepe prorumpens, 2 Cor. 12, 20 (ubi autem boni libri etiam exhibent ζῆλος). Gal. 5, 2. — Ira Dei pro *poenis*, Hebr. 10, 27. (Zeph. 1, 19. 3, 8. Sap. 5, 17.) — *invidia fervens*, Iac. 3, 14. 16. — *ardens rei studium*, Io. 2, 17 ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου (Ps. 69, 10 hebr. קִנְאַת), fervor pro templo tuendo. (1 Macc. 2, 58 ζῆλος νόμου.) Ζῆλος ὑπέρ τινος, studium ardens in aliquem, 2 Cor. 7, 7. (Col. 4, 13 ubi *Griesb.* πόνον.) coll. 2 Cor. 9, 2. — ζῆλος θεοῦ, ardens studium pietatis, Rom. 10, 2. Iudith. 9, 4 ἐζήλωσαν τὸν ζῆλόν σου. (Test. XII patr. p. 693 ἐν ζήλῳ θεοῦ πορεύονται.) In loco autem 2 Cor. 11, 2 ζηλῶ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ, ζῆλος θεοῦ vel est: amor similis ei, quem Deus habet erga homines, vel animo inspirat, vel ex hebraismo: amor *summus, maximus*. *.

Ζηλόω, ῶ, aor. 1. ἐζήλωσα, (a ζῆλος) LXX pro קִנֵּא, ferveo; — tropice, ut ζῆλος de fervore animi, est: *ira moveor*, 1 Cor. 13, 4. (Act. 17, 5.) — *invidia persequor aliquem*, seq. accusativo personae, Act. 7, 9 ζηλώσαντες τὸν Ἰωσήφ. (Gen. 30, 1. 37, 11. Sir. 9, 1.) — *studeo ardenter* alicui, s. alicui rei, Apoc. 3, 19 ζήλωσον, stude ardenter pietati. Sequitur in N. T. accusativus 1 Cor. 12, 31. 14, 1. 39. (ut etiam Ez. 39, 25. Ies. 11, 13. Sir. 51, 18. in versione Alex. etiam dativus, Num. 25, 13. 1 Macc. 2, 26.) — Studeo alicui, ei placere cupio, *benevolentiam eius capto*; in malam partem, Gal. 4, 17. 18. vid. Ἐκκλείω. — in bonam: *amo*, salutem alicuius curo, 2 Cor. 11, 2. — *sector* aliquem *studiose*, Gal. 4, 17 ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε, ut eos studio sectemini. Iac. 4, 2 φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, tanto studio ut vel caedem committere velitis sectamini. (Prov. 4, 14 μὴ ζηλώσῃς ὁδοὺς παρανόμων. Ibid. 3, 31. Ps. 37, 1. Ioseph. c. Apion. 1, 25 ζηλουμένους ὑπὸ πολλῶν, probatos a multis.) *.

Ζηλωτής, οῦ, ὁ, (a ζηλόω) homo *fervidus, incensus zelo*. Hoc sensu accipiendum esse videtur cognomen Simonis, apostoli, Luc. 6, 15. Act. 1, 13 ei impositum, quia facile excandescebat ira et zelo; nostrum: Eiferer, Hitzkopf. In V. T. saepius Deus dicitur θεὸς ζηλωτής (קַנָּא, Exod. 20, 5. Deut. 4, 24), quatenus sui contemtores graviter punit, θεὸς ζηλωτὴς καὶ ἐκδικῶν κύριος, ut Nah. 1, 2 legitur. Alii cognomen Simonis inde deducunt, quod, antequam Christum sequeretur, ad factionem Zelotarum pertinuisset, qui, teste Iosepho (de bell. 4, 4 et 6. 7, 8. 1), acerrimi et violenti rituum et morum antiquorum defensores, valde seditiosi erant et Romanos aeque ac Iudaeos, ad Romanos se accommodantes, odio fervidissimo persequebantur. — *studio rei flagrans, studiosissimus* (Ioseph. c. Ap. 1, 22). — cum genitivo rei; Act. 21, 20 τοῦ νόμου. (2 Macc. 4, 1.) Act. 22, 3 τοῦ θεοῦ, acer cultus divini secundum legem mos. defensor. 1 Cor. 14, 12 πνευμάτων. Gal. 1, 14 τῶν πατρικῶν παραδόσεων. Tit. 2, 14 καλῶν ἔργων. 1 Petr. 3, 13 in

codd. τοῦ ἀγαθοῦ ζηλωταί. (Polyb. 10, 25. 2. Philo de praem. et poen. p. 912 A. τοὺς ἀρετῆς ζηλωτάς. Clem. Alex. strom. 3, 11. p. 286, 15 ζηλωτὴς Μωσέως ὁ Πλάτων.) *.

Ζημία, ας, ἡ, *detrimentum, damnum, iactura,* Act. 27, 10. 21 ubi in posteriori loco etiam esse potest *calamitas ipsa* damnum afferens; certe Phil. 3, 7. 8 est *noxa, malum.* (Test. XII patr. p. 651 ζημία ἢ ἀπώλεια. Ioseph. ant. 4, 8. 29.) — (LXX de poena, mulcta Esdr. 7, 26. 2 Macc. 4, 48. Ioseph. ant. 4, 8. 12.) *.

Ζημιόω, ῶ, aor. 1. pass. ἐζημιώθην, fut. 1. pass. ζημιωθήσεται, (a ζημία) *damnum affero;* seq. accusativo (de quo vid. *Matth.* Gramm. gr. §. 420 κ. et 424, 1); τὴν ψυχήν, Herodot. 7, 39. ἑαυτόν, Aelian. V. H. 3, 25. Xenoph. cyrop. 3, 1. 16 μεγάλα ζημιοῖς. — De mulcta, Deut. 22, 19 ζημιώσουσιν αὐτὸν ἑκατὸν σίκλους. — Passiv. *damno afficior, damnum patior, iacturam facio;* a) absolute, 1 Cor. 3, 15 ζημιωθήσεται, damnum patietur. (Test. XII patr. p. 651 ἐὰν δὲ ζημιωθῆτε ἑκουσίως.) — b) seq. accusativo rei, Matth. 16, 26 τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, vitae suae iacturam fecerit. Marc. 8, 36. Luc. 9, 25. Phil. 3, 8 τὰ πάντα ἐζημιώθην, omnium bonorum iacturam feci. (Exod. 21, 22. Prov. 19, 19.) — c) seq. ἔν τινι, 2 Cor. 7, 9 ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε (damnum patiamini) ἐξ ἡμῶν. *.

Ζηνᾶς, ᾶ, ὁ, *Zenas,* doctor christianus, Tit. 3, 13. de quo praeterea nihil constat.

Ζητέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐζήτησα, fut. 1. pass. ζητηθήσομαι [Luc. 12, 48], Latin. *quaero,* hebr. בִּקֵּשׁ et דָּרַשׁ, 1) *quaero, inquiro,* aufsuchen, suchen; propr. de amisso, Matth. 18, 12. 28, 5. Marc. 1, 37. Luc. 2, 45. 48 sq. Io. 6, 24. 7, 34 et passim; 1 Sam. 10, 2. 14. — de abscondito, Matth. 2, 13. 13, 45. Act. 9, 11. tropice: *cogitando, ratiocinando quaero,* τὸν θεόν, Act. 17, 27. coll. Dan. 7, 19. interrogando quaero, sciscitor, Io. 16, 19 ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων. (Xenoph. cyrop. 8, 5. 13.) — de eo, quod adhuc non habemus omnino, Matth. 7, 7. 8. 26, 59. Marc. 14, 55. Luc. 11, 9. 10. 13, 6 sq. — Hebr. 8, 7 οὐκ ἂν ἐζητεῖτο τόπος, non quaesitus esset locus. — quaero ut capiam, Io. 18, 4. 7. Act. 17, 5. — ζητεῖν τὴν ψυχήν τινος, ex hebraismo: *insidias struere vitae alterius,* Matth. 2, 20. Rom. 11, 3. (Exod. 4, 19. 1 Sam. 24, 10. 2 Sam. 16, 11. Ier. 44, 30.) — ζητέω πῶς, *quaero opportunitatem,* Marc. 11, 18. 14, 1. 11. — Matth. 26, 16. Luc. 22, 6 ζητεῖν εὐκαιρίαν, et eodem sensu simplex ζητεῖν, Matth. 21, 46. Marc. 12, 12. Luc. 19, 47. 20, 19. (Exod. 2, 15. Dan. 6, 4.) — Quum, quod quaerimus, postulare soleamus, est — 2) *postulo, expeto,* σημεῖον, Marc. 8, 11. Luc. 11, 16. Act. 13, 11 χειραγωγούς. — σοφίαν, 1 Cor. 1, 22. 2 Cor. 13, 3. — ζητεῖν παρά τινος, ab aliquo repetere, Luc. 12, 48. — ζητεῖν ἔν τινι, Latinor. *quaerere in aliquo,* exigere ab aliquo, 1 Cor. 4, 2. 2 Cor. 13, 3. — Quum eius rei, quam quaerimus, desiderio teneamur, — 3) est quaero, i. e. *cupio, desidero, volo,* Matth. 6, 33. 12, 46 sq. ζητεῖν αὐτῷ λαλῆσαι, velle cum eo colloqui. coll. Luc. 8, 20. 12, 29. Io. 7, 4 καὶ ζητεῖ, imo desiderat, cupit. ibid. 5, 18. Act. 27, 30. Rom. 10, 3. 1 Cor. 7, 27. Gal. 2, 17. Apoc. 9, 6 ζητήσουσιν τὸν θάνατον, cupient mori. — Io. 1, 38 τί ζητεῖτε; quid vultis? Io. 4, 27 τί ζητεῖς; quid vis in ea? (Gen. 37, 15.) — *studiosus sum alicuius,* ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, Io. 5, 30. — τὴν δόξαν τινος, Io. 5, 44. 7, 18. 8, 50. — vid. etiam Rom. 2, 7. Gal. 1, 10. 1 Cor. 10, 24. 33. 13, 5. 2 Cor. 12, 14. 1 Thess. 2, 6. (Ps. 34, 14. 4, 2. Mich. 3, 2 ζητῶ τὰ πονηρά, hebr. אָהַב, amo.) — Deus dicitur ζητεῖν τοὺς ἀνθρώπους, quatenus eorum curam habet, eos amat, Io. 4, 23. Homines ex hebraismo dicuntur ζητεῖν τὸν θεόν, quatenus eum curant et venerantur, Rom. 10, 20. Ies. 65, 1 שָׁאַל. coll. Exod. 33, 7. Ps. 24, 6. — Saepius indicat simul studium id perficiendi, quod volumus, ubi etiam verti potest: *periculum facio, tento;* Luc. 5, 18. 6, 19. 9, 9. 13, 24. 17, 33. 19, 3. Io. 7, 30. 10, 39. 19, 12. Act. 13, 8 et passim. (Deut. 13, 10. 1 Sam. 19, 10.) — Act. 16, 10 ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν, tentavimus proficisci, paravimus iter. (1 Reg. 11, 22 ζητεῖς ἀπελθεῖν εἰς τὴν γῆν σου. Gen. 43, 30 ἐζήτει κλαῦσαι.)

Ζήτημα, ατος, τό, (a ζητέω) id, quod quaeritur, sive quaesitum est; *res controversa, quaestio.* Act. 15, 2. 18, 15. 23, 29. 25, 19. 26, 3. *.

Ζήτησις, εως, ἡ, (ab eodem) 1) actus quaerendi, investigatio (Ioseph. ant. 4, 4. 3. ib. 6, 4. 1); — *disceptatio, disputatio,* Io. 3, 25. — *altercatio,* Act. 15, 2. (text. vulg. συζητήσεως.) 1 Tim. 1, 4. 6, 4. — 2) i. q. ζήτημα, *res controversa,* Act. 25, 20. 2 Tim. 2, 23. Tit. 3, 9. *.

Ζιζάνιον, ου, τό, *zizanium, lolium* (Lolch, Trespe); Suid. ζιζάνιον· ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα. — In N. T. legitur Matth. 13, 25—40. et hic, ut recte monuit *Wetstenius,* non lolium, sed *triticum adulterinum* est intelligendum, in Palaestina frequens, speciem tritici referens sed fructum inutilem ferens. Rabbini illud appellant זוּנִין adulterinum, quasi scortatione natum, ut multis docuit *Buxtorf.* in lex. talm. p. 680 sq. fueruntque qui graecum ζιζάνιον ab hoc vocab. hebr. deducerent. *.

Ζοροβάβελ, ὁ, nom. propr. indecl. hebr. זְרֻבָּבֶל, *Zorobabel* s. *Serubabel,* princeps sacerdotum Iudaeorum et dux eorum Iudaeorum, qui primi exules e Babylonia in Iudaeam redierunt (Esdr. 2, 2. 3, 2. 8. 5, 2. 1 Chron. 3, 19), e stirpe Davidis oriundus. Matth. 1, 12 sq. Luc. 3, 27. (Ioseph. ant. 11, 1. 3 sq.) *.

Ζόφος, ου, ὁ, 1) *tenebrae, caligo,* Hebr. 12, 18 in codd. qui pro σκότῳ habent ζόφῳ. (Hom. Od. 3, 335.) — 2) *tartarus,* quem Graeci et Hebraei describebant tenebris plenum. (cf. Γέεννα, Ἅιδης et Σκότος. Sap. 17, 21 ubi atra nox, qua Aegyptii premebantur, dicitur εἰκὼν τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς διαδέχεσθαι σκότους.) (Homer. Iliad. 15, 191. 20, 56. Odyss. 10, 57. Virg. Aen. 6, 134. 577.) — In N. T. quater: 2 Petr. 2, 17. Iud. v. 13 ζόφος τοῦ σκότους, carcer tenebrarum, atra carceris nox. 2 Petr. 2, 4 σειραῖς ζόφου, funibus tenebrarum i. e. carcere tenebricosissimo. Iud. v. 6 ὑπὸ ζόφον, tartaro inclusi. *.

Ζυγός, οῦ, ὁ, (a ζεύγνυμι, copulo) 1) *iugum,* a) propr. iugum quo iumenta copulantur. (hebr. עֹל, Num. 19, 2. 1 Sam. 6, 7.) — b) tropice: iugum *servitutis,* 1 Tim. 6, 1 οἱ ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, servi, qui iugo servitutis tenentur, imperio herili subsunt. (Lev. 26, 13. Ier. 9, 4.) — Transfertur etiam a nostris ad *praecepta severiora* sive *iugum praeceptorum;* Gal. 5, 1 ζυγὸς δουλείας. Act. 15, 10 de servitute legum mosaicarum ritualium, quare etiam servator suα, de vita instituenda, praecepta ζυγόν appellavit, Matth. 11, 29. 30. (Ier. 5, 4. 5. Sir. 51, 26 τὸν τράχηλον ὑμῶν ὑπόθετε ὑπὸ ζυγόν, καὶ ἐπιδεξάσθω ἡ ψυχὴ ὑμῶν παιδείαν. Ps. Sal. 7, 8 ἡμεῖς ὑπὸ ζυγόν σου καὶ μάστιγα παιδείας σου.) — 2) transtra navis, Hom. Od. 9, 99. 13, 21. 3 Macc. 4, 9. — et apud seriores: iugum in libra, *libra, lanx, statera* omnino; Apoc. 6, 5. (Lev. 19, 36. Hos. 12, 7 מֹאזְנַיִם. Sir. 12, 25.) *.

Ζύμη, ης, ἡ, (a ζέω) *fermentum* quod massae farinae (τῷ φυράματι) immisceri solet, *Sauerteig,* ζύμη τοῦ ἄρτου, Matth. 16, 12. (Ioseph. ant. 3, 10. 6.) — Quum fermentum exiguum magnam massae molem fermentare soleat, servator imagine fermenti in bonam partem usus est Matth. 13, 33. Luc. 13, 21 ad indicanda parva regni divini initia, eiusque occulta sed maxima incrementa. (Ignat. ad Magnes. §. 10 μεταβάλλεσθαι εἰς νέαν ζύμην χάριτος.) Saepius autem in *malam partem* dicitur, ut Matth. 16, 6. 11. 12. Marc. 8, 15. Luc. 12, 1 ubi ἡ διδαχή Pharisaeorum dicitur ζύμη, quatenus Pharisaei *traditionibus* humanis doctrinam divinam corruperant. Porro in locutione proverbiali, 1 Cor. 5, 6 et Gal. 5, 9. cuius sensus est: mala res si immiscetur bonae, hanc paullatim totam corrumpit, ut exiguum fermentum totam massam penetrat. Denique 1 Cor. 5, 7. 8 ubi tertium comparationis in acore, qui fermento inest, quaerendum est; comparatur enim integritas morum cum pane non fermentato ideoque puro et dulci, vitia autem cum fermento, quod pani acorem contrahit. (E V. T. vid. Exod. 12, 15. 13, 3. Lev. 2, 11.) *.

Ζυμόω, ῶ, aor. 1. pass. ἐζυμώθην, (a ζύμη) *fermento;* Matth. 13, 33. Luc. 13, 21. 1 Cor. 5, 6. Gal. 5, 9. (vid. Ζύμη.) (Hos. 7, 4. Exod. 12, 34. 39.) *.

Ζωγρέω, ῶ, particip. perf. pass. ἐζωγρημένος, (ζῶον ἀγρεύω, vivum capio) *vivum capio,* de animalibus aeque ac de hominibus, qui vivi in bello capiuntur et servi fiunt. Num. 31, 15. 2 Chron. 25, 12. Hom. Iliad. 6, 46. 11, 131. — Hinc — 2) *in servitutem redigo,* 2 Tim. 2, 26. (Ioseph. ant. 9, 9. 2.) — *capio* alium, *ad partes meas pertraho,* Luc. 5, 10 ἔσῃ ζωγρῶν, homines docendo capies, regno divino concilies. *.

Ζωή, ῆς, ἡ, (a ζάω) hebr. חַיִּים, Latinor. vita, 1) *vita;* vario modo: a) *vita, qua animam ducimus,*

qua vivimus, quae opponitur mortis inertiae, 2 Cor. 5, 4. 2 Tim. 1, 10. Hebr. 7, 3. 16. Apoc. 11, 11 *πνεῦμα ζωῆς*, spiritus vitalis. — *ξύλον ζωῆς*, Apoc. 2, 7. 22, 2. 14 arbor vitam servans, mortem abigens. (4 Macc. 18, 16.) — *ὕδωρ ζωῆς*, Apoc. 7, 17. 21, 6. 22, 1. 17 vel aqua viva (vid. *Ζάω*), vel aqua, qua simul vita hauritur, vitam conservans. (coll. Ps. 36, 9. Prov. 18, 4.) — Absolute de Deo, *fonte omnis vitae*, vitam in se perfectissimam habente, Io. 1, 4. 5, 26. Eodem sensu quidam accipiunt *λόγον τῆς ζωῆς*, 1 Io. 1, 1. 2 pro *λόγῳ* vitae omnium auctore; nisi rectius *ζωή* hic est *ζωὴ αἰώνιος*. — b) *vita his in terris*, Luc. [1, 75.] 16, 25 *ἐν τῇ ζωῇ σου*, dum vivebas. (Sir. 48, 14.) Act. 2, 28 *ὁδοὶ ζωῆς*, via ad hanc vitam servandam. Act. 8, 33. 17, 25. 1 Cor. 3, 22. 15, 19. 1 Tim. 4, 8 *ζωὴ ἡ νῦν*. Iac. 4, 14. 2 Petr. 1, 3. — Rom. 8, 38 *οὔτε ζωή*, nec vitae servandae studium, vitae huius amor. coll. Phil. 1, 20. 1 Petr. 3, 10. (Ps. 34, 13.) — c) *vita post resurrectionem*, α) Christi, Rom. 5, 10. 2 Cor. 4, 10—12 *ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ*, ut etiam, dum ego periculis eripior, appareat, servatorem (spectatur enim hic significatio nominis *Ἰησοῦ*), qui me eripit, in vivis esse. — β) hominum, Col. 3, 3. 1 Tim. 4, 8. Rom. 5, 10. 17 *ἐν ζωῇ*, in vitam restituti. — d) *vita aeterna in Christi regno*, i. e. *vita perennis et felicissima* in Christi, Dei, angelorum consortio, quae *τῷ θανάτῳ*, i. e. *τῷ* esse apud inferos, in hade, opponitur; *ζωὴ αἰώνιος*, *vita sempiterna*, Matth. 19, 16. 17. Luc. 18, 18. Io. 3, 15. 5, 26. 29. 12, 50. Act. 13, 46. Rom. 2, 7. 5, 21 et passim. Vid. *Αἰώνιος*. — *ζωή* simpliciter, ubi *αἰώνιος* intelligendum est, Matth. 7, 14. Marc. 9, 43. 45. Io. 5, 40. 6, 33. 35. 40. 48. 51. 63. 8, 12. 10, 10. 20, 31. Act. 3, 15. 11, 18. Rom. 5, 18. 2 Tim. 1, 1. 1 Petr. 3, 7. 1 Io. 1, 1. 5, 16. Act. 5, 20 *ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης*, doctrinam de hac (quam annuntiamus) futura vita. coll. Phil. 2, 16. — *Ὀσμὴ ζωῆς*, 2 Cor. 2, 16. vid. *Ὀσμή* et *Εὐωδία*. — *Βιβλίον ζωῆς*, vid. *Βιβλίον* et *Βίβλος*. — *Στέφανος ζωῆς*, Iac. 1, 12. Apoc. 2, 10. vid. *Στέφανος*. — Metonym. de *spe* vitae aeternae, Io. 6, 53 *οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς*, videlicet *μένουσαν*, quod additur 1 Io. 3, 15. coll. 1 Io. 3, 14. 5, 11—13. — *auctor* vitae futurae, Io. 11, 25. 14, 6. Col. 3, 4. 1 Io. 1, 2. 5, 20. — 2) *vitae sustentatio*, Luc. 12, 15. (coll. Sir. 4, 1. 29, 21. Prov. 27, 27. Gen. 45, 5.) — 3) *vita honesta*, ex Dei praeceptis, quae vita aeterna, tanquam praemio, ornatur, Rom. 6, 4. 7, 10. 8, 2 ubi *ζωή* opponitur *τῇ ἁμαρτίᾳ* et *τῷ θανάτῳ*. ib. v. 6. 10 *τὸ δὲ πνεῦμα ζωή*, spiritus est, qui efficit vitam honestam. Potest vero etiam in his locis *ζωή* intelligi de vita aeterna. Eph. 4, 18 *ζωὴ τοῦ θεοῦ*, vita ex Dei voluntate (coll. Sap. 1, 12. Sir. 25, 2. 29, 27. 46, 31.) *.

Ζώνη, ης, ἡ, (a *ζώννυμι*) *cingulum*; 1) *zona*, qua vestes diffluentes et laxiores constringebantur, vel circum lumbos, *περὶ τὴν ὀσφύν*, Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. Act. 21, 11. hebr. אֵזוֹר Iob. 12, 18 et קֶסֶת Ezech. 9, 2. 3. 11. vel circa pectus, Apoc. 1, 13. 15, 6. hebr. אַבְנֵט, Exod. 28, 4. 39 sq. Lev. 8, 7. 13. — 2) *zona numaria*, *cingulum loculorum usum praestans*, Geldkatze, Matth. 10, 9. Marc. 6, 8 et saepius apud profanos. Rabbinis est פונדה et אפונדא, vid. *Buxtorfii* lex. talm. p. 1753. *.

Ζώννυμι, s. *ζωννύω*, f. *ζώσω*, aor. 1. *ἔζωσα*, *cingo*, *cingulo induo*, Io. 21, 18 et Act. 12, 8 ubi lectio *ζῶσαι* pro *περιζῶσαι* a *Griesbachio* commendata est. (2 Reg. 4, 28. Exod. 29, 9.) *.

Ζωογονέω, ῶ, f. ήσω, (a *ζωογόνος*, vivum partum edens, quod ex *ζῶον* et *γόνος* generatio) 1) *vivum partum edo*, *vitam do*, 1 Tim. 6, 13 in codd. qui *ζωογονοῦντος* legunt pro *ζωοποιοῦντος*. — 2) *vivum conservo*, Luc. 17, 33. Act. 7, 19. (Exod. 1, 17. Iud. 8, 19. 1 Reg. 20, 31 hebr. הֶחֱיָה. Theoph. ad Autol. I, p. 74 *ἡ πνοὴ τοῦ θεοῦ ζωογονεῖ τὸ πᾶν*.) *.

Ζῶον, ου, τό, (a *ζωός*, vivus) natura viva; — *animal*; de animalibus ratione non praeditis, Hebr. 13, 11. 2 Petr. 2, 12. *ἄλογα ζῶα*, Iud. v. 10. — de animalibus fictitiis, Apoc. 4, 6 *τέσσαρα ζῶα*. ibid. v. 7—9. 5, 6—14. 6, 1—7. 7, 11. 14, 3. 15, 7. 19, 4. Similiter quatuor animalia fictitia habes Dan. 7, 3 sqq. Ezech. 1, 5 sqq. *.

Ζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, (a *ζωοποιός*, vitam dans, quod ex *ζωός*, vivus, et *ποιέω*) 1) *vitam largior*, *vivifico*, *ζωὴν δίδωμι*, 1 Tim. 6, 13. (Neh. 9, 6. Act. Thom. §. 10 *ὁ θεὸς τὸν κόσμον ζωοποιῶν*.) — Etiam de semine progerminante, 1 Cor. 15, 36. — De mortuis: *in vitam revoco*, Io. 5, 21. Rom. 4, 17. 8, 11. 1 Cor. 15, 22. 1 Petr. 3, 18. (Test. XII patr. p. 679 *ζωοπ. τοὺς νεκρούς*. In V. T. etiam de eo, qui mortem effugit, Ps. 71, 20.) — 2) *vitam in futuro seculo largior*, — *vivifico* (vid. *Ζωή*), Io. 6, 63. 1 Cor. 15, 45. 2 Cor. 3, 6. Gal. 3, 21. (coll. Eccl. 7, 13 *ἡ περισσεία ζωοποιήσει τὸν παρ' αὐτῆς*. Clem. Alex. strom. 5, 11. p. 690, 5 ed. Pott.)

H.

Ἤ, particula 1) *disiunctiva*: *aut*, *vel*. Nectit a) *opposita sibi*, non solum α) notiones, Matth. 5, 36 *λευκὴν ἢ μέλαιναν*, album aut nigrum. 21, 25 *ἐξ οὐρανοῦ ἢ ἐξ ἀνθρώπων*, a Deo aut ab hominibus. 22, 17 *δοῦναι ἢ οὔ*. — sed etiam β) sententias, Rom. 10, 7. coll. Marc. 3, 4. 12, 14. Luc. 9, 25. Act. 8, 34. Matth. 11, 3. 17, 25. Gal. 3, 15. Apoc. 3, 15. — *Ἢ — ἤ*, *aut — aut*, Matth. 6, 24. 12, 33. Luc. 16, 13. Act. 24, 20. 21. — b) *diversa inter se*, α) notiones, Matth. 5, 17 *τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας*. 10, 11 *πόλιν ἢ κώμην*. 16, 14. 18, 8. 16. 27, 17 *Βαραββᾶν ἢ Ἰησοῦν*. 10, 37 *πατέρα ἢ μητέρα*. 6, 31 *τί φάγωμεν ἢ τί πίωμεν;* Marc. 6, 56. 13, 35. Luc. 2, 24. Act. 10, 14. 28. — β) sententias, Matth. 7, 16. 10, 19. 16, 26. 25, 37 sq. Io. 4, 27. 7, 48. 13, 29. Act. 3, 12. Rom. 9, 21. 11, 34. 35. 1 Cor. 7, 16. 10, 19. 2 Cor. 1, 17. 11, 4. — c) nectit *similia*, ubi eadem res, ut clarior fiat, duplici modo enuntiatur, et quasi per partes describitur. Matth. 5, 18 *ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία*. ibid. 17, 25 *τέλη ἢ κῆνσον*. Rom. 14, 13 *πρόσκομμα ἢ σκάνδαλον*. ibid. v. 21. Act. 1, 7 *χρόνους ἢ καιρούς*. 23, 9 *πνεῦμα ἢ ἄγγελον*. 1 Petr. 1, 11 *εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρόν*. Act. 28, 21 *ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησε*. — Sic etiam in propositionibus, ut Marc. 4, 30 *τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ; ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν;* Luc. 20, 2 *ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; ἢ τίς ἐστιν ὁ δούς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην;* Vid. etiam Act. 4, 7. 5, 38. Gal. 1, 10. Rom. 1, 21. 3, 1. 1 Cor. 13, 1. 14, 37. Phil. 3, 12 *ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι*. Hebr. 2, 6. — 2) initio interrogationum, quae cum dubitatione aliqua (an alter consentiat) efferuntur; et quidem a) in interrogatione indirecta, *oder ob*, *an*; Io. 7, 17 *γνώσεται, πότερον ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ*, cognoscet, utrum a Deo sit, an loquar ex meis. — b) in interrogationibus directis, ubi profertur argumentum ad alterum refellendum; α) cum particula vel pronomine interrogativo; Matth. 7, 4 *ἢ πῶς ἐρεῖς;* vel quomodo dices, oder wie möchtest du sagen? ib. v. 9 *ἢ τίς ἐστιν;* 12, 29 *ἢ πῶς δύναται;* Luc. 14, 31. 15, 8. — β) sine particula vel pronomine interrogativo: *oder etwa*, *num*, Matth. 10, 15 *ἢ οὐκ ἔξεστί μοι;* numne mihi non licet, oder steht es mir etwa nicht frei? 26, 53 *ἢ δοκεῖς*, vel num putas, me non posse? Luc. 13, 4 *ἢ — δοκεῖτε;* Rom. 2, 4 *ἢ — καταφρονεῖς;* 3, 29. 6, 3. 7, 1. 11, 2. 1 Cor. 1, 13. 6, 9. 16. 19. cap. 9, 6. 10, 22. 14, 36. 2 Cor. 3, 1. 11, 7. Iac. 4, 5. (Iob. 8, 10. 9, 26.) — 3) partic. *comparativa*: *quam*, post comparativum, Matth. 9, 5 *εὐκοπώτερον — ἤ*. 10, 15. 11, 22. 24. 26, 53. Luc. 9, 13. 10, 12. 1 Petr. 3, 17 etc. — *Πρὶν ἤ*, *prius quam*, vid. *Πρίν*. — *Μᾶλλον ἤ*, *magis*, *potius quam*, Matth. 18, 13. Io. 3, 19. Act. 4, 19. Interdum *μᾶλλον* ex hebraismo (מִן) intelligendum est, vel ubi positivus antecedit, Matth. 18, 8 *καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν — ἢ βληθῆναι*. Marc. 9, 43. 45. (Gen. 49, 12. Ps. 118, 8. Hos. 2, 7. Ion. 4, 3. Tob. 12, 8. Sir. 20, 1.) — vel ubi *μᾶλλον* ad substantivum vel verbum spectat; Luc. 15, 7 *χαρὰ ἔσται ἐπὶ ἑνί, ἢ ἐπί* etc. magis coelicolae laetabuntur de uno, quam de etc. ibid. 17, 2. 18, 14 *κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ γὰρ ἐκεῖνος*, magis Deo probatus quam ille. Quum coniunctio particularum *ἢ γὰρ* [*γάρ* enim *Griesb.* recepit] sit prorsus insolita, alii post *αὐτοῦ* plene interpungunt, et *ἢ γὰρ ἐκεῖνος* pro interrogatione habent: num fortasse etiam ille (videtur Deo probatus?). (Gen. 38, 26 *δεδικαίωται Θάμαρ ἢ ἐγώ*. Tob. 3, 6 *λυσιτελεῖ μοι ἀποθανεῖν ἢ ζῆν*. Sir. 41, 12. 27, 14.

39, 11. — 4 Macc. 9, 1 ἕτοιμοί ἐσμεν ἀποθνήσκειν ἢ παραβαίνειν τὰς ἐντολάς.) — 4) denique ἢ cum aliis particulis: a) ἀλλ' ἤ, vid. Ἀλλά, No. 1. — b) ἢ καί, *vel etiam, aut etiam*, in diversis et oppositis, Luc. 11, 11. 12. 12, 41. 18, 11. Rom. 2, 15. 4, 9. 14, 10. 1 Cor. 16, 6. — c) ἤτοι, *aut*; ἤτοι — ἤ, *aut — aut*, Rom. 6, 16. coll. Sap. 11, 18. — d) ἤπερ, *quam*; μᾶλλον ἤπερ, Io. 12, 43. coll. 2 Macc. 14, 42. — e) οὐ — ἤ, proprie: *non quam*, i. e. *non nisi*, Io. 13, 10 οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι. Similiter οὐδὲν ἕτερον ἤ, nil aliud quam, nil nisi, Act. 17, 21.

Ἦ, partic. asseverandi: *profecto, certissime*; saepissime apud profanos. — seq. μήν, sensu non mutato, semel Hebr. 6, 14 ex Gen. 22, 17 ubi hebr. כִּי. (Sic etiam Gen. 42, 16. Iob. 1, 11. 2, 5. Num. 14, 23. 28. Iud. 15, 7 ubi hebr. אִם. Ioseph. ant. 5, 1. 2 ὀμόσαντες ἦ μὴν σώσειν αὐτήν. ib. 6, 11. 6 ὁ δὲ ὤμνυεν ἦ μὴν οὕτως ἔχειν.)

Ἡγεμονεύω, (ab ἡγεμών) 1) dux viae sum; (Hom. Odyss. 6, 261 ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω. ib. 7, 30.) — 2) dux sum, *impero*, ἡγεμονίαν habeo, (Hom. Iliad. 2, 527. 13, 53.) — Apud profanos maxime de summo imperio; sed in N. T. Luc. 2, 2. 3, 1 etiam de legatis Caesaris, praefectis provinciarum usurpatur, quatenus tanquam Caesarum vicarii primi erant in provinciis. (Ioseph. ant. 18, 3. 1 Πιλάτος ὁ τῆς Ἰουδαίας ἡγεμών. ib. §. 6 et ant. 18, 4. 2 Συρίας τὴν ἡγεμονίαν ἔχων. Alio in loco ant. 18, 2. 2 praefectus appellatur ἔπαρχος.) *.

Ἡγεμονία, ας, ἡ, (ab ἡγεμών) *potestas summa, imperium*. Semel Luc. 3, 1 de imperio Caesarum romanorum, ut saepius apud Ioseph. ant. 18, 2. 2. ibid. 2, 16. 5 ἡγεμονία τῶν Περσῶν. ib. 5, 7. 6 et saepissime apud profanos, coll. Ἡγεμονεύω. *.

Ἡγεμών, όνος, ὁ, (ab ἡγέομαι) 1) viae dux. — dux exercitus, Ier. 42, 1. 8. 43, 5. — 2) *princeps, dux, primus*; Matth. 2, 6 ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα [quae verba etiam leguntur in Protevang. Iacobi apud *Birch*. p. 233], in textu hebr. Mich. 5, 1 בְּאַלְפֵי millia, pro quo lectum est בְּאַלֻּפֵי duces, principes. Sensus apud Matthaeum est: inter urbes, e quibus principes et reges orti sunt. cf. Gen. 36, 15 sqq. 1 Chron. 1, 51 sqq. Sic ἡγεμονία etiam de summo Caesarum imperio Ioseph. ant. 18, 2. 2. — 3) principum s. regum *legati s. vicarii*, qui et rei militari (Ier. 38, 17. 39, 3. 13. 42, 1), et rebus civilibus praeerant. Commemorantur cum regibus simul, sed ita ut distinguantur, Matth. 10, 18. Marc. 13, 9. Luc. 21, 12. Act. 26, 30. 1 Petr. 2, 14 εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι, εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις. Quare etiam *legati Caesarum, propraetores, procuratores*, ita appellantur, ut Pilatus Matth. 27, 2. 11 — 27. 28, 14. Luc. 20, 20. Felix Act. 23, 24. 26. 33. 24, 1. 10. Sic etiam apud Iosephum, vid. Ἡγεμονεύω. Profanos accuratius distinxisse, et praefectos totius provinciae Caesareae (vid. Ἀνθύπατος) *propraetores* et ἡγεμόνας, eos autem qui reditus Caesaris curabant in provinciis, *procuratores*, ἐπιτρόπους et διοικητάς appellasse, monuit *Fischerus* de vit. lex. N. T. prolus. 18.

Ἡγέομαι, οῦμαι, perf. ἥγημαι, aor. 1. ἡγησάμην, (ab ἄγω) depon. med. 1) dux viae sum, praecedo dux. (Exod. 13, 21. Ioseph. ant. 6, 5. 2 ἡγησομένους τῆς ὁδοῦ.) — Hinc ὁ ἡγούμενος, *qui praecedit, dux*; a) ἡγούμενος λόγου, *qui verba praeibat, der Wortführer*. (De Mercurio apud Iamblich. de myster. init. ὁ τῶν λόγων ἡγεμών.) — b) *primus, nobilis, procer*, vel pollens honore vel auctoritate; Act. 15, 22 ἡγούμενοι ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, nobilissimi Christianorum. (Iud. 9, 51 πάντες οἱ ἡγούμενοι τῆς πόλεως. Sir. 49, 15 ubi Iosephus dicitur ἀνὴρ ἡγούμενος ἀδελφῶν. ib. 30, 18.) — c) *antistes, praefectus*, Luc. 22, 26. Hebr. 13, 7. 17. 24. — d) praefectus regius, Act. 7, 10. — e) *princeps*, de summa et regia potestate, Matth. 2, 6. (Ezech. 43, 7 ubi pro מַלְכָּם. Sir. 17. 17 ἑκάστῳ ἔθνει κατέστησεν ἡγούμενον.) — — 2) apud recentiores, ut Latinor. *duco*, i. e. *puto, habeo*, ich halte, achte, a) de opinione, *existimatione*, seq. accus. Act. 26, 2 ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον. (Iob. 42, 6.) 2 Cor. 9, 5 ἀναγκαῖον ἡγησάμην. Phil. 2, 3. 6. 25. 3, 7. 8. 1 Tim. 1, 12. 6, 1. Hebr. 11, 11. 26. Iac. 1, 2. 2 Petr. 1, 13. 2, 13. 3, 9. 15. (LXX pro חָשַׁב, Iob. 41, 19. Sap. 1, 16. 7, 9. 15, 9. Ioseph. ant. 7, 2. 1 χάριτας ἡγήσασθαι τὰς πράξεις. ib. 3, 8. 9.) — b) de agendi ratione, qua aliquem qualem habeamus declaramus, ut Latinor. *duco, habeo*, 1 Thess. 5, 13 ἡγεῖσθαι ἐν ἀγάπῃ, amore prosequi. (Iob. 35, 2.) 2 Thess. 3, 15 ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι, inimicum aliquem habere. (Iob. 19, 11. 33, 10.) Hebr. 10, 29 κοινὸν ἡγησάμενος, i. e. qui factis ostendit, se κοινὸν habere. (Iob. 42, 6.) *.

Ἡδέως, adv. (ab ἡδύς, dulcis; suavis, iucundus), proprie: dulciter, — suaviter, Prov. 3, 24. 9, 17; deinde *cum voluptate, delectatione*, ita *ut delectationem sentias, lubenter*, Marc. 6, 20. 12, 37. 2 Cor. 11, 19. (Tob. 7, 9. 11. Esth. 1, 10. 2 Macc. 6, 30. 11, 26. Sir. 22, 10. Ioseph. ant. 3, 8. 1 ἡδέως ἀκούω.) *.

Ἤδη, adv. 1) cum praeteritis: *iam, schon, bereits*; Matth. 14, 15 ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν. v. 24. 17, 12. Marc. 6, 35. 13, 28. 15, 42. 44. Luc. 11, 7. 12, 49. 21, 30. Io. 3, 18. 6, 17. 9, 22. 27. 13, 2. 19, 28. 33. 21, 4. 14. Act. 4, 3. 27, 9. Rom. 4, 19. 1 Cor. 4, 8. 5, 3. Phil. 3, 12. 1 Tim. 5, 15. 2 Tim. 2, 18. (Iob. 20, 22. Sap. 18, 23. 19, 16. Eccles. 1, 10.) — *nunc tandem*, Rom. 13, 11. Phil. 4, 10. — 2) cum praesente *nunc, iam; nun, schon*; Matth. 15, 32. 24, 32. Marc. 4, 37. 8, 2. 11, 11. Luc. 7, 6. 14, 17. 19, 37. 21, 30. Io. 4, 51. 5, 6. 7, 14. 11, 17. 39. 15, 3. Act. 27, 9. 2 Thess. 2, 7. 2 Tim. 4, 6. 2 Petr. 3, 1. 1 Io. 2, 8. 4, 3. (Iob. 15, 21. Ioseph. ant. 5, 1. 13.) — ἤδη καί, *iam nunc*, schon jetzt, Matth. 3, 10. Luc. 3, 9. (3 Macc. 3, 10. 6, 24. Ioseph. ant. 6, 14. 6.) — ἤδη in fine sententiae; Io. 4, 35 λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη, — *iam nunc*. (Ioseph. ant. 3, 2. 3 ἐκέλευον ἄγειν αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἤδη, καὶ μὴ μέλλειν. Tob. 3, 6 ἡ ἀνάγκη ἤδη.) — 3) cum futuro: *mox, brevi*, Rom. 1, 10 εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι, ob ich wohl bald so glücklich werde. (Saepe apud Homer. ut Iliad. 17, 629. 19, 122. Ioseph. ant. 3, 14. 1 τὴν μὲν ἤδη ἔχετε, τὴν δὲ ἤδη λήψεσθε. Act. Thom. §. 6 θεάσομαι ἤδη.) *.

Ἥδιστα, (ab ἡδύς) adv. *suavissime, lubentissime*. 2 Cor. 12, 9. 15. — (Compar. ἥδιον legitur Sir. 22, 11. cf. Ἡδέως.) *.

Ἡδονή, ῆς, ἡ, (ab ἧδος, delectatio, quae animum implet, das Vergnügen) deliciae, quibus sensus oblectantur, 4 Macc. 1, 20. — dulcedo esculentorum, Sap. 16, 20. Ioseph. ant. 3, 1. 6. suavitas, Num. 11, 8. — *delectatio, oblectatio*, 2 Petr. 2, 13. (Prov. 17, 1 κρείσσων ψωμὸς μεθ' ἡδονῆς ἐν εἰρήνῃ. Ioseph. ant. 3, 1. 4 ἡ περὶ τὴν ἐλευθερίαν ἡδονή. ib. 4, 5. 2 ἡ τοῦ πολεμεῖν ἡδονή.) — in malam partem de deliciis illicitis, vel immodicis; Luc. 8, 14 ἡδοναὶ τοῦ βίου, deliciae huius vitae. Tit. 3, 3. Iac. 4, 1. 3. (de voluptate venerea illicita, Ioseph. ant. 3, 12. 1. ibid. 4, 8. 23 med. Test. XII patr. p. 605 et ibid. p. 624 de voluptate in concubitu licito.) *.

Ἡδύοσμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ab ἡδύ suave, et ὀσμή) *suave olens*. — Neutrum τὸ ἡδύοσμον, *mentha hortensis*, i. q. μίνθη. Rabbinis מִינְתָּא (*Buxtorf*. lex. p. 1228), qua Iudaei pavimentum aedium et synagogarum conspergere solebant. Matth. 23, 23. Luc. 11, 42.

Ἦθος, εος, contr. ους, τό, (ion. pro ἔθος, a stirpe ἕζω colloco, ἕζομαι sedeo) 1) sedes consueta, Hom. Odyss. 14, 411. — 2) *mores, consuetudo, vitae ratio* quum in singulari (ut Sir. 20, 26 et Test. XII patr. p. 692), tum maxime in plurali: τὰ ἤθη, semel 1 Cor. 15, 33. quae sententia repetita est ex Menandro p. 78 ed. Cler. *.

Ἥκω, (forma secunda verbi ἄκω s. ἱκνέομαι, praeteritum indicans) imperf. ἧκον, fut. ἥξω, [perf. ἧκα, Marc. 8, 3 in codd.] aor. 1. ἧξα, — LXX pro בּוֹא — a) praes. ἥκω, *veni, adveni*, Luc. 15, 27. Io. 4, 47. 8, 42 ἐξῆλθον καὶ ἥκω, pro ἐξελθὼν ἥκω, egressus veni in mundum. Hebr. 10, 7. 9. 1 Io. 5, 20. — de tempore, Io. 2, 4. (Ezech. 21, 25. 7, 7. 12. 39, 8. Gen. 6, 13.) — Marc. 8, 3 τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκουσι. (Codd. multi habent perf. ἥκασι, quod apud profanos non legitur, sed saepius in versione Alexandrina, ut Gen. 47, 5. Hos. 9, 7. Mich. 7, 4. Susann. v. 52.) — b) imperf. ἧκον, *veneram*; semel Act. 28, 23 ἧκον πρὸς αὐτόν, *aderant eum*. — c) fut. ἥξω, *veniam, adveniam*, Matth. 8, 11. 24, 50. Luc. 12, 46. 13, 29. Rom. 11, 26. Hebr. 10, 37. (vid. Habac. 2, 3.) Apoc. 3, 3 ἥξω ἐπὶ σε, superveniam tibi, adoriar te. (2 Chron. 20, 2. Ies. 47, 9.) Apoc. 15, 4 ἥξουσι (nimirum ad templum) καὶ προσκυνήσουσιν. (1 Reg. 8, 42. Ier. 1, 15. 8, 16. 31, 12. 50, 5. coll. Ier. 32, 29.) — πρός τινα, ad doctorem, i. e. magistrum eum sequor, Iob. 6, 37. (vid. Ἔρχομαι. coll. Gen. 45, 18. Ps. 65, 2.) — de malis alicui supervenientibus, Matth. 23, 36. Apoc. 18, 8. (Deut.

28, 2. Ios. 23, 14 sq. Ier. 51, 60.) — de tempore, Matth. 24, 14. Luc. 19, 43. 2 Petr. 3, 10. (Hab. 1, 9. Ps. 102, 14.) — d) aor. 1. ἧξα, qui tantum in scriptis seriorum Graecorum (Gen. 42, 7. 9. vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 743) legitur, in N. T. ter significatione futuri exacti, *venero:* Luc. 13, 35 ἕως ἂν ἥξῃ [quidam libri ἕως ἥξει], donec venerit. Apoc. 2, 25 ἄχρις οὗ ἂν ἥξω [haud pauci libri ἀνοίξω], donec venero. Apoc. 3, 9 ἵνα ἥξωσι [boni libri ἥξουσι] καὶ προσκυνήσωσι. *.

Ἡλί, ὁ, indecl. *Eli*, pater Iosephi, Luc. 3, 23.

Ἠλί, vox hebraica אֵלִי, *Deus mi*, Matth. 27, 46. (Ps. 22, 2.)

Ἡλίας, ου, ὁ, hebr. אֵלִיָּה et אֵלִיָּהוּ, *Elias*, propheta Hebraeorum illustris, ex urbe Thisbe oriundus, de quo vid. 1 Reg. c. 17—19. 2 Reg. 1, 2. 2, 6 sqq. 2 Chron. 21, 12. — Commemoratur in N. T. Matth. 16, 14. 27, 47. 49. Luc. 1, 17. 4, 25 sq. 9, 54. Rom. 11, 2. Iac. 5, 17. — Putabatur (ob 2 Reg. 2, 6 sqq.) solus, simul cum Henocho (Gen. 5, 24) et Mose non in haden descendisse, sed ad astra in coelum adscendisse, unde illustrantur loca Matth. 17, 3. 4. Marc. 9, 4. 5. Luc. 9, 30. 33. cf. Sir. 48, 9. — Idem expectabatur denuo adventurus in terram proxime ante Messiam, ex promissione Malach. 3, 23. (LXX c. 4, 5.) Vid. Matth. 11, 14. 17, 10—12. Marc. 9, 11—13. Luc. 9, 8. Io. 1, 21. 25. *.

Ἡλικία, ας, ἡ, (ab ἧλιξ, aetate matura, adulta) 1) *statura*, corporis magnitudo, qualem homo adultus habere solet; Luc. 19, 3 τῇ ἡλικίᾳ μικρός. (Ioseph. ant. 2, 9. 6 ἡλικίας ἀνάστημα.) Eodem sensu Matth. 6, 27. Luc. 12, 25 rectius accipiunt multi, quam alii de vitae aetate. — Paulus ad τὸν ἔσω ἄνθρωπον refert, Eph. 4, 13 et μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος Χριστοῦ, modum staturae Christi adulti, perfecti (ἄνδρα τέλειον, ut antea dixerat), dicit pro imagine Christi exacta, rationem habens cognitionis rerum divinarum et pietatis. (Sap. 4, 9 ἡλικία γήρως, statura completa senectae, i. e. senecta completa. Hesych. ἡλικία· μέγεθος σώματος μέτρον τι.) — Quum homo ad iustam excrescat magnitudinem, dum aetate progreditur, transfertur non solum — 2) ad *vigorem* et *florem aetatis*, Luc. 2, 52 προέκοπτεν ἡλικίᾳ, crescebat vigore, adolescebat, Io. 9, 21. 23 ἡλικίαν ἔχει, adultus, maturus est aetate. (coll. Iob. 29, 18. 2 Macc. 7, 27. 15, 30. Philo de Ioseph. p. 550 οὐκ ἔχων πω ἡλικίαν ἀποδημίας, non satis maturus peregrinationi. Id. de Abrah. p. 376 τὸ μὴ καθ' ἡλικίαν, ἀλλ' ἐν γήρᾳ γεγεννηκέναι τὸν παῖδα.) — sed etiam — 3) ad *aetatem* omnino, Hebr. 11, 11. (2 Macc. 4, 10 προβεβηκὼς τὴν ἡλικίαν, provectus aetate. Ibid. 6, 23. 4 Macc. 5, 4 τὴν ἡλικίαν προήκων, senex. ib. 5, 36 βίου ἡλικία, senectus. Ioseph. ant. 7, 8. 4 γύναιον τὴν ἡλικίαν ἤδη προβεβηκός. ib. 2, 1. 1.) *.

Ἡλίκος, ίκη, ον, (ab eodem themate) *quantus*, vel statura, vel aetate. Bis: Col. 2, 1. Iac. 3, 5. (Ioseph. ant. 8, 7. 7.)

Ἥλιος, ου, ὁ, hebr. שֶׁמֶשׁ, *sol*, Matth. 5, 45. 13, 6. 24, 29. Marc. 1, 32. Luc. 21, 25 et saepius — cuius splendor imago est dignitatis, honoris et felicitatis, Matth. 13, 43. 17, 2. — *lux diei*, Act. 13, 11 μὴ βλέπων τὸν ἥλιον, lucem non videns, coecus (coll. Ps. 58, 8); — *radii solis*, Apoc. 7, 16. (Ies. 49, 10. Ion. 4, 8. Ps. 121, 6. Hesych. ἥλιος· ὁ θεὸς καὶ τὸ ἄστρον καὶ ἡ αὐγή.)

Ἧλος, ου, ὁ, *clavus*. Semel Io. 20, 25. (Ier. 10, 4. Ioseph. ant. 5, 5. 4.)

Ἡμέρα, ας, ἡ, hebr. יוֹם, 1) *dies*, i. e. a) *lux diei*, tempus a solis ortu usque ad eius occasum, ubi lux diei omnia collustrat (Gen. 1, 5. 8), Matth. 20, 2. 6. 12. Luc. 13, 14. Io. 9, 4 et passim. — Distinguitur a nocte, Matth. 4, 2. 12, 40. Luc. 21, 37. — Γενομένης δὲ ἡμέρας, orta luce, quum illuxisset, Luc. 4, 42. 6, 13. 22, 66. Act. 12, 18. 16, 35. 27, 29. 33. 2 Petr. 1, 19. Apoc. 8, 12. LXX pro hebr. בֹּקֶר, *mane*, 1 Sam. 14, 36. Esth. 2, 14. Mich. 2, 1. — ἡμέρα μέση, meridies, Act. 26, 13. (Ioseph. ant. 5, 4. 2.) — ἡ ἡμέρα κλίνει, inclinat dies, vesperascit, Luc. 9, 12. 24, 29. — Νύκτα καὶ ἡμέραν, sive ἡμέρας καὶ νυκτός, proprie: *die noctuque*, Act. 9, 24. deinde: *sine intermissione*, Marc. 4, 27. 5, 5 (ubi i. q. διαπαντός). Luc. 2, 37. 18, 7. Act. 20, 31. 1 Thess. 2, 9. 3, 10. Apoc. 4, 8 et passim. — ἡμέρας ὁδός, iter unius diei, Luc. 2, 44. Gen. 31, 23. — Περιπατεῖν ἐν τῇ ἡμέρᾳ, in luce diei versari, ambulare, Io. 11, 9. — Tropice de *luce animi*, luce cognitionis veri rectique, Rom. 13, 12 sq. 1 Thess. 5, 5. 8. — b) *dies*, i. e. tempus a solis ortu vel occasu usque ad alterum, i. e. spatium 24 horarum, νυχθήμερον, noctem simul comprehendens, Matth. 6, 34. 15, 32. 16, 21. 20, 19. Marc. 1, 13. 9, 2. Luc. 1, 59 et passim. Distinguitur a mense, hora; Gal. 4, 10. Apoc. 9, 15. coll. Rom. 14, 5. 6. — Saepius etiam — c) ita dicitur, ut huius discriminis nulla certa ratio habeatur, ut in locutionibus: ἡ ἐν ἡμέρᾳ τρυφή, i. e. exigui temporis deliciae, 2 Petr. 2, 13. — Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, quodam die, Luc. 5, 17. 8, 22. 20, 1. — Ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, indies, 2 Cor. 4, 16. — ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, diem de die, 2 Petr. 2, 8. LXX Ies. 58, 2 ubi hebr. יוֹם יוֹם. — Δι' ἡμερῶν, nimirum τινῶν, post aliquot dies, Marc. 2, 1. coll. Act. 25, 13 ubi plenius: ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν. — Καθ' ἡμέραν, quovis die, indies, quotidie, Matth. 26, 55. Luc. 9, 23. 11, 3. 16, 19. 19, 47. Act. 2, 46 sq. 3, 2. 1 Cor. 15, 31. coll. Num. 4, 16. — Τὴν ἡμέραν plurimi pro εἰς τὴν ἡμέραν, in diem, Matth. 20, 2. *Fritzschius* coniungit: συμφωνήσας τὴν ἡμέραν, diem pactus. — Ἡι δὲ ἡμέρᾳ, quo ipso die, Luc. 17, 29. — ὅλην τὴν ἡμέραν, per totum diem, Rom. 8, 36. (Ps. 44, 22.)

Ex usu hebr. יוֹם et יָמִים dicitur tum in singulari tum in plurali — 2) de *tempore*, et quidem a) de temporis *certo momento*, quo aliquid fit, vel evenit, vel fieri potest. Matth. 24, 38 ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε. ibid. v. 50 ubi i. q. ὥρα. c. 25, 13. 26, 29. Luc. 1, 20. 17, 27. Act. 1, 22. Hebr. 4, 7. 8 ἡμέρα, tempus certum a Deo praescriptum. — b) de *tempore omnino*, Act. 3, 24. 5, 36. Hebr. 8, 9. Eph. 5, 16 ἡμέραι πονηραί, et 6, 13 ἡμέρα πονηρά, tempus calamitosum, coll. Ier. 17, 17. — Marc. 6, 21 ἡμέρα εὔκαιρος, tempus opportunum. 2 Petr. 3, 18 εἰς ἡμέραν αἰῶνος, in tempus sempiternum. Sic etiam: ἐν ἡμέραις αἷς, tempore quo, Luc. 1, 25. — ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ s. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, isto, eodem fere tempore, Matth. 3, 1. 13, 1. 22, 23. 24, 19. Marc. 1, 9. 2, 20. 4, 35. Luc. 2, 1. 13, 31. Io. 14, 20. 16, 23. 26 et passim. — ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ab isto inde tempore, Matth. 22, 46. Io. 11, 53. — ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, Luc. 1, 39. Act. 1, 15. — μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας, paullo post, Luc. 1, 24. Act. 1, 5. — ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, iam pridem, Act. 15, 7. — αἱ πρότερον ἡμέραι, tempus praeterlapsum, ea quae antea facta sunt, Hebr. 10, 32. Deut. 4, 32. — Ἐλεύσονται ἡμέραι, veniet tempus, futurum est, Matth. 9, 15. Marc. 2, 20. Luc. 5, 35. Ier. 23, 7. — c) cum *genitivo rei* indicat *tempus, quo aliquid fit, evenit, agitur*, et cum *genitivo personae* tempus quo aliquis aliquid agit, ei aliquid evenit; in utroque autem genere locorum ἡμέρα ita dicitur, ut modo dies unus, modo etiam tempus certum et circumscriptum cogitari possit. — Cum genitivo rei leguntur locutiones: ἡμέρα ὀργῆς, dies, tempus poenarum, Rom. 2, 5. 16. Ezech. 22, 24. — ἡμ. σωτηρίας, 2 Cor. 6, 2. Ies. 49, 8. ἡμ. ἀναδείξεως, Luc. 1, 80. ἡμ. ἀπολυτρώσεως, Eph. 4, 30. — ἐκδικήσεως, Luc. 21, 22. ἐπισκοπῆς, 1 Petr. 2, 12. (Gen. 35, 3. 30, 14. Deut. 31, 14.) — Scriptores V. T. יוֹם dicere solent de *tempore calamitoso*, et de *calamitate ipsa* superveniente (Iob. 18, 20. Ps. 37, 13. 18. Ier. 48, 16 ubi LXX ἡμέρα pro hebr. אֵיד, pernicies), et ita etiam Matth. 24, 22. 29. Marc. 13, 19. 20. 1 Cor. 3, 13. — de *die iudicii* solemnis, a Deo de gentilibus habendi (Ezech. 30, 2 sqq. Zeph. 1, 7—18), unde etiam in N. T. ἡμέρα κρίσεως, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 12, 36. [Marc. 6, 12.] 2 Petr. 2, 9. 3, 7 1 Io. 4, 17. coll. Iud. v. 6. Apoc. 6, 17 commemoratur, quae etiam δεικτικῶς dicitur ἐκείνη ἡ ἡμέρα, Matth. 7, 22. Marc. 13, 32. Luc. 10, 12. 2 Tim. 1, 12. 2 Thess. 1, 10. vel etiam ἡ ἡμέρα simpliciter, Hebr. 10, 25. Idem iudicii dies appellatur etiam ἐσχάτη ἡμέρα, et tempus ei proximum ἐσχάτη ἡμέρα, vid. Ἔσχατος. — Hinc etiam Paulus 1 Cor. 4, 3 ἀνθρωπίνην ἡμέραν, diem iudicii i. e. iudicium humanum dixit. Pertinent huc etiam illa loca, ubi ἡμέρα nominibus festorum iungitur, ad indicandam festi propinquitatem sive celebrationem ipsam, ut ἡμέρα τῶν σαββάτων s. τοῦ σαββάτου, Luc. 4, 16. 13, 14. 16. Io. 19, 31 Act. 13, 14. Ier. 17, 24. 27. — ἡμ. τῶν ἀζύμων, Act. 12, 3. 20, 6. Luc. 22, 7. ἡμ. τῆς πεντηκοστῆς, Act. 2, 1. 20, 16. — unde etiam ἡμέρα de die piaculari, Hebr. 7, 27. 2 Macc. 2, 16. — Cum genitivo *personae*, Luc. 19, 42 ἡμέρα σου, tempus tibi exitiosum. cf. v. 43. Io. 12, 7 εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου. — ἡ τοῦ θεοῦ ἡμέρα, dies s. tempus ubi Deus iudicium est habiturus, 2 Petr. 3, 12. Act. 2, 20 ἡμέρα κυρίου, dies Christi, vel tempus, quo Iesus primum

in mundo apparuit homo, Io. 8, 56. vel tempus, quo rediturus est ad iudicium habendum, Luc. 17, 24. 1 Cor. 1, 8, 5, 5. 2 Cor. 1, 14. Phil. 1, 6. 10. 2, 16. 1 Thess. 5, 2. 4. 2 Thess. 2, 2. 2 Petr. 3, 10. — plenius: ἡμέρα ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται, Luc. 17, 30.

Denique 3) ex hebraismo ἡμέραι τινός, *dies vitae* alicuius, *aetas*; Hebr. 7, 3 μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. ib. 5, 7 ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Vid. etiam Luc. 1, 7. 18 προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις, aetate provecti, 1 Reg. 1, 1. (l. q. 2 Macc. 4, 40 ἡλικίαν προβεβηκ.) Luc. 2, 36. (Gen. 9, 29. 11, 32. Deut. 30, 20.) — ἡμέραι ἀγαθαί, vita suavis et iucunda, 1 Petr. 3, 10. (Esth. 9, 19. Test. XII patr. p. 692 ἡμέρα ἀγαθὴ μετὰ ἀσώτων. Protevang. Iacobi (*Fabric.* cod. apocr. N. T. p. 69) ἔσχαται ἡμέραι, aetas senilis.) — Πᾶσαι αἱ ἡμέραι, Matth. 28, 20. Luc. 1, 75. Ies. 38, 20. — Hinc ἐν ἡμέραις τινος, tempore, quo aliquis vixit, viguit, Matth. 2, 1. 11, 12. 23, 30. 24, 37. 38. Luc. 1, 5. 4, 25. Act. 13, 41. 1 Petr. 3, 20. (2 Sam. 8, 3. 21, 1. Gen. 10, 25.) — Nonnunquam ἡμέρα omittitur, Matth. 26, 17. Luc. 7, 11. Act. 19, 38. vid. Ἀγοραῖος. Ier. 52, 12. 3 Esdr. 8, 61.

Ἡμέτερος, *έρα, ερον*, (ab ἡμεῖς) *noster*; i. e. a) ad nos spectans, Rom. 15, 4. — b) patrius; de lingua, Act. 2, 11. lege, Act. 24, 6. religione, Act. 26, 5. — c) a nobis effectum, prolatum, 2 Tim. 4, 15. (Ioseph. ant. 4, 6. 5.) — d) ad nos pertinens, *noster*, 1 Io. 1, 3. 2, 2 τῶν ἡμετέρων (ἁμαρτιῶν), peccatorum Christianorum. οἱ ἡμέτεροι, nostrates, Christiani, Tit. 3, 14. [1 Cor. 15, 31 in textu vulg. ubi *Griesb.* ὑμετ.] (In V. T. non legitur.) *.

Ἤμην, pro ἦν. Vid. Εἰμί. — Moeris Attic. ἦν, Ἀττικῶς· ἤμην, Ἑλληνικῶς. Vid. etiam *Sturz.* de dial. Maced. p. 169.

Ἡμιθανής, *ές*, (ex ἡμι — Latinor. *semi* — et θανεῖν, vid. Θνήσκω) *semimortuus* (etiam ἡμιθνής, Aristophan. nub. v. 504. coll. Sap. 18, 18 ubi ἡμιθνητος.) Luc. 10, 30 ἡμιθανῆ (4 Macc. 4, 11), *semineccem*. *.

Ἥμισυς, *εια, υ*, genit. ἡμίσεως, apud seriores scriptores ἡμίσιος, contr. ἡμίσους; plur. ἡμίσεια, apud seriores scriptores ἡμίση, LXX pro חֲצִי, מַחֲצִית, quod dimidiae parti aequale est: dimidius. (Hom. Odyss. 3, 155. 157.) — In N. T. τὸ ἥμισυ et τὰ ἡμίση (in versione Alex. etiam οἱ ἡμίσεις, Ios. 4, 12), *dimidia pars, dimidium*, Apoc. 11, 9 ἡμέρας τρεῖς καὶ ἥμισυ. ibid. 11, 11. — seq. genitivo rei, Marc. 6, 23 ἕως ἡμίσους τῆς βασιλ. (Esth. 5, 3.) Luc. 19, 8 τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχ. (Tob. 8, 21. 10, 11. 12, 2.) Apoc. 12, 14 ἥμισυ καιροῦ, vid. Dan. 7, 25. — (Exod. 25, 10. 17. 23. 37, 1. Num. 12, 12. 32, 23. Ios. 12, 2. 5. Hom. Od. 17, 322. Iliad. 6, 193.) *.

Ἡμιώριον, *ου, τό*, (ex ἡμι — Latinor. *semi* — et ὥρα) *semihora*; semel Apoc. 8, 1. (Poll. onom. 1, 71.)

Ἡνίκα, (terminatio νίκα affigitur pronominibus ᾗ, τῇ, πῇ, ad formanda adverbia temporis) adv. temporis: *quando, quo tempore*; a) seq. indicativo, ubi de rebus in facto positis sermo est; 2 Cor. 3, 15. (Gen. 31, 10. 38, 27. ibid. 19, 15. 27, 34. 12, 11. 14. 16, 16. 17, 24 sq. Dan. 6, 10.) — b) seq. coniunctivo de rebus incertis; ἡνίκα ἄν, 2 Cor. 3, 16. (Exod. 1, 10. Gen. 27, 40. Ioseph. ant. 5, 1. 2. coll. Gen. 30, 42 ἡνίκα ἂν ἔτεκε.) *.

Ἤπερ, vid. ἤ.

Ἤπιος, *ον*, ab ἔπος, εἰπεῖν, unde primum *affabilis*; deinde: *benignus, lenis, clemens*; 2 Tim. 2, 24. 1 Thess. 2, 7. (Herodot. 3, 89. Homer. Iliad. 8, 40. Odyss. 2, 230. Plutarch. Timol. 7.)

Ἤρ, (hebr. עֵר) *Er*, nom. pr. indecl. Luc. 3, 28.

Ἤρεμος, *ον, placidus, tranquillus*; semel 1 Tim. 2, 2. Hesych. ἤρεμον· ἥσυχον, πρᾶον, ἥμερον. Positivus ἤρεμος praeterea tantum legitur apud grammaticos; saepius autem comparativus ἠρεμέστερος apud profanos.

Ἡρώδης, *ου, ὁ*, *Herodes*, nomen regum quorundam Iudaeorum Iesu et Apostol. tempore, quorum *primus*, qui huic familiae nomen dedit, fuit *Herodes*, cognomine *magnus*, ex Idumaea oriundus (Ioseph. ant. 14, 12), Antonii auctoritate a Romanis Iudaeorum rex creatus (Ioseph. ant. 14, 14 — 16), ab Octaviano in regno confirmatus (ibid. 15, 6), homo crudelis, multarum caedium auctor, ita ut nec uxori amatae nec suis ipsius filiis parceret (ibid. 17, 7), Graecorum Romanorumque morum amans, ideoque Iudaeis invisus, quorum favorem nec eo sibi reconciliare potuit, quod templum Hierosolymit. splendidissime refecit. Commemoratur Matth. 2, 1—19. (coll. Macrob. Saturn. 2, 4.) Luc. 1, 5. — *Secundus* fuit *Herodes*, cognomine *Antipas*, filius Herodis magni, Galilaeae et Petraeae dominus, qui dimissa coniuge legitima fratris sui uxorem, Herodiadem, matrimonio sibi iunxit, deinde Romam profectus, ut regis titulum sibi compararet, a Caligula, Caesare, in Galliam (a. 42. post Chr.) relegatus ibique mortuus est. (Ioseph. ant. 18, 5 et 7.) Neque igitur in N. T., excepto loco Marc. 6, 14—22. rex dicitur sed tetrarcha, Matth. 14, 1—6. Luc. 3, 1. 19. 8, 3. 9, 7. 9. 13, 31. 23, 7 — 15. Act. 4, 27. — Marc. 8, 15 Ἡρώδης positum est pro Ἡρωδιανοῖς, quod vide. — *Tertius*, *Herodes Agrippa*, cognomine maior, filius Aristobuli et Berenices, nepos Herodis magni, primum Caligulae, deinde Claudii, Caesarum Romanorum, gratia rebus Iudaeorum praefectus et regis titulo ornatus, Caesareae mortuus est. (Ioseph. ant. 18, 6. 19, 1. 5. 8.) Commemoratur Act. 12, 1 — 21. Utrum autem Herodes tetrarcha, cuius Act. 13, 1 fit mentio, fuerit Herodes Agrippa, an Herodes Antipas, disputarunt interpretes. cf. *Kuinoelii* comment. ad Act. 13, 1. — *Quartus* fuit *Herodes Agrippa*, cognomine *minor*, filius Agrippae maioris, Herodis magni abnepos, a Claudio et Nerone, Caesaribus, partem imperii patris nactus, et regis nomine honoratus, ultimus Iudaeorum rex. (Ioseph. ant. 19, 7. 20, 5 sqq.) Commemoratur in N. T. non nomine Herodis sed solum nomine Agrippae Act. cap. 25 et 26. (cf. *Schlosseri* Geschichte der Familie Herodes, Leipz. 1818. 8.) *.

Ἡρωδιανοί, *ῶν, οἱ*, *Herodiani*, Matth. 22, 16. Marc. 3, 6. 12, 13. coll. 8, 15. Sunt non solum aulici Herodis Antipae, sed omnes qui simul a parte Romanorum, quorum favore Herodes acceperat dominationem, stabant, ideoque tributum Caesari solvendum esse affirmabant.

Ἡρωδιάς, *άδος, ἡ*, *Herodias*, filia Aristobuli et neptis Herodis M., quae dicitur nupsisse primum Philippo, qui filius fuerit Herodis M., rectius fortasse Herodi, itidem filio Herodis M. Vid. Φίλιππος, No. 5. Huic legitimo marito ereptam iunxit sibi uxorem incesto vinculo Herodes Antipas, Philippi vel Herodis germanus. Matth. 14, 3 — 6. Marc. 6, 17 — 22. [Luc. 3, 19.] *.

Ἡρωδίων, *ωνος, ὁ*, *Herodion*, vir christianus, quem Paulus Rom. 16, 11 τὸν συγγενῆ μου appellat.

Ἡσαΐας, *ου, ὁ*, hebr. יְשַׁעְיָהוּ, (ex יֵשַׁע *salus*, et יָהּ Deus) *Iesaias*, propheta Iudaeorum quondam clarissimus, Amosi filius, qui imperantibus Usia, Iothamo, Ahaso et Hiskia vaticinatus est (Ies. 1, 1. 14, 28 sqq.), quemque Rabbini iussu Manassis regis serra dissectum tradunt. Commemoratur Matth. 3, 3. 4, 14. 13, 35 in quibusdam codd. Luc. 3, 4. 4, 17. Ies. 1, 23. 12, 38 sqq. Act. 28, 25. Rom. 9, 27 et passim. — *liber oraculorum Iesaiae*, Act. 8, 28. 30.

Ἡσαῦ, *ὁ*, hebr. עֵשָׂו, *Esavus*, nom. propr. indecl. (Ioseph. Ἡσαῦος, v. c. ant. 1, 18. 1 sqq.) Fuit filius Isaaci et Rebeccae primogenitus, frater Iacobi, et gentis Idumaeorum auctor. Gen. 25, 25 sq. 27, 6 sqq. — Rom. 9, 13. Hebr. 11, 20. 12, 16. *.

Ἡσυχάζω, aor. 1. ἡσύχασα, (ab ἥσυχος, quietus, placidus) 1) *quiesco*; de opere incepto, quod intermittitur, subsisto. Luc. 23, 56 ἡσύχασαν, quietas se domi continebant. 1 Thess. 4, 11 ἡσυχάζειν, quietos esse, i. e. non discursitare, sed domo se tenere ut laborent. — (Iud. 3, 11. 30 ἡσύχασεν ἡ γῆ. ib. 5, 32. 2 Reg. 11, 20 ἡ πόλις ἡσύχασε. Test. XII patr. p. 615 ἡσυχάσω ἐν εἰρήνῃ.) — 2) de disputante, altercante: *taceo, obmutesco*; de eo, qui non habet quod respondeat, vel contradicat, Luc. 14, 3. Act. 11, 18. 21, 14. (Iob. 32, 6. Test. XII patr. p. 684 ἐὰν οὖν ἐλεγχόμενος ἡσυχασθῇ. Nehem. 5, 8 καὶ ἡσύχασαν, καὶ οὐχ εὕροσαν λόγον. Ioseph. ant. 1, 21. 1.) *.

Ἡσυχία, *ας, ἡ*, (ab ἥσυχος) 1) *quies*, de cessatione ab opere, Ios. 5, 8. — *quies modesta, tranquillitas*, qua quis se domi continet nec aliorum rebus se immiscet, 2 Thess. 3, 12 μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, in modesta quiete laborantes, seduli domi. (Sir. 28, 16 κατασκηνώσει μεθ' ἡσυχίας. 1 Macc. 9, 58.) — 2) *silentium*; de cessatione strepitus, Act. 22, 2. (Iob. 34, 29.) — de cessatione ab inutili loquacitate, 1 Tim. 2, 11. 12. (Prov. 11, 12. Ioseph. ant. 3, 4. 1.) *.

Ἡσύχιος, ιον, i. q. ἥσυχος, *quietus, tranquillus, placidus*. (Hom. Iliad. 21, 598.) — Bis: 1 Tim. 2, 2. 1 Petr. 3, 4. (Ies. 66, 2. Psalt. Sal. 12, 6 φυλάξαι κύριος ψυχὴν ἡσύχιον μισοῦσαν ἀδίκους, καὶ κατευθῦναι κύριος ἄνδρα ποιοῦντα εἰρήνην ἐν οἴκῳ.)

Ἤτοι, vid. Ἤ.

Ἡττάω, ῶ, (ab ἥττων) minorem reddo. Activum legitur tantum apud scriptores seriores. (Ies. 54, 17. Polyb. 15, 4. Ioseph. ant. 12, 7. 1.) Passiv. ἡττάομαι, perf. ἥττημαι, aor. 1. ἡττήθην, *minor sum, inferior, deterior sum;* 2 Cor. 12, 13 ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας. — ex adiuncto: inferior sum, i. e. *superor, vincor, capior;* seq. dativo rei, 2 Petr. 2, 19. 20. Ies. 51, 7. (Ioseph. ant. 1, 19. 5 ἔρωτι ἡττηθείς, amore captus. Test. XII patr. p. 529 αἱ γυναῖκες ἡττῶνται τῷ πνεύματι τῆς πορνείας ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον. — seq. genitivo rei, Antonin. 2, 16. Ioseph. ant. 1, 3. 2. ib. 7, 7. 1. 16, 4. 1.) *.

Ἥττημα, τος, τό, (ab ἡττάομαι) 1) *deminutio, defectus,* Rom. 11, 12 τὸ ἥττημα αὐτῶν, i. e. quod deficiunt Iudaei, quod hi ad Christi partes accedere nolunt, efficit, ut multitudo gentilium accedat s. arcessatur. — 2) *contemptus, Herabwürdigung,* 1 Cor. 6, 7. (clades, Ies. 31, 8.) **.

Ἥττων, ονος, ὁ, ἡ. — ον, τό, minor, inferior (Iob. 20, 10. Dan. 2, 39), neutr. ἧττον, adverbialiter: *minus,* 2 Cor. 12, 15 (Ioseph. ant. 5, 5. 4 ἧττον ἔβλαπτε. ib. 4, 8. 3. Antonin. 3, 2.) —, τὸ ἧττον, substantive: *peius, deterius,* 1 Cor. 11, 17 εἰς τὸ ἧττον, in peius. Vid. Συνέρχομαι.

Ἠχέω, ῶ, (ab ἦχος) *sonum edo, sono;* de aëre resonante, 1 Cor. 13, 1. (Exod. 19, 16. Sir. 50, 18. Psalt. Sal. 8, 1.) — de *strepitu* maris aestuantis, Luc. 21, 25 ἠχούσης θαλάσσης, inter maris fragores, nisi praeferenda est lectio ἤχους. (Ier. 50, 42. 51, 50. Ies. 51, 15. 17, 12.) *.

Ἦχος, ου, ὁ, 1) *sonitus, clangor, strepitus,* de clangore tubae, Hebr. 12, 19. (Ps. 150, 3. Ioseph. ant. 11, 4. 2.) — de sonitu, Act. 2, 2. (Sap. 17, 4. de cantu avium ibid. 17, 18. de tonitru, Sir. 46, 17. de strepitu undarum, Luc. 21, 25. in codd. Ps. 65, 7. Ier. 51, 16.) — 2) *rumor,* Luc. 4, 37. coll. Marc. 1, 28 ubi ἀκοή. *.

Θ.

Θαδδαῖος, ου, ὁ, *Thaddaeus,* cognomen Iudae, apostoli, qui etiam Lebbaeus dicebatur, et frater erat Iacobi minoris; Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. *.

Θάλασσα, ης, ἡ, (ab ἅλς) LXX pro hebr. יָם, 1) *mare,* a) propr. de mari secundum ripam (vid. Πέλαγος) Matth. 18, 6. 21, 21. 23, 15 περιάγειν τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν, terram et mare circumire, i. e. ubicunque locorum summoque studio aliquid quaerere. Marc. 9, 42. Luc. 21, 25. Rom. 9, 27. Act. 10, 6. 32. 17, 14. 27, 30. 38. 40. 28, 4. 2 Cor. 11, 26. Iac. 1, 6. Apoc. 18, 17 ἐργάζεσθαι τὴν θάλασσαν, vid. Ἐργάζομαι. — Saepius. — b) mare rubrum, 1 Cor. 10, 1. 2. Hebr. 11, 29. Act. 7, 36. vid. Ἐρυθρός. — c) sensu latiori: aquae terram cingentes, *mare, Weltmeer,* Apoc. 20, 13. 21, 1. (Gen. 1, 10.) — ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα, i. e. orbis terrae, Apoc. 7, 1—3. 12, 12. (Ioseph. ant. 1, 19. 1. ibid. 4, 8. 2 sub fin. πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν. Exod. 20, 11.) — ὁ οὐρανός, ἡ γῆ, καὶ ἡ θάλασσα describunt totum orbem terrarum per partes, Act. 4, 24. 14, 15. Apoc. 5, 13. (Hagg. 2, 7. Ps. 146, 6. Ioseph. ant. 4, 3. 2 δέσποτα τῶν ἐπ᾽ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ θαλάσσης.) — d) auctor Apoc. 4, 6. 15, 2 in visionibus se conspexisse narrat θάλασσαν ὑαλίνην, mare vitreum, i. e. pellucidum, caeruleo colore splendens, ubi vulgo labrum ingens, aqua plenum, in templo coelesti intelligunt, ad cuius formam Moses vas aheneum aqua plenum, et mare dictum, effinxerit. (Exod. 30, 18. 1 Reg. 7, 23. Ioseph. ant. 7, 5. 3 τὸ μέγα σκεῦος, θάλασσαν δὲ καλούμενον. ib. 8, 3. 5 ἐκλήθη δὲ τὸ χαλκούργημα θάλασσα διὰ τὸ μέγεθος.) Rectius vero *Eichhornius* (in comment.) intelligit *mare supernum* (Gen. 1, 7), aquas coelestes, pellucidas, caeruleo colore splendentes et Dei thronum cingentes. His enim iam conspectis demum templum coelestum apertum esse traditur c. 15, 2—5. — 2) *lacus;* de lacu Tiberiadis Matth. 4, 15. 18. 8, 24 sqq. 15, 29. Io. 6, 1—25. 21, 1. 7 et passim; nunquam autem in Lucae scriptis. (De aquarum ductibus 1 Reg. 18, 32. 35. 38.)

Θάλπω, propr. *calefacio,* 1 Reg. 1, 2. 4. Hom. Od. 2, 179. 246. Ioseph. ant. 7, 14. 3. — de animalibus pullis vel ovis incubantibus, Deut. 22, 6. — metaph. transfertur ad curam tenerrimam fovendi, alendi, tuendique, et est: *foveo, tueor, nutrio,* 1 Thess. 2, 7. Eph. 5, 29. (Antonin. 5, 1 ἑαυτὸν θάλπειν. Ioseph. de bell. 4, 3. 14 θαλπόμενοι ἐλπίδι, spe nutriti.) *.

Θάμαρ, ἡ, *Thamar,* hebr. תָּמָר, nom. pr. indecl. uxoris Er, vid. Gen. 38, 6. — Matth. 1, 3. *.

Θαμβέω, ῶ, aor. 1. pass. ἐθαμβήθην, (a θάμβος) *obstupesco, attonitus sum,* Act. 9, 6 in textu vulg. (obstupefacio, 2 Sam. 22, 5.) — θαμβέομαι, *obstupefio, metu, admiratione percellor,* Marc. 1, 27. 10, 24. 32. (Sap. 17, 3. 1 Macc. 6, 8.) *.

Θάμβος, ους, τό, (a θάομαι, stupeo) *stupor,* magna admiratio cum terrore, Luc. 4, 36. 5, 9. Act. 3, 10. (Ezech. 7, 18. Hom. Iliad. 3, 342. 4, 79.) *.

Θανάσιμος, ον, et θανάσιμος, ίμη, ον, (a θάνατος) *lethalis, mortifer.* Semel Marc. 16, 18 θανάσιμόν τι, ubi quidam (*Kypkius, Munthius* ad h. l.) intelligendum esse putant φάρμακον, quod saepius addunt profani. Ioseph. ant. 4, 8. 34 θανάσ. φάρμακον. — Diod. Sic. 1, 87.

Θανατηφόρος, ον, (a θάνατος et φέρω) i. q. θανάσιμος, *lethalis, mortifer.* Semel Iac. 3, 8. (Num. 18, 22. Iob. 33, 23. 4 Macc. 8, 17 θανατηφόρος ἀπείθεια. ib. 15, 26.)

Θάνατος, ου, ὁ, (a themate θάνω, extendo) hebr. מָוֶת, מוּת, 1) *mors, qua haec vita finitur;* — vario quidem sensu, ita ut sit a) *mors naturalis,* Io. 5, 24. 11, 4. 13. Phil. 1, 20. Hebr. 7, 23. 9, 16. 11, 5. Apoc. 6, 8. 21, 4. — Γεύεσθαι τοῦ θανάτου, ἰδεῖν τὸν θάνατον, *mori,* Matth. 16, 28. Marc. 9, 1. Luc. 2, 26. 9, 27. Io. 8, 52. — Ἕως θανάτου, ut paene moriar, Matth. 26, 38. Marc. 14, 34. Ion. 4, 9. — ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ad mortem decubuerat, Phil. 2, 27. — Μέχρι θανάτου, ib. v. 30. 2 Macc. 13, 14. — Ex hebraismo pro adiectivo, Apoc. 13, 3 ἐσφαγμένην εἰς θάνατον, quod vulnus lethale acceperat. ibid. 13, 3 πληγὴ τοῦ θανάτου, vulnus lethale. 1 Sam. 5, 11 מְהוּמַת — מָוֶת, LXX σύγχυσις βαρεῖα σφόδρα, sive, ut alii codd. legunt, σύγχυσις θανάτου. — b) *mors violenta, supplicium,* ἔνοχος θανάτου, Matth. 10, 21. 15, 4. 20, 18. 26, 66. Marc. 7, 10. 13, 12. 14, 64. 10, 33. Luc. 22, 33. 2 Cor. 4, 11 sq. Apoc. 2, 23. (Gen. 26, 11. Exod. 22, 19. Lev. 20, 2—9. Ioseph. ant. 4, 8. 27.) — ἄξιον, αἴτιον θανάτου, Luc. 23, 15. 22. Act. 23, 29. 25, 11. 25. Rom. 1, 32. — αἰτία θανάτου, Act. 13, 28. 28, 18. — κρίμα θανάτου, Luc. 24, 20. — ἀπόκριμα θαν. 2 Cor. 1, 9. — ἄχρι θανάτου, usque ad necem, Act. 22, 4. Apoc. 2, 10. 12, 11. — μέχρι θαν. Phil. 2, 30. coll. 2 Macc. 13, 4. — De supplicio Christi, 1 Cor. 11, 26. Phil. 2, 8. 3, 10. Hebr. 2, 9. 5, 7. — et de morte eius *piaculari,* Rom. 5, 10. 6, 3. 5. 6. Col. 1, 22. Hebr. 2, 14. 9, 15. — *mortis genus,* ποίῳ θανάτῳ, quonam mortis genere, Io. 12, 33. 18, 32. 21, 19. (Act. Thom. §. 21. coll. Ps. 34, 21 θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός. Sir. 28, 21. Ier. 14, 15.) — c) *mortis pericula,* Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22. 2 Cor. 1, 10. 7, 10. 11, 23. (2 Chron. 32, 11. Ps. 118, 18.) — 2) *pestis, lues,* mortis causa, Apoc. 6, 8. 18, 8. (LXX hebr. דֶּבֶר Exod. 5, 3. 1 Reg. 8, 37. Ier. 21, 7. Ezech. 6, 11. Similiter hebr. מָוֶת legitur Ier. 18, 21.) — 3) *mortuorum habitaculum, hades;* Apoc. 1, 18. 20, 13. 14. Putabatur diabolus mortuos hade inclusos tenere, Hebr. 2, 14. Act. 2, 24. (Vid. quae de potestate diaboli, tanquam mortuorum in infernis domino, habet Evang. Nicodemi apocryphon in *Birchii* auctario cod. apocr. N. T. Fabriciani [Hafn. 1804.] p. 106 sqq. Porro Sap. 1, 12 sq. 2, 24. Act. Thom. §. 32 ἐγώ [Satanas] εἰμι ὁ τὴν ἄβυσσον τοῦ ταρτάρου οἰκῶν καὶ κατέχων. LXX pro hebr. קֶבֶר, sepulchrum, Iob. 8, 22. 23.) — Hinc σκιὰ θανάτου, umbrae hadis, i. e. tenebrae densissimae, Matth. 4, 16. Luc. 1, 79. (LXX hebr. צַלְמָוֶת

Ies. 9, 1. Ier. 13, 16. Iob. 24, 17.) — 4) *mors animae*, i. e. conditio animarum, quae, a corporibus solutae et sopore oppressae in tenebris hadis sunt, quae animarum conditio in scripturis semper *θάνατος* dicitur (cui opponitur *ζωή*), ut animae ipsae in hoc statu semper appellantur *οἱ νεκροί* (quibus opponuntur *οἱ ζῶντες*). Rom. 5, 12. 14. 17. 21. 6, 9. 16. 21. 23. 7, 5. 6 ubi *νόμου θανάτου* (*θανάτου* enim pro *ἀποθανόντος* vel *ἀποθανόντες* legendum est) est: legis (mosaicae) quae mortem, poenam minatur omnibus a Deo vero alienis. ib. v. 10. 13. c. 8, 2. 6. 1 Cor. 15, 26. 54. 55. 2 Cor. 3, 7. 2 Tim. 1, 10. Hebr. 2, 14. 15. — (Quidam Rom. 6, 9. 1 Cor. 15, 26. 54 sq. *τὸν θάνατον* enarrant: *τὸν ἐξουσίαν τοῦ θανάτου ἔχοντα*, i. e. diabolum, vid. Hebr. 2, 14.) — Hic status animarum sive haec mors finietur in resurrectione mortuorum, ubi pii Dei cultores in vitam coelestem eamque perpetuam (*ζωὴν αἰώνιον*) transferentur, impii autem et Dei contemptores iterum in haden in perpetuum deiicientur, quorum conditio miserrima appellatur *mors perpetua*, Io. 8, 51. Iac. 5, 20. 1 Io. 3, 14. coll. 2 Cor. 2, 16. (vid. *ὀσμή*), — vel *altera mors*, *ὁ δεύτερος θάνατος*, ex quo nullus unquam erit reditus in vitam, Apoc. 2, 11. 20, 6. 14. 21, 8. — (Eodem sensu mortem secundam dixerunt Targum Hierosol. in Deut. 33, 6 et Ps. 49, 11. cf. *Eichhorn.* ad Apoc. 2, 11.) — Hinc *ἁμαρτία πρὸς θάνατον*, 1 Io. 5, 16. 17 peccatum poena miseriae futurae luendum, peccatum gravissimum. (Test. XII patr. p. 628 *ἁμαρτία εἰς θάνατον*, peccatum grave, mortis poena dignum). *.

Θανατόω, *ῶ*, f. *ώσω*, aor. 1. *ἐθανάτωσα*, aor. 1. pass. *ἐθανατώθην*, (a *θάνατος*) 1) *interficio*, 2 Cor. 6, 9. 1 Petr. 3, 18. — (Act. Thom. §. 8 *λέων ἐθανάτωσεν αὐτόν*.) — *morti trado*, Matth. 10, 21. Marc. 13, 12. Luc. 21, 16. — morti *addico* et *trado*, Matth. 26, 59. 27, 1. Marc. 14, 55. — *in mortis pericula conficio*, Rom. 8, 36. coll. Ps. 44, 22. Ps. 118, 18. (mortem oppeto, Ioseph. bell. 3, 7. 18.) — 2) tropice: *opprimo, subigo, eneco*, i. e. omni vi privo, Rom. 8, 13. Vid. *Ἀναιρέω*. (Philo de alleg. I, p. 60 *ὁ δὲ ψυχῆς θάνατος ἀρετῆς μὲν φθορά ἐστι, κακίας δὲ ἀνάληψις*.) — Passive: *θανατοῦσθαί τινι*, Rom. 7, 4 ab alicuius potestate prorsus liberari, ab eo prorsus separari. cf. *Νεκρός* et *Νεκρόω*. *.

Θάπτω, aor. 1. *ἔθαψα*, aor. 1. pass. *ἐτάφην*, hebr. קָבַר, 1) *sepelio*; Matth. 14, 12. Act. 2, 29. 5, 6. 9. 10. 1 Cor. 15, 4. Ioseph. ant. 4, 8. 6 *ἀτίμως θάπτεσθαι*. — 2) ex adiuncto: *funus facio*, *sepulturam procuro*, Matth. 8, 21 sq. Luc. 9, 59 sq. et fortasse etiam Luc. 16, 22. coll. Gen. 50, 26 ubi LXX pro hebr. חָנַט, aromatibus condire. (Ioseph. ant. 4, 4. 6.) *.

Θάρα, *ὁ*, *Thara*, hebr. תֶּרַח, nom. pr. indecl. patris Abrahami (Gen. 11, 24. Ios. 24, 2.) Luc. 3, 34.

Θαῤῥέω, *ῶ*, aor. 1. *ἐθάῤῥησα*, recentior forma verbi *θαρσέω*, (a *θάῤῥος*, fiducia, i. q. apud antiquiores *θάρσος*) *bono sum animo*, *fiduciae*, *spei sum plenus*, 2 Cor. 5, 6. 8. Hebr. 13, 6. Prov. 1, 21. — *Θαῤῥεῖν ἔν τινι* (pro *τινι*) alicui confidere, de aliquo bene sperare, 2 Cor. 7, 16. (Eodem sensu *θαρσεῖ* (sive ut alii legunt *θαῤῥεῖ*) *ἐπ' αὐτῇ*, Prov. 31, 11 hebr. בָּטַח seq. בְּ. Ioseph. ant. 6, 9. 3 *θαῤῥ. ἐπί τινι*. ib. 4, 5. 3.) — *θαῤῥ. εἴς τινα*, audacter agere cum aliquo, severius in illum animadvertere, 2 Cor. 10, 1. 2. *.

Θαρσέω, *ῶ*, antiquior forma, i. q. *θαῤῥέω*, (a *θάρσος*) *fiduciam habeo*, *bono sum animo*. (Hom. Iliad. 1, 92. 5, 124. Ioseph. ant. 1, 10. 4 *θαρσεῖν*.) In N. T. tantum legitur imperativus: *θάρσει*, confide, bono sis animo, Matth. 9, 2. 22. Marc. 10, 49. Luc. 8, 48. Act. 23, 11. et *θαρσεῖτε*, confidite, Matth. 14, 27. Marc. 6, 50. Io. 16, 33. (hebr. אַל־יִרָא, Gen. 35, 17. Exod. 14, 13. Zeph. 3, 17. Hom. Iliad. 4, 184.) *.

Θάρσος, *εος*, *τό*, *fiducia*, animus praesens et fortis; semel Act. 28, 15 *ἔλαβε θάρσος*, animum recepit. (Iob. 17, 9 *ἀναλάβοι θάρσος*. 1 Macc. 4, 35. Ioseph. ant. 9, 4. 3 *λαβεῖν εὔελπι θάρσος*. ib. 5, 5. 4.)

Θαῦμα, *τος*, *τό*, (a *θάομαι*, stupeo, miror) 1) *res quae cum admiratione spectatur*, *res mira*; 2 Cor. 11, 14 ubi boni libri *θαῦμα* exhibent pro *θαυμαστόν*, quod interpretamento tribuendum videtur. (Saepe apud Homer. ut Iliad. 5, 725. 13, 99. Clem. Alex. strom. 3, 12.) — 2) *admiratio*. Apoc. 17, 6 *ἐθαύμασα θαῦμα μέγα*, vehementer miratus sum. (Iob. 17, 8. 18, 20. Plutarch. Timol. c. 12 *μετὰ θαύματος*.) *.

Θαυμάζω, f. *άσομαι* [Apoc. 17, 8], aor. 1. *ἐθαύμασα*, aor. 1. pass. *ἐθαυμάσθην* [2 Thess. 1, 10 et in quibusdam libris Apoc. 13, 3.] — (a *θαῦμα*) 1) *specto cum admiratione*, *miror*. Ubi subiectum vel causa admirationis additur, legitur vel accusativus rei, Luc. 7, 9. 24, 12. Io. 5, 28. Act. 7, 31. Apoc. 17, 6. coll. Dan. 8, 27. vel *ἐπί τινι*, Marc. 12, 17. Luc. 2, 33. 4, 22. 9, 43. 20, 26. Act. 3, 12. (Ies. 52, 15. 14, 16. Iob. 42, 11. Iudith. 11, 20. Sap. 11, 15.) — vel *ἔν τινι*, Luc. 1, 21. 2 Thess. 1, 10. Sir. 11, 21. semel *περί τινος*, Luc. 2, 18. et semel *διά*, Marc. 6, 6. — Si sequitur sententia causam s. argumentum admirationis continens, legitur vel *ὅτι*, Luc. 11, 38. Gal. 1, 6. Io. 3, 7. 4, 27. Apoc. 17, 8. vel *εἰ*, Marc. 15, 44. 1 Io. 3, 13. (Ioseph. c. Ap. 1, 12.) — Ut Latinor. miror, usurpatur vario modo, et dicitur a) de magno, divino, quod comprehendi perspicique non potest, ideoque stuporem, admirationem excitat; *miror*, *obstupesco*, Matth. 8, 27. 9, 8. 33. 15, 31. Marc. 5, 20. 6, 51. Luc. 1, 63. 2, 18. 33. 9, 43. 11, 14. 24, 12. 41. Io. 5, 20. 7, 21. Act. 2, 7. 3, 12. 7, 31. Apoc. 17, 6—8. — etiam adiecta notione timoris, Luc. 8, 25. Act. 13, 41. — b) de inexspectato, insolito, quod praeter spem et opinionem evenit; *mirum mihi videtur*, *commoveor*, nostrum: *es befremdet mich*, Matth. 21, 20. 22, 22. 27, 14. Marc. 6, 6. 15, 5. 44. 12, 17. Luc. 1, 21. 11, 38. 20, 26. Io. 3, 7. 4, 27. 5, 28. 7, 15. Act. 4, 13. Gal. 1, 6. 1 Io. 3, 13. — ubi boni aliquid est, praeminet notio laetitiae: *laetus miror*, Matth. 8, 10. Luc. 4, 22. 7, 9. — ubi causa mirandi est mali aliquid, adiecta est notio indignationis, unde quidam etiam, sed minus recte, vertunt: aegre fero, ut Marc. 6, 6. Io. 4, 27. 7, 21 ubi versu 23 *χολᾶτε*. 1 Io. 3, 13. Gal. 1, 6. Est autem potius: *pungit me*, *commoveor*. — Quum, quae ob praestantiam admiramur, etiam veneremur et colamus, est — 2) *honorem habeo alicui*, *veneror*, *colo*; (seq. accus. personae vel rei, Sir. 7, 29 *εὐλαβοῦ τὸν κύριον, καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ θαύμαζε* i. e. debito prosequere illos honore. Aristoph. nub. 1146 *χρὴ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον*. Cebet. tab. c. 2. Ioseph. ant. 3, 3 *θαυμάζειν Μωϋσῆν τῆς ἀνδραγαθίας*.) In N. T. hoc sensu Apoc. 13. 3 *θαυμάζειν ὀπίσω τινος* ex hebraismo, proprie: admirari et sequi aliquem, cultu prosequi. Item passiv. *θαυμάζομαι*, *illustris*, *conspicuus fio*, 2 Thess. 1, 10. (Ies. 61, 6. Sap. 8, 11. Sir. 38, 3 *ἔναντι μεγιστάνων θαυμασθήσεται*.) — Hinc etiam explicatur locutio hebr. *θαυμάζειν πρόσωπον*, externam hominis conditionem admirari, i. e. in agendo respicere et revereri, Iud. v. 16. (Lev. 19, 15 (ubi הָדַר, honoro). 2 Chron. 19, 7. Gen. 19, 21. Deut. 10, 17. Ies. 9, 15.) *.

Θαυμάσιος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, — *ον*, *τό*, (a *θαῦμα*) *cum admiratione spectandus*, *mirandus*, *admirabilis*, (Pind. Py. 1, 49. Ioseph. c. Apion. 1, 9 *θαυμασιώτατος βασιλεύς*. Sir. 43, 25. 48, 14.) — *Τὸ θαυμάσιον* s. *τὰ θαυμάσια*, *facta miranda*, *miracula*. Semel Matth. 21, 15. (Saepissime in V. T. pro hebr. נִפְלָאוֹת, Exod. 3, 20. Iud. 6, 13. Neh. 9, 17. et פֶּלֶא, Ps. 77, 11. 14. Dan. 12, 6.)

Θαυμαστός, *ή*, *όν*, (ab eodem) 1) propr. *is*, *qui cum admiratione conspicitur*, *admirandus*; a) de eo quod stuporem iniicit, admirationem movet, quia cogitatione comprehendi non potest, Matth. 21, 42 *ἔστιν αὕτη θαυμαστή*, mirandum est, pro *τοῦτό ἐστι θαυμαστόν*, e versione LXX, Ps. 118, 23 ubi in hebr. זֹאת נִפְלָאת. Eodem modo Marc. 12, 11. (Hoc sensu pro hebr. נִפְלָא saepius, v. c. Iob. 42, 3. Mich. 7, 15. Ies. 25, 1.) — b) de eo, quod stuporem et simul *terrorem* iniicit, Apoc. 15, 1. 3. (LXX pro hebr. נוֹרָא Exod. 15, 11. 34, 10. Deut. 28, 58.) — c) de eo, quod *insolitum* est, Io. 9, 30. 2 Cor. 11, 14. Vid. *Θαυμάζω*. — 2) ut *θαυμάζω* ad venerationem transfertur, sic etiam *θαυμαστός* est: *magnificus*, *summe aestumandus*, *praestantissimus*; 1 Petr. 2, 9 *φῶς θαυμ.* lux praestantissima. (LXX pro hebr. אַדִּיר, magnificus, Ps. 8, 1. 93, 4. Dan. 9, 4 *κύριε ὁ θεὸς ὁ μέγας καὶ θαυμαστός* (hebr. נוֹרָא colendus). Sir. 43, 29 *θαυμαστὴ ἡ δυναστεία αὐτοῦ*.) *.

Θαυμαστόομαι, *οῦμαι*, aor. 1. pass. *ἐθαυμαστώθην*, (a *θαυμαστός*), *θαυμαστὸς habeor*, ich werde als ein Wunder angesehen; in cod. 2 Thess. 1, 10 *θαυμαστωθῆναι* pro *θαυμασθῆναι*. Apoc. 13, 3 *ἐθαυμαστώθη* pro *ἐθαύμασεν*.

Θεά, ᾶς, ἡ, (a θεός) *Dea*. Act. 19, 27. [33.] et vers. 37 ubi *Griesb.* reposuit τὴν θεόν, sensu non mutato, quum θεός sit generis communis et profani ὁ et ἡ θεός dicant. *.

Θεάομαι, ῶμαι, aor. 1. med. ἐθεασάμην, aor. 1. pass. ἐθεάθην, perf. τεθέαμαι, (a θέα, spectatio) verbum depon. med. 1) *specto*, nostrum: *schauen*, Matth. 11, 7 ἐξήλθετε θεάσασθαι exiistis spectatum, Matth. 11, 7. Luc. 7, 24. (Ioseph. ant. 3, 6. 4 fin.) — Passivum θεαθῆναί τινι, spectandum se praebere alicui, conspici ab omnibus velle, Matth. 6, 1. 23, 5. — 2) *oculis conspicio*, de eo, qui ipse aliquid oculis conspicit, neque aliunde cognoscit, Marc. 16, 14. Io. 1, 14. 32. Act. 1, 11. 22, 9. 1 Io. 1, 1. 4, 12. 14. (2 Macc. 3, 36.) Passive: θεαθῆναι ὑπό τινος, Marc. 16, 11. — Ex adiuncto: *viso, inviso*, Rom. 15, 24. (2 Chron. 22, 6 θεάσασθαι (ראה) Ἰωράμ. Ioseph. ant. 16, 1. 2 θεάσασθαι τοὺς παῖδας ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρίβοντας.) — *contemplor, perlustro*, Matth. 22, 11. Io. 4, 35. Luc. 23, 55. 2 Macc. 2, 4. — *forte conspicio, video* simpliciter, i. q. εἰδεῖν, Luc. 5, 27. Io. 1, 38. 6, 5. 8, 10. 11, 45. [Act. 8, 18 ubi *Griesb.* ἰδών.] Act. 21, 27. (Ioseph. ant. 1, 11. 2.) *.

Θεατρίζω, (a θέατρον) in theatro sum, fabulam ago. — Passivum, metaph. *ludibrio habeor, ignominiae exponor*; semel Hebr. 10, 33 ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, velut in theatro contumeliis et vexationibus expositi, ita vexati, ut ignominiae publice exponamur. Alii supplicia ignominiosa intelligunt. Vide Θέατρον.

Θέατρον, ου, τό, (a θεάομαι) locus ad spectandum, *theatrum*, locus spectaculorum. Ex more Graecorum ad alia etiam, praeter spectacula, multitudo in theatra confluere solebat, nimirum ad conciones quoque audiendas, vel res publicas aut causas privatas agendas. (cf. *Raphel.* annot. e Xenoph. *Kypkii* et *Krebsii* obss. ad Act. 19, 29. coll. Corn. Nep. Timol. 4. Cic. pro Flacco c. 7. Tacit. hist. 2, 80. 6. Ioseph. de bell. 7, 3. 3. antiq. 17, 6. 3.) Hinc intelligitur Act. 19, 29. 31. — In locutione autem θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ 1 Cor. 4, 9. θέατρον est i. q. θέαμα, δρᾶμα, spectaculum, fabula, ut nostrum: *zum Schauspiel werden*. Alii hoc referunt ad *ignominiam*, quum in comoedia prisca Graecorum homines tum viventes nonnunquam ita depingerentur, ut ludibrio essent, et risui exponerentur; alii ad *supplicia* et *poenas gravissimas*, quum ex more Graecorum illius temporis supplicia etiam in theatris sumerentur, hominesque capitis damnati, ut cum bestiis depugnarent, in ea deducerentur. Sic Iosephus de bell. 6, 9. 2 Titum narrat plurimos Iudaeorum devictos per provincias distribui iussisse, in theatris ferro et bestiis consumendos (φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρῳ καὶ θηρίοις). Idem c. Apion. 1, 8 παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες. Philo in Flacc. p. 977. Vid. omnino *Loesneri* obss. e Phil. p. 275 sq. *Carpzov.* sacrae exercitatt. in epist. ad Hebr. p. 485. — Spectat nostrum locum glossa Hesych.: θέατρον· θέαμα ἢ σύναγμα. *.

Θεῖον, ου, τό, *sulphur*. Ps. 11, 6. — πῦρ καὶ θεῖον, ignis sulphureus, Luc. 17, 29. Apoc. 14, 10. (Gen. 19, 24. Ezech. 38, 22. 3 Macc. 2, 5.) Non solum fulmina odorem sulphuris spargunt, ut ignis sulphureus esse facile videri possit, sed etiam in motibus terrae saepe prorumpere solet aut ignis aut vapor sulphureus. — λίμνη τοῦ πυρὸς καὶ θείου, Apoc. 20, 10. i. e., ut c. 19, 20 et 21, 8. dicitur, λίμνη καιομένη πυρὶ καὶ θείῳ. — Apoc. 9, 17. 18 καπνὸς καὶ θεῖον vapor sulphureus, s. fumus cui intermixtae sunt flammulae sulphureae. (Act. Thom. §. 53.) *.

2) *animi impetus vehemens, fervor,* Apoc. 12, 12 ἔχων θυμὸν μέγαν, magno impetu fertur videlicet ut scelera sua perficiat. (Test. XII patr. p. 596 ἐπήλθομεν ἐπ' αὐτοὺς μετὰ θυμοῦ, magno cum impetu.) — Quum qui impetu animi abripiuntur, anhelare soleant, θυμός ad imitationem hebr. אַף et חֵמָה, quibus apud LXX saepissime respondet, etiam *anhelitum*, das Schnauben, indicat; Deut. 32, 33 θυμὸς δρακόντων, anhelitus draconum, quo hausto homines pereunt, Gifthauch. Iob. 20, 16. coll. Amos. 6, 12. Deut. 32, 24 θηρίων μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ γῆν. ibid. v. 22. Sic in Apocal. ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς, anhelitus irae divinae, quo tacti impii consumuntur; Apoc. 16, 19 οἶνος τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς, i. e. *ira aestuans* s. *fervens,* vini instar hausta. ib. 19, 15. Sic etiam aliis in locis Apocalyps. ad θυμός cogitando addendum est τῆς ὀργῆς, ut Apoc. 14, 10 οἶνος τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ. ib. 14, 19 ληνὸν τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ. 15, 7 φιάλας γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ. 16, 1. 15, 1 ἐν αὐταῖς (πληγαῖς) ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ θεοῦ. Comparatur in his locis ira Dei cum potu mortifero, quem Deus impiis porrigit, ut pereant. (Similiter Ies. 65, 5 οὗτος καπνὸς τοῦ θυμοῦ μου, πῦρ καίεται ἐν αὐτῷ. coll. Ier. 15, 14. 25, 37. — Eadem metaphora Deus dicitur ἐκχέειν τὸν θυμὸν αὐτοῦ, Ier. 10, 25. Thren. 2, 4. Ezech. 9, 8. 14, 19.) — Apoc. 14, 8. 18, 3 meretrix dicitur porrigere οἶνον τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς, vel: vinum veneni, s. venenatum scortationis, quo hausto homo perit, vel: vinum fervens, aestuans, quo hausto homo ad scortationem magno cum impetu fertur. — 3) *indignatio, excandescentia, furor;* Luc. 4, 28. Act. 19, 28. Rom. 2, 8. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. Hebr. 11, 27. (Ps. 74, 1. 4 Macc. 2, 17.) — θυμοί, furores, animi impetus, 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. Aristot. probl. sect. 30. Ioseph. de bell. 4, 5. 2 οἱ θυμοὶ τῶν Ἰδουμαίων, furor Idumaeorum. cf. etiam Gen. 27, 44. Ier. 36, 7. Ezech. 5, 13. Ps. 78, 49 ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν. •.

Θυμόω, ῶ, aor. 1. pass. ἐθυμώθην, (a θυμός) ad iram provoco; passiv. θυμόομαι, οῦμαι, *excandesco, irascor.* Matth. 2, 16 ἐθυμώθη λίαν. (Esth. 3, 5. 5, 9 ἐθυμώθη σφόδρα, hebr. נִמְלָא חֵמָה. 4 Macc. 2, 17 θυμούμενος, exacerbatus.) •.

Θύρα, ας, ἡ, 1) *ianua, fores,* (hebr. דֶּלֶת et פֶּתַח) Matth. 6, 6. 25, 10. Marc. 1, 33. Luc. 11, 7. 13, 25. Io. 18, 16. Apoc. 3, 20. (Gen. 19, 6—10.) — Τὰ πρὸς τὴν θύραν, propr. locus ad ianuam versus, i. e. τὸ πρόθυρον, vestibulum, Marc. 2, 2. ibid. 11, 4 πρὸς τὴν θύραν, in vestibulo. — ianua cubiculi, conclavis, Matth. 6, 6 et fortasse etiam Io. 20, 19. 26. (Iud. 3, 23—25.) — ovilis, Io. 10, 1. 2. — carceris, Act. 5, 19. 23. 12, 6. 16, 26 sq. — templi, Act. 3, 2. 21, 30. 1 Reg. 6, 33. 7, 50. — coeli, Apoc. 4, 1. coll. Ps. 78, 23. — Ἐγγὺς εἶναι ἐπὶ θύραις, Matth. 24, 33. Marc. 13, 29. ἐπὶ τῇ θύρᾳ, Act. 5, 9. πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκε, Iac. 5, 9 *ad fores adest*, i. e. instat, futurus, propinquus est. — (Differunt θύρα et πύλη ita, ut illud ianuam minorem in porta maiori, vel etiam dimidiam partem portae, s. valvas *portae* indicet. Act. 12, 13 θύρα τοῦ πυλῶνος. (Iud. 9, 35 ἔστη πρὸς τῇ θύρᾳ τῆς πύλης. v. 44. 18, 16. ib. 16, 3 τῶν δύο θυρῶν τῆς πύλης τῆς πόλεως. Ioseph. de bell. 5, 5. 3 δύο μὲν ἑκάστου πυλῶνος θύραι. ibid. §. 4.) — 2) *os, aditus;* — sepulchri, Matth. 27, 60. 28, 2. Marc. 15, 46. 16, 3. (Ioseph. ant. 10, 11. 6.) — tropice: *aditus* ad aliquid, *facultas perveniendi* ad aliquid, Luc. 13, 24 στενὴ θύρα, nimirum perveniendi ad Iesum et ad salutem (text. vulg. πύλη). Apoc. 3, 8 θύραν intellige: ad me, liberum aditum. Act. 14, 27 θύρα πίστεως, aditus i. e. facultas perveniendi ad Christum. — 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12 θύρα μοι ἀνέῳγε, facultas mihi est data, videlicet τοῦ λόγου, tradendae doctrinae, ut additur Col. 4, 3. — meton. *aditum aperiens*, Io. 10, 7. 9 θύρα τῶν προβάτων, aditum ad salutem piis hominibus aperiens. (Ignat. ad Philadelph. §. 9 Christus dicitur ἡ θύρα τοῦ πατρός, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ οἱ προφῆται.) •.

Θυρεός, οῦ, ὁ, (a θύρα) 1) ianua, et quod vicem ianuae praestat; lapis oblongus, quo introitus in domum occludebatur; Homer. Odyss. 9, 240. 313. 340. — Deinde propter similitudinem formae oblongae apud seriores scriptores (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 366.) — 2) *scutum*, et quidem longius quam latius, quod munit corpus; Eph. 6, 16 τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, i. e. πίστιν ἀντὶ θυρεοῦ, fide nos tegamus adversus impetus hostiles. (2 Chron. 12, 9. 10. Ps. 35, 2. 2 Chron. 9, 15. 25, 5. Ioseph. ant. 8, 7. 2. Polyb. 6, 23. 2.) •.

Θυρίς, ίδος, ἡ, (deminutiv. nominis θύρα) *apertura, ostiolum; fenestra;* Act. 20, 9. 2 Cor. 11, 33. (Gen. 26, 8. Ios. 2, 15. Iud. 5, 28. Ezech. 41, 26. Ioseph. ant. 6, 11. 4. 2 Macc. 3, 19.) •.

Θυρωρός, οῦ, ὁ et *ἡ,* (a θύρα et οὖρος, custos) *ianitor, ostiarius, ianitrix;* Hebraei enim quum servis tum ancillis ianuae custodiam mandare solebant. — ὁ θυρωρός, Marc. 13, 34. Io. 10, 3. — ἡ θυρωρός, Io. 18, 16 sq. (2 Sam. 4, 6. Ioseph. ant. 7, 2. 1.) •.

Θυσία, ας, ἡ, (a θύω) 1) *mactatio victimae eiusque oblatio; sacrificium,* LXX hebr. זֶבַח, Matth. 9, 13. 12, 7. (Ps. 40, 6.) Hebr. 10, 5. 8. 11, 4. ib. 9, 26 διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, eo quod ipse victimam se obtulit. — Sacrificium pro peccato: *piaculum*, Eph. 5, 2. Hebr. 5, 1 θυσία ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. 7, 27. 8, 3. 9, 9. 23. 10, 1—12. 26. (Lev. 9, 4.) — 2) pecora Deo mactanda, *victima*, Luc. 13, 1. Act. 7, 41 sq. Lev. 7, 15. (Deut. 12, 27. Prov. 21, 3.) — etiam *carnes* victimarum, quarum pars Deo dicata erat, Marc. 9, 49. 12, 33. (Exod. 34, 15. pars etiam sacerdotibus et Levitis concedebatur, 1 Cor. 10, 18. Sir. 45, 21.) — 3) *oblatio* rei cuiuscunque *Deo devota*, LXX pro hebr. מִנְחָה (oblatio frugum, olei, Gen. 4, 3. 5. Exod. 30, 9. Lev. 2, 7. 15. 14, 10. 20.) Luc. 2, 24. — θυσία αἰνέσεως, Hebr. 13, 15. 16. (Ps. 50, 23. 107, 22. 116, 17.) vid. Αἴνεσις. — Phil. 2, 17 σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, sanguinem meum libo in oblatione fidei vestrae, i. e. sacerdotis in modum sanguinem meum libo ut oblationem (Deo vel Christo) in ministerio meo, quod ad fidem vestram confirmandam spectat. Rom. 12, 1 παραστῆσαι τὰ σώματα θυσίαν ζῶσαν, corpora Deo vovere tanquam victimam vivam non mactatam victimam, i. e. ei placere pie agendo. — 4) ex adiuncto: *res Deo grata, eius gratiam homini comparans;* Phil. 4, 18 θυσία δεκτή, de eleemosynis; 1 Petr. 2, 5 πνευματικαὶ θυσίαι, victimae spirituales, i. e. pietatis exercitia Deo sacrificiis gratiora. (Ps. 51, 17 θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον.) •.

Θυσιαστήριον, ου, τό, (a θυσιάζω, sacrifico) hebr. מִזְבֵּחַ, *ara,* a) proprie *ara victimis mactandis destinata;* ara holocaustorum α) in templo Hierosolym. Matth. 23, 35. Luc. 11, 51. Hebr. 7, 13. (Exod. 30, 27. 35, 15.) — β) in coelo s. templo coelesti, Hebr. 13, 10 φαγεῖν ἐκ τοῦ θυσιαστ. i. e. victimas arae impositas. Apoc. 6, 9. 11, 1. 14, 18. 16, 7 ἤκουσα τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος, i. e. vocem ex ara, s. vocem angeli stantis super ara; unde nata est lectio ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρ. — b) ara quaecunque, Matth. 5, 23 sq. 23, 18—20. Iac. 2, 1. (Gen. 8, 20. 12, 7. 13, 4. 18.) — c) ara suffitus, α) in templo Hierosol. Luc. 1, 11. (Exod. 30, 1. 27. 35, 14.) — β) aureum in templo coelesti, Apoc. 8, 3. 5. 9, 13. (auream fuisse aram suffitus in templo Salom. docent 1 Chron. 28, 18. 2 Chron. 4, 19. coll. 1 Macc. 1, 23.) — c) pars pro toto: ara pro *sacris, religione* omnino 1 Cor. 10, 18. •.

Θύω, aor. 1. ἔθυσα, perf. pass. τέθυμαι, aor. 1. pass. ἐτύθην [1 Cor. 5, 7 ubi text. vulg. ἐθύθη], mutata litera stirpis adspiratae, vid. *Rost.* Gramm. §. 15 D. 1. b. *Buttm.* Gr. ampl. I, §. 18. not. 3. *Matth.* Gr. gr. §. 36. — 1) feror cum impetu, concitus sum (Hom. Iliad. 1, 342.) — 2) *sacrifico,* coniecta oblatione in ignem (Hom. Iliad. 9, 219. Od. 14, 446). — *sacrificium facio,* 1 Cor. 10, 20. (Exod. 3, 18. 5, 3. 8.) — 3) *macto,* hebr. שָׁחַט et זָבַח, a) victimam ad sacrificium faciendum, Act. 14, 13. 18. (Gen. 31, 54. 1 Chr. 15, 26. Exod. 12, 21.) — 1 Cor. 5, 7 ἐτύθη, Iesus tanquam victima. (1 Sam. 15, 15 τυθῇ.) — b) macto pecudes ad prandium, Matth. 22, 4. Luc. 15, 23. 27. 30. Act. 10, 13. 11, 7. (Deut. 12, 15.) — τὸ πάσχα, Marc. 14, 12. Luc. 22, 7. (Deut. 16, 2. 6.) — 4) *trucido, interficio,* Io. 10, 10. •.

Θωμᾶς, ᾶ, ὁ, (hebr. תְּאוֹם) *Thomas,* nomen unius ex apostolis Christi; Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Io. 11, 16. 14, 5. 20, 24—29. 21, 2. Act. 1, 13. Scriptores ecclesiastici (Euseb. 3, 1. Socrat. 1, 19. Niceph. 2, 40) eum doctrinam Iesu pertulisse in Parthiam, Mediam, Persiam, Aethiopiam, adeoque Indiam tradunt. Vid. etiam Ἰούδας. — De explicatione nominis Io. 20, 24 vid. Δίδυμος. •.

Θώραξ, ακος, ὁ, thorax, propr. corpus a collo usque ad femora; corpus a collo usque ad umbilicum, ubi costae

desinunt, Apoc. 9, 9. — pars armaturae pectus tegens, *thorax, lorica.* Apoc. 9, 9. 17. (Ier. 46, 4. 2 Chron. 18, 33. 1 Sam. 17, 5. Neh. 4. 16. Hom. Iliad. 2, 19 sq. 3, 332. 4, 132 sq.) — Eph. 6, 14 στῆτε ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, i. e. δικαιοσύνην ὡς θώρακα. 1 Thess. 5, 8 ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, muniti fiducia et amore (in Christum). (Ies. 59, 17 ἐνεδύσατο δικαιοσύνην ὡς θώρακα. Sap. 5, 18 ἐνδύσεται θώρακα δικαιοσύνην.) *.

I.

Ἰάειρος, ου, ὁ, (יָאִיר, lucem dans, Num. 32, 41) *Iairus*, praefectus Synagogae. Marc. 5, 22. Luc. 8, 41. *.

Ἰακώβ, ὁ, (יַעֲקֹב, plantam tenens, Gen. 25, 26. 27, 36. Hos. 12, 3) nom. pr. indecl. 1) filii natu secundi Isaaci, *Iacob* (Ioseph. Ἰάκωβος, ant. 1, 18. 1 sqq.), de quo vid. Gen. cap. 25 — 37. 46. 49. Commemoratur saepius in N. T., ut Matth. 1, 2. 8, 11. Io. 4, 5 — 12. Act. 7, 8 sqq. Rom. 9, 13. (Mal. 1, 2) et passim. — ex hebraismo: *Iacobitae, posteri eius,* Rom. 11, 26. (1 Macc. 3, 7.) — 2) nomen patris Iosephi, mariti matris servatoris, Matth. 1, 15 sq.

Ἰάκωβος, ου, ὁ, (יַעֲקֹב, vid. Ἰακώβ) *Iacobus.* Quot huius nominis in scriptis N. T. commemorentur, multum disputarunt interpretes. cf. *Winert* bibl. Realwörterb. s. h. v. *Pottii* prolegomena in ep. Iac. p. 58 sqq. et libros isagogicos in N. T. — Qua de re si iudicatur e solis scriptis Matthaei, Marci et Lucae, quatuor commemorari Iacobos dubitari non potest; commemorantur 1) *Iacobus* ὁ τοῦ Ζεβεδαίου (υἱός), apostolus Christi, *frater Ioannis* apostoli, Matth. 4, 21. 10, 2. 17, 1. Marc. 1, 19. 29. 3, 17. 5, 37. 9, 2. 10, 35. 41. Luc. 5, 10. 6, 14. Act. 1, 13. et verosimiliter etiam Marc. 13, 3. 14, 33. Luc. 8, 51. 9, 28, 54. quia ibidem cum Ioanne simul nominatur. Hunc Act. 12, 2 Lucas ab Herode occisum tradidit. Commemoratur etiam in Act. Thom. §. 1. — 2) *Iacobus* ὁ τοῦ Ἀλφαίου (υἱός), apostolus, Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. idemque verosimiliter Act. 12, 17 et 15, 13. 21, 18. Gal. 2, 9. 12. qui fuit antistes ecclesiae Hierosolymitanae. (Act. Thom. §. 1.) — 3) *Iacobus*, qui dicitur ὁ ἀδελφός Iesu, cuius mater fuit Maria, fratres autem Ioses, Simon et Iudas, quique cognomen τοῦ μικροῦ (Marc. 15, 40) habuit, Matth. 13, 55. 27, 56. Marc. 6, 3. Luc. 24, 10 Μαρία Ἰακώβου videlicet mater. Hic non inter apostolos refertur, nec commemoratur in catalogo apostolorum. Act. Thom. §. 1. — 4) *Iacobus quidam,* quem solus Lucas, evang. 6, 16. Act. 1, 13 (etiam in Act. Thom. §. 1) commemorat his verbis: Ἰούδας Ἰακώβου, quod vel (ut Μαρία Ἰακώβου Luc. 24, 10) esse potest: Iudas Iacobi pater, vel Ἰούδας ὁ τοῦ Ἰακώβου (ut ὁ τοῦ Ἀλφαίου) Iudas filius Iacobi. Certe hic Iacobus non ipse in numerum apostolorum refertur. Iacobus, cuius mentio fit 1 Cor. 15, 7. et auctor epistolae Iac. 1, 1 utrum sit Zebedaei an vero Alphaei filius non patet. — Si autem Ioannes, Paulus et Iudae epistola audiuntur, Iacobus tertius et quartus non differunt. Auctor enim epistolae Iudae v. 1 se appellat ἀδελφὸν Ἰακώβου, vult igitur esse filius Mariae, qui simul cum Iose et Iuda Matth. 13, 55 dicitur ipse frater Christi. Secundum Ioannem autem, qui caeteroquin neminem huius nominis laudavit, Maria, mater Iesu, habuit sororem, itidem Mariae nomine et Klopae uxorem, Io. 19, 25. quae igitur fuerit mater Iosis, Iacobi minoris et Iudae, ita ut ἀδελφός non fratrem germanum, sed cognatum s. consobrinum significaret. Iam vero hic Iacobus, qui non est apostolus, si Paulum audis, videtur esse Iacobus secundus, quem Evangelistae Alphaei filium appellant. Etenim Gal. 1, 19 ubi vix de alio, quam de Iacobo secundo sermo esse potest, Iacobum, apostolum, nominat τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, igiturque Iacobum, praefectum ecclesiae Hierosolymitanae, filium Mariae et fratrem Iudae et Iosis habuisse videtur, ita ut Alphaeus maritus huius Mariae, sororis matris Christi fuerit, et *duo* tantum intelligendi sint Iacobi, nimirum Zebedaei filius, et Iacobus minor, Alphaei et Mariae filius, frater Iudae, apostoli. Confirmatur haec opinio eo, quod nomina Κλωπᾶς (Io. 19, 25) et Ἀλφαῖος (Matth. 10, 3) non differunt (cf. Ἀλφαῖος), et Iosephus etiam ant. 20, 9. 1 Iacobum, τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ab Anano occisum, commemorat, qui non esse potest nisi praefectus ecclesiae Hierosolymitanae, igitur Iacobus ὁ τοῦ Ἀλφαίου, ὁ μικρός. *.

Ἴαμα, τος, τό, (ab ἰάομαι) *sanatio;* 1 Cor. 12, 9. 28. 30 χαρίσματα ἰαμάτων, donum sanandi varios morbos videl. ope spiritus S. sine medicamentis. Praeterea Io. 5, 16 in quibusdam codd. (LXX saepius, ut Ies. 58, 8. Ier. 33, 6. 46, 11.) *.

Ἰαμβρῆς, οῦ, ὁ, *Iambres;* et Ἰαννῆς, οῦ, ὁ, *Iannes,* [sic enim flectuntur haec nomina ab Origene c. Cels. lib. IV. p. 205. vid. etiam *Fabric.* pseudep. V. T. p. 818] — 2 Tim. 3, 8. Magi Aegyptiaci, qui Mosis et Aaronis miracula imitati esse dicuntur, ut impedirent, quo minus rex Aegypti Israelitas dimitteret. In V. T. non commemorantur, sed hausit eorum nomina Apostolus e traditione, quae asservata est a Talmudistis, Targumistis et Rabbinis. (cf. *Fabric.* cod. pseud. V. T. I, p. 816.) Commemorantur etiam in Evang. Nicodemi ap. *Birch.* p. 35. In scribendis nominibus differunt. Targ. Ionath. ad Exod. 7, 11 habet: „similia fecerunt ינים וימברים, *Ianes et Iambres.* Sic etiam liber Sohar ad Num. 22, 22 et Rabbini. Sed Talm. Babyl. tract. Menach. c. 9 in Gemara habet יוחני וממרא, *Iochanne et Mamre* (unde etiam codd. et patres quidam Μαμβρῆς pro Ἰαμβρῆς). cf. *Buxtorf.* lex. talmud. p. 945. Commemorantur etiam a Numenio lib. 3 apud Eusebium in praepar. evang. lib. 9. c. 8. Item a Plinio in hist. nat. 30, 1. *.

Ἰαννά, ὁ, *Ianna,* nom. pr. viri Luc. 3, 24. *.

Ἰαννῆς, οῦ, ὁ, *Iannes.* Vid. Ἰαμβρῆς.

Ἰάομαι, ὦμαι, verbum depon. med. cuius praes., imperf. ἰώμην, et aor. 1. med. ἰασάμην significatione activa leguntur, perf. vero, ἴαμαι, aor. 1. pass. ἰάθην, et fut. 1. pass. ἰαθήσομαι significatione passiva; 1) *sano, valetudinem restituo,* Luc. 5, 17. 6, 19 et passim. (Gen. 20, 17. Lev. 14, 3.) — *passive: sanor, sanitatem recupero, convalesco,* Matth. 8, 8. 13. 15, 28. Luc. 7, 7. Io. 4, 47. Iac. 5, 16 et passim. Ἰάομαι ἀπό, liberor, Marc. 5, 29. Luc. 6, 17. — 2) ut hebr. רָפָא, cui in versione LXX respondet, est etiam: *reficio* corrupta, Hebr. 12, 13 ἰαθῇ δὲ μᾶλλον, imo magis reficiatur. (1 Reg. 18, 30 τὸ θυσιαστήριον. 2 Reg. 2, 21 sq. τὰ ὕδατα. 2 Chron. 7, 14 τὴν γῆν.) — 3) *salvum facio,* i. e. periculis eripio et saluti, libertati restituo, Matth. 13, 15 καὶ ἰάσωμαι αὐτούς, ut salvos eos faciam. Io. 12, 40. Act. 28, 27. [Luc. 4, 18. coll. Ies. 61, 1. Ps. 147, 3.] (Ioseph. ant. 5, 1. 13 ἴασιν εὑρεῖν κακῶν.) — 1 Petr. 2, 24 ἰάθητε, salvi facti, a peccatis liberati et felicitatis participes facti estis. (Ies. 53, 5. Ier. 17, 14 ubi cum σώζειν commutatur. 2 Chron. 30, 20 τὸν λαόν. Ps. 41, 4 τὴν ψυχήν. Exod. 15, 26 ὁ ἰώμενός σε, i. q. ὁ σώζων.)

Ἰαρέδ, ὁ, *Iared,* nom. pr. indecl. viri, Luc. 3, 37 et Gen. 5, 15. 18. 1 Chron. 1, 2 commemorati, hebr. יֶרֶד.

Ἴασις, εως, ἡ, (ab ἰάομαι) *sanatio.* Luc. 13, 32. Act. 4, 22. 30. (Prov. 3, 8. 4, 22. Ier. 8, 15. Philo de alleg. II, p. 81 A.) *.

Ἴασπις, ιδος, ἡ, *iaspis;* gemma diversicolor, nimirum purpurea, caerulea, viridis et κρυσταλλοειδής. (Plin. H. N. 37, 5.) Apoc. 21, 18. 19. coll. Ezech. 28, 13. Ioseph. ant. 3, 7. 5. — Apoc. 4, 3 ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι, i. e. ὡς λίθῳ ἰάσπ. κρυσταλλίζοντι, ut legitur 21, 11. lucebat ut iaspis κρυσταλλοειδής. Voluerunt quidam interpretes his in locis intelligere adamantem, praesertim quum LXX ἴασπις etiam pro יָהֲלֹם, *adamante,* posuerint, Exod. 28, 18. 39, [c. 36,] v. 11. *.

Ἰάσων, ονος, ὁ, *Iason,* nom. pr. viri, de quo vid. Act. 17, 5 — 9. Rom. 16, 21.

Ἰατρός, οῦ, ὁ, (ab ἰάομαι) *medicus.* Marc. 5, 26. Luc. 8, 43. Col. 4, 14. (2 Chron. 16, 12. Sir. 38, 12. 15.) — Ut ἰάομαι et רָפָא saepius pro σώζειν, liberare, servare, ita ἰατρός etiam *servator, salutis restitutor;* Matth. 9, 12. Marc. 2, 17. Luc. 4, 23. 5, 31. (Prov. 14, 30 καρδίας ἰατρός. Ier. 8, 22.) *.

Ἰδέ, et ἴδε, (secundum grammaticos vet. [Moeris Att. p. 35 ed. *Fisch.*] ἰδέ est Atticorum scribendi ratio, ἴδε seriorum. Vid. *Winer.* Gramm. p. 49. *Rost.* Gramm. gr. §. 36, 3. p. 224 et §. 84. p. 295) propr. imperativ. ab εἶδον, qui in adverbium abiit, unde non solum uni sed etiam pluribus (pro ἴδετε) dicitur: *en, ecce!* Est autem a) exhibentis s. proferentis rem praesentem, Matth. 25, 20. 22. 25. Io. 19, 5 ἴδε ὁ ἄνθρωπος. Ib. v. 14. Io. 19, 4. — b) digito quasi monstrantis, designantis, Marc. 3, 34. 11, 21. 13, 1. 16, 6. Io. 1, 29. 36. 48. Io. 18, 21. — c) admonentis, animum alterius advertentis, *cogita, perpende, reputa*, Marc. 15, 4. Io. 5, 14. Gal. 5, 2. — *vide modo*, Marc. 2, 24. Io. 3, 26. 7, 26. 11, 3. 36. 12, 19. 16, 29. — d) adhortantis: *en, age, agite*, Matth. 26, 65. (Sir. 28, 24.) — [Rom. 2, 17 pro ἴδε *Griesb.* εἰ δέ.] *.

Ἰδέα, ας, ἡ, (ab εἶδον, ἰδεῖν) propr. adspectus; Pind. Ol. 10 [11], 122 ἰδέᾳ καλόν, pulchrum adspectu; — *forma, figura, species;* de rebus et de hominibus. Semel Matth. 28, 3 ἡ ἰδέα αὐτοῦ, species eius, sein Ansehen; pertinent enim verba ad nitorem vestium albarum et faciei simul. (LXX hebr. דְּמוּת Gen. 5, 3. et מַרְאֶה Dan. 1, 13. 15. 2 Macc. 3, 16. Iustin. Mart. apolog. 2, 95 ὁ λόγος ἐν ἰδέᾳ πυρός (Mosi in rubo ardente) ποτὲ φανείς. Test. XII patr. p. 742 sq. (Iacob) ἐπιθυμοῦν ἰδεῖν τὴν ἰδέαν αὐτοῦ (Iosephi absentis) καὶ τὴν μόρφωσιν τῆς ὄψεως αὐτοῦ. — Εἶδον αὐτὸν (mente) καθ᾽ ὃ ἦν πᾶσα ἡ ἰδέα αὐτοῦ.)

Ἴδιος, ία, ιον, 1) qui unius est, non plurium, *proprius, suus;* das Eigene; varia ratione: a) de eo quod acquisivimus et *possidemus*, Io. 10, 12. Act. 4, 32. Matth. 22, 5. 25, 14. Marc. 15, 20. (Sir. 11, 34 τὰ ἴδια, quae possides.) — quod *animo* acquisivimus et possidemus, Rom. 10, 3 ἰδία δικαιοσύνη. — b) quod *natura* possidemus, Matth. 25, 15 ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, cuique pro cuiusque facultate, s. viribus. Io. 8, 44 ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ (τὸ ψεῦδος), ex ipsius perversa mente. 1 Cor. 15, 38 τὸ ἴδιον σῶμα. ib. 7, 7 ἕκαστος ἴδιον ἔχει χάρισμα. 2 Petr. 1, 20 ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται, non explicanda est secundum sensum proprium, sed ex eventu. (Sap. 16, 23 τῆς ἰδίας δυνάμεως ἐπιλελῆσθαι, seiner natürlichen Wirkungsart untreu werden. ib. 19, 6. Ioseph. ant. 5, 1. 3 ὁ ποταμὸς τὸ ἴδιον ἀπελάμβανε μέγεθος. — c) *quod nostrum est, non aliorum, nostrum,* Luc. 6, 41 ἴδιος ὀφθαλμός. Io. 5, 43. 7, 18. Act. 3, 12 et saepius. Act. 28, 30 ἐν ἰδίῳ μισθώματι, in diversorio ab ipso (non a fratribus christianis) mercede conducto. Luc. 10, 34 ἴδιον κτῆνος, iumentum, quo ipse vehebatur. — d) de eo quod *alicui competit*, aut ei *iniunctum* est; 1 Cor. 3, 8 τὸν ἴδιον μισθόν, mercedem suam, den gebührenden Lohn. ib. 15, 23 ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. (Ioseph. ant. 3, 9. 4 τῶν ἱερέων μέρος ἴδιον λαβόντων.) — 1 Thess. 4, 11 τὰ ἴδια, sua, opera ipsis perficienda. Iud. v. 6 τὸ ἴδιον οἰκητήριον, stationem ipsis adsignatam. Act. 1, 25 ὁ τόπος ὁ ἴδιος, locus a Deo ei in poenam destinatus. cf. *Τόπος*. (Clem. Rom. ep. I. ad Cor. de Petro: μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. Ignat. ad Magnes. §. 5 ἐπίκειται τὰ δύο ὁμοῦ, ὅ τε θάνατος καὶ ἡ ζωή, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν.) — Sic etiam de tempore: καιρῷ ἰδίῳ s. καιροῖς ἰδίοις, tempore suo s. iusto, quo voluit Deus, Gal. 6, 9. 1 Tim. 2, 6. 6, 15. Tit. 1, 3. (Test. XII patr. p. 724 sq. ταῦτα γενήσεται ἐν καιρῷ αὐτῶν, ἐν ἐσχάταις ἡμέραις.) — e) ἴδιος etiam simpliciter pro αὐτοῦ, ut Io. 1, 42. 4, 44. 5, 18. 10, 3. 4. Act. 1, 7. Sap. 10, 1. — et pro ἑαυτοῦ, 1 Cor. 7, 2 ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα. ib. v. 4. Act. 13, 36. Rom. 11, 24. 14, 4. 1 Cor. 7, 37. 1 Petr. 3, 1. 5 et passim. — 2) ut Latinor. *noster, suus* ad *patriam, domum* et *familiam* refertur; — Act. 1, 19 τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, *patria* dialecto. Act. 2, 6. 8. 25, 19. 1 Thess. 2, 14. [15.] Tit. 1, 12. (τὰ ἴδια γράμματα, scripta genti propria, Ioseph. c. Apion. lib. 1, 22.) — τὰ ἴδια, *domicilium*, sedes alicuius, Io. 1, 11. 16, 32. 19, 27 εἰς τὰ ἴδια, ad suos, domum suam. (LXX אֶל־בֵּיתוֹ Esth. 5, 10. 6, 12. 3 Esdr. 5, 47.) — ἡ ἰδία πόλις, urbs, ubi sedem fixerat, Matth. 9, 1. (scil. Capharnaum, coll. Matth. 4, 13. Marc. 2, 1. Iob. 2, 11.) urbs patria, e qua oriundus erat, Luc. 2, 3. — Inde οἱ ἴδιοι, α) *populares*, Io. 1, 11. 2 Macc. 12, 22. Ioseph. de bello 4, 4. 6. — β) *liberi*, 1 Tim. 5, 8. — γ) *amici*, Io. 13, 1. Act. 4, 23. 24, 23. — Io. 15, 19 τὸ ἴδιον (τοῦ κόσμου) i. e. τὸν ἐκ τοῦ κόσμου ὄντα. — Christus dicitur ὁ ἴδιος υἱὸς τοῦ θεοῦ, i. e. οἰκογενής, a Deo ipso genitus, μονογενής, Rom. 8, 32. Act. 20, 28 διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου (secundum textum *Griesb.*). Gen. 14, 14 οἱ ἴδιοι οἰκογενεῖς αὐτοῦ. — 3) *privatus* (Pind. Ol. 13, 69), *specialis, singularis;* ita in locutionibus α) κατ᾽ ἰδίαν intell. ὁδόν vel χώραν, *seorsim, privatim*, Matth. 17, 19. Marc. 4, 34. 9, 28. Gal. 2, 2. *solus*, Matth. 14, 13. 23. 17, 1 et passim. (Ioseph. de bell. 4, 5. 5. ant. 4, 8. 45. Antonin. 3, 2.) *soli*, Matth. 20, 17. 24, 3. (2 Macc. 4, 5.) — β) ἰδίᾳ, *seorsim*, 1 Cor. 12, 11. (2 Macc. 4, 34. Ioseph. bell. 4, 4. 1.)

Ἰδιώτης, ου, ὁ, (ἴδιος) 1) homo privatus, quatenus opponitur magistratibus (Xenoph. de repub. Laced. 10, 4. Ioseph. ant. 3, 9. 1. 14, 15. 2. Idem ant. 8, 1. 3 ἰδιωτεύειν, im Privatstande leben); — etiam miles gregarius, quatenus opponitur ducibus (Xenoph. anab. 1, 3. 11); — 2) *homo plebeius*, quatenus opponitur nobilioribus, qui aditum ad magistratus habent; Act. 4, 13 Ioannes et Petrus dicuntur ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται, homines indocti iidemque plebeii. (Xen. mem. 3, 12. 1.) — Quum homines e plebe rudes indoctique esse soleant, est — 3) *indoctus, rudis, imperitus;* 2 Cor. 11, 6 ἰδιώτης τῷ λόγῳ, minus eloquens, minus versatus in dicendo. (Xenoph. de mag. equ. 8, 1 ἰδιώτης τῶν πολεμικῶν.) — Hinc Paulus ἰδιώτας, imperitos rei christianae, appellat gentiles, qui coetus christianos adeant, ut Christianorum sacra videant, *non initiatos*. 1 Cor. 14, 23. 24 ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι, non initiati vel contemtores. ib. v. 16 ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, qui non initiato similis est, qui sacra adhuc parum novit. *.

Ἰδού, adv. demonstrativum, *en! ecce!* (LXX pro hebr. הִנֵּה et רְאֵה, *vide*. (Philo de confus. ling. p. 320.) In nostris libris, ut הִנֵּה in V. T. saepe legitur, et est animum alterius intendentis ad ea, quae dicuntur, monstrantur, adsunt. Ponitur maxime in capite enuntiationis, nonnunquam etiam in media enuntiatione praefigitur illi verbo, cui inprimis attendendum est, velut Luc. 13, 16 ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, quam satanas morbo constrinxit, *et quidem* etc. (Similiter Deut. 8, 4 ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη, et hoc per quadraginta annos, hebr. זֶה, *hoc*. 3 Esdr. 8, 19 κἀγώ, ἰδού, Ἀρταξέρξης.) — Est autem in N. T. a) exhibentis rem praesentem, Luc. 22, 38. 19, 20. quo etiam pertinet locutio ἰδοὺ ἐγώ, de eo, qui praesentem se sistit, praesto est. Act. 9, 10. (hebr. הִנְנִי Ies. 6, 8. Gen. 31, 11. 1 Sam. 3, 4. 8.) — b) manu quasi significantis, quod in praesenti est, Matth. 12, 47. 49. Luc. 22, 38. Act. 8, 36. Io. 19, 26 sq. et passim. — c) annuntiantis aliquid, quod adest, evenit, advenit, subito extitit, Matth. 12, 46 sq. 21, 5. (Ies. 62, 11 הִנֵּה) 22, 4. 24, 23. 26. 2 Cor. 6, 2. coll. Matth. 1, 20. 23. (Ies. 7, 14.) 2, 1. 3, 16. 13, 3. 27, 51 et passim; etiam de iis, quae audiuntur, Matth. 3, 17 ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν. ibid. 8, 29. — et de futuris, Matth. 23, 38. Luc. 23, 29. Io. 16, 32. Hebr. 8, 8. 10, 7. 9. — d) admonentis: *vide, cogita*, Matth. 12, 2. 7, 4. 19, 27. 1 Cor. 15, 51. Iac. 3, 4. 5. — e) declarantis, se aliquid facturum esse: *iam;* Matth. 7, 4. 10, 16 ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς. (LXX Mal. 3, 1 pro הִנְנִי שֹׁלֵחַ.) 11, 10. 20, 18 ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλ. ibid. 28, 20. (LXX 1 Reg. 17, 24 pro עַתָּה, nunc, iam.) — f) asseverantis: *profecto, vere*, Matth. 12, 41 ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ. v. 42. Luc. 11, 31 sq. 41. Gal. 1, 20. 2 Cor. 7, 11. coll. Gen. 1, 29. 12, 11. 17, 19. Ios. 8, 8.

Ἰδουμαία, ας, ἡ, *Idumaea*, nomen hellenisticum pro hebr. אֱדוֹם (Ioseph. ant. 2, 1. 1), regio, olim הַר שֵׂעִיר dicta, deinde ab Esavo, qui eam occupavit, Edom cognominata (Gen. 36, 8 sqq. 43. Ioseph. l. l.), אֱדֹם s. אֱדוֹם, LXX Ἰδουμαία 2 Reg. 14, 10. 2 Sam. 8, 14. et ἡ Ἐδώμ 2 Reg. 14, 7. cf. 1 Macc. 4, 29. 61. 5, 3. Sita erat inter Iudaeam meridionalem, Arabiam et Aegyptum. (Ioseph. c. Apion. 2, 9 ἡ Ἰδουμαία τῆς ἡμετέρας χώρας ἐστὶν ὅμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη. Id. ant. 5, 1. 22. ib. 4, 4. 5.) Edomitae Israelitis infensi (Num. 20, 14 sq.), a Davide quidem subacti (2 Sam. 8, 13), sed postea Israelitarum potestate rursus soluti (2 Chron. 21), tandem, diruto Iudaeorum imperio, partem Palaestinae occuparunt (Ioseph. ant. 11, 2. coll. de bell. 4, 4), Iudaeos reversos quovis modo vexarunt (1 Macc. 5, 3. 65. 2 Macc. 10, 16. Ioseph. ant. 11, 2), usque dum ab Ioanne Hyrcano devincerentur (Ioseph. ant. 13, 9). — In N. T. semel Marc. 3, 8.

Ἱδρώς, ῶτος, ὁ, *sudor*, Luc. 22, 44. (Gen. 3, 19 (זֵעָה). 2 Macc. 2, 26. 4 Macc. 7, 8. Hom. Iliad. 4, 27. 5, 796. Plutarch. Timol. 12.) *.

Ἰεζαβήλ, s. (ut *Griesb.* edidit) Ἰεζάβελ, ἡ, *Iesabel* (hebr. אִיזֶבֶל), nom. pr. indecl. impiae reginae, uxoris Achabi, idololatriae fautricis, de qua vid. 1 Reg 16, 31. 18, 4. 19, 2. c. 21. 2 Reg. 9, 33 sqq. — Apoc. 2, 20 Ἰεζάβελ, altera Iesabel dicuntur homines morum improbitate infames et idololatriae fautores.

Ἱεράπολις, εως, ἡ, (ex ἱερός et πόλις, sacra urbs) *Hierapolis* (hodie Bambuk Kalasi), urbs Phrygiae maioris, ad Maeandrum fluvium, non procul a Laodicea et a Colossis sita. Coloss. 4, 13. *.

Ἱερατεία, ας, ἡ, (ab ἱερατεύω) *functio sacerdotis, munus sacerdotale*. Luc. 1, 9 κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, more muneris sacerdotalis; nimirum sorte definiebatur, quaenam sors sacrorum facienda esset singulis sacerdotibus. Zacharias sortitus fuerat officium adolendi suffitum. Hebr. 7, 5. (LXX hebr. כְּהֻנָּה Exod. 29, 9. 40, 15. Num. 3, 10.) *.

Ἱεράτευμα, ατος, τό, (ab ἱερατεύω) quod apud profanos non legitur, propr. est: sacerdotium; meton. et collective: *sacerdotes*. Sic bis: 1 Petr. 2, 5 ἱεράτευμα ἅγιον, sacerdotes puri, qui non sacrificia cruenta, sed πνευματικά, i. e. pietatis exercitia, instar sacrificiorum, Deo offerunt, eiusque gratiam consequuntur. ib. v. 9 βασίλειον ἱεράτευμα, vid. Βασίλειος. Deprompta sunt ex Exod. 19, 6. coll. Ies. 61, 6. Apoc. 1, 6. 5, 10. 20, 6. (De praestantia sacerdotii et sacerdotum vid. Test. XII patr. p. 613 ἐμοὶ γὰρ ἔδωκε κύριος τὴν βασιλείαν, κἀκείνῳ (Levi) τὴν ἱερατείαν, καὶ ὑπέταξε τὴν βασιλείαν τῇ ἱερωσύνῃ. — ὥσπερ ἔχει (potius ὡς ὑπερέχει) οὐρανὸς τῆς γῆς, οὕτως ὑπερέχει θεοῦ ἱερατεία τῆς ἐπὶ γῆς βασιλείας.) **.

Ἱερατεύω, (ab ἱερός) *sacerdos sum, sacerdotio fungor*. Luc. 1, 8. (Exod. 28, 1. 3. 4. 41. Num. 3, 4. 3 Esdr. 8, 46. Ioseph. ant. 3, 8. 1.) *.

Ἱερεμίας, ίου, ὁ, *Ieremias*, (hebr. יִרְמְיָהוּ s. יִרְמְיָה) nom. propr. prophetae Iudaeorum tempore exilii. Vid. Ier. 1, 1 sqq. 20, 1 sqq. capp. 37. 38. 39. 40. 43. Ioseph. ant. 10, c. 5 — 9. Commemoratur Matth. 2, 17. 16, 14 et 27, 9; verba tamen ibi laudata non in Ieremiae sed in Zachariae vaticiniis leguntur. 11, 12 sq.

Ἱερεύς, έως, ὁ, (ab ἱερός) *sacerdos*. a) de gentilium sacerdotibus, Act. 14, 13. — b) de Iudaeorum sacerdotibus hebr. כֹּהֵן, ex Aaronis familia, integro et corpore et animo praeditis (Levit. c. 21 et 22), in XXIV classes (ἐφημερίας) distinctis (1 Chron. 24, 3 sq. 2 Chron. 8, 14), quarum quaeque singulis hebdomadibus sacra in templo facere solebat. Matth. 8, 4. 12, 4. 5. Luc. 1, 5. Io. 1, 19 et passim. De discrimine sacerdotum et Levitarum vid. Λευΐτης. Classium singularum praefecti dicebantur ἀρχιερεῖς (Matth. 2, 4. 26, 3. Ioseph. ant. 20, 8) et eiusmodi praefectus intelligendus esse videtur Act. 4, 1. — Christiani dicuntur ἱερεῖς Apoc. 1, 6. 5, 10. 20, 6. (coll. Ies. 61, 6.) quatenus Deo eiusque cultui sunt devoti, eumque vera pietate colunt, ab eo autem prae ceteris amantur. cf. Ἱεράτευμα. — c) ὁ ἱερεύς sive etiam ὁ ἱερ. ὁ μέγας (כֹּהֵן הַגָּדוֹל) (Hebr. 10, 21) appellabatur κατ' ἐξοχὴν *summus sacerdos*, Act. 5, 24. Hebr. 5, 6. quocum comparatur Christus Hebr. 7, 1 — 23. (Sic כֹּהֵן sacerdos summus, Exod. 35, 19. 1 Reg. 1, 8. et ἱερεύς Ioseph. ant. 6, 12. 1. 1 Macc. 15, 1.)

Ἱεριχώ, ἡ, *Iericho*, hebr. יְרִיחוֹ, nom. pr. indecl. in N. T. et apud LXX [de flexione nominis apud alios scriptores vid. *Winer*. Gramm. p. 65] urbis in tribu Beniamin, Hierosolymam inter et Iordanem fluvium, a Iosua devastatae (Ios. 6, 24), postea refectae (1 Reg. 16, 34), et scholis prophetarum nobilitatae (2 Reg. 2, 5), cuius ager fertilissimus fontibusque irriguus, palmas (πόλις φοινίκων, Deut. 34, 3), rosas (Sir. 24, 14 ὡς φυτὰ ῥόδου ἐν Ἱεριχῷ), potissimum autem balsamorum virgulta alebat. (Ioseph. ant. 4, 6. 1 Ἱεριχ. πόλις εὐδαίμων αὕτη, φοινικάς τε φέρειν ἀγαθή, καὶ βάλσαμον νεμομένη. Id. ant. 14, 4. 1. 15, 4. 2. de bell. 4, 8. Plin. hist. nat. 5, 14. Iustin. 36, 3.) — Mentio eius fit Matth. 20, 29. Marc. 10, 46. Luc. 18, 35. 19, 1. Hebr. 11, 30. — Luc. 10, 30. cf. Ioseph. de bello 4, 8. 3 qui agrum totum inde a Ierichunte usque ad Hierosolyma desertum esse et saxosum (ἔρημον καὶ πετρῶδες) tradidit. *.

Ἱερόθυτος, ον, (ex ἱερός et θύω) Deo mactatus, *sacrificatus, immolatus*. — τὸ ἱερόθυτον, *hostia*, carnes victimarum; codd. 1 Cor. 10, 28 et ib. v. 19 pro εἰδωλόθυτον. (Ἱερόθυτ. de carne immolaticia improbat Phrynich. p. 159. Legitur de ea Aristot. oecon. 2, 20. 15. Plut. symp. 8, 8. 3.)

Ἱερόν, οῦ, τό, (propr. neutrum adiect. ἱερός) 1) *locus Deo sacer, fanum, templum*; de aedibus sacris gentilium, Act. 19, 27. Drac. v. 22. 1 Macc. 10, 84. 11, 4. 2 Macc. 1, 13. — De templo Hierosolymitano, 1 Macc. 10, 43. 15, 9. 2 Macc. 2, 19. 22. 3 Esdr. 5, 56. pro hebr. בֵּית הָאֱלֹהִים Esdr. 3, 8. (LXX οἶκος τοῦ θεοῦ.) LXX 1 Chron. 29, 4 pro הַבָּתִּים, externae templi partes a בֵּית הַקֹּדֶשׁ v. 3 sanctuario, diversae. In N. T. ἱερόν dicitur de templo Herodiano, ab Herode M. exstructo et atriis porticibusque aucto, cuius exactam descriptionem dedit Ioseph. ant. 15, 11 et de bell. 5, 5. Discrimen vero est inter ναόν et ἱερόν, quod Iosephus l. l. atque ubi expugnationem templi narrat (de bell. 6, c. 4), bene observat. Complexus omnium aedificiorum, quae ad templum pertinebant (τὸ ἱερόν, s. τὸ ἱερὸν ὅλον. de bello 5, 5. 8), tribus septis (περιβόλοις) constabat, quorum primum continebat porticus (στοάς) et quidem duplices, exteriorem, quae totum templi aedificium muro cingebat, et interiores, ut porticum Salomonis. Hoc septum appellat Iosephus (de bell. 5, 5. 2 et 8) τὸ πρῶτον ἱερόν. Sequebatur septum secundum, ad quod quatuordecim gradibus adscendebatur, quod atriis, ut atrio mulierum, constabat et cingebat templum proprie sic dictum, sive τὸ δεύτερον ἱερὸν, ὃ ἅγιον ἐκαλεῖτο (Ioseph. l. l. §. 2). Ex atriis patebat introitus in templum ipsum, tertium septum, τὸ τρίτον ἱερόν (Ioseph. ant. 15, 11. 5), ubi sacra fiebant, mulieribus inaccessum, quod ipsum constabat duabus partibus, sancto (τὸ ἅγιον) et sancto sanctorum (τὸ ἅγιον ἁγίων), in quod solus sacerdos summus intrare solebat. Hoc tertium septum (quod habitaculum Dei dicebatur) appellabatur ὁ ναός, quo nomine Iosephus de sancto sanctorum quoque utitur ant. 15, 11. 5 (ὁ ναὸς ἐν τούτῳ videlicet τῷ τρίτῳ ἱερῷ, καὶ πρὸ αὐτοῦ βωμὸς ἦν). Constabat igitur totum duabus ex partibus, 1) porticibus et atriis, προνάῳ, et — 2) sancto, et sancto sanctorum, ναῷ. (Ioseph. ant. 3, 6. 4.) Τὸ ἱερόν autem dicebatur quum de toto, tum de προνάῳ. — Sic etiam in N. T. ubi τὸ ἱερόν 1) totum complectitur, porticus, atria, sanctum et sanctum sanctorum, Matth. 24, 1. Marc. 13, 1. 3. Luc. 21, 5. 22, 52. Act. 3, 2. 10. (Philo de legat. ad Cai. p. 1019 sq.) — 2) atria, Matth. 12, 5. 6. Marc. 11, 11. Luc. 2, 27. 37. 18, 10. 24, 53. Act. 2, 46. 3, 1 sqq. 21, 26 — 30. 22, 17. 24, 6. — 3) porticus, ubi et emtores venditoresque erant, Matth. 21, 12 — 15. Marc. 11, 15 sq. Luc. 19, 45. Io. 2, 14 sq. et Iesus docebat disputabatque, Matth. 21, 23. 26, 55. Marc. 11, 27. 12, 35. 14, 49. Luc. 2, 46. 19, 47. Io. 5, 14. 7, 14. 28. Act. 5, 20. 21 et passim. — Quid sit Matth. 4, 5. Luc. 4, 9 τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, dissentiunt interpretes; fortasse fastigium porticus regiae, quam Iosephus (ant. 15, 11. 5) tantae altitudinis fuisse perhibet, ut, si quis ex tecti eius fastigio altitudinem simul utramque visu penetrare vellet, periculum esset, ne vertigine corriperetur, priusquam visus ad immensam adeo profunditatem pertingeret.

Ἱεροπρεπής, ές, (ex ἱερός et πρέπω) propr. conveniens homini Deo devoto, vel loco sacro; *pius, decens, honestus*; Tit. 2, 3 ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, habitu Christianam decente. (Philo de praem. et poen. p. 923 C. τῶν ἱεροπρεπεστάτων εὐχῶν. Ioseph. ant. 11, 8. 5. ibid. 10, 11. 1 τοὺς πυλῶνας (urbis) κοσμήσας ἱεροπρεπῶς. 4 Macc. 9, 25 ἱεροπρεπὴς νεανίας. 11, 20.) *.

Ἱερός, ά, όν, *Deo devotus; sacer, cultui divino sacratus*; (τὰ ἱερὰ σκεύη, 2 Macc. 5, 16. ib. 8, 33 ἱεροὶ πυλῶνες.) — 2 Tim. 3, 15 τὰ ἱερὰ γράμματα, literae sacrae (V. T.). (2 Macc. 8, 23 τὴν ἱερὰν βίβλον. Ioseph. ant. 2, 16. 5 ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις. ib. 3, 5. 2. 3, 6. 1.) — Τὸ ἱερόν, et τὰ ἱερά, *sacra, victima, sacrificia*, 1 Cor. 9, 13 οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν, qui sacrificia faciunt etiam sacris carnibus vescuntur. *.

Ἱεροσόλυμα, ων, τά, *Hierosolyma*, triplici modo effertur, videlicet 1) Ἱερουσαλήμ, ἡ, indeclinab. (יְרוּשָׁלַםִ

chald. et יְרוּשְׁלֶם ut in libris Samuelis et Regum scribitur) *Ierusalem;* ita semel a Matthaeo 23, 37. semel a Marco 11, 1. saepissime in Lucae Evang. et Actis, ut in Pauli scriptis et Apocal., constanter in versione Alexandr. 3. lib. Esdr. et primo Maccabaeor. Tob. 13, 16 sq. — 2) Ἱεροσόλυμα, ων, τά, (hebr. יְרוּשָׁלַיִם in duali, ob duas urbis partes, videlicet τὴν κάτω πόλιν et τὴν ἄκραν (Ioseph. ant. 5, 2, 2. ib. 7, 3), *Hierosolyma, orum,* ut in Matth., Marc., passim in Lucae et Pauli scriptis, semper in evang. Ioann., constanter apud Iosephum et in secundo tertioque libro Maccab. Tob. 13, 8. 9. Item apud Philon. de legat. ad Cai. p. 1031. — denique — 3) Ἱεροσόλυμα, ης, ἡ, *Hierosolyma, ae,* ut bis apud Matthaeum c. 2, 3. 3, 5 metonymice de incolis urbis. — Urbs antiquissima, olim Salem (Gen. 14, 18. Ps. 76, 3) et יְבוּס (Iebusitarum arx, Iud. 19, 10. 1 Chr. 11, 4) dicta, post Hierosolyma appellata, a Davide, rege, expugnata (2 Sam. 5, 2 sqq. 1 Chron. 11, 4 sqq. Ioseph. ant. 7, 3), tribui Beniaminiticae adscripta (Ioseph. ant. 5, 2. 5), et sedes regia facta est, quare ab isto inde tempore caput regni regiaque urbs Iudaeorum fuit. Sita erat fere in media Palaestina in confiniis tribuum Iuda et Beniamin, in regione valde edita (quare qui in eam proficiscebantur ἀναβαίνειν dicebantur), eratque bene munita, et muris firmissimis cincta. Christi tempore exstructa erat super quatuor colles, quorum uni, excelsiori, insidebat superior civitas, a Davide φρούριον, castellum (arx Davidis), Iosephi tempore ἡ ἄνω ἀγορά dicta. Alteri colli, Acra dicto, imposita erat inferior civitas, et templum (Ioseph. de bell. 5, 5. 8), cui ex adverso tertius erat collis humilior. Denique quartus erat collis, cui insidebat ἡ καινὴ πόλις (die Neustadt). Vid. eius descriptionem uberiorem in Iosepho de bell. 5, 4 et 5. Post eius excidium per Titum Vespasianum denuo aliquo modo refecta, Aeliae Capitolinae nomen nacta est, hodieque Turcis vocatur *Cudsembarich* s. *Coudscherif.* — Commemoratur saepe in N. T. et est: 1) urbs ipsa, Matth. 2, 1. 4, 25. Marc. 3, 8. Gal. 1, 17 sq. 2, 1. Marc. 11, 1. Luc. 2, 25. 38. Rom. 15, 19. 25 sq. et passim. — 2) metonymice: incolae urbis, *Hierosolymitani,* Matth. 2, 3 πᾶσα Ἱεροσόλυμα. 3, 5. 23, 37. Luc. 13, 34. Act. 21, 31. (quo sensu legitur vel ἡ Ἱερουσαλήμ, vel ἡ Ἱεροσόλυμα.) — 3) metaphorice: *res publica sacra,* s. *ecclesia* a) Iudaeorum, quatenus templo, sacris, quae Hierosolymis fiebant, et lege mos. adstricta erat, Gal. 4, 25 ἡ νῦν Ἱερουσαλήμ. — b) Christianorum, quatenus haec nulla sede terrestri nitebatur, sed Christo in coelis versante, Gal. 4, 26 ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. Loquebantur Iudaei quoque de Hierosolymis in coelo (ut etiam de templo, sanctuario coelesti, vid. Ἅγιος et Ἀληθινός), Hebr. 12, 22 Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος, Apoc. 3, 12. 21, 2. 10 ἡ καινὴ Ἱερουσαλήμ, tanquam sede beatissima piorum et verorum Dei cultorum. (Test. XII patr. p. 654 καὶ ἀναπαύσονται ἐν Ἐδὲμ ἅγιοι, καὶ ἐπὶ τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ εὐφρανθήσονται δίκαιοι, ἥτις ἔσται εἰς δόξασμα θεοῦ ἕως τοῦ αἰῶνος.)

Ἱεροσολυμίτης, ου, ὁ, *Hierosolymitanus.* Marc. 1, 5. Io. 7, 25. (οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων, Matth. 15, 1.) 4 Macc. 4, 22. 18, 5. Ioseph. vit. §. 65. Id. ant. 5, 1. 17. 10, 8. 1.) *.

Ἱεροσυλέω, ῶ, (ab ἱερόσυλος) *templa spolio, sacrilegium committo;* semel Rom. 2, 22 ἱεροσυλεῖς, qui gentilium deos abominaris, tamen eorum fana expilas. (Polyb. 31, 4. 10. Hesych. ἱεροσυλεῖς· κλέπτεις τὰ ἀναθήματα.)

Ἱερόσυλος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex ἱερόν et συλάω, spolio) *sacrilegus.* (Hesych. τὰ ἱερὰ κλέπτων.) Act. 19, 37. (2 Macc. 4, 42. Xen. hist. gr. 1, 7. 10.) *.

Ἱερουργέω, ῶ, (ab ἱερουργός, sacrificia faciens, quod ab ἱερός et stirpe ἔργω) 1) victimas macto, sacra facio. Hesych. ἱερουργεῖ· θύει, ἱερὰ ἐργάζεται. Philo de vita Mos. p. 687. Ioseph. ant. 6, 6. 2. ib. 7, 13. 4 ἱερούργησε καὶ ὁλοκαύτωσε. (Ἱερουργήματα ib. 8, 4. 5.) — Metaphorice: *me ipsum immolo rei sacrae faciendae* s. *promovendae;* Rom. 15, 16 ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον, me ipsum immolantem doctrinae christ. propagationi. (4 Macc. 7, 8 τοὺς ἱερουργοῦντας τὸν νόμον ἰδίῳ αἵματι, καὶ γενναίῳ ἱδρῶτι τοῖς μέχρι θανάτου πάθεσιν ὑπερασπίζοντας.) *.

Ἱερουσαλήμ, vid. Ἱεροσόλυμα.

Ἱερωσύνη, ης, ἡ, (ab ἱερός) *sacerdotium, munus sacerdotale.* Hebr. 7, 11. 12. 14. 24. (3 Esdr. 5, 38. 1 Macc. 2, 54. 3, 49. 4 Macc. 7, 6. Diod. Sic. 1, 85. Ioseph. ant. 2, 9. 3. 5, 10. 4.) *.

Ἰεσσαί, ὁ, (hebr. יִשַׁי) *Iesse* s. *Isai,* nom. propr. patris Davidis regis; de quo vid. 1 Sam. 16, 1. 10. 17, 12. 20, 27. — Matth. 1, 5. 6. Luc. 3, 32. Act. 13, 22. — Messias dicitur ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, i. q. ὁ υἱὸς τοῦ Δαυίδ, Rom. 15, 12. Ies. 11, 1. 10. *.

Ἰεφθάε, ὁ, *Iephtha,* hebr. יִפְתָּח, nom. pr. indecl. filii Gileadis qui aliquamdiu fuit שֹׁפֵט Israelitarum. Vid. Iud. c. 11 et 12. — Hebr. 11, 32. *.

Ἰεχονίας, ου, ὁ, *Iechonias* (vid. LXX 1 Chron. 3, 16. 2 Chron. 36, 8), rex Iudaeorum, quo imperante respublica Iudaica destructa est a Nabuchodonosore, rege Babyloniorum. 2 Reg. 24, 10 sqq. 25, 27. Commemoratur Matth. 1, 11. 12. ibique dicitur filius Iosiae. Quum autem idem in V. T. filius Ioakimi fuisse legatur (1 Chron. 3, 15. 16. 2 Chron. 36, 8 sqq.), interpretes Iechoniam priorem a Matthaeo commemoratum Ioakimum, qui fuit filius Iosiae, esse arbitrati sunt. At, vel Matthaeum ipsum unius ex maioribus Iesu nomen omisisse, vel hoc nomen casu excidisse, verisimilius est.

Ἰησοῦς, οῦ, ὁ, nom. pr. hebr. יְהוֹשֻׁעַ, et, ut seriores contrahunt, יֵשׁוּעַ, Neh. 8, 17. salus i. e. *vindex, servator,* graec. σωτήρ, ὁ σώζων. Nomen propr. (1 Chron. 24, 11. Esdr. 2, 6. 40. Ioseph. vit. §. 11. 22.) In N. T. 1) *Iosua,* dux Israelitarum, Mosis successor (Num. 13, 16. 27, 18. 34, 17. Ios. 1.) Act. 7, 45. Hebr. 4, 8. — 2) *Iesus,* Dei filius, hominum servator s. vindex a peccatis, a poenis peccatorum et morte. Matth. 1, 21. 25. Luc. 1, 31. 2, 21 et centies. Commemoratur a Iosepho ant. 18, 3. 3 et 20, 9. 1. — Ἰησοῦς coniunctum cum ὁ Χριστός, vid. Χριστός. — ὁ Κύριος Ἰησοῦς in scriptis apostolorum; vid. Κύριος. Paulus nomen Iesu passim ponit pro *re christiana,* 2 Cor. 1, 19. sensu et pietate Iesu, Rom. 13, 14. — 3) *Iesus cognomine Iustus,* de quo vid. Col. 4, 11. — 4) Ἰησοῦς Βαραββᾶς, vid. Βαραββᾶς.

Ἱκανός, ή, όν, (ab ἱκάνω, i. e. ἵκω, pervenio ad aliquid) propr. eo pertingens, nostrum *hinreichend,* iustae magnitudinis; 1) *sufficiens,* (Ies. 40, 16. Exod. 36, 7.) — a) ἱκανόν ἐστι, *satis est, sufficit;* Luc. 22, 38 ἱκανόν ἐστι, satis est, i. e. desinite, nolite ultra progredi. 2 Cor. 2, 6 ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, satis sit poenae eiusmodi homini. (Gen. 30, 15 οὐχ ἱκανόν σοι (מְעַט), non suffecit tibi, ultra progressa es. Ezech. 34, 18. 1 Reg. 16, 31. 1 Macc. 2, 33.) — τὸ ἱκανόν, *quod satis est,* α) ex alterius voluntate s. desiderio, Marc. 15, 15 τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι τινι, Latinor. *satisfacere* nimirum voluntati alterius, *alicui morem gerere.* (Prov. 25, 16 φαγεῖν τὸ ἱκανόν, ad oblectationem, non ad satietatem, i. e. modice. Obad. v. 5 ἔκλεψαν τὰ ἱκανὰ ἑαυτοῖς, quae placerent, quae vellent.) — β) ex iure: *satis datum,* Act. 17, 9 λαβόντες τὸ ἱκανόν, postquam iis satis datum erat, vadem producendo vel pecuniam deponendo. cf. *Kypkii* obss. sacr. I, p. 197. — b) ἱκανός εἰμι i. e. α) *valeo, idoneus sum,* 2 Cor. 3, 5. seq. infinitivo 2 Tim. 2, 2. (Ioseph. ant. 3, 2. 3 εἰπεῖν ἱκανός. Id. de bell. 4, 4. 1.) — seq. πρός cum accusativo, 2 Cor. 2, 16. (Ioseph. ant. 1, 1. 1 τὴν αἰτίαν ἱκανὸς μὲν εἰμι ἀποδοῦναι καὶ νῦν. Herodot. 8, 36. Vid. *Loesneri* obss. e Phil. p. 301 sq. Hinc LXX τὸν ἱκανόν, omnipotentem, pro hebr. שַׁדַּי, Ruth. 1, 20 sq. Iob. 31, 2. Ezech. 1, 24.) — β) *par, dignus sum,* seq. infinitivo, Matth. 3, 11. Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. 1 Cor. 15, 9. — seq. ἵνα, Matth. 8, 8. Luc. 7, 6. — 2) sufficiens multitudine, satis numerosus (Sap. 18, 12 οὐ πρὸς τὸ θάψαι οἱ ζῶντες ἦσαν ἱκανοί), *multus,* ἱκανοί *multi, haud pauci;* Act. 12, 12. 19, 19. 1 Cor. 11, 30. (2 Chron. 30, 3. Ezech. 1, 24 pro רַב. 1 Macc. 13, 11. 49.) — ὄχλος ἱκανός, Marc. 10, 46. Luc. 8, 32. Act. 11, 24. 26. Luc. 7, 11. 12. (Ioseph. ant. 5, 7. 4.) — Matth. 28, 12 ἀργύρια. Luc. 23, 9 λόγοι. — Act. 20, 11 ἐφ' ἱκανόν, multis verbis, prolixius. Act. 22, 6 φῶς ἱκ. multa lux. — De tempore, Act. 9, 23. 43. Luc. 8, 27. 20, 9. Act. 8, 11. 14, 3 et passim. — Luc. 23, 8 ἐξ ἱκανοῦ, *tamdiu.*

Ἱκανότης, ητος, ἡ, (ab ἱκανός) τὸ ἱκανὸν εἶναι, *facultas alicuius rei efficiendae, posse, idoneum esse.* 2 Cor. 3, 5. Hesych. ἱκανότης· δύναμις, ἰσχύς. coll. Pollux. onomast. IV, 23. *.

Ἱκανόω, ῶ, aor. I. ἱκάνωσα, (ab ἱκανός) propr. ἱκανὸν ποιέω, *idoneum facio,* facultate rei efficiendae instruo, Col. 1, 12. 2 Cor. 3, 6. — (LXX ἱκανόομαι, contentus sum,

Cant. 7, 9. 1 Reg. 20, 11. Num. 16, 7. Deut. 1, 6. 2, 3. 3, 26. 1 Chron. 21, 15. Addit. Esth. 4.) **.

Ἱκετήριος, *ία, ιον*, (ab ἱκέτης, supplex) quod supplicem decet, quod ad supplicem pertinet; — ἡ ἱκετηρία (intellige ἐλαία) substantive: propr. ramus olivae, quem supplex, auxilium vel ius implorans, manu ferebat (Aelian. var. hist. 3, 26); — 2) *supplicatio;* Hebr. 5, 7 δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας, preces et supplicationes. (LXX Iob. 41, 3 [in textu hebr. c. 40, 27]. 2 Macc. 9, 18. Act. Thom. §. 10.) *.

Ἰκμάς, *άδος, ἡ, humor, succus.* Luc. 8, 6. (Ier. 17, 8 ἐπ' ἰκμάδα, עַל־יוּבַל, ad loca uvida βαλεῖ τὰς ῥίζας αὐτοῦ. Hom. Iliad. 17, 392. Philo de opif. m. p. 7. Ioseph. ant. 3, 1. 3.) *.

Ἰκόνιον, *ίου, τό, Iconium,* urbs magna et incolis frequens Asiae minoris (nunc *Konia*), inter Galatiam et Pisidiam in Lycaonia sita, diversisque temporibus Phrygiae (Xenoph. anab. 1, 2. 19), Lycaoniae (Strab. 12, 835. Plin. H. N. 5, 27) et Pisidiae (Ammian. Marc. 14, 6) provinciis adnumerata; Act. 13, 51. 14, 1. 19. 21. 16, 2. 2 Tim. 3, 11. *.

Ἱλαρός, *ά, όν*, (ab ἵλαος, propitius, propr. is cui Dii sunt propitii, quem beant) *hilaris*, περιχαρὴς τῇ ὄψει, interprete Hesychio. — 2 Cor. 9, 7 ἱλαρὸς δότης, hilari vultu promptoque animo dans. — (LXX Prov. 22, 8 ἄνδρα ἱλαρὸν καὶ δότην, hebr. טוֹב־עַיִן. ib. 19, 12 τὸ ἱλαρόν pro רָצוֹן. Iob. 33, 26.) *.

Ἱλαρότης, *ητος, ἡ*, (ab ἱλαρός) *hilaritas;* Rom. 12, 8 ἐν ἱλαρότητι, libenter ac prompte. (LXX pro רָצוֹן Prov. 18, 22. Act. Thom. §. 14 ἐν ἱλαρότητι ὑπάρχω.) **.

Ἱλάσκω, sive ἱλάω, propitium facio, (ab ἵλεως, i. q. ἵλαος) quod in activo non legitur. Medium ἱλάσκομαι s. ἱλάομαι, imperat. aor. 1. pass. ἱλάσθητι, *propitium facio mihi;* (Ioseph. ant. 6, 6. 5 τὸν θεὸν ἱλάσασθαι.) — *expio*, τὰς ἁμαρτίας, Hebr. 2, 17. (LXX pro כִּפֶּר seq. dativo: ταῖς ἁμαρτίαις, Ps. 65, 3. 78, 38. 79, 9.) — aor. 1. pass. ἱλάσθην, placatus sum; Luc. 18, 13 ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, placatus mihi sis peccatori, sei mir ein Versöhnter. (Ps. 25, 11 ἱλάσῃ, sive, ut alii libri exhibent, ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου, pro סָלַחְתָּ seq. לְ. 2 Reg. 5, 18. Dan. 9, 19. Ioseph. ant. 8, 4. 3. Phavor. ἱλάσθητι· ἵλεώς μοι γένοιο.) *.

Ἱλασμός, *οῦ, ὁ*, (ab ἱλάσκω) *propitiatio, expiatio.* LXX pro סְלִיחָה Ps. 130, 4. vid. etiam Dan. 9, 9. Num. 5, 8. 2 Macc. 3, 33. Philo de alleg. II, p. 93. — In N. T. bis: 1 Io. 2, 2. 4, 10 ubi Christus dicitur ἱλασμός, i. e. auctor expiationis, eam efficiens. — LXX pro חַטָּאת Ezech. 44, 27. et אַשְׁמַת Amos. 8, 14.

Ἱλαστήριος, *ία, ον*, (ab ἱλάσκω) 1) vim expiandi habens. Ioseph. ant. 16, 7. 1 ἱλαστήριον μνῆμα, monumentum placandi numinis gratia exstructum. 4 Macc. 17, 22 ἱλαστηρίου [τοῦ, quod spurium] θανάτου αὐτοῦ, morte sua expiatoria, qua nimirum ἀντίψυχον facti sunt τῆς τοῦ ἔθνους (Iudaeorum) ἁμαρτίας. — (Similiter χαριστήριος θυσία, Ioseph. ant. 2, 12. 1.) — τὸ ἱλαστήριον (θῦμα) substantive: *sacrificium piaculare;* Rom. 3, 25 ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον — ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, quem Deus esse voluit sacrificium piaculare sanguine suo profuso. Hesych. ἱλαστήριον· καθάρσιον, θυσιαστήριον. Dio Chrysost. orat. 11, 1. p. 355 ed. Reisk. ἱλαστήριον Ἀχαιοὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἰλιάδι. — 2) operculum arcae foederis in tabernaculo, versus quod in anniversario expiationis festo sanguines sacrificiorum spargebantur pro peccatis; in Vet. Test. (Exod. 25, 17. 18. Levit. 16, 2. 13) dicitur כפרת, quod Ioseph. ant. 3, 6. 5 legit כְּפֹרֶת, quod est a כָּפַר, *operuit;* vertit enim ἐπίθεμα; LXX autem legerunt כַּפֹּרֶת, cum Dagesch, quod est a Piel (כִּפֶּר) eiusdem verbi: *expiavit;* verterunt enim ἱλαστήριον, i. e. *propitiatorium, arca expiationis,* (ut θυμιατήριον, arca suffitus, Ioseph. ant. 3, 6. 8.) Exod. 25, 18—22. Lev. 16, 2. 13—15. Passim etiam utrumque legitur, ἱλαστήριον ἐπίθεμα, ut Exod. 25, 17. 37 (38), 6 ubi ἐπίθεμα emendationem sapit. — Sic semel in N. T. Hebr. 9, 5. *.

Ἵλεως, *ω, ὁ, ἡ*, (attice pro ἵλαος) *pacatus, propitius.* Sic in locutionibus: a) ἵλεώς εἰμι ταῖς ἁμαρτίαις, Hebr. 8, 12 *condono* peccata; LXX 2 Chron. 6, 25. 27. Ier. 31, 34. 36, 3 ubi in hebr. סָלַח. (ἵλεώς εἰμί τινι, propitius sum alicui, Num. 14, 20. Ier. 5, 1. 7 ἵλεως γίνου τῷ λαῷ, hebr. כַּפֵּר, Deut. 21, 8. coll. Num. 14, 19. 4 Macc. 6, 28. Hom. Iliad. 1, 583.) — ex hebraismo: — b) ἵλεώς σοι intellige ἔστω ὁ θεός, sive ὁ θεὸς διαμένῃ, Deus maneat tibi propitius, ut plena legitur haec locutio Ioseph. ant. 7, 11. 8 (ὁ δὲ ἵλεω μὲν εὔχεται τὸν θεὸν αὐτῷ διαμένειν) i. e. Deus eiusmodi facinus a me abesse iubeat, eiusmodi calamitatem avertat. Est vox abominantis et dehortantis, cuius sensus: *Deus hoc avertat, averruncet! absit hoc!* Sic semel Matth. 16, 22. Apud LXX respondet hebr. חָלִילָה seq. לְ, 2 Sam. 23, 17 ἵλεώς μοι, κύριε, τοῦ ποιῆσαι τοῦτο. ib. 20, 20. 1 Chron. 11, 19. (LXX: μὴ γένοιτο, Ios. 22, 29. 24, 16.) *.

Ἰλλυρικόν, *οῦ, ὁ, Illyricum,* regio inter Italiam, Germaniam, Macedoniam et Thraciam, cuius termini erant ab altera parte mare adriaticum, ab altera Danubius. Rom. 15, 19. *.

Ἱμάς, *άντος, ὁ*, (ab ἵημι, mitto) *lorum* ex corio, (Homer. Iliad. 3, 371.) Dicitur a) de *corrigiis,* quibus calceamenta alligabantur, Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. Io. 1, 27. LXX Ies. 5, 27 οἱ ἱμάντες (שְׂרוֹךְ) τῶν ὑποδημ. αὐτῶν. Suid. ἱμάς· σφαιρωτήρ (LXX Gen. 14, 23) σανδαλίου, ζανίχιον, οἷον τὸ λῶρον τοῦ ὑποδήματος. — b) de loris, quibus captivorum et maleficorum manus constringebantur, s. quibus verberandi adstringebantur. Act. 22, 25 προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, cf. Προτείνω. (4 Macc. 9, 11 διέδησαν τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ τοὺς βραχίονας ἱμᾶσιν ἑκατέρωθεν. Sir. 30, 26 ζυγὸς καὶ ἱμὰς κάμψουσι τράχηλον, καὶ οἰκέτῃ κακούργῳ στρέβλαι καὶ βάσανοι.) *.

Ἱματίζω, partic. perf. pass. ἱματισμένος, (ab ἱμάτιον) *vestio, amicio;* Marc. 5, 15. Luc. 8, 35. *.

Ἱμάτιον, *ου, τό*, (deminutivum ab εἷμα, vestimentum) (LXX maxime pro בֶּגֶד et שַׂלְמָה) *vestis, vestimentum;* — a) universe: vestis quaecunque, *tegumentum* corporis, Matth. 9, 16. 11, 8. Marc. 2, 21. Luc. 5, 36. 7, 25. Hebr. 1, 11 et passim. (Ezech. 8, 7. 16. Sir. 29, 21 ἀρχὴ ζωῆς ἀνθρώπου ὕδωρ καὶ ἄρτος, καὶ ἱμάτιον. Ioseph. ant. 3, 11. 6 ἱμάτιον τῆς κεφαλῆς de velo mulierum.) — b) *pallium,* vestis superior, quae tunicae iniicitur, Matth. 5, 40. 9, 20 sq. 14, 36. 21, 7. 8. Luc. 6, 29. Io. 19, 2. Act. 12, 8. 16, 22 et passim. Distinguitur ab eo χιτών, tunica, Act. 9, 39. — c) τὰ ἱμάτιά τινος, *pallium et tunica,* Matth. 17, 2. 24, 18. 27, 31. 35. Io. 13, 4. 12. 19, 23. Act. 7, 58. 22, 20. Iac. 5, 2. 1 Petr. 3, 3 et passim. Sic etiam in locutione: dilacerare vestes, Matth. 26, 65. Act. 14, 14. 22, 23. coll. 2 Sam. 1, 2. Iud. 11, 35. — Io. 20, 12 ἐν λευκοῖς (intell. ἱματίοις).

Ἱματισμός, *οῦ, ὁ*, (ab ἱματίζω) *vestimenta, vestitus;* [Matth. 27, 35.] Luc. 7, 25. Io. 19, 24. Act. 20, 33. 1 Tim. 2, 9. (1 Macc. 11, 24.) — de *pallio,* Luc. 9, 29. (LXX ut ἱμάτιον pro בֶּגֶד Gen. 24, 53. לְבוּשׁ Ps. 22, 19. שַׂלְמָה Ios. 22, 8.) *.

Ἱμείρω, (ab ἵμερος, cupido, appetitus, potissimum de desiderio amoris) cupio, valde desidero, seq. genitivo (Hom. Od. 10, 431. ib. 555 ψυχῆς ἱμείρων.) — Med. ἱμείρομαι, *desiderio rei teneor, amore feror,* seq. genitivo rei. In textu vulg. 1 Thess. 2, 8 ἱμειρόμενοι ὑμῶν, amore vestrum flagrans. (Hom. Od. 1, 41. 59. 3, 209. Iob. 3, 21 ἱμείρονται τοῦ θανάτου, hebr. חִכָּה. Hesych. ἱμείρεται· ἐπιθυμεῖ, ποθεῖ. — id. ἐρᾷ. *Griesb.* habet ὁμειρόμενοι. Vid. Ὁμείρομαι. *.

Ἵνα, (propr. adverb. loci: quo, wohin, Hom. Odyss. 4, 821. 10, 127. et ubi, allwo, Homer. Iliad. 2, 558. 604. — Sic in Nov. Test. non legitur.) — *coniunctio,* consilium, finem indicans, quam apud optimos scriptores *coniunctivus* sequitur, si verbum, a quo ἵνα pendet, praecessit in praesenti vel futuro vel imperativo, ubi ἵνα cum coniunctivo indicat, rem fieri posse secundum rerum conditionem, rem sumi experientia comprobandam, der objectiv mögliche Erfolg (Marc. 4, 21. 2 Tim. 2, 4. 10), optativus vero sequitur post praeterita, et indicat, rem cogitari eventuram secundum cogitationem loquentis vel alterius, der subjectiv mögliche Erfolg. Sequitur vero etiam post praeteritum coniunctivi, a) vel si res adhuc est vel eius eventus durat (Rom. 6, 4. 1 Tim. 1, 16. Tit. 1, 5. 2, 14. 1 Io. 5, 13. 20.) — b) vel in stylo historico, potissimum a Thucydidis inde aetate, et apud scriptores seriores omnino, ubi consilium, quod aliquis habuit, indicatur. — Denique

ἵνα etiam legitur cum futuro activi, apud optimos scriptores, quia futuro saepissime inest notio consilii vel etiam necessitatis. Vid. omnino *Viger.* de idiotism. p. 557 et ad eundem *Hermann.* p. 850 sqq. *Matthiae* Gramm. gr. §. 518 sqq. *Rostii* Gramm. gr. §. 122. p. 625 sqq. *Wineri* Gramm. des N. T. p. 263 sqq. — In N. T. bis tantum legitur cum optativo, Eph. 1, 17. 3, 16. aliquoties (1 Cor. 9, 18. Apoc. 22, 14 et in codd. 1 Cor. 13, 3. 1 Petr. 3, 1. Apoc. 3, 9 ubi lectiones codd. καυθήσονται, κερδηθήσονται, ἥξουσι, προςκυνήσουσι praeferendae videntur) cum futuro activi, maxime, ut apud LXX, cum coniunctivo, etiam post praeterita, (Matth. 19, 13. 27, 20. Marc. 8, 6. 12, 2. Luc. 18, 15. 19, 4. 15. Io. 1, 19, 31 et saepius), denique vero etiam, quod Graecis prorsus insolitum est, cum praesente indicativi verborum in όω desinentium, 1 Cor. 4, 6. Gal. 4, 17. (Test. XII patr. p. 684 ἵνα εὐοδοῦται. coll. 3 Esdr. 6, 32 ubi sequitur infinitivus et positum est pro ὥςτε.) De usu huius particulae in N. T. subtilius disputavit *Fritzschius* in comment. in Evangelium Matthaei. Lips. 1826. 8. p. 836 ubi legitur excurs. I.: „diversae vocabuli ἵνα in N. T. rationes enucleantur.“ Negavit, ἵνα in N. T. de eventu dici, quod idem negavit anonymus: Ob ἵνα im N. T. ἐκβατικῶς gebraucht werde? in *Wineri* Journ. Vol. 4. p. 418 sqq. Item *Fritzsch.* ibid. ἵνα in locis 1 Cor. 4, 6. Gal. 4, 17 voluit enarrare *ubi, quo.* — Apud LXX ἵνα legitur pro לְ, לְמַעַן, etiam pro אֲשֶׁר. Dicitur autem in N. T., ut etiam apud profanos,

1) de *consilio* et *fine; ut, quo, eo consilio ut;* — ἵνα μή, *ne, ut non;* a) de consilio, Matth. 17, 27 ἵνα δὲ μὴ σκανδαλήσωμεν αὐτούς, πορευθεὶς βάλε etc. ib. 18, 16. 26, 5. Io. 7, 23 ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος, i. e. si puer circumciditur octavo die, vel sabbato, ne lex (de circumcidendis pueris octavo die) laedatur. 1 Cor. 7, 29 τοῦτο δέ φημι — ἵνα, eo consilio, ut. Marc. 1, 38. 3, 10. 14. 4, 21. Luc. 1, 4. 6, 7. Rom. 3, 8 et saepissime. — Praecedente εἰς τοῦτο, Act. 9, 21. Rom. 14, 9. — ἵνα μὴ λέγωμεν, ne dicam, i. e. possem dicere, sed nolo; 2 Cor. 9, 4. Philem. 19. (Origen. comm. in Matth. T. XIII. §. 26 ἡ τῆς ψυχῆς, ἵν' οὕτως εἴπω, μεγαλειότης.) — b) de eventu, quem in consiliis habemus; *ut, quo,* Matth. 19, 16. Marc. 9, 22. 10, 17 τί ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον. ib. 11, 25. Luc. 18, 5. 19, 4. Io. 4, 15. 1 Cor. 4, 6. 8. — Etiam in locutione ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφή, Matth. 1, 22. 2, 15. 4, 14. 21, 4 et passim. (LXX pro אֲשֶׁר Gen. 11, 7. לְמַעַן, Gen. 27, 25. Exod. 4, 5. 3 Esdr. 8, 85. coll. Esdr. 9, 12. hebr. לְ Nehem. 6, 17. et chald. דִּי Dan. 2, 30 et דִּי Esdr. 4, 11. 6, 10. Dan. 4, 14.) — c) nostri ἵνα utuntur etiam post verba *iubendi, rogandi, hortandi, precandi;* ubi ἵνα semper incipit enuntiationem, qua argumentum mandati vel precum effertur; εἰπόν, ἵνα, Matth. 4, 3. Marc. 3, 9. Luc. 4, 3. 1 Io. 5, 16. Apoc. 6, 11 ἐῤῥέθη αὐτοῖς, ἵνα. ib. 9, 4. — Ἐντέλλομαι, ἵνα, Marc. 13, 34. (Test. XII patr. p. 543. 671 sq.) — Porro post ἀπαγγέλλω, Matth. 28, 10. διαστέλλω, Matth. 16, 20. Marc. 5, 43. θέλω, Matth. 7, 12. Marc. 6, 25. Luc. 6, 31. 18, 41. Io. 17, 24 et passim; θέλημά ἐστι, Io. 6, 39 sq. (Test. XII patr. p. 704 εἰ θέλεις, ἵνα καταλίπω.) — Ἐντολὴν διδόναι s. λαμβάνειν, ἵνα, Io. 11, 57. 13, 34. 15, 12. Act. 17, 15. 1 Io. 4, 21. ἐξορκίζω, Matth. 26, 63. ἐρωτάω, Marc. 7, 26. Luc. 7, 36. 16, 27. Io. 4, 47. 17, 15. ἐπιτιμάω, ἵνα μή, Matth. 12, 16. Marc. 3, 12. διαμαρτύρ. ἵνα, 1 Tim. 5, 21. προςεύχομαι ἵνα, Matth. 24, 20. 26, 41. Luc. 22, 46. Rom. 15, 31. (Test. XII patr. p. 535 ηὐξάμην κυρίῳ, ἵνα, ib. p. 684. (sq. infin. 2 Cor. 13, 7.) δέομαι ἵνα, Luc. 21, 36. 22, 32. (Test. XII patr. p. 730. Ioseph. ant. 12, 3. 2. (sq. infinitivo 3 Macc. 1, 16.) παραγγέλλω ἵνα, Marc. 6, 8. (Test. XII patr. p. 529 προστάσσετε ἵνα κοσμῶνται. 3 Esdr. 8, 19 ubi in textu chald. Esdr. 7, 21 דִּי, LXX ὅτι. coll. Esdr. 6, 11. — seq. infinitivo, Ioseph. ant. 8, 1. 3 ἀποκτεῖναι προςέταξεν. 2 Macc. 14, 27 κελεύων ἐξαποστέλλειν.) Παρακαλέω ἵνα, vid. Παρακαλέω. Πείθω ἵνα, Matth. 27, 20. — Eodem modo sequitur ἵνα, si in praecedentibus latet notio mandati vel voluntatis; ut ἀποστέλλειν τινὰ ἵνα, Io. 1, 19. (2 Macc. 14, 19. seq. infinit. et Ioseph. ant. 9, 8. 3. seq. participio futuri.) Παραδιδόναι ἵνα, tradere cum mandato, ut, Matth. 27, 26. Marc. 15, 15. διδόναι τινὰ ἵνα, Marc. 8, 6. 10, 37. Io. 5, 36. Apoc. 9, 5. 19, 18. (Apoc. 13, 15 sequitur infinitivus). Οὐκ ἤφιεν ἵνα, Marc. 11, 16. — Vid. etiam Io. 9, 22. 18, 39. Luc. 16, 24. 20, 28. Marc. 6, 12. 12, 19. Act. 27, 42. Tit. 2, 4. — Eph. 5, 33 ἡ δὲ γυνή (intelligo λέγω, iubeo) ἵνα. Eodem modo ποιεῖν τινα ἵνα, iubere, adigere ut, Apoc. 3, 9. 13, 12—16. (4 Esdr. 11, 39 „animalia, quae feceram regnare, et *ut* per eos veniret“ etc.) — d) post verba *quaerendi, studendi,* Matth. 26, 16 ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ. 1 Cor. 4, 2. 7, 34 μεριμνᾷ, ἵνα ᾖ ἁγία. 14, 1. 12. — Io. 4, 34 ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ. (Test. XII patr. p. 682 ἕως ἵνα πραθῇ, pro ἕως οὗ, quod LXX pro chald. עַד דִּי Dan. 4, 20. 22.) — Item *parandi se,* Apoc. 8, 6 ἡτοίμασαν ἑαυτούς, ἵνα σαλπίσωσι. ib. 9, 15. (Amos. 4, 12 ἑτοιμάζου τοῦ ἐπικαλεῖσθαι. 1 Macc. 5, 11. — Dan. 3, 15 ἑτοίμως ἔχειν ἵνα, chald. דִּי.) — *consultandi,* Matth. 26, 4 συνεβουλεύσαντο, ἵνα κρατήσωσι i. e. quaesiverunt quomodo possent etc. Io. 11, 53. 12, 10. — e) ut chald. דִּי et syriacum Dolath non solum coniunctio est finem indicans, sed etiam ponitur pro relativo, sic apud Iohannem ἵνα etiam legitur, ubi ὃς ἄν (Latinor. *qui* cum coniunctivo) expectasses; Io. 5, 7 ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα βάλῃ με, *qui* me coniiciat. ib. 6, 5 πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους, ἵνα φάγωσι, quos comedant. c. 14, 16 ἵνα μένῃ, qui maneat. (Esdr. 7, 25 κατάστησον κριτάς, ἵνα (דִּי) ὦσι κρίνοντες.)

2) an de *eventu* (ἐκβατικῶς) dicatur ἵνα, ut sit: *ita ut, quo fit,* vel *futurum est, ut,* disputarunt interpretes, negarunt, et recte, *Winerus* et *Fritzschius* l. l. Plurimis enim in locis in se satis clarum est, cogitari consilium, et ἵνα positum esse τελικῶς. Aliis in locis scriptores sacri id, quod profani ad causas proximas referunt, ad Deum eiusque consilia et decreta referunt. Io. 4, 36 ubi ἵνα καὶ ὁ σπείρων etc. pendent a sententia omissa sed intelligenda: hoc fiet ex Dei decreto, ut etc. Io. 5, 40 οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα (ex Dei decreto) ζωὴν ἔχετε. Io. 9, 2 ubi coecitas cogitatur poena a Deo inflicta. c. 16, 24 λήψεσθε (a Deo), ἵνα. Vid. etiam Rom. 5, 21. 11, 31. Eph. 6, 3. 1 Thess. 5, 4 ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ, i. e. ut (ex Dei decreto) dies super vos, (ut illos), tanquam fur noctu veniat. 1 Io. 3, 1. Apoc. 9, 20. 22, 14. — Act. 5, 26 ubi ἵνα non pendet ab ἐφοβοῦντο, sed ab ἦγαγεν οὐ μετὰ βίας. 1 Cor. 1, 15 ἵνα μή τις εἴπῃ, pendet a sententia omissa: quod Deus ita fieri voluit. Gal. 5, 17 ταῦτα ἀλλήλοις ἀντίκειται, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε, ne alterius, cuius velitis, desiderio obsequamini, i. e. ἡ σάρξ obnititur, si vultis facere quod τὸ πνεῦμα iubet, ne fiat, et τὸ πνεῦμα eodem obnititur desideriis carnis. (Genes. 22, 14.) — Ad idem genus pertinet locutio ἐλήλυθεν ὥρα, ἵνα, adest tempus, quo definitum est a Deo, ut eveniat, Io. 12, 23. 13, 1. 16, 2. 32. (In V. T. post יָמִים בָּאִים sequi solet וְ, LXX: καί, ut Ier. 30, 3. 31. 31, 27. 31. 38. — 4 Esdr. 7, 26. 6, 18. 19: „*tempus veniet et erit, quando* etc.) Porro —

3) *rem ipsam,* ad quam antecedentia referuntur, indicat, et a) legitur, ubi profani infinitivo, vel τοῦ cum infinitivo uti solent; (vid. *Winer.* Gramm. p. 309 sqq.) Luc. 9, 45 ἦν ἀποκεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό. (coll. Luc. 24, 16 οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο, τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν.) Luc. 17, 2 λυσιτελεῖ αὐτῷ (μᾶλλον), εἰ ἔῤῥιπται — ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ. (seq. infinitivo Tob. 3, 6.) — συμφέρει γάρ σοι, ἵνα, Matth. 5, 29. 30. 18, 6. Io. 11, 50. 16, 7. (seq. infinitivo Io. 18, 14. Matth. 19, 20. 2 Cor. 12, 1.) — ἄξιός εἰμι, ἵνα, dignus sum, qui. (seq. infititivo Luc. 15, 21. Apoc. 4, 11. 5, 2. 9. Sap. 1, 16. 18, 1.) — Matth. 10, 25 ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα. Io. 6, 7 οὐκ ἀρκοῦσιν, ἵνα. Matth. 8, 8 ἱκανὸς ἵνα. (seq. infinitivo Matth. 3, 11. Marc. 1, 7.) — χρείαν ἔχειν ἵνα, Io. 2, 25. 16, 30. 1 Io. 2, 27. Apoc. 21, 23. (seq. infinitivo Matth. 14, 16. 1 Thess. 4, 9. et seq. τοῦ Hebr. 5, 12.) — 1 Cor. 4, 3 ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι, ἵνα (quod) ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ. ib. 9, 18 ἵνα ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον, intellige: οὗτός ἐστιν ὁ μισθὸς ἵνα ἀδάπ. etc. Phil. 2, 2 πληρώσατέ μου τὴν χαράν, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, *hoc* gaudium, quod concordes sitis. — Io. 8, 56 ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ gavisus est, quod visurus esset. c. 15, 13 μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις θῇ. 3 Io. v. 4 μειζοτέραν οὐκ ἔχω χαράν, ἵνα ἀκούω, quam quod audio. 1 Petr. 4, 13. coll. Sap. 13, 9. — b) post οὗτος, αὕτη, τοῦτο sequitur ἵνα ita, ut indicet, *qua in re aliquid conspicuum sit; a quo pendeat aliquid, in quo cernatur,* ubi maxime verti potest *quod;* Luc. 1, 43 πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ, quomodo hoc mihi evenit, quod mater etc. — ἐν τούτῳ — ἵνα, Io. 15, 8 ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ, ἵνα καρπὸν φέρητε, eo pater honore afficitur quod etc. 1 Io. 4, 17. — Ioanni

propria est locutio: *οὗτος* s. *αὕτη*, s. *τοῦτο δέ ἐστιν — ἵνα*, *in eo cernitur, quod*, vel: *ab eo pendet, quod, in eo est, quod;* Io. 6, 29. 39. 17, 3. 1 Io. 3, 11. 23. 4, 21. 5, 3. 2 Io. v. 6. coll. 1 Io. 5, 4. 11. (Test. XII patr. p. 606 *αὕτη ἐστὶν ἡ σύνεσις τῆς οἰνοποσίας, ἵνα ἕως ὅτου ἔχει αἰδῶ, πίῃ.*)

4) Saepius ante *ἵνα* quaedam omissa sunt, a quibus *ἵνα* pendet, ut Marc. 5, 23 (*δέομαι οὖν*) *ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς*. — (*Τοῦτο δὲ ἐγένετο*) *ἵνα*, Marc. 14, 49. Io. 9, 3. 13, 18. 15, 25. Vid. etiam Io. 1, 8 ubi *ἦλθεν* e versu 7 repetendum est. Io. 1, 22. 10, 17 ubi intelligendum est: *καὶ τοῦτο ποιῶ*. 2 Cor. 10, 9. Gal. 2, 10. 1 Io. 2, 19. (2 Macc. 1, 9. Gen. 33, 8 ubi addendum est: *tua sint omnia.*)

Ἱνατί, (pro *ἵνα τί*, *ut quid*, intelligendum post praesens: *γένηται*, ut quid fiat? — vel post praeteritum *γένοιτο*, ut quid fieret? vid. *Hermann.* ad Viger. p. 849. *Lamp. Bos.* ellips. gr. p. 592 ed. *Schaefer.*) — *cur? quare? quem in finem?* Matth. 9, 4. 27, 46. Luc. 13, 7. Act. 4, 25. 7, 26. 1 Cor. 10, 29. (LXX pro לָמָּה Gen. 4, 6. Dan. 10, 20. עַל־מָה Num. 22, 32. vid. etiam Gen. 25, 32. 44, 5. 7. Iob. 3, 12. 10, 18. Tob. 3, 15. 1 Macc. 2, 7. 13. 12, 44.) *.

Ἰόππη, *ης*, *ἡ*, (sic LXX, N. T. et Iosephus: profani etiam *Ἰώππη*), hebr. יָפוֹ s. יָפוֹא, *Ioppe*, urbs Palaestinae, ad mare mediterraneum in finibus tribus Dan sita, portu instructa, et ab Augusto Herodis magni regno adiecta. (Ioseph. de bell. 1, 20. 3.) Hodie *Iaffa* appellatur. Act. 9, 36—43. 10, 5. 8. 23. 32. 11, 5. 13. (Ios. 19, 46. 2 Chron. 2, 16. Ion. 1, 3. Esdr. 3, 7. 1 Macc. 10, 75. 14, 5.) *.

Ἰορδάνης, *ου*, *ὁ*, hebr. יַרְדֵּן, (a יָרַד manare, rinnen) *Iordanes*, fluvius Palaestinae maximus; nunc *El-Schareich*. Oritur ex aquis nivalibus montis Libani, prorumpitque ex antro montis Panei ad radices Libani, unde per paludes Semechonitidis (s. lacum Merom), in Galilaeam delatus, lacum Galilaeae (s. Genesareth) permeat, et deinde aquis valde auctis defluit in lacum Asphaltitem s. mare mortuum. Ex narratione Iosephi (de bell. 3, 10. 7) e lacu Phiala, ad radicem montis Antilibani, oritur, et CXX stadia sub terram in occulto ad antrum Panei defertur. Matth. 3, 5 sq. 13. 4, 15. 25. 19, 1. Marc. 1, 5. 9. 3, 8. 10, 1. Luc. 3, 3. 4, 1. Io. 1, 28. 3, 26. 10, 40. (Ios. 3. Gen. 13, 11. Num. 13, 29. 2 Reg. 5, 10 sqq. Zach. 11, 3.) — Dicitur etiam Iordanes maior s. magnus antequam in paludes Semechonitarum influit, ut distinguatur ab alio amne, cui nomen Iordanes minor (*ἐλάσσων*, Ioseph. ant. 5, 3. 1. *μικρός* de bell. 4, 1. 1), qui aquas suas in istam paludem immittit. coll. Ioseph. ant. 1, 10. 1. *.

Ἰός, *οῦ*, *ὁ*, (ab *ἵημι*, mitto) 1) missile, sagitta, Thren. 3, 13 *ἰοὺς φαρέτρας*, hebr. בְּנֵי אַשְׁפָּה, filios pharetrae i. e. sagittas. (Hom. Iliad. 1, 48.) Quum sagittarum cuspides veneno essent tinctae, est — 2) *venenum*, videl. animalium, quod ope aculei immittunt vel instar sagittae iaculantur, (Herodian. 3, 9. 10. Ael. hist. anim. 5, 31.) — In N. T. tropice de calumnia, quae saluti hominum aeque lethifera est ac venenum corpori. Rom. 3, 13 *ἰὸς ἀσπίδων*, venenum aspidum, i. e. maxime noxium. Deprompta sunt e Ps. 140, 3 ubi in hebr. est חֵמָה. — Iac. 3, 8 lingua dicitur *μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου*. (Test. XII patr. p. 680 *ἰοῦ διαβολικοῦ τὴν καρδίαν πληροῖ*. Ibid. p. 529 *ἰός* de veneno libidinis legitur.) — 3) *aerugo*, Iac. 5, 3 et Epist. Ier. v. 24. LXX Ezech. 24, 6. 11. 12 pro חֶלְאָה. Theophil. ad Autol. lib. I, p. 70. Vid. *Kypkii* obss. s. II, p. 426.

Ἰουδαία, *ας*, *ἡ*, vid. *Ἰουδαῖος*.

Ἰουδαΐζω, f. *ίσω*, (ab *ἰουδαῖος*) *iudaizo* (ut *ἑλληνίζω*, *πλατωνίζω* et similia) i. e. *Iudaeorum mores, religionem, partes sequor;* Gal. 2, 14 *ἰουδαΐζ.* leges mosaicas observare; moribus Iudaeis similem esse. (Sic etiam Esth. 8, 17 (מִתְיַהֲדִים). Evang. Nicod. ap. Birch. p. 17 ubi Pilatus ad Iudaeos: *οἴδατε, ὅτι γυνή μου μᾶλλον ἰουδαΐζει σὺν ὑμῖν.* — Ioseph. de bell. 2, 18. 2 Iudaeorum partes sequi, iis favere. Ignat. ad Magnes. §. 10 *ἄτοπόν ἐστι Χριστὸν Ἰησοῦν καλεῖν, καὶ ἰουδαΐζειν.*) *.

Ἰουδαϊκός, *ή*, *όν*, (a *ἰουδαῖος*) *iudaicus;* Tit. 1, 14. Philo in Flacc. p. 973 A. Ioseph. ant. 20, 11. 1 et 4. de vita §. 6. 2 Macc. 8, 11. 13, 21. *.

Ἰουδαϊκῶς, adv. *iudaice, Iudaeorum more*. Gal. 2, 14. (Ioseph. bell. 6, 1. 3.) *.

Ἰουδαῖος, *αία*, *ον*, (neutrum legitur apud Ioseph. de bell. 3, 8. 3 *τὸ ἰουδαῖον φῦλον*) — *iudaeus*. Ut *ἰδουμαῖος*, *ἀμοῤῥαῖος*, *εὐαῖος*, *μιναῖος* et similia gentilia, formatum ab *Ἰούδα*, יְהוּדָה, quod apud LXX interpretes legitur 1) de tribu Iudae 2 Sam. 3, 10. 5, 5. 2 Reg. 24, 20. *υἱοὶ Ἰούδα*, Ios. 18, 11. 15, 13. etiam *ὁ Ἰούδα* scil. *λαός* 2 Chron. 30, 24. sive *δῆμος* Iudic. 17, 7. Ioseph. ant. 4, 2. 1 *Ἰουδαῖοι*, tribus Iuda. — 2) de sedibus tribus Iudae Iudic. 18, 12. etiam *ὁ Ἰούδα* Ios. 20, 7. 2 Chron. 11, 10. et *ἡ γῆ Ἰούδα* Ruth. 1, 7. — 3) de regno Iudae eiusque incolis, 2 Chron. 30, 1. 25. 31, 20. 32, 1. 9. — Hinc 1) *ἰουδαῖος*, יְהוּדִי, *iudaeus, iudaicus*, ut *ἀνήρ*, Act. 10, 28. 2, 14. 22, 3. *ψευδοπροφήτης*, Act 13, 6. *ἀρχιερεύς*, Act. 19, 14. (Esth. 2, 3 *ἄνθρωπος ἰουδ.* 2 Macc. 5, 29 *τόπος ἰουδαῖος.*) — *ἰουδαία γυνή*, Act. 16, 1. 24, 24. (1 Chron. 4, 18.) — *Origine, gente, religione Iudaeus*, Io. 4, 29. 18, 25. Act. 18, 2. 24. 21, 39. Rom. 1, 16. 2, 9. 28. 29. 17, 3 et passim. (Esth. 3, 4. 5, 9. 13.) — *Iudaeus proselytus*, Act. 2, 5. coll. v. 10. — 2) *οἱ Ἰουδαῖοι*, *Iudaei*, יְהוּדִים, a) incolae regni Iudae, 2 Reg. 16, 6. — iidem in exilio, Neh. 5, 1. Esth. 8, 7. 9, 18 sq. in Aegypto, 2 Macc. 1, 10. — et reduces, 3 Esdr. 2, 18. 23. — b) incolae provinciae Iudaeae (Iesu temporibus), Luc. 23, 51. vid. *Ἀριμαθαία*. — c) gens iudaica, Matth. 2, 2. 27, 11. 29. Marc. 7, 3. 15. Io. 2, 6. 4, 9. 22. 5, 1 et saepius. — *Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες*, Act. 14, 1. 18, 4. 19, 10. 1 Cor. 1, 22 sqq. et passim. coll. Act. 14, 5. — d) eiusdem gentis homines extra Palaestinam, *οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τὰ ἔθνη*, Act. 21, 21. 14, 1. 19. 17, 13. 21, 27. — In evang. Ioannis *οἱ Ἰουδαῖοι* saepius sunt *proceres* Hierosolymitani, c. 1, 19. 2, 18. 20. 5, 10. 15 sq. 6, 52. 7, 1. 11. 13. 9, 22. etc. Ita etiam *Ἰουδαίου* (ut habet *Griesb.* pro *Ἰουδαίων*) Io. 3, 25. — 3) *Ἰουδαία*, a) *iudaea*, ut *γυνή*, mulier iudaica, Act. 16, 1. 24, 24. 1 Chron. 4, 18. — b) *ἡ Ἰουδαία*, (*γῆ*, ut additur Io. 3, 22. s. *χώρα*, ut legitur Marc. 1, 5. Ioseph. ant. 11, 1. 1.) *Iudaea;* et quidem a) sedes tribus Iudae, 1 Sam. 27, 10. 2 Chron. 3, 1. — b) regnum Iudae, 1 Sam. 27, 6. 3 Esdr. 1, 26. 32. — c) provincia Iudaea post exilium, quae distinguitur a Galilaea et Samaria. Matth. 2, 1. 5. 22. 3, 1. 19, 1. 24, 16. Marc. 3, 7. Luc. 2, 4. 3, 1. 5, 17. Io. 3, 22. 4, 3. 47. Act. 1, 8. 9, 1 et passim. — pro incolis, Matth. 3, 5. Marc. 1, 5. 2 Chron. 32, 33. 35, 24. — d) sensu latiori: regnum Iudaeorum Iesu temporibus, Act. 2, 9. 10, 37. 11, 1. 29. Luc. 7, 17. 1, 5. fortasse etiam 2 Cor. 1, 16. Gal. 1, 22. (Ioseph. de bell. 1, 1. 1. contr. Apion. 1, 7.) — Act. 26, 20 *πᾶσα ἡ χώρα τῆς Ἰουδαίας*. 3 Esdr. 6, 8.

Ἰουδαϊσμός, *οῦ*, *ὁ*, (ab *ἰουδαΐζω*) *religio Iudaeorum*, Gal. 1, 13. coll. v. 14. (2 Macc. 2, 21 *οἱ ὑπὲρ τοῦ ἰουδαϊσμοῦ φιλοτίμως ἀνδραγαθήσαντες* dicuntur qui sub Maccabaeis pugnaverant pro patria lege. Eodem modo 2 Macc. 14, 38. 4 Macc. 4, 16 *ἐξόμνυσθαι τὸν ἰουδαϊσμόν*, eiurare religionem iudaicam. Ignatius ad Magnes. §. 8 *κατὰ (νόμον) ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν*. — ib. §. 10 *ὁ χριστιανὸς οὐκ εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἐπίστευσεν, ἀλλ' Ἰουδαϊσμὸς εἰς Χριστιανισμόν.*) *.

Ἰούδας, *ὁ*, gen. *Ἰούδα*, dat. *Ἰούδᾳ*, acc. *Ἰούδαν*, (sic N. T., LXX interpr. Ioseph. ant. 12, 7 sqq. et libri Maccabaeor.) hebr. יְהוּדָה, (Ioseph. ant. 1, 19. 7 *Ἰούδας*, — *εὐχαριστίαν τοῦτο δηλοῖ.*) *Iudas*, nom. pr. 1) *Iudas*, Iacobi filius quartus, Matth. 1, 2 sq. Luc. 3, 33. (Gen. 29, 35. 49, 8.) — *tribus Iudae*, Matth. 2, 6. Luc. 1, 39. Hebr. 7, 14. Apoc. 5, 5. 7, 5. — *regnum Iudaeum*, quod a tribu Iudae, quippe maxima, nomen acceperat; metonym. *incolae, Iudaei*, Hebr. 8, 8. — 2) *Iudas*, ignotus, e maioribus Christi, Luc. 3, 26. — 3) *alius* horum maiorum, pariter ignotus, Luc. 3, 30. — 4) *Iudas* cognomine *Galilaeus*, qui tempore census, a Quirino habiti, una cum Sadoco seditionem excitaverat in Galilaea, Act. 5, 37. Ioseph. ant. 18, 1 (*Ἰούδας ὁ Γαυλανίτης* et *ὁ Γαλιλαῖος*). 20, 5. 2. de bell. iud. 2, 8. 1. — 5) *Iudas*, Iudaeus quidam Damascenus, Act. 9, 11. — 6) *Iudas*, cognomine *Ἰσκαριώτης*, Iesu discipulus, qui eum prodidit, Matth. 10, 4. 26, 14. 25. 47. 27, 3. Marc. 3, 19. 14, 10. 43. Luc. 6, 16. 22, 3. 47. 48. Act. 1, 16. 25. qui a Ioanne dicitur *Ἰούδας Σίμωνος* scil. *υἱός*, c. 6, 71. 12, 4. 13, 2. 26. 29. 18, 2. 3. 5. — 7) *Iudas*, cognomine *Barsabas* s. *Barnabas*, Christianus e Iudaeis, de quo vid. Act. 15, 22. 27. 32. — 8) *Iudas apostolus*, cognomine Lebbaeus et Thaddaeus, Alphaei et Mariae filius, qui dicitur *Ἰούδας Ἰακώβου* Luc. 6, 16. Act. 1, 13. Act. Thom. §. 1. et

ὁ ἀδελφὸς Iesu, Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. Iud. v. 1. (Act. Thom. §. 11 ubi saepius etiam appellatur Ἰούδας ὁ καὶ Θωμᾶς. Vid. ibid. Thilo p. 92 sqq. et cf. supra dicta in Ἰάκωβος.) *.

Ἰουλία, ας, ἡ, *Iulia*, mulier christiana. Rom. 16, 15. *.

Ἰούλιος, ου, ὁ, *Iulius*, centurio romanus, Act. 27, 1. 3. *.

Ἰουνίας, α, ὁ, *Iunias*, Christianus e Iudaeis, Pauli propinquus et vinculorum eius socius, Rom. 16, 7. *.

Ἰοῦστος, ου, ὁ, *Iustus*; cognomen 1) Iosephi, qui etiam cognomen Barnabae habuit, Act. 1, 23. — 2) *Titi*, proselyti, Corinthii, Act. 18, 7. — 3) *Iesu* cuiusdam, Col. 4, 11. *.

Ἱππεύς, έως, ὁ, (ab ἵππος) *eques*, Act. 23, 23. 32. *.

Ἱππικός, ή, όν, equestris. 1 Macc. 13, 38 δυνάμεις ἱππικαί, copiae equestres. 3 Macc. 1, 1. — τὸ ἱππικόν (τάγμα s. πλῆθος) *equitatus*, Apoc. 9, 16. *.

Ἵππος, ου, ὁ, *equus*, Iac. 3, 3. Apoc. 6, 2—8. 9, 7. 9. 17. 14, 20. 18, 13. 19, 11—21. *.

Ἶρις, ιδος, ἡ, *iris*, arcus coelestis, Apoc. 4, 3. 10, 1. (etiam *iris*, planta. LXX Exod. 30, 24 ἴρις, ἴρεως pro קִדָּה *cassia*, ut etiam Ioseph. ant. 3, 8. 3.) *.

Ἰσαάκ, ὁ, nom. pr. indeclin. *Isaaci*, filii Abrahami et Sarae (hebr. יִצְחָק Gen. 21, 6. 17, 17. Iosephus: ὁ Ἴσακος). Matth. 1, 2. 8, 11. 22, 32. Rom. 9, 7. 10. Gal. 4, 28. Hebr. 11, 9. 17. 18. 20 et passim.

Ἰσάγγελος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ab ἴσος et ἄγγελος, formatum ut ἰσόθεος) *angelis similis*. Luc. 20, 36. Clem. Alex. strom. 7, 12. p. 879 ed. Pott. *.

Ἰσασχάρ, ὁ, *Isaschar*, hebr. יִשָּׂשכָר Gen. 30, 18. (Ioseph. ant. 1, 19. 7 Ἰσσάσχαρις, ὁ ἐκ μισθοῦ γενόμενος) nom. pr. indecl. filii Iacobi et Leae. Apoc. 7, 7. De tribu Isaschar vid. Iosuae c. 19, 17—23. *

Ἴσημι, *scio*, *novi*, a quo verbo deducunt ἴσαμεν contr. ἴσμεν, ἴσατε contr. ἴστε, ἴσασι, Act. 26, 4. Hebr. 12, 17. (Ioseph. ant. 4, 2. 1), quae vero rectius deducuntur ab εἴδω s. ἴδω, pro ἴδμεν etc. vid. *Matthiae* Gramm. gr. §. 231 et 238. *Rostii* Gramm. gr. p. 295 sq. *Buttm*. Gr. ampl. §. 109. Vid. οἶδα in εἴδω. — Formarunt vero ab ἴσαμεν, ἴσατε, Dorii seriores formam verbi ἴσημι, ut Ioseph. ant. 4, 8. 2 med. ἴσονται, nisi ibi legendum εἴσονται.

Ἰσκαριώτης, ὁ, *Iscariotes*, *Cariothensis*, אִישׁ קְרִיּוֹת, vir ex urbe Carioth in tribu Iuda oriundus; cognomen Iudae apostoli, qui Iesum prodidit. Vid. Ἰούδας.

Ἴσος, rectius ἶσος, η, ον, *aequalis*, *par*; de mercede, Matth. 20, 12. Luc. 6, 34. (Lev. 7, 10.) — de mensura, Apoc. 21, 16. (Ezech. 40, 5—8. 45, 11.) — de argumento, Marc. 14, 56 ἴσαι μαρτυρίαι, eadem argumenta, i. e. consentientia; ib. v. 59. — de natura et conditione, Io. 5, 18 ἴσον θεῷ. Act. 11, 17 ἴση δωρεά, idem donum. (Sap. 7, 1 ἴσος ἅπασι (ἀνθρώποις). 2 Macc. 9, 15. Sap. 7, 6 μία πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση) — ἴσα, pro ἴσον, (vid. *Matthiae* Gramm. §. 443.) adverbialiter: *aequaliter*, *pariter ac*, seq. dativo; Phil. 2, 6 ἴσα θεῷ, esse parem Deo, aequalem dignitate. (Iob. 13, 12 ἀποβήσεται ἴσα σποδῷ. v. 28 παλαιοῦται ἴσα ἀσκῷ. Iob. 15, 16. 24, 20. 27, 16. 28, 2. 29, 14. 30, 19. 40, 15. coll. Sap. 7, 3.) *.

Ἰσότης, ητος, ἡ, (ab ἴσος) 1) *aequalitas*, *aequabilitas*, *aequitas*, 2 Cor. 8, 13 ἐξ ἰσότητος, aequali ratione, i. e. ὅπως γένηται ἰσότης, ut Apostolus explicat ibid. v. 14. cf. *Raphelii* annot. e Polyb. p. 493. — 2) *quod aequum est*; Col. 4, 1 τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε. (Clem. Alex. strom. 6, 6. p. 764 ed. Pott. μετὰ δικαιοσύνης καὶ ἰσότητος. — LXX Iob. 36, 29 de similitudine.) *.

Ἰσότιμος, ον, (ex ἴσος et τιμή) 1) *eiusdem pretii s. dignitatis*; Ioseph. ant. 8, 8. 1. — 2) *eodem modo comparatus*, i. q. ἴσος. 2 Petr. 1, 1 ἰσότιμος πίστις, eadem fiducia. Ioseph. ant. 12, 3. 1 ἰσοτίμους (αὐτοὺς) ἀπέδειξε Μακεδόσι, eadem conditione s. iure eos haberi voluit, quo Macedones. *.

Ἰσόψυχος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex ἴσος et ψυχή), *qui par est animo*, von gleicher Gesinnung; semel Phil. 2, 20 οὐδένα ἔχω ἰσόψυχον, neminem mihi animo parem habeo i. e. qui eadem cura, qua ego, vestrae saluti prospiciat. — Eodem sensu LXX Ps. 55, 14 σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε, hebr. אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי, homo, quem parem mihi habeo. Adverb. ἰσοψύχως apud Eustath. in Iliad. 11. p. 764.

Ἰσραήλ, ὁ, hebr. יִשְׂרָאֵל, (i. e. cum Deo pugnans, Ioseph. ant. 1, 20. 2 Ἰσράηλον i. e. τὸν ἀντιστάντα ἀγγέλῳ θείῳ) *Israel*, nom. prop. indecl. (Iosephus Ἰσράηλος, ου) cognomen Iacobi, patriarchae, de cuius ratione vid. Gen. 32, 29. Hos. 12, 4. Sic semel Rom. 9, 6 οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραήλ, non omnes ab Israele, patre, cui promissiones sunt datae, nati promissionum quoque compares fiunt. — Metonym. *posteri* Israelis, *populus Israelitarum*, ὁ οἶκος Ἰσραήλ, ὁ Ἰσραὴλ videlicet λαός, quod additur Act. 4, 10. Fuit autem nomen maxime honorificum, quo non solum omnes Iacobi posteri, Israelitae duodecim tribuum (Matth. 19, 28. Luc. 22, 30. Rom. 9, 27. Apoc. 7, 4. Marc. 12, 29. Act. 7, 23. 37. 42 et saepius), sed etiam Iudaeorum gens post exilium appellabatur (Matth. 2, 6. 20. 21. 8, 10. 9, 33. Act. 4, 8. 10. 27. 5, 21 et passim). Honorificum autem in eo erat, quod Iacobus, a Deo prae Esavo electus, promissiones a Deo acceperat de felicitate posterorum suorum, eorumque electione ad percipiendam salutem per Messiam parandam. Vid. quae Paulus Rom. 9, 4—13. Eph. 2, 12. coll. Rom. 11, 2. 7 disseruit. Unde factum est, ut scriptores N. T. nomine Ἰσραήλ ibi potissimum uterentur, ubi Iacobi posteri, tanquam promissionum divinarum, Patriarchis datarum, haeredes, quum praesentes tum futuri, cogitantur; Luc. 1, 16. 54. 68. 80. Matth. 2, 6. 15, 24. 27, 42. Act. 13, 23 sq. 28, 20. Rom. 9, 31. 11, 25. 26 et passim. Hinc distinguitur Gal. 6, 16 ὁ Ἰσραὴλ τοῦ θεοῦ Israelitae Deo dicati et quos Deus amat; — et 1 Cor. 10, 18 ὁ Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα, Israelitae secundum naturalem propagationem.

Ἰσραηλίτης, ου, ὁ, *Israelita* (יִשְׂרְאֵלִי, 2 Sam. 17, 25 femin. Ἰσραηλῖτις, ιδος, ἡ, vid. LXX Lev. 24, 10), unus e populo Israelitico. Iesu temporibus erat nomen honorificum, de cuius ratione vid. Ἰσραήλ. Legitur Io. 1, 48. Act. 2, 22. 3, 12. 5, 35. 13, 16. 21, 28. Rom. 9, 4. 11, 1. 2 Cor. 11, 22. (4 Macc. 18, 1. Ioseph. ant. 2, 9. 1.) *.

Ἵστημι, rarius ἱστάω et ἱστάνω, [Rom. 3, 31 ἱστῶμεν, et boni libri ἱστάνομεν], fut. στήσω, aor. 1. ἔστησα, aor. 2. ἔστην, imperat. στῆθι, inf. στῆναι, part. στάς, perf. ἕστηκα, infin. ἑστάναι (pro ἑστηκέναι), partic. ἑστακώς, et forma abbreviata ἑστώς, quod vero rectius scribitur ἑστός; 3 pers. plur. plusquampf. [ἑστήκειν] εἱστήκεισαν Io. 18, 18. Matth. 12, 46. et ἑστήκεσαν Apoc. 7, 11 ubi vero codd. etiam exhibent ἑστήκεισαν, aor. 1. pass. ἐστάθην, fut. 1. pass. σταθήσομαι, et fut. med. στήσομαι, [Apoc. 18, 15.] — (de quibus formis vid. grammat. *Win*. §. 14. *Rost*. §. 80 et 81. *Buttmann*. I, §. 107.) — a stirpe obsoleta στάω, nostrum *stehen, stellen*, — I) *transitive*: praesens, imperf. fut. 1. act., aor. 1. act., — LXX pro הֶעֱמִיד, הֵקִים, הִצִּיב, — propr. *stare facio*, i. e. 1) *colloco*, *sisto*, a) proprie, Matth. 4, 5. 18, 2. 25, 33. Marc. 9, 36. 13, 9. Luc. 4, 9. 9, 47. Io. 8, 3. Act. 4, 7 et saepius. — ἐνώπιόν τινος, Act. 6, 6. Iud. v. 24. (Lev. 27, 8. 11.) — coram iudice, Act. 4, 7. 5, 27. 22, 30. Marc. 13, 9. — adstare iubeo, Matth. 25, 33. Act. 1, 23. 6, 13. — b) metaphorice: *ratum facio*; *facio ut eveniat*, *sit aliquid*; *stabilio*, *firmo*; — de testimonio, Matth. 18, 16. 2 Cor. 13, 1. — de regno, Matth. 12, 25 sq. Marc. 3, 24 sqq. Luc. 11, 18. — de lege, Rom. 3, 31. — de homine: erigo, Rom. 14, 4. — de aliis rebus, Hebr. 10, 9. Exod. 6, 4. Deut. 8, 18. 1 Macc. 15, 5. Bar. 2, 1 ἔστησε τὸν λόγον (minas) αὐτοῦ. Gen. 26, 3 στήσω τὸν ὅρκον μου. Dan. 9, 12. — de tempore: *praestituo*, Act. 17, 31. — 2) stare facio lingulam bilancis, ἵστημι videlicet ἐν σταθμῷ, s. ζυγῷ, a) propr. *appendo*, seq. dativo personae, Matth. 26, 15 ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. (LXX pro שָׁקַל, Esdr. 8, 25. 26. 33. Ies. 46, 6. Iob. 31, 6. Dan. 5, 27. 3 Esdr. 8, 62. Ier. 32, 9.) — b) metaph. *imputo*, ich bringe in Rechnung, Act. 7, 60 μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Rom. 10, 3 τὴν δικαιοσύνην, pietatis merita computo.

II) Intransitive: passivum, fut. med. aor. 1. pass. et fut. 1. passivi, item aor. 2. perfect. et plusq. activi. (formam στήκω vid. seorsim suo loco), — LXX pro נִצַּב, עָמַד, קוּם, — *colloco me*, i. e. 1) *sto*; a) propr. pedibus insisto, Act. 3, 8. 7, 33. 9, 7 εἱστήκεισαν ἐνεοί, attoniti sta-

bant, non prociderant ut apostolus v. 4. c. 26, 16. (Exod. 3, 5.) — seq. ἔξω, Matth. 12, 46. 13, 2. — seq. μακρόθεν, Luc. 23, 49. — coram concione, Act. 2, 14. 27, 21. — coram iudice, Act. 24, 20. 25, 10. 26, 6. — ἦν ἑστώς, stabat, Luc. 5, 1. — Vid. universe Matth. 20, 3. 6. Luc. 1, 11. Io. 1, 35. 18, 16. 20, 11. Eph. 6, 14 et passim. — *erectus sto*, Luc. 18, 11 σταθείς, non demisso vultu et capite ut portitor, v. 13. — de iis, qui medio in populo, s. media in concione stant, Io. 7, 37. Act. 5, 20. 25. 27. Io. 1, 26 μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν. (Deut. 25, 8. 27, 12. Sir. 6, 34.) — b) metaphor. *constans sum, persisto;* 1 Cor. 7, 37 ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, nostrum: von festem Charakter sein. 1 Cor. 15, 1 ἐν ᾧ (εὐαγγελίῳ) καὶ ἑστήκατε. 2 Cor. 1, 24 τῇ πίστει ἑστήκατε, constantes vos praebuistis. Rom. 11, 20. cap. 5, 2 ἐν ᾗ (χάριτι) ἑστήκαμεν, in qua persevero. 1 Petr. 5, 12 εἰς ἣν (pro ἐν ᾗ) ἑστήκατε. Coloss. 4, 12 ἵνα στῆτε τέλειοι. 1 Cor. 10, 12 ὁ δοκῶν ἑστάναι, qui firmum, constantem in pietate se esse putat. Io. 8, 44 ἐν τῇ ἀληθείᾳ. 2 Tim. 2, 19. (2 Reg. 23, 3. Dan. 12, 13.) — de pugnante: *locum tueor*, Eph. 6, 11 στῆναι πρός. ib. v. 13. (Exod. 9, 11. 14, 13. Ps. 36, 13.) — *sustineo*, Apoc. 6, 17. (Nah. 1, 6. Mal. 3, 2.) — 2) *adsto*, Matth. 26, 73. 27, 47. Luc. 23, 10. 35. Io. 3, 29. 12, 29. 18, 18. Act. 1, 11. 16, 9. 22, 25. — seq. μετά, Io. 18, 5. — seq. σύν, Act. 4, 14. — adsto ad ministerium praestandum, ut famuli, Luc. 19, 8. Hebr. 10, 11. Apoc. 7, 9. 8, 2. (Gen. 41, 46. Deut. 1, 38. 1 Reg. 10, 8.) — 3) *subsisto*, propr. *pedem sisto*, propr. Matth. 20, 32. Marc. 10, 49. Luc. 7, 14. 18, 40. — de aliis rebus, Luc. 8, 44. Act. 8, 38. (Ios. 3, 13. tropice de desinente Gen. 29, 35 ἔστη τοῦ τίκτειν.) 2 Macc. 7, 38.

Ἱστορέω, ῶ, aor. 1. ἱστόρησα, (ab ἵστωρ, qui ipse vidit rem et cognovit, Ioseph. ant. 17, 4. 2 sub fin.) *videndo cognosco, ipse video*, (Ioseph. ant. 8, 6. 5.) — τινά, *aliquem coram video* ut cognoscam; einen persönlich kennen lernen; Gal. 1, 18 ἱστορῆσαι Πέτρον, ut Petrum coram cognoscerem. (Ioseph. de bell. 6, 1. 8 ἀνήρ, ὃν ἐγὼ κατ' ἐκεῖνον ἱστόρησα τὸν πόλεμον. ant. 1, 11. 4 ἱστόρηκα δ' αὐτήν (statuam salis, in quam conversa est Lothi uxor)· ἔτι γὰρ καὶ νῦν διαμένει. Alia exempla e Iosepho dedit *Krebsius* in obss. Flav. p. 318. Hesych. ἱστορεῖ· ὁρᾷ. vid. etiam *Loesneri* obss. e Phil. p. 326. — res quas vidi narro, memoriae trado. 3 Esdr. 1, 33. 42.) **.

Ἰσχυρός, ά, όν, (ab ἰσχύς), quod secundum LXX respondet hebr. אַבִּיר, גִּבּוֹר, אֵל, חָזָק, 1) *potens viribus*, tum corporis tum animi, *potens*, *validus*, *fortis*, — ἰσχυρότερός τινος, qui plus valet aliquo, Matth. 3, 11. Marc. 1, 7. Luc. 3, 16 (nisi hic est nobilior). ib. 11, 22. 1 Cor. 1, 25. 10, 22. coll. Iud. 5, 13. 18, 26. Prov. 30, 30. — Hebr. 11, 34 ἰσχυρὸς ἐν πολέμῳ. Matth. 12, 29. Marc. 3, 27. Luc. 11, 21. — de angelis Apoc. 5, 2. 10, 1. 18, 21. — de Deo Apoc. 18, 8. (Deut. 10, 17. 2 Sam. 22, 31. Neh. 1, 5. 9, 32.) — 2) potens in republica, *nobilis*, *illustris*, *procer*, 1 Cor. 4, 10. Apoc. 6, 15. 19, 18. — 1 Cor. 1, 27 τὰ ἰσχυρά pro τοὺς ἰσχυρούς, nobiles, quibus ibidem opponuntur τὰ ἀσθενῆ, ignobiles, auctoritate carentes. (2 Reg. 24, 15 οἱ ἰσχυροὶ τῆς γῆς. 1 Chron. 7, 7. 40.) — 3) *vim magnam exercens*, i. e. *gravis*, *vehemens;* φωνὴ ἰσχυρά, Apoc. 18, 2. κραυγὴ ἰσχ. Hebr. 5, 7. (Dan. 6, 20. Exod. 19, 19.) — ἄνεμος ἰσχ. Matth. 14, 30. λιμός Luc. 15, 14. βρονταί Apoc. 19, 6. (Gen. 41, 31. 50, 10 ubi hebr. כָּבֵד.) — ἐπιστολαὶ ἰσχ. i. e. severae, 2 Cor. 10, 10. — 4) sensu intransitivo: *bene munitus*, *firmus*, *validus;* πόλις ἰσχυρά Apoc. 18, 10. (Prov. 21, 22. Ezech. 26, 17. Ies. 26, 1. πύργος ἰσχυρός, Iud. 9, 51.) — tropice: *firmus in fide*, satis confirmatus, 1 Io. 2, 14. coll. Sap. 10, 5. *.

Ἰσχύς, ύος, ἡ, (ab ἴσχω, s. ἴσχω), LXX pro hebr. גְּבוּרָה, חַיִל, כֹּחַ, עֹז, — 1) *vis, potentia*, 2 Petr. 2, 11 ἄγγελοι ἰσχύϊ μείζονες. — τὸ κράτος τῆς ἰσχύος ex hebraismo pro τὸ κράτος ἰσχυρόν, Eph. 1, 19. 6, 10. similiter 2 Thess. 1, 9 δόξα τῆς ἰσχύος, i. e. δόξα ἰσχυρά, splendida et potentissima praesentia. (Sic κράτος τῆς ἰσχύος Dan. 4, 27. Ies. 40, 26. βραχίων τῆς ἰσχ. Ies. 44, 12. πύργος τῆς ἰσχύος Ps. 61, 3). — *vires animi*, Marc. 12, 30. 33. Luc. 10, 27. 1 Petr. 4, 11. (Gen. 31, 6. 2 Reg. 23, 25. — vis summa Dei creatrix et gubernatrix, Ier. 10, 12. 27, 5. 32, 17. 51, 15. Iob. 12, 16. coll. Sap. 11, 21.) Sic Apoc. 5, 12. 7, 12 (ubi alii, ex usu hebr. עֹז, *laudes*, *celebrationem* intelligere malunt.) — 2) *vehementia*, [Apoc. 18, 12 ἔκραξεν ἐν ἰσχύϊ, φωνῇ μεγάλῃ, vehementer, alta voce, pro ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ, ut edidit *Griesb.*] Ies. 58, 1. Dan. 3, 4. 4, 11. ἰσχὺν ἐκχέουσι, Sir. 39, 28. *.

Ἰσχύω, fut. ἰσχύσω, aor. 1. ἴσχυσα, (ab ἰσχύς) Latinor. *valeo*, LXX potissimum pro אָמֵץ, חָזַק, עָצַם, 1) *valeo;* et quidem a) valetudine, robore naturali, *robustus sum*, *valeo;* Matth. 9, 12. Marc. 2, 17. Sir. 30, 14 ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει. Ios. 14, 11. — b) efficacia; *efficax sum*, Matth. 5, 13 εἰς οὐδὲν ἰσχύει, nil efficit, ad condiendum est inutile. — tropice: Gal. 5, 6 οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, i. q. c. 6, 15 ἐστίν, ut habet *Griesb.* — Hebr. 9, 17 ἰσχύει, valet, vim habet. Iac. 5, 16. (coll. Sap. 19, 20. 16, 20. Ioseph. ant. 3, 12. 3 de lege.) — c) viribus, animo, facultate, valeo ad aliquid peragendum: *possum*, *valeo*, Matth. 8, 28. Marc. 5, 4. 9, 18. Luc. 6, 48. 14, 6. 29 sq. 20, 26. Io. 21, 6. Act. 6, 10. 25, 7. 27, 16. Phil. 4, 13 πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με, omnia sustinere s. perferre valeo per eum, qui animi robore me induit. — ἰσχύω κατά τινος, validum me praebeo adversus aliquem, et ex adiuncto: *prae* aliquo *valeo*, *superior sum*, *vinco*, Act. 19, 16. Apoc. 12, 8 ἴσχυσεν, intell. κατ' αὐτοῦ, s. ἐπ' αὐτόν (1 Macc. 10, 49 πρὸς αὐτόν. Ps. 13, 4. Dan. 7, 21 hebr. יָכֹל). — d) valeo *voluntate:* paratus sum ad aliquid, *valeo*, *impetrare a me possum;* Matth. 26, 40. Marc. 14, 34. Act. 15, 10 οὐκ ἰσχύω, a me impetrare non possum. Luc. 16, 3 σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, fodere nolo, ich kann es nicht über mich gewinnen. — 2) possum data occasione; *possum*, *contingit mihi;* Luc. 8, 43 οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι. ib. 13, 24 οὐκ ἰσχύσουσι, non continget iis, ut. — 3) *invaleo*, *cresco*, *augeor;* Act. 19, 20 ὁ λόγος ηὔξανε καὶ ἴσχυεν coll. Dan. 8, 8. 4, 8 ἐμεγαλύνθη τὸ δένδρον καὶ ἴσχυσε. ib. v. 18. 19. coll. Ios. 1, 6—9. 1 Macc. 2, 64. *.

Ἴσως, (ab ἴσος) adverb. 1) aequaliter, pariter; Philo de opif. m. p. 12. — 2) *fortasse*, *probabiliter;* semel Luc. 20, 13. (LXX Gen. 22, 21 pro אוּלַי. et Ier. 26, 3. 4 Macc. 1, 5. Dan. 4, 24 pro הֵן, fortasse.) Alii (ut *Elsner.* in obss. sacr. I, p. 269) Luc. 20, 13 explicant: *certo*, ut passim legitur, velut 1 Sam. 25, 21 pro hebr. אַךְ.

Ἰταλία, ας, ἡ, *Italia*, ea, quae hodie etiam dicitur. Act. 18, 2. 27, 1. 6. [Hebr. 13, 24.] *.

Ἰταλικός, ή, όν, (ab Ἰταλία) *Italicus.* Semel Act. 10, 1 σπεῖρα ἰταλική, cohors *italica*, i. e. militibus in Italia natis s. ibi collectis constans. Similiter Arrianus (vid. *Raphel.* annot. e Polyb. et Arr. ad h. l.) commemorat σπεῖραν aliquam italicam, et Tacitus (hist. 1, 59 et passim) legionem italicam.

Ἰτουραία, ας, ἡ, intell. γῆ, *Ituraea*, pars Coele-Syriae (Plin. H. nat. 5, 23.) Luc. 3, 1 Φιλίππου τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας. Ex *Münteri* (progr. de rebus Ituraeorum. Hafn. 1824. p. 4) sententia „Ituraea sita erat a Damasco occidentem, ab Hemathi orientem versus, monte Hermon, qui est Antilibanus, medio, cuius ὀρεινὰ Ituraei habitabant.“ Ituraeam scriptores antiqui a Trachonitide et Auranitide non satis distinxisse videntur. Secundum Iosephum (ant. 17, 11. 4 et de bello 2, 6. 3) Philippi dominationi subiectae erant Βαταναία σὺν Τραχωνίτιδι, καὶ Αὐρανῖτις σύν τινι μέρει οἴκου τοῦ Ζηνοδώρου λεγομένου, quibus igitur partibus Ituraeam Lucae constitisse verisimile est. Commemorantur Ituraei etiam 1 Chron. 5, 19 dicunturque (Virg. Georg. 2, 448. Cic. Philipp. 13, 8. §. 18) sagittandi arte eminuisse, latrociniisque dediti fuisse. Ἰτουραίαν ab Aristobulo debellatam et eius multam partem Iudaeae additam esse, tradit Ioseph. ant. 13, 11. 3. *.

Ἰχθύδιον, ου, τό, (deminutiv. nominis ἰχθύς) *pisciculus*, — *piscis*, Matth. 15, 34. coll. v. 36. Marc. 8, 7. (Barnab. ep. c. 10.) *.

Ἰχθύς, ύος, ὁ, *piscis.* Matth. 7, 10. 14, 17. 17, 27. Luc. 11, 11. Io. 21, 11. 1 Cor. 15, 39 et passim.

Ἴχνος, εος, τό, (ab ἴκω, s. ἱκνέομαι, vado) 1) planta pedis, LXX hebr. כַּף Deut. 11, 24. 28, 35. 1 Sam. 5, 4. — 2) *vestigium*, signum pedis impressi, Sap. 5, 10. Drac. v. 19 sq. — τὰ ἴχνη, series vestigiorum eundo factorum, Sap. 2, 4. Prov. 30, 19 ubi in hebr. דֶּרֶךְ et in altero membro ὁδός. Hinc *incedere* τοῖς ἴχνεσί τινος, sive *sequi* τὰ ἴχνη alicuius, *vestigia legere;* tropice: *in agendo aliquem sequi*, *exemplum alicuius imitari;* Rom. 4, 12. 2 Cor.

12, 18. 1 Petr. 2, 21. (Similem tropum habes Ps. 25, 4. Ies. 2, 3 et saepius. Ignat. ep. ad Ephes. §. 12. Clem. Alex. strom. 4, 9. p. 597 ed Pott. *οἱ κατ' ἴχνος τὸ ἀποστολικὸν πορευόμενοι γνωστικοί.*) *.

Ἰωάθαμ, ὁ, *Ioatham* s. *Iotham*, hebr. יוֹתָם, nom. pr. indecl. regis Iudae (2 Reg. 15, 5. 36. 38), qui fuit Usiae s. Asariae filius. Matth. 1, 9. *.

Ἰωάννα, ης, ἡ, *Ioanna*, Chusae, procuratoris Herodis, uxor, Luc. 8, 3. 24, 10. *.

Ἰωαννᾶς, ᾶ, ὁ, *Ioannes*, unus e maioribus Christi; Luc. 3, 27. *.

Ἰωάννης, ου, ὁ, *Ioannes*, nom. pr. (quod putant esse hebr. יוֹחָנָן, Deo gratus). Commemorantur in N. T. 1) *Ioannes baptista*, Messiae prodromus, postea ab Herode trucidatus, Matth. 3, 1—4. 13 sq. 4, 12. 9, 14. 11, 2—18. 14, 2—10. 16, 14. 17, 13. 21, 25 sq. 32. Marc. 1, 4—14. 2, 18. 6, 14—25. 8, 28. 11, 30. 32. Luc. 1, 13. 60. 63. 3, 2. 15—20. 5, 33. 7, 18—33. 9, 7. 9. 19. 11, 1. 16, 16. 20, 4. 6. Ioan. 1, 6. 15. 19. 26—35. 41. 3, 23—27. 4, 1. 5, 33. 36. 10, 40 sq. Act. 1, 5. 22. 10, 37. 11, 16. 13, 24 sq. 18, 25. 19, 3 sq. De eius pietate et morte exposuit etiam Ioseph. ant. 18, 5. 2 (*Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Βαπτιστοῦ.*) — 2) *Ioannes apostolus*, Zebedaei filius, Iacobi maioris frater, Iesu inprimis carus, qui evangelium, tres epistolas et apocalypsin scripsisse traditur. Matth. 4, 21. 10, 2. 17, 1. — Marc. 1, 19. 29. 3, 17. 5, 37. 9, 2. 38. 10, 35. 41. 13, 3. 14, 33. — Luc. 5, 10. 6, 14. 8, 51. 9, 28. 49. 54. 22, 8. Act. 1, 13. 3, 1—11. 4, 13. 19. 8, 14. 12, 2. 12. Gal. 2, 9. Apoc. 1, 1. — 3) *Ioannes*, qui dicitur *ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ* fuisse, *synedrii magni* assessor, Act. 4, 6. — 4) *Ioannes*, qui *Marcus* cognominabatur, Pauli et Barnabae socius. Act. 12, 25 *Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον.* ib. 13, 5—13. 15, 37. *.

Ἰώβ, ὁ, *Iobus*, (hebr. אִיּוֹב, i. e. vexatus) nom. pr. viri, cuius fata scripta leguntur in libro Iobi V. T. Iac. 5, 11. *.

Ἰωήλ, ὁ, *Ioel*, (hebr. יוֹאֵל i. e. Iehovah est Deus) nom. pr. indecl. prophetae Iudaeorum, filii Pethuelis, Ioel. 1, 1. — Act. 2, 16. *.

Ἰωνάν, ὁ, *Ionan*, nom. pr. indecl. viri e maioribus Christi. Luc. 3, 30. *.

Ἰωνᾶς, ᾶ, ὁ, *Ionas*, (hebr. יוֹנָה, columba) nom. pr. 1) prophetae vet. Test., de cuius fatis expositum est in libro Ionae V. T. — Matth. 12, 39—41. 16, 4. Luc. 11, 29—32. — 2) piscatoris cuiusdam, Petri apostoli patris. Io. 21, 15 *Σίμων Ἰωνᾶ* intell. filius. ib. v. 16. 17. cap. 1, 42. *.

Ἰωράμ, ὁ, *Ioram*, (hebr. יְהוֹרָם i. e. Deus est excelsus) nom. pr. ind. regis Iudae, filii Iosaphati. 2 Reg. 8, 16 sqq. 2 Chron. 21, 4 sqq. — Matth. 1, 8. *.

Ἰωρείμ, ὁ, *Iorim*, nom. pr. indecl. unius e maioribus Christi. Luc. 3, 29. *.

Ἰωσαφάτ, ὁ, *Iosaphat*, (hebr. יְהוֹשָׁפָט i. e. Iehovah iudicabit) nom. pr. indecl. regis Iudae, filii Asae. 1 Reg. 22, 41 sq. 2 Chron. 17—20. — Matth. 1, 8. *.

Ἰωσῆς, genit. σῆ, ὁ, (in N. T. bis nominativus *Ἰωσῆς*, caeterum genitivus *Ἰωσῆ*, pro quo Marc. 6, 3. 15, 40. 47 in quibusdam libris etiam exhibetur *Ἰωσῆτος*, ut Act. 1, 23 pro *Ἰωσήφ* quidam habent *Ἰωσῆν*) *Ioses*. Commemorantur 1) unus e maioribus Christi, Luc. 3, 29. — 2) filius Mariae, qui etiam *ἀδελφὸς* Iesu dicitur (cf. *Ἰάκωβος*), Matth. 13, 55. 27, 56. Marc. 6, 3. 15, 40. 47. — 3) Levita, qui *Barnabas* cognominabatur, natus in insula Cypro; Act. 4, 36 nisi ibi legendum est *Ἰωσήφ*. *.

Ἰωσήφ, ὁ, *Iosephus*, hebr. יוֹסֵף (de cuius significatione vid. Gen. 30, 23 sq. Ps. 81, 6. Ioseph. ant. 1, 19. 7 *Ἰώσηπος — προσθήκην γενησομένου τινὸς δηλοῖ.*) In N. T. commemorantur 1) *Iosephus*, patriarcha, Iacobi filius undecimus, Io. 4, 5. Act. 7, 9. 13. 14. 18. Hebr. 11, 21. 22. — *φυλὴ Ἰωσήφ*, Apoc. 7, 8 posteri Iosephi i. e. tribus Ephraim, coll. v. 6. Ps. 78, 67. — 2) *Iosephus*, *filius Ionani*, unus e maioribus Christi. Luc. 3, 30. — 3) *Iosephus*, filius Iudae, pariter e maioribus Chr. Luc. 3, 26. — 4) *Iosephus*, filius Mattathiae, ib. v. 24. — 5) *Iosephus*, Mariae virginis maritus, Matth. 1, 16. 18. 19. 20. 24. 2, 13. 19. Luc. 1, 27. 2, 4. 16. 33. 43. 3, 23. 4, 22. Io. 1, 46. 6, 42. (Act. Thom. §. 2 Iesus de se loquens: *ἐγὼ Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος.*) — 6) *Iosephus Arimathaeensis*, assessor Synedrii magni, Matth. 27, 57. 59. Marc. 15, 43. 45. Luc. 23, 50. Io. 19, 38. — 7) *Iosephus*, *Barsabas* dictus, et cognominatus *Iustus*, de quo vid. Act. 1, 23. — (Act. 4, 36 in codd. haud paucis.) *.

Ἰωσίας, ου, ὁ, *Iosias*, (hebr. יֹאשִׁיָּהוּ i. e. Iehovah sanat), nom. pr. regis Israelis, de quo vid. 2 Reg. capp. 22 et 23. et 2 Chron. 35. — Matth. 1, 10. 11. *.

Ἰῶτα, τό, *Iota*, litera hebr. י, omnium minima. Semel Matth. 5, 18 *ἰῶτα ἕν*, i. e. ne minimum, quod de Messia praedictum est, eventu carebit. *.

K.

Κἀγώ, per crasin factum ex *καὶ ἐγώ*; dativ. *κἀμοί*, acc. *κἀμέ*, 1) *et ego*, ita, ut *καὶ* simpliciter nectat; Io. 1, 34. 7, 28. 10, 28. Act. 22, 13. coll. Exod. 3, 9 ubi hebr. וְגַם. Sap. 7, 1. — Nonnunquam *κἀγώ* legitur ubi simplex *ἐγώ* sufficit et *καὶ* redundat, ut in comparatione, Act. 26, 29 *γενέσθαι τοιούτους, ὁποῖος κἀγώ εἰμι.* 1 Cor. 7, 8. 11, 1. Apoc. 2, 27. — vel in consecutione, Rom. 3, 7. Eph. 1, 15. 1 Thess. 3, 5. — 1 Cor. 16, 4 *κἀμέ*. vel me. — 2) *ego quoque, ego pariter*; Io. 8, 26 *κἀγώ* intellige *ἀληθής εἰμι, καὶ*
& etc. Matth. 16, 18 ubi *κἀγώ* ad id refertur, quod legitur versu 17. — Matth. 2, 8. 10, 32 sq. 21, 24. Marc. 11, 29. Luc. 1, 3. 2, 48. 22, 29. Io. 5, 17. 6, 56. Act. 10, 26. 1 Cor. 7, 40. 2 Cor. 11, 21 sq. coll. Iud. 2, 3. Iob. 7, 3. — Etiam est *sic, similiter ego*, ubi praecedit *καθώς*, Io. 10, 15. 15, 9. 17, 18. 21. 20, 21. quod in aliis locis v. c. Luc. 11, 9. 16, 9. Io. 6, 57. 15, 4 sq. 17, 26. Hebr. 8, 9. Apoc. 3, 10 supplendum est. Sic Ier. 13, 26 *ὡς — κἀγώ* sibi respondent. Iob. 6, 18. — 3) *et*, ita ut indicet quod consequitur, quod in consiliis est, *quo fit, ut ego, quo ego*, Matth. 11, 28. cf. v. sq. 26, 15. Io. 20, 15. coll. Gen. 42, 37. — 4) pro *ἐγὼ δέ*, *ego autem*, Io. 1, 31. 33. 12, 32. Act. 22, 19. Rom. 11, 3. 1 Cor. 2, 1. 2 Cor. 6, 17. Iac. 2, 18 *πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω*.

Κάδος, ου, ὁ. (a stirpe *χάω*, apertus sum) *cadus, amphora*, mensura liquidorum; semel in quibusdam bonis libris Luc. 16, 6 *κάδους* pro *βάτους*. (Ies. 40, 15.) Hesych. *κάδος· κεράμιον.*

Καθά, (contr. *καθ' ἅ*) adv. *quemadmodum, prout.* Semel Matth. 27, 10. — LXX pro כַּאֲשֶׁר et pro כְּ, Deut. 15, 14. Gen. 7, 9. 19, 8. 27, 8. 14. Exod. 12, 28. Ios. 9, 31. Bar. 1, 6. Sap. 3, 10. Iudith. 13, 11.

Καθαίρεσις, εως, ἡ, (a *καθαιρέω*, quod vid.) *demolitio*, das Abtragen, Niederreissen; *destructio*; 2 Cor. 10, 4 *πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων*, ad deiiciendas arces munitissimas; sensus: ad hostes fortissimos vincendos. Philo de alleg. I, p. 54. — Ut *οἰκοδομή* ad animum transfertur, ita 2 Cor. 10, 8. 13, 10 etiam *καθαίρεσις*, et est destructio felicitatis internae, deminutio pietatis et animi tranquillitatis. coll. Ps. 28, 5. Philo de nomin. mutat. p. 1055 *ἡ καθαίρεσις ἡδονῆς*. In V. T. semel 1 Macc. 3, 43 *ἀναστήσωμεν τὴν καθαίρεσιν τοῦ λαοῦ ἡμῶν*, i. e. reparabimus rem amissam populi nostri. *.

Καθαιρέω, ῶ, fut. 2. (a stirpe obsoleta *ἕλω*) *καθελῶ* [Luc. 12, 18.] aor. 2. *καθεῖλον* (ex *κατά* et *αἱρέω*) 1) *detraho aliquid ex alto*, ich nehme herunter, *detraho, refigo*, corpus e cruce, Marc. 15, 36. 46. Luc. 23, 53. Act. 13, 29. (LXX hebr. הוֹרִיד. Ios. 8, 29. 10, 27. Ioseph. ant. 7, 9. Philo in Flacc. p. 977 *τετελευτηκότας ἐπὶ σταυρῶν καθαιρεῖν*. Gen. 24, 18 *τὴν ὑδρίαν*. Iudith. 13, 6.) — 2) *violenter* detraho; — *deiicio*, de throno Luc. 1, 52. (Ioseph. ant. 8, 11. 1.) — *destruo, everto*, Luc. 12, 18. (Prov. 21, 22. Iud. 6, 25. Ioseph. ant. 10, 10. 4.) — Transfertur ad gentes, Act. 13, 19 *καθελὼν ἔθνη*; (Ier. 24, 6. 42, 10. 45, 4.)

— ad honorem, Act. 19, 27 *καθ. τὴν μεγαλειότητα*, maiestatem diruere, delere; (Zach. 9, 6 *καθ.* (בָּרַת) *ὕβριν ἀλλοφύλων.*) — ad consilia et molimina, *irrita facere*, 2 Cor. 10, 4 *καθ. λογισμούς.* (Ioseph. ant. 6, 9. 2 *καθαιρήσω τὴν ἀλαζονείαν τοῦ πολεμίου.*) *.

Καθαίρω, perf. *κεκάθαρκα*, (a *καθαρός*) *purgo*, i. e. a) propr. removeo sordes, — (e vestimento, Ioseph. ant. 7, 11. 3. inquinamenta idolorum, Ioseph. ant. 9, 13. 1. — triticum, 2 Sam. 4, 6.) — b) de arborum purgatione: *purgo amputando*, Io. 15, 2 *καθαίρει αὐτό*, purgat i. e. magis idoneum reddit fructibus ferendis. (Philo de agric. p. 189 *δένδρα ὑποτεμνόμενα καθαίρεται.* Vid. *Loesner.* in obss. e Phil. ad h. l. Ita *περικαθαίρειν*, 4 Macc. 1, 29.) — c) tropice: purgo a culpa peccati, *expio*, Hebr. 10, 2. (Ier. 13, 27. Ioseph. ant. 5, 1. 14. Constitutt. apostol. 7, 12 *ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι.*) *.

Καθάπερ, (ex *κατά*, *ἅ* et *περ*) *quemadmodum, sicut*, Rom. 4, 6. 12, 4. 2 Cor. 3, 13. 18. 1 Thess. 2, 11. 3, 6. 12. 4, 5. Hebr. 4, 2. 5, 4. (Exod. 5, 13. Ioseph. c. Ap. 1, 7.) — *eo modo, quo*, ut respondeat *τῷ οὕτω*, 1 Cor. 12, 12. 2 Cor. 8, 11. (LXX hebr. כַּאֲשֶׁר Exod. 7, 6. 10.) quod etiam omittitur, ut 2 Cor. 1, 14. (Lev. 27, 8. Gen. 12, 4.) *.

Καθάπτω, aor. 1. *καθῆψα*, (ex *κατά* et *ἅπτω*) attingo, applico; in N. T. semel pro *καθάπτομαι* verbo depon. med. attingo, et apud seriores scriptores *καθάπτομαί τινος*, *invado aliquem*; Act. 28, 3 *καθῆψε* (i. q. *καθήψατο*) *τῆς χειρὸς αὐτοῦ*, manum eius invasit. (Ioseph. ant. 2, 6. 8 *πολὺς ἦν αὐτῶν καθαπτόμενος*, multis in eos invectus est.)

Καθαρίζω, fut. *καθαριῶ* [Hebr. 9, 14), aor. 1. *ἐκαθάρισα*, aor. 1. pass. *ἐκαθαρίσθην*, (a *καθαρός*) 1) *καθαρὸν ποιέω*, *purum facio, purgo, amoveo sordes et inquinamenta*; a) de physica impuritate: vasa Matth. 23, 25. 26. Luc. 11, 39. (argentum Ps. 12, 6.) — homines mundos facere a lepra, i. e. *sanare, liberare*, Matth. 8, 2 sq. 10, 8. 11, 5. Marc. 1, 40 sq. Luc. 4, 27. 5, 12 sq. 7, 22. 17, 14. 17. (Lev. 15, 27 *ἐὰν δὲ καθαρισθῇ ἀπὸ τῆς ῥύσεως αὐτῆς.*) — b) de interna impuritate, Act. 15, 9 *καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν.* Iac. 4, 8 *καθαρίσατε χεῖρας*, sensus: abstinete a malo. 2 Cor. 7, 1. Eph. 5, 26. (Ioseph. ant. 11, 5. 4 Esdras, removendo mulieres e gentilibus, *ἐκαθάριζε τὴν περὶ ταῦτα συνήθειαν.*) — *removeo peccatum*, Hebr. 9, 14. — poenas peccatorum, nimirum sanguine piaculari, 1 Io. 1, 7 *καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας*; ib. v. 9 ubi explicatur *ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας.* Hebr. 9, 22 ubi *καθαρίζεται* et *γίνεται ἄφεσις* sibi respondent. (LXX pro hebr. סָלַח Num. 30, 6. 9. 13. et טִהֵר Lev. 12, 8. 16, 30. Ps. 18, 13 sq. Sir. 23, 9.) — morbum ipsum, Matth. 8, 3 *ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.* (Luc. 5, 13 *ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ.* coll. Marc. 1, 42. Deut. 19, 13 *καθαριεῖς* [hebr. בִּעַרְתָּ, removebis) *τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἐξ Ἰσραήλ.*) — 2) *purum declaro*; de puritate levitica, Act. 10, 15. 11, 9. (Levit. 13, 6. 23. 28. 34.) — Sic etiam Marc. 7, 19 ubi *καθαρίζον* est nominativus participii absolute positus (de quo vid. *Hermann.* ad Vig. p. 768. *Win.* Gr. p. 335. *Rost.* Gr. §. 130. 1. Amerk. 2), qui refertur ad antecedentem sententiam *εἰς ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται.* Verte: cibi in latrinam abiiciuntur, quae res omnes esse cibos puros declarat, nempe eo, quod omnibus cibis, puris et impuris, idem evenit, eadem omnium est sors. — 3) i. q. *ἁγιάζω*, ab usu impuro et profano separo, et *Deo sacrum facio, sacro*; Tit. 2, 14 *καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον.* (Eodem modo LXX Exod. 29, 37. 30, 10. Lev. 16, 15 pro hebr. כִּפֶּר.) *.

Καθαρισμός, οῦ, ὁ, (a *καθαρίζω*) *purgatio*. Dicitur in N. T. a) de purgatione *physica*, s. de lotionibus ante et post cibum captum e more Iudaeorum faciendis. Io. 2, 6 *κατὰ τὸν καθ.* ut inservirent lotionibus. — b) de purgatione *levitica* leprosorum, Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. coll. Levit. 15, 13. — et puerperarum ac recens natorum, Luc. 2, 22 *αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν*, dies ubi sacrificio purganda erat mater cum recens nato. — c) de purgatione per baptismum effecta Io. 3, 25. (Clem. Alex. strom. 6, 6 *ὁ ἐν τῷ σώματι καθαρισμὸς τῆς ψυχῆς.*) — d) de purgatione a peccato et liberatione ab eius culpa per sanguinem facta, Hebr. 1, 3. 2 Petr. 1, 9. (Exod. 30, 10 *αἷμα τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν.* Iob. 7, 21. Exod. 29, 36. 2 Macc. 2, 16 *καθαρισμός*, festum expiationis.) *.

Κάθαρμα, ατος, τό, 1 Cor. 4, 13 in varia lectione codd. Vid. *Περικάθαρμα.*

Καθαρός, ά, όν, qui sine inquinamentis et sordibus est, cui nihil admixtum est, quod naturam rei corrumpat, *purus*; et quidem a) *physice*, sua natura purus, *ὕδωρ*, Hebr. 10, 22. [Apoc. 22, 1.] (Ezech. 36, 25. Num. 5, 17. Apoc. 21, 18 *ὕαλος καθαρός*, i. e. *διαυγής*, ut explicatur ib. v. 21. Ioseph. ant. 3, 8. 5 *καθαρὸς οὐρανός*, coelum serenum.) — b) secundum *leges mosaicas purus*, Io. 13, 10. quod deinde de cibis aliisque rebus externis dictum, si sensum spectas, etiam est *licitus*, Luc. 11, 41. Rom. 14, 20. Tit. 1, 15 *πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς* (*καρδίᾳ*)· *τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν.* (Gen. 7, 2. 8. Deut. 14, 11. 20. Lev. 11, 32. 13, 6.) — c) de *animo: purus a vitiis, integer, probus*, Io. 13, 10. 11. Matth. 5, 8 *καθαροὶ τῇ καρδίᾳ*, mente integri, probi. Tit. 1, 15. (Ps. 24, 4 ubi hebr. בַּר. Ps. 51, 10.) — *sincerus, non fucatus*, 1 Tim. 1, 5 *ἐκ καθαρᾶς καρδίας.* 1 Petr. 1, 22. i. q. Hebr. 10, 22 *καρδία ἀληθινή.* 1 Tim. 3, 9 *ἐν καθαρᾷ συνειδήσει*, mente sincera. (Gen. 20, 5. 6.) Iac. 1, 27 *θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος.* — *innocens, sine culpa*, Act. 18, 6. 20, 26 *καθαρ. ἀπὸ τοῦ αἵματος*, quam locutionem etiam habes Susann. v. 46. Gen. 24, 8 *καθ. ἀπὸ τοῦ ὅρκου.* Ioseph. ant. 4, 8. 16 *καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας ἀπὸ τοῦ φόνου.* LXX hebr. נָקִי Gen. 44, 10. Iob. 4, 7. coll. Iob. 33, 9 *καθαρός εἰμι, οὐχ ἁμαρτών.* — 2) purus, i. e. *purgatus, expurgatus*, a) proprie, Matth. 23, 26. — *χρυσίον καθαρόν*, Apoc. 21, 18. 21. i. q. c. 3, 18 *πεπυρωμένον*, igne expurgatum. (LXX 2 Chron. 3, 5. 8. Dan. 2, 32 pro טוֹב, et Exod. 25, 31. 36 pro טָהוֹר.) — Matth. 27, 59 *σινδών.* Apoc. 15, 6 *λίνον καθ. καὶ λαμπρόν*, linum mundum, dealbatum. ib. 19, 8. 14 *βύσσινον λαμπρὸν καὶ καθαρόν.* vid. Dan. 7, 9 *ἡ θρὶξ αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν.* — b) tropice Io. 15, 3 ubi *καθαρός* est: amputando expurgatus, tropo a vite deducto (vid. v. 2 et *καθαίρω*); sensus: satis idoneus factus. *.

Καθαρότης, ητος, ἡ, (a *καθαρός*) *mundities, puritas*. Semel Hebr. 9, 13 de puritate levitica s. ceremoniali. (Symmach. pro hebr. טֹהַר Ps. 89, 45. et בֹּר Iob. 22, 30. De munditie corporis, Antonin. 11, 27. — de morum puritate, Clem. Alex. strom. 6, 6 *ἡ τοῦ βίου καθαρότης.*)

Καθέδρα, ας, ἡ, (ex *κατά* et *ἕδρα* sella) *sella, subsellium*. *Καθέδρα τῶν πωλούντων*, Matth. 21, 12. Marc. 11, 15. — potissimum de sellis, quibus nobiliores insidebant, (Sir. 7, 4 *καθέδραν δόξης*), Matth. 23, 2 *Μωϋσέως καθέδρα*, sella, cui magistri et legis periti in synagogis insidebant, si docebant populum. (LXX pro מוֹשָׁב 1 Sam. 20 18. 25. et שֶׁבֶת 1 Reg. 8, 13. 10, 19. coll. Sir. 12, 12.).

Καθέζω, quam verbi scripturam in praesenti suspectam esse in editionibus nostris, pro *καθίζω*, docuit *Buttmann.* Gr. ampl. Vol. II, P. I, p. 153 sq. Est autem a) transitive: sedere facio, colloco; (Hom. Iliad. 5, 36. 14, 204. Ioseph. ant. 1, 13. 3 *θεοῦ, τὴν ψυχὴν τὴν σὴν προσδεξομένου, καὶ παρ' αὐτῷ καθέζοντος.*) — Medium: *καθέζομαι*, *sedeo, consideo*, Luc. 2, 46. Io. 4, 6. 20, 12. Act. 6, 15 *πάντες οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ*, omnes synedrii assessores. (Ezech. 26, 16 *ἐπὶ γῆν καθεδοῦνται* [fut. med.].) — *commorandi* sensu, Matth. 26, 55. Io. 11, 20 *ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο.* (Levit. 12, 5. Acta Thom. §. 39 *ὡς γυνὴ ἐκαθεζόμην ἐν ἡσυχίᾳ.*) *.

Καθείς, quod exhibent quidam libri Marc. 14, 19. Io. 8, 9. Rom. 12, 5. rectius scribendum est *καθ' εἷς* ut edidit *Griesb.* quod pro *καθ' ἕνα* dictum est. Vid. *Εἷς* fine.

Καθεξῆς, (ex *κατά* et *ἑξῆς*) adv. 1) *ordine, continua serie*, Luc. 1, 3. Act. 11, 4. — *alius post alium*, Act. 18, 23. (Test. XII patr. p. 618 *καὶ οὕτως καθεξῆς πάντες.*) — 2) de tempore: *deinceps, postea*; Luc. 8, 1 *ἐν τῷ καθεξῆς* videlicet *χρόνῳ.* Act. 3, 24 *τῶν καθεξῆς* (*χρόνων*). *.

Καθεύδω, impf. *ἐκάθευδον*, (ex *κατά* et *εὕδω* dormio) 1) *obdormisco*, a) proprie: *somnum capio*, einschlafen, Matth. 8, 24. 25, 5. Marc. 4, 38. — *dormio*, schlafen, Matth. 13, 25. 26, 40 — 45. Marc. 13, 36. 14, 37. 40 sq. Luc. 22, 46. 1 Thess. 5, 7. — *καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται*, sens. res suas agit incuriosus seminis sparsi, Marc. 4, 27. coll. Ps. 3, 6. — b) metaphorice, *segnis, ignavus sum*, Eph. 5, 14. (coll. Ies. 60, 1.) 1 Thess. 5, 6. — 2) *sopore alto oppressus sum, mortuus videor*; sic Matth. 9, 24. Marc. 5, 39.

Luc. 8, 52 ubi opponitur τῷ mortuum esse. Ob hanc similitudinem dicitur quoque per euphemismum de vere *mortuo*, 1 Thess. 5, 10. Sic LXX Dan. 12, 2 pro hebr. יָשֵׁן, et Ps. 88, 5 pro hebr. שָׁכַב. *.

Καθηγητής, οῦ, ὁ, (a καθηγέομαι, duco, praeeo) 1) viae dux, antesignanus; — 2) transfertur ad doctorem, qui viam probitatis monstrat, exemplo et verbis erudit discipulos; *doctor, magister;* Matth. 23, 8. 10. (Plutarch. de discr. amici et adul. c. 45. §. 347 ὁ δ' ἡμέτερος καθηγητὴς Ἀμμώνιος. — Apud Philonem de congr. erud. p. 440. et in Flacc. p. 983 eodem sensu ὑφηγητής legitur.) *.

Καθήκω, (ex κατά et ἥκω) 1) pertingo, ich reiche bis zu etwas hin, (Ioseph. ant. 5, 1. 22.) sufficio, Exod. 16, 18. — 2) *convenio* alicui; de dignitate vel merito vel iure; impersonaliter: *convenit, decet, fas* est. Act. 22, 22 οὐ καθῆκεν (text. vulg. καθῆκον) αὐτὸν ζῆν, non decebat eum vivere. (Ezech. 21, 27. Sir. 10, 23. 1 Sam. 2, 15. Tob. 8, 10.) — Hinc part. praes. τὸ καθῆκον, *quod decet, fas est*. Rom. 1, 28 τὰ μὴ καθήκοντα, nefanda, turpia, illicita. coll. 2 Macc. 6, 4. *.

Κάθημαι, 2 pers. κάθῃ [Act. 23, 3] pro κάθησαι, 3 pers. κάθηται, imperativus κάθου, contracte pro κάθησο, imperf. ἐκαθήμην, verbum deponens tantummodo usitatum in praesenti et imperfecto, imperf. ἐκαθήμην, (ex κατά et ἧμαι, sedeo) LXX pro hebr. יָשַׁב, 1) *sedere facio me, consido*, ich setze mich, Matth. 13, 2. 15, 29. 26, 58. 27, 36. Act. 2, 2. Io. 6, 3. Marc. 13, 3 et passim. Gen. 19, 1. — *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου*, asside ad dextram meam; sensus: volo te maiestatis meae consortem esse, Matth. 22, 44. Marc. 12, 36. Luc. 20, 42. Act. 2, 34. Hebr. 1, 13. 1 Reg. 2, 19. Vid. praeterea Matth. 26, 64. Marc. 14, 62. Luc. 22, 69. Iac. 2, 3. Iud. 17, 10. 1 Sam. 22, 23. — 2) *sedeo*, ich sitze, Matth. 26, 69. 27, 61. Marc. 3, 32. 34 et saepius; — sequitur παρά, ad, Matth. 13, 1. 20, 30. Marc. 10, 46. — ἐπί, ad, sub, Matth. 9, 9. Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. Act. 3, 10. 20, 9. (Lev. 8, 35. Gen. 18, 1.) — in, Apoc. 4, 2. 4. 9. 5, 1. 7. 13. Matth. 24, 3. 27, 19. (Exod. 11, 5.) ἐπάνω, Matth. 23, 22. — ἐν, ad, Marc. 16, 5 ἐν τοῖς δεξίοις, et ἐν δεξιᾷ, *ad* dextram, Col. 3, 1. *in*, Luc. 10, 13. 22, 55. — Insideo vehiculo i. e. *vehor*, Io. 12, 15 καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου. Apoc. 6, 2. 5. ἐπάνω ib. 6, 8. ἐπὶ τοῦ ἅρματος, Act. 8, 28. — Insideo tribunali iudicis, κάθημαι ἐπὶ κριτηρίου, Iud. 5, 10. i. e. *iudico, ius dico*, Act. 23, 3. (Exod. 18, 14 διάτι κάθησαι μόνος.) — Insideo throno i. e. *regno, impero;* Apoc. 18, 7 κάθημαι βασίλισσα. Apoc. 17, 1. 9. 15 mulier i. e. urbs insidere aquis et montibus dicitur, i. e. aquas ad quas, colles super quos sita est, imperio suo tenere. — 3) *sedem figo* in aliquo loco, *commoror, habito*, Matth. 4, 16. 11, 16. Marc. 2, 6. Io. 2, 14. Luc. 1, 79. 5, 17. 7, 32. — Luc. 21, 35 καθήμενοι ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. Apoc. 14, 6 ubi *Griesb*. recte καθημένους restituit pro κατοικοῦντας. (Ies. 9, 1. Neh. 11, 6 οἱ καθήμενοι ἐν Ἱερουσαλήμ. Sir. 50, 26. 1 Sam. 1. 22. 23, 14.)

Καθ' ἡμέραν, vid. Ἡμέρα No. 1.

Καθημερινός, ή, όν, (quod καθ' ἡμέραν, quotidie, fieri solet) *quotidianus*. Act. 6, 1. Iudith. 12, 15. Ioseph, ant. 3, 10. 1 τὰς καθημερινὰς θυσίας. Alciphr. 1, 5 καθημερινῆς ἐργασίας. (Apud seriores tantum pro καθημέριος legi, monuit *Lobeck*. ad Phryn. p. 53.) *.

Καθίζω, f. ίσω, aor. 1. ἐκάθισα, perf. κεκάθικα, fut. med. καθίσομαι, (ex κατά et ἵζω, sedere facio) LXX pro יָשַׁב et הוֹשִׁיב, 1) transitive: *colloco, constituo*, Act. 2, 30. Luc. 22, 30. Eph. 1, 20 ἐκάθισεν, sedere fecit eum. (Deut. 25, 2. Hom. Iliad. 3, 68. 19, 280.) — Sensu forensi: *iudicem constituo*, 1 Cor. 6, 4 καθίζετε intellige δικαστάς. (Sic δικαστήρια καθίζειν apud profanos. vid. *Kypkii* obss. ad h. l.) — 2) intransitive, activum et medium: a) *me sedere facio, me colloco;* 2 Thess. 2, 4 ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ καθίσαι. Item in locutione ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ Hebr. 1, 3. 8, 1. 10, 12. 12, 2 collocavit se ad dextram; sensus: proximus est Deo auctoritate et potentia. (Sir. 12, 12. Ps. 110, 1. 1 Sam. 20, 25. Ies. 30, 8.) — de equo: *conscendo, insido*, Marc. 11, 2. 7. Luc. 19, 30. Io. 12, 14. — *consido*, Matth. 5, 1. 13, 48. Marc. 9, 35. 16, 19. Luc. 4, 20. 5, 3. 16, 6. Io. 8, 2. 19, 13. Act. 2, 3. 8, 31. 12, 21. 1 Cor. 10, 7 et passim. (1 Sam. 20, 25. 1 Reg. 1, 46.) — Matth. 26, 36 καθίσατε αὐτοῦ, considite hic; Marc. 14, 32 καθίσ. ὧδε. Gen. 22, 5. — b) *sedeo*, Matth. 19, 28. 20, 21. 23. 23, 2. 25, 31. Apoc. 3, 21. 20, 4. — *Καθίσας ψηφίζει*, sedens i. e. assidue ψηφίζει, Luc. 14, 28. ibid. 14, 31. — c) *commoror, versor*, Luc. 24, 49 καθίσατε ἐν τῇ πόλει. Act. 18, 11. (Ier. 49, 33 ubi pro hebr. גּוּר. Exod. 16, 29. Test. XII patr. p. 644 καθίσεσθε ἐν ἔθνεσι.)

Καθίημι, aor. 1. καθῆκα, (ex κατά et ἵημι, mitto) demitto; Luc. 5, 19 εἰς. (Ioseph. ant. 2, 3. 4 καθίεσαν εἰς τὸν λάκκον. 1 Chron. 21, 27. Zach. 11, 13. coll. Exod. 17, 11. Dan. 7, 26.) — διά τινος. Act. 9, 25. — *Καθίεμαι*, demitto me; partic. καθιέμενος, qui demittitur, Act. 10, 11. 11, 5. **.

Καθίστημι, et apud seriores scriptores καθιστάω; unde Act. 17, 15 particip. praes. καθιστῶν, fut. καταστήσω, aor. 1. κατέστησα, aor. 1. pass. κατεστάθην, fut. 1. pass. κατασταθήσομαι, (ex κατά et ἵστημι) LXX pro הִתְיַצֵּב, הֶעֱמִיד, הִפְקִיד, הֵקִים, הֵשִׂים, I) transitive in praes. fut. et aor. 1. act. 1) *colloco* in aliquo loco, ich stelle hin, (2 Chron. 29, 4. 1 Sam. 5, 3.) — de homine: *constituo aliquem*, ich stelle an, setze ein; Tit. 1, 5 πρεσβυτέρους. (Dan. 2, 21. 2 Chron. 19, 5. Ps. 2, 6. 2 Chron. 17, 2.) — *creo, facio aliquem*, ich mache einen zu etwas. Luc. 12, 14 καθίστ. τινὰ δικαστήν. Act. 7, 10. 27. 35. Hebr. 7, 28. (1 Chron. 12, 18. Exod. 2, 14. 1 Macc. 3, 55.) — καθίστ. τινὰ ἐπί τινος, *praeficio aliquem* alicui rei, Matth. 24, 45. 25, 21. 23. Luc. 12, 42. Act. 6, 3. (Dan. 2, 48 sq. Gen. 41, 41. 43. 39, 4. 5. Num. 3, 10. Ioseph. ant. 2, 5. 3.) — ἐπί τινι, eodem sensu, Matth. 24, 47. Luc. 12, 44. — ἐπί τι, [Hebr. 2, 7.] (Ps. 8, 6. Dan. 3, 12. Deut. 17, 15.) — *facio* aliquem aliquid, universe, 2 Petr. 1, 8 ταῦτα οὐκ ἀργοὺς (ἡμᾶς) καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἐπίγνωσιν, quae virtutes non segnes nos facient ad cognoscendam rem domini. (Deut. 28, 13. Ioseph. ant. 6, 5. 6 τὸν θεὸν αὐτοῖς εὐμενῆ καταστῆσαι.) — 2) *deduco* in locum, Act. 17, 15 καθιστῶντες τὸν Παῦλον. (2 Chron. 28, 15 κατέστησεν (hebr. הֵבִיא) αὐτοὺς εἰς Ἱεριχώ. Ios. 6, 23 pro הֵנִיחַ. 1 Sam. 5, 3 pro הֵשִׁיב. Arrian. histor. ind. 27, 1 et saepius apud profanos.) — II) Passivum: a) constituor, i. e. *praeficior*, seq. εἴς τι, Hebr. 8, 3 ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρα καθίσταται. ib. 5, 1 καθίσταται (εἰς) τὰ πρὸς τὸν θεόν, praeficitur rebus divinis, cultui sacro. (Num. 3, 32. 31, 48. seq. genitivo rei, Ioseph. ant. 8, 7. 7.) — καθίσταμαί τις, sistor aliquis, ich werde in eine Lage gestellt, vel *declaror aliquis*, ich werde als etwas dargestellt, dafür erklärt oder angesehen; Rom. 5, 19 ἁμαρτωλός. Iac. 4, 4 ἐχθρὸς θεοῦ. (3 Macc. 3, 5 ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδόκιμοι καθειστήκεισαν.) — b) *collocatus sum*, Iac. 3, 6 ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλοῦσα, i. e. lingua collocata est in membris reliquis, quae inquinat. (Ioseph. c. Apion. 1, 22 lacus asphalt. πασῶν μείζων καθέστηκεν.) *.

Καθό, (ex κατά et ὅ) secundum quod, *quemadmodum, sicut*, Rom. 8, 26 καθὸ δεῖ. — *prout, pro eo quod*, 2 Cor. 8, 12 καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις. 1 Petr. 4, 13 ubi text. vulg. καθώς. coll. Lev. 9, 5 ubi respondet hebr. אֵת אֲשֶׁר. *.

Καθολικός, ή, όν, (ex κατά et ὅλος) *universalis, generalis*. (Philo de legat. ad Cai. p. 1020 τῆς καθολικωτέρας πολιτείας. Anton. 6, 14 λογικῆς ψυχῆς καθολικῆς.) — Legitur in inscriptionibus epistolarum Iacobi, Petri, Ioannis et Iudae in editionibus Complutensi, Erasmi, Stephani aliorumque; in quibusdam etiam in subscriptionibus harum epistolarum, quae καθολικαί appellabantur, quod non scriptae erant singulari coetui, sed coetibus christianis omnibus, qui tum essent, vel certe plurimis. Vid. *Pottii* proleg. in epp. cathol. et excurs. I. ad epist. Iacobi.

Καθόλου, (ex κατά et ὅλος) adv. *omnino, prorsus;* cum negatione, *omnino non*, Act. 4, 18 τὸ καθόλου μὴ διδάσκειν, ne omnino docerent. (Ezech. 13, 3 τοῖς τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν, prorsus caecis, hebr. לְבִלְתִּי רָאוּ. ib. v. 22 τὸ καθόλου μὴ ἀποστρέψαι. ib. 17, 14 et praeterea Amos. 3, 3. 4. Cant. tr. puer. v. 26. Test. XII patr. p. 681 οὐ θέλει τὸ καθόλου ἀδικῆσαι. Antonin. 6, 23. Ioseph. bell. 4, 8. 3 καθόλου, in universum. ib. 5, 9. 4 med.) *.

Καθοπλίζω, particip. perf. pass. καθωπλισμένος, (ex κατά et ὁπλίζω) *armo, armis instruo*, 2 Macc. 4, 40. 15, 11. — Med. καθοπλίζομαι, arma capio, 4 Macc. 3, 12 τὰς πανοπλίας καθωπλίσαντο. — Passiv. καθωπλισμένος, bene

armatus, Luc. 11, 21. (Ierem. 46, 9 καθωπλισμένοι ὅπλοις. 4 Macc. 4, 10 καθωπλισμένη στρατιά. Ioseph. ant. 2, 16. 3.)*.

Καθοράω, ῶ, (ex κατά et ὁράω) proprie desuper adspicio, de alto in locum inferiorem despicio, Hom. Iliad. 11, 337. 13, 4. Num. 24, 2 καθορᾷ (ראה) τὸν Ἰσραήλ. — *mente perspicio*, Rom. 1, 20 τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ καθορᾶται, invisibilis Dei maiestas perspicitur. (3 Macc. 3, 11 οὐ καθορῶν (non perspiciens) τὸ τοῦ θεοῦ κράτος. Ioseph. ant. 8, 6. 5 πολλὴν τοῦ βασιλέως καθεώρα φρόνησιν. Pind. olymp. 9, 87 ὅ τι μέλλει, εὖ καθορᾷς.)*.

Καθότι, (ex κατά et ὅ τι) 1) *sicut, pro ratione, prout*, Act. 2, 45. 4, 35 et 17, 33 in codd. — Lev. 25, 16 pro hebr. לפי. Exod. 1, 12. 17 pro כאשר. coll. Ios. 1, 7. 9, 31. Lev. 27, 12. — 2) propter id quod, *quoniam, siquidem*, Luc. 1, 7. 19, 9. Act. 2, 24. (3 Esdr. 1, 50 ubi in textu hebr. 2 Chron. 36, 15 est כי. Dan. 2, 8. Lib. Henoch. apud *Fabricium* pseud. I, p. 181 καθότι ὤμοσαν, quoniam iureiurando se obstrinxerant. Theophil. ad Autol. lib. 1, p. 72.)*.

Καθώς, adv. (ex κατά et ὡς) quod apud scriptores atticos vix legitur, qui potius scribunt καθά vel καθό (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 425 sq. *Sturz.* de dial. Maced. p. 74 sqq.), 1) *secundum quod, quemadmodum, sicut*, Matth. 21, 6. 26, 24. 28, 6. Marc. 9, 13. 11, 6. Luc. 1, 55. 70. Io. 1, 23. 3, 14. Col. 1, 6. Phil. 2, 12 et saepissime. Iudith. 3, 2. — *eo modo, quo*, Io. 5, 23 ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱόν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. Eph. 4, 17. Gal. 3, 6 ubi ante καθώς intelligendum est: ἐκ πίστεως τοιαύτης καθώς, fide, inquam, eo quidem modo, quo etc. — *quomodo*, ita ut rem ipsam innuat; Act. 15, 14 ἐξηγήσατο, καθὼς ὁ θεὸς ἐπεσκέψατο. 1 Cor. 8, 2 οὐδὲν ἔγνωκε, καθὼς δεῖ γνῶναι. 1 Thess. 4, 1. 1 Io. 2, 27. 3 Io. v. 3. — Potest etiam verti *qualis*, ut 1 Io. 3, 2 ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι, i. e. *qualis* est. Io. 6, 58 οὐ καθὼς ἔφαγον, i. e. non qualem comederunt. 1 Thess. 2, 13 καθώς ἐστιν ἀληθῶς, quale vere est. Eph. 4, 21. — 2) *prout, pro ratione, qua*; Marc. 4, 33. Luc. 1, 2. 6, 31. Io. 5, 30. Act. 11, 29. 1 Cor. 12, 11. 18. 1 Petr. 4, 10. coll. Num. 26, 54. — 3) *quoniam, siquidem*, Luc. 11, 1. Rom. 15, 7. 1 Cor. 1, 6. 5, 7. Eph. 1, 4. 4, 32. 1 Io. 2, 18. — *quare*, Phil. 1, 7. — 4) *quum*, ut simplex ὡς, de tempore; Act. 7, 17. (2 Macc. 1, 31 καθὼς δὲ ἀνηλώθη τὰ τῆς θυσίας, ἐκέλευσε κ. τ. λ.) — Nonnunquam omittitur post καθώς enuntiatio altera, ut 1 Tim. 1, 3 καθὼς παρεκάλεσα — — πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, intellige οὕτω καὶ νῦν παρακαλῶ. Marc. 15, 8 ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς intell. ut idem nunc faceret. cf. Hebr. 3, 7.

Καί, coniunctio, — (LXX maxime pro hebr. ו) — quae in N. T.

I) *copulat*; — et quidem 1) simpliciter: *et*; — a) copulat notiones singulas, Matth. 13, 55 Ἰάκωβος, καὶ Ἰωσῆς, καὶ Σίμων, καὶ Ἰούδας. c. 2, 11. 23, 6. 7. Luc. 6, 38. Rom. 7, 12 ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. Hebr. 1, 1 πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως. — Saepissime. — Nonnunquam καί, si nectit praedicata, verti potest: *idemque, qui idem est*; ut θεὸς καὶ πατήρ, Deus qui idem est pater, 1 Cor. 15, 24. 2 Cor. 1, 3. 11, 31. Eph. 1, 3. Iac. 1, 27. 3, 9. 1 Petr. 1, 3. Apoc. 1, 6. vid. etiam Io. 13, 13. 14. Hebr. 5, 11. 2 Petr. 1, 11. 2, 20. (Ies. 27, 1. Susann. v. 41.) — *Καὶ — καί, et — et, tum — tum, non solum — sed etiam*, Matth. 10, 28 δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι. Luc. 8, 25. Io. 4, 36 καὶ ὁ σπείρων — καὶ ὁ θερίζων. c. 15, 24. Rom. 11, 33. Iac. 4, 15 ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσομεν (text. vulg. ζήσωμεν), καὶ ποιήσομεν (text. vulg. ποιήσωμεν) τοῦτο ἢ ἐκεῖνο, si Deus voluerit tum in vivis erimus, tum faciemus hoc illudve, wenn es Gott gefällt, so werden wir sowohl am Leben bleiben (vid. v. 14), als auch dieses oder jenes vornehmen können. Alii apodosin quaerunt in verbis καὶ ποιήσωμεν: si Deo placuerit, et si vixerimus, tunc faciemus. Alii vertunt: sic vos decet loqui: si Deus voluerit, si vixerimus, si licuerit hoc vel illud facere. Vid. quae habet *Winerus* in Gramm. §. 42, 4. p. 262 sq. — Saepius. — *Modo. — modo*, Marc. 9, 22 καὶ εἰς τὸ πῦρ ἔβαλε, καὶ εἰς ὕδατα. Act. 26, 29 καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, sive parum sive multum abfuerit. — *Τε — καί*, vid. *Τε*. — Copulat ex hebraismo duas notiones, quarum altera est vel pro genitivo nominis, vel pro adiectivo vel participio; Act. 23, 6 περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως, pro π. ἐλπ. τῆς ἀναστάσεως, sive περὶ τῆς ἀναστ. ἐλπιζομένης. (2 Macc. 3, 29 ἐλπίδος καὶ σωτηρίας.) Rom. 2, 20 τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας, pro τῆς γν. τῆς ἀληθείας. (2 Chron. 9, 8 κρίμα καὶ δικαιοσύνη, iudicium iustum.) Rom. 10, 20 ἀποτολμᾷ καὶ λέγει, i. e. ἀποτολμῶν λέγει. (Gen. 24, 18 καὶ ἔσπευσε καὶ καθεῖλε, pro καὶ σπεύσασα καθεῖλε, ut legitur v. 46. 1 Sam. 20, 42 καὶ ἀνέστη καὶ ἀπῆλθε, pro καὶ ἀναστὰς ἀπῆλθε.)

b) copulat enuntiationes, α) universe: Matth. 1, 23 ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι etc. c. 7, 25 καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι etc. — Saepissime. — Copulat antecedens et consequens, Matth. 4, 6. 6, 33. 7, 7 αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. c. 9, 18 ἐπίθες τὴν χεῖρα, καὶ ζήσεται. c. 8, 8 εἰπὲ λόγῳ καὶ ἰαθήσεται. ib. v. 9. c. 11, 29. 26, 53. Marc. 16, 18. Luc. 6, 37 sq. 7, 7. 8. 11, 9. 26. 12, 31. Io. 13, 32. 14, 8 δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. 1 Cor. 8, 11. Iac. 1, 5. Apoc. 2, 10. — Copulat enuntiationem a priori, ad quam referenda est diversam, ubi verti potest: *item, pariter*; Matth. 7, 26 καὶ πᾶς etc. coll. v. 24. 10, 21 καὶ ἐπαναστήσονται. v. 39 καὶ ὁ ἀπολέσας. 12, 35 καὶ ὁ πονηρός. 1 Cor. 7, 13. 1 Io. 4, 3 καὶ πᾶν πνεῦμα, coll. v. 2. — In enuntiatione minus plena, Marc. 6, 43 καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων. Io. 9, 23 καὶ τὸν χιτῶνα. — In nectendis enuntiationibus similibus verti potest: *vel*, ut Matth. 6, 28. 7, 10. 12, 27. Marc. 11, 28. Luc. 12, 2. 1 Cor. 12, 23. 13, 2. 3. (Esth. 8, 6. Ps. 139, 7. Deut. 11, 19. et ו hebr. Exod. 21, 15. Lev. 5, 2 ubi LXX ἤ habent.) — β) in stylo historico nostri sequuntur simplicitatem Hebraeorum, qui in narrationibus seriem rerum coniungunt per ו, ubi sermo cultior vel καί prorsus omittit, vel particulis δέ, ἀλλά, οὕτως, ἔπειτα, ὅταν, τότε, vel relativo, vel participio uti solet; quae narrandi simplicitas, in V. T. saepissime obvia (ut 1 Sam. 15, 3. Ies. 11, 12 sq. Ezech. 5, 1 sqq. 1 Macc. 1), in N. T. inprimis habetur in Evangeliis Matth., Marci et Lucae, itemque in Apocalypsi, rarius in Evang. Ioannis, Actis apostolor. et in Pauli scriptis. Vide loca longiora Matth. 14, 12 — 14. 27, 29 — 31. Marc. 1, 9 — 13. 31 — 37. 3, 13 sqq. Luc. 2, 26 — 28. 4, 14 sq. 7, 11 sqq. Apoc. 11, 7 — 13 et alia multa. — Ex eodem hebraismo καί incipit vel narrationem, vel orationem, vel transitum facit ad novam rem, ubi profani δέ uti solent, nostrum *da, aber*; Io. 2, 1 καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. ibid. 1, 19 καὶ αὕτη ἐστίν, pro αὕτη δὲ ἐστ. ib. 17, 25 καὶ ὁ κόσμος. Matth. 4, 23 καὶ περιῆγεν. c. 8, 14 καὶ ἐλθών. 9, 9 καὶ παράγων. Marc. 10, 13. 11, 1. 12, 41. Apoc. 5, 5. 8, 1 et saepissime. (Iud. 3, 8. Ruth. 4, 1. Gen. 9, 9. 1 Macc. 2, 6. 14. 3 Esdr. 2, 18 ubi litterae incipiunt: καὶ νῦν. ib. 8, 10. Tob. 6, 11. Iudith. 6, 1.) — *Καὶ μετὰ ταῦτα, paullo post, postea vero*, Luc. 5, 27. Apoc. 18, 1. (Ios. 9, 34.) — Porro nostri nectunt enuntiationes, priori adversantes, per καί, *et*, ubi profani δέ, Latini *sed* usurpare solent; ita καὶ οὐκ, *et non*, i. e. sed non; Matth. 11, 17 ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε. c. 13, 14 ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε. v. 17. c. 17, 16. Marc. 7, 24. 9, 18 καὶ οὐκ ἴσχυσαν. 14, 55. 56. Luc. 7, 32. 8, 13. Io. 10, 25. (1 Sam. 1, 2. 2 Sam. 15, 3.) — sine negatione, Matth. 20, 10 ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται· καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον. Marc. 12, 12 ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον. Io. 1, 7. 10. 11. 3, 32. Rom. 1, 13 καὶ ἐκωλύθην. 1 Cor. 12, 5 ubi versu 4 et 6 in simili enuntiatione legitur δέ. 1 Cor. 16, 9. 1 Io. 5, 19. (3 Esdr. 4, 38 καὶ ἡ ἀλήθεια.) — Ad idem genus pertinet αα) καὶ ἰδού, hebr. והנה, vel in initio enuntiationis, ut saepissime in Matthaei et Lucae Evangeliis et in Apocalypsi, vel in media ipsa, ubi ex hebraismo interponitur, ut Matth. 28, 9. 9, 10. Luc. 5, 12. 7, 12. (Gen. 24, 15.) — ββ) καὶ ἐγένετο in initio narrationis, hebr. ויהי, Matth. 7, 28 καὶ ἐγένετο ὅτε συνετέλεσεν, pro ὅτε δὲ συνετ. ib. 11, 1. 19, 1. Marc. 1, 9 καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς, pro ἐν δὲ ταῖς etc. ib. 2, 23. Luc. 1, 23. 59. 2, 46. 7, 11. 9, 18. 33. (2 Reg. 25, 1. Ies. 6, 1. 7, 1. 1 Chron. 18, 1. 20, 1. 1 Macc. 1, 1.) — γγ) καί in initio adhortationis seq. imperativo, Matth. 23, 32 καὶ ὑμεῖς πληρώσατε, iam implete vos. Marc. 11, 29 καὶ ἀποκρίθητέ μοι, respondeatis. 1 Cor. 11, 6 καὶ κειράσθω, tondeatur. (Neh. 5, 2. Ies. 1, 18. Ezech. 3, 11. 1 Macc. 10, 16. 27. 54. — καὶ νῦν, iam vero, Ies. 2, 10. 2 Chr. 7, 15 sq. Esth. 2, 8. 1 Sam. 15, 3. Iudith. 14, 8. 1 Macc. 2, 50.) — γ) ex hebraismo καί nectit enuntiationes, quae apud meliores scriptores ope pronominis relativi coniunguntur; Matth. 26, 45 ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ (i. e. ᾗ) παραδίδοται. ib. v. 53. Marc. 15, 25 ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ (i. e. ᾗ) ἐσταύρωσαν αὐτόν. Luc. 5, 35. (Ier. 48, 12. 49, 2.) Luc. 20, 3 λόγον, καὶ εἴπατέ

μοι. (Ezech. 3, 17.) Rom. 11, 35. Etiam in locutione καὶ ἐλογίσθη, quod est i. q. ὃ ἐλογίσθη, Rom. 4, 3. Gal. 3, 6. Iac. 2, 23. (Gen. 15, 6. Ies. 5, 4 τί ποιήσω ἔτι τῷ ἀμπελῶνί μου, καὶ (i. e. ὃ) οὐκ ἐποίησα αὐτῷ. 1 Sam. 20, 2. Sir. 10, 31. Sap. 11, 17 ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ, καὶ κτίσασα κόσμον. Sap. 13, 1. Tob. 10, 9 ἐξαποστελῶ, καὶ (i. e. τινας, οἳ) δηλώσουσιν. Act. Thom. §. 48 μιαρᾷ μίξει, μάλιστα καὶ (i. e. τῇ) ἐν μοιχείᾳ.) — δ) καί incipit apodosin, ut nostrum *so*, et quod ad sensum attinet redundat; Iac. 4, 15 (vid. supra I, a). Apoc. 3, 20 ἐάν τις ἀκούσῃ — καὶ ἐλεύσομαι, *so will ich kommen*. (Sic ἐὰν — καί, Lev. 26, 3. 4. Deut. 11, 13. 14. 1 Sam. 1, 11. Ezech. 21, 7. — 1 Macc. 10, 52—54 ἐπεὶ — καὶ νῦν στήσωμεν. Iudith. 5, 20. Lev. 25, 2 ὅταν — καί. Ios. 10, 11 ἐν δὲ τῷ — καί.) — ὡς — καί. *als*, s. *nachdem — so*; Matth. 28, 9. Luc. 2, 15. (Gen. 27, 30. Iudith. 6, 1. 10, 1. 2. 1 Macc. 7, 25.) — ἐγένετο — καί, Matth. 9, 10. Marc. 2, 15. 23. Luc. 2, 15. 5, 17. 8, 1. 22. 14, 1. Act. 5, 7. (1 Sam. 1, 12. 20, 31. 2 Sam. 15, 1. 2. 5. Gen. 24, 30. 1 Chron. 18, 1. 20, 1. — Nonnunquam καί rectius omittitur, ut Luc. 1, 23. 41. 59. Gen. 24, 22. 52. 25, 11. 1 Chron. 19, 1. Ies. 37, 1.)

2) *copulat, non vero simpliciter, sed adiecta alia notione*, quae est primaria; itaque vertendum est:

a) *nec*, si nectit enuntiationem, ad quam negatio antecedens repetenda est, Matth. 13, 15 μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ (i. e. μήτε) τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι. Marc. 4, 12. Io. 12, 40. (Ies. 6, 10.) 2 Cor. 12, 21 καὶ (i. e. μήτε) πενθήσω. Gal. 3, 28 οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ (i. e. οὐδὲ) θῆλυ. (Deut. 11, 2. 3. Ioseph. ant. 2, 15. 5 Moses οὔτ' αὐτὸς ἐνέκαμνε τῇ περὶ αὐτοὺς προνοίᾳ, καὶ (i. e. οὔτε) τῷ θεῷ κατεφρόνει.) — b) *et quidem, nempe*, si copulat et explicat; Io. 1, 16 ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. 1 Cor. 2, 2 Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρ. 1 Cor. 3, 5 καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ κύριος ἔδωκεν, pro καὶ ἕκαστος, ὡς ὁ κύριος αὐτῷ ἔδ. (Exempla e profanis collegit *Viger*. de idiot. p. 525.) — c) *igitur*, si nectit conclusionem, pro οὖν, Matth. 12, 32 καὶ ὃς ἄν. Io. 10, 29 καὶ οὐδείς. —

II) *intendit*, sive *auget*, et est: *etiam, quoque*, sed vario modo pro natura enuntiationis et nexus verti potest; videlicet: a) *etiam, quoque*, simpliciter; Matth. 5, 39 στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. ibid. v. 40. Marc. 2, 26 ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι. 8, 7. Luc. 1, 36. 11, 11. 12. v. 45 καὶ ἡμᾶς, non solum prophetas sed nos quoque. Io. 2, 2. 8, 25. (vid. Ἀρχή.) Io. 13, 14. 1 Cor. 7, 7 ὡς καί. Gal. 2, 16. 1 Io. 2, 6 et saepissime. (Iob. 20, 2. Ioseph. ant. 5, 2. 8. Gen. 27, 31.) — b) Nonnunquam καί simplex post ὡς vel καθὼς pro οὕτω καί, *sic etiam*, Matth. 6, 10 ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, pariter in coelo atque in terra. Io. 10, 15. 13, 15. 33. 15, 9. 1 Io. 4, 17. — c) καὶ — δέ, *verum etiam*, Marc. 4, 36 καὶ ἄλλα δὲ πλοῖα ἦν μετ' αὐτοῦ. Luc. 2, 35 καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχήν. Io. 6, 51. 8, 17. 15, 27. Act. 3, 27. 5, 32. 2 Tim. 3, 12. 2 Petr. 1, 5. 1 Io. 1, 3. — d) *tamen, et tamen*, i. q. καὶ ὅμως, Matth. 6, 26 καὶ ὁ πατήρ. 10, 29. 12, 5. Marc. 4, 27 καὶ ὁ σπόρος. ib. 7, 24. Io. 6, 58 καὶ ἀπέθανον. c. 7, 19. 22. 9, 30. 34. 11, 8. 14, 9. 1 Cor. 5, 2. 10. 2 Cor. 6, 8. 9. Hebr. 3, 9 καὶ εἶδον, et tamen viderant. 1 Io. 1, 6 καὶ ἐν τῷ σκ. 2, 4. Apoc. 3, 1 καὶ νεκρὸς εἶ. (Exod. 7, 4. Ps. 44, 17. Malach. 2, 14.) — e) *adeo, vel ipse*, nostrum *sogar*, Matth. 5, 46 καὶ οἱ τελῶναι. 10, 30 ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες. c. 15, 16. Marc. 1, 27. 2, 28. 4, 25. Luc. 6, 32—34. 9, 5. Io. 4, 23 καὶ νῦν ἐστιν, vel nunc adest. ib. 5, 25. 10, 10. Rom. 5, 7 καὶ τολμ. 8, 23. 1 Cor. 2, 10. 2 Cor. 8, 3. 10, 8. Hebr. 7, 4. 1 Io. 5, 6. Apoc. 13, 15 et passim. (Esth. 7, 8 ὥστε καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ βασιλέως. Iob. 21, 7. Sap. 2, 15 βαρὺς ἐστιν ἡμῖν καὶ βλεπόμενος. 1 Reg. 8, 27. Sir. 21, 1. Ioseph. ant. 5, 2. 8 ὕποπτα ποιῶν καὶ τὰ φίλα.) — f) in optatione: *modo, nur*, Gal. 3, 4 εἴγε καὶ εἰκῇ, si modo frustra. 5, 12 ὄφελον καί, utinam modo. Luc. 19, 42 καίγε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, modo hoc tempore tibi fatali. (Sir. 25, 13 πᾶσαν πληγὴν καὶ μὴ πληγὴν καρδίας.) — g) *iam, schon*, pro καὶ δή, s. ἤδη, Marc. 9, 13 ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε. (Matth. 17, 12 ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε.) Io. 9, 37 καὶ ἑώρακας αὐτόν. (Ioseph. ant. 4, 16. 12. ib. 4, 7. 1 Μωϋσῆς δὲ, ὑπὲρ ὧν καὶ προεῖπον.) — h) cum participio: *quanquam*, Luc. 18, 7 καὶ μακροθυμῶν. (Theogn. v. 419 πολλά με καὶ συνιέντα παρέρχεται. ib. v. 1114 Πλοῦτε, σὺν σοὶ, καὶ κακὸς ὢν, γίγνομαι ἐσθλὸς ἀνήρ. Vid. *Viger*. de idiot. p. 525.) — i) pronominibus et particulis interrogativis additur, ut indicet dubitationem quandam de ea re, de qua quaeritur (vid. *Hermann*. ad Viger. p. 837), ubi respondet nostro: *da, nun, auch*; α) καὶ τίς, *ecquis, quis quaeso*, Marc. 10, 26. Luc. 10, 29. 2 Cor. 2, 2. (1 Chron. 29, 14. 2 Chron. 2, 6. Ies. 10, 3. Sir. 2, 14.) — Matth. 12, 37 καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; quo tandem modo etc. Luc. 20, 44 καὶ πῶς; quomodo tandem, wie kann er denn da? (Gen. 39, 9. Ev. Nicod. ap. *Birch*. p. 13. — 1 Sam. 15, 19 καὶ ἱνατί.) — β) τί καί, *warum auch, warum doch*, Rom. 8, 24 ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει, quod quis oculis videt, quomodo, *quaeso*, illud speret? 1 Cor. 15, 29 τί καί, cur quaeso. ib. v. 30. — Luc. 13, 7 ἱνατὶ καί, quare insuper. Exempla e profanis dederunt *Loesnerus* in observv. e Phil. p. 81. *Krebsius* in observ. Flav. p. 81. *Vigerius* de idiot. p. 521.

Denique καί coniunctum cum aliis particulis: 1) καὶ γάρ, *etenim*, vid. Γάρ. — 2) καί γε, *et quidem*, vid. Γέ. 3) εἰ καί, vid. Εἰ No. III. — 4) οὐ μόνον δὲ — ἀλλὰ καί, vid. Ἀλλά. — 5) ἤδη δὲ καί, vid. Ἤδη.

Καϊάφας, α, ὁ, *Caiphas*, pontifex maximus Iudaeorum, qui teste Iosepho (ant. 18, 2. 2 Ἰώσηπος, ὁ καὶ Καϊάφας) appellabatur *Iosephus cognomine Caiphas*, a Valerio Grato, Iudaeae praeside, remoto Simone, pontifex constitutus, postea autem a Vitellio, Syriae praeside, sacerdotio rursum privatus. vid. Ioseph. ant. 18, 4. 3 Οὐιτέλλιος — τὸν ἀρχιερέα Ἰώσηπον τὸν καὶ Καϊάφαν ἐπικαλούμενον ἀπαλλάξας τῆς ἱερωσύνης. Commemoratur Matth. 26, 3. 57. Luc. 3, 2. Io. 11, 49. 18, 13. 14. 24. 28. Act. 4, 6.

Καίγε, vid. Γέ.

Κάϊν, ὁ, (Ioseph. Κάϊς, hebr. קַיִן, i. e. possessio) *Cain*, nom. pr. indecl. filii Adami primogeniti; (Gen. 4.) Hebr. 11, 4. 1 Io. 3, 12. Iud. v. 11 ἡ ὁδὸς τοῦ Κ. i. e. impietas, Dei contemptus. (Ioseph. ant. 1, 2. 2 Κάϊος τοῖς ἐκγόνους πονηροτάτους συνέβη γενέσθαι. coll. Sap. 12, 10. 11.) *.

Καϊνάν, ὁ, (hebr. קֵינָן) *Cainan*, nom. pr. indecl. filii Enosi secundum Gen. 5, 9. 10 et Ioseph. ant. 1, 3. 4 sed secundum LXX interpretes in loco Gen. 11, 12. 13. 1 Chron. 1, 18 filius Arphaxadi. — Sic etiam Luc. 3, 36 sq. *.

Καινός, ή, όν, hebr. חָדָשׁ, 1) *novus*, i. e. a) *recens, quod nuper factum, igitur adhuc non usurpatum nec usu tritum est*, neu, ungebraucht; ἀσκοί, Matth. 9, 17. Marc. 2, 22. Luc. 5, 38. (Ios. 9, 13.) — ἱμάτιον, Luc. 5, 36. (1 Reg. 11, 29 sq.) — μνημεῖον, Matth. 27, 60. Io. 19, 41 μνημ. καινὸν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. Vid. etiam Marc. 2, 21. Matth. 13, 52. coll. Iud. 15, 13. 2 Sam. 6, 3. 2 Reg. 2, 20. — b) *novum*, quod antea non factum est, non fuit, neu aufgebracht, διδαχή, Marc. 1, 27. Act. 17, 19. — ἐντολή, Io. 13, 34. 1 Io. 2, 7. 8. 2 Io. v. 5. — ὄνομα, Apoc. 2, 17. ibid. 3, 12 ὄνομα καινὸν, ὃ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ ὁ λαμβάνων. (Ies. 62, 2. 65, 15.) — ᾠδὴ καινή, Apoc. 5, 9. 14, 3. coll. Ps. 33, 3. 40, 4. Ies. 42, 10. — novum, insolitum, Act. 17, 21 λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, novi quid quam quod proxime novum fuerat. Comparativus indicat immodicam novorum cupiditatem, quae quotidie novis noviora quaerit. (Eccles. 1, 10 ἴδε τοῦτο καινόν ἐστιν, ἤδη γέγονεν. Deut. 32, 17.) — c) si refertur ad τὸ παλαιόν, τὸ πρῶτον, *novum, subsequens, alterum*, adiecta notione *praestantiae*, qua nova superare solent vetusta; καινὴ διαθήκη, Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. 1 Cor. 11, 25. 2 Cor. 3, 6. Hebr. 8, 8. 13. 9, 15. (Ier. 31, 22. 31.) — οἶνον πίνειν καινόν, Matth. 26, 29. Marc. 14, 25. Vid. Ies. 42, 9. 43, 19. coll. v. 18. 48, 6. — Etiam: *innovatum et vetusto multo praestantius*; καινοὶ οὐρανοὶ, καινὴ γῆ, 2 Petr. 3, 13. Apoc. 21, 1. (Ies. 65, 17. 66, 22.) — Ἱερουσαλὴμ καινή, Apoc. 21, 2. — καινὰ πάντα ποιῶ, omnia innovo, et praestantiora facio, Apoc. 21, 5. — Hinc Christiani, prorsus emendati, meliorique animo imbuti, dicuntur καινὴ κτίσις, 2 Cor. 5, 17. Gal. 6, 15. καινὸς ἄνθρωπος, Eph. 2, 15. 4, 24. (Ezech. 18, 31 καρδία καινή.) — 2) *peregrinus, insolitus, inauditus*, Marc. 16, 17 γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς. (Vid. Γλῶσσα. Xenoph. de repub. Laced. 10, 8. Idem memor. 1, 1. 1 ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν.)

Καινότερος, comparativ. a καινός, Act. 17, 21. Vid. Καινός.

Καινότης, ητος, ἡ, (a καινός) *novitas*; — bis in N. T. et quidem de *mente in melius mutata*, Rom. 7, 6 ἐν καινότητι πνεύματος i. e. ἐν πνεύματι καινῷ (vid. Ἄνθρωπος καινός); — de statu vitae novae ac praestantioris, ib. 6, 4 ἐν καινότ. ζωῆς pro ἐν ζωῇ καινῇ, in vita post mortem

innovanda praestantiore. (Eodem modo apud Ignat. ad Eph. §. 19 εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς.) *.

Καινοφωνία, ας, ἡ, (a καινοφωνέω, novis verbis s. vocibus utor) usus novarum φωνῶν, lectio quorundam codd. 1 Tim. 6, 20 et 2 Tim. 2, 16 pro κενοφωνίας exhibentium καινοφωνίας, quae lectio seriori aevo tribuenda est.

Καίπερ, coniunct. *etsi, quanquam;* — seq. particip. Phil. 3, 4. Hebr. 5, 8. 7, 5. 12, 17. 2 Petr. 1, 12. (Sap. 11, 9. Ioseph. ant. 3, 12. 3.) — seq. verbo finito. [Apoc. 17, 8 ubi vero cum *Griesb. Lachmanno* et aliis καὶ παρέσται pro καίπερ ἐστὶν legendum est.) *.

Καιρός, οῦ, ὁ, LXX pro hebr. עֵת et מוֹעֵד, (quod quidam deducunt a κάρα s. κάρη, τό, caput, summitas, quasi summum tempus ad aliquid faciendum) significat ubique *temporis articulum, tempus, einen Einschnitt der Zeit, Zeitpunkt,* neque unquam est id quod χρόνος, die Zeit als ein Dauerndes. Est igitur 1) *tempus,* et quidem a) *tempus certum,* definitum, *der Zeitpunkt;* α) καιρός simpliciter dictum, Luc. 21, 36 ἀγρυπνεῖτε οὖν ἐν παντὶ καιρῷ, quovis tempore, in jedem Zeitpunkte, i. e. semper. Eph. 6, 18. — Luc. 4, 13 ἄχρι καιροῦ, ad tempus, bis zu einem gewissen (andern) Zeitpunkte. Act. 13, 11. — Luc. 8, 13 οἱ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, qui ad tempus fidem habent, videlicet ad tempus πειρασμοῦ, ut in eodem versu legitur. 1 Cor. 7, 5 πρὸς καιρόν, ad tempus, videl. precationibus tribuendum. (Sap. 4, 4.) — 2 Cor. 6, 2 καιρὸς δεκτός. (Ies. 49, 8.) 2 Tim. 4, 3 ἔσται καιρὸς, ὅτε, erit tempus, ubi, es wird ein Zeitpunkt eintreten. — β) καιρός, addito nomine quo definitur; ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, illo tempore, quo id factum est, quod modo narratum est, Matth. 11, 25. 12, 1. 14, 1. Eph. 2, 12. (Ies. 38, 1. Gen. 21, 22.) — κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν, Act. 12, 1. 19, 23. Rom. 9, 9. — Luc. 13, 1 ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ. (Esdr. 5, 3.) Act. 7, 20 ἐν ᾧ καιρῷ. Rom. 11, 5 ἐν τῷ νῦν καιρῷ. 2 Tim. 4, 6 ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως. Hebr. 9, 9. 10. — 1 Thess. 2, 17 πρὸς καιρὸν ὥρας, ad tempus horae i. e. breve. — b) *tempus opportunum, opportunitas;* Hebr. 11, 11 παρὰ καιρὸν ἡλικίας, praeter opportunitatem aetatis. (Sic παρὰ καιρόν Pind. Ol. 8, 32.) — καιρὸν μεταλαβών, data opportunitate, Act. 24, 25. (Ps. 75, 2. Ioseph. ant. 18, 6. 6 Ἀντωνία καιρὸν παραλαβοῦσα τοιοῦτον.) — Καιρὸν ἔχειν, Hebr. 11, 15. (1 Macc. 15, 34. Thucyd. 1, 42 ἡ γὰρ τελευταία χάρις καιρὸν ἔχουσα.) Ἐν καιρῷ, tempore opportuno, 1 Petr. 5, 6. (Iudith. 12, 16 ἐτήρει καιρὸν τοῦ ἀπατῆσαι. Sir. 19, 28 ἐὰν εὕρῃ καιρὸν, κακοποιήσει. Ioseph. ant. 2, 3. 1 μὴ τὸν ἐν ποσὶν ὑπερβαλέσθαι καιρόν.) — c) tempus *definitum,* vel *statum,* — vel naturale: καιρὸς θερισμοῦ, Matth. 13, 30. καιρὸς τῶν καρπῶν, quo fruges maturescunt, Matth. 21, 34. 41. vid. Marc. 12, 2. Luc. 20, 10. Marc. 11, 13. (Num. 9, 7. Ps. 1, 3.) — vel a Deo vel fato definitum, Marc. 1, 15. Luc. 1, 20 τῶν λόγων, ubi praedicta sunt eventura. c. 21, 24 καιροὶ ἐθνῶν, tempus a Deo gentilibus concessum. Matth. 26, 18 ὁ καιρός μου, tempus quo moriendum est. Io. 7, 6. 8. Eph. 1, 10. Rom. 5, 6. — καιροῖς ἰδίοις, Gal. 6, 9. 1 Tim. 6, 15. Tit. 1, 3. Vid. Ἴδιος. — 1 Petr. 1, 11. 4, 17. Apoc. 1, 3 ὁ καιρὸς ἐγγύς, scil. ubi haec omnia eventura sunt. ib. 11, 18. 12, 12. 22, 10. (Eccles. 3, 1—8.) — d) *tempus iustum,* Matth. 24, 45. Luc. 12, 42. (Test. XII patr. p. 664 μηδὲν ποιεῖτε ἔξω καιροῦ αὐτοῦ. Ib. p. 527 de morientibus: οὐκ ἐν καιρῷ αὐτῶν.) — e) *temporis periodus, periodus circumscripta;* Io. 5, 4 κατὰ καιρόν, certis vicibus vel periodis. (Dan. 6, 10 καιροὺς τρεῖς τῆς ἡμέρας ἦν κάμπτων. Tatian. orat. ad Graec. p. 162 ἐκπύρωσις κατὰ καιρούς, cui opponitur ἐκπύρ. εἰς ἅπαξ.) Act. 14, 17 καιροὺς καρποφόρους, anni tempora, quibus fruges gignuntur et maturescunt. Act. 17, 26. 1 Tim. 2, 6. (Ps. 104, 19 ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς. coll. Dan. 2, 21.) — Hinc in N. T. α) *dies festi,* Gal. 4, 10. coll. Exod. 23, 14. 17. Lev. 23, 4. — β) *annus;* Apoc. 12, 14 καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ, annus et duo anni (pluralis pro duali) et sex menses. Vid. v. 6 et Dan. 7, 25. 12, 7. — γ) *periodus Messiae,* s. tempus, quo Messias extiturus erat ad regnum Dei inaugurandum. Ὁ καιρὸς οὗτος vel ὁ νῦν καιρός in N. T. est tempus quod nunc ante Christi adventum absolvitur, i. e. ὁ αἰὼν οὗτος, Marc. 10, 30. Luc. 12, 56. 18, 30. Rom. 3, 26. 8, 18. 1 Cor. 7, 29. 2 Cor. 8, 13. quod idem dicitur καιρὸς ἔσχατος, 1 Petr. 1, 5. καιροὶ ὕστεροι, 1 Tim. 4, 1. (Vid. Ἔσχατος.) — ὁ καιρός vero τοῦ Χριστοῦ s. ὁ καιρός simpliciter est tempus adventus Christi ad iudicium, Matth. 8, 29. Marc. 13, 33. Luc. 21, 8. Act. 3, 19. Rom. 13, 11 εἰδότες τὸν καιρόν, intellige proxime instare, 1 Cor. 4, 5. 2 Thess. 2, 6. — χρόνοι ἢ καιροί, Act. 1, 7. 1 Thess. 5, 1 περὶ δὲ χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, populari modo dictum de temporibus, quo Messias rediturus est, mortuos resuscitabit, iudicium habebit etc. — Τὰ σημεῖα τῶν καιρῶν, Matth. 16, 3 signa e quibus regni divini inauguratio colligenda est. — 2) *temporis ratio* vel *qualitas,* Latinor. *tempora, Zeitumstände,* 2 Tim. 3, 1 καιροὶ χαλεποί. (Ioseph. ant. 4, 8. 41 ἀπαρασκεύαστοι τοῖς καιροῖς παραπέσητε.) — Δουλεύειν τῷ καιρῷ, Rom. 12, 11. coll. Eph. 5, 16. Col. 4, 5. Vid. Δουλεύω et Ἐξαγοράζω. (4 Macc. 3, 19 ὁ καιρὸς ἡμᾶς καλεῖ.) *.

Καῖσαρ, αρος, ὁ, *Caesar,* propr. agnomen Iulii Caesaris, quod, adscitum ab Augusto eiusque successoribus, post abiit in nomen appellativum, principibus romani imperii summis proprium. Matth. 22, 17 sqq. Marc. 12, 14 sqq. Luc. 2, 1. 3, 1. 20, 22 sqq. 23, 2. Io. 19, 12 sqq. Act. [11, 28.] 17, 7. [2 Tim. 4, 23] et passim.

Καισάρεια, ας, ῆς, *Caesarea.* Duae in Palaestina huius nominis erant urbes; altera *Caesarea Philippi,* Καισάρεια ἡ Φιλίππου, Matth. 16, 13. Marc. 8, 27. (ἡ Φιλίππου καλουμένη Καισάρεια, Ioseph. de bell. 3, 9. 7 et 7, 2. 1) ad radices Libani, prope Iordanis fontes in Gaulonitide sita, antea *Paneas,* a monte Paneo, sub quo iacebat, post vero a Philippo, tetrarcha, aedificata et in honorem Tiberii Caesaris Caesarea appellata. (Ioseph. ant. 18, 2. 2 Φίλιππος μὲν πρὸς ταῖς Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν Πανεάδι πόλιν κτίζει Καισάρειαν.) Denique Agrippa rex in Neronis honorem illam *Neroniadem* cognominavit. (Ioseph. ant. 20, 9. 4.) — *Altera* huius nominis urbs, *Caesarea* simpliciter dicta, in locum turris Stratonis (Ioseph. ant. 13, 11. 2) ab Herode M. aedificata, portu instructa (Ioseph. ant. 15, 9. 6. 16, 2. 1. bell. 1, 21. 5) ac σεβαστή, *augusta* (Ioseph. ant. 16, 5. 1) cognominata est. Fuit μεγίστη τῆς Ἰουδαίας πόλις, καὶ τὸ πλέον ὑφ' Ἑλλήνων ἐποικουμένη (Ioseph. bell. 2, 9. 1), tum praesidum romanorum sedes, serius Palaestinae metropolis, sita Dora inter et Ioppen in Phoenice ad mare mediterraneum, quare ἡ παράλιος, s. ἡ ἐπὶ θαλάττῃ Καισάρεια a Iosepho (bell. 3, 9. 7 et 7, 2. 1) dicitur. — Act. 8, 40. 9, 30. 10, 1. 24. 11, 11. 12, 19. 18, 22. 21, 8. 16. 23, 23. 33. 25, 1—6. 13. *.

Καίτοι, (ex καί et τοι) coniunct. *quanquam, licet;* Hebr. 4, 3 cuius loci difficilioris nexus v. 3—7 hic esse videtur: si fidem habemus, nos (Christiani) utique quietem ingrediemur, prout edictum est: (incredulos, Iudaeos) non introituros esse illam, quanquam Deus opera sua a creationis initio definivit (neque igitur aliis nisi populo suo quietem parasse videtur). In eadem enim scriptura, qua κατάπαυσιν definivit, leguntur etiam ista verba: non ingredientur in quietem meam (quae prius dictum irritum facere videntur). Quum igitur (ne haec contra se pugnent) reliquum sit statuere, esse certe *aliquos,* qui sint ingressuri, priores vero illi non ingressi sunt propter inobedientiam, iterum post primam definitionem (in creatione factam), aliam fecit etc. (Καίτοι, Ioseph. ant. 2, 15. 3. ib. 5, 1. 21. 4 Macc. 5, 18. 7, 13.) *.

Καίτοιγε, i. q. καίτοι, sed fortius; *quanquam, licet.* Io. 4, 2. Act. 14, 17. 17, 27 καίτοιγε οὐ μακρὰν ὑπ., quanquam vel quum tamen a quovis facile possit cognosci. (Ioseph. ant. 5, 1. 12.)

Καίω, particip. perf. pass. κεκαυμένος, aor. 1. pass. ἐκαύθην, fut. 1. καυθήσομαι, 1) *uro, incendo, accendo;* λύχνον, Matth. 5, 15. (Lev. 24, 3. 4.) — pass. *incendor, incensus sum,* i. e. *ardeo,* καιόμενος, *ardens,* Luc. 12, 35. (Exod. 3, 2. 27, 20.) Hebr. 12, 18. (Deut. 4, 11. 5, 23.) Apoc. 4, 5. 8, 8. 10. — Apoc. 19, 20. 21, 8. coll. Dan. 3, 6 sqq. — Ioannes baptista Io. 5, 35 dicitur ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων, i. e. doctor minus illustris, in alius honorem missus, videlicet Iesu, qui est τὸ φῶς τοῦ κόσμου (vid. Io. 1, 8. 9), a quo etiam Ioannes lucem accepit. (Similis comparatio, sed non eodem sensu, instituitur Sir. 48, 1.) — Tropice *animus* dicitur καιόμενος, *ardens,* i. e. *vehementer commotus;* Luc. 24, 32. (Test. XII patr. p. 671 ἐκαιόμην τοῖς σπλάγχνοις ἀναγγεῖλαι, misericordia vehementer movebar, ut palam facerem.) — 2) *comburo,* Matth. 13, 40 πυρὶ καίεται (text. vulg. κατακαίεται). Io. 15, 6 καὶ καίεται, et absumitur igne. (LXX אָכַל, Ies. 5, 24. Iob. 15, 34. Ioseph. ant. 4, 8. 23.) — ex adiuncto: *crucio,* pass. *crucior;* 1 Cor. 13, 3 ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσο-

μαι (sic legendum ex codd. auctoritate pro καυθήσωμαι), ut igne i. e. calamitate quavis atroci excrucier. (Sic Latini: fames, labor, pestilentia, sagitta urens.) *.

Κἀκεῖ, per crasin ex καὶ ἐκεῖ, *et ibi, etiam illic;* Matth. 5, 23. 10, 11. 28, 10. Marc. 1, 35. Io. 11, 54. Act. 14, 7. 17, 13 ἦλθον κἀκεῖ σαλεύοντες, venerunt, ut etiam ibi commoverent populum. ibid. 22, 10. 25, 20. 27, 6. [Marc. 1, 38 *Griesb.* καὶ ἐκεῖ.] *.

Κἀκεῖθεν, per crasin ex καὶ ἐκεῖθεν, *et inde, et illinc*, de loco, Marc. 10, 1. Act. 7, 4. 14, 26. 20, 15. 21, 1. 27, 4. 12. 28, 15. — de tempore: *et deinde, ab illo tempore*, Act. 13, 21. (2 Reg. 2, 25 וּמִשָּׁם.) *.

Κἀκεῖνος, είνη, εῖνο, per crasin ex καὶ ἐκεῖνος, *et hic, et ille.* Pro varietate significationis τοῦ καὶ est 1) *et ille*, Io. 7, 29. 19, 35. Act. 18, 19. — Luc. 22, 12 ubi verti potest: *tum ille.* — 2) *etiam hic*, Matth. 20, 4. Marc. 12, 4. 5. 16, 13 et passim. — *etiam ille*, Io. 14, 12. 17, 24. Act. 15, 11. Rom. 11, 23 etc. — 3) *sed iste, iste vero*, Matth. 23, 23. Luc. 11, 7. 42. Marc. 16, 11. Rom. 11, 23. — 4) *hic ipse* vel *hic profecto*, Matth. 15, 18 κἀκεῖνα, haec profecto sunt, quae.

Κακία, ας, ἡ, (a κακός) LXX maxime pro רָעָה, רַע, 1) mala rei ratio, die schlechte Beschaffenheit, Untauglichkeit. (Ioseph. ant. 3, 1. 1 et 2 aquae non potabili propter amaritudinem tribuit κακίαν.) — 2) *malignitas*, i. e. a) vexandi cupiditas, Rom. 1, 29. 1 Cor. 5, 8. 14, 20. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. Tit. 3, 3. Iac. 1, 21. (Prov. 1, 16. 1 Sam. 17, 28.) — b) *improbitas, pravitas* animi, Act. 8, 22. 1 Petr. 2, 1. 16. (Ies. 29, 20. 1 Reg. 13, 33.) — 3) *aerumna, afflictio*, Matth. 6, 34. (Eccles. 7, 14 ἡμέρα κακίας, dies aerumnarum. Sir. 19, 6. 1 Macc. 10, 46. 3 Esdr. 2, 29 ubi in textu chald. Esdr. 4, 22 legitur חֲבָל, noxa.) *.

Κακοήθεια, ας, ἡ, (a κακοήθης, quod ex κακός et ἦθος) morum pravitas, 4 Macc. 1, 4. — *malevolentia, malignitas;* semel Rom. 1, 29. (Esth. 8, 13. 3 Macc. 3, 22. 7, 3. Ioseph. ant. 1, 1. 4 „Deus serpenti vocem ademit ὀργισθεὶς ἐπὶ τῇ κακοηθείᾳ τῇ πρὸς τὸν Ἀδάμον. ibid. 16, 3, 1.) *.

Κακολογέω, ῶ, aor. 1. ἐκακολόγησα, (a κακόλογος, i. e. κακὰ sive κακῶς λέγων) 1) *maledico, mala imprecor*, Matth. 15, 4. Marc. 7, 10. (קִלֵּל Prov. 20, 20. Ezech. 22, 7. Exod. 22, 28.) — 2) *obtrecto, criminor*, Marc. 9, 39. Act. 19, 9. (2 Macc. 4, 1 ἐκακολόγει τὸν Ὀνίαν, ὡς αὐτός τε εἴη τὸν Ἡλιόδωρον ἐπισεσεικώς.) *.

Κακοπάθεια, ας, ἡ, (a κακοπαθής, mala patiens) *aerumna, molestia.* Semel Iac. 5, 10 ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς μακροθυμίας τοὺς προφήτας, discite exemplis prophetarum aerumnas pati s. labores perferre etc. (LXX Mal. 1, 13 pro תְּלָאָה, labor, molestia. 2 Macc. 2, 26. 27. Diod. Sic. 1. 36. 2, 1.) *.

Κακοπαθέω, ῶ, aor. 1. imperat. κακοπάθησον, (a κακοπαθής, i. e. κακὰ vel κακῶς πάσχων) *mala patior, labores, aerumnas perfero*, 2 Tim. 2, 9. Iac. 5, 13. (Ioseph. ant. 1, 10. 3. Philo de septenar. p. 1178 A.) — saepe dicitur de militibus eorumque laboribus (Ioseph. ant. 10, 11. 1. bell. 1, 7. 4), Strapazen, Ungemach ertragen; itaque eleganter Paulus 2 Tim. 2, 3 κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης. ib. 4, 5. (Ion. 4, 10 ubi pro hebr. עָמַל.) *.

Κακοποιέω, ῶ, inf. aor. 1. κακοποιῆσαι, (a κακοποιός, i. e. κακὸν vel κακῶς ποιῶν) 1) mala facio; *damnum affero, graviter laedo*, Marc. 3, 4. Luc. 6, 9. (Gen. 31, 7. Esdr. 4, 13. 15. 1 Sam. 25, 34. Xenoph. mem. 3, 5. 26.) — 2) *inique ago*, flagitia committo, 1 Petr. 3, 17. 3 Io. v. 11. (2 Sam. 24, 17. Gen. 31, 29. Xenoph. oecon. 3, 11. Antonin. 1, 3.)

Κακοποιός, όν, (ex κακόν et ποιέω) *maleficus, nocens, inique agens*, 1 Petr. 2, 12. 14. 3, 16. 4, 15. (Prov. 12, 4. Pind. Ne. 8, 56 κακοποιὸν ὄνειδος.) — *maleficus*, Io. 18, 30. (Evang. Nicod. ap. *Birch.* p. 23.) *.

Κακός, ή, όν, LXX pro רַע, Latinor. *malus;* — 1) *malus* i. e. *male comparatus, malae indolis, schlecht;* — *pravus, ignavus*, Matth. 21, 41. 24, 48 κακὸς δοῦλος. Phil. 3, 2 κακοὶ ἐργάται. Tit. 1, 12 κακὰ θηρία. — Apoc. 2, 2 κακούς, i. e. impostores. — κακόν, pravum, i. e. falsum, Io. 18, 23. Hebr. 5, 14. (Prov. 15, 2. 17, 11. vid. Κακῶς. Ioseph. ant. 5, 1. 26 κακὰ de idololatriae erroribus et sceleribus.) — 2) malus i. e. a) *malignus, perniciosus, noxius*, Col. 3, 5 ἐπιθυμία κακή. (Prov. 12, 12 ἐπιθυμίαι ἀσεβῶν κακαί.) Apoc. 16, 2 ἕλκος κακόν, malum vulnus. (Prov. 16, 4 ἡμέρα κακή, dies infaustus.) — κακόν, κακά, malum, Rom. 1, 30. 14, 20. (Sir. 39, 27.) 1 Tim. 6, 10. Iac. 3, 8. — *iniuria illata*, Rom. 12, 17. 21. 13, 10. 1 Thess. 5, 15. 1 Cor. 13, 5. 2 Tim. 4, 14. 1 Petr. 3, 9 — 12. (Prov. 16, 12.) — b) *improbus*, Marc. 7, 21 διαλογισμοὶ κακοί. — τὸ κακόν, malum, i. e. *flagitium, scelus, improbitas*, Matth. 27, 23. Marc. 15, 14. Luc. 23, 22. Act. 23, 9. Rom. 2, 9. 3, 8. 7, 19. 21. 9, 11. 13, 3 sq. 16, 19. 1 Cor. 10, 6. 15, 33. 2 Cor. 5, 10. 3 Io. v. 11. (Prov. 10, 23.) — 3) *miser, incommodus;* — τὰ κακά, *aerumnae, molestiae*, Act. 9, 13 ποιεῖν κακά τινι, valde vexare aliquem. 16, 28. 28, 5. 2 Cor. 13, 7. Iac. 1, 13. — Luc. 16, 25 ubi τὰ κακά, aerumnae, opponuntur τοῖς ἀγαθοῖς, vitae deliciis. (Ies. 46, 7 ἀπὸ κακῶν [צָרָה] σώζειν. Gen. 44, 34. 48, 16. Ier. 14, 8. 16, 18.) *.

Κακοῦργος, ον, (contr. pro κακόεργος, ex κακόν et ἐργάζομαι) *mala patrans, inique agens* (LXX Prov. 21, 5 בַּעַל אָוֶן); — *maleficus*, 2 Tim. 2, 9. — de sicariis vel latronibus, Luc. 23, 32. 33. 39. (Ioseph. ant. 2, 4. 5. ibid. 2, 5. 2.) *.

Κακουχέω, ῶ, (ex κακῶς ἔχω) *male habeo, vexo, affligo.* — Κακουχούμενοι, qui affliguntur, vexantur, Hebr. 11, 37. 13, 3. (LXX pro עָנָה 1 Reg. 2, 26. 11, 39 et pro eodem Aquila Exod. 22, 22. Iob. 37, 23. — κακουχία, Aquila Deut. 16, 3 et Ps. 9, 14 pro hebr. עֳנִי.) *.

Κακόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ἐκάκωσα, (a κακός) κακὸν ποιέω, 1) de statu externo: *affligo, malis premo, vexo*, τινά, Act. 7, 6. 19. 12, 1. 18, 10. 1 Petr. 3, 13. (Exod. 23, 9. Gen. 15, 13. Hom. Iliad. 11, 690. Ioseph. ant. 3, 11. 3 κακωθέντες λέπρᾳ. bell. 4, 4. 6 κακοῦσθαι τοῖς ὑετοῖς.) — 2) de animo: (tristitia affligo; κακοῦν τὴν ψυχήν de ieiunantibus, Num. 29, 7. κακ. τὴν ψυχὴν ἐν νηστείᾳ, Test. XII patr. p. 536.) — *exacerbo, irrito*, Act. 14, 2 ἐκάκωσαν τὰς ψυχάς. (Ps. 106, 32 ubi cum παροργίζειν commutatur. Ioseph. ant. 16, 1. 2 κακοῦν (Herodem) καὶ τῆς εὐνοίας ἧς εἶχεν εἰς τοὺς παῖδας ἀφαιρεῖν. ib. 16, 7. 3 et 8. 6. Test. XII patr. p. 536 [κατὰ] τὰ ἥπατά μου κακοῦμαι ἐγώ, hoc male me habet.) *.

Κακῶς, (a κακός) adverb. Latinor. *male*, i. e. a) *misere;* de aegrotantibus, κακῶς ἔχειν, male se habere, valde aegrotare, Matth. 4, 24. 8, 16. Marc. 1, 32. Luc. 5, 31 et passim. — Matth. 17, 15 κακῶς πάσχει. ib. 15, 22 κακῶς (misere) δαιμονίζεται. — Locutio κακοὺς κακῶς ἀπολέσαι malos male s. misere perdere, Matth. 21, 41 i. e. penitus perdere s. delere, pro culpa sua punire. (Ioseph. ant. 2, 14. 2 κακοὶ κακῶς ἀπώλλυντο. ib. 12, 5. 4. 7, 11. 8. Sophocl. Aiax flag. 1409 κακοὺς κακῶς φθείρειαν. Cebet. tab. 21 ἀπόλλυται κακὸς κακῶς.) — b) *male;* de conviciis, infaustis verbis; Act. 23, 5 οὐκ ἐρεῖς κακῶς, ne maledicas, conviciis petas. (Exod. 22, 28 pro אָרַר. Ies. 8, 21. Pro קִלֵּל Levit. 20, 9. 1 Macc. 7, 42.) — c) *male*, i. e. contumeliose, irreverenter; Iac. 4, 3 κακῶς αἰτεῖσθαι. Io. 8, 23 εἰ κακῶς ἐλάλησα. (Hom. Iliad. 1, 25. Sap. 14, 30 κακῶς φρονεῖν περὶ θεοῦ. Ioseph. c. Apion. κακῶς δοξάζειν περὶ θεῶν.)

Κάκωσις, εως, ἡ, (a κακόω) *aerumna, miseria.* Semel Act. 7, 34. (Ps. 18, 18. Exod. 3, 7. Iob. 31, 29. Sap. 3, 2.)

Καλάμη, ης, ἡ, (quod putant ortum esse ex καλός et ἀμάω, colligo) culmus, der Halm (ὁ στάχυς τοῦ σίτου, interprete Suida); — *stipula, stramen.* (Ies. 17, 6. Exod. 15, 7. Ioel. 2, 5. Hom. Od. 14, 214.) — Semel 1 Cor. 3, 12 ubi καλάμη de stipula cum luto mixta s. potius de luto, cui immixta est stipula.

Κάλαμος, άμου, ὁ, *calamus*, Rohr, item quod ex calamo fabricatur; — a) *arundo*, hebr. קָנֶה Matth. 11, 7. 12, 20. (Ies. 42, 3.) Luc. 7, 24. (1 Reg. 14, 15. Iob. 40, 21.) — b) *baculus* ex arundine factus, Rohrstab, Matth. 27, 29, 30. Marc. 15, 36. Sic etiam Matth. 27, 48. Marc. 15, 19 ubi alii de calamo aromatico malunt cogitare (ut Ioseph. ant. 3, 8. 3 κινναμώμου καὶ καλάμου). — c) *calamus mensorius, virga geometrica*, Apoc. 11, 1. 21, 15. 16. (Ezech. 40, 3 — 6. 42, 16 — 19.) — d) *decempeda, calamus scriptorius*, 3 Io. v. 13. (Ps. 45, 2. Thom. Mag. κάλαμος· ἐπὶ γραφίδος, οὐ δόναξ. coll. Plin. hist. nat. 17, 14. Eodem modo LXX Ier. 8, 8 σχοῖνος.) *.

Καλέω, ῶ, fut. έσω, aor. 1. ἐκάλεσα, perf. κέκληκα, particip. perf. pass. κεκλημένος, aor. 1. pass. ἐκλήθην, fut. 1. pass. κληθήσομαι, Latinor. *calo, voco*, hebr. קָרָא, 1) *voco*, Io. 10, 3 καλεῖ κατ᾽ ὄνομα. (Ies. 43, 1 ἐκάλεσά σε τὸ ὄνομά σου.) — Saepius usurpatur ita, ut notio quaedam adiuncta sit; a) voco aliquem ut faciat aliquid, *voco, postulo*, Hebr. 11, 8. (4 Macc. 3, 19 ὁ καιρὸς ἡμᾶς καλεῖ.) — b) voco ut veniat; *ad me voco, accerso*, Matth. 2, 7. 15. 4, 21. Marc. 1, 20. Luc. 19, 13 et passim. (1 Macc. 1, 6.) — *voco in iudicium, cito, provoco*, Act. 4, 18. 24, 2. — *voco ad convivium, invito*, Matth. 22, 3 — 9. Luc. 7, 39. 14, 7 — 24. Io. 2, 2. 1 Cor. 10, 27. Apoc. 19, 9. (Esth. 5, 12. 2 Sam. 13, 23. Ioseph. ant. 6, 4. 1.) — In N. T. saepissime dicitur de iis, qui *ad regnum Dei eiusque felicitatem invitantur*, Matth. 9, 13. Marc. 2, 17. Luc. 5, 32. Rom. 8, 30. 9, 24 sq. Gal. 1, 6. Eph. 4, 1. 4. 1 Thess. 2, 12. 5, 24. Hebr. 9, 15. 1 Petr. 2, 9. — item ad societatem christianam, 1 Cor. 1, 9. 7, 15 — 24. Gal. 5, 13. Quibus in locis, quum invitatio pendeat a Dei voluntate, inest simul notio *destinandi*, quae, ubi Deus dicitur vocare aliquem ad aliquid, haud raro potior est. Sic Matth. 22, 3 καλέσαι τοὺς κεκλημένους, invitare eos, quibus regnum a Deo destinatum est. — Similiter vocare ad munus, Gal. 1, 15. — ad salutem, pietatem, Col. 3, 15. 1 Thess. 4, 7. 2 Thess. 2, 14. 1 Petr. 1, 15. 2, 21. 1 Tim. 6, 12. — Quum Deus verbo (Gen. 1. Ps. 33, 6. 9) creare dicatur in V. T., καλέω — 2) Deo tribuitur ita ut sit: voco ut sit, *iubeo esse*, ut nostri: *zum Dasein, ins Dasein rufen*. Rom. 4, 17 τοῦ καλοῦντος (2 Macc. 7, 28 ἐποίησεν) τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. cf. Ies. 41, 4 τίς ἐποίησε ταῦτα; ἐκάλεσεν αὐτὴν (δικαιοσύνην, v. 2) ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχῆς. ib. 48, 13. coll. 2 Reg. 8, 1 κέκληκε κύριος λιμόν. Ies. 22, 12. Sap. 11, 26 πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι εἰ μὴ σὺ ἠθέλησας; ἢ τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη; Philo de creat. p. 728 τὰ μὴ ὄντα ἐκάλεσεν εἰς τὸ εἶναι. — 3) *nomino*; et quidem a) de *nomine* ipso: *nomino, nomen indo*, Matth. 1, 21. 23. 25. 27, 8. Luc. 1, 59 et saepissime. — *Καλεῖσθαι ἔν τινι*, nomen ab aliquo accipere, hebr. נִקְרָא seq. בְּ, Rom. 9, 7 ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, i. e. posteri tui Isaacidae vocabuntur. Hebr. 11, 18. Gen. 21, 12. — Etiam *cognomino*, Matth. 2, 23. [10, 25 ubi *Griesb.* ἐπεκάλεσαν]. Luc. 6, 15. 8, 2. coll. 2 Macc. 10, 12. 1 Macc. 3, 1. Ioseph. bell. 1, 1. 1 Ἀντίοχος ὁ κληθεὶς Ἐπιφανής. — b) de eo, quod alicui tribuitur, *appello*, Matth. 22, 43 κύριον καλεῖ. ib. v. 45. 23, 9. 10. Luc. 1, 36. 6, 46. 20, 44. 22, 25. Act. 14, 12. 1 Petr. 3, 6. Apoc. 19, 11. — *saluto*, Matth. 23, 7 καλεῖσθαι ῥαββί. ib. v. 8. — Passivum καλέομαι, *vocor, appellor*, i. e. *habeor aliquis, sum*, videlicet ex aliorum sententia. Matth. 5, 19 ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. 21, 13. Marc. 11, 17. (Ies. 56, 7.) Luc. 1, 76. 2, 23. 15, 19. 1 Cor. 15, 9. Hebr. 3, 13. Matth. 5, 9. Iac. 2, 23. Hos. 1, 10. Fortasse etiam Act. 8, 10 ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ καλουμένη μεγάλη. (Vid. e V. T. Ies. 4, 3. 19, 18. ibid. 49, 6 μέγα σοί ἐστι, τοῦ κληθῆναί (hebr. הֱיוֹתְ) σε παῖδά μου. Sir. 5, 14 μὴ κληθῇς ψίθυρος.)

Καλλιέλαιος, ου, ἡ, (ex κάλλος et ἐλαία) *olea bona, generosa* (cui opponitur ἀγριέλαιος, quod vid.), (Aristot. de plant. 1, 6.) — Rom. 11, 24 tanquam imago populi Deo sacri (Iudaeorum) ab antiquis temporibus. (Clem. Alex. strom. 6, 15.) *.

Καλλίων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό, *melior*, comparativus adiectivi καλός, a substantivo τὸ κάλλος, pulchritudo, formatus; Sap. 14, 19. Sir. 36, 18. Ier. 18, 11. — *Κάλλιον* adverbialiter: *melius*; Act. 25, 10 ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις, ut tu quoque melius (quam alius), i. e. *optime scis*. (Eodem modo κάλλιον pro nostro: sehr gut, Homer. Odyss. 7, 159. 24, 52. coll. Pind. Py. 11, 87 κάλλιον θάνατον, einen sehr schönen Tod.) *.

Καλοδιδάσκαλος, ου, ὁ, ἡ, (ex καλός et διδάσκαλος) *honesta tradens, honestatis magister*. Semel Tit. 2, 3. (Apud profanos non legitur.)

Καλοὶ λιμένες, (καλός et λιμήν) *bonus portus, portus pulcher*; locus Cretae, insulae, in confinio Lasaeae, a nautis ita dictus, quia commodus erat ad appellendum. Act. 27, 8.

Καλοποιέω, ῶ, i. e. τὸ καλὸν s. καλῶς ποιέω, *recte facio, honeste ago*. (cf. *Lobeck*. ad Phryn. p. 199 sq.) Semel 2 Thess. 3, 13 de iis, qui honesto modo victum quaerunt. Alii: *benefacere*, coll. Gal. 6, 9. (LXX Lev. 5, 4 ubi textus vaticanus καλῶς ποιῆσαι. Etym. m. 189, 24.)

Καλός, ή, όν, LXX pro hebr. טוֹב, 1) *pulcher*, formosus, nitidus; — a) de forma externa, pulcher adspectu, Gen. 6, 2. 12, 14. Esth. 2, 3. 2 Sam. 14, 27. Saepissime apud Homerum. — b) ex adiuncto ut Latinorum *pulcher*, et nostrum *schön*, est: *praestans, eximius, laudabilis*; Matth. 26, 10 ἔργον καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ. Marc. 14, 6. — ἔργα καλά, pulchre facta, laudabilia, Matth. 5, 6. Io. 10, 32. 33. 1 Tim. 5, 10. 25. 6, 18. Tit. 2, 7. 14. 3, 8. 14. Hebr. 10, 24. 1 Petr. 2, 12. — Io. 2, 10 οἶνος, vinum praestans, nobile. Luc. 21, 5 λίθοι. 1 Tim. 1, 18 στρατεία. 3, 1 ἔργον. 6, 12. 19 θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον. 2 Tim. 1, 14 παραθήκη. 4, 7. Iac. 2, 7 ὄνομα, praestans, laudabile nomen. Iac. 3, 13 ἀναστροφή. 1 Petr. 2, 12. — *Καλόν ἐστι, pulchrum, laudabile est*, Matth. 15, 26. Marc. 7, 27. Rom. 14, 21. Gal. 4, 18. (Prov. 17, 26. Ioseph. ant. 19, 1. 1 καλῶς ἔχει.) — 2) *bonus*, i. e. bonae indolis, ita comparatus ut esse debet, bonus sua natura; — a) de rebus, Matth. 12, 33 δένδρον. Luc. 6, 43. — γῆ, terra fertilis, Matth. 13, 8. 23. Marc. 4, 8. 20. Luc. 8, 15. — σπέρμα, Matth. 13, 8. 24. 27. 37 sq. — Luc. 8, 15. Rom. 7, 16 ὁ νόμος. 1 Tim. 1, 8. 4, 6 ἡ διδασκαλία. Hebr. 6, 5. 13, 18. — b) de personis, *bonus*, nomine suo dignus, qui praestat officium; Io. 10, 11. 14 ποιμήν. 1 Tim. 4, 6 διάκονος. 2 Tim. 2, 3 στρατιώτης. 1 Petr. 4, 10 οἰκονόμοι. — c) de moribus: *bonus, honestus*, 1 Cor. 5, 6. 1 Tim. 3, 7. — καλόν, sive καλὰ ἐνώπιόν τινος, honestum, bonum iudice aliquo, Rom. 12, 7. 2 Cor. 8, 21. 1 Tim. 2, 3. [5, 4.] (Prov. 3, 4. 2 Chron. 14, 2. 31, 20. — ἔναντι θεοῦ, Deut. 6, 18. 12, 28. Num. 24, 1.) — Gal. 4, 8 ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ. — τὸ καλόν, *honestum, bonum*, Rom. 7, 18. (Sap. 10, 8.) — ποιεῖν τὸ καλόν, honeste agere, Rom. 7, 21. 2 Cor. 13, 7. Gal. 6, 9. Iac. 4, 17. (Ies. 1, 17.) — c) bonus, qui opponitur adulterino, i. e. *genuinus*, Matth. 13, 45 μαργαρίτης (nisi hic est: pretiosus, ut Gen. 27, 15 στολὴ καλή, hebr. חֲמֻדֹת). 1 Thess. 5, 21 πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, genuinum, vid. δοκιμάζω. — 3) *bonus ad usum, utilis*; καρπός, fructus bonus, utilis, quo vesci possumus, Matth. 3, 10. 7, 17 — 19. 12, 33. Luc. 3, 9. 6, 43. (Gen. 2, 9 καλὸν εἰς βρῶσιν.) — Matth. 13, 48 τὰ καλά, utiles ad vescendum pisces. Marc. 9, 50 καλὸν τὸ ἅλας, utilis res est sal. Luc. 14, 34. 1 Tim. 4, 4 πᾶν κτίσμα θεοῦ καλόν. (Sir. 14, 3. 42, 6.) Hebr. 5, 14. — *Καλόν ἐστί τινι, conducit* alicui, utile ei est; Matth. 18, 8. 9. 26, 24. Marc. 9, 42. 43. 45. 47. 14, 21. 1 Cor. 7, 1. 8. 26. 9, 15. Tit. 3, 8. (Gen. 2, 18.) — Ex adiuncto: *commodus, optabilis, desideratus*; Luc. 6, 38 μέτρον καλόν. 1 Tim. 3, 13 βαθμός. (In V. T. saepius ἐν γήρᾳ καλῷ, Gen. 25, 28. 1 Chron. 29, 28.) — καλόν ἐστι, *commodum, amoenum est*; Matth. 17, 4 καλόν ἐστιν, ἡμᾶς ὧδε εἶναι. Marc. 9, 5. Luc. 9, 33. Hebr. 13, 9. (Ion. 4, 3. Ps. 133, 1.) *.

Κάλυμμα, ατος, τό, (a καλύπτω) *tegumentum, velamen* (Hom. Iliad. 24, 93), — 2 Cor. 3, 13 de velamine, quo Moses faciem tegebat (Exod. 34, 33 sqq.). Ibid. v. 14 eodem velamine dicitur lex mosaica quasi obvoluta, ita ut eam non recte intelligant Iudaei. — Ib. v. 15 κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν κεῖται, tropice: mens ad verum videndum inepta, obcoecata. (Act. Thom. §. 34 de diabolo: οὗ καὶ τὸ κάλυμμα προηγεῖται σκότος.) *.

Καλύπτω, f. ψω, aor. 1. ἐκάλυψα, part. perf. pass. κεκαλυμμένος, 1) *operio, tego*, λύχνον σκεύει, Luc. 8, 16. (Num. 4, 9. 12.) Luc. 23, 30. (Hos. 10, 8.) — καλύπτεσθαι de navi: fluctibus tegi, i. e. *obrui, submergi*, Matth. 8, 24. (Num. 16, 33. Iob. 22, 11. Ps. 78, 53. 106, 11. coll. Exod. 15, 5. 10.) — 2) *tegumento*, vel *velamine operio, occulto*, Deut. 23, 13. — tropice: cognitioni aliorum subduco, *occulto, abscondo*, Matth. 10, 26. 2 Cor. 4, 3. — Idem est sensus verborum καλύπτειν τὰς ἁμαρτίας, velamine obtegere peccata, ne alii videant et puniant, i. e. vel: negare peccata sua, ut Ps. 32, 5. vel: *efficere ut non puniantur, veniam eorum adipisci*. Posteriori modo Iac. 5, 20. 1 Petr. 4, 8 καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν, efficiet, ut homines alia vitia multa ei ignoscant. Vid. Ps. 32, 1. 2 ubi ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι, idem est quod ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. Ps. 85, 2. Neh. 4, 5 μὴ καλ. ἐπὶ ἀνομίαν, impietatem punire. *.

Καλῶς, (a καλός) adverb. Latinor. *bene*, 1) *bene* i. e. *pulchre, belle, egregie, praestanter*; καλῶς ποιεῖν

τινι, benefacere alicui, Matth. 5, 44. 12, 12. Luc. 6, 27. (Zach. 8, 15. Zeph. 3, 20.) — Marc. 7, 37 *καλῶς πάντα πεποίηκε*, egregie totum opus peregit, videlicet et aures et linguam sanavit. Marc. 16, 18 *καλῶς ἔχειν*, bene valere, convalescere. Luc. 6, 26 *καλῶς εἰπεῖν τινα*, de aliquo honorifice loqui. Act. 10, 33 *καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος*, nostrum: du hast wohl daran gethan. 1 Cor. 14, 17 *καλῶς εὐχαριστεῖς*, tu quidem belle gratias dicis. (Ies. 23, 16. 1 Reg. 2, 18.) — ironice: *bene scilicet*, Marc. 7, 9. (Saepe apud profanos, ut Aristoph. av. 139.) — *lubentissime scilicet*, 2 Cor. 11, 4. coll. 2 Sam. 3, 13. — Ex adiuncto: *honorifice, magnifice*. Iac. 2, 3. (Tob. 14, 10 *θάψον με καλῶς*. Esth. 2, 9 *ἐχρήσατο αὐτῇ καλῶς*.) — 2) bene i. e. *recte, ut decet, honeste*, Io. 18, 23. 1 Cor. 7, 37 sq. Gal. 4, 17 *οὐ καλῶς*, non honeste, inhonesto consilio. c. 5, 7. Phil. 4, 14. Hebr. 13, 18. Iac. 2, 8. 19. 2 Petr. 1, 19. 3 Io. v. 6. — de officio: bene, i. e. *strenue, fideliter*, 1 Tim. 3, 4. 12 sq. 5, 17. (1 Macc. 8, 23.) — 3) *bene*, i. e. *apte, rei convenienter, recte*, Matth. 15, 7. Marc. 7, 6. 12, 28. 32. Luc. 20, 39. Io. 4, 17. 8, 48. 13, 13. Act. 28, 25. Rom. 11, 20. (Ier. 1, 12.) *.

Κάμηλος, ου, ὁ, ἡ, *camelus*, hebr. גָּמָל. Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. (Ioseph. ant. 1, 16. 3.) — Proverbium, quod legitur Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. Luc. 18, 25. cuius etiam mentio fit apud Rabbinos (vid. *Schoettg.* hor. hebr. *Lightfoot.* ad Matth. 19, 24. *Buxtorf.* lexic. chald. talm. p. 1722), indicat: aliquid vix, difficillime, vel etiam plane non fieri posse. — Aliud proverbium: camelos bibendo absorbere, Matth. 23, 24 dicitur de iis, qui praecepta legis gravissima facile transgrediuntur, quorumque conscientia graviter peccando nihil turbatur. cf. *Vorst.* de adagiis N. T. c. 3. p. 196 sq. ed. Leusd. et supra *Διϋλίζω*. *.

Κάμιλος, ου, ὁ, *rudens, ein Ankertau*. *Κάμιλον* exhibent codd. quidam recentiores Matth. 19, 24. Luc. 18, 25 pro *κάμηλον*. Vocem *κάμιλον* vero tantum habes apud Suidam et Scholiast. Aristoph. vesp. 130.

Κάμινος, ου, ἡ, *caminus, fornax*, et quidem fornax vel *liquatoria*, vel *figlina*, vel etiam *furnus*. (LXX כִּבְשָׁן Exod. 19, 18. כּוּר Ier. 11, 4. אַתּוּן Dan. 3, 6—26.) — Matth. 13, 42. 50. Apoc. 1, 15. 9, 2. *.

Καμμύω, aor. 1. *ἐκάμμυσα*, (ex *κατά* et *μύω*, claudo) ex seriori et vulgari dicendi ratione (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 340. *Bornemann.* ad Xenoph. cyrop. 8, 3. 28) per apocopen et literarum assimilationem factum ex *καταμύω*, intellige *ὀφθαλμούς*, quod saepe additur (vid. *Fischer.* de vitiis lex. N. T. p. 678 sq. *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alex. p. 173 sq.), *oculos claudo; conniveo.* — In N. T. bis: Matth. 13, 15. Act. 28, 27 *καμμύειν τοὺς ὀφθαλμούς*, oculos oblinere, calce obducere; hoc enim significat שָׁעַע, quod Ies. 6, 10., e quo haec deprompta sunt, legitur (LXX *τοὺς ὀφθαλμ. ἐκάμμυσαν*); sensus: veritati cognoscendae proterve adversari. (Legitur sensu translato Ies. 29, 10. Thren. 3, 44. connivendi autem significatione apud Philon. de somn. p. 589.) *.

Κάμνω, aor. 2. *ἔκαμον*, perf. *κέκμηκα*, — 1) labore defatigor; — *languesco, deficio* [Apoc. 2, 3 in text. vulg.], Hebr. 12, 3 *ἵνα μὴ κάμνητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι.* (Iob. 10, 1 *κάμνω τῇ ψυχῇ μου.* Hom. Iliad. 4, 244. Od. 12, 230. 232. Ioseph. ant. 2, 13. 4. ib. 10, 2. 1. Phil. de migr. Abr. p. 422.) — 2) *aegroto*, Iac. 5, 15. (Xenoph. mem. 1, 2, 51. Diod. Sic. 1, 25.)

Κάμπτω, f. *ψω*, aor. 1. *ἔκαμψα*, *flecto, incurvo;* quum transitive, tum intransitive: flecto me, incurvo me. In N. T. tantum in locutione *κάμπτω τὰ γόνατα* s. *τὸ γόνυ*, (apud Homer. de requiescente, Iliad. 7, 118. Od. 5, 453) et quidem de iis, qui genua flectunt, se prosternunt, ut venerentur aliquem, ubi est: religiose colere, adorare aliquem; a) transitive: *κάμπτειν γόνυ τινί*, Rom. 11, 4. (1 Reg. 19, 18) et *πρός τινα* Eph. 3, 14. — intransitive: *ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ*, mihi, in meam adorationem incurvabunt se genua, me quisque adorabit, Rom. 14, 11. (Ies. 45, 23.) — *Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει*, Phil. 2, 10 ad nomen Iesu, i. e. ubi illud auditur. *.

Κἄν, per crasin pro *καὶ ἐάν*, quare eius constructio cum verbo sequitur usum particulae *ἐάν*, quam vid. — Est autem 1) *et si, und wenn;* a) ubi in apodosi sequitur futurum, Hebr. 12, 20. Iac. 5, 15. — b) ubi in apodosi *οὐ μή* cum coniunctivo aoristi, Matth. 26, 35 *κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσωμαι* (sic enim cum opt. codd. scribendum pro *ἀπαρνήσομαι*). Marc. 16, 18 ubi *βλάψῃ* scribendum est pro vulgari *βλάψει*. — c) ubi apodosis cogitando addenda est; Luc. 13, 9 *κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν*, et si fructum fecerit, adde: parces ei. — 2) *si vel, wenn auch nur;* Marc. 5, 28 *κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι*, si vel vestimenta eius attigero, sanabor. Marc. 5, 36 *παρεκάλουν αὐτόν, ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται*, pro *ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, κἂν τοῦ ἱματίου ἅψωνται.* 2 Cor. 11, 16 *εἰ δὲ μήγε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με*, pro *δέξασθέ με, κἂν ὡς ἄφρονα δέξησθέ με.* — 3) *etiam si, auch wenn;* Matth. 21, 21 *οὐ μόνον — ἀλλὰ κἄν.* — *si etiam, etsi, wenn auch, obgleich*, Io. 8, 14 *κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου.* ibid. 10, 38. 11, 25 *ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, κἂν ἀποθάνῃ ζήσεται.* *.

Κανᾶ, ἡ, *Cana*, nom. pr. indecl. vici in Galilaea (*εἰς Κανᾶ κώμην*, Ioseph. ant. 13, 15. 1. bell. 1, 17. 5 *ἐν κώμῃ τῆς Γαλιλαίας, ἣ προσαγορεύεται Κανᾶ.* idem de vita sua §. 16.) — Io. 2, 1. 11. 4, 46. 21, 2. *.

Καναναῖος, codd. Matth. 10, 4 pro *κανανίτης*, quod vid. (Act. Thom. §. 1 *Σίμων ὁ Καναναῖος.*)

Κανανίτης, ου, ὁ, *zelotes*, ab hebr. קַנָּא (Exod. 34, 14) formatum. Cognomen Simonis apostoli, Matth. 10, 4. Marc. 3, 18. (Lucas evang. 6, 15. Act. 1, 13 rectius *ὁ ζηλωτής*. Vid. *Ζηλωτής*.)

Κανδάκη, ης, ἡ, *Candace*, nomen reginis et matribus regum Aethiopiae Iesu temporibus commune. Strabo XVII, p. 820. Plin. hist. nat. 6, 29. Dio Cass. lib. 54. p. 335. — Legitur Act. 8, 27.

Κανών, όνος, ὁ, (a *κνάω*, rodo) 1) propr. lignum recta linea tornatum et teres factum; inde funis mensorius, lingula mensoria; lignum rectum s. baculus ad regendum et metiendum, *regula*, Richtscheit, (Test. XII patr. p. 662 *σταθμῷ καὶ μέτρῳ καὶ κανόνι* [Sap. 11, 10 *ἀριθμῷ*] *πᾶσα κτίσις ὑψίστου.*) — tropice: *morum ac vitae regula, praecepta*, Gal. 6, 16. [Phil. 3, 16.] (4 Macc. 7, 21 *πρὸς τὸν τῆς φιλοσοφίας κανόνα εὐσεβῶς φιλοσοφῶν.* Euripid. Hecub. v. 602 *κανὼν τοῦ καλοῦ.* Clem. Alex. strom. 4, 3 *κατὰ τὸν κανόνα τοῦ εὐαγγελίου.*) — 2) *fines* mensura circumscripti, *limites*, spatium definitum, ut curriculum cursorum in ludis olympiacis, Pollucis onom. 3, 151. Ioseph. c. Apion. II, 17 *ὅρον ἔθηκεν αὐτὸς καὶ κανόνα τὸν νόμον*; tropice: limites provinciae demandatae, 2 Cor. 10, 13. 15. 16. *.

Καπερναούμ, ἡ, *Capernaum*, nom. pr. indecl. urbis, quae in V. T. non commemoratur, ideoque post exilium condita putatur, in N. T. autem dicitur *πόλις τῆς Γαλιλαίας* (Luc. 4, 31), describitur sita ad mare Galilaeum s. lacum Genezareth (Io. 6, 17. 24), in finibus tribuum Zabulon et Nephthalim (Matth. 4, 13), laudaturque *ὑψωθεῖσα ἕως τοῦ οὐρανοῦ* (Matth. 11, 23. Luc. 10, 15), i. e. vel florentissima, vel etiam valde superbiens. Commemoratur praeterea Matth. 8, 5. 17, 24. Marc. 1, 21. 2, 1. 9, 33. Luc. 4, 23. 7, 1. Io. 2, 12. 4, 46. 6, 59. In libris optimae notae scribitur *Καφαρναούμ*, quod praeferendum videtur, quum in *Καφάρ* hebr. כְּפַר, *pagus, villa*, lateat, et Iosephus (bell. 3, 10. 8) in descriptione regionis fertilissimae, lacum Galilaeum adiacentis, commemorat fontem uberrimum, totamque regionem largiter alentem, *Καφαρναούμ* ab indigenis appellatum. Videtur igitur aut fons a pago, aut pagus a fonte nomen accepisse. Caeterum Iosephus *urbem Καπερναούμ* vel *Καφαρναούμ* non, sed tantum semel *κώμην Κεφαρνώμην λεγομένην* (de vita, §. 72) laudat, quae Capernaum Novi Test. esse videtur.

Καπηλεύω, a *κάπηλος*, quod primum *caupo, propola*. Deinde, quia propolae, quaestus quippe cupidissimi, merces, potissimum vinum et quae ad victum pertinent, adulterare, et lucrum inhonesto modo quaerere solent (quare Siracides 26, 29 *μόλις ἐξελεῖται ἔμπορος ἀπὸ πλημμελείας, καὶ οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας*), *κάπηλος* etiam est corrumpens, quaestum inhonesto modo quaerens. Hinc *καπηλεύω* 1) cauponem, propolam ago; — 2) *vendo aliquid ita, ut quaestum inhonestum quaeram*, nimirum adulterando merces, vel alio modo. Sic 2 Cor. 2, 17 *οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοί, καπηλεύοντες* (i. e. *οὐ καπηλεύομεν*) *τὸν λόγον*, non enim, ut multi alii facere solent, cauponamur doctrinam divinam, s. cauponum more lucrum inhonestum tradenda doctrina quaerimus. (Saepius

ita apud profanos. Philo de carit. p. 707 ἑταίρα τὸ τῆς ὥρας καπηλεύσουσα. Idem legat. ad Cai. p. 1021. Tibull. 1, 9. 51 formam cui vendere cura est. Sic Ennius: *bellum cauponantes* de iis, qui ob quaestum pugnant. Vid. *Kypkius, Loesnerus* et *Wolf*. ad h. l.) *.

Καπνός, οῦ, ὁ, 1) *fumus, vapor*. Ἀτμὶς καπνοῦ, vapor fumi, Rauchdampf, Act. 2, 19. Ioel. 2, 30. — Fumus fornacis s. gehennae, Apoc. 9, 2. 3. 14, 11. (Exod. 19, 18.). ὁ καπνὸς αὐτῆς, fumus ignis, quo cruciatur, Apoc. 19, 3. Ies. 34, 10. — καπνὸς καὶ θεῖον, Apoc. 9, 17. 18. vid. Θεῖον. — fumus urbis incensae, Apoc. 18, 9. 18. — vapor τῶν θυμιαμάτων, Apoc. 8, 4. — 2) *nubes*, Rauchwolke, quae erat signum praesentiae Dei, τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, et interna templi implebat, Apoc. 15, 8. (Exod. 40, 34. 35. Lev. 16, 2. 1 Reg. 8, 10. 11. 2 Chron. 5, 13. 14. 7, 1. 2. Ies. 6, 4. coll. Exod. 24, 16.) *.

Καππαδοκία, ας, ἡ, *Cappadocia*, regio Asiae minoris, pontum Euxinum inter et Armeniam minorem, Ciliciam, Pamphyliam et Galatiam, a qua per amnem Cappadocem separatur. Act. 2, 9. 1 Petr. 1, 1. (Ioseph. ant. 1, 6. 1. ib. 16, 2. 2. bell. 4, 11. 1.) *.

Καραδοκία, ας, ἡ, *solers attentio, exspectatio*, Phil. 1, 20 in quibusdam bonis libris καραδοκίαν exhibentibus pro ἀποκαραδοκίαν, quod videatur.

Καρδία, ας, ἡ, hebr. לֵב, 1) *cor*, propr. 1 Sam. 1, 8. — tropice ex hebraismo de eo quod *in medio latet*; Matth. 12, 40 καρδία τῆς γῆς, pro κοιλία, ut etiam Sir. 51, 21 κοιλία pro καρδίᾳ, Ezech. 27, 4 ἐν καρδίᾳ θαλάσσης. Ps. 46, 2. Ion. 2, 4. — 2) *mens, animus*, quatenus est fons ac sedes cogitationum, studiorum, desideriorum, cupiditatum; a) universe, Matth. 5, 8. 13, 19. 15, 8. Marc. 4, 15 7, 6. 19. Luc. 1, 51. 6, 45 et saepissime; — b) ad cognitionem refertur, Matth. 13, 15. Marc. 8, 17. Eph. 1, 18 ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας. Ies. 6, 10. Bar. 2, 31. — c) ad sensus, Marc. 3, 5. 6, 52. Luc. 24, 32. Gen. 50, 21. — d) ad studia et appetitus, Matth. 6, 21. 9, 4. 12, 34. [35.] Marc. 7, 21. Luc. 1, 17. 12, 34. Matth. 5, 28 ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, pravo appetitu, quo trahitur, adulterii reus est. — de *voluntate*, Act. 4, 32 καρδία μία, una mens, summus voluntatis consensus (2 Chron. 30, 12). Act. 13, 22 ἀνὴρ κατὰ τὴν καρδίαν μου. 2 Sam. 7, 21. — de *conscientia*, s. sensu recti et boni, Rom. 2, 15. 1 Sam. 24, 6. 2 Sam. 24, 10. Sir. 35, 23. 37, 13 sq. — Ad hoc genus pertinent etiam locutiones: ἀναβαίνειν εἰς τὴν καρδ. τινός, animum subire, Luc. 24, 38. Act. 7, 23 ἐπὶ τὴν καρδίαν. (Ier. 3, 16. Ies. 65, 16.) — βάλλειν εἰς τὴν καρδ. τινός, consilium alicui suggerere, Io. 13, 2. Hebr. 8, 10. Apoc. 17, 17. (Nehem. 7, 5.) — τιθέναι εἰς τὴν καρδίαν s. ἐν τῇ καρδίᾳ, animo infigere, alta mente repostum habere, animo volvere, Luc. 1, 66. 21, 14. Act. 5, 4. (2 Sam. 13, 20. 33. Hagg. 2, 19.) — εἰπεῖν s. λέγειν, διαλογίζ. ἐν τῇ καρδίᾳ, secum cogitare, reputare, Matth. 24, 48. Marc. 2, 6. 8. Rom. 10, 6. Apoc. 18, 7. Luc. 3, 15. 5, 22. (Deut. 9, 4. 8, 17.) — 3) ex hebraismo a) καρδία opponitur actioni externae, indicatque aliquid peragi non invito vel fucato, sed potius *lubenti* vel *sincero animo*. Sic καρδίᾳ, *sincere*, 2 Cor. 5, 12. 1 Thess. 2, 17. ἐκ καρδίας, Rom. 6, 17. ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, Matth. 18, 35. ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ s. ἐξ ὅλης τῆς καρδ. toto animo i. e. summa sinceritate et veritate, Matth. 22, 37. Marc. 12, 30. 33. Luc. 10, 27. [Act. 8, 37.] coll. Deut. 6, 5. 26, 16. Ps. 119, 34. — b) ex hebraismo ἡ καρδία τινος, pro *homine ipso*, quatenus cogitat, sentit, appetit; Act. 14, 17 τὰς καρδίας ὑμῶν, i. e. vos. Iac. 5, 5 i. e. nos; non *ventriculos*, ut quidam voluerunt. Ib. v. 8. Rom. 16, 18 τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων i. e. τοὺς ἀκάκους. (LXX [hebr. לִבְּךָ] Gen. 18, 5. Iud. 19, 5. 16, 25. coll. Sir. 3, 26 καρδία σκληρά, homo audax. ib. 2, 12. καρδίαι δειλαί.)

Καρδιογνώστης, ου, ὁ, (ex καρδία et γνώστης, intelligens, sciens) *animum penitus cognoscens*, i. e. qui intimas hominis cogitationes eiusque studia et consilia occulta accurate intelligit. De Deo Act. 1, 24. 15, 8. (hebr. חֹקֵר לֵב LXX ἐτάζων καρδίας, Ier. 17, 10. Iob. 7, 20.) *.

Καρπός, οῦ, ὁ, hebr. פְּרִי, deducunt a κάρφω, arefacio, unde propr. fructus maturus, fructus agri siccus; 1) *fructus*, a) propr. arborum, agri, vitium etc. Matth. 3, 10. 7, 17 sqq. Luc. 3, 9. Matth. 13, 8. Luc. 12, 17. Iac. 5, 7 sq. Matth. 21, 34. 41. Marc. 4, 29. 12, 2. Luc. 20, 10. Io. 12, 24. 15, 2. 5. 1 Cor. 9, 7 et pluries. — καρπὸν ποιεῖν, Matth. 13, 26 de segete grana gignente. Luc. 8, 8. (coll. Ier. 12, 2.) — καρπὸν διδόναι, Marc. 4, 7. 8. (Ps. 1, 3) proventum dare. — καιρὸς τῶν καρπῶν, tempus vindemiae, Matth. 21, 34. — Transfertur etiam ex hebraismo ad *homines*: καρπὸς τῆς κοιλίας, *foetus*, Luc. 1, 42. καρπὸς τῆς ὀσφύος, *liberi, posteri*, Act. 2, 30. vid. Gen. 30, 2. Ps. 127, 3. 132, 11. Mich. 6, 7. Ps. 21, 10 τὸν καρπὸν αὐτῶν — τὸ σπέρμα αὐτῶν, posteros. — Adeoque ad labia et καρπὸς χειλέων (verba Prov. 12, 14) dicuntur Hebr. 13, 15 et Hos. 14, 3 *laudes*, quae Deo tanquam frugum primitiae (Hos. 10, 1) offeruntur. coll. Prov. 31, 31. 18, 20. — b) tropice, ut nostrum *Frucht, de eo, quod efficitur, quod prodit ex aliqua re*; α) i. q. ἔργον, *effectus, opus*; Matth. 3, 8 καρπὸς ἄξιος τῆς μετανοίας. ib. 7, 16. 20. Luc. 3, 8. Matth. 21, 43 ποιεῖν καρπούς, fructus gignere, τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. — καρπὸν φέρειν, fructum ferre, multa efficere ad religionis propagationem, Io. 15, 8. 16. — Gal. 5, 22 καρπὸς τοῦ πνεύματος, i. q. v. 19 ἔργα. Hebr. 12, 11. Iac. 3, 17. Eph. 5, 9 καρπὸς τοῦ φωτός. Phil. 1, 11 καρπὸς δικαιοσύνης. coll. v. 22. (Ier. 17, 10 δοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τοὺς καρποὺς τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ. Mich. 7, 13. Prov. 10, 16 ἔργα δικαίων ζωὴν ποιεῖ, καρποὶ δὲ (hebr. תְּבוּאַת) ἀσεβῶν ἁμαρτίας. Sir. 11, 3 mel dicitur apium καρπός.) — Tropice dicitur fructus pietatis seri, quia fructus sunt grana, quae ipsa semina sunt novarum segetum; Iac. 3, 18 καρπὸς δικαιοσύνης σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην. (Prov. 11, 30 ἐκ καρποῦ δικαιοσύνης φύεται δένδρον ζωῆς.) — Ex adiuncto — β) *praemium, beneficium, utilitas percepta*, Rom. 1, 13 καρπὸν ἔχειν ἔν τινι. ib. 6, 21. 22. 15, 28. Phil. 4, 17. Hebr. 12, 11. — Io. 4, 36 καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον συνάγειν. (Ps. 58, 11. Prov. 19, 22. 31, 20 καρπὸν (hebr. יָד) ἐξέτεινε πτωχῷ. καρποί, *der Ertrag*, Ioseph. ant. 3, 12. 3.)

Κάρπος, ου, ὁ, *Carpus*, nomen viri, 2 Tim. 3, 14 commemorati, praeterea ignoti.

Καρποφορέω, ῶ, aor. 1. ἐκαρποφόρησα, (a καρποφόρος) 1) *fructum profero*, Marc. 4, 28. (Hab. 3, 17. Sap. 10, 7.) — 2) ut καρπός tropice de factis, sic etiam καρποφορέω est: *fructus pietatis fero, factis pietatem probo*, Matth. 13, 23. Marc. 4, 20. Luc. 8, 15. Col. 1, 10 καρποφοροῦντες ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, honesta quaeque facientes. — τῷ θεῷ — τῷ θανάτῳ, fructus colligere Deo — morti, i. e. praemiis divinis — miseria mortis dignum se reddere, Rom. 7, 4. 5. — 3) medium: semen spargo mihi, *augeor, propago me*; Col. 1, 6 τὸ εὐαγγέλιόν ἐστι καρποφορούμενον καὶ αὐξανόμενον, nuncius de Christo fructum fert et augetur, i. e. efficax est in animis hominum et propagatur latius. *.

Καρποφόρος, ου, ὁ, (a καρπός et φέρω) *frugifer, frugibus ferendis aptus*; Act. 14, 17. (Ier. 2, 21. Ps. 107, 34. Ioseph. ant. 4, 5. 1.) *.

Καρτερέω, ῶ, aor. 1. ἐκαρτέρησα, (a καρτερός, fortis, potens; fortiter sustinens) *fortem me gero*; semel Hebr. 11, 27 τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε, i. e. intuens invisibilem regem, deum, quasi sibi praesentem, fortem se gessit. (Iob. 2, 9. Sir. 2, 2. 12, 15. 2 Macc. 7, 17. — Apud profanos saepe de fortitudine militum. Xenoph. hist. gr. 2, 2. 6. — καρτεροψυχία, 4 Macc. 9, 26.) *.

Κάρφος, εος, τό, (a κάρφω, contraho, sicco, arefacio) *palea, festuca, stipula*, (Gen. 8, 1. Hesych. κάρφος· ἄχυρον, χόρτος, κεραία ξύλου λεπτή, ξύλον λεπτὸν καὶ ξηρόν.) Matth. 7, 3—5. Luc. 6, 41. 42 ubi est imago vitii levioris. (καρφολογεῖν de adulatore apud Theophr. char. 2.) *.

Καρχηδών, όνος, ἡ, 1) *Carthago*, Ies. 23, 1. 10. — 2) *carbunculus*, Apoc. 21, 19 in codd. pro χαλκηδών.

Κατά, praepositio, (*Viger*. p. 620 et ib. *Hermann*. p. 860) quae iungitur

I) *genitivo*, ubi indicat

1) *motum e loco* superiori in inferiorem: *desuper, de, von, herab*; κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς θάλασσαν, de monte praeceps, Matth. 8, 32. Marc. 5, 13. Luc. 8, 33. (Ioseph. bell. 1, 8. 5 κατα τῶν κρημνῶν ἐῤῥίπτουν ἑαυτούς. ib. 2, 3. 3 κατὰ τοῦ τείχους κατεκρημνίζοντο. 2 Macc. 6, 10.) — Κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς, Marc. 14, 3 in caput eius effudit videlicet manu elata, ita ut de capite deflueret. (Ioseph. de bell. 2, 3. 2 „conscensis porticibus κατὰ κεφαλῆς αὐτῶν ἠφίεσαν τὰ βέλη.) — κατὰ κεφαλῆς ἔχων, velamen habens de capite dependens, 1 Cor. 11, 4. — κατὰ βάθους, in profundum sese extendens, 2 Cor. 8, 2 ἡ κατὰ βάθους πτωχεία, i. e. summa paupertas. — 2) motum per locum, die Verbreitung über eine Fläche hin; *per, durch hin*; Luc. 4,

14 φήμη ἐξῆλθε καθ' ὅλης τῆς περιχώρου. c. 23, 5 διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας. Act. 9, 31. 42. 10, 37. (2 Macc. 3, 17 τὸ κατὰ καρδίας ἐνεστὸς ἄλγος. Ioseph. bell. 4, 9. 7 τὸ κατὰ νώτου, regiones a tergo. Id. ant. 14, 15. 1 ὑπολείπειν κατὰ νώτου, a tergo relinquere.) — 3) motum versus aliquid, die Richtung auf etwas hin; sensu hostili: *adversus, contra, in, in damnum;* Matth. 5, 11. 23. 10, 35. 12, 14. 25. 30. 32. 26, 59. Marc. 3, 6. 9, 40. 11, 25. 14, 55 sqq. Luc. 9, 50. 11, 23. 23, 14. Io. 18, 29. Act. 4, 26. 6, 13. 14, 2. 19, 16 ἴσχυσε κατ' αὐτῶν, praevaluit illis. c. 25, 3 κατ' αὐτοῦ, in Pauli damnum. c. 27, 14. Rom. 11, 2. 1 Cor. 4, 6. 2 Petr. 2, 11. Iud. v. 15 ποιεῖν κρίσιν κατὰ πάντων. — et passim. (Iob. 9, 7. 12, 14. 13, 26. 33, 10. Ioseph. ant. 4, 2. 3 αἱ κατ' Ἀαρῶνος διαβολαί. Idem de bell. 1, 31. 1 et c. 32, 7. Etiam in bonam partem Test. XII patr. p. 641 εὐσπλαγχνία κατὰ παντὸς ἀνθρώπου. Sap. 12, 12 ἔκδικος κατὰ ἀδίκων, in gratiam improborum. Item apud profanos.) — 4) In *formulis iurandi, asseverandi* κατά τινος, apud profanos (Demosth. 553, 17. 554, 23) et nostros, est: *per* aliquem, vel quia manus superimponebatur rei, in testimonium vel pignus veritatis adhibitae, vel, ubi legitur κατὰ θεοῦ, quia Deus quasi de coelo in terram vocabatur vel testis veritatis vel ultor mendacii. Matth. 26, 63 ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ. — Hebr. 6, 13. 16. Nec aliter 1 Cor. 15, 15 ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ θεοῦ, per Deum testati sumus. (Iudith. 1, 12 ὤμοσε κατὰ τοῦ θρόνου. Ies. 45, 23 κατ' (hebr. ב) ἐμαυτοῦ ὀμνύω. Amos. 4, 2. 2 Chron. 36, 13.)

II) *cum accusativo*, et refertur

1) ad *locum*, et dicitur a) de *motu* in locum, per locum, versus aliquid, *in, per, versus; durch hin, bei hin, gegen hin;* Luc. 8, 39 καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων. 9, 6 κατὰ τὰς κώμας διήρχοντο. 15, 14 ἐγένετο λιμὸς κατὰ τὴν χώραν. Act. 5, 15 κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν. 8, 1. 3. 36. 16, 7. 27, 7. Luc. 22, 22 ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον, progreditur ad fatum, ad mortem sibi a Deo destinatam. (Alii κατά hic vertunt *ex*.) ib. 10, 32 γενόμενος κατὰ τὸν τόπον. Act. 16, 7. Phil. 3, 14 κατὰ σκοπὸν διώκω. (Levit. 4, 6. Ioseph. ant. 5, 5. 4 τὸν ὑετὸν κατὰ πρόσωπον ἤλαυνε τῶν Χαναναίων ἄνεμος.) — Tropice βλέπειν κατά τι, de situ, s. regione, in quam aliquid spectat, Act. 27, 12 λιμένα βλέποντα κατὰ Λίβα. Vid. Βλέπω, 1. a. — b) sine notione motus, de spatio per quod aliquid extenditur; *per, durch hin,* Act. 11, 1 οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, per Iudaeam. 13, 1 κατὰ τὴν (ἐκεῖ) οὖσαν ἐκκλησίαν, per coetum christianorum Antiochenum. 15, 23 τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν ἀδελφοῖς. v. 36. 21, 21 τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη Ἰουδαίους. 22, 19 κατὰ τὰς συναγωγάς. 24, 14 κατὰ τὸν νόμον, per volumen legis. 26, 3 τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν, der durch das jüdische Volk herrschenden Sitten. (Ioseph. de bell. 1, 7. 6 τὸ κατὰ τὴν χώραν πλῆθος. ib. 2, 4. 2 κατὰ τὴν Περαίαν. ib. 3, 9. 5. 2 Macc. 1, 1 οἱ κατ' Αἴγυπτον Ἰουδαῖοι.) — κατὰ τὴν ὁδόν, in itinere, Luc. 10, 4. Act. 25, 3. 26, 13. — de situ locorum: *ad, praeter, daran hin, längs;* Act. 2, 10 Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, i. e. Libyae Cyrenaicae. c. 27, 2 τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους πλεῖν, loca secundum Asiae oram legere. ib. v. 5 τὸ πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν διαπλεύσαντες. — κατ' ἰδίαν (ὁδὸν s. χώραν), loco separato, seorsim, vid. Ἴδιος. — Καθ' ἑαυτόν, Act. 28, 16 solus, privatis in aedibus. — c) de *loco metaphorico: gegen einen hin, vor einem,* Rom. 8, 27 τὸ πνεῦμα κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει, propr. in conspectum Dei venit ut deprecetur, i. e. coram Deo. Act. 25, 16. Gal. 3, 1 οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς προεγράφη, quorum oculis descriptus est, i. e. qui ante oculos habent etc. ib. 2, 11 κατὰ πρόσωπον, in faciem, i. e. palam. κατὰ πρόσωπόν τινος, in conspectu alicuius, i. e. *coram aliquo,* Luc. 2, 31 κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν ἡτοιμάσας. Act. 3, 13. 2 Cor. 10, 1 ὃς κατὰ πρόσωπον (ὑμῶν) μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαῤῥῶ, in vestro conspectu, i. e. apud vos versans. ib. v. 7 τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. (Iob. 33, 5. Esth. 2, 11. Lev. 8, 9.) — Rom. 14, 22 καθ' ἑαυτὸν ἔχειν, sibi habere, aliis non obtrudere. (Ioseph. ant. 3, 12. 2 κατὰ νοῦν ἔχειν.) Iac. 2, 17 νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν, per se (si est sine operibus) mortua est. cf. *Loesneri* observatt. e Philone ad h. l. — Praeposito articulo κατά cum pronomine personali apud seriores scriptores pro pronomine possessivo; Act. 17, 28 οἱ καθ' ὑμᾶς ποιηταί, i. e. vestri poetae. ib. 18, 15 νόμος ὁ καθ' ὑμᾶς. Rom. 1, 15 τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, mea animi propensio. Eph. 1, 15 τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν, vestram fidem. (Diod. Sic. 14, 12 τῆς κατὰ τὸν τύραννον ὠμότητος.) — Refertur

2) ad *tempus*, ubi indicat tempus, per quod vel quo aliquid est et respondet nostro: *während, um, zu,* Latinorum *tempore*, vel *per, circa;* Matth. 12, 1 κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν, illo tempore, dum antea narrata adhuc locum haberent. ib. 19, 3. (2 Macc. 12, 15. Ioseph. ant. 8, 11. 1. de bell. 1, 7. 7.) — Act. 13, 27 κατὰ πᾶν σάββατον. 15, 21. (3 Macc. 2, 19.) — Act. 14, 1 κατὰ τὸ αὐτό, uno eodemque tempore, simul. (Hesych. κατὰ τὸ αὐτό· ὁμοῦ. coll. Exod. 26, 24. 1 Sam. 11, 11.) — Act. 16, 25 κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον, media nocte, vel circa mediam noctem. ib. 17, 27. Rom. 5, 6 κατὰ καιρόν, tempore suo, a Deo praefinito. (*Fritzschius* in comment. coniungit ἔτι κατὰ καιρόν, et vertit: adhuc eo tempore, adhuc tum.) Rom. 9, 9 κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι (male verterunt multi: *post* hoc tempus, quum potius sit) eodem hoc (anni) tempore, quod nunc est, nostrum: um die jetzige Zeit, Jahreszeit werde ich wiederkommen. Repetita sunt haec verba ex LXX Gen. 18, 10 ubi legitur כָּעֵת חַיָּה. — Hebr. 1, 10 κατ' ἀρχάς, an den Anfängen der Dinge, principio rerum. (LXX Ps. 102, 26 ubi est hebr. לְפָנִים, et Ps. 119, 152 pro קֶדֶם.) Hebr. 9, 9 καθ' ὅν, videlicet καιρόν, quo tempore. Apoc. 22, 2 κατὰ μῆνα ἕκαστον. (Ioseph. ant. 6, 5. 3 κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, proximo die.) —

3) *distributive* dicitur, ita ut ordinem partium et vices indicet; a) de *loco;* κατὰ τόπους, in singulis locis, Matth. 24, 7. Marc. 13, 8. — κατὰ πόλιν, per singulas urbes, *oppidatim,* Stadt für Stadt, κατὰ κώμην, *vicatim,* Luc. 8, 1. 4. 13, 22. Act. 15, 21. Tit. 1, 5. (Ioseph. ant. 6, 5. 2.) — κατ' ὄνομα, suo quemque nomine, i. e. singulos, Io. 10, 3. 3 Io. v. 15. — Act. 2, 46 κατ' οἶκον, per domos. 5, 42. — Act. 14, 23 κατ' ἐκκλησίαν, per singulos coetus. 18, 14 κατὰ λόγον, per singulos titulos, nominatim, Punkt für Punkt. (coll. 3 Macc. 3, 14.) Hebr. 9, 5 κατὰ μέρος, per partes, Stück für Stück. (Ioseph. ant. 7, 5. 2 κατὰ χώραν, singulis in locis. Idem ant. 6, 4. 5 κατ' ἄνδρα, viritim.) — b) de tempore: καθ' ἡμέραν, quotidie, et τὸ καθ' ἡμέραν, Luc. 11, 3. 19, 47. vid. Ἡμέρα. Κατ' ἔτος, quotannis, Luc. 2, 41. vid. Ἔτος. Κατ' ἐνιαυτόν, Hebr. 9, 25. 10, 1. 3. (1 Sam. 7, 16.) Κατὰ μίαν σαββάτων, quovis primo septimanae die, quoties redit, 1 Cor. 16, 2. Καθ' ἑορτήν, quoties dies paschatos rediret, Matth. 27, 15. Luc. 23, 17. Marc. 15, 6. κατὰ καιρόν, certis vicibus, Io. 5, 4. (Iudith. 12, 7 κατὰ νύκτα.) — c) de partibus quibuscunque: καθ' ἓν ἕκαστον, singula quaeque, Act. 3, 22. 21, 19. Eph. 5, 33. Vid. Εἷς in fine. καθ' ἕν, videl. ἕκαστον, sigillatim, Io. 21, 25. κατὰ δύο ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, bini vel trini, 1 Cor. 14, 27. (κατὰ ἕξ, Ioseph. ant. 3, 6. 6. ib. 3, 7. 5 κατὰ στίχον τρεῖς.)

4) Sensu translato varie quidem dicitur et vario modo verti potest, sed ubique valet triplex illa significatio, quae est vel a) per, durch etwas hin; vel b) de, ex, von etwas her; vel c) versus, gerichtet auf etwas hin. — Nimirum dicitur

a) de *modo* et de *ratione*, qua aliquid est, ut indicet *die Art, Weise, Beschaffenheit,* germanicum *nach* (oder *auf*) *Art, auf — Weise;* κατ' ὄναρ, Traumweise, in somnio, i. e. ut imago in somnio oblata, Matth. 1, 20. 2, 12. 13. — Marc. 1, 7 κατ' ἐξουσίαν, potenter, auf kräftige Weise. Luc. 10, 31 κατὰ συγκυρίαν, casu, forte, zufälliger Weise. Act. 3, 17 κατ' ἄγνοιαν, unwissender Weise, inscii, per ignorantiam. Act. 19, 20 κατὰ κράτος, potenter. Rom. 3, 5 κατὰ ἄνθρωπον, hominum more, in oder nach menschlicher Weise. 1 Cor. 3, 3. — Rom. 4, 4 ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ut gratia, nach Art einer Gnadenerweisung, ἀλλὰ κατὰ ὀφείλημα. ib. v. 16. Rom. 7, 13. vid. Ὑπερβολή. — Rom. 10, 2 ζῆλον θεοῦ ἔχουσι, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, nicht in verständiger Weise, ut homines bene intelligentes. 1 Cor. 2, 1. vid. Ὑπεροχή. c. 7, 6 τοῦτο λέγω κατὰ συγγνώμην οὐ κατ' ἐπιταγήν, indulgens, non praecipiens, Indultsweise, nicht Befehlsweise. c. 14, 39 κατὰ τάξιν, ex ordine. 2 Cor. 8, 8 κατ' ἐπιταγήν. ib. 11, 21. vid. Ἀτιμία. Gal. 4, 28 κατὰ Ἰσαάκ, eo modo quo Isaacus, nach Isaaks Art und Weise. Eph. 6, 6 κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, augendienerischer Weise. Phil. 2, 3. 3, 6. 4, 11. 1 Tim. 5, 21 κατὰ πρόσκλισιν, in der Weise der Vorliebe. Philem. v. 14 μὴ κατὰ ἀνάγκην, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. 1 Petr. 3, 7. (Hom. Iliad. 8, 12 κατὰ κόσμον, decore.) — Act. 25, 23 οἱ κατ' ἐξοχὴν ὄντες, proceri. Rom. 11, 21. 24 οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι, rami naturales, die Zweige nach natürlicher Art. — Porro dicitur

b) de *norma, regula, lege;* de *ratione exemplo;*

ubi verti potest: *ex, secundum, convenienter, accommodate ad, in similitudinem, ad exemplum;* nostrum: *nach; etiam gemäss, angemessen;* Matth. 2, 16 κατὰ τὸν χρόνον, secundum rationem temporis. 9, 29 κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν. ib. 16, 27. 25, 15. Marc. 7, 5. Luc. 1, 9 κατὰ τὸ ἔθος. ib. v. 18 κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, unde hoc cognoscam. (Gen. 15, 8.) Luc. 2, 22. 24. 27. 29. Act. 13, 22. 23. 23, 3. Rom. 2, 2 κατὰ ἀλήθειαν, veritati congruum. ib. v. 5. 8, 28. 9, 11. 11, 5. 14, 15. 15, 5. 1 Cor. 3, 8. 10. 2 Cor. 8, 3. 11, 17 κατὰ κύριον, secundum Dominum, eius voluntati convenienter. Gal. 2, 2 κατὰ ἀποκάλυψιν, secundum revelationem a Domino mihi factam. (Num. 24, 1. 2 Chron. 23, 8. Esdr. 6, 9. Sap. 6, 4. Sir. 25, 16. 2 Macc. 6, 11. Ioseph. ant. 4, 6. 10 τὸ κατὰ θεὸν βιοῦν.) — Matth. 23, 3 κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, nach dem Beispiel ihrer Handlungen, ad exemplum actionum eorum. — κατὰ τ' αὐτά (text. vulg. κατὰ ταῦτα), secundum hoc, i. e. simili modo, Luc. 6, 23. 26. 17, 30. — Eph. 4, 24 ἄνθρωπον, τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα. Hebr. 8, 9 οὐ κατὰ τὴν διαθήκην. — Καθ' ὅσον, vid. Ὅσος. — Καθ' ὃν τρόπον, quemadmodum, Act. 15, 11. 27, 25. (cf. LXX Iob. 1, 8. 2, 3. 9, 32 ubi כְּמוֹ, et Iob. 42, 15. Thren. 1, 12 ubi כְּ. Sir. 17, 3.) — Denique dicitur

c) de *scopo* vel *fine*, von der *Richtung auf etwas;* et quidem est α) *ratione habita alicuius rei,* ubi verti potest: *quod attinet ad, si id respicis, eius rationem habes,* nostrum: *in Hinsicht auf, in Beziehung auf;* Matth. 19, 3 κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, quacunque de causa, propr. in Hinsicht auf jede Ursache. (Ioseph. ant. 4, 8. 23 ἢ δι' ἔρωτα καὶ κάλλος, ἢ κατ' ἄλλην αἰτίαν. coll. Sir. 29, 19.) Rom. 1, 3 κατὰ σάρκα, si respicis τὴν σάρκα. ib. 4, 1. 9, 3. 5. — Rom. 7, 22 κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, quod attinet ad hominem internum. (Ioseph. de bell. 1, 30. 3 κατὰ τοῦτο, quod ad hanc rem attinet. ib. 4, 4. 3 κατ' ἐμαυτόν, quod ad me attinet.) — Τὰ κατά τινα, quae ad aliquem spectant, res eius, Act. 24, 22. 25, 14. Eph. 6, 21. Phil. 1, 12. Col. 4, 7. — Κατὰ πάντα, in jeder Beziehung, in omnibus ac singulis, omnino, Act. 17, 22. Col. 3, 20. 22. Hebr. 2, 17. 4, 15. (Sap. 19, 22.) — Rom. 3, 2 κατὰ πάντα τρόπον, quavis ratione. 2 Thess. 2, 3 μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ulla ratione. — β) de fine et consilio, nostrum *für, zu;* Io. 2, 6 κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, ut inservirent lotionibus ex Iudaeorum more. (Alii κατὰ τ. κ. vertunt: ex more purificationis.) 2 Cor. 7, 9 ἐλυπήθητε κατὰ θεόν, für Gott, i. e. ut ad Deum adduceremini. ib. v. 10 ἡ κατὰ θεὸν λύπη, λύπη ad Deum animum ducens. ib. v. 11. 1 Tim. 6, 3 ἡ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλία, doctrina ad pietatem ducens, pietatem inspirans. 2 Tim. 1, 1 κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς, ad tradendam promissionem vitae, zum Behuf der Verkündigung. Tit. 1, 1 κατὰ πίστιν, ad fidem excitandam. Ibid. ἀλήθεια ἡ κατ' εὐσέβειαν, veritas ad pietatem ducens. (Ioseph. ant. 3, 11. 4 κατὰ τὴν τιμὴν τοῦ θεοῦ τοῦτο ποιῶν, in honorem Dei hoc faciens. Idem de bell. 4, 8. 4 καθ' ἱστορίαν, visendi gratia. et ant. 2, 9. 5 κατὰ θεωρίαν, spectatum. Thuc. 6, 31. *Viger.* p. 632.) — In compositione verborum indicat: 1) de, in, per; nostrum: herab, nieder, auf, hin; — 2) versus, contra; — 3) auget notionem verbi, nostrum: *zer — ver — um — er —.*

Καταβαίνω, f. βήσομαι, aor. 2. κατέβην, imperat. κατάβα vel κατάβηθι, perf. καταβέβηκα, (ex κατά et βαίνω) hebr. יָרַד, 1) gradior e loco superiori in inferiorem, *descendo,* hinabschreiten, herabsteigen, ἀπὸ τοῦ ὄρους, Matth. 8, 1. Marc. 9, 9. ἐκ Matth. 17, 9. (Exod. 19, 14. 32, 1. 15.) ἀπὸ τοῦ πλοίου, Matth. 14, 29. vid. etiam Matth. 24, 17. 27, 40. Luc. 18, 14. 19, 5. 6. Act. 8, 38. Io. 5, 7. — Hinc: *iter facio e loco superiori in inferiorem, venio de, descendo;* v. c. ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, Marc. 3, 22. Luc. 10, 30. Io. 2, 12. Act. 7, 15 et saepius. — Semel Act. 8, 26 de via ipsa, καταβαίνουσα ἀπὸ Ἱερουσαλ. εἰς Γάζαν, ducente Hierosolymis Gazam. (cf. יָרַד Prov. 7, 27 ubi LXX ὁδοὶ κατάγουσαι εἰς. et Ezech. 47, 15 θαλάσσης τῆς καταβαινούσης, hebr. דֶּרֶךְ.) — 2) sine notione gradiendi, de iis, quae non gradiuntur, sed feruntur, ut Latinor. *descendo,* est simpliciter: *venio de, deferor, delabor;* — καταβ. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, de divinis naturis de coelo venientibus, Io. 3, 13. 5, 4. 6, 33. 38 — 54. Act. 14, 11. Apoc. 3, 12. 10, 1. 12, 12. 18, 1. 20, 1. — Matth. 3, 16. Marc. 1, 10. Luc. 3, 22. Io. 1, 32 sq. 6, 4. Act. 7, 34. — de aliis rebus de coelo delabentibus, ut imbre, Matth. 7, 25. 27. (Num. 11, 9.) — igne, Luc. 9, 54. Apoc. 13, 13. 20, 9. — vase, Act. 10, 11. 11, 5. (Notandum est, constanter dici in N. T. καταβ. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, et non nisi Luc. 9, 54. 1 Thess. 4, 16. Dan. 4, 10 legi ἀπό. Ioseph. ant. 2, 16. 3 ὄμβροι ἀπ' οὐρανοῦ κατέβαινον.) — καταβ. ἀπὸ τοῦ πατρός, Iac. 1, 17 coelitus donantur. (Ies. 63, 14 κατέβη πνεῦμα παρὰ κυρίου.) — Luc. 8, 23 κατέβη λαῖλαψ de coelo, vel de littore in mare. — Luc. 22, 44 θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες, delabentes de facie. (Sir. 32, 15 δάκρυα ἐπὶ σιαγόνα καταβαίνει.)

Καταβάλλω, aor. 1. pass. κατεβλήθην, (ex κατά et βάλλω) 1) *deiicio,* Apoc. 12, 10. coll. v. 13. Sir. 14, 18. — *humi prosterno,* 2 Cor. 4, 9 καταβαλλόμενοι, humi prostratus, imagine deducta ab athleta vel pugnatore. (etiam occido, 2 Reg. 19, 7. Ier. 19, 7. — destruo, 2 Sam. 20, 15.) — 2) medium: *construo, fundamenta iacio;* Hebr. 6, 1 θεμέλιον καταβαλλόμενοι. Ioseph. ant. 15, 11. 3 ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους, καταβαλόμενος ἑτέρους. ib. 8, 5. 1. 2 Macc. 2, 13 καταβαλλόμενος βιβλιοθήκην. cf. Καταβολή. *.

Καταβαρέω, ῶ, aor. 1. κατεβάρησα, (ex κατά et βαρέω) 1) pondere imposito deprimo; — 2) *molestus sum, molestiam facio.* 2 Cor. 12, 16. (Sic καταβαρύνω 2 Sam. 13, 25. Sir. 8, 15. 1 Tim. 5, 6. 16. coll. Polyb. 18, 4. 4.) *.

Καταβαρύνω, (ex κατά et βαρύνω) i. q. καταβαρέω. Semel Marc. 14, 40 in codd. καταβαρυνόμενοι pro βεβαρημένοι. Vid. Βαρέω. (Ioel. 2, 8. 2 Sam. 14, 26.)

Κατάβασις, εως, ἡ, (a καταβαίνω) 1) descensio, descensus, i. e. actus descendendi; — 2) *locus, via, qua descenditur,* Luc. 19, 37 ἐγγίζοντος αὐτοῦ πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους, quum ad locum montis, ubi descensus erat, appropinquaret. (Ezech. 48, 1 [hebr. דֶּרֶךְ]. Ios. 10, 11 ἐπὶ τῆς καταβάσεως Ὡρωνίν. ibid. 8, 24. Mich. 1, 4. 1 Macc. 3, 24.) *.

Καταβιβάζω, fut. 1. pass. καταβιβασθήσομαι, (ex κατά et βιβάζω, scandere facio) descendere facio (LXX הוֹרִיד Iud. 7, 5); *deiicio, detrudo* — ἕως ᾅδου, sub tartara, Matth. 11, 23. Luc. 10, 15. — (εἰς ᾅδου Ezech. 31, 16. εἰς ἀπώλειαν ib. 28, 8.) *.

Καταβολή, ῆς, ἡ, (a καταβάλλω) 1) deiectio, das Niederlegen, Einsenken; de semine, Hebr. 11, 11 Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος (virilis) ἔλαβε, vim consecuta est ad iniectionem s. depositionem seminis in matrice; sensus: ad concipiendum. Alii: facultatem accepit, ut fundamentum foedus poneret; sensu non mutato. (Sic Philo de opif. mundi p. 30 B. αἱ καταβολαὶ τῶν σπερμάτων, semina iacta, de semine animalium et plantarum. Marc. Antonin. 4, 36 σπέρματα τὰ εἰς γῆν ἢ μήτραν καταβαλλόμενα. Similiter ῥίζας βάλλειν, radices agere in profundum, Hos. 14, 6. Ier. 17, 8.) — 2) *fundatio, structura,* de aedibus, 2 Macc. 2, 30. — In N. T. καταβολὴ κόσμου, mundi creatio, mundus conditus, Matth. 13, 35. 25, 34. Luc. 11, 50. Io. 17, 24. Eph. 1, 4. Hebr. 4, 3. 9, 26. 1 Petr. 1, 20. Apoc. 13, 8. 17, 8. *.

Καταβραβεύω, (ex κατά et βραβεύω, quod vid.) proprie: brabeo vel certaminis praemio indignum pronuntio aliquem; *palma fraudo;* Col. 2, 18 μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, nemo eripiat vobis praemia futura, nimirum abducendo vos a veritate. — Alii: insidiose circumveniat, iudicis partes sibi arroget in vos; alii: damnet vos, ut legatur Demosth. Mid. c. 25. vid. *Elsneri* obss. II, p. 263. *.

Καταγγελεύς, έως, ὁ, (a καταγγέλλω) i. q. ὁ καταγγέλλων, *nuncius.* Semel Act. 17, 18.

Καταγγέλλω, aor. 1. κατήγγειλα (Act. 15, 36), aor. 2. pass. κατηγγέλην (Act. 17, 13), (ex κατά et ἀγγέλλω, nuntio) *nuntio, annuntio, pronuntio, publice trado, promulgo,* ich kündige an, ich verkündige, veröffentliche; — Χριστόν, Act. 17, 3. Phil. 1, 16. 18. Col. 1, 28. — τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, Act. 13, 5. 17, 13. — Act. 4, 2 τὴν ἀνάστασιν. 13, 38 ἄφεσιν. 15, 36 τὸν λόγον τοῦ κυρίου. 16, 17 τὴν ὁδὸν σωτηρίας. 17, 23 θεόν. 26, 23 φῶς μέλλει καταγγέλλειν, futurus est nuncius lucis. Rom. 1, 8 ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται, pronuntiatur. 1 Cor. 2, 1 τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ. 9, 14 τὸ εὐαγγέλιον. 11, 26 τὸν θάνατον τοῦ κυρίου, pronuntiare ut praecones mortem domini. (Apud LXX interpretes non legitur. Polyb. 10, 24. Xenoph. anab. 2, 5. 11. Symmachus Ps. 39, 6 pro דִּבֵּר. Ioseph. ant. 3, 8. 6 κατήγγελεν ἑορτήν.) *.

Καταγελάω, ῶ, 3. pers. plur. imperf. κατεγέλων,

(ex κατά et γελάω) *derideo, ludibrio habeo;* seq. genitivo Matth. 9, 24. Marc. 5, 40. Luc. 8, 53. (Iob. 5, 22. 21, 3. Prov. 17, 5. 30, 17.) *.

Καταγινώσκω, partic. perf. pass. κατεγνωσμένος, (ex κατά et γινώσκω) 1) observo, noto aliquid, et quidem aliquid, quod alteri dedecori est; etwas abmerken. Sic Prov. 28, 11 ubi in textu hebr. חָקַר. — 2) καταγ. τινός, statuo contra aliquem, *reprehendo;* et ex adiuncto: *accuso;* 1 Io. 3, 20. 21. (Sir. 14, 2 μακάριος ἀνὴρ οὗ οὐ κατέγνω ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Test. XII patr. p. 681 δίκαιος αἰδεῖται ποιῆσαι ἄδικον, οὐχ ὑπὸ ἄλλου καταγινωσκόμενος, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς ἰδίας καρδίας. ib. p. 536 καταγινώσκει τῶν ἀγαπώντων αὐτόν. vid. etiam p. 734. Deut. 25, 1. Sir. 19, 5. Ioseph. ant. 4, 1. 1.). — Gal. 2, 11 κατεγνωσμένος ἦν, accusatus erat; conquesti fuerant de Petro Christiani e gentilibus apud Paulum. Alii, ut Petri auctoritati succurrant, vertunt: reprehen*dendus;* quorum commentum refutavit *Winer*. Gramm. p. 325 sq.

Κατάγνυμι, f. κατεάξω [Matth. 12, 20. LXX Ies. 42, 3 συντρίψει; legitur fut. cum augmento etiam apud Symmach. Ps. 48, 7 κατεάξεις, LXX συντρίψεις, et additum est augmentum, ut distinguatur a κατάξω, futuro verbi κατάγω], aor. 1. κατέαξα, aor. 2. pass. κατεάγην [Io. 19, 31 κατεαγῶσιν, pro quo Thomas Mag. p. 448 ed. Bern. scribi vult κατεάγωσιν, coni. perf. 2. κατέαγα. Servant aoristi huius verbi augmentum, indicativi etiam in modis ceteris, vid. *Buttmanni* Gr. ampl. II, p. 63 sq. *Wineri* Gramm. p. 68. *Rostii* Gr. p. 274], (ex κατά et ἄγνυμι, frango) *confringo.* Matth. 12, 20. Io. 19, 31. 32. 33. (Ier. 48, 25 κατεάχθη κέρας Μωάβ. Act. Thom. §. 9 κατεάξασα. Homer. Iliad. 13, 257. Odyss. 9, 283.) *.

Κατάγω, aor. 2. κατήγαγον, aor. 1. pass. κατήχθην, (ex κατά et ἄγω) 1) deorsum duco, *deduco*, Rom. 10, 6 Χριστόν, videlicet de coelo; vid. Gen. 43, 11. Ps. 31, 17. — deduco, *abduco* aliquem, vel adiecta vel omissa notione altitudinis loci e quo, Act. 9, 30. 22, 30. 23, 15. 20. 28. — κατάγειν ναῦν, *navem subduco*, de navibus, quae ex alto (ut videtur) mari ad littus s. in portum deducuntur. (Hesych. κατάγειν· ἐπὶ τὸν ναύσταθμον ἄγειν.) — 2) med. κατάγομαι, propr. subeo tectum: deverto, devenio, (παρά τινι, Ioseph. ant. 1, 19. 1. ib. 5, 2. 8. ἐπί τι, Xenoph. anab. 3, 4. 36. εἰς οἰκίαν, Xenoph. cyrop. 8, 5. 17.) — aor. 1. pass. κατήχθην, deductus sum, i. e. *deveni* (Act. Thom. §. 16 ἐν ταῖς πόλεσι τῆς Ἰνδίας κατήχθη.) — de navigantibus: propr. navi ex alto ad littus deductus sum, i. e. *appuli, deveni*, Act. 21, 3 κατήχθημεν εἰς Τύρον. c. 27, 3. 28, 12. (Anton. 3, 3 κατήχθης, appulisti. Ioseph. ant. 14, 14. 3 κατάγεται εἰς Βρεντήσιον, Brundusium appulit.) *.

Καταγωνίζομαι, aor. 1. κατηγωνισάμην, verb. depon. med. (ex κατά et ἀγωνίζομαι) in certamine vinco, ich kämpfe zu Boden; — *vinco, debello*, Hebr. 11, 33. (Ioseph. ant. 4, 6. 12. 7, 2. 2. Polyb. 2, 45. 4.) *.

Καταδέω, aor. 1. κατέδησα, (ex κατά et δέω) *obligo*, Luc. 10, 34 κατέδησε τραύματα, obligavit vulnera. (Sir. 27, 21. cf. Ezech. 30, 21. 34, 4. 16.) *.

Κατάδηλος, ον, (ex κατά et δῆλος) propr. durch alle Theile, durch und durch offenbar, *maxime perspicuus, evidens.* Hebr. 7, 15. (Xenoph. mem. 1, 4. 14. Ioseph. ant. 10, 10. 2.) *.

Καταδικάζω, aor. 1. κατεδίκασα, aor. 1. pass. κατεδικάσθην, fut. 1. καταδικασθήσομαι, (ex κατά et δικάζω, iudico, sententiam fero) *sententiam fero contra aliquem, reum facio;* Matth. 12, 37. Luc. 6, 37. (Sap. 11, 12. 15.) — (apud profanos maxime seq. genitivo personae, rarius) sequente accusativo personae; Matth. 12, 7 τοὺς ἀναιτίους. Iac. 5, 6. (Ps. 37, 33. Thren. 3, 36. Sap. 2, 20. Ioseph. ant. 7, 11. 3 τὸν Σιβαν καταδικάζειν.) *.

Καταδίκη, ης, ἡ, (ex κατά et δίκη) *sententia damnatoria, condemnatio.* Legitur Act. 25, 15 in codd. καταδίκην pro δίκην. (Ioseph. bell. 4, 5. 2. Sap. 12, 27.)

Καταδιώκω, aor. 1. κατεδίωξα, (ex κατά et διώκω) *insequor, persequor;* de hostili persecutione saepissime (ut LXX Gen. 14, 15. Exod. 14, 9 hebr. רָדַף); rarius in bonam partem: *sequor* aliquem praeeuntem, *ei me iungo;* semel Marc. 1, 36. (LXX 1 Sam. 30, 22 οὐ κατεδίωξαν μεθ' ἡμῶν. Ps. 23, 6 τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με.)

Καταδουλόω, ῶ, aor. 1. med. κατεδουλωσάμην, (ex κατά et δουλόω) *in servitutem redigo, servum facio*, 2 Cor. 11, 20. — Medium: *servum facio mihi*, Gal. 2, 4. — (Exod. 6, 5. 1 Macc. 8, 10. 18. Gen. 47, 21. Ier. 15, 14. Plutarch. Timol. 5 καταδουλωσάμενος τὴν πατρίδα. Ioseph. ant. 4, 8. 23.) *.

Καταδυναστεύω, (ex κατά et δυναστεύω, dominor) potentia utor adversus aliquem eumque vinco; *subigo, severum in aliquem imperium exerceo, severe opprimo*, Act. 10, 38 καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, subactos a diabolo. — seq. genitivo personae: subigo, opprimo, severe tracto, Iac. 2, 6. 2 Sam. 8, 11. Ezech. 18, 16. (seq. accusativo saepius, ut Exod. 1, 13. Ier. 22, 3. coll. Neh. 5, 5. Sap. 2, 10.) *.

Κατάθεμα, ατος, τό, (propr. a κατατίθημι, ut esset depositio) quod apud exteros scriptores non legitur, *Griesb.* Apoc. 22, 3 restituit pro κατανάθεμα, ex quo ortum esse videtur per syncopen aliquam vulgarem. Verba enim repetita sunt e Zach. 14, 11 ubi חֵרֶם (LXX ἀνάθεμα) res execrabilis, impura; abstractum pro concreto: *homo impurus, abominandus.*

Καταθεματίζω, ex syncope vulgari (vid. κατάθεμα) pro καταναθεματίζω, *valde execror, diris devoveo.* Semel Matth. 26, 74 ubi *Griesb.* restituit pro καταναθεματίζειν, quod putat deberi interpretamento. Vid. tamen *Fritzschii* comment. ad h. l. Caeterum nec hoc verbum apud exteros legitur.

Κατενώπιον, (ex κατά et ἐνώπιον) adverb. quod sequitur genitivus; idem quod simplex ἐνώπιον, quod vid. Est *coram, in conspectu;* a) proprie, de loco, Iud. v. 24. (Lev. 4, 17. Ios. 1, 5. 3, 7. 21, 44. 23, 9.) — b) κατενώπιον τοῦ θεοῦ, in conspectu Dei, i. e. *Deo teste,* 2 Cor. 2, 17. — *per Deum, Deum testem invoco,* 2 Cor. 12, 19. (vid. Ἐνώπιον, l. c.) — *iudice Deo, Deo volente,* Ephes. 1, 4. Col. 1, 22. *.

Κατεξουσιάζω, (ex κατά et ἐξουσιάζω) ἅπαξ λεγόμενον N. T.: *potestatem exerceo in aliquem,* seq. genitivo, Matth. 20, 25. Marc. 10, 42.

Κατεργάζομαι, aor. 1. med. κατειργασάμην, aor. 1. pass. κατειργάσθην, (ex κατά et ἐργάζομαι). Verbum depon. med. 1) *perficio, ich thue völlig, vollende;* Rom. 7, 15. 17. 18. 20. 15, 18. Eph. 6, 13 ἅπαντα κατεργασάμενοι, omnibus quae militem decent fortiter defuncti, facinoribus hominis bellatoris patratis. (Nisi hic est *prosterno,* ut Ezech. 34, 4. Ioseph. ant. 2, 4. 2. 3 Esdr. 4, 4. Xenoph. cyrop. 4, 6. 4.) — Aor. 1. passivi κατειργάσθην, *factus, peractus sum,* 2 Cor. 2, 12 τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν. (Herodot. 9, 108.) — De actionibus non honestis: *perpetro;* Rom. 1, 27 τὴν ἀσχημοσύνην. ib. 2, 9 τὸ κακόν. 1 Cor. 5, 3. 1 Petr. 4, 3. — 2) *perficio,* i. e. *efficio, ut sit, auctor sum rei, ich bringe hervor, bewirke;* Rom. 4, 15 ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. 5, 3 ὑπομονήν. 7, 8 ἐπιθυμίαν. 7, 13 θάνατόν τινι, mortem in detrimentum alicuius. 2 Cor. 4, 17. 7, 10. 11. 9, 11. Phil. 2, 12. Iac. 1, 3. 20. (Exod. 15, 17 κατοικητήριον, ὃ κατειργάσω κύριε.) — Κατεργάζομαί τινα εἴς τι, efficio, ut aliquis aliquid sit, 2 Cor. 5, 5. *.

Κατέρχομαι, aor. 2. κατῆλθον, (ex κατά et ἔρχομαι) verbum depon. *descendo, devenio,* a) proprie, Luc. 4, 31. 9, 37. Act. 8, 5 κατελθών, intellige ἀπὸ Ἱεροσολύμων. 11, 27. 12, 19. 15, 1. 21, 10. (Tob. 2, 2. Sap. 11, 22. — de redeunte, 2 Macc. 11, 29.) — seq. εἰς, Act. 13, 4. 15, 30 in codd. 18, 22. 27, 5. — seq. πρός, Act. 9, 32. — Act. 18, 5 κατῆλθον, devenerunt ex (altiori) Macedonia Corinthum. — b) metaph. Iac. 3, 15 σοφία ἄνωθεν κατερχομένη, divinitus data. Vid. Ἄνωθεν. **.

Κατεσθίω, fut. καταφάγομαι, [Io. 2, 17] de quo vid. Ἐσθίω; aor. 2. κατέφαγον (ex κατά et ἐσθίω) LXX pro אָכַל, 1) *edendo absumo, devoro;* de avibus, Matth. 13, 4. Luc. 8, 5. (Exod. 10, 15.) — de bestiis, Apoc. 12, 4. (Gen. 37, 20. 40, 17. Drac. v. 8. 9.) — Apoc. 10, 9. 10 κατεσθίειν libellum, (Ezech. 2, 10. 3, 1—3) est imago perfectae cognitionis argumenti libelli. — 2) metaphor. a) de igne: *consumo,* Apoc. 11, 5. 20, 9. (Ies. 29, 6. 30, 30. Ioel. 2, 5. Lev. 10, 2.) — de zelo, Io. 2, 17 ubi *Griesb.* καταφάγεται restituit pro κατέφαγε. (Ps. 69, 9. Ioseph. ant. 7, 8. 1 τῆς ὀδύνης αὐτὸν κατεσθιούσης. Test. XII patr. p. 538 ὁ ζῆλος αὐτὸν κατεσθίει. coll. Ier. 2, 30. 2 Sam. 18, 8.) — b) κατεσθ. τινά, vel *bona alicuius consumere,* nostrum: einen auffressen, 2 Cor. 11, 20. — vel *enecare, perdere aliquem,* Gal. 5, 15. (Ies. 9, 12 κατεσθίοντες τὸν Ἰσραήλ. Ezech. 22, 25 ψυχάς. Test. XII patr. p. 624 κατεσθίειν τὴν ἰσχύν τινος.) — c) τὰς οἰκίας τινός, devoro, i. e. vi ad me rapio, [Matth. 23, 14.] Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. — d) edendo bibendoque *dilapido, profundo,* Luc. 15, 30 ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν. (Hom. Odyss. 15, 12 μή τοι πάντα φάγωσι, κτήματα δασσάμενοι.) *.

Κατευθύνω, aor. 1. κατεύθυνα, (ex κατά et εὐθύνω) rectum facio, LXX hebr. יָשַׁר, אִשֵּׁר, — *dirigo,* 2 Thess. 3, 5 κατ. ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ. Luc. 1, 79 κατ. τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Ps. 40, 2 κατ. τὰ διαβήματα. Ps. 5, 8 τὴν ὁδόν. Prov. 23, 19

ἐννοίας τῆς καρδίας. 2 Chron. 12, 14. 19, 3. — 2) *facio ut prospere succedat*, *fortuno*; 1 Thess. 3, 11 κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς, prospere succedere iubeat iter meum ad vos. Sic κατευθύνειν etiam Ps. 101, 7. Dan. 3, 30. 6, 28. 11, 27. Sir. 29, 18. 39, 7. *.

Κατευλογέω, ῶ, (ex κατά et εὐλογέω) *valde bona apprecor*; Marc. 10, 16 ubi boni libri ηὐλόγει exhibent pro κατηυλόγει, quod *Fritzschius* in comm. probavit. (Tob. 11, 17 κατευλόγησεν αὐτήν. ib. 10, 12 ubi textus vatic. simplex εὐλογήσας habet.) **.

Κατεφίστημι, (ex κατά et ἐφίστημι) colloco contra aliquem. Medium et aor. 2. act. κατεπέστην, colloco me, i. e. *insurgo* contra aliquem, semel Act. 18, 12 κατεπέστησαν τῷ Παύλῳ. coll. Ἐφίστημι.

Κατέχω, imperf. κατεῖχον, aor. 2. κατέσχον, (ex κατά et ἔχω) 1) proprie: manu aliquem prehendo et sisto; teneo, ne progredi ulterius possit, ich halte an, halte auf; *detineo*, *retineo*, Luc. 4, 42. Philem. v. 13 πρὸς ἐμαυτόν. (Gen. 24, 56. Ioseph. ant. 7, 4. 1 ἐν ἄλσεσι κατέχειν τὴν στρατιάν.) — impediendi sensu, Rom. 1, 18 τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχοντας, qui quod verum sit (in rebus divinis) improbitate sua impediant. 2 Thess. 2, 6. 7. — *teneo firmiter*, — animo, Luc. 8, 15 τὸν λόγον. 1 Cor. 11, 2 τὰς παραδόσεις. 1 Thess. 5, 21 τὸ καλόν. Hebr. 3, 6. 14. 10, 23. — *teneor*, νοσήματι, Io. 5, 4. (Philo de opif. mundi p. 15 μέθῃ κατασχεθείς.) — ἔν τινι, Rom. 7, 6. (coll. Gen. 39, 20. Ier. 13, 21. Gen. 22, 13.) — *memoria teneo*, 1 Cor. 15, 2. — 2) retineo ut meum faciam, *occupo*, *obtineo*, LXX pro אחז, 1 Cor. 7, 30. (Dan. 7, 18.) — seq. accusativo rei, Matth. 21, 38. Luc. 14, 9. 2 Cor. 6, 10. (Cant. 3, 8. Dan. 7, 22. Ios. 1, 11. Iob. 27, 17.) — 3) de nautis, ut Latinorum *tenere littus*, nostrum: ans Land halten, i. e. cursum navis dirigere ad aliquid: κατέχειν (τὴν ναῦν) εἰς τὸν αἰγιαλόν, Act. 27, 40. (Etiam apud profanos, ut Xenoph. hist. gr. 2, 1. 19 κατασχὼν ἐπὶ τὴν Ἀβαρνίδα. Vit. Apollon. c. 13. Polyb. 1, 25. 7.) *.

Κατηγορέω, ῶ, fut. ήσω, aor. 1. κατηγόρησα, (ex κατά et ἀγορεύω, in foro, in concione dico) proprie: ἀγορεύω κατά τινος, in foro, coram iudice dico contra aliquem, *accuso*, *reum facio*. Sequitur genitivus personae (semel κατά τινος, Luc. 23, 14) et accusativus rei (Act. 22, 30. 28, 19. 1 Macc. 7, 25) (aliquoties genitivus rei vel ex attractione, Luc. 23, 14. Act. 24, 8. 25, 11, vel intelligi potest περί, quod additur Act. 24, 13.) — De accusatione in foro, Matth. 12, 10. 27, 12. Marc. 15, 3. Luc. 23, 2. 10. 14. Act. 22, 30. 24, 2. 8. 13. 19. 25, 5. 11. 16. 28, 19. — ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ, Marc. 3, 2. Luc. 11, 54. Io. 8, 6 ut haberent, quod crimini dare possent. — De accusatione extra forum, Io. 5, 45. (1 Macc. 7, 6.) Rom. 2, 15. Apoc. 12, 10. (1 Macc. 7, 25. 2 Macc. 4, 47.) **.

Κατηγορία, ας, ἡ, (a κατηγορέω) *accusatio*; a) coram iudice, Luc. 6, 7 ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ pro κατ' αὐτοῦ, ut Io. 18, 29. 1 Tim. 5, 19 et Ioseph. ant. 2, 4. 3 τραπείσης εἰς κατηγορίαν αὐτοῦ. — b) de fama mala, Tit. 1, 6 ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, qui fama arguitur ἀσωτίας. (In V. T. non legitur.) *.

Κατήγορος, ου, ὁ, (a κατηγορέω) *accusator*, Io. 8, 10. Act. 23, 30. 35. 24, 8. 25, 16. 18. [Apoc. 12, 10.] — Prov. 18, 17. 2 Macc. 4, 5. **.

Κατήγωρ, ορος, ὁ, (a κατηγορέω) i. q. κατήγορος, *accusator*, quam formam, profanis ignotam, ad literam reddit Rabbinorum קַטֵיגוֹר *accusator*, *calumniator*, qui non solum hoc, sed etiam קַטֵיגוֹרְיָא (κατηγορία) ex lingua graeca receperunt. Vid. *Buxtorf.* lex. rabb. talm. p. 2009. *Schoettgen.* hor. hebr. et talm. p. 1121 sq. Legitur Apoc. 12, 10 in textu *Griesb.* pro κατήγορος. (cf. Iob. 1, 6 sq. 2, 1 sq. Zach. 3, 1. 2. 1 Chron. 21, 1.)

Κατήφεια, ας, ἡ, (a κατηφής, qui demisso vultu est, Ioseph. ant. 2, 4. 5. quod ex κατά et τὰ φάη, lumina, vultus, facies) demissio vultus ex moerore sive pudore; Etym. M. κατήφεια· ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν τοὺς ὀνειδιζομένους ἢ λυπουμένους. igitur: pudor, *moeror*, *tristitia*, quae vultu in terram demisso declaratur. Semel in N. T. Iac. 4, 9. Hom. Iliad. 22, 293. Saepius in Philone v. c. de spec. legg. p. 807 λυπουμένων δὲ συννοίας γέμουσι καὶ κατηφείας. id. de vita Mos. p. 678. Ioseph. ant. 2, 6. 4. 6, 5. 2 et apud profanos.

Κατηχέω, ῶ, aor. 1. κατήχησα, perf. pass. κατήχημαι, aor. 1. pass. κατηχήθην, (ex κατά et ἠχέω) pr. circumsono; — deinde: *viva voce trado*, *edoceo*, *instituo*, seq. accusativo et personae, 1 Cor. 14, 19. Rom. 2, 18. (Act. Thom. §. 16 ἕως οὗ κατήχησαν καὶ τὸν βασιλέα) et rei, Act. 18, 25 κατηχημένος τὴν ὁδόν. Gal. 6, 6 κατηχούμενος τὸν λόγον. (Ioseph. vit. 5. 65 fin. αὐτός σε πολλὰ κατηχήσω τῶν ἀγνοουμένων.) — κατηχεῖσθαι περί τινος, *fama accipere de aliquo*, Act. 21, 21. 24. Etiam de rebus: Luc. 1, 4 περὶ ὧν κατηχήθης λόγων, de rebus, quae fama iam accepisti. Profanis ita de rebus vix dicitur. Legitur tamen in libello *de fluminibus*, qui Plutarcho tribuitur, cuius loca dedit *Kypkius* in obss. s. I. p. 208. v. c. κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων. *.

Κατ' ἰδίαν, *seors[illegible]*, *privatim*; vid. Ἴδιος.

Κατιόω, ῶ, perf. pass. κατίωμαι, (ex κατά et ἰόω, aerugine corrumpo) *aerugine obduco*, *aerugine consumo*. Iac. 5, 3. Etiam aurum Epist. Ier. v. 24. Thren. 4, 1 dicitur aerugine obductum, nimirum aurum non satis expurgatum. (Arrian. diss. epict. 4, 6 ὡς ὁπλάρια ἐπικείμενα κατίωται. Hesych. κατίωται· ἐῤῥύπωται. Mendose legitur etiam Sir. 12, 11.) *.

Κατισχύω, h. e. ἰσχύω κατά τινος (Act. 19, 16), *praevaleo alicui*, *supero*, *vinco*. Matth. 16, 18 κατισχύσουσιν αὐτῆς. Sic seq. genitivo etiam Ier. 15, 18. Sap. 7, 30. (ἐπί τινος 1 Chron. 5, 20 et πρός τινα 2 Chron. 14, 11. Sequente accusativo est firmum facio, 1 Chron. 15, 26. 2 Chron. 8, 3. Deut. 2, 30. — opprimo, Sap. 10, 11. Test. XII patr. p. 528 ἐὰν γὰρ μὴ κατισχύσῃ ἡ πορνεία τὴν ἔννοιαν, οὐδὲ ὁ Βελίαρ κατισχύσει ὑμῶν.) — Absolute positum est: *invalesco*, *valeo*, Luc. 23, 23. (LXX κατισχύειν pro hebr. הִתְחַזֵּק. 2 Chron. 13, 21. 15, 8. 25, 11.) *.

Κατοικέω, ῶ, aor. 1. κατῴκησα, infinit. κατοικῆσαι, (ex κατά et οἰκέω) — LXX pro hebr. יָשַׁב, שָׁכַן, *sedem figo*, *habito*, a) sensu proprio, α) seq. ἐν, Luc. 13, 4 κατ. ἐν Ἱερουσαλήμ. Act. 1, 20. 2, 5. 7, 2. 4. Hebr. 11, 9. Apoc. 13, 12. 17, 2 et saepius. (Dan. 2, 30. Lev. 23, 42. Gen. 13, 12. 14, 12.) — β) seq. εἰς, i. e. in aliquem locum venire et ibi habitare, vid. Εἰς. Matth. 2, 23. 4, 13. Act. 7, 4 εἰς ἣν (γῆν) ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε. (Apud LXX εἰς sequi, me legisse non memini); — γ) ἐπί in locutione ἐπὶ τῆς γῆς, Apoc. 3, 10. 8, 13. 11, 10. 13, 8. 14. [14, 6.] 17, 8. (Num. 13, 32. 14, 14. 35, 32. 34.) — ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, Act. 17, 26. — δ) seq. accusativo loci: *inhabito*, Matth. 23, 21. Act. 1, 19. 2, 9. 14. 4, 16. 9, 32. 35. 19, 10. 17. [Apoc. 12, 12.] (Gen. 13, 7. Ezech. 25, 16. Dan. 4, 32.) — ε) seq. ἐκεῖ, Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. Act. 22, 12 ubi ἐκεῖ intelligendum est. Ier. 42, 15. 22. — b) sensu metaphorico κατοικεῖν est: *semper adesse*, *inesse*, *dominari*. Sic tribuitur *Deo*, Matth. 23, 21. (Test. XII patr. p. 652 ἵνα κύριος κατοικήσῃ ἐν ὑμῖν, i. q. ibidem: ἔχοντες τὸν Θεόν. ibid. p. 734 κύριος γὰρ ἐν αὐτῷ κατοικεῖ, καὶ φωτίζει ψυχὴν αὐτοῦ.) — *Christo*, Eph. 3, 17 κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ut Christus dominetur in animis vestris. — *diabolo*, ubi est dominari, efficacem esse, Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. Apoc. 2, 13. (Test. XII patr. p. 673 ὁ διάβολος οἰκειοῦται αὐτὸν ὡς ἴδιον σκεῦος, καὶ πᾶν θηρίον κατακυριεύσει αὐτοῦ.) — *spiritui divino*, Iac. 4, 5. — *virtutibus*, quae alicui insunt, in eo dominantur, 2 Petr. 3, 13 ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ. (Ies. 32, 16 δικαιοσύνη ἐν τῷ Καρμήλῳ κατοικήσει. Test. XII patr. p. 530 sq. πᾶς ζῆλος κατοικεῖ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ τῆς πορνείας.) Col. 1, 19 ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι. Ibid. 2, 9. (Ps. 68, 16 τὸ ὄρος ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ.)

Κατοίκησις, εως, ἡ, (a κατοικέω) *habitatio*, *commoratio*. Marc. 5, 3. — LXX pro מוֹשָׁב Gen. 10, 30. Num. 15, 2. 2 Sam. 9, 12. Antonin. 4, 3. *.

Κατοικητήριον, ίου, τό, (neutrum, quod in substantivum abiit adiectivi κατοικητήριος, ία, ιον, ad habitandum aptus) *habitaculum*, *domicilium*. Eph. 2, 22 συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι, templum Dei, s. in quibus habitat Deus per spiritum suum, i. e. quos regit gubernatque. Vid. Κατοικέω Apoc. 18, 2. (LXX pro מָעוֹן 2 Chron. 30, 27. Nah. 2, 11. מוֹשָׁב Exod. 12, 20. שֶׁבֶת 2 Chron. 6, 30.) *.

Κατοικία, ας, ἡ, (a κατοικέω) *domicilium*, *habi-*

taculum. Semel Act. 17, 26. — Dan. 2, 11. 4, 22. Exod. 33, 3 מִשְׁכָּב, et saepius. Polyb. 2, 32. 4.

Κατοπτρίζω, (a κάτοπτρον, speculum) monstro in speculo; repraesento aliquid tanquam in speculo. Medium: intueor me in speculo (apud profanos); *intueor mihi tanquam in speculo,* i. e. imaginem rei video, quae cognitio paulo obscurior est, quam si rem ipsam video. Vid. Ἔσοπτρον. Sic semel 2 Cor. 3, 18 κατοπτριζόμενοι, intuentes. Eodem modo κατοπτρίζομαι apud Phil. alleg. p. 79 μηδὲ κατοπτρισαίμην ἐν ἄλλῳ τινὶ τὴν σὴν ἰδέαν, ἢ ἐν σοὶ τῷ θεῷ. Ibid. ἐνοπτρίζομαι de Abrah. p. 403. Vid. *Loesner.* ad h. l.

Κατόρθωμα, ατος, τό, a κατορθόω, (ex κατά et ὀρθός, erectus, rectus) rectum facio, erigo, stabilio, 1 Chr. 16, 30. 2 Chron. 33, 16 restituo rem; maxime de rebus bellicis, feliciter gero, ut Ioseph. Apion. 1, 12 κατορθούσης τοιαύτας πράξεις πολεμικάς. Idem ant. 6, 5. 3. — denique: recte ordino, bene instituo, feliciter gero, de rebus quibuscunque, maxime publicis; ut Test. XII patr. p. 678 τῷ κατορθοῦντι φθονεῖ, res suas feliciter gerenti invidet. Etiam de homine honeste agente Prov. 14, 11. Ps. 119, 9. — Hinc κατόρθωμα 1) *quae bono ordine statuta, bene instituta sunt,* 3 Macc. 3, 23 καταστρέψαι τὰ κατορθώματα. (Etiam recte facta, vid. Cic. de offic. 1, 3 et de finib. 3, 7.) — 2) *victoria, qua res restituitur,* Ioseph. de bell. 1, 1. 4. — 3) *feliciter, praeclare gestum.* Ioseph. ant. 6, 11. 3. — In N. T. semel Act. 24, 3 ubi κατορθώματα non videntur esse feliciter, praeclare gesta, sed potius *bona instituta, quae in utilitatem reipublicae instituta, emendata sunt.* (A Phrynicho damnatur tanquam minus antiquum, et legitur apud scriptores inferioris aetatis, ut Dionys. ant. 5, 44. Diod. Sic. 5, 20. vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 251.)

Κάτος, ὁ, vid. Βάτος.

Κάτω, comparativ. κατωτέρω, adverbium 1) *loci:* a) *deorsum*, motum in locum indicans; βάλλειν κάτω, Matth. 4, 6. Luc. 4, 9. πίπτειν κάτω, Act. 20, 9. κύπτειν κάτω, Io. 8, 6. 8. cf. Deut. 28, 43. — b) *inferius, infra,* locum, in quo, indicans; Marc. 14, 66. — ἕως κάτω, *ad imum,* Matth. 27, 51. Marc. 15, 38. (Ezech. 1, 27 ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος καὶ ἕως κάτω. Ib. 8, 2.) — τὰ κάτω, terra quatenus coelo opponitur, Io. 8, 23. Act. 2, 19 ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. coll. Cohel. 3, 21. Ioseph. de bell. 4, 9. 12 ἡ κάτω πόλις, urbs inferior. — 2) adverb. *temporis: infra, inferius;* Matth. 2, 16 ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, bimos hisque minores. Sic 1 Chron. 27, 23 ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ κάτω. Proleg. Sirac. in ed. Compl. ἐν χρόνοις κάτω. Aelian. var. hist. 3, 17 καὶ ἔτι κάτω τοῦ χρόνου.

Κατώτερος, α, ον, comparativ. a κάτω, *inferior.* Semel Eph. 4, 9 εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, in inferiores terrae partes, i. e. in haden, qui putabatur esse locus subterraneus. Eodem sensu haec verba leguntur in narratione Iosephi ab Arim. apud *Birch.* p. 192. — Neh. 4, 13 τὰ κατώτατα τοῦ τόπου, loci infimae partes. Ps. 139, 15 ἐν τοῖς κατωτάτω τῆς γῆς. cf. Deut. 32, 22. Ps. 86, 12. Sir. 51, 6 ἡ ζωή μου ἦν σύνεγγυς ᾅδου κάτω.

Κατωτέρω, vid. Κάτω.

Καῦμα, ατος, τό, (a καίω) *aestus,* calor quum ignis tum maxime solis. 2 Sam. 4, 5. Hom. Iliad. 5, 865. Saepius aestus solis noxius et perniciosus, ut Apoc. 16, 9. Ier. 17, 8 (hebr. חֹם) et Prov. 10, 5 (hebr. קָיִץ). — Apoc. 7, 16 autem καῦμα est imago vel morborum lethiferorum, vel calamitatis atrocis et perniciosae, ut Sir. 14, 27 σκεπασθήσεται ὑπ᾽ αὐτῆς ἀπὸ καύματος. coll. Ps. 121, 6. Ies. 49, 10 οὐδὲ πατάξει αὐτοὺς ὁ καύσων, οὐδὲ ὁ ἥλιος. (Graecos poetas tradere, sagittis Apollinis, i. e. aestu solis, pestem effici, satis notum est.) *.

Καυματίζω, aor. 1. ἐκαυμάτισα, aor. 1. pass. ἐκαυματίσθην, (a καῦμα) *aestu aduro;* de solis aestu Matth. 13, 6. Marc. 4, 6. (Antonin. 7, 64.) — et quidem pernicioso, Apoc. 16, 8. 9 ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα, vehementi aestu usti sunt.

Καῦσις, εως, ἡ, (a καίω) *exustio, concrematio.* Semel Hebr. 6, 8 ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν, quae terra, i. e. cuius plantae ex ipsa enatae deinde igne comburuntur. — LXX Dan. 7, 11. Ies. 4, 4. 40, 16. Lev. 6, 9.

Καυσόω, ῶ, (a καῦσος, ὁ, aestus) *incendo, concremo;* bis tantum 2 Petr. 3, 10. 12. (Profani tantum καυσόομαι, ardeo.)

Καύσων, ωνος, ὁ, *aestus* solis, Matth. 20, 12. Luc. 12, 55. Sir. 18, 6. — Iac. 1, 11 ubi plurimi intelligunt *Eurum,* ventum vehementer urentem, ut legitur in LXX versione pro קָדִים, Ier. 18, 17. Ezech. 17, 10. Hos. 13, 15. Iudith. 8, 3.

Καυτηριάζω, partic. perf. pass. κεκαυτηριασμένος, (a καυτήριον, instrumentum, quo stigmata inurebantur; porro stigma inustum) *ferro stigmata inuro, cauterio noto, notam inuro,* brandmarken. Semel 1 Tim. 4, 2 κεκαυτηριασμένοι τὴν ἰδίαν συνείδησιν, qui conscientiam suam notis delictorum insigniunt; s. qui sauciam scelerum conscientia habent mentem. Similiter Test. XII patr. p. 612 ἐμπεπύρισται ὁ ἁμαρτήσας ἐκ τῆς ἰδίας καρδίας. — Alii: qui conscientia occalluerunt s. callum obduxerunt conscientiae; cf. *Reitz.* ad Lucian. T. I. p. 645.

Καυχάομαι, ῶμαι, (καυχᾶσαι Rom. 2, 17. 2 pers. sing. praes. indic. contracte pro καυχάεσαι, attice καυχᾷ) fut. ήσομαι, aor. 1. ἐκαυχησάμην, perf. κεκαύχημαι, [2 Cor. 7, 14.] — (a καύχη, iactatio) LXX pro hebr. הִתְהַלֵּל, עָלַז 1) *glorior, iacto; me* vel *mea laudo, praedico,* in malam et in bonam partem. (In N. T. praecipue in Pauli scriptis.) 1 Cor. 1, 29. 4, 7. 2 Cor. 10, 17. 11, 16. 30. 12, 1. 6. [11.] Eph. 2, 9. 1 Sam. 2, 3 μὴ καυχᾶσθε καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλά. — Res, de qua gloriatur aliquis, sive quam praedicat, indicatur a) per ἐν, Rom. 2, 17 ἐν θεῷ, de Dei veri cognitione, cultu, eiusque beneficiis. v. 23 ἐν νόμῳ. 1 Cor. 1, 31 ἐν κυρίῳ. ib. 3, 21. 2 Cor. 5, 12. 10, 15—17. 11, 12. 12, 9. Gal. 6, 13. 14. Phil. 3, 3. 2 Thess. 1, 4. Iac. 4, 16. Ier. 9, 23. 24. 1 Chron. 16, 35. — b) per περί τινος, 2 Cor. 10, 8. — c) per ὑπέρ τινος, 2 Cor. 7, 14. 12, 5. — d) per κατά τι, 2 Cor. 11, 18. — e) per accusativum absolute positum: quod attinet ad, 2 Cor. 9, 2 ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, ad quam quod attinet de vobis glorior apud Macedones. 2 Cor. 11, 30 τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι. (Prov. 27, 1 μὴ καυχῶ τὰ εἰς αὔριον.) — 2) ex adiuncto: *laetor, felicem me praedico,* Rom. 5, 2 καυχώμεθα ἐπ᾽ ἐλπίδι. Prov. 25, 14 ὁ καυχώμενος ἐπὶ δόσει ψευδεῖ. Sir. 30, 2. coll. Ps. 49, 6. — seq. ἐν, Rom. 5, 3. 11. Iac. 1, 9. *.

Καύχημα, ατος, τό, (a καυχάομαι) 1) *gloriatio, iactatio,* 2 Cor. 5, 12. 9, 3. cf. Deut. 33, 29. — gloriandi materia s. causa, Rom. 4, 2. 1 Cor. 9, 15. 16. coll. Ier. 17, 14 (תְּהִלָּה). — 2) *gloria, laus, honor,* 1 Cor. 5, 6 οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν, laudes vestrae praeclarae non sunt. Gal. 6, 4. 2 Cor. 1, 14. Phil. 1, 26. 2, 16. Hebr. 3, 6 τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος, i. e. spes honoris plena, gloria quam speramus. (LXX תִּפְאֶרֶת, Prov. 17, 6. 1 Chron. 29, 11. Zach. 12, 7. Deut. 26, 19.) *.

Καύχησις, εως, ἡ, (ab eodem) LXX pro תִּפְאֶרֶת, actio gloriandi ob res praeclare gestas (Etym. m. 400. 38), *gloriatio, das Rühmen;* Rom. 3, 27. 15, 17 ἔχω οὖν καύχησιν, est igitur de quo gloriari possim. 1 Cor. 15, 31 νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, per gloriationem de vobis. Praeferenda autem est lectio ἡμετέραν, ubi est: per gloriationem meam, i. e. animum meum optime sibi conscium ob gestam rem Christi. 2 Cor. 1, 12 ἡ καύχησις ἡμῶν etc. i. e. mea gloriatio in eo sita est, quod mihi bene conscius sum. [ib. 9, 4.] 11, 10. 17. Iac. 4, 16. (Ier. 12, 13.) — καύχησις ὑπέρ τινος, de aliquo, 2 Cor. 7, 4. 8, 24. — ἡ καύχ. ἡ ἐπί τινος, de aliquo, 2 Cor. 7, 14. — 1 Thess. 2, 19 στέφανος καυχήσεως, corona de qua gloriari possim. (Ezech. 16, 12. Prov. 16, 31. — 1 Chron. 29, 13 τὸ ὄνομα τῆς καυχήσεώς σου.) *.

Καφαρναούμ, ἡ, *Capharnaum.* Vid. Καπερναούμ.

Κεγχρεαί, ῶν, αἱ, *Cenchreae,* portus Corinthiacus et urbs in isthmo Peloponnesi, versus orientem, ubi appellebant ex Asia advecti. Vid. Plin. hist. nat. 4, 4. Strabo lib. 8. p. 582. — Legitur Act. 18, 18. Rom. 16, 1. [24.] (Philo in Flacc. p. 987 C. καταβὰς εἰς Κεγχρεὰς τῶν Κορινθίων.)

Κέδρος, ου, ἡ, *cedrus,* arbor, hebr. אֶרֶז, Iud. 9, 15. Ies. 2, 13. Cant. 5, 15. Hom. Od. 5, 60. — Num. 24, 6 ὡσεὶ κέδροι παρ᾽ ὕδατα. Ios. 18, 1 in textu vulg. ubi χείμαῤῥος τῶν κέδρων, torrens cedrorum mendose legitur pro χειμ. τοῦ Κεδρών, *torrens Cedron.* Rabbinos et Talmudistas pro antiquo אֶרֶז recepisse graecum קֶדְרוֹס s. קִדְרוֹס, cedrus, et adiect. קֶדְרִינוֹן, κέδρινος, *cedrinum,* docet *Buxtorf.* in lex. talm. p. 1976. Aut igitur interpres, libro aramaeo

vel syriaco usus קדרוס et קִדְרוֹן, Cedron, non bene distinxit, aut librarii graeci, textum ex inscitia emendaturi, τοῦ Κεδρών in τῶν κέδρων mutarunt, opinati, torrentem cedris saeptum fuisse et ab iisdem nomen accepisse. Eadem lectionis varietas habetur in versione LXX 2 Sam. 15, 23. 2 Reg. 23, 6. *.

Κεδρών, ὁ, *Cedron*, (indeclinabile in versione LXX et N. T., Iosephus autem Κεδρών, ῶνος) hebr. קִדְרוֹן, ater, obscurus, a) *vallis* profunda prope Hierosolyma; Ioseph. ant. 9, 7. 3 εἰς τὴν φάραγγα τοῦ Κεδρῶνος. Id. de bell. 5, 2. 3 φάραγξ βαθεῖα, ἣ Κεδρὼν ὠνόμασται. ibid. 5, 4. 2 et 5, 6. 1. — b) *torrens* per hanc vallem delabens et in mare mortuum influens, aquis non plenus nisi post pluviam largam. Io. 18, 1 in textu *Griesb.* τοῦ χειμάῤῥου τοῦ Κεδρών, 2 Reg. 23, 6. εἰς τὸν χειμάῤῥουν Κεδρών, 2 Sam. 15, 23. (Ioseph. ant. 8, 1. 5 τὸν χειμάῤῥουν Κεδρῶνος.) *.

Κεῖμαι, imperf. ἐκείμην, 1) *iaceo*, — de homine cubante Luc. 2, 12. 16. (Hom. Odyss. 11, 195.) — de mortuo Matth. 28, 6. Luc. 23, 53. [Io. 11, 41.] Io. 20, 12. (Homer. Iliad. 13, 414. Exempla e profanis vid. apud *Elsner*. I, p. 282.) Sap. 17, 2. — de fundamento 1 Cor. 3, 11. — 2) *positus sum*, Luc. 24, 12. Io. 20, 6. 7. (Hom. Odyss. 8, 277.) — *appositus sum*, Io. 2, 6. 19, 29. 21, 9. Apoc. 4, 2 θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ. (Ier. 24, 1. Ios. 4, 6.) — de urbe: *situs sum*, Matth. 5, 14. (2 Macc. 4, 33 Δάφνης τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν κειμένης.) — Κεῖσθαι πρός τι, *appositum*, *admotum esse*, Matth. 3, 10 κεῖται πρὸς τὴν ῥίζαν. Luc. 3, 9. — Κεῖσθαι ἐπί τι, *incumbere*, *impositum esse*, 2 Cor. 3, 15 κάλυμμα κεῖται ἐπὶ τὴν καρδίαν. (Ies. 9, 4 ζυγὸς ὁ ἐπ' αὐτῶν κείμενος. Metaph. κεραμεὺς κεῖται ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, incumbit diligenter operi, Sir. 38, 29.) — *repositus*, *reconditus sum*, Luc. 12, 19. (3 Esdr. 6, 23. 26. Hom. Iliad. 11, 132. Odyss. 13, 11.) — *destinatus sum*, seq. εἰς, a fato s. Deo quasi positus ad aliquid; Luc. 2, 34 κεῖται εἰς πτῶσιν πολλῶν. Phil. 1, 16 κεῖμαι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου. 1 Thess. 3, 3. — seq. dativo: 1 Tim. 1, 9 δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, lex iusto non *scripta* est. (Sic κεῖσθαι de legibus saepissime apud profanos, vid. *Elsner*. II, p. 288. Phil. de Abrah. p. 350. 2 Macc. 15, 18 ἀγὼν κείμενος τινι. Ioseph. ant. 4, 8. 2 τῆς ἀρετῆς ἔπαθλα ὑμῖν κεῖται.) — 3) *versor*, *sum;* de conditione et ratione, qua aliquid est, in qua perseverat; Apoc. 21, 16 ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται. (Ioseph. ant. 7, 1. 6 οἱ πρὸς τὸν Ἀβέννηρον φιλοστόργως διακείμενοι. Ibid. 8, 6. 5 θαυμαστικῶς διακειμένη, valde mirans.) — Sequente ἐν: *iaceo in aliqua re*, i. e. vel totus in ea sum, in ea persevero; vel prorsus in eius potestate, ei obnoxius sum; 1 Io. 5, 19 ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, peccato, vel diabolo est obnoxius, sub eius potestate est. (cf. 2 Macc. 4, 34 ἐν ὑποψίᾳ κείμενος, suspicioni obnoxius. ibid. 3, 11 ἐν ὑπεροχῇ κείμενος, valde eminens. v. 31. ibid. 4, 31. 3 Macc. 5, 26 κεῖσθαι ἐν ἑτοίμῳ, praesto esse. Hom. Odyss. 1, 267 ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. cf. *Raphel*. obss. e Polyb. p. 714.) *.

Κειρία, ας, ἡ, *vinculum*, *fascia*, qua infantes involvi solent; deinde fasciae, quibus similiter involvebantur cadavera hominum; fasciae sepulcrales, τὰ ἐντάφια δεσμά, ut Etym. M. explicat. Hesych. κειρίαι· ἐντετυλιγμένα ἐπιθανάτια. Orig. ad Io. 11, 4 κειρίαι νεκρῶν εἰσι δεσμοί. Sic semel Io. 11, 44 ubi quidam codd. κηρίαις, quod secundum Hesych. idem valet. — (Funiculi, quibus lecti intendebantur et subsellia, Prov. 7, 16. Aristoph. av. 817. Etym. m. κειρία· σημαίνει τὸ σχοίνιον τὸ δεσμεῦον τὴν κλίνην.)

Κείρω, aor. 1. med. ἐκειράμην, *rado*, *tondeo;* — oves, Act. 8, 32. (Ies. 53, 7. Ioseph. ant. 6, 13. 6. Test. XII patr. p. 601 κεῖραι τὰ πρόβατα. — gramen, Prov. 27, 25.) — *Κείρομαι*, *tondeo me*, *tondendum me curo;* potissimum de coma capitis, 1 Cor. 11, 6. Act. 18, 18. (vid. Num. 6, 18.) — et in V. T. Iob. 1, 20. 2 Sam. 14, 26. *.

Κέλευσμα, ατος, τό, (a κελεύω, — Attici κέλευμα) *clamor adhortans*, vel *adhortatio cum clamore;* de clamore ut hortamento, et quo aurigae equos excitant, et quo venatores canes acclamando instigant (Xenoph. de venat. 6, 20), et quo hortator (κελευστής, Xenoph. oec. 21, 3) signum dat remigibus (Philo de Abrah. p. 366 κέλευσμα τοῦ κυβερνήτου. Lucian. Tyr. c. 19), et quo dux milites ad pugnam exhortatur, Prov. 30, 27. Thucyd. 2, 92. — In N. T. semel 1 Thess. 4, 16 ubi ἐν κελεύσματι explicatur per verba sequentia: ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ. Κέλευσμα igitur est *clamor*, quasi classicum, quo undique congregantur homines. vid. Matth. 24, 31. 25, 31. 32. — (Philo de praem. et poen. p. 928 ἀνθρώπους ἐν ἐσχατιαῖς ἀπῳκισμένους ῥᾳδίως ἂν ἑνὶ κελεύσματι συναγάγοι θεὸς ἀπὸ περάτων.) *.

Κελεύω, aor. I. ἐκέλευσα, (a κέλλω, incito, impello) propr. hortor, incito cum clamore (vid. Κέλευσμα); *incito*, *hortor* (Hom. Iliad. 4, 286 sq. 359); *iubeo*, *mando;* — seq. infinit. Matth. 8, 18. 14, 9. 19. 28. 18, 25. 27, 58. 64. Luc. 18, 40. Act. 4, 15. 8, 38 et passim in Actis Apostol. Iudith. 12, 1. 1 Macc. 11, 23. — seq. dativo personae Matth. 15, 35 ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν. Ioseph. ant. 20, 6. 2 κελεύει τοῖς τῶν Σαμαρέων πρώτοις. Tob. 8, 18. 3 Esdr. 9, 53.

Κενοδοξία, ας, ἡ, (a κενόδοξος) vana quam quis fovet de se opinio; vana gloria; — *studium gloriae inanis*, *honoris vani cupiditas;* Phil. 2, 3. (4 Macc. 8, 18. Sap. 14, 14. Ignat. ad Magn. §. 11. — Suid. κενοδοξία· ματαία τις περὶ ἑαυτοῦ οἴησις.) *.

Κενόδοξος, ον, (ex κενός et δόξα) *vanae gloriae cupidus*, *vana gloria inflatus;* Gal. 5, 26. (Polyb. 27, 6. 12. 39, 1. 1.)

Κενός, ή, όν, hebr. רֵק s. רֵיק, 1) *vacuus*, *inanis;* proprie de rebus, ut vasis, quibus nihil inest; ὑδρία, Iud. 7, 16. λάκκος, Gen. 37, 24. (Hom. Iliad. 3, 376. 4, 181.) — de hominibus, qui nihil accipiunt, nihil habent; ἀπέστειλαν κενόν (χερσίν, ut additur Psalt. Sal. 4, 19), Marc. 12, 3. Luc. 20, 10. 11 ἐξαπέστειλε κενούς. Luc. 1, 53. (Eadem lege Gen. 31, 42. Deut. 15, 13. coll. Deut. 16, 16. Sir. 32, 4.) — Iac. 2, 20 κενός dicitur homo, qui non habet fructus pietatis et fidei. — 2) *vanus*, *inutilis*, *qui eventu destituitur;* *fruchtlos*, *vergeblich*, 1 Cor. 15, 10. 14. 58. 1 Thess. 2, 1. (2 Sam. 1, 22. Ies. 55, 11. Deut. 32, 47. Sap. 1, 11. Homer. Odyss. 22, 249 κενὰ εὔγματα. Dicitur etiam de eo, quod nihil est omnino, ut Iob. 15, 35 λήψεται ὀδύνας, ἀποβήσεται δὲ αὐτῷ κενά, hebr. אָוֶן. Iob. 7, 6 κενὴ ἐλπίς, spes nihili, hebr. אֶפֶס.) — Εἰς κενόν, *frustra*, *incassum*, sine eventu et utilitate, 2 Cor. 6, 1. Gal. 2, 2. Phil. 2, 16. 1 Thess. 3, 5. (Ies. 65, 23 εἰς κενὸν ἐκοπίασεν. Ier. 6, 29. 18, 15. Lev. 26, 20. Hab. 2, 3.) — Quum eventu destitui, vana spe duci sit stultitiae, est — 3) *stultus*, *falsus*, *mendax*, adiecta notione *perniciosi*, quare apud LXX etiam respondet hebr. שֶׁקֶר, כָּזָב, שָׁוְא. Act. 4, 25 (Ps. 2, 1) ἐμελέτησαν κενά. Eph. 5, 6 κενοὶ λόγοι. Col. 2, 8 κενὴ ἀπάτη. — Exod. 5, 9 μὴ μεριμνάτωσαν ἐν λόγοις κενοῖς. Iob. 6, 6. Ies. 59, 4. Hos. 12, 1. Test. XII patr. p. 665 μὴ σπουδάζετε ἐν λόγοις κενοῖς ἀπατᾶν τὰς ψυχὰς ὑμῶν. *.

Κενοφωνία, ας, ἡ, (a κενόφωνος, i. e. qui κενά loquitur) *vana disputatio*, *disputatio de rebus vanis inutilibusque;* 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 2, 16. (Hesych. κενοφωνίας· ματαιολογίας. Suid. κενοφωνία· ματαιοφωνία, ἀσέβεια, ἤγουν τὰ αἱρετικά. Epiphan. haeres. 26, 1.) *.

Κενόω, ῶ, aor. 1. ἐκένωσα, perf. pass. κεκένωται, aor. pass. ἐκενώθην, (a κενός) 1) *evacuo*, *vacuo*, *exinanio;* *ausleeren;* *spolio;* Ioseph. ant. 8, 10. 3 τοὺς θησαυροὺς ἐξεκένωσε. In N. T. Phil. 2, 7 ἐκένωσε ἑαυτόν, se ipse spoliavit, nimirum honoribus divinis. (Clem. Alex. strom. 6, 17. p. 818 ed. Pott. ἐὰν μὴ τῶν προτέρων διανοημάτων κενώσωμεν ἑαυτούς.) Alii: humilem se gessit, ita ut conveniat cum ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, v. 8. (Sic Origen. homil. in Ier. 1, 7. coll. Iud. 9, 4. 11, 3. Neh. 5, 13.) — 2) *vi sua privo*, Rom. 4, 14 κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. 1 Cor. 1, 17 ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. — 3) *vanum*, *falsum* (mendacem) *declaro;* *vanum deprehendo;* 1 Cor. 9, 15 „citius mori velim, quam ab ullo vanus deprehendi s. mendax in illis, quae de me laudavi.“ 2 Cor. 9, 3 ἵνα — κενωθῇ, ne, quae in laudem vestram dixerim, vana deprehendantur. — (Apud LXX bis pro hebr. אֻמְלַל Ier. 14, 2. 15, 9.) *.

Κέντρον, ου, τό, (a κεντέω, pungo) *aculeus*, *stimulus*, Stachel, Spitze. Dicitur a) de *aculeo* apium, scorpionum etc., venenum pungendo immittentium; Apoc. 9, 10. — Quum ex veneno oriatur mors puncti, LXX Hos. 13, 14 ποῦ ἡ δίκη σου, θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; posuerunt κέντρον pro hebr. קֶטֶב, excidium, *lues*, et δίκη in priori membro pro דֶּבֶר, pestis. Quae verba Paulus 1 Cor 15, 55 repetiit ita: ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; Tribuitur τῷ θανάτῳ poetice aculeus, quo

venenum pungendo immittit et mortem infert. Ibid. v. 56 τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία, vis mortis est peccatum, venenum lethale est in peccato. cf. Hos. 5, 12 ubi pro רָקָב, putredo. — b) dicitur de *stimulo*, s. ferreo aculeo, quo boves (Sir. 38, 25) concitantur; hinc proverbium: πρὸς κέντρα λακτίζειν, Act. [9, 5.] 26, 14 *adversus stimulum calcitrare*, de iis dicitur, qui acriter repugnando contra ea, quae evitari, removeri non possunt, se ipsi gravius laedunt. Legitur etiam apud profanos (Pindar. Pyth. 2, 173. Eurip. Bacch. 795. Aesch. Prometh. 323) et Latinos (Terent. Phorm. 1, 2. 28. Ammian. Marc. 18, 5.) *.

Κεντυρίων, ωνος, ὁ, vox latina *centurio*, praefectus centum militum, ἑκατόνταρχος, Marc. 15, 39. 44. 45. *.

Κενῶς, (a κενός) adv. *temere, frustra*. Iac. 4, 5. (Ies. 49, 4 κενῶς (לְרִיק) ἐκοπίασα. Aquila Ps. 2, 1 pro רִיק.) *.

Κεραία, ας, ἡ, (a κέρας, cornu) corniculum; rei extremitas; ut insulae (Philostrat. vit. Sophist. 1, 21. 2), antennae (Nicet. in Andron. Comnen. 2, 4). — De literis: *apex*, lineola s. particula literae. Matth. 5, 18. Luc. 16, 17. vid. Ἰῶτα. (Hesych. κεραία· ἀρχὴ γράμματος. Idem: ἰῶτα· τὸ στοιχεῖον, κεραία, καὶ γράμμα. — Philo in Flacc. p. 984 κατὰ συλλαβὴν, μᾶλλον δὲ καὶ κεραίαν ἑκάστην κ. τ. λ.) *.

Κεραμεύς, έως, ὁ, (a κεράννυμι) *figulus*; Matth. 27, 7. 10. Rom. 9, 21. — LXX pro יוֹצֵר, 1 Chron. 4, 23. Ps. 2, 9. Hom. Iliad. 18, 601. *.

Κεραμικός, ή, όν, a figulo factus, *figlinus, fictilis*, pro κεράμιος, Apoc. 2, 27.

Κεράμιος, ία, ιον, (a κέραμος) *figlinus, fictilis*. Ies. 30, 14 ἐκ κεραμίου λεπτά. — τὸ κεράμιον substantive: *vas fictile, amphora, urceus*; κεράμιον ὕδατος, Marc. 14, 13. Luc. 22, 10 urceus aquarius. (Hesych. κεράμιον· τὸ τοῦ οἴνου ἢ ὕδατος σταμνίον. Ier. 35, 5 κεράμιον οἴνου pro גְּבִיעַ. Ies. 5, 10 pro בַּת, bathus. Ioseph. ant. 8, 13. 2 ἐλαίου τὸ κεράμιον.) *.

Κέραμος, ου, ὁ, 1) argilla figularis, 2 Sam. 17, 28 σκεύη κεράμου. — 2) vas fictile; — *tegula*; κέραμοι, *tegulae* (Gell. noct. Attic. 10, 15), quibus tectum tegitur, *tectum*. Luc. 5, 19 διὰ τῶν κεράμων. vid. Marc. 2, 4. (Athenaeus 13, 2. Herodian. 1, 12. 16. vid. *Kypkius* in obss. s. I, p. 230.) *.

Κεράννυμι, s. κεραννύω, aor. 1. ἐκέρασα, particip. perf. pass. κεκερασμένος, [Apoc. 14, 10] pro usitatiore κεκραμένος (vid. *Buttmann*. Gr. II, 164 et *Lobeck*. ad Phryn. p. 582), 1) *misceo, immisceo*; maxime de eo, qui vinum cum aqua miscet. — 2) *potum paro, infundo ad bibendum*; sic apud nostros scriptores, Apoc. 14, 10 κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ, vini, quod paratur non mixtum (fervens) in poculo. ibid. 18, 6. (LXX pro מָסַךְ Prov. 9, 2 ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον. Ib. 5 οἶνον, ὃν ἐκέρασα ὑμῖν. Drac. v. 11. — tropice: Ies. 19, 14 κύριος ἐκέρασεν αὐτοῖς πνεῦμα πλανήσεως. Eadem leguntur in Psalt. Sal. 8, 15.) *.

Κέρας, ατος, τό, (a κάρα, τό, caput) 1) *cornu* animalium, Apoc. 5, 6. 12, 3. 13, 1. 11. 17, 3. 7. 12. 16. — Gen. 22, 13. Dan. 7, 24. — 2) ex usu hebr. קֶרֶן imago est *roboris* (Deut. 33, 17), quia robur taurorum in cornibus est, et non solum *robur, fortitudinem* indicat, Sir. 47, 5. 7. 11. Ps. 75, 5., sed etiam transfertur ad fortes homines, qui tuentur, vindicant alios. Inde Luc. 1, 69 κέρας σωτηρίας est *vir fortis salutifer, vindex salutis* populi. (2 Sam. 22, 3 ὑπερασπιστής μου καὶ κέρας σωτηρίας μου. Ps. 18, 3. Ezech. 29, 21 ἀνατελεῖ κέρας παντὶ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.) — 3) quaevis prominentia s. extremitas cornu figuram referens; *ansula prominens*; Apoc. 9, 13. (Exod. 29, 12. Lev. 4, 7. 18. 16, 18. Amos. 3, 14. cf. Ioseph. bell. 5, 5. 6 ὁ βωμὸς τετράγωνος ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας. cf. eiusdem uberiorem descriptionem, ant. 3, 6. 6. De extremitate phalangis 2 Macc. 15, 20.) *.

Κεράτιον, ου, τό, deminutiv. nominis κέρας, 1) *corniculum*; — 2) fructus τῆς κερατείας, *siliquae*, des Iohannisbrotbaums, Bockshorns, corniculi speciem referens; *siliqua* (Rabbinis et Talmudistis חרוב s. חָרוּבָא dicta, vid. *Buxtorf*. lex. p. 821), qua et sues saginabantur et homines inferioris conditionis alebantur. Luc. 15, 16. cf. Plin. H. N. 15, 24. (Horat. ep. 2, 1. 123 — „vivit siliquis et pane secundo.“ Iuvenal. 11, 58.) *.

Κερδαίνω, aor. 1. ἐκέρδησα, formatus a κερδάω, legitur tantum apud scriptores Iones et inferioris aetatis pro antiquiorum ἐκέρδανα (vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 740. *Buttmann*. II, §. 114. *Win*. p. 82), fut. 1. passiv. κερδηθήσομαι [semel 1 Petr. 3, 1 ubi cum optimis libris legendum κερδηθήσονται, pro κερδηθήσωνται, quod ineptae correctioni librariorum debetur]; — (a κέρδος) 1) *lucrum facio, lucror, acquiro*; a) de rebus; τὸν κόσμον ὅλον, omnes mundi divitias, Matth. 16, 26. Marc. 8, 36. Luc. 9, 25. — negotiando lucror, Matth. 25, 17. 20. 22. Iac. 4, 13. — b) metaphor. de personis: *favorem alicuius acquiro*; Χριστόν, Phil. 3, 8. τὸν ἀδελφόν, Matth. 18, 15. — *aliquem ad partes meas traho*, ut nostrum: einen gewinnen, 1 Cor. 9, 19. 20—22. 1 Petr. 3, 1. — c) de damno vel malo lucrum in eo est, quod illud evitamus, unde, quod ad sensum attinet, est: *evito aliquid, supersedeo aliqua re*; Act. 27, 21 κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν. Similiter Ioseph. ant. 3, 3. 2 τό γε μιανθῆναι τὰς χεῖρας κερδαίνειν, fratricidii crimen evitare. Eurip. Cycl. 310 κερδῆσαι ζημίαν, evadere damnum. Plura exempla collegerunt *Kypkius* et *Elsner*. ad h. l. *.

Κέρδος, εος, ους, τό, *quaestus, lucrum, commodum*, Phil. 1, 21. 3, 7. Tit. 1, 11. *.

Κέρμα, ατος, τό, (a κείρω, in minuta frusta concido) *nummi minuti, nummuli*, kleine Münze, Scheidemünze (cf. *Fischer* de vitiis lexicor. N. T. p. 264 sq.), quos nummos minutos nummularii (κερματισταί) permutabant nummis maioribus. Semel Io. 2, 15 ἐξέχεε τὸ κέρμα, effudit nummos mensariorum ad permutandum appositos. Suid. κέρματα· τὰ λεπτότατα. Ioseph. de bell. 2, 14. 6 ἐπῄτουν κέρμα, nummulum in stipem mendicabant.

Κερματιστής, οῦ, ὁ, (a κερματίζω, in frusta concido) *mensarius, nummularius, argentarius*, qui nummos minutos maioribus permutat. Io. 2, 14. Iudaei, quae aerario templi debebant, nummis iudaicis solvere tenebantur, nimirum in singulos annos dimidium sicli, vid. Exod. 30, 13—15; quare argentarii in atrio templi sedentes nummos graecos vel latinos iudaicis permutabant. Vid. Κέρμα. *.

Κεφάλαιον, αίου, τό, (a κεφαλή) propr. neutrum adiectivi κεφαλαῖος, ad caput pertinens; — *summa*; a) summa rerum dictarum; Hebr. 8, 1 κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, summa eorum quae dicimus, est haec. (Pind. Pyth. 4, 206 κεφάλαια λόγων. Arrian. diss. epict. 1, 24. 20. Polyb. 3, 5 ἐπὶ κεφαλαίου. Hesych. ἐν κεφαλαίῳ· ἐν συντόμῳ. cf. Ps. 119, 160 רֹאשׁ דְּבָרְךָ LXX ἀρχὴ τῶν λόγων σου.) — b) summa pecuniae quae computando efficitur, vid. exempla e profanis in *Kypkii* obss. II, 116. coll. Sir. 35, 8 κεφαλαίωσον λόγον, ἐν ὀλίγοις πολλά. — Hinc *pecunia* ipsa, summa *pecuniae*, ut nostrum: *eine Summe*; Act. 22, 28 πολλοῦ κεφαλαίου, multa pecunia comparavi. Sic bis apud Ioseph. ant. 12, 4. 1 τὸ προστεταγμένον κεφάλαιον (τῶν φόρων) τοῖς βασιλεῦσιν ἐτέλουν. ib. 9, 11. 1 et in vers. LXX Lev 6, 5. Num. 5, 7. 31, 26 ubi hebr. רֹאשׁ. *.

Κεφαλαιόω, ῶ, aor. 1. ἐκεφαλαίωσα, (a κεφάλαιον) in capita, in summam redigo; — summatim, brevi dico, Sir. 35, 8. Vid. Κεφάλαιον. — In N. T. semel Marc. 12, 4 κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον. Plurimi interpretes κεφαλαιοῦν τινα explicant: *caput alicuius vulnerare, ferire*. „Sicut γναθόω, a γνάθος, est, auctore Hesychio, εἰς γνάθους τύπτω, caedo in malas, et γαστρίζω est γαστέρα τύπτω, cf. schol. ad Aristoph. equit. v. 173. add. Aristoph. vesp. v. 1519. Diog. Laert. 7, 172 et *Casaubonus* ad h. l.; ita quoque κεφαλαιοῦν, quum verba desinentia in ίζω et όω eandem fere vim et rationem obtineant (ut καταποντοῦν et καταποντίζειν) omnino per analogiam significare potest, *vulnerare caput*.“ Verba *Kuinoelii* in comment. ad h. l. cum quo consentit *Fritzschius* in comm. p. 505. cf. *Lobeck*. ad Phryn. p. 95. Est igitur λιθοβ. ἐκεφαλ. lapidibus coniectis illi caput vulnerarunt.

Κεφαλή, ῆς, ἡ, 1) *caput* hominum Matth. 6, 17. 27, 30. Luc. 7, 38 et saepius; — caput abscissum, Matth. 14, 11. Marc. 6, 27. 1 Sam. 17, 54. 2 Sam. 4, 7. Iudith. 13, 15. — caput bestiarum Apoc. 9, 17. 19 κλίνειν, ἐπαίρειν τὴν κεφαλὴν vid. in Κλίνω, Ἐπαίρω. — 2) pars potissima pro toto, ut Latinor. caput et nostrum Kopf, pro singulis ho-

minibus, Exod. 16, 16. 38, 26. Num. 1, 4 κατα κεφαλὴν αὐτῶν, Kopf für Kopf. Ioseph. ant. 9, 8. 2. (etiam de animalibus, ubi est nostrum, ein Stück, 2 Reg. 6, 25.) Hinc ex hebraismo *ventura in caput alicuius* dicuntur, quae coelitus alicui immittuntur, alicui superveniunt, vel mala, vel etiam bona. Sic τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν, Act. 18, 6. (2 Sam. 1, 16. 1 Reg. 2, 32. 33. 37) i. e. culpa caedis vos manet, poena vos corripiet. (Similia lege Iud. 9, 57. 1 Sam. 25, 39. 2 Sam. 3, 29. Hab. 3, 13 βαλεῖς εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατον. Susann. v. 55 et 59. — Prov. 10, 6 εὐλογία κυρίου ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου. ib. 11, 26. Ies. 35, 10 εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν. Test. XII patr. p. 537.) — Non autem κεφαλή τινος his in locis simpliciter est pro τινά s. αὐτόν, sed gravitatem rei indicat, quae coelitus immissa caput, sedem vitae, aut ferit aut ornat. — Idem est statuendum de proverbio Rom. 12, 20. Prov. 25, 22. vid. Ἄνθραξ. — 3) *summum, pars prominens*, — de rebus, κεφαλαὶ τῶν ὀρέων, Iudic. 9, 25. κεφαλαὶ τῶν στύλων, 1 Reg. 7, 16. Ioseph. ant. 3, 6. 7. Sic in N. T. κεφαλὴ γωνίας, *lapis angularis*, Matth. 21, 42. Marc. 12, 10. Luc. 20, 17. Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 7. (Ps. 118, 22.) — de hominibus dictum indicat eum, qui eminet inter alios, dominatur: *dominus, princeps; caput*, 1 Cor. 11, 3. Eph. 1, 22. 4, 15. 5, 23. Col. 1, 18. 2, 10. 19. LXX (ראשׁ) Iudic. 10, 18. 11, 8. 11. 2 Sam. 22, 44. (Test. XII patr. p. 643 μὴ σχισθήτε εἰς δύο κεφαλάς, in duo regna). ⁎.

Κεφαλίς, ἴδος, ἡ, (deminutivum nominis κεφαλή) *capitulum*, das Köpfchen, s. quod capitis formam refert; capitulum, das Kapital einer Säule, summum rei. LXX pro אֹדֶן, Exod. 38, 27. 28. pro וָו, Exod. 26, 32. 37. 27, 17. 36, 34. 36. 38, 17. 19. pro כֹּתֶרֶת, capitulum columnae 1 Reg. 7, 19. 30. צֶפֶת, idem 2 Chron. 3, 15. 16. pro ראשׁ, Exod. 26, 24. 36, 36. 2 Chron. 3, 15. 4, 12. — Iidem vero interpretes usurparunt quoque pro hebr. מְגִלָּה *volumen*, Buchrolle, Esdr. 6, 2. Ezech. 3, 1. 2. sive ut plenius dicitur κεφαλὶς βιβλίου pro מְגִלַּת־סֵפֶר, Ps. 40, 7. Ezech. 2, 9. Quaeritur quo sensu? Plurimi putant κεφαλίδα dici volumen, ab extrema parte baculorum s. cylindrorum, quibus membranae librorum circumvolutae fuerint, quique baculi in extrema parte habuerint capitella, i. e. figuras capitum formas referentes. Alii deducunt ab hebr. כָּפַל ut κεφαλίς sit i. q. διπλούμενον, h. e. complicatum, convolutum. At quum Rabbini Talmudistaeque graecum κεφαλίς, ut alias voces graecas, in suam ipsorum linguam receperint, et capitulum columnae dixerint קֶפֶל, קוּפְלָא, קִיפְלִיס, (vid. *Buxtorf.* lex. talm. rabb. p. 2091.) קָפַל vero etiam sit *complicare* et קֶפֶל et קוּפְלָא *complicatio*, opinor, Alexandrinos hanc posteriorem notionem transtulisse etiam in graecum κεφαλίς, eaque de causa hac voce usos esse pro hebr. מְגִלָּה, *volumen complicatum*. — Legitur in N. T. Hebr. 10, 7. quae e Ps. 40, 7 repetita sunt.

Κημόω, ῶ, f. ώσω, (a κημός, capistrum, fiscella, Ps. 32, 12. i. e. φιμός) *capistro os obturo, fiscella capistro*, i. q. φιμόω. 1 Cor. 9, 9 in codd. κημώσεις pro φιμώσεις. Repetita sunt e Deut. 25, 4 ubi LXX φιμώσεις. Etiam 1 Tim. 5, 18 κημώσεις recurrit. (Xenoph. res equ. 5, 3.)

Κῆνσος, ου, ὁ, vox latina *census*, i. e. actio censoris, qua opes, facultates, nomina civium eorumque familiam in tabulas publicas referebat. (ἀπογραφή, Luc. 2, 1. 2.) Nostris scriptoribus κῆνσος est *tributum* (Luc. 20, 22 φόρος) in capita singula imperatum secundum catalogum civium, et quotannis solvendum, i. q. ἐπικεφάλαιον, Kopfsteuer. Sic Matth. 17, 25. 22, 17. Marc. 12, 14. — Matth. 22, 19 τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου, nummus quem dabant tributum solventes, i. e. δηνάριον, ut intelligitur ex Marc. 12, 14. 15. — Hesych.: κῆνσος· εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον. ⁎.

Κῆπος, ου, ὁ, terra sepe clausa; *hortus*, Luc. 13, 19. Io. 18, 1. 26. (coll. Marc. 14, 32. Matth. 26, 36 ubi χωρίον). Io. 19, 41. (2 Reg. 21, 18. 26. Ioseph. ant. 9, 10. 4 ἐκηδεύθη δὲ μόνος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ κήποις, pro quibus ant. 10, 3. 2 θάπτεται ἐν τοῖς αὐτοῦ παραδείσοις.) — LXX pro hebr. גַּן s. גַּנָּה, Deut. 11, 10. Amos. 4, 9. 9, 14. Ies. 65, 3. Eccl. 2, 5. (Hom. Odyss. 4, 737. 7, 129.) ⁎.

Κηπουρός, οῦ, ὁ, i. e. οὖρος τοῦ κήπου, custos horti, *hortulanus*, Io. 20, 15. (Arrian. diss epict. III, 24. 44. Polyb. 17, 6. 4.)

Κηρία, ας, ἡ, vid. Κειρία.

Κηρίον, ου, τό, (a κηρός, cera) *favus*, Wachskuchen der Bienen. Semel Luc. 24, 42 ubi favus intelligendus est cui adhuc inest mel, ut Ioseph. ant. 6, 6. 3 ἀποθλίψας τι κηρίον τοῦ μέλιτος ἤσθιε. — LXX 1 Sam. 14, 27. Prov. 24, 13. 16, 24. Cant. 4, 11. Ps. 19, 11.

Κήρυγμα, ατος, τό, (a κηρύσσω) *praedicatio, praeconium*. (Philo de praem. p. 911 A. — edictum publicum, LXX 2 Chron. 30, 5 קוֹל). — Proprie de praeconibus; in V. T. de prophetis edicta Dei hominibus annuntiantibus: *praedicatio, oraculum*, Ion. 3, 2 (קְרִיאָה). Sic etiam in N. T. Matth. 12, 41. Luc. 11, 32 τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, oraculum de interitu urbis a Iona (Ion. 3, 4) prolatum; et κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, Rom. 16, (sec. *Griesb.* c. 14.) 25. i. e. secundum oracula divina a Iesu nobis annuntiata. — Paulus transfert hoc verbum etiam ad munus apostolicum, ubi est a) *praedicatio salutis per Christum partae atque expectandae*, 1 Cor. 1, 21. 2 Tim. 4, 17. — Κήρυγμά μου, praedicatio salutis a me facta, 1 Cor. 2, 4. 15, 14. Clem. Alex. strom. 6, 5 et 6. — b) *munus praedicandi*, Tit. 1, 3. ⁎.

Κήρυξ, υκος, ὁ, *praeco*, caduceator, legatus et orator Deorum, regum, principum; Gen. 41, 43. Dan. 3, 4. Sir. 20, 14. Hom. Od. 8, 474. Pind. Ne. 4, 120. — In N. T. transfertur ad prophetas, Dei mandata et oracula hominibus annuntiantes, diciturque 2 Petr. 2, 5 de Noacho, et 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11 de apostolo, Iesum esse salvatorem nuntiante. ⁎.

Κηρύσσω, s. ύττω, f. ύξω, aor. 1. ἐκήρυξα, aor. 1. pass. ἐκηρύχθην, fut. 1. pass. κηρυχθήσομαι, (a κήρυξ), LXX pro קָרָא, הֵרִיעַ, 1) praeconem ago, publica auctoritate annuntio, Apoc. 5, 2. (Gen. 4, 43. Hom. Iliad. 2, 438. 443.) — 2) *publice annuntio*, Matth. 10, 27. 24, 14. 26, 13. Marc. 5, 20. 13, 10. 16, 15. 20. Luc. 8, 39. 12, 3. 24, 47. Act. 10, 42. Rom. 10, 8. 14. 15 et passim. (Ioseph. ant. 14, 15. 2. Exod. 32, 5. Esth. 6, 9. 11.) — de rebus futuris Luc. 4, 18. (Ies. 61, 4.) 4, 19. (Act. Thom. §. 56 περὶ οὗ αἱ γραφαὶ ἐκήρυξαν.) — In N. T. dicitur de vatibus ac doctoribus, qui viva voce vel mandata Dei ad homines referunt, vel viva voce publice docent. Sic tribuitur Ioanni baptist. Matth. 3, 1. Marc. 1, 4. 7. Luc. 3, 3. Act. 10, 37. — Christo Matth. 4, 17. 23. 9, 35. Marc. 1, 38. 39. 45. Luc. 4, 44. 8, 1. 1 Petr. 3, 19. — Apostolis Matth. 10, 7. Marc. 3, 14. Luc. 9, 2. Act. 8, 5. 9, 20. Gal. 2, 2. Col. 1, 23. Act. Thom. §. 1. — Κηρύσσειν τὸν Χριστόν, de Iesu vita et praeceptis publice exponere, Act. 8, 5. 9, 20. 19, 13. 1 Cor. 1, 23. 2 Cor. 1, 19. 11, 4. — Etiam simpliciter est *publice doceo*, Rom. 2, 21. 1 Cor. 9, 27. 15, 11. 12. Gal. 5, 11. — Act. 15, 21 κηρύσσοντας Μωϋσῆν, legem Mos. tradentes. 2 Cor. 4, 5 οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, non mea doceo, meam doctrinam. coll. Prov. 8, 1 κηρ. τὴν σοφίαν.

Κῆτος, εος, ους, τό, (a χάσκω, hio) propr. animal voraginis maris, *cetus*, balaena; *bellua marina, animal ingens marinum*. Semel Matth. 12, 40. (vid. LXX Ion 2, 1 κήτει μεγάλῳ, hebr. דָּג גָּדוֹל. Gen. 1, 21 pro תַּנִּין. Hom. Odyss. 4, 446.)

Κηφᾶς, ᾶ, ὁ, (chald. כֵּיפָא, petra) *Cephas*, cognomen Simonis, apostoli. Io. 1, 43. 1 Cor. 1, 12. 3, 22. 9, 5. 15, 5. Gal. 2, 9. et Gal. 1, 18. 2, 11 in codd. coll. Matth. 16, 18. ⁎.

Κιβώριον, τό, *ciborium* (Horat. od. III, 7, 22. Apulei. de herb. 67), i. e. a) vasculum seminis colocasii (die Saamenkapsel des aegyptischen Bohnenkrauts), quo Aegyptii poculi instar utebantur; b) vas arte factum eiusdem formae; Act. 19, 24 ubi quidam codices ad ἀργυροῦς addunt: ἴσως ὡς κιβώρια μικρά. (Athen. 11, 17.)

Κιβωτός, οῦ, ἡ, *arca lignea*. — LXX pro hebr. אָרוֹן saepissime de arca foederis (Lev. 16, 2. Num. 3, 31. Deut. 10, 1.) et pro תֵּבָה de arca s. navigio Noachi, Gen. 6, 14 sqq. 7, 1 sqq. 8, 6 sqq. — In N. T. a) de arca Noachi Matth. 24, 38. Luc. 17, 27. Hebr. 11, 7. 1 Petr. 3, 20. (4 Macc. 15, 31.) quam Iosephus λάρνακα et μηχανήν (ant. 1, 3. 2 sqq.) appellavit; — b) de arca foederis, Ioseph. ant. 5, 11. 3. Philo de nomin. mutat. p. 1050 E.; de eadem in templo

Hierosolymit. Hebr. 9, 4. Ioseph. ant. 4, 8. 44. — in templo coelesti Apoc. 11, 19. quam etiam Iosephus *κιβωτόν* appellavit (ant. 3, 6. 5.). *.

Κιθάρα, *ας*, *ἡ*, *cithara*, 1 Cor. 14, 7. Apoc. 5, 8. 14, 2. 15, 2 *κιθάραι τοῦ θεοῦ*, i. e. laudibus Dei dicatae. — LXX pro hebr. כִּנּוֹר, (*κινύρα*, de qua Iosephus ant. 7, 12. 3 *ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ.* vid. tamen 1 Sam. 10, 5.) Gen. 31, 27. 2 Chron. 9, 11 et passim. *.

Κιθαρίζω, (a *κιθάρα*) *citharam pulso, cithara cano;* 1 Cor. 14, 7. Apoc. 14, 2. (Hom. Iliad. 18, 570. LXX Ies. 23, 16 pro נַגֵּן fides pulso.) *.

Κιθαρῳδός, *οῦ*, *ὁ*, (ex *ᾠδός*, cantor, et *κιθάρα*) qui citharam pulsat et succinit, *citharoedus*. Apoc. 14, 2. 18, 22. (Varro de re rust. 2, 1. 3: „non omnes, qui habent citharam, sunt citharoedi.") *.

Κιλικία, *ας*, *ἡ*, *Cilicia*, provincia Asiae minoris, quae terminabatur ad meridiem mari mediterraneo, ad orientem Syria, ad occidentem Pamphylia, ad septentrionem Cappadocia, Lycaonia et Isauria. Eius metropolis, Tarsus, Pauli apostoli fuit patria. Legitur Act. 6, 9. 15, 23. 41. 21, 39. 22, 3. 23, 34. 27, 5. Gal. 1, 21. (Iudith. 2, 21 *ἡ ἄνω Κιλικία*.) *.

Κινάμωμον, s. *κιννάμωμον*, *ου*, *τό*, *cinamomum*, s. *cinnamomum*. Apoc. 18, 13. LXX pro קִנָּמוֹן Exod. 30, 23. Prov. 7, 17. Cant. 4, 14. (Herod. 3, 111. Ioseph. ant. 3, 8. 3. bell. 6, 8. 3.) De cinnamomo vid. Plin. hist. nat. 12, 19. *.

Κινδυνεύω, (a *κίνδυνος*) *periclitor, in periculo versor*. Luc. 8, 23. (Ion. 1, 4.) 1 Cor. 15, 30. Act. 19, 40. (Sir. 31, 12 *ἕως θανάτου ἐκινδύνευσα*. Ioseph. ant. 4, 8. 2 med. *ἐκινδύνευσα ἀποθανεῖν*. Pind. Ne. 5, 26.) — *Κινδυνεύει ἐλθεῖν*, periculum est, ne, Act. 19, 27. *.

Κίνδυνος, *ου*, *ὁ*, (quod deducunt a *κινεῖν δύην*, infortunium movere), *periculum, discrimen*. Rom. 8, 35. Sap. 18, 9. 2 Macc. 1, 11. Pind. Ne. 8, 35. — Genitivi 2 Cor. 11, 26 huic voci additi indicant id, e quo discrimen ortum fuerat. (Ps. 116, 3 *κίνδυνοι ᾅδου*.) *.

Κινέω, *ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐκίνησα*, aor. 1. pass. *ἐκινήθην*, Latinor. *moveo;* a) efficio ut aliquid se moveat, *moveo, agito, quatio;* — *φορτία κινῆσαι δακτύλῳ*, Matth. 23, 4 digito movere onera. *Κινεῖν τὴν κεφαλήν*, caput quassare, quod de irridentibus dicitur, Matth. 27, 39. Marc. 15, 29. LXX pro הֵנִיעַ רֹאשׁ 2 Reg. 19, 21. Iob. 16, 4. Ps. 22, 7. Ies. 37, 22. Thren. 2, 15. Sir. 12, 18. 13, 7. — (1 Reg. 14, 15 *καθὰ κινεῖται ὁ κάλαμος ἐν τῷ ὕδατι*. Iob. 13, 25 *φύλλον κινούμενον ὑπὸ ἀνέμου*.) — b) *moveo de loco, dimoveo*, *τὴν λυχνίαν*, Apoc. 2, 5. *ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν*, Apoc. 6, 14. coll. Ies. 41, 7. Gen. 11, 2. 20, 1. Bar. 2, 35. Ioseph. ant. 4, 8. 18 *ὅρους κινεῖν*, terminos moveo. — c) metaph. *moveo, excito, commoveo*, Act. 24, 5 *κινοῦντα στάσιν*. (Ioseph. de bell. 2, 9. 4 *μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἑτέραν ἐκίνει*.) ib. 21, 30 *ἐκινήθη ἡ πόλις*. Ioseph. ant. 3, 1. 4 *τὸ πλῆθος πικρῶς ἐπ' αὐτὸν κεκινημένον*. — d) passivum: *moveor*, de motu, quo vita sese manifestat, Act. 17, 28. (coll. Act. Thom. §. 10 *σύ, κύριε, ὁ ἐν πᾶσιν ὤν, καὶ διερχόμενος διὰ πάντων*.) Sic LXX pro רָמַשׂ de reptilibus (Gen. 7, 14), et de animantibus quibuscunque, Gen. 7, 21 *ἀπέθανε πᾶσα σὰρξ κινουμένη ἐπὶ τῆς γῆς*. ib. 9, 2. Lev. 11, 46. *.

Κίνησις, *εως*, *ἡ*, (a *κινέω*) *motus*, (i. q. *κίνημα*, 4 Macc. 1, 35.) Io. 5, 3 *κιν. τοῦ ὕδατος*. (Xenoph. de venat. 10, 12.) *.

Κίς, *ὁ*, hebr. קִישׁ, *Kis*, nomen indecl. patris Sauli, 1 Sam. 9, 1. — Act. 13, 21. *.

Κλάδος, *ου*, *ὁ*, (a *κλάω*) *ramus*, proprie tener, (Hos. 14, 7) qui frangitur; ramus quivis; Matth. 13, 32. 21, 8. 14, 32. Marc. 4, 32 *κλάδοι μεγάλοι*. 13, 28. Luc. 13, 19. Dan. 4, 9. 11. 18. — metaph. *posteri, soboles*, Rom. 11, 16. 17. 18. 19. 21. coll. Ies. 11, 1 *ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί*. *.

Κλαίω, f. *κλαύσομαι*. [Apoc. 18, 9 ubi vero etiam *κλαύσουσι* cum codd. legendum est pro *κλαύσονται*], et dorice *κλαύσω* [Luc. 6, 25. Io. 16, 20], aor. 1. *ἔκλαυσα*, *ploro, fleo, lacrymor*, hebr. בָּכָה, a) lacrymas effundo, Matth. 26, 75. Marc. 5, 38 sq. 14, 72. Luc. 7, 13. 38. 8, 51. 52. 22, 62. Apoc. 5, 4. 5. Gen. 33, 4. 42, 24. 43, 30. — b) *ploro*, ita ut vel nude positum vel cum aliis verbis dolendi iunctum non solum effusionem lacrymarum sed quodcunque aliud signum externum moestitiae maximae et doloris gravissimi indicet; Marc. 16, 10. Luc. 6, 21. 25. 7, 32. Io. 11, 31. 33. 20, 11 — 15. 16, 20. Act. 9, 39. 21, 13. Rom. 12, 15. 1 Cor. 7, 30. Phil. 3, 18. Iac. 4, 9. 5, 1. Apoc. 18, 11. 15. 19. Vid. e V. T. Num. 14, 1. 25, 6. Iud. 20, 23. 1 Sam. 11, 4. — *Κλαίειν τινα*, *deplorare, deflere* aliquem, Matth. 2, 18. [Apoc. 18, 9 ubi *Griesb.* *αὐτήν* reiecit). Gen. 37, 35. Deut. 34, 8. Num. 20, 29. — *Κλαίειν ἐπί τινι*, Luc. 19, 41 et *ἐπί τινα*, Luc. 23, 28. idem. vid. Iud. 14, 17. 2 Sam. 19, 1. Sir. 22, 9. 10. *.

Κλάσις, *εως*, *ἡ*, (a *κλάω*) *fractio*. Luc. 24, 35 *ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου*, quum panem frangeret. Act. 2, 42. Vid. *Κλάω*. *.

Κλάσμα, *τος*, *τό*, (a *κλάω*) *fragmentum, frustum;* — de ciborum fragmentis Matth. 14, 20. 15, 37. Marc. 6, 43. 8, 8. 19 sq. Luc. 9, 17. Io. 6, 12 sq. — Iud. 9, 53. 2 Sam. 11, 21. Lev. 6, 21. Iud. 19, 5. Ezech. 13, 19. *.

Κλαύδη, *ης*, *ἡ*, *Claude*, insula parva prope Cretam, (etiam *Κλαύδιον*, *Γαῦλος* et *Γαῦδος* appellata) Act. 27, 16. Ptolem. 3, 7.

Κλαυδία, *ας*, *ἡ*, *Claudia*, mu er christiana, 2 Tim. 4, 21.

Κλαύδιος, *ίου*, *ὁ*, *Claudius*. 1) *Tiberius Claudius Nero Germanicus*, quintus imperatorum Romanorum, Drusi filius, Act. 11, 28. (de fame sub Claudii imperio orta non solum in Palaestina sed etiam in Italia vid. Ioseph. ant. 3, 15. 3 et 20, 5. 2. Tacit. annal. 12, 43. Sueton. Claud. c. 18. Dio Cass. lib. 60.) Act. 18, 2. (Sueton. Claud. c. 25.) — 2) *Claudius Lysias*, tribunus militum romanus, Act. 23, 26. *.

Κλαυθμός, *οῦ*, *ὁ*, (a *κλαίω*) *fletus, ploratus*, Matth. 2, 18. 8, 12. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30. L[illegible] 13, 28. Act. 20, 37. (LXX pro בְּכִי, 2 Sam. 13, 36. Ps. 6, 8.) *.

Κλάω, *ῶ*, aor. 1. *ἔκλασα*, *frango*. — In N. T. legitur a) *κλάσαι τὸν ἄρτον*, *panem* (qui erat Iudaeis tenuis et durus nec dissecabatur sed frangebatur) *in partes frangere* ad distribuendum, quod dicitur *α*) de pane quovis ad comedendum distribuendo, Matth. 14, 19. 15, 36. Marc. 8, 6. 19. Act. 20, 11. 27, 35. Ier. 16, 7. — *β*) de pane, qui frangebatur et distribuebatur in epulo sacro, ut imago esset corporis Christi in cruce fracti, Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 24, 30. Act. 2, 46. 20, 7. 1 Cor. 10, 16. 11, 24. (Act. Thom. §. 27. 29.) — b) *κλάσαι τὸ σῶμα*, *frangere corpus*, i. e. interficere, 1 Cor. 11, 24. *.

Κλείς, *ειδός*, *ἡ*, accus. sing. *κλεῖν* pro usitatiore *κλεῖδα*, accus. pl. *κλεῖς* pro *κλεῖδας*, (vid. *Wineri* Grammat. p. 63) *clavis;* non solum ad claudendum, sed etiam ad aperiendum; Iud. 3, 25. — Clavis, quia dabat potestatem occludendi et aperiendi, iam *imago* est cuiusvis *potestatis*, quae alicui tradita est; ut Ies. 22, 22 *τὴν κλεῖδα οἴκου Δαβίδ* habere dicitur is, qui praefectus erat palatii regii. — Sic aliquoties in N. T. a) habere *τὰς κλεῖς τῆς βασιλ. τοῦ θεοῦ*, Matth. 16, 19. i. e. posse alios recipere in societatem Christianorum et vero etiam non admittere ad eam. — b) habere *τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως*, Luc. 11, 52. i. e. posse imbuere alios cognitione legis. — c) habere *τὰς κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου*, potestatem habere mortuorum ex hade ad vitam educendorum, Apoc. 1, 18. — d) *ἔχειν τὴν κλεῖν τοῦ Δαβίδ*, i. e. regni Messiae, potestatem habere aperiendi aditum ad regnum Dei, Apoc. 3, 7. — e) *ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου*, potestas abyssum aperiendi, Apoc. 9, 1. coll. v. 2. — *ἔχ. τὴν κλεῖν τῆς ἀβύσσου*, potestatem habere occludendae abyssi, Apoc. 20, 1. *

Κλείω, aor. 1. *ἔκλεισα*, perf. pass. *κέκλεισμαι*, aor. 1. pass. *ἐκλείσθην*, hebr. סָגַר, *claudo, occludo*; *τὴν θύραν*, Matth. 6, 6. 25, 10. Luc. 11, 7. Io. 20, 19. 26. Act. 21, 30. Apoc. 3, 8. (2 Chron. 28, 24.) — *πυλῶνας*, Apoc. 21, 25. Ios. 2, 7. — Act. 5, 23. Apoc. 3, 7. 20, 3. (Gen. 7, 16. Ies. 22, 22.) — *Κλείω τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*, impedio aditum ad regnum, Matth. 23, 13 et Apoc. 3, 7. 8 ubi in posteriori loco de regno Dei cogitandum est. — *Κλείω τὸν οὐρανόν*, Apoc. 11, 6. Luc. 4, 25. i. e. coelestia aquarum

receptacula (Iob. 25, 8. 38, 8—10. 37. Gen. 7, 11) claudo, ne pluat. (Rabbini Deo tribuunt *clavem pluviae*, vid. *Buxtorf*. lex. p. 1873.) — *Κλείω τὰ σπλάγχνα*, occludo viscera i. e. immisericors sum, 1 Io. 3, 17. Vid. *Σπλάγχνα*. *.

Κλέμμα, *ατος, τό*, (a *κλέπτω*) *furtum*. Apoc. 9, 21 et praeterea Marc. 7, 22 in varia lectione. — Exod. 22, 3. 4. *.

Κλεόπας, *ᾶ, ὁ*, *Cleopas*, unus discipulorum Christi, Luc. 24, 18. (Putatur esse contractum ex *Κλεόπατρος*, ut *Ἀντίπας* ex *Ἀντίπατρος*.) *.

Κλέος, *ους, τό*, (a *κλέω*, fama divulgo, laudo) 1) fama; — 2) *gloria, laus;* 1 Petr. 2, 20. (Hom. Iliad. 5, 3. Odyss. 3, 83. LXX pro שֵׁמַע Iob. 28, 22. Hesych. *κλέος· δόξα, τιμή, φήμη ἀγαθή*. Ioseph. ant. 4, 6. 2 et 4.) *.

Κλέπτης, *ου, ὁ*, (a *κλέπτω*) *fur*, hebr. גַּנָּב, Matth. 6, 19. 20. 24, 43. Luc. 12, 33. 39. Io. 12, 6. 1 Cor. 6, 10. 1 Petr. 4, 15 qui clam irrepit et aufert bona maxime noctu (Iob. 24, 14. Exod. 22, 2) nesciente possessore, quum *λῃστής* dicatur, qui vi possessori sua eripit. Unde clam supervenientia, quae ita superveniunt, ut antea non animadvertantur, venire dicuntur *ὡς κλέπτης*, 1 Thess. 5, 2. 4. 2 Petr. 3, 10. Apoc. 3, 3. 16, 15. coll. Ier. 49, 8. — Transfertur Io. 10, 1. 8. 10 ad falsos doctores, qui animas furantur, i. e. ad vitia seducunt et interimunt ut fures oves. cf. Deut. 24, 7. etiam Hos. 7, 1. Vid. *Κλέπτω*. Etiam hebr. גָּנַב saepius est fallere, diciturque de falsis prophetis Ier. 23, 30 ubi LXX *κλέπτοντας τοὺς λόγους μου*. — *peculator, intervertens pecuniam*, Io. 12, 6. vid. Ies. 1, 23 *οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα*. *.

Κλέπτω, *f. ψω*, aor. 1. *ἔκλεψα*, hebr. גָּנַב, (deducunt a *καλύπτω*, a quo per syncopen factum est) 1) propr. fallo, in fraudem induco, ut apud Homer. Iliad. 1, 132. 14, 217. — 2) *furor*, (vid. *κλέπτης*) Matth. 6, 19. 20. 19, 18. Marc. 10, 19. Luc. 18, 20. Io. 10, 10. Rom. 2, 21. 13, 9. Eph. 4, 28. — Exod. 20, 15. Deut. 5, 19. — *clam aufero*, — corpus, Matth. 27, 64. 28, 13 et in loco parallelo 2 Sam. 21, 12. coll. Tob. 1, 18 *ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων*. 2 Reg. 11, 2. Test. XII patr. p. 641 *κλέψας ἱμάτιον ἐκ τοῦ οἴκου μου κρυφαίως, ἔδωκα τῷ θλιβομένῳ*. *.

Κλεωπᾶς, in varia lectione codd. pro *Κλωπᾶς*, quod vid.

Κλῆμα, *ατος, τό*, (a *κλάω*) 1) ramus, Ezech. 17, 23. Mal. 4, 1. — 2) de ramis vitium: *palmes*, Io. 15, 2. 4. 6. (Ezech. 17, 6. 7. Ps. 80, 11. Num. 13, 23. Ioseph. ant. 2, 5. 2.) *.

Κλήμης, *μεντος, ὁ*, *Clemens*, vir Phil. 4, 3 commemoratus, caeterum ignotus.

Κληρονομέω, *ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐκληρονόμησα*, perf. act. *κεκληρονόμηκα*, (a *κληρονόμος*) LXX hebr. יָרַשׁ et נָחַל in Kal et Hiphil, Deut. 19, 14. — 1) sortem accipio, quod sorte tribuitur accipio, Num. 26, 53. 33, 54. Ios. 16, 4. — Quum haereditas sorte distribueretur (Sir. 14, 15) est — 2) *haeres sum alicuius, haereditatem accipio;* Gal. 4, 30. Gen. 15, 4. 21, 10. Num. 27, 11. — 3) *consequor, accipio, occupo*, quod mihi destinatum est, s. ex alterius voluntate mihi competit, apud antiquiores scriptores seq. genitivo, apud scriptores inferioris aetatis seq. accusativo rei (vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 129.) Apoc. 21, 7. — *ζωὴν αἰών*. Matth. 19, 29. Marc. 10, 17. Luc. 10, 25. 18, 18. *τὴν γῆν*, Matth. 5, 5. — *βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, Matth. 25, 34. 1 Cor. 6, 9. 10. Gal. 5, 21. 1 Cor. 15, 50. — *ὄνομα*, Hebr. 1, 4. (Sir. 6, 3.) *ἐπαγγελίας*, Hebr. 6, 12. *σωτηρίαν*, Hebr. 1, 14. 12, 17. *εὐλογίαν*, 1 Petr. 3, 9. coll. Gen. 15, 7. 8. Deut. 1, 21. Ps. 37, 11. 22. Ioseph. ant. 8, 13. 8. *.

Κληρονομία, *ας, ἡ*, (a *κληρονομέω*) LXX pro יְרֻשָּׁה, מוֹרָשָׁה, נַחֲלָה, 1) *haereditas, portio haereditaria*, Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 12, 13. 20, 14. Num. 27, 8. 11. — *Ἔχω κλῆρον ἐν τῇ βασιλ.* accipio portionem in regno, i. e. particeps fio regni, Eph. 5, 5. — 2) *possessio* ex alterius voluntate s. lege tributa, destinata; sic potissimum Palaestina dicebatur *κληρονομία* Israelitarum, Act. 7, 5. Hebr. 11, 8. Num. 18, 23. Thren. 5, 2. — *bona regni divini*, sive *salus* a Deo probis *destinata*, quae cum felicitate in terra promissa comparatur, Act. 20, 32. Gal. 3, 18. Eph. 1, 14. 18. Hebr. 9, 15. 1 Petr. 1, 4. — Col. 3, 24 *τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας*, i. e. salutem in praemium. cf. Ezech. 11, 15. 2 Macc. 2, 4. (In V. T. Israelitae saepius dicuntur *κληρονομία τοῦ θεοῦ*, i. e. populus, quem Deus sibi elegit, peculium Dei; ut Ies. 19, 25. Ier. 2, 7. 12, 8. Ioel. 2, 17. Iudith. 9, 12. 13, 5.) *.

Κληρονόμος, *ου, ὁ*, (ex *κλῆρος* et *νέμω*, tribuo, possidendum do) 1) qui sorte accipit; — 2) *haeres*, Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 20, 14. Gal. 4, 1. — *κληρονόμος θεοῦ*, haeres Dei, i. e. bonorum divinorum, qui, quia est Dei filius, etiam felicitatis apud Deum (in coelo) fit particeps, Rom. 8, 17. Gal. 4, 7. Sic etiam Gal. 3, 29 *κληρονόμοι* nimirum *τοῦ Ἀβραάμ*, i. e. bonorum Abrahamo promissorum, quae non nisi filii eius accipere possunt. — LXX pro יוֹרֵשׁ, Ier. 8, 10. 2 Sam. 14, 7. Sir. 23, 22. — 3) *possessor*, accipiens ut in perpetuum posideat, Rom. 4, 13. 14. Tit. 3, 7. Hebr. 1, 2. 6, 17. 11, 7. Iac. 2, 5. (Evang. Nicod. p. 117 ubi Satan dicitur *ὁ κληρονόμος τοῦ σκότους*. ib. p. 189 *μὴ κληρονόμος γενέσθω τῆς ψυχῆς μου*.) *.

Κλῆρος, *ου, ὁ*, (a *κλάω*, frango) LXX pro גּוֹרָל, נַחֲלָה, 1) *sors* i. e. propr. signum sortis, ut frustulum ligni; sortes enim antiquissimis temporibus non manu e vase extrahebantur, sed vas agitabatur, ut sors quaedam exsiliret et caderet in terram. Hom. Iliad. 3, 316. Ps. 68, 13. — Matth. 27, 35 *κλῆρον βάλλειν*. Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. Io. 19, 24. Act. 1, 26. Ezech. 24, 6. Ion. 1, 7. Ps. 22, 18. — 2) *id quod sorte tribuitur, sors, pars*, der Theil, Antheil, Act. 8, 21 *οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ*. (cf. Deut. 10, 9. 12, 12. Sir. 2, 9. Ioseph. ant. 4, 7. 5.) Sic etiam *κλῆρον τῆς διακονίας* accipere, i. e. participem esse muneris, Act. 1, 17. 25. — *οἱ κλῆροι*, coetus christianorum 1 Petr. 5, 3 i. e. pars gregis presbytero subiecta, eius curae tradita; *μὴ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γενόμενοι τοῦ ποιμνίου*, non ut domini gregis christianorum, quorum pascendorum munus ipsis traditum est, sed etc. — 3) *locus, conditio, sors*, quam ex fati decreto habemus s. accipimus, ut nostrum *Loos;* de fato et conditione externa, Col. 1, 12 *εἰς μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων*, ut participes simus sortis, i. e. felicitatis sanctorum. Act. 26, 18 *κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις*. cf. Sap. 5, 5 *ἐν ἁγίοις ὁ κλῆρος αὐτοῦ ἐστιν*. ib. c. 3, 14 *κλῆρος* (locus) *ἐν ναῷ κυρίου*. Suid. *κλῆρος· τόπος, κτῆμα, οὐσία ἢ λαχμός*. cf. Ps. 31, 15 *ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου*. Dan. 12, 13. Ier. 13, 25. *.

Κληρόω, *ῶ*, aor. 1. pass. *ἐκληρώθην*, (a *κλῆρος*) 1) sortior, sortem mitto; Ioseph. ant. 5, 1. 14. Ies. 17, 11. — *Κληρόομαι*, passiv. sorte legor, 1 Sam. 14, 41. Ioseph. ant. 6, 4. 5 *ταύτης* (tribu Beniaminitica) *κληρωθείσης*. — Missa notione sortis — 2) fato s. Dei voluntate eligor, i. e. *contigit s. evenit mihi ex Dei voluntate;* Eph. 1, 11 *ἐν ᾧ ἐκληρώθημεν — εἰς τὸ εἶναι*, per quem ex Dei voluntate nobis contigit, ut etc. (Antonin. 6, 39. Philo de opif. m. p. 12. Act. Thom. §. 24 *ἵνα κληρωθῶ ἄξιος γενέσθαι τῶν ὀφθέντων ὑπὸ τῶν ἀγγέλων*.) *.

Κλῆσις, *εως, ἡ*, (a *καλέω*) 1) appellatio, compellatio, Ier. 31, 6. — *invitatio, vocatio* (ad epulum, Iudith. 12, 10. 3 Macc. 5, 14.) — ad regnum Dei eiusque bona, Rom. 11, 29. Eph. 4, 1. 2 Thess. 1, 11. 2 Tim. 1, 9. Hebr. 3, 1. 2 Petr. 1, 10. (Clem. Alex. strom. 6, 17. p. 823 ed. Pott.) — Eph. 1, 18. 4, 4 *ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως*, vid. *Ἐλπίς*. Phil. 3, 14 *βραβεῖον τῆς κλήσεως*, praemium felicitatis, ad quam vocati sumus. — 2) *locus, ordo*, i. e. status externus, ut nostrum der *Beruf* und Stand; 1 Cor. 1, 26 *βλέπετε τὴν κλῆσιν ὑμῶν*, videte locum vestrum, quod non multi vestrum sunt philosophi, vel potentes etc. 1 Cor. 7, 20 *ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω*, eo loco, quo quisque vestrum erat, quum ad regnum Dei vocabatur, maneat etiam. (Sic *κλήσεις*, dorice *κλάσεις*, Latinor. *classes* apud Dionys. Halic. antiq. Rom. 4, 18.)

Κλητός, *ή, όν*, (a *καλέω*) 1) propr. nominatim electus; *vocatus, invitatus* — ad munus, *κλητὸς* (a Iesu) *ἀπόστολος*, Rom. 1, 1. 1 Cor. 1, 1. coll. Gal. 1, 15. — (ad epulum invitatus 1 Reg. 1, 41. 3 Macc. 5, 14.) — invitatus, vocatus ad regnum Dei eiusque felicitatem, Matth. 20, 16. 22, 14. 1 Cor. 1, 24. Iud. v. 1. — *κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ* a Christo vocati ad regnum suum, Rom. 1, 6. (1 Reg. 1, 49 *οἱ κλητοὶ τοῦ Ἀδωνίου*, invitati ab Adonia) Rom. 8, 28. — 2) *convocatus, κλητοί, concio*. Sic intelligo *κλητοὶ ἅγιοι* Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2 concio sanctorum, convocatus per Christum coetus *ἁγίων*. et Apoc. 17, 14 *κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί*, i. e. coetus electorum et fidelium. Similiter in

V. T. dies septimus aliusve festus dicitur ἡμέρα κλητὴ ἁγία, dies concionis, dies ubi convocatur populus ad colendum Deum, hebr. מִקְרָא קֹדֶשׁ, Exod. 12, 16. Lev. 23, 2—4. 8. 24. 37. *.

Κλίβανος, ου, ὁ, (apud scriptores inferioris aetatis pro κρίβανος vid. *Sturz.* de dial. Macedon. p. 176 sq. *Lobeck.* ad Phryn. p. 179. Etym. m. sub κρίβανος) 1) *testum, clibanus,* i. e. fornax, in qua coquuntur panes hordeacei, hebr. תַּנּוּר, LXX Exod. 8, 3. Lev. 2, 4. 26, 26. Hos. 7, 4. (Herodot. 2, 92.) „Er besteht bei den Morgenländern häufig nur aus einem grossen, oben enger zugehenden Topfe, welcher vorher erhitzt wird, und an dessen Seiten man die Brodkuchen anklebte." Vid. *Gesenius* sub v. תַּנּוּר. Hinc etiam κλίβανος ein Backtopf, Lev. 11, 35. Hos. 7, 6. 7. — 2) fornax maior, *furnus*, i. q. κάμινος; sic in N. T. Matth. 6, 30. Luc. 12, 28. et Malach. 4, 1 e quo loco haec deprompta videntur. cf. etiam Ps. 21, 9. Gen. 15, 17. Suid. κλίβανος· ἡ κάμινος, ἑστία. *.

Κλίμα, ατος, τό, (a κλίνω) 1) inclinatio; inclinatio coeli, plaga coeli, Ioseph. ant. 14, 15. 2. — 2) *tractus terrae, regio,* Rom. 15, 23. 2 Cor. 11, 10. Gal. 1, 21. (Ioseph. de bell. 5, 12. 2. Polyb. 5, 44. 6.) *.

Κλινάριον, ιου, τό, (deminutiv. nominis κλίνη) *lectulus.* Act. 5, 15 in codd. Formas deminutivorum in — άριον peioris esse notae quam quae in — ιον, monuit *Fritzsch.* in comment. ad Marc. 14, 47. p. 638. Scriptores inferioris aetatis posuerunt etiam pro κλίνη, ut Marc. Anton. 11, 18.

Κλίνη, ης, ἡ, (a κλίνω) hebr. מִטָּה, *lectus* in quo reclinare possumus. — Dicitur a) de lecto ad reclinandum quiescendumque idoneo quovis, Marc. 7, 30. Luc. 17, 34. 1 Sam. 19, 13. 2 Sam. 4, 7. Ps. 6, 6. (de lecto pretiosiore 2 Chron. 22, 11. 24, 25. Esth. 1, 6.) — b) de lecto triclinari, Marc. 4, 21. 7, 4. Luc. 8, 16. Ezech. 23, 41. Exod. 8, 3. — c) de lecto aegrotantium Apoc. 2, 22 βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην, pro: morbum infligam ei. 2 Sam. 13, 5 שְׁכַב עַל מִשְׁכָּב. — cf. Gen. 48, 2. 49, 33. — lectus aptus ad portandum, Matth. 9, 2. 6. Luc. 5, 18. Act. 5, 15. coll. Cantic. 3, 7. Ioseph. ant. 7, 1. 6. *.

Κλινίδιον, ίου, τό, (deminutiv. nominis κλίνη) *lectulus,* i. q. κλινάριον, Luc. 5, 19. 24. (Antonin. 10, 28.) *.

Κλίνω, aor. ἔκλινα, perf. κέκλικα, 1) *inclino,* — τὴν κεφαλήν, de moribundo, Io. 19, 30. — τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, vultum demitto ad terram, Luc. 24, 5. — *inclino me;* de die ad vesperam (Iud. 19, 9 ἠσθένησεν ἡ ἡμέρα εἰς ἑσπέραν) inclinante, Luc. 9, 12. 24, 29. Ier. 6, 4 (נָטָה). — 2) *reclino,* τὴν κεφαλήν, caput reclino i. e. recubo, Matth. 8, 20. Luc. 9, 58. — 3) *in fugam conicio, inclino aciem,* zum Weichen bringen, Hebr. 11, 34 κλίνειν παρεμβολάς. (Ioseph. ant. 14, 15. 4 κλίνεται τὸ κέρας τῆς φάλαγγος. Polyb. 1, 27. 8.) *.

Κλισία, ας, ἡ, (a 2 pers. sing. perf. pass. κέκλισαι verbi κλίνω) locus ubi recumbere, sedere, quiescere possumus, sella, tentorium; Hom. Iliad. 1, 306. 322. Od. 4, 123. 3 Macc. 6, 31. — De discumbentibus ad epulum est: *discubitus, ordo discumbentium, triclinium;* sic semel in N. T. Luc. 9, 14 κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας discumbere facite eos certis ordinibus (in Haufen oder Gesellschaften) per quinquagenos. (Marc. 6, 39. 40 συμπόσια et πρασιαί.) Similiter κλισία Iosepho ant. 12. 2. 11 est ordo discumbentium, quod nos dicimus *Tisch:* διμερῆ τὴν κλισίαν ἐποίησε — τοὺς μὲν γὰρ ἡμίσεις ἐκέλευσεν ἀνὰ χεῖρα κατακλιθῆναι, τοὺς δὲ λοιποὺς μετὰ τὴν αὐτοῦ κλισίαν. *.

Κλοπή, ῆς, ἡ, (a κλέπτω) *furtum;* Matth. 15, 19. Marc. 7, 22. — Ier. 48, 27. Hos. 4, 2. Sap. 14, 25. *.

Κλύδων, ωνος, ὁ, (a κλύζω, adspergo, adluo) *fluctus* aquae, potissimum maris, *undae adluentes* s. *fluctuantes,* Luc. 8, 24. Iac. 1, 6 ὁ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης. Hom. Od. 12, 421. Ioseph. ant. 9, 10. 2. 4 Macc. 7, 4 κλύδωνες τῶν παθῶν. — Saepius etiam pro tempestate, ut apud LXX pro סַעַר Ion. 1, 4. 11. 12. *.

Κλυδωνίζομαι, (a κλύδων) fluctibus iactor; — *agitor ut fluctus agitantur;* ad mentem translatum: *animo fluctuo;* semel Eph. 4, 14. coll. Iac. 1, 6. Ies. 57, 20 οἱ ἄδικοι κλυδωνισθήσονται καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ δυνήσονται. Ioseph. ant. 9, 11. 3 ὁ δῆμος ταρασσόμενος καὶ κλυδωνιζόμενος οἰχήσεται φεύγων.

Κλωπᾶς, ᾶ, ὁ, *Clopas,* (חַלְפַי, quod etiam effertur Ἀλφαῖος, quod vid.) nomen mariti Mariae, patris Iacobi apostoli. Io. 19, 25 ἡ τοῦ Κλωπᾶ (γυνή). In varia lectione habes Κλεωπᾶ et Κλοπᾶ. Plura vid. in Ἰάκωβος. *.

Κνήθω, scalpo, frico, titillo; κνήθομαι, *pruritu laboro;* 2 Tim. 4, 3 κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν, quoniam aures ipsis pruriunt. (De accusat. τὴν ἀκοήν vid. *Wineri* Grammat. p. 206.) Hesych. κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν· ζητοῦντές τι ἀκοῦσαι καθ' ἡδονήν. *.

Κνίδος, ου, ἡ, *Cnidus* s. *Gnidus,* peninsula et urbs maris Aegaei infra Cretam; „urbs in Chersoneso Cariae, cui praeiacet insula aggere iuncta continenti, quae alteram urbis Cnidi partem habet." *Cellarius,* in geogr. plenar. III, 3. 52. p. 82 sq. — Act. 27, 7. 1 Macc. 15, 23. *.

Κοδράντης, ου, ὁ, vox latina *quadrans.* Quadrans romanus erat pars quarta assis semiuncialis, sive decima sexta pars denarii; in N. T. ita dicitur nummus, qui chalcum atticum dimidium, seu δύο λεπτά, zwei Pfennige, valebat. Vid. quae prolixius de hoc verbo disputavit *Fischerus* de vitiis lexic. N. T. p. 448. — Matth. 5, 26. Marc. 12, 42 λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Item in varia lect. Luc. 12, 59 τὸν ἔσχατον κοδράντην. *.

Κοιλία, ας, ἡ, (a κοῖλος, cavus) propr. cavum, die Höhle, (κοιλία ᾅδου, Ion. 2, 3. Sir. 51, 5.) 1) *venter* et superior et inferior, die Bauchhöhlung, Matth. 12, 40. (Ion. 2, 2.) Gen. 41, 21 (קֶרֶב). — 2) partes ventris, et quidem a) venter inferior: *alvus, ventriculus,* Matth. 15, 17. Marc. 7, 19. Apoc. 10, 9. 10. (Ezech. 3, 3.) LXX pro מֵעִים, 2 Sam. 20, 10. Iudic. 3, 22. קֶרֶב Exod. 29, 13. 22. — b) *stomachus,* Luc. 15, 16. 1 Cor. 6, 13. LXX pro בֶּטֶן, Prov. 18, 20. Ier. 51, 34. coll. Num. 5, 22. — c) ex usu hebr. בֶּטֶן *uterus,* Luc. 1, 41. 42. 44. 2, 21. Io. 3, 4. Gen. 25, 24. Num. 5, 21. Sap. 7, 2. (LXX etiam pro רֶחֶם Iob. 3, 11. 10, 17.) — ἐκ κοιλίας μητρός, ex utero matris, a prima aetate, Matth. 19, 12. Luc. 1, 15. Act. 3, 2. 14, 8. Gal. 1, 15. Iud. 16, 18. Iob. 1, 21. Ies. 49, 1. — Κοιλία Luc. 11, 27. 23, 29 pars pro toto: *genitrix.* — 3) ut hebr. בֶּטֶן (Prov. 18, 8. 20, 27. 26, 22.) et מֵעִים (Iob. 30, 27. Thren. 1, 20. Ps. 40, 9) dicitur pro καρδίᾳ sive ψυχῇ, tanquam sensuum, desideriorum sede, et est a) *venter* i. e. *cupidines, voluptates ventris* s. *gulae,* Rom. 16, 18 δουλεύοντες τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ. Phil. 3, 19 ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, quibus venter dominatur. (Ezech. 7, 19 αἱ ψυχαὶ αὐτῶν οὐ μὴ ἐμπλησθῶσι καὶ αἱ κοιλίαι αὐτῶν οὐ μὴ πληρωθῶσι. Sir. 23, 6 κοιλίας ὄρεξις.) — b) *cor,* i. e. *animus, interna hominis,* Io. 7, 38 ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ex eius corde, animo i. e. ex eo dimanabunt etc. cf. Ies. 16, 11 ubi pro ἡ κοιλία in altero membro τὰ ἐντός μου. Ier. 4, 19 τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου. Sir. 51, 21 ἡ κοιλία μου (v. 19 et 20 in simili oratione καρδία, ψυχή) ἐταράχθη ἐκζητῆσαι σοφίαν. *.

Κοιμάω, ῶ, perf. pass. κεκοίμημαι, aor. 1. pass. ἐκοιμήθη, fut. 1. κοιμηθήσομαι, facio cubare, dormire, sopio. — Passivum Κοιμάομαι, ῶμαι, *dormio, obdormio,* Matth. 28, 13. Luc. 22, 45. Io. 11, 12. Act. 12, 6. — LXX Ruth. 3, 7. 8. 1 Sam. 3, 15. Ps. 3, 5 pro שָׁכַב. — per euphemismum de morientibus et mortuis, in sepulchri recessu quasi dormientibus (ἐν τῇ ἀναπαύσει ᾅδου ἐκοιμήθησαν Iob. 21, 13): *exspiro* Io. 11, 11. Act. 7, 60. 13, 36. — *morior,* 1 Cor. 7, 39. 11, 30. 15, 6. 18. 51. 2 Petr. 3, 4. (Ignat. ad Rom. §. 4.) — οἱ κοιμώμενοι, *vita defuncti,* Matth. 27, 52. 1 Cor. 15, 20. 1 Thess. 4, 13—15. — (Apud LXX saepissime pro hebr. שָׁכַב eodem sensu, ut 1 Reg. 2, 10. 11, 43. Ies. 43, 17. 2 Macc. 12, 45.) *.

Κοίμησις, εως, ἡ, (a κοιμάομαι) *somnus, quies.* Io. 11, 13. — (Sir. 46, 19. 48, 13 de morte.) *.

Κοινός, ή, όν, (a ξύν, cum, unde apud epicos etiam ξυνός pro κοινός) 1) *communis,* ad omnes pertinens, gemeinschaftlich, Act. 2, 44. 4, 32. Tit. 1, 4 κοινὴ πίστις. Iud. v. 3 κοινὴ σωτηρία. (Sap. 7, 3 κοινὸς ἀήρ. Prov. 25, 24 οἶκια κοινή, hebr. חָבֵר, societas. 2 Macc. 8, 29. 9, 21 κοινὴ ἀσφάλεια. Ioseph. ant. 5, 1. 27 θεὸν τὸν Ἑβραίοις ἅπασι κοινόν.) — (Etiam publicus, opposito privato, 2 Macc. 12, 4.

Polyb. 25, 8. 4.) — 2) *vulgaris*, gemein, schlecht; Hebr. 10, 29 τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος. (Iustin. Mart. apol. 2. p. 98 οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα [panem et vinum in coena s.] λαμβάνομεν). Potest etiam verti *profanus;* nam κοινός saepius opponitur sacro, ab usu vulgari remoto, et indicat id, quod profanum est. (Ioseph. ant. 12, 2. 14 κοινοὶ ἄνθρωποι, vulgus profanum. ib. 13, 1. 1 οἱ τὸν κοινὸν βίον προῃρημένοι, qui profanam vitam, a legibus mosaicis abhorrentem, sequuntur.) Sic fortasse etiam Apoc. 21, 27 οὐ μὴ εἰσέλθῃ πᾶν κοινόν (ita *Griesb.* pro κοινοῦν) nemo profanus i. e. societati electorum a Deo non adscriptus. Alii vertunt: nil impuri. — 3) *impurus*, de impuritate levitica, Act. 10, 14. 28. 11, 8. Rom. 14, 14. 1 Macc. 1, 47. 62. — Marc. 7, 2 κοιναῖς χερσὶ, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις, manibus illotis contra legem mosaic. ib. v. 5 ubi *Griesb.* κοιναῖς edidit pro ἀνίπτοις. *.

Κοινόω, ῶ, aor. 1. ἐκοίνωσα, perf. κεκοίνωκα, partic. perf. pass. κεκοινωμένος, (a κοινός) 1) aliquid commune facio. (Sic apud profanos.) — In N. T. est: a) *profano*, [Act. 21, 28 vid. Κοινός.] — b) *impurum facio, polluo,* potissimum de munditie ex praeceptis legis mosaic. Matth. 15, 11. 18. 20. Marc. 7, 15. 18. 20. 23. [Apoc. 21, 27.] — Κεκοινωμένους, Hebr. 9, 13 pollutos, vid. Num. 19, 8 sqq. ubi LXX ἀκάθαρτος. — c) *impurum declaro, s. habeo,* Act. 10, 15. 11, 9. Hesych. μὴ κοίνου· μὴ ἀκάθαρτον νόμιζε. *.

Κοινωνέω, ῶ, aor. 1. ἐκοινώνησα, perf. κεκοινώνηκα, (a κοινωνός) *in societatem venio, communionem habeo,* i. e. *particeps fio*, seq. genitivo rei, Hebr. 2, 14. (Prov. 1, 11. 2 Macc. 5, 20. 14, 25. Ioseph. ant. 4, 4. 4. ib. 7, 4, 1.) — b) seq. dativo rei, in *communionem rei venio, particeps sum*, Rom. 12, 13 ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων, in communionem eorum, quae ἅγιοι indigent, venire, i. e. subvenire illorum necessitati. Rom. 15, 27. 1 Tim. 5, 22 ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. 1 Petr. 4, 13 τοῖς τοῦ Χριστοῦ παθήμασι. 2 Io. v. 11. (Sap. 6, 23. Sir. 13, 2 πρός τι.) — c) seq. dativo personae: *communionem cum aliquo habeo*, Gal, 6, 6 κοινωνείτω τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, i. e. in communionem omnium bonorum cum eo veniat. Phil. 4, 15 οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησε, i. e. nullus coetus communionem mecum habuit quod attinet ad data et accepta. (Act. Thom. §. 26 κοινωνῆσαί μοι εἰς τὴν εὐχαριστίαν ταύτην, socium mihi esse in coena sacra. Act. Thom. §. 40 κοινωνήσομεν ἀλλήλοις, communionem invicem habeamus; de concubitu. Ibid. §. 46 κοινώνησον ἡμῖν, Christe, nimirum in sacra coena per panem et vinum. Sir. 13, 1 ὁ κοινωνῶν ὑπερηφάνῳ, qui familiariter utitur ὑπερ. Ibid. v. 2. — Etiam πρός τινα, Cohel. 9, 4. — μετά τινος, Iob. 34, 8. Act. Thom. §. 27.) — Alii κοινωνεῖν Rom. 12, 13. Gal. 6, 6. Phil. 4, 15 transitive explicant: *participem facio*, quo sensu autem vix apud ullum scriptorem legitur. Inveni sensu transitivo tantum in Evang. Nicod. ap. Birch. p. 200, sed seq. accusativo personae: ἦλθες κοινωνῆσαί με τῇ ἁμαρτίᾳ σου.

Κοινωνία, ας, ἡ, (a κοινωνός) 1) *consortium, societas, communio;* Act. 2, 42 κοινωνία nimirum bonorum. Gal. 2, 9 δεξιὰς κοινωνίας διδόναι, dextras pignora societatis et amicitiae. — κοινωνία τινος, societas, communio cum aliquo, 1 Cor. 1, 9. 10, 6 κοιν. τοῦ αἵματος, τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, i. e. communio cum Christo pro nobis cruci affixo. 2 Cor. 13, 13. [Eph. 3, 9 ubi *Griesb.* οἰκονομία] Phil. 2, 1. 3, 10. Phil. v. 6 κοιν. τῆς πίστεώς σου, societas doctrinae, quam nobiscum profiteris. (Sap. 8, 18. Ioseph. ant. 2, 5. 1.) — κοινωνία πρός τι, societas, communio cum aliquo, 2 Cor. 6, 14. (Philo de legat. ad Cai. p. 1007 τίς οὖν κοινωνία (Caio) πρὸς Ἀπόλλωνα; Clem. Alex. protrept. 1 ἦν δέ τις ἔμφυτος ἀρχαία πρὸς οὐρανὸν ἀνθρώποις κοινωνία. coll. Cohel. 9, 4.) — Κοινωνίαν ἔχειν μετά τινος, societate, amore coniunctum esse cum aliquo, 1 Io. 1, 3. 6. 7. coll. Iob. 34, 8. — 2) *beneficiorum communicatio, collectio,* — εἴς τινα, in alicuius usum, pro aliquo; Rom. 15, 26 κοινωνίαν τινα ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχούς, collationem facere pro pauperibus. 2 Cor. 8, 4 τὴν κοιν. τῆς διακονίας collationem, vel communicationem beneficiorum. 2 Cor. 9, 13 ἁπλότης τῆς κοιν. εἰς αὐτούς, sinceritas qua pro illis beneficia collegistis. Phil. 1, 5 κοιν. ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, collationem s. beneficia vestra quibus iuvistis evangelii praedicationem. — Hebr. 13, 16 τῆς κοιν. μὴ ἐπιλανθάνεσθε. — Phavorin. κοινωνία· ἡ ἐλεημοσύνη. *.

Κοινωνικός, ή, όν, (a κοινωνός) *ad societatem aptus;* (Clem. Alex. strom. 1, 6.) — *sociabilis; humanus,* Antonin. 5, 1. 4, 33. Polyb. 18, 31. 7. — Semel 1 Tim. 6, 18 ubi esse videtur *liberalis, ad dandum promtus*. Vid. Κοινωνία.

Κοινωνός, οῦ, ὁ, ἡ, (a κοινός) 1) *socius, sodalis,* Matth. 23, 30. Luc. 5, 10. 2 Cor. 8, 23. — 1 Cor. 10, 18. 20 κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου, τῶν δαιμονίων, societatem habentes cum sacris Iudaeorum, gentilium. (LXX pro hebr. חָבֵר, Prov. 28, 24. Ies. 1, 23. Mal. 2, 14.) — *particeps* rei, 2 Cor. 1, 7 τῶν παθημάτων. 1 Petr. 5, 1 τῆς δόξης. 2 Petr. 1, 4. Hebr. 10, 33. — 2) sodalis i. e. *amicus*, amoris et societatis vinculo iunctus, Philem. v. 17 ἔχειν τινὰ κοινωνόν, aliquem habere amicum. (Sir. 6, 10 φίλος κοινωνὸς τραπεζῶν, amicus qui tantum dapes amat, quem Phocylides v. 85 τραπεζόκορον κόλακα — πόσιος καὶ βρώσιος ἑταῖρον appellat.) *.

Κοίτη, ης, ἡ, (a κεῖμαι) 1) locus recubandi, quiescendi, *cubile* animalium (Mich. 2, 12. Ier. 10, 22.), hominum (1 Chron. 5, 1. 2 Sam. 4, 5.) — Luc. 11, 7. (Ioseph. ant. 6, 4. 1 ἡ κοίτης ὥρα.) — *torus coniugalis*, Hebr. 13, 4 ubi κοίτη pro matrimonio ipso. Ioseph. ant. 2, 4. 5 κοίτην μιᾶναι de moecho. — 2) *concubitus*, et legitimus et illegitimus; saepius apud profanos et in versione LXX pro מִשְׁכָּב, Lev. 15, 4 sq. 21 – 25. 18, 22. Num. 31, 17. Sap. 3, 13. 16. — Sic semel in N. T. Rom. 13, 13 μὴ κοίταις videl. περιπατήσωμεν, veneri non indulgeamus. — 3) ex hebraismo κοίτη dicitur pro *semine* in concubitu emisso, *semen concubitus*, et ita respondet hebr. שְׁכָבָה. Rom. 9, 10 ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, Rebecca unius viri semen accipiens s. suscipiens, nimirum: gemellos peperit. Num. 5, 20 ἔδωκέ τις τὴν κοίτην αὐτοῦ ἐν σοί. Plenius dicitur κοίτη σπέρματος, שִׁכְבַת־זֶרַע; Lev. 15, 16 ἐξέλθῃ ἐξ αὐτοῦ κοίτη σπέρματος, quod per hypallagen est σπέρμα κοίτης. ib. v. 21. 22. 4. Lev. 18, 20. 23 διδόναι κοίτην σπέρματος. (Alii Rom. 9, 10 prolem ex concubitu intelligunt.) *.

Κοιτών, ῶνος, ὁ, (a κοίτη) *cubiculum*. (Vulgaris magis apud Atticos quam urbani sermonis fuisse, testatur *Lobeck*. ad Phryn. p. 252 sq.) Legitur Act. 12, 20 ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, cubicularius regius. (LXX pro חֶדֶר, 2 Sam. 4, 7. מִשְׁכָּב, Exod. 8, 3. 3 Esdr. 3, 3. Diod. 11, 69.) *.

Κόκκινος, η, ον, (a κόκκος, granum; granum quercus cocciferae, coccus tinctorius, die Kermesbeere (d. i. die in der Gestalt von Beeren auf den Blättern der ilex coccifera angesetzten Eiernester der weiblichen Schildlaus. cf. Plin. hist. nat. 9, 41. 16, 8. 22, 2.) — Hinc κόκκινος, *coccineus, cocco tinctus;* Matth. 27, 28. Hebr. 9, 19. Apoc. 17, 3. 4. 18, 12. 16. (Gen. 38, 28. Ios. 2, 18. 2 Sam. 1, 24. Exod. 25, 4. Lev. 14, 4. 6.) *.

Κόκκος, ου, ὁ, *granum;* Matth. 13, 31. 17, 20. Marc. 4, 31. Luc. 13, 19. 17, 6. Io. 12, 24. 1 Cor. 15, 37. *.

Κολάζω, aor. 1. ἐκόλασα, Act. 4, 21 ubi autem futurum exhibent codd. κολάσονται, quod praeferendum, (a κόλος, mutilus) propr. amputo ut arbores, alas; 1) coerceo, cohibeo; castigo, i. q. βασανίζω, Sap. 16, 1. ib. 3, 4. — Quum hoc saepius fiat in poenam (Sap. 11, 5. 16. 16, 9), est — 2) *poena afficio, punio*. Sic medium, significationem activi habens, bis: Act. 4, 21. 2 Petr. 2, 9. coll. 2 Macc. 6, 14. Ioseph. ant. 3, 15. 3. Xenoph. mem. 3, 13. 4.) *.

Κολακεία, ας, ἡ, (κολακεύω adulor, κόλαξ adulator) *adulatio;* 1 Thess. 2, 5. (Ioseph. de bell. 4, 4. 1.) *.

Κόλασις, εως, ἡ, (a κολάζω) *castigatio; cruciatus*, 1 Io. 4. 18 ὁ φόβος κόλασιν ἔχει, animum cruciat. Sap. 11, 13. 16, 2. — cruciatus in poenam, Matth. 25, 46. Ezech. 14, 3. 18, 30. 2 Macc. 4, 38. Sap. 16, 24. *.

Κολασσαί, ῶν, αἱ, *Colossae;* Col. 1, 2 in codic. Vid. Κολοσσαί.

Κολαφίζω, aor. 1. ἐκολάφισα, (a κόλαφος, compressa in pugnum manus) *pugnis caedo, colaphum infligo;* Matth. 26, 67. Marc. 14, 65. — Species pro genere; pugnis caedere pro: *violenter vexare*, thätlich misshandeln, 1 Cor. 4, 11. 2 Cor. 12, 7. 1 Petr. 2, 20. (Test. XII patr. p. 708: „concubina, tibi invidens, κολαφίσει τὰ τέκνα σου.) *.

Κολλάω, ῶ, aor. 1. pass. ἐκολλήθην, (a κόλλα, gluten) 1) *glutino, agglutino; compingo,* coniungo alterum alteri firmiter, ut res glutine conglutinantur; a) de rebus, Luc. 10, 11 τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν. (Iob. 29, 10

γλῶσσα αὐτῶν τῷ λάρυγγι ἐκολλήθη. coll. Thren. 4, 4.) — b) Passivum de personis: conglutinor, i. e. *coniungor arctissime* cum aliquo s. aliqua re, prorsus *me et addico* s. *dedo;* Matth. 19, 5 (in codd.) *τῇ γυναικί.* 1 Cor. 6, 16 *κολλώμενος τῇ πόρνῃ.* (Sir. 19, 2 *ὁ κολλώμενος πόρναις*). 1 Cor. 6, 17 *κολλώμενος τῷ κυρίῳ.* (2 Reg. 18, 6 *ἐκολλήθη τῷ κυρίῳ.* Deut. 10, 20 *πρὸς θεὸν κολληθήσῃ.*) — Rom. 12, 9 *κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ.* (2 Reg. 3, 3 *ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ.* Ps. 119, 31 *ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, κύριε.*) — *Κολλάομαί τινι, partes alicuius sequor, ei adhaereo,* α) de partium studio, Act. 5, 13. 9, 26. 17, 34. (2 Sam. 20, 2 *πᾶς ἀνὴρ Ἰούδα ἐκολλήθη τῷ βασιλεῖ αὐτῶν.* 1 Macc. 3, 2. 6, 21.) — β) de familiaritate, Act. 10, 28 *κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ.* Luc. 15, 15 *πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν.* — 2) ex usu hebr. דָּבַק, cui in versione LXX respondet, adiecta est notio motus, diciturque de eo qui aliquem vel aliquid insequitur et ei se adglutinat; attingo, ich erreiche, Act. 8, 29 *πρόσελθε καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ,* sectare hunc currum, eique adhaere. Apoc. 18, 5 *ἐκολλήθησαν* [ita *Griesb.* recte pro *ἠκολούθησαν*, quod est interpretamentum] *αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ,* attigerunt eius peccata usque ad coelum, i. e. coelum; sensus: in cognitionem coelestium venerunt. (De attingente habes דָּבַק Gen. 19, 19. 31, 23. — Caeterum in LXX habes etiam *κολλᾶσθαι μετά τινος,* Ruth. 2, 8. et *εἴς τινα,* 1 Reg. 11, 2.) *.

Κολλούριον, s. *κολλύριον, ίου, τό,* (deminutiv. nominis *κολλύρα,* collyra, panis cinere coctus) 1) panis parvus, panis cinericeus; — 2) *collyrium,* medicamentum forma et colore collyrae simile, quod oculis adhibebatur. Apoc. 3, 18. (Dioscor. 1, 2. Hippocr. de victu acut. c. 68.) — Receperunt hoc vocabulum Talmudistae, et in Medrasch Thehillim Ps. 19, 9 verba legis vocantur קילורית לעינים collyrium oculorum. (*Buxtorf.* lex. p. 2032.) *.

Κολλυβιστής, οῦ, ὁ, (quod Phrynich. p. 448 *ἀδόκιμον* esse indicat) *nummularius,* — nummularii in porticibus templi sedentes, Matth. 21, 12. Marc. 11, 15. Io. 2, 15 et Luc. 19, 45 in varia lect. (Ductum est a *κόλλυβος, collybus,* [Cic. Verr. 3, 78.] i. e. a) nummus minutus; — b) nummus minutus pro permutatione datus nummulario.) Caeterum vid. *Κερματιστής.* *.

Κολοβόω, ῶ, f. *ώσω,* (*κολοβός,* mutilus, truncatus) amputo (2 Sam. 4, 12 *κολοβοῦσι τὰς χεῖρας αὐτῶν*), mutilo (Arrian. diss. in Epict. 2, 10.) — de tempore: *decurto, abbrevio, contraho,* Matth. 24, 22. Marc. 13, 20. Sic hebr. קָצַר, falce amputare, dicitur de tempore pro *abbreviare,* Ps. 102, 24 (LXX *ὀλιγότητα τῶν ἡμερῶν*). Ps. 89, 45 (LXX *ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας.*) Prov. 10, 27 (LXX *ἔτη δὲ ἀσεβῶν ὀλιγωθήσεται.*) *.

Κολοσσαί, ῶν, αἱ, (minus recte *Κολασσαί,* vid. *Win.* Gr. p. 46.) *Colossae,* s. *Colossis,* urbs magna Phrygiae maioris ad flumen Lycum sita, fere ubi Menander sese Lyco coniungit, et haud procul ab urbibus Laodicea, et Hierapoli (Herodot. 7, 30), quibuscum simul, (ut refert Orosius 7, 7) terrae motu anno Chr. 66. subversa est. — Col. 1, 2. *.

Κολοσσεύς, (in multis codd. etiam sed minus recte, *Κολασσεύς*) *έως, ὁ, Colossensis.* Legitur in subscriptione epistolae ad Colossenses.

Κόλπος, ου, ὁ, hebr. חֵיק, 1) *sinus, pectus,* anterior corporis inter duo brachia pars, Io. 13, 23 *ἀνακείμενος ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ.* cf. 1 Reg. 3, 20. Ruth. 4, 16. — Locutiones: a) dare mulierem in sinum alicuius; de amplexibus amoris Gen. 16, 5. 2 Sam. 12, 8. — b) esse in sinu alicuius, i. e. in eius amplexibus. Sensus: ab eo valde amari, Deut. 13, 6. 28, 54. 56. In N. T. a) esse *in sinu Abrahami,* in eius amplexibus, quod deinde: ab eo foveri, Luc. 16, 22. 23. (4 Macc. 13, 16 *οὕτως γὰρ παθόντας ἡμᾶς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ὑποδέξονται εἰς τοὺς κόλπους αὐτῶν.*) — b) esse in sinu patris, Io. 1, 18 i. e. cum eo versari et ab eo foveri. — 2) *sinus vestis,* Exod. 4, 6. 7. Prov. 6, 27. — Luc. 6, 38 *δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν,* de retributione, in utramque partem, vid. 2 Sam. 12, 8. Ies. 65, 6. Ier. 32, 18. — 3) *sinus maris,* Act. 27, 39. (Hom. Iliad. 2, 560. Ioseph. ant. 3, 1. 5 *ὁ Ἀράβιος κόλπος.*) *.

Κολυμβάω, ῶ, nato. Act. 27, 43. (Barnab. epist. c. 10. Anthol. gr. ed. Iac. III, p. 41.) *.

Κολυμβήθρα, ας, ἡ, (*κολυμβάω*) *aquarum receptaculum,* ad natandum, lavandum, pisces alendos etc. — *balneum* Io. 5, 2. 4. 7. — *piscina,* Io. 9, 7. [11.] — LXX pro בְּרֵכָה, 2 Reg. 18, 17. Neh. 2, 14. Nah. 2, 8 (Ioseph. ant. 15, 3. 3. ib. 9, 11. 3.) *.

Κολώνια, ας, ἡ, vox latina *colonia.* Act. 16, 12 ubi Philippi dicitur *colonia* Romanorum, vid. Dio Cass. 51, 4.

Κομάω, ῶ, f. *ήσω,* (a *κόμη*) *comam alo, comatus sum;* 1 Cor. 11, 14. 15. (Hom. Iliad. 2, 542. Ioseph. ant. 4, 4. 4.) *.

Κόμη, ης, ἡ, coma, ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς, ut Suidas explicat. 1 Cor. 11, 15 de quo loco vid. *Φύσις,* No. 3. (Num. 6, 5. Ezech. 24, 23. 44, 20.) *.

Κομίζω, aor. 1. *ἐκόμισα,* fut. 1. med. *κομιοῦμαι,* partic. *κομιούμενος,* aor. 1. med. *ἐκομισάμην,* 1) propr. suscipio vel curandum vel portandum; (Hom. Iliad. 3, 378. aufero Hom. Iliad. 2, 875. curo Odyss. 10, 73.) — 2) *adporto, affero,* Luc. 7, 37. (Hom. Iliad. 23, 699. 3 Esdr. 9, 39. 40 ubi in textu hebr. Nehem. 8, 1. 2 legitur הֵבִיא. Sap. 18, 21. Tob. 9, 40.) — Med. *Κομίζομαι,* suscipio mihi, fero mihi; 1) *accipio, consequor,* hebr. לָקַח, 2 Cor. 5, 10. — *τὴν ἐπαγγελίαν* felicitatem promissam, Hebr. 10, 36. 11, 39. — *σωτηρίαν,* 1 Petr. 1, 9. — de eo, quod retributionis loco accipimus, Eph. 6, 8. Col. 3, 25. (2 Macc. 8, 33.) 1 Petr. 5, 4. 2 Petr. 2, 13. (1 Macc. 13, 37. Lev. 20, 17.) — 2) *recipio, recupero,* Matth. 25, 27. Hebr. 11, 19 *ἐκομίσατο,* recuperavit videlicet mortis periculo ereptum, altera quasi vice nactus est filium. Vid. *Παραβολή.* cf. Gen. 38, 20. Hos. 2, 9. (Ioseph. ant. 13, 4. 1 *τὴν πατρῴαν ἀρχὴν κομισάμενος,* patrium imperium recepit. ib. 1, 13. 4. Phil. de Ioseph. p. 559.) *.

Κομψότερον, (comparat. adv. *κομψῶς,* eleganter, belle, quod a *κομέω,* como, orno), elegantius, venustius; — *melius,* in locutione *κομψότερον ἔχειν,* quae de aegroto, qui *melius se habet,* legitur Io. 4, 52; item apud Arrian. in diss. epict. 3, 10 ubi *κομψῶς ἔχεις* etiam est *belle habes* (ut loquitur Cic. epp. ad fam. 16, 15), du befindest dich wohl. Pertinet ad locum Ioann. glossa Hesychii: *κομψότερον· βελτιώτερον, ἐλαφρότερον.* *.

Κονιάω, ῶ, partic. perf. pass. *κεκονιαμένος* (a *κονία,* pulvis Iob. 38, 38. 3 Macc. 1, 18. — calx, Deut. 27, 2. Amos. 2, 1) *calce obduco, dealbo;* (LXX hebr. שִׂיד, Deut. 27, 2. 4.) Matth. 23, 27. Act. 23, 3. In utroque loco comparatio eo spectat, quod hypocrita internam malitiam specie pietatis tegere studet, ut calce obducta solent tegi, quae nigra vel foeda sunt in aedificiis. *.

Κονιορτός, οῦ, ὁ, (ex *κονία* pulvis et *ὄρνυμι* excito) *pulvis,* proprie excitatus; etiam pulvis quivis. Matth. 10, 14. Luc. 9, 5. 10, 11. Act. 13, 51. 22, 23. (LXX pro אָבָק Ies. 29, 5. Nah. 1, 3. עָפָר, Deut. 9, 21. Thren. 3, 29.) *.

Κοπάζω, aor. 1. *ἐκόπασα,* (a *κόπος*) 1) defatigor, defatigatus desino; — 2) *desino, cesso* simpliciter omissa notione defatigationis, ut Ruth. 1, 18. Gen. 8, 8. — Matth. 14, 32. Marc. 4, 39. 6, 51 de vento, qui furore suo quasi defatigatus quiescit. — (Gen. 8, 1 *ἐκόπασε τὸ ὕδωρ.* Ion. 1, 11. 12 *κοπάσει ἡ θάλασσα ἀφ' ὑμῶν.* Esth. 2, 1 *ἐκόπασεν ὁ βασιλεὺς τοῦ θυμοῦ.* Sir. 48, 10.) *.

Κοπετός, οῦ, ὁ, (a *κόπτομαι* quod vid.) percussio pectoris; *planctus;* semel Act. 8, 2. — LXX pro מִסְפֵּד, Mich. 1, 8 *ποιήσεται κοπετόν.* Ier. 6, 26. Zach. 12, 10 *κόψονται ἐπ' αὐτὸν κοπετόν.* ib. v. 11. 1 Macc. 4, 39.

Κοπή, ῆς, ἡ, (a *κόπτω*) incisio, caedere, ferire, percutere; — *caedes, strages;* Hebr. 7, 1. (LXX Gen. 14, 17. Ios. 10, 20. Deut. 28, 25. Iudith. 15, 5.) **.

Κοπιάω, ῶ, aor. *ἐκοπίασα,* perf. *κεκοπίακα,* (a *κοπία,* defatigatio) 1) *defatigor* a) *pectus tundendo; defatigor moerore, tristitia, dolore, malis;* Matth. 11, 28. Rom. 16, 12 *τὰς κοπιώσας ἐν κυρίῳ,* malis defatigatae propter religionem domini. (LXX pro יָגַע, Ps. 6, 6 *ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ* defatigatus sum gemendo. Ps. 69, 3 *ἐκοπίασα κράζων,* defatigatus clamando.) — b) *defatigor laboribus,* *ἐκ τῆς ὁδοιπορίας,* Io. 4, 6. (Ies. 40, 31 *δραμοῦνται καὶ οὐ κοπιάσουσι* Deut. 25, 18. Ioseph. ant. 2, 15. 3 *ὑπὸ τῆς ὁδοιπορίας.*) — 2) *defatigatus cedo, desino,* Apoc. 2, 3 *ἐβάστασας διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἐκοπίασας* (sic enim *Griesb.*

pro κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας ut textus vulgaris habet e glossemate) mala passa es mei causa, sed iis neutiquam cessisti. (LXX Ps. 49, 8 pro חָלַל. coll. Ier. 17, 16.) — 3) Nostris scriptoribus vero etiam est: *laboro*, et quidem a) *laboro cum molestia*, sich abarbeiten, Luc. 5, 5. 2 Tim. 2, 6. Ies. 65, 23. — b) *laboro, operor* simpliciter; α) de labore qui fit corpore, manu, Matth. 6, 28. Luc. 12, 27. Act. 20, 35. 1 Cor. 4, 12. Eph. 4, 28. LXX pro יָגַע 2 Sam. 23, 10. Ps. 127, 1. — β) de labore doctoris in doctrina christiana docenda et propaganda, Io. 4, 38. 1 Cor. 15, 10. 16, 16. 1 Thess. 5, 17 ἐν ὑμῖν. ib. 5, 17 οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ. Phil. 2, 16. Col. 1, 29. 1 Tim. 4, 10. — (de prophetarum labore Ies. 49, 4. de labore in sapientia colenda Sir. 6, 19.) — γ) κοπιάω εἴς τινα, *laboro pro aliquo, laboribus meis eum adiuvo*, Rom. 16, 6. Gal. 4, 11. Pro εἰς sequitur etiam dativus, Sap. 9, 10 ἵνα (σοφία) συμπαροῦσά μοι κοπιάσῃ (me adiuvet ut) καὶ γνῶ. Sir. 24, 34 οὐκ ἐμοὶ μόνῳ ἐκοπίασα, non solum in meam utilitatem laboravi. •.

Κόπος, ου, ὁ, (a κόπτω) 1) tundere; porro i. q. κοπετός, planctus (vid. *Κοπιάω*), moestitia, Ier. 45, 3. — 2) *molestia*, quam sustineo, qua premor, 2 Cor. 6, 5. 11, 23. 27. Apoc. 14, 13. (LXX pro עָמָל Iob. 5, 7. Ps. 25, 18. 90, 10. Sap. 10, 17.) — Κόπους παρέχειν τινί, molestiam, s. negotia alicui facessere, Marc. 14, 6. Luc. 11, 7. 18, 5. Gal. 6, 17. (Sir. 29, 4 πόνον παρέχειν.) — 3) *labor* cum molestia coniunctus, *opera*; κόπος τῆς ἀγάπης, 1 Thess. 1, 3. [Hebr. 6, 10] facta, opera beneficentiae. Apoc. 2, 2. 2 Thess. 3, 8. 1 Thess. 2, 9. 1 Cor. 15, 58 ὁ κόπος ὑμῶν, labores vestri, studium Deo obsequendi. — De opera doctorum Io. 4, 38. (vid. *Εἰσέρχομαι*.) 1 Thess. 3, 5. cf. Gen. 31, 42 τὸν κόπον τῶν χειρῶν μου. Deut. 1, 12. vid. *Κοπιάω*. — Ex metonymia: *fructus laboris*, 1 Cor. 3, 8. 2 Cor. 10, 15. (Sir. 14, 15 ἑτέρῳ καταλείψεις τοὺς πόνους σου, καὶ τοὺς κόπους σου εἰς διαίρεσιν κλήρου. coll. Ps. 109, 11.) •.

Κοπρία, ας, ἡ, (a κόπρος, stercus) *fimus, stercus*; [Luc. 13, 8 vid. *Κόπριος*] Luc. 14, 35. — LXX pro סְפַר Iob. 2, 8. אַשְׁפֹּת 1 Sam. 2, 8. Neh. 2, 13. Thren. 4, 5. •.

Κόπριος, ία, ιον, (ab eod.) fimosus, stercoreus. — — Κόπριον, τό, — τὰ κόπρια substantive: *fimus, stercus*, Luc. 13, 8 βάλω κόπρια, stercoraverim eam. (textus vulg. βάλω κοπρίαν.) 1 Macc. 2, 62. •.

Κόπτω, f. ψω, aor. 1. ἔκοψα, 1) *ferio, caedo, succido*, Matth. 21, 8. Marc. 11, 8. LXX hebr. כָּרַת Num. 13, 24. Iud. 9, 48. — (percutio, Ios. 10, 20.) — 2) medium: percutio me, pectus tundo ex moerore, *plango, lugeo*, Matth. 11, 17. 24, 30. — LXX hebr. סָפַד Ezech. 24, 16. 2 Sam. 1, 12. Ioseph. ant. 7, 1. 6. — κόπτ. τινα, plango, defleo aliquem, Luc. 8, 52. 23, 27. Gen. 23, 2. 50, 10. — ἐπί τινι, hebr. סָפַד seq. עַל, Apoc. 1, 7 ἐπ' αὐτόν. Apoc. 18, 9. Zach. 12, 10. •.

Κόραξ, ακος, ὁ, *corvus*, Luc. 12, 24. — LXX pro עֹרֵב Lev. 11, 15. 1 Reg. 17, 4. 6. Ps. 174, 9. •.

Κοράσιον, ίου, τό, (a κόρη, puella) *puella*, nostrum: Mädchen. — In versione LXX est: *puella tenera*, pro יַלְדָּה, Ioel. 3, 3. Zach. 8, 5. — puella iuvenilis, viro matura, pro נַעֲרָה 1 Sam. 9, 11. 12. Esth. 2, 3. 7 sqq. diciturque saepius de servis Ruth. 2, 8. 22. 1 Sam. 25, 42. Susann. v. 15 — 20. — In N. T. non nisi priori sensu legitur Matth. 9, 24 sq. Marc. 5, 41. 42. 6, 22. 28. — Marc. 5, 41 κοράσιον (Luc. 8, 54 ἡ παῖς) respondet syriaco ܛܠܝܬܐ, (טְלִיתָה) cuius radix טְלָה significat agnellum tenerum. (Est propr. vocabulum sermonis familiaris, ut nostrum *Mädel*, quo vero scriptores inferioris aetatis etiam cum nulla εὐτελισμοῦ significatione utuntur. Vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 74. *Sturz*. de dial. Maced. p. 42.) •.

Κορβᾶν, ὁ, ipsa vox hebr. קָרְבָּן, donum, sacrificium Deo devotum, Lev. 2, 1. 4. 12. 13. 7, 38. — Legitur bis in N. T. a) tanquam ἄκλιτον, Marc. 7, 11 κορβᾶν (ὅ ἐστι δῶρον), ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, Deo devotum est, Deo dicare volo id quo posses a me iuvari. Simili modo vocem κορβᾶν interpretatur δῶρον θεοῦ Ioseph. ant. 4, 4. 4. et contr. Apion. 1, 22 et in priori loco commemorat, Nasiraeos sese appellasse κορβᾶν quia sacerdotibus s. templo dare debuissent triginta siclos. — Hinc etiam — 2) κορβανᾶς, ᾶ, ὁ, est: *thesaurus sacer* s. templi; Ioseph. de bell. 2, 9. 4 τὸν ἱερὸν θησαυρὸν (den Tempelschatz), καλεῖται δὲ κορβανᾶς. Sic semel in N. T. Matth. 27, 6 [codd. etiam κορβονᾶν et κορβωνᾶν] ubi ex adiuncto est reconditorium thesauri, i. q. γαζοφυλάκιον, quod vide. •.

Κορέ, ὁ, hebr. קֹרַח, *Core*, nom. propr. indecl. viri, qui contra Mosen, Dei legatum, rebellavit, Num. 16. — Iud. v. 11. (Ioseph. ant. 4, 2. 2 Κορῆς, έου.)

Κορέννυμι, perf. pass. κεκόρεσμαι, aor. 1. pass. ἐκορέσθην, *satio, saturo*; cibo Act. 27, 38. (Hom. Iliad. 11, 561. Deut. 31, 10. Ioseph. ant. 2, 5. 6.) — bonis quibuscunque, felicitate, 1 Cor. 4, 8 ἤδη κεκορεσμένοι ἐστέ, omnibus bonis (spiritualibus) abundatis scilicet. (Philo de alleg. II, p. 81 ἡδονῆς κορεσθῶμεν.) •.

Κορίνθιος, ία, ιον, *Corinthius*; — Corinthum incolens, Act. 18, 8. 2 Cor. 6, 11. [1 Cor. 16, 24.] •.

Κόρινθος, ου, ἡ, *Corinthus*, urbs celeberrima, metropolis Achaiae propriae, in isthmo Peloponnesi inter duo maria (inde bimaris dicta, Ovid. Metam. 4, 501 et 5, 407) sita, duobusque portubus instructa, Cenchraeo versus Asiam (vid. *Κεγχρεαί*) et Lechaeo versus Italiam. Devastata est a Lucio Mummio, consule Romanorum, in bello achaico, postea autem, quippe mercaturae aptissima, a Iulio Caesare restituta, brevique incolis, divitiis et luxuria valde aucta. — Act. 18, 1. 19, 1. [Rom. 16, 24.] 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 1, 1. 23. 2 Tim. 4, 20. •.

Κορνήλιος, ίου, ὁ, *Cornelius*, nom. pr. centurionis romani, Act. 10, 1. 3. [7.] 17. 21 — 31. •.

Κόρος, ου, ὁ, *corus*, hebr. כֹּר, mensura, maxime aridorum, ut tritici, farinae etc., decem Ephas (Ezech. 45, 13), sive decem medimnos atticos continens. (Ioseph. ant. 15, 9. 2 κόρος σίτου· ὁ δὲ κόρος δύναται μεδίμνους ἀττικοὺς δέκα. coll. Ioseph. ant. 3, 15. 3. — Semel Luc. 16, 7. — LXX pro כֹּר 1 Reg. 4, 22 κόροι σεμιδάλεως καὶ ἀλεύρου; (iisdem verbis Ioseph. ant. 8, 2. 4.) 1 Reg. 5, 11 κόρους πυροῦ (Test. XII patr. p. 599.) 2 Chron. 2, 10.

Κοσμέω, ῶ, aor. 1. ἐκόσμησα, partic. perf. pass. κεκοσμημένος, (a κόσμος) 1) *ordino, dispono, apte compono*; Matth. 25, 7 λαμπάδας. (Exod. 30, 7 ἐπισκευάζειν τοὺς λύχνους. Κοσμεῖν τὴν τράπεζαν, mensam struere, עָרַךְ, Ezech. 23, 41. Sir. 29, 26. πόλιν Mich. 6, 9. καιρούς, Sir. 47, 10. Hom. Iliad. 2, 554. de acie. ib. 3, 1.) — 2) *orno, exorno*, pulchrum facio ornamentis, Matth. 12, 44. Luc. 11, 25 οἶκον quasi nimirum ad excipiendum hospitem. 1 Tim. 2, 9. Apoc. 21, 2 νύμφην. Luc. 21, 5 templum λίθοις καὶ ἀναθήμασι. Apoc. 21, 19. murum λίθῳ 2 Chron. 3, 6. Ier. 4, 30. Ezech. 16, 11. Esth. 1, 6. Pind. Ne. 6, 78. — 3) orno honore, *honesto*; Matth. 23, 29 τὰ μνημεῖα, honestare sepulchra, differt ab οἰκοδομεῖν τοὺς τάφους exstruere monumenta, et est vel mortuum honestare eo, quod honores sepulchrales ei exhibentur, vel locum, ubi reconditus est, tanquam sacrum colere. Vid. *Kypkii* obss. ad h. l. — *honesto* aliquem *moribus, decori sum*, Tit. 2, 10 τὴν διδασκαλίαν, doctrinam christianam. 1 Petr. 3, 5 mulieres piae ἐκόσμουν ἑαυτὰς ὑποτασσόμεναι (eo quod obsequium praestiterunt) τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. (Polyb. σεμνότητι καὶ μεγαλοψυχίᾳ κοσμεῖν patriam; vid. *Raphel*. annot. e Polyb. p. 602. Herodian. 6, 3. 5. Sir. 48, 11 ἐν ἀγαπήσει κεκοσμημένοι, amore in Deum ornati.) •.

Κοσμικός, ή, όν, (a κόσμος quod vid.) 1) *mundanus*; *terrestris*, Hebr. 9, 1 τὸ ἅγιον κοσμικόν, sanctuarium in his terris, quod ibidem opponitur τῷ ἐπουρανίῳ Ignat. epist. ad Rom. §. 4. — 2) *accommodatus ad hominum ingenium perversum*; Tit. 2, 12 τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, cupiditates seculi corrupti, quod nunc est. (Clem. Alex. paedag. 1, 1 ὁ λόγος — τῆς κοσμικῆς συνηθείας ἐξαρπάζων τὸν ἄνθρωπον.) •.

Κόσμιος, ίου, ὁ, ἡ, — ον, τό, et κόσμιος, ία, ον, *bene compositus*, de rebus, — et de moribus: *bene compositus, modestus, decorus*. 1 Tim. 2, 9 ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, quidam libri κοσμίᾳ. 3, 2. (Cic. de offic. 1, 34. Xenoph. anab. 6, 6. 32.)

Κοσμίως, (a κόσμιος) adv. *ornate*; 1 Tim. 2, 9 in quibusdam bonis libris pro κοσμίῳ.

Κοσμοκράτωρ, ορος, ὁ, (ex κόσμος et κρατέω) 1) *mundi gubernator* s. *dominus*. — 2) ex usu N. T. ubi κόσμος est seculum perversum, κοσμοκράτωρ, *hominum*

vitiosorum dominus, sive, ut Paulus Eph. 6, 12 ipse explicat, κοσμοκράτωρ τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, intelligendus est diabolus cum geniis malis, qui etiam Io. 12, 31 dicitur ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, et 2 Cor. 4, 4 ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, et apud Clem. Rom. hom. 8, §. 21 ὁ πρόσκαιρος βασιλεύς, ὁ τῶν παρόντων βασιλεύς. Rabbini, qui non solum קַרְטוֹן (κρατῶν) *dominus*, sed etiam קוֹזְמוֹקַרְטוֹר receperunt, posterius et de regibus, et de angelo mortis (Io. 8, 44 ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς) dicere soliti sunt. cf. *Buxtorf.* lex. p. 2006 sq.

Κόσμος, ου, ὁ, (a κομέω, como) 1) ordo, apta et pulchra dispositio, (Hom. Iliad. 12, 225. Ioseph. ant. 4, 3. 1 κόσμος τῆς καταστάσεως. ib. 4, 8. 2. LXX pro צָבָא de ordinibus rerum et stellarum, v. c. Gen. 2, 1. Ies. 24, 21.) — 2) *ornatus, ornamentum*, 1 Petr. 3, 3. (Hom. Iliad. 14, 187. LXX pro עֲדִי Exod. 33, 4—6. Ier. 4, 30. Test. XII patr. p. 601 κοσμηθεῖσα κόσμῳ νυμφικῷ. Ioseph. ant. 1, 16. 2. — Ex adiuncto: honor, decus, Prov. 20, 29. et sensu transitivo: honor qui alicui datur, cultus, Sir. 50, 19 ubi κόσμος κυρίου i. q. λειτουργία.) — 3) *rerum creatarum universitas*, a Graecis κόσμος, a Latinis *mundus* vocata ab apto pulchroque ordine, quo omnia sunt disposita. („Quem κόσμον Graeci, nomine *ornamenti*, appellaverunt, eum nos a perfecta absolutaque elegantia mundum.“ Plin. hist. nat. 2, 4. cf. Cic. de nat. Deor. 2, 22.) Dicitur autem in N. T. a) universe: *mundus*, *rerum universitas*, coelum terramque continens, Matth. 13, 35. 24, 21. 25, 34. Luc. 11, 50. Io. 17, 5. 24. Act. 17, 24. Rom. 1, 20. 1 Cor. 8, 4. Eph. 1, 4. Hebr. 4, 3. 9, 26. 1 Petr. 1, 20. Apoc. 13, 8. 17, 8. Sap. 7, 17. 11, 17. 2 Macc. 7, 23. — rerum natura, 1 Cor. 14, 10. Sap. 16, 17. — b) per synecdochen: *terrarum orbis*, tanquam pars primaria (ut antiquis videbatur) mundi, Io. 1, 9. 11, 9. 21, 15. 1 Cor. 5, 10. — *terra* quatenus opponitur coelum, *adiuncta notione imbecillitatis et vitiositatis*, Io. 8, 23 ubi ἐκ τοῦ κόσμου τούτου εἶναι respondet τῷ ἐκ τῶν κάτω εἶναι, quod refertur et ad ortum et ad animi rationem et est: humanae originis et vitiositatis esse, vid. etiam 1 Io. 2, 15—17. — hyperbolice: de magna orbis parte, Matth. 4, 8 πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου. — 4) ex metonymia κόσμος pro οἱ ἐν τῷ κόσμῳ, *incolae mundi*, 1 Cor. 4, 9 θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, mundo, nimirum quum angelis tum hominibus, mundo quum superiori tum inferiori. De hac distinctione et usu voc. עוֹלָם apud Rabbinos vid. *Buxtorf.* lex. p. 1620. — *incolae telluris;* et quidem a) universe, Matth. 5, 14. 13, 38. 26, 13. Marc. 14, 9. Luc. 12, 30. Io. 8, 12. 11, 27. 18, 36. 1 Io. 2, 2. 4, 1. 3. 9. 14. Rom. 3, 6. 19. 1 Cor. 4, 13. 2 Cor. 1, 12. 1 Tim. 3, 16 ἐν κόσμῳ, inter homines. Hebr. 10, 5. Apoc. 11, 15 ἡ βασιλεία τοῦ κόσμου, imperium in homines. — et passim. vid. Sap. 9, 3. 14, 6. 10, 1 ubi Adamus πατὴρ τοῦ κόσμου dicitur; 14, 14. — b) indefinite de *magna parte* Rom. 1, 8 ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ubicunque inter homines, nostrum: weit und breit. Col. 1, 6. 1 Petr. 5, 9. (Philo in Flacc. p. 982 E. Iudaei Alexandrini dicuntur precibus suis ad Deum explevisse terram et mare, καὶ συμπάντα τὸν κόσμον.) Hinc ὁ κόσμος etiam simpliciter *multitudo*, in scriptis Ioannis; Io. 12, 19 ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. Io. 7, 4. 14, 22. 18, 20. Sic Sap. 6, 24 ubi κόσμῳ in altero membro respondet δῆμος. — c) de maiori hominum parte simul viventium; *aevum, seculum*, ut hebr. עוֹלָם, 2 Petr. 2, 5 ὁ ἀρχαῖος κόσμος. ib. 3, 6 ὁ τότε κόσμος, i. e. impii illi homines. Hebr. 11, 7 κόσμον, homines sui aevi. ib. v. 38. Sic intelligo etiam Matth. 18, 7. Io. 9, 39 εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, huius aevi hominibus. — In N. T. — d) *seculum*, quale erat temporibus Iesu et Apostolorum, *vitiosum*, i. e. homines tum viventes, quatenus sensibus cupiditatibusque ducebantur, die durch die Sünde verdorbene Welt, *homines qui nunc sunt*, videlicet corrupti. Io. 7, 7. 12, 31. 14, 17. 19. 27. 30. 31. 15, 18. 19. 16, 8. 11. 20. 16, 33. 17, 6. 9. 11. 12—16. 25. 1 Io. 3, 1. 13. 4, 4. 5. 5, 4 sq. 19 ὁ κόσμος ὅλος, omnes, qui nunc sunt; porro: 1 Cor. 1, 20. 21. 27 τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου τούτου, quae hisce hominibus stulta videntur. ib. v. 28. 2, 12 πνεῦμα τοῦ κόσμου. 3, 19. 11, 32. Eph. 2, 2. Phil. 2, 15. — 2 Cor. 7, 10 λύπη τοῦ κόσμου, dolor ob scelera s. sceleratos homines. Iac. 1, 27. 2, 5. 4, 4. 2 Petr. 1, 4. — Notandum vero, in pluribus horum locorum κόσμον ita dici, ut homines non emendatos, a Christo aversos, die nicht-christliche, die noch ungebesserte Welt, indicare videatur, cui contra opponuntur Christiani per spiritum divinum edocti moribusque emendati. In scriptis Petri et Iacobi a κόσμῳ distincti et potius veris Dei cultoribus adnumerati videntur Iudaei, ita ut κόσμος tantum *gentiles* indicet, ut profecto in locis Paulinis Rom. 11, 12 πλοῦτος κόσμου — πλοῦτος ἐθνῶν. ib. v. 15. 1 Cor. 6, 2. Eph. 2, 12 ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, inter gentiles. At in evang. Ioannis c. 1. 10. 29 etc. et in quibusdam locis Pauli κόσμος simul comprehendit Iudaeos, quippe Iesu et divinis praeceptis a Iesu ad nos perlatis immorigeros. Sic στοιχεῖα τοῦ κόσμου Gal. 4, 3. Col. 2, 8. 20 ad Iudaeos, et Gal. 6, 14 ὁ κόσμος (ut e versu 15 patet) ad Iudaeos et gentiles simul spectat. — — 5) *bona huius vitae*, bona terrestria adspectabilia, Matth. 16, 26 τὸν κόσμον ὅλον κερδαίνειν. Luc. 9, 35. Marc. 8, 36. 1 Cor. 7, 31. 33. 34. fortasse etiam Rom. 4, 13. 1 Cor. 3, 22. — 6) *haec vita* ipsa, *vita hisce in terris*, Io. 12, 25 ubi opponitur ζωὴ αἰώνιος. 13, 1. 16, 21 ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον, in lucem editus est. 1 Tim. 6, 7. 1 Io. 3, 17. — Denique restat locus vexatissimus Iac. 3, 6, ubi, quo sensu lingua ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας dicatur, vix definiri potest. Vel enim est: „ornatus iniustitiae, i. e. lingua improba ea quoque, quae iniustissime fiunt, ornare verbis et suis coloribus adspergere et pingere solet;“ vid. *Elsner.* ad h. l. — vel κόσμος est pro: complexus, ein Inbegriff, i. e. magna multitudo τῆς ἀδικίας, ut vertit Lutherus: eine Welt voll Ungerechtigkeit; vel, quum οὕτως sequatur, ὡς supplendum est ante ὁ κόσμος et post πῦρ plene interpungendum, ita ut vertendum sit: ut ornatus (mulierum) inhonestus inquinat mentes, sic lingua deprehenditur inter corporis membra id, quod totum corpus inquinat.

Κούαρτος, ου, ὁ, *Quartus*, nomen viri latinum. Rom. 16, 23.

Κοῦμι, hebr. קוּמִי, literis graecis expressum, *surge*. Marc. 5, 41.

Κουστωδία, ας, ἡ, vox latina *custodia;* Matth. 27, 65. 66. 28, 11 de *militibus* romanis sepulchrum Christi custodientibus. Evang. Nicodemi p. 71 et 73. *.

Κουφίζω, (a κοῦφος, levis) *levo, allevo;* — navem, Act. 27, 38. (Polyb. 1, 39. 4 ἐκούφισαν τὰς ναῦς.) — Exod. 18, 22. 1 Reg. 12, 4. Iob. 1, 5. (κουφίζεσθαι ἐχθρῶν, Ioseph. de bell. 4, 6. 1.) *.

Κόφινος, ου, ὁ, *cophinus, corbis*. Matth. 14, 20. 16, 9. Marc. 6, 43. 8, 19. Luc. 9, 17. Io. 6, 13. — LXX Ps. 81, 6 pro דּוּד, Lastkorb. Iud. 6, 19 pro סַל. *.

Κράββατος, s. Κράβατος, ου, ὁ, *grabbatus*, i. e. lectus vilior et humilior, unum tantum hominem capiens, sicque differt a κλίνη, lecto ampliori et pretiosiori. (Moeris Att. σκίμπους ἀττικῶς· κράββατος ἑλληνικῶς. Vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 62 et *Sturz.* de dial. Maced. p. 175 sq.) — Marc. 2, 4—12. 6, 55. Io. 5, 8—12. Act. 5, 15. 9, 33. (Scholiast. ad Eurip. Hippol. 977. Act. Thom. §. 50 et 51. Sozom. hist. eccles. 1, 11. Arrian. diss. epict. 1, 24.) *.

Κράζω, f. κεκράξομαι [Luc. 19, 40 ubi codices etiam exhibent κεκράξονται et κράξουσι, de qua forma vid. *Rostii* Gr. §. 84 et *Wineri* Gr. p. 82], aor. 1. ἔκραξα, (apud profanos ἔκραγον), perf. κέκραγα, LXX pro קָרָא, צָעַק, זָעַק, שִׁוַּע, 1) *clamo, vociferor, altam vocem edo;* de clamore, qui constat exclamationibus, et sonis non articulatis; — Matth. 14, 26 ἀπὸ τοῦ φόβου. — prae dolore, Matth. 27, 50. Marc. 15, 39. coll. v. 37. Apoc. 12, 2. — prae horrore, Act. 7, 57. — de vocibus insanientium, Marc. 1, 26. 5, 5. 9, 26. Luc. 9, 39. — de vocibus laetantium, cantu exsultantium, Luc. 19, 40 οἱ λίθοι κεκράξονται, lapides clamabunt. LXX pro הֵרִיעַ Ios. 6, 16. Ps. 65, 13. — 2) *exclamo, alta voce loquor*, Marc. 10, 48. 15, 13 sq. Luc. 18, 39. Io. 12, 13. Act. 7, 60. 19, 32. 34. 21, 28. 23, 6. 24, 21. Rom. 9, 27. Exod. 22, 23. — seq. dativo *acclamo*, Apoc. 14, 15. coll. Ies. 6, 3. Ps. 119, 145. — Saepius legitur ἔκραξαν λέγοντες, Matth. 8, 29. 14, 30. 27, 23. Marc. 3, 11. 9, 24. Io. 1, 15. 7, 37. 19, 12. Act. 16, 17. 19, 28. Apoc. 6, 10 et passim. Exod. 5, 8. — sive κράζοντες καὶ λέγοντες, Matth. 9, 27. 21, 15. Marc. 5, 7. 10, 47. Luc. 4, 41. Io. 7, 28. 12, 44. Act. 14, 14. — Κράζειν ὀπισθέν τινος, clamoribus prosequi aliquem, Matth. 15, 23. — Κράζειν πρὸς θεόν, in V. T. de iis, qui Dei auxilium implorant, saepissime, v. c. Iud. 3, 9. Ps. 22, 5. Iud. 6, 7 ἐβόησαν πρὸς κύριον. — In N. T. a) Iac. 5, 4 ὁ μισθός, merces detenta, dicitur κράζειν

(*πρὸς θεόν*) i. e. Deum implorare ultorem. (cf. Gen. 4, 10 *βοᾷ πρός μέ*. Exod. 22, 23. coll. Exod. 3, 9 et Deut. 15, 9. Ioseph. bell. 1, 10. 2 *κεκραγέναι γὰρ τὸ σῶμα* [i. e. corporis vulnera] *σιωπῶντος*.) — b) *κράζειν* de ardentissimis precibus ad Deum factis, Gal. 4, 6 *τὸ πνεῦμα κράζον*, pro *ἐν ᾧ* (*πνεύματι*) *κράζομεν*, ut legitur Rom. 8, 15. coll. Ps. 28. 1. 30, 8.

Κραιπάλη, *ης*, *ἡ*, (a *κράς*, caput, et *πάλλω*, vacillo, tremo, alii ab *ἁρπάζω*) — propr. capitis dolor post ebrietatem (Clem. Alex. paed. 2, 2. p. 182 ed. Pott. *κραιπάλη ἡ ἐπὶ τῇ μέθῃ δυςαρέστησις καὶ ἀηδία, ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν ὠνομασμένη*. — Athen. lib. 1. p. 34 *ἐχθὲς ὑπέπινες, εἶτα νῦν κραιπαλᾷς*), igitur diversum a *μέθη*, i. e. ebrietate in actu potandi; deinde vero etiam de ebrietate; *crapula*. — In N. T. semel Luc. 21, 34 ubi *κραιπάλη* et *μέθη* crapula et ebrietas, coniunctim vel *comessationes* omnino indicant, vel ebrietatem quotidianam. (Alciphron. 3, 24 *ἡ γαστὴρ τῆς κραιπάλης ἐμπίπλαται*. Herodian. 2, 5. 1. — *Κραιπαλάω* Ps. 78, 65. Ies. 29, 9.) *.

Κρανίον, *ου*, *τό*, (deminutiv. subst. *κρᾶνον*, caput, cranium) *cranium, calvaria*; Matth. 27, 33. Marc. 15, 22. Luc. 23, 33. Io. 19, 17. Evang. Nicod. p. 101. — (LXX pro גֻּלְגֹּלֶת Iud. 9, 53. 2 Reg. 9, 35.) *.

Κράσπεδον, *ου*, *τό*, 1) *fimbria*, a) prominens rei pars, v. c. montis (Xenoph. hist. gr. 4, 6. 8). — b) vestimenti, *Zipfel*, Deut. 22, 12. Zach. 5, 9 (text. vatic. *πτέρυγας*) ubi in hebr. כָּנָף, quod etiam dicitur de fimbria s. extremitate terrae Iob. 37, 3. Ies. 24, 16. — c) *cirrus, fimbria*, Quasten, Troddeln, i. e. pannulus ex ora pallii dependens, quo utebantur Iudaei e praecepto Num. 15, 38 sq. hebr. צִיצִת, LXX *κράσπεδον*. coll. Ezech. 8, 3. — Sic Matth. 9, 20. 14, 36. 23, 5. Marc. 6, 36. Luc. 8, 44. *.

Κραταιός, *ά*, *όν*, (a *κράτος*) *robustus, validus, potens*. 1 Petr. 5, 6 *κραταιὰ χεὶρ τοῦ θεοῦ*. (3 Esdr. 8, 47 *κατὰ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ κυρίου ἡμῶν*. Deut. 4, 34. 6, 21. Exod. 13, 3. Ezech. 30, 33 sq. Iob. 30, 21.) *.

Κραταιόω, *ῶ*, aor. 1. pass. *ἐκραταιώθην*, (a *κραταιός*) forma inferioris aevi pro meliore et antiquiore *κρατύνω*, — LXX pro אָמֵץ, גָּבַר, חָזַק, *firmum, fortem facio, firmo, roboro*, 1 Sam. 23, 16. 2 Chron. 34, 8. Ps. 103, 11. Test. XII patr. p. 660. verbis affirmo, bekräftigen. — passiv. *firmor, augeor viribus* vel corporis vel animi; — *ἐκραταιοῦτο πνεύματι*, viribus animi augebatur, sensus: cognitione et virtute crevit, Luc. 1, 80. 2, 40. *Κραταιωθῆναι δυνάμει*, Eph. 3, 16. (1 Macc. 1, 62.) — ex significatione medii: firmo me, *fortem me praesto, fortiter ago*, 1 Cor. 16, 13. (Ps. 31, 24 *ἀνδρίζεσθε καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν*. 2 Chron. 21, 4.) *.

Κρατέω, *ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐκράτησα*, perf. *κεκράτηκα*, perf. pass. *κεκράτημαι*, (a *κράτος*) — LXX pro אָחַז et חָזַק — propr. potestatem habeo, potens sum; 1) seq. genitivo: *compos fio*, Act. 27, 13 *τῆς προθέσεως*. Hebr. 4, 14 *τῆς ὁμολογίας*. Hebr. 6, 18 *τῆς ἐλπίδος*. (Prov. 14, 18 *αἰσθήσεως*. Ioseph. ant. 6, 6. 3 *κρ. τοῦ λογισμοῦ*, rationis compotem fieri.) — *potior*, — *prehendo*, *τῆς χειρός τινος*, manu prehendere aliquem, Marc. 1, 31. 5, 41. Luc. 8, 54. (Ps. 73, 23. Gen. 19, 16. Cant. 7, 8. 2 Sam. 1, 11. Ies. 41, 13.) — seq. accusativo: *potior aliquo s. aliqua re, ich bemächtige mich eines*, Matth. 12, 11. 14, 3. 18, 28. 21, 46. 22, 6. 26, 4. 48. 50. 55. 57. Marc. 3, 21 *κρατῆσαι αὐτόν*, ut manum ei iniicerent. 6, 17. 12, 12. 14, 1. 44. 46. 49. 51. Act. 24, 6. Apoc. 20, 2. (Cant. 3, 4. 2 Sam. 6, 6. Ps. 137, 9. Test. XII patr. p. 589 *τὰς δορκάδας ἐκράτουν διὰ τοῦ δρόμου*.) — *Κρατεῖν τινα τῆς χειρός*, potiri manus alicuius, Marc. 9, 27. (Test. XII patr. p. 590 *βοῦν ἐκράτησα τῶν κεράτων*.) Act. 3, 11 *κρατοῦντος δὲ αὐτοῦ τὸν Πέτρον*, quum manu prehenderet Petrum, nec eum dimitteret. (Alii: assectari; sequi eundo) — Matth. 28, 9 *τοὺς πόδας τινός*, genua alicuius amplecti. — 2) *teneo*; manu, Apoc. 2, 1 *τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας*. c. 2, 25. 3, 11. — potestate, *dominor*, Apoc. 7, 1 *τοὺς ἀνέμους*, quos carcere inclusos cogitabant veteres. — tropice: prehensum *firmiter teneo*, quod de personis est: *fideliter adhaereo alicui*; Col. 2, 17 *τὴν κεφαλήν*, caput, Christum. Apoc. 2, 13 *τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ*. — de dictis, praeceptis: *fideliter sequor*, Marc. 9, 10 *καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν*, quod praeceptum fideliter sequuti sunt (nam *πρὸς ἑαυτούς* iungendum est cum *συζητοῦντες*). ib. 7, 3 *τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων* ib. v. 8. 2 Thess. 2, 15. Apoc. 2, 14 *τὴν διδαχήν*. v. 15. (Test. XII patr. p. 665 *κρατεῖν τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ*.) — 3) *retineo*, ich halte zurück; Luc. 24, 16 *οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο, τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν*. Io. 20, 23 *ἄν τινων κρατῆτε* (*τὰς ἁμαρτίας*) *κεκράτηνται*, quibus unquam retinueritis peccata (i. e. non condonaveritis, opponitur enim *τῷ ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας*), iis retenta sunt (ubi perfectum, ut saepe, praesentis notionem includit). Act. 2, 24 *κρατεῖσθαι ὑπό τινος*. (Test. XII patr. p. 683 *ἐν ψυχῇ σου μὴ κρατήσῃς δόλον*.) *.

Κράτιστος, *η*, *ον*, (a *κράτος*) potentissimus, fortissimus, Amos. 6, 2. Pind. Ol. 14, 20. — *optimus*, excellens, praestantissimus (Pind. Py. 11, 89. Isthm. 1, 25. 1 Sam. 15, 15), *nobilissimus* (2 Macc. 3, 2 *ἀποστολαῖς κρατίσταις*. ib. 4, 12), quo sensu adhibebatur in compellandis hominibus illustribus, nobilibusque. Luc. 1, 3 *κράτιστε Θεόφιλε*. Act. 23, 26 *τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι*. 24, 3. 26, 25. (Ioseph. contra Apion. 1, 1 *κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε*, pro quibus ibid. 2, 1 leguntur: *τιμιώτατέ μοι Ἐπαφρόδ*. Ioseph. ant. 4, 6. 8.) *.

Κράτος, *εος*, contr. *ους*, *τό*, hebr. עֹז, 1) *robur*, (*manus, corporis*, Sir. 47, 5 *ἔδωκεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ κράτος, ἐξᾶραι ἄνθρωπον δυνατόν*.) — *vis, potentia*; Col. 1, 11 *τὸ κράτος τῆς δόξης*, splendidissima potentia. — *τὸ κράτος τῆς ἰσχύος αὐτοῦ*, potentia roboris eius, i. e. summa eius potentia, Eph. 1, 19. 6, 10. ex hebraismo; Ies. 40, 26. Iob. 21, 23. Dan. 4, 26. (*τὸ κράτος τῆς θαλάσσης*, vehementia, vis undarum, Ps. 89, 10.) — *Κατὰ κράτος*, *potenter, valde*, Act. 19, 20. — ex metonymia: *opus potentiae, facinus, miraculum*, Luc. 1, 51 *ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ*. (Ps. 118, 16 *δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δύναμιν*.) — 2) *potestas summa, imperium*, Hebr. 2, 14. — (Ioseph. ant. 1, 19. 1 *τὸ κράτος τῆς γῆς*.) — de Dei imperio, 1 Tim. 6, 16. 1 Petr. 4, 11. 5, 11. Iud. v. 25. Apoc. 1, 6. 5, 13. (2 Macc. 3, 34. 7, 17. 9, 17. 11, 4.) in quibus locis alii explicant: laus, praedicatio, uti hebr. עֹז interdum legatur, ut Ps. 8, 3. 89, 14. *.

Κραυγάζω, fut. *άσω*, aor. 1. *ἐκραύγασα*, quo recentiores utuntur pro *κράζω*. vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 337. (a *κραυγή*) *clamo, vociferor, clamores tollo*, Matth. 12, 19. Io. 18, 40. 19, 6. 15. Act. 22, 23. — *κραυγ. τινί*, clamo alicui, acclamo, Matth. 15, 22. — exclamo, Io. 11, 43. — (Esdr. 3, 13.) *.

Κραυγή, *ῆς*, *ἡ*, (a *κράζω*) *clamor, vociferatio*, LXX pro זְעָקָה s. צְעָקָה, שַׁוְעָה; — dicitur a) de clamoribus acclamantium, Apoc. 14, 18. — plangentium, Apoc. 21, 4. Ier. 18, 22. 20, 16. Esth. 4, 3. — irascentium, Eph. 4, 31. coll. Ies. 5, 7. — preces enixissimas facientium et Dei auxilium implorantium, Hebr. 5, 7. Neh. 9, 9. Iob. 34, 28. Ps. 5, 1 ubi vs. 2 pro *κραυγή* leguntur *φωνὴ τῆς δεήσεως*. — tumultuantium, Act. 23, 9 ubi *κραυγή* pro tumultu. coll. Ies. 66, 6 ubi pro שָׁאוֹן. Ier. 49, 21 *κραυγὴ τῆς θαλάσσης*. — Ex metonymia, id quod clamore effertur, nuntiatur, *rumor, fama*, Matth. 25, 6. (Gen. 18, 20. 21.). *.

Κρέας, *έατος*, *έαος*, contr. *έως*, *τό*, *caro, carnes*, geschlachtetes, todtes Fleisch, quare differt a *σαρκί*, carne viventium. Rom. 14, 21. 1 Cor. 8, 13. (Hom. Odyss. 8, 477. LXX saepissime pro בָּשָׂר, Gen. 9, 4. Exod. 12, 8. Deut. 14, 8.) *.

Κρείττων (ter *κρείσσων*, 1 Cor. 7, 9. 38. Phil. 1, 23), *ονος*, *ὁ*, *ἡ*, — *ον*, *τό*, (comparativ. adiectivi *κρατύς*, fortis, potens) propr. fortior, superior; hinc *melior*, i. e. *utilior, quod magis conducit*, 1 Cor. 7, 9. 38. 12, 31. Phil. 1, 23. Hebr. 11, 40. 12, 24. 1 Petr. 3, 17. 2 Petr. 2, 21. Exod. 14, 12. Ps. 84, 10. — *honestior*, 1 Cor. 11, 17. Hebr. 6, 9. — *praestantior, nobilior*, Hebr. 7, 7. 19. 22. 8, 6. 9, 23. 10, 34. 11, 16. 35. Prov. 24, 5. *.

Κρέμαμαι, pendeo, vid. *Κρεμάννυμι*.

Κρεμάννυμι, aor. 1. (a forma *κρεμάω*) *ἐκρέμασα* [Act. 5, 30. 10, 39], aor. 1. pass. *ἐκρεμάσθην*, med. *κρέμαμαι*, *suspendo, ich hänge auf*, Act. 5, 30. 10, 39 *κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου*. (Gen. 40, 19. 22. Deut. 21, 22. Esth. 6, 4. Hom. Od. 8, 19.) — pass. aor. *ἐκρεμάσθην*, Matth. 18, 6. *κρεμασθείς*, Luc. 23, 39. (2 Sam. 18, 9. Esth. 5, 14. 7, 10.) — Med. *κρέμαμαι*, *pendeo, suspensus sum, ich hänge*, propr. Cant. 4, 4. — tropice *κρέμαμαι ἔν τινι*, pendeo ab aliqua re, positus sum in ea; Matth. 22, 40 *ἐν ταύταις ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται*, sensus: in his est

summa praeceptorum in libris sacris, ad haec praecepta omnia reliqua redeunt. (Tropice etiam Iudith. 8, 24 ἐξ ἡμῶν κρέμαται ἡ ψυχὴ αὐτῶν. Phil. de praem. et poen. p. 922 C. T. II. ed. Mang. p. 420 ὧν αἱ τοῦ ἔθνους ἐλπίδες ἐκρέμαντο. coll. Ies. 22, 24.) — particip. κρεμάμενος, *pendens*, Act. 28, 4. Gal. 3, 13. (Deut. 21, 23. 2 Sam. 18, 10. Ioseph. ant. 7, 10. 2.) (De forma grammatica huius verbi vid. *Matthiae* Gramm. §. 241. *Rostii* Gramm. p. 311.) *.

Κρημνός, οῦ, ὁ, (a κρεμάννυμι) declivitas loci (Hom. Iliad. 22, 200. 234), *locus praeruptus, praecipitium*. Matth. 8, 32. Marc. 5, 13. Luc. 8, 33. vid. Κατά. (2 Chron. 25, 12. Ioseph. ant. 3, 5. 1.) *.

Κρής, ητός, ὁ, *Cres, Cretensis, Cretae insulae incola*. Act. 2, 11. Tit. 1, 12 Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. — Hesych. κρητίζειν· ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾶν. ἔταττον δὲ τὴν λέξιν ἀπὸ τοῦ τοὺς Κρῆτας ψεύστας εἶναι. *.

Κρήσκης, ηντος, ὁ, lat. *Crescens*; nomen propr. 2 Tim. 4, 10. *.

Κρήτη, ης, ἡ, *Creta*, insula fertilissima et maxima Archipelagi Graecorum, hodie *Candia*. Act. 27, 7. 12. 13. 21. Tit. 1, 5. [3, 16.] *.

Κριθή, ῆς, ἡ, (cognatum cum κρίος, horridus, et nomen accepit ab hirsuta aristarum conditione) *hordeum*, Apoc. 6, 6. (LXX pro שְׂעֹרָה Deut. 8, 8. Ruth. 1, 22. 3, 2. Hom. Odyss. 9, 110.) *.

Κρίθινος, η, ον, (a κριθή) *hordeaceus*, Io. 6, 9. 13. — 2 Reg. 4, 42 ἄρτους κριθίνους. Iud. 7, 13. Ezech. 4, 12. Ioseph. ant. 5, 6. 4. *.

Κρίμα, ατος, τό, (a κρίνω) hebr. מִשְׁפָּט, propr. discrimen factum; 1) *iudicium latum*, i. e. a) *decretum*; de Dei decretis, Rom. 11, 33. (vid. Ps. 19, 9. 36, 6. 17, 2.) Neque aliter Io. 9, 39 εἰς κρίμα ἦλθον, veni, ut ratum faciam Dei decretum hoc: etc. Alii κρίμα interpretantur hic *discretionem*, et vertunt: veni ut discernantur homines, quo appareat, qui probi improbive sint. — b) *sententia lata*, et quidem in alterius criminationem vel damnum, *criminatio*, Matth. 7, 2. Luc. 23, 40 ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ, eadem criminatione, qua alii, uteris. (Potest hic vero etiam esse: eidem poenae s. supplicio obnoxius es.) 1 Tim. 3, 6 κρίμα τοῦ διαβόλου, sententia sinistra criminatoris. — c) sententia lata iudicis, *iudicium*, quo poenae decernuntur; de divino iudicio, Rom. 2, 2. 3. 5, 16. Act. 24, 25. Hebr. 6, 2. — 2) *poena*, Rom. 3, 8. 13, 2 ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται, poenas in se contrahent. 1 Cor. 11, 29 κρίμα ἑαυτοῦ ἐσθίει, edendo poenas in se contrahit. coll. v. 30. Gal. 5, 10. 1 Tim. 5, 12 ἔχειν κρίμα, puniri, poenas dare. 1 Petr. 4, 17. 2 Petr. 2, 3. Iud. v. 4. Apoc. 17, 1. (Ezech. 5, 8. 10. 30, 19. Sir. 21, 5. Ignat. ad Ephes. §. 11.) — Iac. 3, 1 μεῖζον κρίμα ληψ. gravius puniemur, si nimirum officio defuerimus. (Alii hic: *ratio reddenda*, die Verantwortung; sed praefero prius.) — *supplicium*, [Matth. 23, 14.] Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. 24, 20 κρίμα θανάτου, supplicium mortis. Apoc. 18, 20 τὸ κρίμα ὑμῶν, supplicium quod de vobis sumserunt. (Vid. Ἐκ.) — Ex hebraismo: — 3) *lis, causa*, 1 Cor. 6, 7 κρίματα ἔχειν, litigare. c. 11, 34 ἵνα μὴ εἰς κρίμα συνέρχ. ne ad lites agendas videamini convenisse. (Iob. 31, 13. Exod. 18, 22. 23, 6.) — potestas iudicandi, i. e. *imperium*, Apoc. 20, 4. (κρίνω, impero, praesum, Sap. 6, 4. 12, 18. Sir. 4, 15. Vid. Κρίνω.) *.

Κρίνον, ου, τό, *lilium*; Matth. 6, 28. Luc. 12, 27. (LXX pro פֶּרַח Exod. 37, 18. 20. שׁוֹשַׁן Cant. 2, 16. 6, 1.) *.

Κρίνω, fut. ινῶ, aor. 1. ἔκρινα, perf. κέκρικα, perf. pass. κέκριμαι, aor. 1. pass. ἐκρίθην, fut. 1. pass. κριθήσομαι, — LXX pro דִּין, רִיב, maxime pro שָׁפַט — 1) secerno, segrego, et quidem ope iudicii, quare differt a χωρίζειν, Homer. Iliad. 2, 362. coll. Ezech. 7, 14. — eligo, seligo, 3 Macc. 13, 15. Ioseph. ant. 11, 3, 10 κεκριμένοι ἄρχοντες. — Quum in separatione et electione sit iudicium, est — 2) *iudico*, et quidem a) universe: *iudico, sententiam fero*, Matth. 7, 2. Luc. 7, 43. Io. 7, 24. 8, 15 sq. 26. 50. Act. 15, 19. Rom. 2, 16. 1 Cor. 10, 29 ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως, de mea libertate statuitur, sententia fertur ex alterius conscientiae iudicio. 1 Cor. 11, 13. 2 Cor. 5, 15. — b) *censeo, habeo, aestumo*, Act 13, 46 οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτούς. Ibid. 16, 15. 26, 8. Rom. 3, 7. 14, 5 κρίνειν ἡμέραν παρ' ἡμέραν, diem diei praeferre et κρίνειν πᾶσαν ἡμέραν, parem aestumare quemque diem. 1 Cor. 2, 2. coll. Sap. 2, 22. Ioseph. ant. 4, 8. 2 κριθείητε εὐδαιμονέστατοι. — c) *diiudico, arbitror*, Act. 4, 19. 1 Cor. 10, 15. coll. Gen. 16, 5. Iud. 11, 27. — (Ex adiuncto: explico, interpretor; somnium, Ioseph. ant. 10, 10. 6 et 10, 11. 2. coll. σύγκρισις, Dan. 2, 7. 9. 16.) — d) sensu forensi, de iudicio et Dei et hominum, ubi est α) *ius dico, iudico, sententiam fero*, Luc. 12, 57 κρίνετε τὸ δίκαιον, iudicatis iuste. Io. 18, 31. Act. 23, 3. 24, 6. Rom. 3, 6. 1 Cor. 5, 12 sq. Iac. 2, 12. 1 Petr. 1, 17. 2, 23. 4, 5. Apoc. 11, 18. 20, 12. 13. — β) *iudicium habeo*, Io. 5, 22 et fortasse etiam v. 30. Act. 17, 31. 2 Tim. 4, 1. — passiv. *in ius vocor*, Io. 16, 11. Act. 23, 6. 24, 21. 26, 6. Rom. 3, 4 ὅπως ἂν νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, ut causa vincas, si lis tibi intenditur, i. e. iustus appareas, si peccator propter poenas sibi inflictas te iniustitiae accusat. vid. Ps. 51, 4 et *Elsneri* obss. II, p. 18. Iac. 5, 9. — γ) *causam ago*, seq. ἐπί, Act. 25, 9. 10. 20. 1 Cor. 6, 1. 6. — Medium: *litigo, lites habeo, ich streite mich*, Matth. 5, 40. 1 Cor. 6, 1. 6. coll. Prov. 28, 25. Eccl. 6, 10. Iud. 8, 1 ἐκρίνοντο μετ' αὐτοῦ κραταιῶς [text. vatic. διελέξαντο πρὸς αὐτὸν ἰσχυρῶς.] — 3) refertur ad sententiam latam, et est: *decerno, volo, constituo, placet mihi*. Act. 16, 4 τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα, decreta sancita. ib. 20, 16. 21, 25. 25, 25. 27, 1 ἐκρίθη, decretum erat. 1 Cor. 7, 37. 2 Cor. 2, 1. Tit. 3, 12. Rom. 14, 13 τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, hoc potius placeat vobis, i. e. huic potius studete. vid. 3 Esdr. 6, 22 ἐὰν κρίνηται (Esdr. 5, 17 in textu hebr. רְעוּת, voluntas) τῷ κυρίῳ. ibid. 8, 94 ὡς ἐκρίθη σοι. (coll. Esdr. 10, 3.) 2 Macc. 15, 21. 3 Macc. 1, 6. Sap. 8, 9. Iudith. 11, 13. Ioseph. ant. 1, 4. 3 et 7, 1. 5. — 4) saepius habet notionem aliam adiunctam, quae est primaria et vertendo exprimenda; a) *sinistre, severe iudico*, i. e. *damno*, Matth. 7, 1. Luc. 6, 37. Rom. 2, 1. 3. 14, 3. 4. 10. 13. 22. 1 Cor. 4, 5. Col. 2, 16. — *damnandum declaro*, Rom. 2, 27. (vid. Γράμμα.) Iac. 4, 11. 12. — b) sensu forensi: *reum declaro, damno*, Luc. 19, 22. Io. 7, 51. Rom. 2, 12. 1 Cor. 5, 3. cf. Ps. 5, 10. Iob. 10, 2. — c) *poenam annuntio, s. expeto*, i. e. *punio*, Io. 3, 17. 18. 12, 47 sq. Act. 3, 13. 7, 7. 13, 27. 1 Cor. 11, 31 sq. 2 Thess. 2, 12. Hebr. 13, 4. 1 Petr. 4, 6. Apoc. 6, 10. 16, 5. 18, 8. 20 ἔκρινεν ὁ θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς, Deus supplicii vestri poenas ab ea repetiit. ib. 19, 2. 11. coll. Ies. 66, 16. Ezech. 38, 22. Sap. 11, 9. — Ex hebraismo — 5) libero ab iniuria puniendo adversarios s. persecutores, *vindico*, Hebr. 10, 30. Deut. 32, 35 sq. Gen. 30, 6. Prov. 29, 7. — 6) *guberno, praesum, impero*, ita tamen ut notio imperandi et iuris dicendi simul spectetur; Matth. 19, 28 κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλάς, nimirum praemii loco, vid. v. 29. Luc. 22, 30. 1 Cor. 6, 2. 3. (Iud. 12, 7. 9. 15. 20. 16, 31. 1 Sam. 4, 10. Sir. 4, 15 κρινεῖ ἔθνη. Sap. 3, 8 κρινοῦσι ἔθνη καὶ κρατήσουσι λαῶν. coll. 5, 1—16 et 1, 1 ubi κρίνοντες τὴν γῆν sunt summi iudices, reges. Ioseph. ant. 5, 3. 3 Ὀθνίηλος λαμβάνει ἀρχὴν, ὥστε κρίνειν τὸν λαὸν κ. τ. λ.) *.

Κρίσις, εως, ἡ, (a κρίνω) — LXX pro רִיב, דִּין, maxime pro מִשְׁפָּט, (propr. segregatio, electio) — 1) *iudicium, arbitrium*, Io. 7, 24. 8, 16. (Ioseph. c. Apion. 1, 24 ὑγιαίνοντες τῇ κρίσει.) (Etiam beneplacitum, Sir. 38, 16. Tob. 7, 12.) — Sensu forensi: a) *iudicium*, i. e. iudicandi actus, iudicium quod habetur, Iac. 2, 13. vid. Ἔλεος. — De iudicio extremo, Matth. 12, 41 sq. Luc. 10, 14. 11, 31 sq. Io. 5, 27 κρίσιν ποιεῖν. (Ioseph. ant. 6, 3. 2 τὰς κρίσεις πρὸς τὸ κέρδος ποιούμενοι.) Io. 5, 30. Hebr. 9, 27. Iud. v. 15. Idem in locutione ἡμέρα τῆς κρίσεως, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 12, 36. [Marc. 6, 11.] 1 Io. 4, 17. 2 Petr. 2, 9. 3, 7. κρίσις μεγάλης ἡμέρας, Iud. v. 6. ὥρα τῆς κρίσεως, Apoc. 14, 7. coll. Prov. 6, 34. — b) *sententia lata*, Rechtsspruch, 2 Petr. 2, 11. vid. Βλάσφημος. Iud. v. 9 κρίσις βλασφημίας. coll. Ies. 59, 4. — 2) ut κρίνω, saepius habet notionem adiunctam, quae est primaria et vertendo reddenda: a) *retributio in iudicio*, in utramque partem, Io. 5, 22 τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, omnem retributionem, piorum et impiorum, filio tradidit. — b) *damnatio, poena* ex iudicis decreto, Io. 5, 24. 12, 31 νῦν κρίσις ἐστί, iam poenae instant hominibus huius aevi. ib. 16, 8. 11. Act. 8, 33. Hebr. 10, 27. 2 Petr. 2, 4. Apoc. 16, 7. 19, 2. 18, 10. Ies. 34, 8. 35, 4. Sic etiam κρίσις τῆς γεέννης, Matth. 23, 33. κρίσις αἰώνιος, Marc. 3, 29. ἀνάστασις κρίσεως i. e. εἰς κρίσιν, ad poenas sustinendas. Io. 5, 29. De poena etiam Matth. 12, 18 κρίσις est intelligendum, cf. Ies. 42, 1. Alii hic explicant *decretum, lex, placitum* (Sap. 17, 1. Esth. 1, 13.

Deut. 11, 1. Exod. 15, 25. 2 Chron. 35, 13), referuntque ad doctrinam christianam. — Metonymice: — c) *culpa*, quae damnat, Io. 3, 19 αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, in eo autem est culpa quae damnat. — d) *vindicatio, ultio* iusti, quae fit eo, quod iniustus punitur, 2 Thess. 1, 5 ubi κρίσις τοῦ θεοῦ est vindicatio Christianorum ab adversariis horumque punitio. cf. Ps. 140, 12. Ies. 1, 24. — Ex hebraismo — 3) *iustitia*, Matth. 23, 33. Luc. 11, 42. coll. Gen. 18, 25. Ier. 10, 24. 17, 11. — 4) *iudex*, s. *iudices*, qui ius dicunt; Matth. 5, 21. 22 ubi κρίσις, quum distinguatur a synedrio, est iudicium minus, iudices cuiusvis urbis vel loci, de quibus vid. Deut. 16, 18. 2 Chron. 19, 5. Secundum Iosephum eiusmodi iudices septem quovis loco erant constituti; ant. 4, 8. 14 ἀρχέσθωσαν καθ' ἑκάστην πόλιν ἄνδρες ἑπτά. Idem de bell. 2, 20. 5 Ἰώσηπος, εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐλθὼν — τῶν μὲν γηραιῶν ἑβδομήκοντα κατέστησεν ἄρχοντας ὅλης τῆς Γαλιλαίας, ἑπτὰ δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει δικαστὰς τῶν εὐτελεστέρων διαφορῶν. Vid. *Krebs*. in obss. Flav. p. 19 sq. — Restant duo loca admodum dubiae interpretationis: a) 1 Tim. 5, 24 προάγουσαι (αὐτοὺς) εἰς κρίσιν, quae producunt eos ad iudicem i. e. tam publica sunt, ut magistratum causam cognoscere oporteat; vel: excitantes poenas, i. e. quorum poena non deerit. Alii: ita aperta sunt, ut facile sit de iis certum iudicium ferre, ut nos impellant ad iudicium de iis ferendum. — b) Matth. 12, 20 ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν, e Ies. 42, 1. 2 repetita, ubi autem non eadem leguntur. Alii: usque quo victoriosam reddiderit doctrinam (κρίσις praecepta Dei) evangelicam. cf. *Raphel*. in annot. e Polyb. et *Fritzschius* in comm. ad h. l. Alii: usque dum causam, de qua disceptatur (sic κρίσις Gen. 14, 7), obtinuerit. Vid. *Krebs*. in obss. Flav. ad h. l. Possit κρίσις ex mente Evangelistae intelligi sensu militari, quo de *exitu pugnae*, de decretorio proelio dicitur, ut 2 Macc. 15, 17. 20. ibid. 13, 13. 14, 18. Dionys. Halic. 9, 35 ταλαντευομένη τῇδε καὶ τῇδε ἡ κρίσις τοῦ πολέμου. Ioseph. ant. 7, 5 πολλαῖς μάχαις κριθείς. Iam sensus: usque dum in pugna decretoria vicerit. Sed obstat ἐκβάλλω; quare κρίσις potius *fata ultima, mors* esse videtur: usque dum supplicium (in resurrectione) victor abiecerit. cf. Sir. 38, 16. Lib. Henoch. (*Fabric*. cod. pseud. T. I. p. 187), ubi martyres, mortem perpessi, angelos implorant: εἰσαγάγετε τὴν κρίσιν ἡμῶν πρὸς τὸν ὕψιστον, καὶ τὴν ἀπώλειαν ἡμῶν ἐνώπιον κ. τ. λ. Si κρίσις nostris scriptoribus de electione et separatione dicatur (ut κρίνω), putem abstractum pro concreto positum esse: usque dum electos (e gentibus, separatos veri Dei cultores, vid. Matth. 25, 32 sq.) ad victoriam eduxerit. cf. Ἐκβάλλω. *.

Κρίσπος, ου, ὁ, *Crispus*, nom. propr., praefectus Synagogae Corinthi; Act. 18, 8. 1 Cor. 1, 14. *.

Κριτήριον, ίου, τό, (a κριτής) 1) norma ad iudicandum, instrumentum exploratorium (sic Philo de opif. m. p. 13 de sensibus); nota, indicium rei. — 2) locus ubi iudicium habetur, *tribunal* iudicis, Susann. v. 49. — metonymice *iudices congregati*, *iudicium*, Dan. 7, 10. 26. 1 Reg. 7, 7. Exod. 21, 6. — Sic in N. T. Iac. 2, 6. — Ex adiuncto — 3) *causa, lis*, 1 Cor. 6, 2. 4. *.

Κριτής, οῦ, ὁ, LXX pro דַּיָּן et שֹׁפֵט; — 1) *qui rem aliquam iudicat, iudicium ferens*, Iac. 2, 4 κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, vid. *Διαλογισμός*. — *sinistre iudicans*, qui reprehendit; Iac. 4, 11 κριτὴς νόμου, qui iudicium de lege sibi arrogat, legis magistrum se gerit. coll. Iob. 13, 8. — 2) *arbiter* inter duos litigantes, Matth. 12, 27. Luc. 11, 19. Act. 18, 15. Sap. 15, 7. 1 Sam. 24, 16. — 3) *iudex*, qui ius dicit, a) civilis, Matth. 5, 25. Luc. 12, 58. 18, 2. 6. nisi hic est praefectus. Iac. 4, 12 νομοθέτης καὶ κριτής. Esdr. 7, 24. Deut. 16, 18. — b) divinus, *qui sortem definit* hominum, Act. 10, 42. 2 Tim. 4, 8. Iac. 5, 9. — ex adiuncto: *vindex, ultor*, Hebr. 12, 23 κριτῇ Θεῷ πάντων, ad vindicem nostrum, qui est dominus supremus omnium. coll. Ps. 7, 11. 68, 5 τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν. 2 Macc. 12, 6. — 4) ex hebraismo: *praefectus, princeps*, a) de praefectis romanis Act. 24, 10. — b) de magistratibus Israelitarum summis, qui κατ' ἐξοχὴν שֹׁפְטִים, κριταί, dicuntur, Act. 13, 20. Iud. 2, 16. 18. 19. Ruth. 1, 1. Ioseph. ant. 6, 5. 4. coll. Sir. 10, 1. 2. 24. Epist. Ier. v. 14 „idolum sceptrum tenens ὡς ἄνθρωπος κριτὴς χώρας.“ 3 Esdr. 2, 17 κριταὶ ἐν κοίλῃ Συρίᾳ. *.

Κριτικός, ή, όν, (a κρίνω) *ad diiudicandum aptus, iudicandi peritus*. — Quum κρίνειν saepius sit explicare, interpretari res absconditas, pervestigare quae obscura sunt (vid. *Κρίνω* sub no. 1), itemque κρίσις dicatur de pervestigatione, explicatione (somnii, Ioseph. ant. 10, 10. 3 et 4), λόγος κριτικὸς ἐνθυμήσεων, Hebr. 4, 12 est verbum *quod pervestigat* intima cordis. cf. v. 13. Hesych. κριτικὸς ἐνθυμήσεων· διακρίνων λογισμούς. *.

Κρούω, particip. aor. 1. κρούσας, *pulso*; — *pulso fores*, de introituro; de exituro usurpatur ψοφεῖν, crepare. — Κρούω τὴν θύραν, (meliores scriptores: κόπτειν τὴν θύραν, vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 177.) Luc. 13, 25. Act. 12, 13. 16. Protevang. Iacobi p. 217. (ἐπὶ τὴν θύραν, Iud. 19, 22. Cant. 5, 2. τὴν αὐλαίαν τῆς σκηνῆς, Iudith. 14, 14.) — Κρούω simpliciter, Matth. 7, 7 sq. Luc. 11, 9 sq. 12, 36. Apoc. 3, 20. *.

Κρύπτη, ης, ἡ, (a κρύπτω) intell. στοά, *crypta, cryptoporticum, locus abditus*. (Ita apud Athenaeum 5, p. 205. Sueton. Calig. 58. Vitruv. 6, 8. Iuvenal. 5, 106.) Semel Luc. 11, 33 εἰς κρύπτην τίθησιν, in locum occultum, ubi nemo est, ponit. Alii εἰς κρύπτην ex hebraismo, quo femininum ponitur loco neutrius, minus recte accipiunt pro εἰς κρυπτόν, ut quidam codd. legunt ex emendatione. Non autem locus ipse absconditus sed potius locus sive vas, in quo aliquid absconditur, indicatur, ut respondeat verbis c. 8, 16 καλύπτει αὐτὸν σκεύει.

Κρυπτός, ή, όν, (a κρύπτω) *absconditus, occultus*. Matth. 10, 26. Marc. 4, 22. Luc. 8, 17. 12, 2. — τὰ κρυπτά τινος, occultae actiones, cogitationes, consilia, Rom. 2, 16. 1 Cor. 14, 25. 2 Cor. 4, 2. (vid. *Αἰσχύνη*.) 1 Cor. 4, 5 τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, quae alta caligine sunt tecta. — Ἐν τῷ κρυπτῷ, in occulto, ubi nemo cernit, Matth. 6, 4. 6. 18. ἐν κρυπτῷ, in occulto, clam, Io. 7, 4. 10. 18, 20. — Rom. 2, 29 ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ (τῆς ψυχῆς, s. καρδίας) Ἰουδαῖος, Iudaeus internus, qui non circumcisione, sed moribus, placitis cognoscitur. — 1 Petr. 3, 4 ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, homo internus, qui oculis non conspicitur. (Sap. 7, 21 τὰ κρυπτά, invisibilia.) — Εἰς κρυπτήν, Luc. 11, 33. Vid. Κρύπτη. *.

Κρύπτω, aor. 1. ἔκρυψα, perf. pass. κέκρυμμαι, aor. 2. pass. ἐκρύβην, (LXX pro הַחְבִּיא, הִסְתִּיר, טָמַן, e. g. Ios. 6, 17. Deut. 7, 20. Ios. 2, 6) *abscondo, occulto*; — de rebus, eventu rerum, consiliis, personis. Matth. 13, 44 ἔκρυψε iterum recondidit, obtexit. 25, 25. Apoc. 6, 15 ἔκρυψαν ἑαυτούς. ib. v. 16. — Passivum κρύπτομαι, *abscondor, absconditus sum, lateo*; Col. 3, 3 ἡ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ, vita nostra s. felicitas simul cum Christi vita latet nunc quidem in coelo, recondita est apud Deum. (Ps. 31, 19 χρηστότητός σου, ἧς ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε, hebr. צָפַן, abscondo, asservo.) cf. 1 Sam. 10, 22. Ier. 23, 24. — Κεκρυμμένος, *absconditus, occultus*, Matth. 13, 35. 44. Luc. 18, 34. Io. 19, 38 κεκρυμμένος, occultus, clandestinus. Apoc. 2, 17 τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, videl. in coelo, vel in coelesti arca foederis. (Deut. 7, 20.) — Aor. 2. pass. ἐκρύβην, *occultatus sum*, i. e. *lateo*; Matth. 5, 14 οὐ δύναται κρυβῆναι, non potest latere. Luc. 19, 42 ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Io. 8, 59. 12, 36. 1 Tim. 5, 25. Hebr. 11, 23 ἐκρύβη, occultatus est. (Gen. 3, 8. 10. 4, 14. 1 Sam. 13, 6. Ier. 49, 9.) *.

Κρυσταλλίζω, (a κρύσταλλος) *instar crystalli splendeo*, Apoc. 21, 11 κρυσταλλίζων i. e. κρυσταλλοειδής, Sap. 19, 21. *.

Κρύσταλλος, ου, ὁ, (a κρύος, frigus) propr. quod gelu concrescit, glacies, Hos. Od. 14, 477. Iob. 6, 16. Sap. 16, 22. Sir. 43, 20. — grando, Num. 11, 7. Test. XII patr. p. 546. — *crystallus* s. *crystallum*, gemma pellucida, Apoc. 4, 6. 22, 1. coll. Ies. 54, 12. Diod. Sic. 2, 52. Plin. hist. nat. 37, 2. *.

Κρυφαῖος, αία, αῖον, occultus, absconditus, (a κρύφα s. κρυφῇ) Matth. 6, 18 ubi codd. ἐν τῷ κρυφαίῳ pro ἐν τῷ κρυπτῷ habent; coll. Ier. 23, 24. Sap. 17, 3. Pind. Ist. 1, 97.

Κρυφῇ, adv. *occulte, iam*, (a κρύπτω) Eph. 5, 12. — coll. Deut. 28, 57. 1 Sam. 19, 2. Ies. 29, 15. 45, 19. Pind. olymp. 1, 75. *.

Κτάομαι, ῶμαι, fut. κτήσομαι [Luc. 21, 19 κτήσεσθε, e codd. reponendum pro κτήσασθε], aor. 1. ἐκτησάμην, — verbum deponens medium — LXX pro hebr. קָנָה, 1) *comparo mihi, acquiro*, Matth. 10, 9. Luc. 18, 12 ὅσα κτῶμαι,

quae acquiro, quae mihi redeunt videl. ex agris. Act. 1, 18 ἐκτήσατο, emendi auctor extitit. (Ioseph. ant. 9, 8. 3 τὴν βασιλείαν ἐκτήσατο, auctor fuit ut restitueretur regnum.) Act. 8, 20. 22, 28. (Gen. 25, 10. 36, 6. 47, 19. 49, 30.) — 2) Ex adiuncto: *conservo mihi*, Luc. 21, 19 ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσεσθε [text. vulg. κτήσασθε] τὰς ψυχὰς ὑμῶν, constantia vestra vobis conservabitis animas, i. e. vitam; sensus: vitam aeternam praemium constantiae vobis comparabitis. 1 Thess. 4, 4 τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ, corpus suum servare purum. (Sir. 22, 23 πίστιν κτᾶσθαι μετά τινος, fidem servare cum aliquo. Ibid. 51, 20 καρδίαν ἐκτησάμην μετ' αὐτῆς.) •.

Κτῆμα, ατος, τό, (a κτάομαι) id, quod aliquis possidet, diciturque de pecunia, agris, aedificiis etc. *possessio, opes, bona*. Matth. 19, 22. Marc. 10, 22. Act. 2, 45. 5, 1. (LXX pro נַחֲלָה Iob. 20, 29. 27, 13. כֶּרֶם Hos. 2, 15. שָׂדֶה Prov. 23, 10. Ioseph. de bell. 4, 9. 11.) •.

Κτῆνος, εος, ους, τό, (a κτάομαι) propr. possessio, das Besitzthum; — *iumentum*, animal portando adsuetum s. quo quis vehitur, Luc. 10, 34. Act. 23, 24. Apoc. 18, 13. — Gen. 30, 43. 31, 43 (צֹאן). Gen. 13, 2. 7 (מִקְנֶה). Num. 20, 4. 8 (בְּעִיר). — 1 Cor. 15, 39 dicitur pars pro toto, iumenta pro animalibus *quadrupedibus*; sic Gen. 1, 25. 26. 2, 20 pro בְּהֵמָה. •.

Κτήτωρ, ορος, ὁ, (a κτάομαι — κέκτηται) *possessor, dominus*; Act. 4, 34. (Diod. Sic. 4, 34. T. X, p. 102 ed. *Bip*. οἱ κτήτορες τῶν χωρίων ἢ οἰκιῶν.) •.

Κτίζω, aor. 1. ἔκτισα, perf. pass. ἔκτισμαι [vid. *Vineri* Gr. p. 69 sq. *Rost*. Gr. p. 409], aor. 1. pass. ἐκτίσθην, (quod deducunt a stirpe κέω, iacere facio), 1) locum habitabilem facio (Hom. Iliad. 20, 216), — 2) *condo* (urbem extruo, 3 Esdr. 4, 53. Ioseph. ant. 4, 8. 5 κτίζειν πόλεις. coll. Levit. 16, 16.) — *creo*; de Deo mundum condente, Marc. 13, 19. Rom. 1, 25. 1 Cor. 11, 9. Eph. 3, 9. Col. 3, 10. 1 Tim. 4, 3. Apoc. 4, 11. 10, 6. — de filio Dei, Col. 1, 16. (LXX hebr. בָּרָא Deut. 4, 32. Ps. 89, 12. 104, 30. Gen. 14, 19. Sap. 10, 1.) — De formatione animi, morum; Eph. 2, 10 κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησ. ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς. ib. 4, 24 κατὰ Θεὸν κτισθεὶς ἄνθρωπος. (Ps. 51, 10 καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί.) — 3) *efficio ut sit, facio*, Eph. 2, 15 ἵνα κτίσῃ τοὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. coll. Sir. 7, 15 γεωργίαν ὑπὸ ὑψίστου ἐκτισμένην. Sir. 38, 1 καὶ γὰρ αὐτὸν (medicum) ἔκτισε κύριος, Deus esse voluit. coll. Sir. 49, 14 sq. •.

Κτίσις, εως, ἡ, (a κτίζω) 1) *exstructio* (Ioseph. c. Apion. 1, 2 κτίσεις τῶν πόλεων), *creatio*, actus creandi, Marc. 10, 6 ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. 13, 19. Rom. 1, 20. 2 Petr. 3, 4. (Psalt. Salom. 8, 7 ἀπὸ κτίσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς.) — 2) *res creata, creatura*, i. q. κτίσμα, a) universe, Rom. 1, 25. 8, 39. Col. 1, 15. Hebr. 4, 13. Apoc. 3, 14. Sir. 16, 17. Iudith. 9, 13. 16, 14. — b) res huius terrae visibiles, Hebr. 9, 11 οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, quod non ex terrestri materia factum est. (Sic κτίσις res visibiles huius mundi, Sap. 2, 6. 5, 17.) — c) homines, Marc. 16, 15 κηρύξατε τὸ εὐαγγ. πάσῃ τῇ κτίσει. Col. 1, 23. — d) de animo: καινὴ κτίσις, 2 Cor. 5, 17. Gal. 6, 15 i. q. καινὸς ἄνθρωπος, novus homo, qualis efficitur emendatus quum intellectu tum moribus per religionem christianam. — 3) *res instituta, institutum, ordo*; de magistratibus, 1 Petr. 2, 13. (Sic κτίσις Pind. ol. 13, 118 est inceptum, institutum, κτίζειν ἑορτήν, ib. 6, 116. ἀγῶνα ib. 10, 32 est instituere. Similiter Sap. 16, 24. 19, 6 κτίσις dicitur rerum natura, quatenus ordine, lege tenetur.) — Restat locus vexatissimus Rom. 8, 19. 22 ubi κτίσιν dictum putant alii de omnibus hominibus; alii de Christianis; alii denique de rebus creatis omnino, quippe qui moneant, antiquioribus, potissimum Iudaeis, opinionem de mundo nunc senescente et statu rerum humanarum ad finem properante, a Deo autem in melius restituendo et instaurando fuisse familiarem. Offendimus in hanc opinionem in scriptis Philonis, Rabbinorum aliorumque. cf. 4 Esdr. 4, 10 „seculum perdidit iuventutem suam et tempora appropinquant senescere.“ vid. ibid. 5, 49 sqq. coll. 2 Petr. 3, 12. Act. 3, 21. •.

Κτίσμα, ατος, τό, (a κτίζω) *creatura*, — de animantibus, 1 Tim. 4, 4. Apoc. 5, 13. 8, 9. Sap. 9, 2. (de rebus creatis omnino, Sap. 13, 5.) — metaphor. homo vi divina per religionem recens formatus ad integritatem mentis, Iac. 1, 18. •.

Κτιστής, οῦ, ὁ, (a κτίζω) *creator, conditor*; 1 Petr. 4, 19. (Iudith. 9, 13. Sir. 24, 8. 2 Macc. 1, 24. 13, 14.) •.

Κυβεία, ας, ἡ, (a κυβεύω, alea ludere, quod a κύβος, cubus) *alea*, das Würfelspiel. Sic apud profanos. In N. T. semel Eph. 4, 14 ubi tropice κυβεία τῶν ἀνθρώπων, quum aleatores pravis quaestum quaerere soleant artibus, est vel: *nequitia*, ut vertit vulgatus interpres, vel *fraudulentia*. Eodem modo κυβεύειν apud Arrian. diss. epict. 2, 19 et 3, 21 legi docuit *Elsnerus* obss. II, p. 215. Suid. κυβεία· πανουργία. Rabbini קוּבְיָא usurpant modo de alea, modo de *fraude* et *rapina*. Vid. *Schoettgen*. hor. hebr. ad h. l. *Buxtorf*. lex. p. 1984. Alii explicant *inconstantiam*, alii *temeritatem*. (Horat. Od. 2, 1. 6 „periculosae plenum opus aleae tractas.“) Suid. κυβεύειν· εἰς κίνδυνον προπηδᾶν.

Κυβέρνησις, εως, ἡ, (a κυβερνάω, guberno) *gubernatio*; propr. de directione navis; de mundi gubernatione. Paulus 1 Cor. 12, 28 de gubernatione vel ecclesiae vel sacrorum in conventibus. (LXX Prov. 1, 5. 24, 6 pro hebr. תַּחְבֻּלוֹת, ars gubernandi, in dirigendo dexteritas. Pind. Py. 10, 112 de urbium gubernatione.) •.

Κυβερνήτης, ου, ὁ, (ab eod.) *gubernator navis*, Act. 27, 11. Apoc. 18, 17. — Ezech. 27, 8. 27. 28 pro חֹבֵל. 4 Macc. 7, 1.

Κυκλεύω, aor. 1. ἐκύκλευσα, i. q. κυκλόω, *cingo*; Apoc. 20, 9 ἐκύκλευσαν, lectio codd. a *Griesb*. commendata, pro ἐκύκλωσαν. (Symmach. 2 Sam. 5, 23 κύκλευσον pro hebr. הָסֵב.)

Κυκλόθεν, (a κύκλος, circulus) *in circuitu, circumcirca*, seq. genit. Apoc. 4, 3 κυκλόθεν τοῦ θρόνου. ib. v. 4. 8. [c. 5, 11.] LXX pro סָבִיב Esdr. 1, 6 οἱ κυκλόθεν. Ezech. 1, 18. 10, 12. •.

Κυκλόω, ῶ, aor. 1. ἐκύκλωσα, aor. 1. pass. ἐκυκλώθην, (a κύκλος, orbis, circulus) *circumdo, cingo*, hebr. סָבַב, LXX 1 Reg. 7, 15. — de circumstantibus, cingentibus alium, Io. 10, 24. Act. 14, 20. 2 Chron. 23, 7 pro הִקִּיף (de hostibus in pugna, 2 Sam. 18, 15. 2 Reg. 3, 25.) — *obsidione cingo*, Luc. 21, 20. Hebr. 11, 30. Apoc. 20, 9. Ps. 59, 14. Ies. 29, 3 ubi pro חָנָה, castrametor. Ioseph. bell. 4, 9. 10. •.

Κύκλῳ, (dativ. subst. κύκλος, circulus, orbis) adv. *in circuitu, circumcirca, undique*, pro ἐν κύκλῳ, ut habet Ioseph. ant. 9, 7. 2 et 3. LXX saepissime pro סָבִיב et מִסָּבִיב. a) absolute cum verbo, Marc. 3, 34 περιβλεψάμενος κύκλῳ. (Ios. 6, 3. Ies. 49, 18. 60, 4 ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς.) — cum verbis eundi est: in orbem obeo, in der Runde durchwandern; Marc. 6, 6 περιῆγε κύκλῳ. — cum nomine, Marc. 6, 36 εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγρούς. Luc. 9, 12. Rom. 15, 19 ἀπὸ Ἱερ. καὶ κύκλῳ, inde ab Hierosolymis et tractu circumiacente. — Gen. 23, 17. Exod. 25, 24. 30, 3. — b) sequente genitivo nominis, Apoc. 4, 6 κύκλῳ τοῦ θρόνου. ib. 5, 11. 7, 11. Gen. 35, 5 ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς κύκλῳ αὐτῶν. Exod. 7, 24. •.

Κυλίω, *volvo*, Ies. 10, 18. Prov. 26, 27. — Passiv. *volutor*; Marc. 9, 20. (Amos. 2, 13 κυλίεται ἡ ἅμαξα. Ioseph. ant. 5, 6. 4.) •.

Κύλισμα, ατος, τό, (a κυλίω) 1) volutatum; — 2) locus volutandi, *volutabrum*, i. q. κυλίστρα. (vid. Polluc. onom. 1, 183. Symmach. Ezech. 10, 13 pro hebr. גַּלְגַּל rota.) 2 Petr. 2, 22. De sensu proverbii vid. Ἐξέραμα. Rabbini hominem pristina peccata repetentem ad sortes suas reverti dicunt. cf. *Schoettgen*. hor. hebr. ad h. l. •.

Κυλλός, ή, όν, (a κύω, eine Wölbung bilden) curvus, incurvatus; de manibus pedibusque; — *debilis, mutilus*, vel pede vel manu, Matth. 15, 30 sq. 18, 8. Marc. 9, 43. vid. *Elsneri* obss. T. I. p. 77 et *Schneideri* lex. gr. s. h. v.

Κῦμα, ατος, τό, (ab eodem themate) *fluctus maris*, Matth. 8, 24. 14, 24. Marc. 4, 37. Act. 27, 41. Iud. v. 13 κύματα ἄγρια (Sap. 14, 1) θαλάσσης, de hominibus impetuosis vel turbulentis. — LXX pro גַּל, s. גַּלִּים, Ps. 65, 7. Ier. 5, 22. Ezech. 26, 3. Sir. 24, 6. •.

Κύμβαλον, ου, τό, *cymbalum*, (a κύμβος, ὁ, cavitas) i. e. pelvis concava aenea, quae pulsata sonum edit.

Ioseph. ant. 7. 12. 3 κύμβαλα ἦν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα. cf. ib. 11, 3. 9. LXX semel pro מְנַעַנְעִים, sistra, 2 Sam. 6, 5. Saepius pro מְצִלְתַּיִם, cymbala, Becken, 1 Chron. 13, 8. 15, 16. 19. 28. 2 Chron. 5, 11. — In N. T. semel 1 Cor. 13, 1 κύμβαλον ἀλαλάζον. (Ps. 150, 5 ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, — κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ.) *.

Κύμινον, ου, τό, *cuminum sativum*, hebr. כַּמֹּן, LXX Ies. 28, 25. 27. Dioscor. 3, 68. Theophr. char. 10. §. 3. — Semel Matth. 23, 23 ἀποδεκατοῦτε τὸ κύμινον, sensus: in rebus minutis, ubi opus non est, (de cumino enim tanquam re fere nullius pretii decimae non dabantur) estis religiosi, praecepta pietatis simulatae vobis fingite.

Κυνάριον, ίου, τό, (deminutiv. nominis κύων) apud recentiores scriptores pro κυνίδιον, *catulus, catellus.* Matth. 15, 26 sq. Marc. 7, 27 sq. Non differt in his locis a κύων, quum κυνάρια hic distinguantur a liberis ad familiam pertinentibus, et est imago hominum profanorum immundorumque, a familia Dei alienorum. cf. Κύων. (Theophr. char. 21, 1.)

Κύπριος, ου, ὁ, *Cyprius*, i. e. vel *e Cypro oriundus*, Act. 4, 36. 21, 16. — vel *Cypri incola*, Act. 11, 20. *.

Κύπρος, ου, ἡ, *Cyprus*, insula maris mediterranei inter Ciliciam et Syriam sita, fertilissima amoenissimaque, itaque olim μακαρία dicta, ad Asiam pertinens; Act. 11, 19. 13, 4. 15, 39. 21, 3. 27, 4. 1 Macc. 15, 23. *.

Κύπτω, part. aor. 1. κύψας, (a κύβη, caput) propr. caput inclino, s. demitto: *incurvo me deorsum, inclino me*, Marc. 1, 7. Io. 8, 6. 8. (LXX pro גָּהַר 1 Reg. 18, 42. קָדַד Gen. 43, 28. Exod. 34, 8. שָׁחָה Ps. 10, 10. — Iudith. 13, 17.) *.

Κυρηναῖος, α, ον, *Cyrenaeus*; — In N. T. de Iudaeis Cyrene oriundis, vel Cyrenes incolis. Matth. 27, 32. Marc. 15, 21. Luc. 23, 26. Act. 6, 9. 11, 20. 13, 1. — Vid. Κυρήνη. *.

Κυρήνη, ης, ἡ, *Cyrene*, urbs magna et florentissima Libyae superioris, Cyrenaicae sive etiam Pentapolitanae dictae (Pompon. Mel. 1, 4. Ammian. Marc. 22, 16. Iustin. 13, 7), in quam magnum Iudaeorum numerum Ptolemaeus I. deduxerat, iureque civitatis eos donaverat, ita, ut fere quartam incolarum partem efficerent, qui, mercaturae dediti, omnes terras peragrabant, et extra Libyam perfrequentes erant. Vid. Ioseph. ant. 14, 7, 2 et 16, 6. 1. cont. Apion. 2, 4. — Commemoratur Act. 2, 10. 1 Macc. 15, 23. *.

Κυρήνιος, ου, ὁ, *Quirinus*, nomen latin. *Publii Sulpicii Quirini*, senatoris romani (Tacit. annal. 3, 48 *Quirinius*), qui post Quintum Varum, et postquam Iudaea in provinciam redacta erat, Syriae praeses factus est, et anno 12 post Christ. nat. censum egit. Semel Luc. 2, 2. Vid. Ioseph. ant. 17, 5. 2. 18, 1. 1. Tempore nativitatis Servatoris Sentius Saturninus Syriae praeses erat et censum egit. cf. Tertull. adv. Marc. 4, 19. Memoria igitur videtur lapsus esse Lucas, et Sentium pro Quirino habuisse, quod inferiori tempore, quo Lucas scripsit, facile fieri poterat. Pericula interpretum in conciliandis verbis Lucae cum historia profana accurate recensuit *Winerus* in: bibl. Realwörterbuch s. v. *Quirinus*. De terminatione graeca ιος pro Latinor. *us*, vid. *Deylingii* obss. sacr. Part. II. p. 430 sq.

Κυρία, ας, ἡ, *Cyria*, nom. pr. feminae christianae, caeterum ignotae, cui inscripta est secunda Epist. Ioannis. 2 Io. v. 1. 5. — Alii, minus recte, nomen appellativum esse putant: *dominam, matronam* indicans. (Epict. enchyr. 62 αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. coll. Gen. 16, 4. 2 Reg. 5, 3. Ies. 24, 2.) *.

Κυριακός, ή, όν, (a κύριος) *dominicus, ad dominum pertinens, domino proprius.* — In N. T. bis, ubi ad Christum, qui saepius ὁ κύριος simpliciter appellatur, pertinet, et est vel: in honorem domini, vel: ab eo institutus. 1 Cor. 11, 20 κυριακὸν δεῖπνον, a domino, Iesu, institutum. Apoc. 1, 10 τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ, die dominica, i. e. die solis cultui divino in memoriam resurrectionis Christi sacrato. (Saepissime apud scriptores eccles. ut Act. Thom. §. 31 ἡ κυριακὴ ἡμέρα. ibid. §. 33. Constit. apost. 1, 56 τὸ κυριακὸν σῶμα, videlicet in coena sacra. Clem. Alex. strom. 7, 10. p. 866 ed. Pott. αἱ κυριακαὶ γραφαί, evangelia.) *.

Κυριεύω, f. εύσω, aor. 1. ἐκυρίευσα, (a κύριος) *dominus sum, dominium exerceo*, seq. genitivo, Luc. 22, 25. Rom. 6, 14. 7, 1. 14, 9. 2 Cor. 1, 24. — οἱ κυριεύοντες, domini summi, reges, 1 Tim. 6, 15. — LXX pro מָשַׁל Iud. 14, 4. Ies. 19, 4. Exod. 8, 22. Dan. 4, 21. 29. — Rom. 6, 9 θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει, nullam potestatem in eum exercebit; sensus: non altera vice morietur. *.

Κύριος, ίου, ὁ, (propr. κύριος, α, ον, potens, firmus, ratus, Pind. Ne. 7, 75. Ol. 1, 168. Ioseph. ant. 5, 6. 7. ibid. 4, 8. 45. 1 Macc. 8, 30. — a κῦρος, robur, auctoritas, potentia) Latinor. *dominus*. In N. T. vario sensu dicitur. Est enim a) dominus i. e. *possessor* rei, Matth. 20, 8 ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος. 21, 40. Gal. 4, 1. (LXX hebr. בַּעַל, Exod. 21, 28 ὁ κύριος τοῦ ταύρου. ib. v. 29. 34.) — b) dominus, i. e. qui auctoritatem in alium habet, *dominus, herus*, Matth. 6, 24. 13, 27. 15, 27. 18, 25. Marc. 13, 35 κύριος τῆς οἰκίας. Act. 16, 16. 19. Rom. 14, 4. Eph. 5, 10 et passim. coll. Exod. 22, 8. Iud. 19, 11. — Κύριος τοῦ θερισμοῦ, i. e. frugum colligendarum dominus, Matth. 9, 38. Luc. 10, 2. (Ioseph. ant. 4, 8. 19 κύριός τίμι τὰ φυτὰ καρποῦσθαι.) — Κύριος τοῦ σαββάτου, qui habet potestatem decernendi de sabbato, Matth. 12, 8. Marc. 2, 28. (Ioseph. ant. 4, 8. 14 οἱ δὲ δικασταὶ ἀποφήνασθαι κύριοι περὶ τοῦ δόξαντος αὐτοῖς ἔστωσαν.) — c) κύριε, in salutandis iis, quibus auctoritas est; *domine*; Matth. 7, 21 sq. 8, 2. 6. 20, 30. 33. Marc. 7, 28. Luc. 5, 12. Io. 4, 11. 15. 19. Luc. 6, 46. Io. 13, 13. 14 et saepissime; — etiam in salutandis principibus, Matth. 27, 63. Act. 22, 19. 25, 26. — (LXX pro אָדוֹן et אֱלֹהִים Gen. 18, 12. 23, 6. 11. 24, 36. 44, 18. 1 Sam. 24, 9.) — d) *dominus summus*, Matth. 11, 25 κύριε τοῦ οὐρανοῦ. Luc. 10, 21. Marc. 12, 29. Act. 10, 36. 17, 24. Rom. 10, 12. 1 Cor. 8, 5 θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοί. 1 Tim. 6, 15. coll. Gen. 27, 29. 37. Dan. 2, 47. — Hoc sensu κατ᾽ ἐξοχήν dicitur α) ὁ κύριος *Deus*, omnium rerum summus dominus et possessor, Matth. 1, 22. 2, 15. 5, 33. Luc. 1, 6. 28. Marc. 5, 19. Act. 7, 33. 17, 27. Iac. 4, 15. Apoc. 4, 8 et saepissime. — Etiam κύριος sine articulo, Matth. 27, 10. Marc. 13, 20. Luc. 1, 58. Act. 7, 49. Rom. 4, 8. 9, 28. Hebr. 7, 21. 12, 6. (2 Reg. 7, 6. 19, 23. Ps. 40, 23. Gen. 11, 5.) — et κύριος ὁ θεός (אֲדֹנָי יְהוָה) Matth. 4, 7. 10. 22, 37. Luc. 1, 16 et passim. — LXX sic saepissime pro אֱלֹהַּ, אֱלֹהִים, יָהּ, יְהוָה. Philo de alleg. I, p. 58. — β) ὁ κύριος de *Christo*, Christianorum domino summo, omniumque hominum iudice et domino; ita absolute a Matthaeo et Marco appellatur non nisi post resurrectionem, Matth. 28, 6. Marc. 16, 19. 20. sed Lucas, Ioannes et Paulus perfrequenter hunc titulum tribuunt servatori, Luc. 1, 43. 7, 13. [31.] 10, 1. 11, 39. 17, 5. 6. 24, 34. Io. 4, 1. 6, 23. 11, 2. 20, 2. 13. 18. 20. 25. 28. 21, 7. 12. Act. 5, 14. 8, 25. 9, 1. 5. 1 Cor. 9, 5. 11, 23. Hebr. 2, 3. 7, 14. Iac. 5, 7. 8. 15. 2 Petr. 3, 8 et passim. Nonnunquam opponitur homini, ut Col. 3, 23. Hebr. 8, 2. — Saepius leguntur formulae ὁ κύριος Ἰησοῦς, Luc. 24, 3. Act. 1, 21. 4, 33. Rom. 14, 14. Apoc. 22, 20. — ὁ κύριος ἡμῶν praecipue in Pauli et Petri scriptis; in epist. ad Hebr. semel c. 13, 20. — Χριστὸς κύριος, Luc. 2, 11 Messias rex. — Denique ἐν κυρίῳ intell. Χριστῷ, *in domino*, quod non nisi in Pauli libris (semel in Apoc.) legitur, vario et saepe satis ambiguo sensu dicitur, ita ut ubique certo definiri vix possit, quomodo intelligendum sit. Est enim aa) *per, mediante, auctore* domino, 1 Cor. 9, 1. 2. Eph. 3, 11. — bb) *per*, in asseveratione, *bei*, Eph. 4, 17. 1 Thess. 4, 1. — cc) adiuvante, *volente* domino, 1 Cor. 15, 58. 2 Cor. 2, 12. 1 Cor. 11, 11. — Sic etiam post verba sperandi, fidendi sequente ὅτι, ubi indicat spem ratam fore ex voluntate benigna domini, Gal. 5, 10. Phil. 2, 19. 24. 2 Thess. 3, 4. — dd) *ut dominus vult, iubet, ut Christianum decet*, Rom. 16, 2 προσδέξησθε ἐν κυρίῳ. Phil. 2, 29. 4, 2. Col. 3, 18. — ee) *propter, de*, Rom. 16, 12 κοπιάσας ἐν κυρίῳ, vid. Κοπιάω. 1 Cor. 1, 31 ἐν κυρίῳ καυχάσθω. Eph. 4, 1 δέσμιος ἐν κυρίῳ. Phil. 3, 1. Apoc. 14, 13 ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, propter dominum supplicium passi, martyres. — ff) apud Paulum in hac locutione κύριος etiam est *res christiana*, res domini (Col. 2, 6), ita ut ἐν κυρίῳ indicet: aliquem facere, esse aliquid quatenus est *Christianus*. Hinc οἱ ὄντες ἐν κυρίῳ Rom. 16, 11 sunt: *Christiani*, et Phil. v. 16 ἐν σαρκὶ conditionem hominis civilem, ἐν κυρίῳ autem eam conditionem, qua est Iesu adsecla, indicat. Hinc ἀγαπητὸς ἐν κυρίῳ, amatus qua Christianus, Rom. 16, 8. 13. 1 Cor. 4, 17. Ἀσπάζομαι ἐν κυρίῳ, amore christiano, ut Christi adsecla, Rom.

16, 22. 1 Cor. 16, 19. *Διάκονος* s. *σύνδουλος ἐν κυρίῳ*, in re christiana, Eph. 6, 21. Col. 4, 7. 17. Phil. 1, 14. *Στήκετε ἐν κυρίῳ*, in professione doctrinae chr. Phil. 4, 1. 1 Thess. 3, 8. — *Γαμηθῆναι μόνον ἐν κυρίῳ*, nubere modo viro christiano, 1 Cor. 7, 39. *Ναὸς ἅγιος ἐν κυρίῳ*, templum sanctum in professione religionis domini.

Κυριότης, ητος, ἡ, (a κύριος) *dominatio*; — abstractum pro concreto (ut ἀρχή, ἐξουσία) *dominator, constitutus in honore et potestate, princeps*, Eph. 1, 21. Col. 1, 16. 2 Petr. 2, 10. Iud. v. 8. Quidam intelligunt angelos, vid. Θρόνος, Ἐξουσία. Phavorin. κυριότητές εἰσι δυνάμεις ἅγιαι λειτουργικαὶ κυρίου. *.

Κυρόω, ῶ, aor. 1. ἐκύρωσα, partic. perf. pass. κεκυρωμένος, (a κῦρος, robur, potentia, etiam auctoritas, rata fides) propr. firmum facio; *lege sancio, ratum facio* vel *habeo*; 2 Cor. 2, 8 παρακαλῶ ὑμᾶς, κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ratum facere in eius commodum amorem, videl. quo petierant ab apostolo, ut veniam peccatori daret. Hunc amorem, ut publico decreto de recipiendo peccatore sancirent, monet Apostolus. Gal. 3, 15 κεκυρωμένη διαθήκη, auctoritate publica sancita. (Gen. 23, 20. Lev. 25, 30. Ioseph. ant. 10, 11. 6 κυρῶσαι (lege sancire) τὴν προαίρεσιν αὐτῶν. Id. de bell. 4, 6. 1. ant. 2, 2. 4. 9, 4. 5.) *.

Κύων, κυνός, ὁ, ἡ, — hebr. כֶּלֶב, *canis*; a) propr. Luc. 16, 21. (1 Reg. 21, 19.) 2 Petr. 2, 22. (Prov. 26, 11.) vid. Ἐξέραμα. — b) homo *impudens*, caninae mordaciae, Phil. 3, 2. (Ies. 56, 11 οἱ κύνες ἀναιδεῖς τῇ ψυχῇ.) — c) ex hebraico dicendi genere: *contemtissimus*, homo *abiectus*, 1 Sam. 17, 43. 24, 15. 2 Sam. 3, 8. 2 Reg. 8, 13. — *profanus*, Matth. 7, 6. vid. *Schoettgenii* hor. hebr. p. 1145. qui docet, Rabbinos omnes non circumcisos et idololatras in contemtum appellasse canes. Sic etiam Apoc. 22, 15 ubi autem alii *pueros molles, scorta virilia* intelligunt, ut Deut. 23, 18 כְּלָבִים, ita dictos, quia canes mares solent sibi insilientes veneri indulgere. *.

Κῶλον, ου, τό, 1) artus s. membrum externum corporis; 2) τὰ κῶλα, membra; meton. *corpus*, quatenus dissolvitur, ossa. Sic semel Hebr. 3, 17. saepius in versione alex. pro פֶּגֶר, cadaver, Num. 14, 29. 32. 33. Ies. 66, 24. 1 Sam. 17, 46.

Κωλύω, aor. 1. ἐκώλυσα, aor. 1. pass. ἐκωλύθην, (deducunt a κλάω, curvo, ut proprie sit: membra inutilia facio alicui, impedio) — LXX pro מָנַע, כָּלָא, — *impedio, prohibeo*, vel factis, vel verbis, quare etiam *veto*. Rom. 1, 13. — Sequitur accusativus personae, Marc. 9, 38 sq. 10, 14. Luc. 9, 49 sq. Act. 11, 17. 1 Thess. 2, 16 et passim. Num. 11, 28. 1 Sam. 25, 26. — accusativus rei, 2 Petr. 2, 16. et infinitivus, 1 Tim. 4, 3. Hebr. 7, 23. 1 Cor. 14, 39 τὸ λαλεῖν. (Ies. 28, 6. Sir. 20, 21. 1 Macc. 1, 45. Exod. 36, 6. 1 Macc. 13, 49.) — accusativus cum infinitivo, Matth. 19, 14. Act. 8, 36. 16, 6. 24, 23. — Luc. 23, 2 κωλύοντα, qui prohibere conatur, s. vetat. (Ioseph. c. Apion. 1, 22 κωλύουσιν οἱ νόμοι ξενικοὺς ὅρκους ὀμνύειν.) — seq. genitivo rei, Act. 27, 43 ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος. (Xenoph. anab. 1, 6. 2 κωλύσειε τοῦ καίειν ἐπιόντας. Polyb. 2, 52. 8.) — Ex hebr. κωλύω τι ἀπό τινος (כָּלָא seq. מִן) *denego* alicui aliquid, Luc. 6, 29. (Gen. 23, 6 τὸ μνημεῖον αὐτοῦ κωλύσει ἀπὸ σοῦ, 2 Sam. 13, 13.) Sic sensu *denegandi* etiam intelligendum est Act. 10, 47 τὸ ὕδωρ κωλῦσαι aquam baptismi denegare petentibus. — (Κωλύειν τινὰ ἀπό τινος, etiam aliquem detinere, avocare a re, Sir. 18, 30. 46, 7. Test. XII patr. p. 535 ἐκώλυσεν ἀπ' ἐμοῦ δρᾶσιν χειρῶν. — etiam ἔκ τινος, Ps. 119, 101.)

Κώμη, ης, ἡ, *vicus*; Matth. 14, 15. 21, 2. Marc. 6, 6. 8, 23. 26. 11, 2. Luc. 5, 17. 9, 6. 52. 56. 10, 38. 17, 12. 19, 30. 24, 13. 28. Io. 11, 1. 30. Act. 8, 25. — τὰς πόλεις καὶ τὰς κώμας, Matth. 9, 35. 10, 11. Luc. 8, 1. 13, 22. — ἀγροὶ καὶ κῶμαι, pagi et vici, Marc. 6, 36. Luc. 9, 12. Cant. 7, 11. — Κῶμαι ἢ πόλεις ἢ ἀγροί, Marc. 6, 56. 1 Chron. 27, 25. hebr. כֹּפֶר. — αἱ κῶμαι urbis cuiusdam dicuntur vici et pagi, qui eam circumiacent et ab ea pendent, Marc. 8, 27 εἰς τὰς κώμας Καισαρείας. Sic LXX saepius pro hebr. בְּנוֹת, Num. 32, 42 τὴν Καὰθ καὶ τὰς κώμας αὐτῆς, cf. Ios. 17, 11. 16. 1 Chron. 7, 28. eodemque sensu pro חָצֵר, Ios. 15, 32. 36. 19, 6—31. — Semel indicat *oppidum minus*, Io. 7, 42 ubi Βηθλεέμ dicitur ἡ κώμη, videlicet olim, antequam muro cingebatur, cf. 2 Chron. 11, 6. *.

Κωμόπολις, εως, ἡ, i. e. κώμη, quae habet urbis magnitudinem et splendorem, ein Marktflecken, Marc. 1, 38.

Κῶμος, ου, ὁ, (a κώμη) propr. pompa solemnis, ubi in Bacchi honorem hominum turba vicos (κώμας) peragrabat, hymnos in Bacchum et cantilenas lascivas canens et praetereuntes iocis vexans. Alii ducunt a κεῖμαι, convivium magnum; hymnus cum choro saltantium. (Pind. Ol. 6, 66. Py. 5, 28.) — Hinc: *comissatio*, i. e. pompa bacchanalis nocturna lascivorum iuveniliumque hominum post epula luxuriosa cum facibus ac instrumentis musicis per plateas discursitantium, lascive iocantium, saltantium et cantilenas saepissime impudicas canentium. — Ter in N. T. de *comissationibus*, i. e. de conviviis luxuriosis, et inde nata ebrietate et lascivia, Rom. 13, 13. Gal. 5, 21. 1 Petr. 4, 3. et bis in V. T. Sap. 14, 23. 2 Macc. 6, 4. (Polyb. 10, 26. 3. Xenoph. cyrop. 7, 5. 25 ἐν κώμῳ [bacchantischer Taumel] δοκῶ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί.) Hesych. κῶμοι· τὰ ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ᾄσματα, συμπόσια, ᾠδαί. cf. *Schneideri* lex. s. h. v. *Elsnerus* in obss. sacr. et *Wolfius* in cur. ad Rom. 13, 13. **.

Κώνωψ, ωπος, ὁ, ἡ, *culex vinarius*, qui in vino acescente vel nascitur, vel certe eo nutritur. Aristot. hist. anim. 5, 19 οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων (γίνονται), οἳ γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. Semel Matth. 23, 24. cf. Διϋλίζω. (Scriptoribus Rabbin. dicebatur אבקא et יבחוש. — *Buxtorf.* lex. p. 342 et 927.)

Κῶς, Κῶος, s. Κῶ, ἡ, *Cos, Cous* (nunc *Stancora* sive *Stanchio*), insula maris Aegaei fertilis et aëris salubritate illustris, ad Ioniam Asiae pertinens, e regione urbium Gnidi et Halicarnassi sita, Hippocratis et Apellis patria. Ioseph. ant. 16, 2. 2. Semel Act. 21, 1 ubi *Griesb.* Κῶ pro Κῶν, de qua omissione τοῦ ν ex Atticorum dicendi ratione vid. *Matthiae* Gramm. §. 70. *Win.* Gramm. p. 61. (Ioseph. ant. 14, 7. 2 εἰς Κῶ. 1 Macc. 15, 23 εἰς Κῶ.)

Κωσάμ, hebr. קֶסֶם, *Cosam*, nom. propr. indecl. viri, qui commemoratur in genealogia Luc. 3, 28.

Κωφός, ή, όν, (a κόπτω, tundo) 1) tusus, obtusus, stumpf. (Hom. Iliad. 11, 390.) — 2) nullam vocem edens (Hom. Iliad. 14, 16), *mutus*, qui lingua ad loquendum vel vix (Marc. 7, 32 κωφὸν μογιλάλον) vel omnino non uti potest, Matth. 9, 32. 33. 12, 22. 15, 30 sq. Luc. 1, 22. 11, 14. LXX Hab. 2, 18 pro אִלֵּם. — Marc. 9, 25. Luc. 11, 14 de daemone muto, i. e. qui vel nolebat vel non poterat loqui. — Apud recentiores etiam de auribus: *aures habens obtusas* (κωφὰ τὰ ὦτα ἔχοντες, Ies. 43, 8), *surdus*, Matth. 11, 5. Marc. 7, 37. Luc. 7, 22. (LXX pro חֵרֵשׁ Ps. 38, 14. 58, 4. Ies. 29, 18. 35, 5. Exod. 4, 11.) *.

Λ.

Λαγχάνω, aor. 2. ἔλαχον, (a λάχος, ion. λόγχη, sors; fatum) 1) *sortem iacio, sortior*, Io. 19, 24 λάχωμεν περὶ αὐτοῦ. — 2) *sorte accipio*, Luc. 1, 9 ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι. Sorte enim ministeria sacra sacerdotibus distribuebantur. — (Ioseph. de bell. 3, 8. 7.) — — *fato accipio*, ut Latinor. *sortior*, 2 Petr. 1, 1 ἰσότιμον πίστιν λαχοῦσι. (1 Sam. 14, 47 Σαοὺλ ἔλαχε τοῦ βασιλεύειν, hebr. לָכַד. Sap. 8, 19 ψυχῆς τε ἔλαχον ἀγαθῆς. 3 Macc. 6, 1 τὴν ἡλικίαν λελογχώς. Ioseph. ant. 5, 1. 22. De genitivo et accusativo, qui pariter huic verbo iungitur, vid. *Winer.* Gramm. p. 183. *Matthiae* Gr. §. 328 not. *Rostii* Gr. gr. §. 108. 2. c.) *.

Λάζαρος, ου, ὁ, *Lazarus*, nom. pr. 1) viri a Iesu perquam dilecti, fratris Marthae et Mariae, Bethaniam inhabitantis, Io. 11, 1—14. 43. 12, 1—17. — 2) pauperis cuiusdam hominis et miseri, Luc. 16, 20—25. nisi ibi est persona ficta. *.

Λάθρα, adv. *clam;* Matth. 1, 19. 2, 7. Io. 11, 28. Act. 16, 37. (LXX pro בַּלָּט 1 Sam. 18, 22. בַּסֵּתֶר Deut. 13, 6. Iob. 31, 27. Ps. 101, 5. 1 Macc. 9, 60.) *.

Λαῖλαψ, [sic enim, non *λαίλαψ*, scribendum est; *Win.* Gramm. p. 50] *απος, ἡ, turbo, ventus procellosus,* inprimis in mari, 2 Petr. 2, 17. Pleonastice *λαῖλαψ ἀνέμου,* Marc. 4, 37. Luc. 8, 23. (LXX pro סוּפָה Iob. 21, 18. et סַעַר Ier. 25, 32. Iob. 38, 1. coll. Sap. 5, 15. 23. Sir. 48, 9.) *.

Λάκω, vid. *Λάσκω.*

Λακτίζω, (ab adverb. *λάξ*, calce) *calcitro, calce ferio;* semel Act. [9, 5.] 26, 14 *πρὸς κέντρον λακτίζειν.* Vid. *Κέντρον.* (Clem. Alex. strom. 7, 16 *ὁ ἀναλακτίσας τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν.*) *.

Λαλέω, ῶ, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐλάλησα*, perf. *λελάληκα*, perf. pass. *λελάλημαι*, aor. 1. pass. *ἐλαλήθην*, fut. 1. *λαληθήσομαι*, (a *λάλος*, loquax) — LXX pro אָמַר, inprimis pro דָּבַר, — proprie: 1) *verba profero, loquor;* de loquela, Matth. 9, 33 *ἐλάλησεν ὁ κωφός.* 12, 22. 15, 31. Marc. 7, 35 *ἐλάλει ὀρθῶς.* Luc. 1, 20. 22. 64. 11, 14. Iac. 1, 19. Apoc. 13, 11 *ἐλάλει ὡς δράκων*, bellua verba fecit, videlicet blanda ut serpens. (Gen. 3.) — *verba effero,* 2 Cor. 12, 4. Quo sensu etiam *λαλεῖν* poetice tribuitur *βρονταῖς*, i. e. Deo voce tonante oracula efferenti, Apoc. 10, 3. 4. — *γλώσσαις λαλεῖν*, Marc. 16, 17. Luc. 5, 21. Act. 2, 4—7 et passim. vid. *Γλῶσσα.* coll. Ps. 114, 13. [115, 5] *στόμα ἔχουσι καὶ οὐ λαλήσουσι.* — *garrio, sermocinor,* 1 Cor. 13, 11 *ὡς νήπιος ἐλάλουν.* 1 Tim. 5, 13 *λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα.*

2) *loquor* universe, i. e. mentem verbis patefacio; sequitur a) dativus personae, *λαλεῖν τινι, alloqui aliquem, colloqui cum aliquo,* Matth. 12, 46 sq. Marc. 16, 19. Luc. 24, 32. Io. 4, 26. c. 12, 29 *ἄγγελος λελάληκεν αὐτῷ.* Act. 9, 27 et saepissime. Eph. 5, 19 *λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς*, vel: accinentes sibi, vel *ἑαυτοῖς* est dativus commodi. — etiam *respondeo,* Io. 19, 10. LXX pro עָנָה Iob. 19, 7. — b) *μετά τινος*, alloqui, Marc. 6, 50. Apoc. 1, 12. 4, 1. 10, 8. 17, 1. 21, 9. colloqui, Io. 4, 27. 9, 37. 14, 30. Apoc. 21, 15. Gen. 35, 13. — c) *πρός τινα*, loquor cum aliquo verba, s. orationem ad eum facio; non nisi in scriptis Lucae, Evang. 1, 19. 24, 44. Act. 3, 22. 4, 1. 8, 26. 9, 29. 11, 20. 21, 39. 26, 14. 31. 28, 25. et praeterea ter: 1 Thess. 2, 2. Hebr. 5, 5. 11, 18. (Saepius apud LXX, ut Exod. 23, 13. 31, 11. Gen. 17, 22. 18, 19. 50, 4.) — Ex veteri autem simplicitate *usus* verbi *λαλεῖν* varius est in nostris scriptoribus, qui eo etiam utuntur, ubi non loquendi notio primaria est, sed alia quaedam adiuncta, ita ut vario modo, si sensum spectas, sit accipiendum. Non solum enim est a) *loquor* universe, Luc. 6, 45. 7, 15. 12, 3 *πρὸς τὸ οὖς.* Io. 12, 29. 2 Io. v. 12 *στόμα πρὸς στόμα λαλεῖν.* Apoc. 13, 5. 15 et saepissime. — *dico*, Luc. 2, 17. 50. Io. 8, 20 *ἀλήθειαν.* Io. 8, 40. Eph. 4, 25. (Zach. 8, 16.) — *δόλον λαλεῖν* 1 Petr. 3, 10. *κακῶς λαλεῖν* Io. 18, 23. — *βλασφημίας*, Marc. 2, 7. Act. 6, 11. 13. — sed dicitur etiam — b) de eo, qui verbis profert rem in medium, *profero*, Matth. 12, 34. Io. 8, 26. 44. Rom. 15, 18. Act. 28, 21. — c) de narrante vel praedicante, quae facta sunt: *narro, praedico,* Matth. 26, 13. Marc. 14, 9. Luc. 2, 18. 33. 38. Io. 9, 21. — d) de homine *orationem habente, disserente,* Act. 21, 39. Luc. 11, 37. Io. 8, 30. Act. 6, 10. Matth. 12, 46 et passim. — e) de *docente, tradente,* vel simpliciter, ut Luc. 5, 4. Io. 3, 11. 14, 25. 18, 20. Act. 4, 17. 14, 1 *ἐλάλει καὶ ἐδίδασκε.* 1 Cor. 2, 13. Eph. 6, 20. 1 Petr. 4, 11 et saepius; — vel addita re, quae traditur, *παραβολήν*, Matth. 13, 33. *νόμον*, Hebr. 9, 19. *τὸν λόγον*, Marc. 2, 2. 4, 33 sq. Io. 15, 3. *διδαχήν*, Act. 17, 19. *ῥήματα*, Act. 11, 14. *τὸ εὐαγγέλιον*, 1 Thess. 2, 2. coll. Deut. 4, 45. 5, 1. 22. 31. 10, 4. Etiam Deo tribuitur homines docenti, Io. 9, 29. Act. 7, 44. Hebr. 1, 1. 2. coll. Exod. 6, 2. Levit. 1, 1. — f) de *annuntiante, praedicente, bona promittente, vaticinante,* Luc. 1, 45. 55. 70. 24, 6. 25. Io. 12, 41. 16, 1. 4. 6. 33. Act. 2, 31. 3, 21. 24 ubi i. q. *καταγγέλλω*, 26, 22. Iac. 5, 10. 2 Petr. 1, 21. (coll. 1 Reg. 22, 8. 13. 2 Reg. 10, 10.) — g) de *praecipiente, iubente,* Io. 15, 11. coll. Gen. 27, 19. Deut. 1, 14. Num. 15, 35 (hebr. צִוָּה). — h) de *excitante, adhortante,* s. *clamante,* Hebr. 11, 4 ubi sanguis Abelis dicitur *λαλεῖν*, ad vindictam Deum, s. ad puniendum excitare, i. q. *κράζειν.* Ibid. 12, 24 *κρεῖττον λαλεῖ*, Christi sanguis non poenam sed condonationem exposcit a Deo. — i) de *patefaciente, palam profitente,* Marc. 1, 34 *οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν.* Luc. 4, 41. Io. 7, 13. 26. Act. 9, 6. 23, 18. 1 Thess. 2, 16. — k) de *tradente non ore sed scriptis,* 1 Thess. 1, 8. Hebr. 7, 14 *οὐδὲν περὶ ἱερωσύνης Μωϋσῆς ἐλάλησε*, nil tradidit s. praescripsit. 2 Petr. 3, 16 *λαλῶν ἐν αὐταῖς* (*ἐπιστολαῖς*) *περὶ τούτων.* — De discrimine inter *λαλεῖν* et *λέγειν* monendum est, *λέγειν* significationem *τοῦ λαλεῖν* sub no. 1. notatam nunquam habere, et quod attinet ad ea, quae sub no. 2. allata sunt, scriptores N. T. *λαλεῖν* constanter usurpare α) de argumento *non* accuratius *definito;* Matth. 10, 19 *μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἢ τί λαλήσητε.* v. 20 *οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες.* Matth. 13, 10 *διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς.* Marc. 9, 6 *οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ.* ib. 13, 11. Marc. 16, 17. Luc. 5, 4. 6, 45. Io. 8, 26. (Excipe unum locum Rom. 3, 19 *οἴδαμεν δὲ, ὅτι, ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ.*) — β) de argumento *definito* quidem, sed non verbis disertis vel tantum summatim et quoad sensum pronuntiato; Luc. 9, 11 *ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.* Io. 3, 11 *ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν.* ib. v. 33 sq. 8, 44. c. 16, 18 *ἔλεγον οὖν· τοῦτο τί ἐστιν ὃ λέγει· τὸ μικρόν; οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ.* Act. 9, 6. 11, 14 et passim. — γ) de sermone verbis disertis quidem prolato, sed praeterito; Marc. 5, 36 *τὸν λόγον λαλούμενον*, ista verba. ibid. 16, 19. Luc. 1, 45. 55. 70. 2, 17. 50. Io. 1, 37. 7, 46. 8, 20. 10, 6. 12, 36 et saepius, inprimis in formula: *ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος*, s. *ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος*, Matth. 12, 46. 17, 5. 26, 47. Marc. 5, 35. 14, 43. Luc. 8, 49. 22, 47. Act. 10, 44. 23, 7. — Ubi autem — δ) diserta verba proferuntur, *λέγειν*, non *λαλεῖν*, dicunt scriptores N. T., ideoque, ubi verba ipsa, ab aliquo edita, referunt, solent dicere ex hebraismo *ἐλάλησε λέγων*, s. *ἐλάλησε καὶ λέγει*, Matth. 13, 3. 14, 27. 23, 1. 28, 18. Io. 8, 12. Marc. 6, 50. Act. 8, 26. 26, 31. 28, 25. Apoc. 4, 1. 10, 8. 17, 1. 21, 9. coll. Gen. 42, 22. 24, 7. 34, 8. 41, 9. Exod. 31, 12. Lev. 20, 1. Excipienda autem sunt tria loca N. T. Act. 7, 6. Hebr. 5, 5 ubi *λέγων* potest intelligi, et Hebr. 11, 18 *πρὸς ὃν ἐλαλήθη*, cui dictum s. promissum est.

Λαλιά, ᾶς, ἡ, (a *λάλος*, loquax), 1) loquela, Cant. 4, 3. Sir. 5, 13. loquacitas, Sir. 19, 6. — Apud scriptores inferioris aetatis est: 2) *dialectus, pronuntiatio,* Matth. 26, 73 *ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ.* Marc. 14, 70. LXX Ps. 19, 3 pro אֹמֶר ubi Symmachus *ῥῆσις.* — 3) *sermo*, i. e. ea, quae profert aliquis, *dictum;* Io. 8, 43. coll. Iob. 33, 1 *ἄκουσον τὰ ῥήματά μου, καὶ λαλιάν* (דָּבָר) *ἐνωτίζου μου.* — *narratio*, Io. 4, 42. (fama, rumor 2 Macc. 8, 7. Ies. 11, 3. preces Sir. 32, 14. — loquendi potestas Ioseph. de bell. 2, 8. 5.) *.

Λαμά, Matth. 27, 46. sive *λαμμᾶ*, Marc. 15, 34. hebr. לָמָה vel לָמָּה, literis graecis scriptum, *cur, quare;* e Ps. 22, 1 ubi LXX *ἵνατι.* Multi boni libri habent *λιμά*, sive *λιμᾶ* quod *Fritzschius* in comment. ad Marc. p. 693 praeferendum censet.

Λαμβάνω, f. *λήψομαι*, aor. 2. *ἔλαβον*, perf. *εἴληφα* [1 Cor. 10, 13. Apoc. 2, 28. 3, 3. 5, 7. 8, 5. 11, 17 pro *λέληφα*, vid. *Rost.* Gr. p. 184. *Win.* p. 69.] particip. *εἰληφώς* [Matth. 25, 24. Act. 16, 24.] — (a stirpe obsoleta *λάβω*) — LXX pro hebr. לָקַח, נָשָׂא, etiam pro לָכַד — 1) *capio, ich ergreife, erfasse,* a) propr. manu capio, Matth. 25, 1 *λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας.* 26, 27 *τὸ ποτήριον.* 26, 52 *τὴν μάχαιραν.* 27, 24 *ὕδωρ.* lavacrum. Marc. 9, 36 *λαβὼν παιδίον.* Luc. 22, 17. Io. 6, 7. 11. 12, 3. 13. 13, 4. Act. 9, 19. Apoc. 5, 7. 8 et saepissime. (Iob. 16, 12 *λαβών με τῆς κόμης.*) — Participium *λαβών* verbis activis saepius ita praefigitur, ut actio plenius describatur, ubi *λαβών* ex nostra et latina dicendi ratione fere redundat, ut Matth. 13, 31 *λαβὼν ἔσπειρεν.* ib. v. 33 *λαβοῦσα ἔκρυψεν.* Matth. 17, 27 *λαβὼν δός.* Luc. 13, 19 *λαβὼν ἔβαλεν.* c. 24, 43. Act. 9, 25. 16, 3. (Num. 3, 6. Ios. 2, 4.) — *capio, ich fange,* Luc. 5, 5. 2 Cor. 12, 16 *δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον*, dolo vos cepi, meos feci. (Ps. 31, 14 *τοῦ λαβεῖν τὴν ψυχήν μου ἐβουλεύσαντο.*) — *corripio*, Matth. 21, 35. 39. Matth. 12, 3. 8. — b) tropice de affectibus, qui hominem corripiunt: *occupo, capio,* Luc. 5, 26 *ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας.* ib. 7, 16 *ἔλαβε δὲ φόβος ἅπ.* c. 9, 39 *πνεῦμα λαμβάνει αὐτόν.* (Ioseph. ant. 4, 6. 5 *λαμβάνει ἡμᾶς τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα.*) 1 Cor. 10, 13 *πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν.* (Exod. 15, 15 *ἔλαβεν* (אָחַז) *αὐτοὺς τρόμος.* Sap. 11, 12 *ἔλαβεν αὐτοὺς λύπη.* Ies. 21, 3. Ioseph. ant. 2, 6. 8 *ἔλαβεν αὐτοὺς ἔκπληξις.*) — 2) *sumo, ich nehme*, ubi indicat, aliquem aliquid suum facere, sibi sumere, Matth. 14, 19. 15, 36. 26,

26. 27, 59. Marc. 6, 41. Io. 18, 31. Act. 2, 23. — Varie verti potest pro natura actionis, quae describitur, videlicet: sumo ut tollam, — *tollo, aufero,* Matth. 15, 26 λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. Marc. 7, 27. Matth. 8, 17 τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, sustulit, (Ies. 53, 4 ubi legitur hebr. נָשָׂא quod LXX verterunt φέρει, Symmach. ἀνέλαβε. Lev. 5, 1.) Matth. 16, 9. 10. 27, 59. Apoc. 6, 4 λαμβ. ἀπό in textu vulg. ubi *Griesb.* ἐκ. (Ier. 29, [graec. c. 36.] 22 λήψονται ἀπ' αὐτῶν κατάραν. Esdr. 1, 7 sq. 2 Chron. 16, 2. Act. Thom. §. 42 λαβεῖν ἡμῶν τὴν ἐξουσίαν, tollere nostrum imperium.) — *capio,* Matth. 5, 40 τὸν χιτῶνα. 2 Cor. 11, 20 εἴ τις λαμβάνει, si quis vestra capit. Apoc. 3, 11. (2 Chron. 14, 15. Test. XII patr. p. 621.) — *exigo, colligo,* Matth. 17, 24 τὰ δίδραχμα. v. 25. c. 21, 34 τοὺς καρπούς. Marc. 12, 2. (Ioseph. ant. 5, 8. 1 φόρους παρ' αὐτῶν ἐλάμβανον.) — *repeto,* Io. 5, 34 μαρτυρίαν. v. 41 δόξαν. v. 44. (Ezech. 18, 8. 13. Ioseph. ant. 14, 13. 3 λαμβ. τιμωρίαν.) — Πάλιν λαμβάνω, iterum sumo, *resumo, recipio,* Io. 10, 17. 18. — *instruo me, induo,* Io. 13, 12 λαμβ. τὰ ἱμάτια. Phil. 2, 7 μορφὴν δούλου λαβών. Tropice Apoc. 11, 17 εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν μεγάλην. (Test. XII patr. p. 542 ὁ Θεὸς σῶμα λαβών. Zach. 6, 13 λήψεται ἀρετήν. Sap. 5, 20 λήψεται [v. 19 ἐνδύσεται] ἀσπίδα ἀκαταμάχητον ὁσιότητα.) — *Ore sumo,* de cibis: *gusto, capio,* Marc. 15, 23 οἶνον οὐκ ἔλαβε. Io. 19, 30. 1 Tim. 4, 4 μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον, quo vescimur cum gratiarum actione. — Λαμβάνειν ἑαυτῷ, *sibi sumere, occupare,* Luc. 19, 12 λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν. v. 15. Io. 3, 27 οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν (ἑαυτῷ) οὐδέν, nil potest sibi arrogare. Apoc. 17, 12 βασιλείαν οὔπω ἔλαβον. (Ios. 15, 16 λαμβ. τὴν πόλιν.) — λαμβάνειν (ἑαυτῷ) γυναῖκα, *uxorem sibi adiungere, uxorem ducere,* Marc. 12, 19—22. Luc. 20, 28—31. Heb. 11, 35. (Deut. 28, 30. 2 Sam. 3, 14. 1 Chron. 2, 18. Gen. 4, 19. Test. XII patr. p. 579 λαμβ. εἰς γυναῖκα. Ioseph. ant. 1, 16. 3 λαμβ. πρὸς γάμον.) — λαμβάνειν ἐκ, *sumere ex, repetere ex,* Io. 16, 15. 16. Hebr. 5, 1 ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος. Act. 15, 14. (Amos. 2, 11 ἔλαβον ἐκ τῶν υἱῶν ὑμῶν εἰς προφήτας. Fragm. Esth. 4 ἔλαβες τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πάντων ἐθνῶν. coll. Num. 8, 8.) — Λαμβάνω εἰς, *recipio,* Io. 6, 21 εἰς τὸ πλοῖον. c. 19, 27 εἰς τὰ ἴδια. 2 Io. v. 10. (Sap. 8, 18 ζητῶν ὅπως λάβω αὐτὴν (σοφίαν) εἰς ἐμαυτόν.) — λαμβ. μεθ' ἑαυτοῦ, *secum ferre s. habere,* Matth. 25, 3. 4. — et ubi intelligendum est μεθ' ἑαυτοῦ, Matth. 16, 5 ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν. ib. v. 7. 8. Marc. 8, 14. Io. 18, 3 λαβὼν τὴν σπεῖραν, assumta militum cohorte. — Tropice de doctore et doctrina: *recipio, admitto,* i. e. fide et obsequio amplector; Io. 1, 12 ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν. ib. 5, 43. 13, 20. 14, 17. τὸν λόγον, Matth. 13, 20. Marc. 4, 16. — Τὰ ῥήματα, Io. 12, 48. 17, 8. Τὴν μαρτυρίαν, Io. 3, 11. 32. 33. 1 Io. 5, 9.

3) Si dicitur de iis, quae nobis traduntur vel fato contingunt, saepius notio accipiendi est primaria, et est vertendum: *accipio, particeps fio, nanciscor;* Matth. 7, 8 ὁ αἰτῶν λαμβάνει. Matth. 10, 8 δωρεὰν ἐλάβετε. 19, 29. 20, 7. 9. 10. 11. Marc. 10, 30. 11, 24. Io. 1, 16. 16, 24. Act. 20, 35. — Rom. 1, 5 λ. χάριν. Hebr. 4, 16 ἔλεον. Iac. 5, 7 ὑετόν. Act. 25, 16 τόπον. Rom. 7, 8 ἀφορμήν. — ἐντολήν, Io. 10, 18. Act. 16, 24. 17, 15. (Act. Thom. §. 36.) — ἄφεσιν, Act. 10, 43. 26, 18. — τὸ πνεῦμα, Io. 7, 39. 20, 22. Act. 1, 8. 2, 33. 8, 15. 17. Rom. 8, 15. — λαμβ. ἐκ πληγῶν τινος, participem fieri malorum. — de munere et officio, Act. 1, 20. 25. 20, 24. Hebr. 5, 4. 7, 5. (1 Chron. 24, 31.) — Act. 24, 27 ἔλαβε διάδοχον. — de praemiis et poenis, Io. 4, 36. 1 Cor. 3, 14. Iac. 1, 7. 12. Hebr. 2, 2. Phil. 3, 12 ὅτι ἤδη ἔλαβον, intellige τὸ βραβεῖον, ut additur 1 Cor. 9, 24. (Dan. 2, 6. Sap. 5, 16.) — Κρίμα λαμβάνειν, poenam habere, subire, Matth. 23, 14. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. Rom. 13, 2. Iac. 3, 1. (Habac. 1, 3.) — Matth. 10, 38 λ. τὸν σταυρόν, crucem subire, in se suscipere. — de eo quod iure competit, Apoc. 4, 11. 5, 12. — Denique

4) λαμβάνειν substantivo saepius ita iungitur, ut actio, quae est in substantivo, indicetur; ut συμβούλιον λαμβάνειν, consilium capere, Matth. 12, 14. 22, 15. 27, 1. 7. 28, 12. — Act. 28, 15 θάρσος λαμβάνειν, animum recipere. 1 Cor. 14, 5 οἰκοδομὴν λαμβ. i. q. οἰκοδομεῖσθαι. 2 Tim. 1, 5 ὑπόμνησιν λαμβ. recordari. Iac. 5, 10 ὑπόδειγμα λαμβ. imitari. 2 Petr. 1, 9 λήθην λαμβ. oblivisci. (Vid. Λήθη.) Hebr. 11, 29. 36 πεῖραν λαμβ. periculum facere, experiri, vid. Πεῖρα. Hebr. 2, 3 ἀρχὴν λαμβ. incipi. (3 Esdr. 6, 10 συντέλειαν λαμβ. perfici. Ioseph. ant. 4, 8. 2 ὀργὴν λαμβ. irasci. ib. 5, 4. 1 οἶκτον λαμβάνειν, misereri ib. 5, 1. 13 ἐλπίδα, παῤῥησίαν λαμβ. Philo de opif. m. p. 14 κίνησιν λαβών.) — Ex hebraismo: πρόσωπον λαμβ., *personae rationem habere,* Luc. 20, 21. Gal. 2, 6. (Ps. 82, 2. Iob. 42, 8. Mal. 2, 9. 3 Esdr. 4, 39.)

Λάμεχ, ὁ, *Lamech,* hebr. לֶמֶךְ, nom. propr. indecl. patris Noae, de quo vid. Gen. 5, 25 sqq. — Luc 3, 36.

Λαμμᾶ, vid. *Λαμά.*

Λαμπάς, άδος, ἡ, (a λάμπω) LXX pro לַפִּיד, — 1) *lucerna,* brennende Leuchte. Act. 20, 8. — λαμπὰς πυρός, *flamma, radius ignis,* Apoc. 4, 5. (Gen. 15, 17. Dan. 10, 6. Iob. 41, 19. Exod. 20, 18.) — 2) *fax, taeda,* Apoc. 8, 10 ἀστὴρ καιόμενος ὡς λαμπάς, flammas spargens ut fax. Iud. 15, 4. 5. Ioseph. ant. 5, 6. 5. — 3) *lampas,* cuius flamma oleo alitur, Matth. 25, 1—8. (Solebant veteres sponso et sponsae lampades, ideo νυμφικὰς λαμπάδες dictas, praeferre. Iud. 7, 16. 20.) — 4) *laterna,* Io. 18, 3. *.

Λαμπρός, ά, όν, (a λάμπω) 1) *lucidus, fulgens,* Apoc. 22, 16 ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός. Epist. Ier. v. 51. — 2) *candore splendens, candidus;* de luce alba et purissima, qua circumfusi putabantur angeli, Act. 10, 30. (coll. Sap. 6, 12.) — λίνον καθαρὸν καὶ λαμπρ. Apoc. 15, 6. 19, 8. (Symmach. Cantic. 5, 11.) — *pellucidus,* Apoc. 22, 1 λαμπρὸς ὡς κρύσταλλος. — 3) *splendens, magnificus,* Luc. 23, 11. Iac. 2, 2. 3. (Ioseph. ant. 2, 7. 1 λαμπρὰ εὐδαιμονία.) — τὰ λαμπρά, res pretiosae, Kostbarkeiten, Apoc. 18, 14. (alii: splendidus mensae apparatus, ut Sir. 34, 23. 29, 22.) *.

Λαμπρότης, ητος, ἡ, (a λαμπρός) *splendor; fulgor.* Act. 26, 13. λαμπρότης τοῦ ἡλίου. (LXX pro הָדָר Ps. 110, 3. זֹהַר Dan. 12, 3. נֹגַהּ Ies. 60, 3. Ioseph. ant. 9, 10. 4 ἡ τῶν ἀγαθῶν λαμπρότης καὶ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων.) *.

Λαμπρῶς, adv. 1) *splendide, clare;* — 2) *magnifice;* de epulis: *laute,* ut Latinis quoque *splendidus* et *sordidus* in eadem re dicitur; Luc. 16, 19. (Sir. 34, 23 λαμπρὸς ἐπ' ἄρτοις. Xenoph. cyrop. 2, 4. 1. Ioseph. ant. 6, 1. 3 θύσαντες λαμπρῶς.) *.

Λάμπω, aor. 1. ἔλαμψα, (deducunt a particula intensiva λα, valde, et φάω, luceo, interserto μ) — *luceo, splendeo, mico;* proprie Matth. 5, 15. 17, 2. Luc. 17, 24. Act. 12, 7. — metaph. Matth. 5, 16. 2 Cor. 4, 6. vid. Φῶς. (LXX pro נָגַהּ Ies. 9, 2. Prov. 4, 18. צָחַח Thren. 4, 7. Bar. 3, 34. Sap. 5, 6. Ioseph. ant. 3, 8. 9.) *.

Λανθάνω, (praesens distractum pro λήθω, lateo) aor. 2. ἔλαθον, — LXX pro נִכְחַד, נֶעְלַם, — 1) *lateo,* — ne alii cognoscant, videant, Marc. 7, 24 οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. (Sap. 10, 8.) — Luc. 8, 47 οὐκ ἔλαθε. Sap. 17, 3. Ioseph. ant. 4, 6. 10. — LXX λανθάν. ἀπό τινος, 2 Sam. 18, 13. Lev. 5, 2. — *Λανθάνει με, latet me, non video, non intelligo, inscius sum,* Act. 26, 26. 2 Petr. 3, 5. Lev. 5, 3. 4. Iob. 28, 21. — μὴ λανθανέτω ὑμᾶς, bene scitote, 2 Petr. 3, 8. — Cum participio alterius verbi iunctum est *clam, inscius;* Hebr. 13, 2 ἔλαθον (ἑαυτοὺς) ξενίσαντες ἀγγέλους, inscii angelos hospitio exceperunt. (Xenoph. mem. 2, 3. 11 εἰδὼς λέληθα ἐμαυτόν, ignorabam, hoc me scire. Plutarch. de discr. amic. et ad. c. 12 πολλὰ λανθάνουσι ἀπὸ τῶν ἠθῶν ἀναλαμβάνοντες. Sic saepius apud profanos. Vid. *Rostii* Gramm. §. 129. 5.) *.

Λαξευτός, ή, όν, (a λαξεύω, lapides incido, Exod. 34, 1. 4. quod a λᾶς lapis et ξεύω, sculpo, polio) *excisus e lapide,* s. *incisus in lapide.* Luc. 23, 53. Evangel. Nicod. p. 63 μνημείῳ λαξευτῷ. — LXX semel Deut. 4, 49 pro פִּסְגָּה nom. propr. montis, quod etiam Aquila Num. 21, 20. 23, 14. Deut. 34, 1 vertit λαξευτή. *.

Λαοδίκεια, είας, ἡ, *Laodicea,* urbs opulenta et primaria Phrygiae pacatianae ad Lycum flumen sita, olim Diospolis, post in honorem Laodices uxoris Antiochi II. Laodicea appellata, anno Christi 66 terrae motu destructa simul cum Hierapoli et Colossis (Plin. Hist. 5, 29), sed a Marco Aurelio restituta (Tacit. Annal. 14, 27). Hodie in eius locum vicus *Eskihissar* successit. Commemoratur Col. 2, 1. 4, 13. 15. 16. [1 Tim. 6, 23.] Apoc. 1, 11 et 3, 14. *.

Λαοδικεύς, έως, ὁ, *Laodicensis.* Coloss. 4, 16. [Apoc. 3, 14 ubi *Griesb.* pro Λαοδικέων habet ἐν Λαοδικείᾳ.]

Λαός, οῦ, ὁ, LXX pro עַם, passim etiam pro גּוֹי et לְאֹם, — Latinorum *populus;* 1) *multitudo hominum,*

a) indefinite, de multitudine, quae in loco aliquo congregata est, Luc. 3, 15. 7, 1. 29. 8, 47 ἐνώπιον παντὸς λαοῦ, coram omnibus, qui aderant. ib. 9, 13. 18, 43. 20, 1. 6. 9. 21, 38. Io. 8, 2. Act. 3, 9. 11. 12 et passim. — b) de multitudine *virorum*, Luc. 23, 27 πλῆθος τοῦ λαοῦ καὶ γυναικῶν. (alii hic: *plebs*). Act. 4, 27 λαοὶ Ἰσραήλ, viri Israelitae. Act. 5, 37 λαὸν ἱκανόν, magnam militantium copiam. Sic LXX Gen. 19, 4 ubi ὁ λαός sunt viri. ib. 14, 16 πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὸν λαόν, ubi servi videntur intelligendi. De copia armatorum 2 Sam. 17, 2. 3. 22. 29. 18, 2 et saepius, ut etiam Test. XII patr. p. 598. — c) de *coetu virorum*, in foro ad iudicium congregatorum, ut etiam Latinor. *populus*, Act. 12, 4. Luc. 23, 13. — in synagoga convenientium Act. 13, 15. — 2) *populus*, et quidem a) populus cuiusdam *urbis*, Act. 2, 47. 21, 30. 36. — vel etiam *regionis* s. provinciae, Matth. 4, 23. 9, 35. Luc. 6, 17. (Inde λαὸς τῆς γῆς, incolae terrae, Gen. 23, 7.) — b) populus, quatenus distinguitur a magistratibus et proceribus, Matth. 26, 5 ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ. ib. 27, 25. 64. Marc. 11, 32. 14, 2. Luc. 1, 10. 21. 3, 18. 19, 48. Act. 6, 12 et passim. (Exod. 18, 22. 26. Esdr. 8, 15. 9, 1.) Sic quoque in locutione πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, Matth. 21, 23. 26, 3. γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, Matth. 2, 4 et similibus; vid. Luc. 19, 47. 22, 66. Act. 4, 8. — 3) *gens, natio*, i. q. τὸ ἔθνος, Matth. 1, 21. 2, 4. 6. Marc. 7, 6. Luc. 1, 17. 68. 2, 31 sq. 21, 23. Io. 11, 50. 18, 14. Act. 3, 23. 4, 10. Rom. 15, 11 et passim. Zach. 14, 14. Ezech. 20, 41. — Nonnunquam ὁ λαός absolute, et si distinguitur a τοῖς ἔθνεσι, est gens Iudaea, *Iudaei*, Act. 26, 17. 23. 28, 17. — Etiam Christiani dicuntur λαός, coetus cultorum Dei, s. Christi, Act. 18, 10. Hebr. 2, 17. 4, 9. 13, 12. Tit. 2, 14 quae dicendi ratio repetita est e V. T., ubi Iudaei saepissime ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ dicuntur; ut Exod. 19, 5.

Λάρυγξ, υγγος, ὁ, *gula, guttur*; proprie, per quod loquimur; deinde etiam i. q. φάρυγξ, cuius opera edimus. (Etym. M. λάρυγξ μὲν, δι' οὗ λαλοῦμεν, φάρυγξ δὲ, δι' οὗ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν.) Rom. 3, 13 pro στόμα os, sermo, (ut Sir. 6, 5 λάρυγξ γλυκὺς πληθυνεῖ φίλους. et Ps. 5, 10 pro גָּרוֹן. item Ps. 22, 15. etiam pro חֵךְ Iob. 6, 30. Prov. 8, 7. Hesych. λάρυγξ· στόμα. — pro φάρυγξ, Iob. 12, 11. 34, 3. Cant. 2, 3.) *.

Λασαία, ας, ἡ, *Lasaea*, urbs Cretae, quae Act. 27, 8. ab antiquis autem scriptoribus non commemoratur, fortasse quia ignobilis et parva fuit, πολίχνιον, sive, ut Iosephus de vico urbeculae formam simulante loquitur, ψευδοπολίχνιον.

Λάσκω, (pro praes. obsoleto λάκω) aor. 1. ἐλάκησα, (de quo vid. *Win.* Gramm. p. 83.) *crepo; disrumpor cum crepitu*; Act. 1, 18 ἐλάκησε μέσος, medius disruptus est. (Act. Thom. §. 33 ὁ δὲ δράκων φυσηθεὶς (a veneno hausto) ἐλάκησε, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐξεχύθη ὁ ἰὸς αὐτοῦ καὶ ἡ χολή. Hom. Iliad. 13, 616 λάκε δ' ὀστέα. Aristoph. nub. v. 409 διαλακήσασα, quod Scholiastes interpretatur διαῤῥαγεῖσα.) *.

Λατομέω, ῶ, aor. 1. ἐλατόμησα, partic. perf. pass. λελατομημένος, (a λατόμος, lapicida, quod ex λᾶς, lapis et τέμνω) *lapides exscindo*, exscindo, inscindo; Matth. 27, 60. Marc. 15, 46. (LXX pro חָצַב, 1 Chron. 22, 2. 2 Chron. 26, 10. Ies. 22, 16.) *.

Λατρεία, ας, ἡ, (a λατρεύω) 1) servitium, ministerium, quod pro mercede praestatur; — 2) *cultus Dei*, quatenus est in externis actionibus sive in caerimoniis, Rom. 9, 4. Hebr. 9, 1 (vid. Δικαίωμα). ib. 9, 6. LXX pro עֲבֹדָה, Exod. 12, 25 sq. 13, 5. Ios. 22, 27. 1 Chron. 28, 13. coll. 1 Macc. 1, 43. 2, 19. 22. — *sacrificia*, ut pars potior cultus divini, Io. 16, 2 λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ. Rom. 12, 1. *.

Λατρεύω, f. εύσω, aor. 1. ἐλάτρευσα, (a λάτρις, latro, der Söldner) seq. dativo personae, LXX pro עָבַד, 1) pro mercede servio; (Xenoph. cyrop. 3, 1. 20. Palaeph. c. 46. 5. c. 45 ed. Gal.) — 2) *religiose colo, cultu prosequor*, de cultu Dei a) universe, Matth. 4, 10. Luc. 4, 8. Act. 27, 23. 2 Tim. 1, 3. Hebr. 12, 28. Apoc. 22, 3. (Deut. 6, 13. 10, 12. Ios. 24, 15.) — idolorum, Rom. 1, 25. (Exod. 20, 5. 23, 24. Deut. 4, 28.) — b) de cultu externo, Luc. 2, 37. Act. 7, 7. 42. 26, 7 λατρεῦον intell. θεῷ. — de cultu, quem sacerdotes Israelitarum Deo praestabant in tabernaculo et templo, de sacris, quae fiebant in templo, Hebr. 8, 5. 13, 10. — et in tabernaculo coelesti Apoc. 7, 15. — de oblationibus et sacrificiis, Hebr. 9, 9. 10, 2. coll. Exod. 3, 12. 4, 23. 7, 16. — c) de cultu Dei interno, Luc. 1, 74. Act. 24, 14. Rom. 1, 9. Phil. 3, 3 πνεύματι θεῷ λατρ. Hebr. 9, 14. Deut. 6, 13. 10, 12. *.

Λάχανον, ου, τό, (a λαχαίνω, fodio) *olus*, in terra natum, quod fodiendo colitur, Garten-Kraut, Matth. 13, 32. Marc. 4, 32 de sinapi. (Act. Thom. §. 29.) — de *obsonio* in foro venali, Luc. 11, 42. Rom. 14, 2. — LXX pro יָרָק 1 Reg. 21, 2. Prov. 15, 17. et pro יֶרֶק Gen. 9, 3. Ps. 37, 2. *.

Λεββαῖος, ου, ὁ, *Lebbaeus*, cognomen Iudae apostoli, qui etiam Thaddaeus vocabatur. Matth. 10, 3.

Λεγεών, sive, ut boni codd. etiam habent λεγιών ῶνος, ὁ, ἡ, vox latina *legio*, i. e. turma militum apud Romanos, quae primum 3200, deinde, Servii Tullii temporibus, 4000, Polybii aevo 5000, et postea 6200 militibus constabat. — In N. T. dicitur de *turmis* angelorum, a) bonorum, Matth. 26, 53. — b) malorum, Marc. 5, 9. 15. Luc. 8, 30. Rabbini, qui לִגְיוֹן receperunt, eo utuntur pro turma militum, et interdum de duce turmae, non autem de principe geniorum malorum (cf. *Buxtorf.* p. 1123), quare nec in his locis de eo cogitandum; sed de *multitudine*, ut etiam e Marc. 5, 9. 12. 13 intelligitur.

Λέγω, (in N. T. tantum praesens et imperfectum huius verbi habetur) 1) prima antiquissimaque huius verbi significatio, ut saepe apud Homerum, cognata est nostro *legen*, et est *lego, colligo*, quo sensu legitur in Test. XII patr. p. 704 οὐκ ἐν ἀκαθαρσίᾳ (i. e. interveniente adulterio) λέγει κύριος σεβομένους αὐτόν, quibus verbis respondet Iosephus uxori Potipharis, pollicenti, se, si morem sibi gessisset, simul cum marito verum Deum esse culturam. — Unde medium:

2) *eligo*; Hebr. 7, 11 κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι. (Hom. Odyss. 24, 108 οὐδέ κεν ἄλλως κρινάμενος λέξαιτο κατὰ πόλιν ἄνδρας ἀρίστους.) — 3) recenseo, numero (Hom. Iliad. 3, 188. Odyss. 4, 452): — nomine numero s. recenseo; — hinc: *nomine recenseo*, Eph. 5, 12 αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν, vel nominibus recensere, nomina pronuntiare; — nomine voco, *voco, appello*; Matth. 13, 55 λέγεται Μαριάμ. [19, 17.] Marc. 10, 18 τί με λέγεις ἀγαθόν. c. 12, 37 λέγει αὐτὸν κύριον. ib. 15, 12. Luc. 18, 19. 20, 37. Io. 15, 15 οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους. — Unde ὁ λεγόμενος, a) *qui vocatur, cui nomen est*, Matth. 2, 23 εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέθ, urbem, nomine Nazareth. c. 9, 9 ἄνθρωπον, Ματθαῖον λεγόμενον. c. 26, 3. 14. 27, 33 τόπον λεγόμενον Γολγαθᾶ. Io. 4, 5. 9, 11. 19, 13. Act. 3, 2. 1 Cor. 8, 5 εἰσὶ λεγόμενοι θεοί, qui vocantur Dii, qui nomen Deorum gerunt; sensus: Dei fictitii. (3 Esdr. 8, 41. Ioseph. ant. 12, 3. 2 Ἀντίοχος, ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησι λεγόμενος θεός.) — b) etiam: *cui cognomen est, cognomine*, Matth. 1, 16 Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός. ib. 4, 18 Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον. ib. 10, 2. Col. 4, 11. — c) *qui vulgo dicitur, quem dicunt, der sogenannte*; Matth. 27, 17 τὸν λεγόμενον (a Iudaeis s. ab adseclis) Χριστόν. Luc. 22, 1 ἡ λεγομένη πάσχα. Io. 19, 13. Eph. 2, 11 οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς, *die sogenannte Vorhaut, wie euch die sogenannte Beschneidung nennt*. — d) *aliquis, quidam, ein gewisser*; Marc. 15, 7 ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς. Luc. 22, 47 ὁ λεγόμενος Ἰούδας, qua dicendi forma Lucas usus esse videtur, ne honorificum Apostoli titulum proditori tribueret. Ita etiam si nomen rei vel personae ex alia lingua explicatur, ubi a) vel τῷ λέγεσθαι aliquid additur, quo significatur, nomen transferri in aliam linguam, ut Io. 19, 17 ὃς λέγεται Ἑβραϊστί. Io. 1, 39 ῥαββί, ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον διδάσκαλε. Act. 9, 36 ταβιθά, ἡ διερμηνευομένη λέγεται δορκάς. — b) vel vero etiam λέγεται s. λεγόμενος simpliciter ponitur, ubi iam intelligendum est ἑρμηνευόμενος s. ἑρμηνευόμενον, *si transfers in nostram linguam*, nostra dialecto; sic apud Ioannem aliquoties, c. 4, 25 Μεσσίας ὁ λεγόμενος Χριστός, qui graece Christus vocatur. c. 11, 16. 20, 24 Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος. c. 20, 16 ῥαββουνί, ὃ λέγεται διδάσκαλε. cf. c. 1, 39 et semel apud Matthaeum c. 27, 33.

4) verbis *aliquid expono*, (gleichsam etwas zusammenlegen) *enarro*, a) sensu strictiori, Marc. 10, 32 λέγειν τὰ μέλλοντα. Luc. 9, 31 ἔλεγον τὴν ἔξοδον. ib. 11, 27. 1 Cor. 14, 16. — *narro*, Luc. 24, 10. — b) sensu latiori: *dico, ich sage*, i. e profero aliquid verbis ita, ut intelligere possit alter quae sit res, quare multum differt a λαλέω, quod

vide. Hoc sensu LXX interpretes pro hebr. אָמַר et נְאֻם, passim etiam pro דִּבֵּר. — a) cum accusativo rei; *ἀλήθειαν λέγω*, vera dico s. profero, Rom. 9, 1. 1 Tim. 2, 7. — b) cum accusativo personae, de qua sermo est, Marc. 14, 71. Io. 6, 71. 8, 27 *τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγε*. 9, 19. — saepissime: *λέγω περί τινος*, Matth. 11, 2. 7. 21, 45. Marc. 1, 30. 8, 30. Luc. 7, 24. 21, 5. Io. 1, 22. 48. 2, 21. 9, 17. 13, 22. 24. Tit. 2, 8 et passim; — rarius *λέγω εἴς τινα*, in aliquem dico, Act. 2, 25. 19, 4. Eph. 5, 32. — semel *ἐπί τινα* Hebr. 7, 13 et *ὑπὲρ ἑαυτοῦ λέγειν* Act. 26, 1 pro se dicere in foro. — Quod b) attinet ad personam, cui aliquid dicitur, sequitur vel dativus, ut Matth. 4, 6. 9. 19. 8, 4 et semper in Matthaei, maxime in Marci et Pauli scriptis; in Lucae et Ioannis libris saepius — vel *πρὸς αὐτόν*, ut Luc. 4, 21. 7, 24. 9, 23. Act. 2, 12. 3, 25 et saepius; Io. 3, 4. 4, 15. 49. 6, 5. Rom. 10, 21. Hebr. 1, 7. 7, 21 et passim. (Ier. 38, [graec. cap. 45.] 20. 43, 1.) — *πρὸς ἀλλήλους*, Marc. 4, 41. Luc. 8, 25. Act. 28, 4. 2, 7. *πρὸς ἑαυτούς*, Marc. 10, 26. 16, 3. — Semel c) *μετ' ἀλλήλων*, Io. 11, 56. — Quod attinet c) ad *sententiam*, quae dicitur, verbum *λέγω* vel sequitur accusativus cum infinitivo, Act. 15, 24. Rom. 15, 8. mox oratio directa Matth. 1, 20. 2, 2. 4, 6. 11, 22. Luc. 7, 33. 8, 20 *λεγόντων* intell. *τινῶν*. 18, 17. Io. 3, 3. 1 Cor. 1, 12. Hebr. 9, 20. Apoc. 1, 17. — vel oratio directa praefixo *ὅτι* Matth. 9, 18. 14, 26. Marc. 6, 14. 15. Luc. 1, 24 sq. 5, 26. 17, 10. Io. 1, 32. 9, 9. 41. 11, 31 et saepius. (Palaeph. de incred. c. 6 *ἔλεγον οἱ Θηβαῖοι, ὅτι τοιαῦτα δεινὰ ὁ Κάδμος ἐπήγαγεν ἡμῖν*.) — *Participium λέγων* quod verbis, quae sequuntur, solent praefigere nostri, Matth. 1, 20. 2, 2. 9, 18 etc., saepissime post substantiva et verba, quibus notio loquendi inest, ita sequitur, ut vertendum sit: *his verbis usus*, ut hebr. לֵאמֹר. Sic centies in Matthaei, Marci et Lucae scriptis et in Epist. ad Hebr. et Apocal., rarius in Ioannis evang. et nunquam in Pauli libris. Vid. Matth. 1, 22. 2, 15. 17. 3, 17. 9, 27. 10, 5. 7. 12, 10. Marc. 12, 6. 14, 57. 14, 68. Luc. 1, 63 *ἔγραψε λέγων*, scripsit haec verba. (Ioseph. ant. 13, 4. 1 *Πτολεμαῖος ἀντέγραψε λέγων*.) ib. 2, 13. 18, 2. 38. 23, 37. Io. 7, 28. 37. Act. 1, 6. 2, 12. 40. 5, 23. 7, 59. 9, 4. 19, 26. 20, 23. Hebr. 2, 6. 11. 6, 13 sq. 8, 11. 12, 26 in Apocalypsi, et passim. (Rom. 10, 20 *ἀποτολμᾷ καὶ λέγει*.) (Saepissime in V. T., ut Gen. 1, 22. 2, 16. 48, 2. 2 Reg. 20, 2.) — Si respicis *sensum* verbi *λέγειν*, eius *usus* aeque late patet ac Latinor. *dicere* et hebr. אָמַר. Non solum enim simpliciter est *dico*, ut Matth. 9, 34. Marc. 11, 23. Io. 1, 38 et saepissime; sed etiam pro contexta oratione vel *dicere*, vel etiam *quaerere, respondere, praedicere, affirmare* etc. verti potest. Est enim in N. T. a) *quaerentis*, Matth. 2, 2. 6, 31. 9, 14. 28. 13, 51. Io. 3, 4. 21, 21. 18, 34. — b) *respondentis*, Matth. 4, 10. 8, 7. 26. 9, 28. 22, 21. Io. 1, 40. — c) *excipientis*, vel *contradicentis*, Matth. 14, 17. 19, 18. Io. 7, 26 *οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι*, palam ei non contradicunt. Rom. 10, 18 *ἀλλὰ λέγω*, sed obiicio, i. e. obiicit aliquis. ib. v. 19. c. 11, 1 *λέγω οὖν*, quod si obiiciam i. e. obiiciat aliquis. — d) *praedicentis* s. *vaticinantis*, Matth. 2, 17. Marc. 15, 28. Io. 1, 52. 13, 19. Act. 8, 34. — e) *monentis, hortantis*, Matth. 2, 13. 2, 20. 3, 2. 6, 25. Luc. 3, 7. Act. 5, 38. Eph. 4, 17. — f) *praecipientis, iubentis*, Matth. 8, 9. 9, 24. 15, 4. 18, 22. Marc. 5, 41. Luc. 6, 46. 7, 14. Philem. v. 21. Rom. 2, 22 ubi sequente negatione est *interdico, veto*, Marc. 8, 26. Matth. 5, 34. 39. Rom. 12, 3. (Num. 32, 27. 31. Esth. 3, 3. 8, 14.) — *mandantis*, Io. 2, 5. — g) *dicere iubentis*, Matth. 26, 18. 27, 19. Marc. 14, 14. Luc. 7, 6. 19. 20. 19, 14. Io. 11, 3. Act. 16, 35. (Iud. 11, 15. 17. Iudith. 3, 1. et *εἶπεν* 2 Sam. 10, 5.) — h) *clamantis*, Act. 14, 11. Matth. 21, 15. — i) *suadentis*, Act. 5, 38. 27, 11. — k) *disserentis*, Matth. 11, 7. 21, 45. Marc. 8, 30. Luc. 7, 24. — l) *docentis, exponentis*, Matth. 10, 27. 15, 5. Luc. 8, 8. 11, 45. Io. 8, 26. 45. 46. 16, 12. Act. 21, 21. Rom. 4, 6 *λέγει μακαρισμόν*, exponit felicitatem. 1 Tim. 1, 7. Hebr. 5, 11. 8, 1. 9, 5. Rom. 10, 6. Unde *λέγω δέ*, *tenendum est, scitote*, Rom. 15, 8. Gal. 4, 1. 5, 16. 3 Esdr. 8, 22 *λέγεται ὑμῖν*, coll. Esdr. 7, 24 ubi LXX *γνωρίζεται ὑμῖν*. — m) *affirmantis*, vel sine *ὅτι*, Matth. 11, 9. 22. Marc. 14, 31. Luc. 3, 8. 4, 25. 7, 47. 9, 27. Rom. 15, 8. Gal. 4, 1. vel seq. *ὅτι*, Matth. 3, 9. 5, 20. 22. 28. 1 Thess. 4, 15. Sequente negatione est *nego*, Matth. 22, 23. Marc. 12, 18. Act. 23, 8. — *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν*, *sanctissime vobis affirmo*, Matth. 5, 18. 26. 8, 10. 10, 15. 23. Marc. 6, 11. Matth. 6, 2. 5. 16. Marc. 14, 30. Luc. 4, 24. 13, 35. Io. 5, 25. — *Σὺ λέγεις*, *recte*, Matth. 27, 11. Marc. 15, 2. Luc. 23, 3. Io. 18, 37. — n) *contendentis, dictitantis*, behaupten, Matth. 17, 10. Io. 1, 22. 4, 20. 8, 33. 48. Luc. 20, 41. Io. 7, 12. 1 Cor. 15, 12. 2 Tim. 2, 18. — *perhibentis, iactantis*, Luc. 23, 2 *λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν εἶναι*. ib. 24, 23. Io. 5, 18. 6, 42. 9, 19. Act. 5, 36 *λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν*. ib. 8, 9. Iac. 1, 13. 2, 14. 1 Io. 2, 4. 9. — o) *scribentis*, Luc. 1, 63. 1 Cor. 10, 15. coll. 2 Reg. 10, 6.

5) *dico in mente*, (ut nostri ex hebraismo plene dicunt *λέγειν ἐν τῇ καρδίᾳ*, Apoc. 18, 7. coll. Ps. 10, 6. 13. *λέγειν ἐν ἑαυτῷ*, Matth. 3, 9. 9, 21. Luc. 3, 8. 7, 49.) i. e. *cogito*. Matth. 16, 7 *λέγοντες* cogitantes hunc in modum. c. 12, 44. Luc. 11, 24. coll. Ies. 56, 3. — Saepius, ubi non tam verba, quae proferuntur, spectantur, quam sententia verbis subiecta, est, ut Latinor. *dico: puto, intelligo, mihi volo, in mente habeo;* Marc. 14, 71 *ὃν λέγετε*, quem dicitis, i. e. innuitis. Io. 6, 71 *ἔλεγε δὲ τὸν Ἰούδαν*, er meinte den Iudas; 8, 5. 27. 9, 17. Act. 4, 32 *οὐδὲ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι*, neque dicebant, i. e. volebant. 10, 28 *μηδένα ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον*, neminem impurum vocare, impurum habere. 1 Cor. 1, 12 *λέγω δὲ τοῦτο*, hoc mihi volo. ib. 10, 29 *συνείδησιν λέγω*, dico i. e. intelligo. Gal. 3, 17. 2 Thess. 2, 4. Hebr. 11, 24 *ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱός*, noluit dici i. e. haberi filius. (Ioseph. ant. 6, 5. 5 *ἐκείνους, λέγω δὴ Μωϋσῆν καὶ Ἀαρῶνα*, illos, intelligo Mosen etc. Act. Thom. §. 23 *τὸν δοῦλον λέγω*, den Sklaven meine ich.)

Λεῖμμα, *τος*, *τό*, (a *λείπω*, *λέλειμμαι*) *residuum, reliquiae;* Rom. 11, 5 *λεῖμμα γέγονεν*, residuum (gentis iudaicae Christo adversae) factum est; sensus: pars aliqua Iudaeorum ex Dei voluntate pervenit ad regnum Christi. (2 Reg. 19, 4 et Ios. 13, 12 in quibusdam libris.) *.

Λεῖος, *εια*, *εῖον*, tritus; terendo laevigatus; — *laevis, glaber, planus*. Luc. 3, 5 *ὁδοὶ λεῖαι* viae planae, hebr. לְבִקְעָה, Ies. 40, 4. — LXX Gen. 27, 11 pro חָלָק. 1 Sam. 17, 40. Prov. 2, 20 *τρίβοι δικαιοσύνης λεῖαι*. *.

Λείπω, 1) transitive: linquo, *desero;* propr. Prov. 19, 4 *ἀπὸ φίλου λείπεται*. — passiv. a) *λείπεσθαί τινος*, *destitui* aliqua re; Iac. 1, 5. 2, 15. (Ioseph. ant. 9, 11. 2 *οὐδὲ μιᾶς ἀρετῆς ἀπελείπετο*.) — b) tropice, metaphora desumta a cursoribus, qui ab adversariis relinquuntur et superantur: *inferior sum* aliis, *vincor*, Iac. 1, 4 *ἐν μηδενὶ λειπόμενοι* nulla in re aliis inferiores. (Xenoph. mem. 3, 5 *οὐδὲ ταύτῃ μοι δοκοῦσι λείπεσθαι*. *Raphelius* hic affert verba Polyb. *ἐν τῇ εὐνοίᾳ παρὰ πολὺ ἀδελφοῦ λειπόμενος*.) — 2) intransitive: *deficio, desum*, Luc. 18, 22 *ἕν σοι λείπει*. Tit. 3, 13. — ib. 1, 5 *τὰ λείποντα*, quae adhuc deficiunt. (Sap. 19, 4 *τὴν λείπουσαν κόλασιν*.) *.

Λειτουργέω, *ῶ*, aor. 1. *ἐλειτούργησα*, (a *λειτουργός*) seq. dativo personae 1) munere publice fungor, potissimum eo, in quo sumptus sunt faciendi, publicam praesto operam. (Demosth. or. c. Aph. 833, 25.) — 2) *ministerio fungor;* a) de ministerio *publico*, abiecta notione sumtuum, Sir. 8, 8 *λειτουργῆσαι μεγιστᾶσιν*. coll. Dan. 7, 10. — In vers. alex. saepissime pro שֵׁרֵת et passim pro עָבַד de ministerio sacerdotum in tabernaculo et templo: *sacra facio*, Exod. 28, 35. 43. 29, 30. Num. 4, 39. 16, 9. 18, 6. 7. Ezech. 40, 46. — Sic semel Hebr. 10, 11. (Ioseph. de bell. 2, 17. 2 *τοὺς κατὰ τὴν λατρείαν λειτουργοῦντας* scil. in templo.) — de cultu Dei in synagoga, de *precibus*, Act. 13, 2. coll. v. 3 ubi pro *λειτουργ.* est *προσευχεσθαι*. — b) *ministro, servio*, de ministerio privato, Sir. 10, 25 *οἰκέτῃ σοφῷ ἐλεύθεροι λειτουργήσουσιν*. — ut Latinorum ministro de eo, qui porrigit: *inopiam alicuius levo, opibus alicui inservio*, Rom. 15, 27. (Test. XII patr. p. 689 *οὐκ οἰκτείρει λειτουργοῦντα αὐτῷ ἐν κακῷ*. Xenoph. mem. 2, 7. 6.) *.

Λειτουργία, *ας*, *ἡ*, (a *λειτουργέω*) 1) munus publicum cum sumptibus coniunctum (Theophr. char. 23, 4); — 2) *ministerium, munus* quodcunque — de *sacerdotum ministerio* in templo, sacrificiis et precibus (Sap. 18, 21. Sir. 50, 19.) potissimum conspicuo, Luc. 1, 23. Hebr. 8, 6. 9, 21. (LXX saepius pro עֲבוֹדָה Num. 8, 22. 16, 9. 18, 4. 2 Chron. 31, 2. 2 Macc. 3, 3. 4, 14. Ioseph. ant. 4, 4. 4. de bell. 1, 1. 4.) — Eodem sensu Phil. 2, 17 *σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν*, impendo me sacrificio et ministerio pro fide vestra, i. e. quo fidem habeatis Christo. Paulus enim se hic comparat cum sacerdote oblationes ministrante, dicitque, se ipsum se sacrifi-

care pro Philippensibus. — 3) *munus quodcunque*, quo aliis inservimus, *sumptus* in aliorum utilitatem; (Ioseph. ant. 16, 5. 3 λειτουργίας καὶ δημοσίων ἔργων κατασκευάς). — In N. T. de eleemosynis, 2 Cor. 9, 12 διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης, suppeditatio huius muneris. Phil. 2, 30 ἡ πρός με λειτουργία, vestra erga me munera. *.

Λειτουργικός, ή, όν, ad ministerium publicum pertinens, Num. 4, 26 τὰ σκεύη τὰ λειτουργικά. ib. 7, 5. Exod. 31, 10 στολὰς λειτουργικάς. — In N. T. semel ministerio serviens, *ministeria praestans;* Hebr. 1, 14 πνεύματα λειτουργικά, spiritus ministri, coll. c. 1, 7. (Ignat. ep. ad Philad. §. 9 καλαὶ αἱ λειτουργικαὶ τοῦ θεοῦ δυνάμεις.) — (De officio angelorum vid. Ps. 34, 7. 91, 11 sq. Matth. 13, 49. 16, 27. Philo de gigant. p. 285 D. ἀγγέλοις, ὑπηρέταις καὶ διακόνοις ὁ δημιουργὸς εἴωθε χρῆσθαι πρὸς τὴν τῶν θνητῶν ἐπίστασιν.) *.

Λειτουργός, οῦ, ὁ, (a λεῖτος, ad populum s. rempublicam pertinens, quod a λαός s. λεώς, populus, — et stirpe ἔργω), proprie qui munere publico fungitur suo sumptu. — 2) *minister*, LXX pro מְשָׁרֵת, maxime a) publicus; ita de *magistratibus* Rom. 13, 6 λειτουργοὶ θεοῦ. (Ios. 1, 1 ubi Iosua [in text. Alex. Ald. et Compl., nam liber Vatican. habet ὑπουργός] Mosis λειτουργός dicitur.) — de angelis Dei ministris Hebr. 1, 7. (Ps. 104, 4. — de diaboli ministris; narratio Iosephi apud Birch. p. 196 οἱ λειτουργοὶ τοῦ ᾅδου. — de regis ministris 1 Reg. 10, 5. Sir. 10, 2); de apostolis λειτουργοῖς Ἰησοῦ, Rom. 15, 16. de sacerdotibus τῶν ἁγίων λειτουργοῖς, Hebr. 8, 2. (Philo de alleg. II, p. 86 λειτουργὸς τῶν ἁγίων. Neh. 10, 39 οἱ ἱερεῖς οἱ λειτουργοί. Sir. 7, 30.) — b) *minister, inserviens, subveniens* alicui, Phil. 2, 25 ὑμῶν δὲ ἀπόστολον καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου, i. e. a vobis missum ministrum, ut (vestris beneficiis) subveniret meae necessitati. (De famulo 2 Sam. 13, 18. 2 Reg. 4, 43.) *.

Λέντιον, ου, τό, vox origine latina, obvia etiam in Rabbinorum scriptis, (לְנְטִית) *linteum*, — linteum, quo se servi, opus manuarium facturi, praecingebant. (Sueton. Calig. c. 26.) — Bis: Io. 13, 4. 5.

Λεπίς, ίδος, ἡ, (a λέπω, decortico, squamas detraho) *squama,* LXX pro קַשְׂקֶשֶׂת, Schuppen, Lev. 11, 9. 10. 12. Deut. 14, 9. 10. etiam lamina, LXX pro פַּחִים, Bleche, Num. 16, 38. (Ioseph. ant. 3, 6. 3 λεπίδες. et 3, 6. 8.) — Semel in N. T. de *hypochysi*, Act. 9, 18 ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, ut squamae. (Tob. 11, 13 τὰ λευκώματα.)

Λέπρα, ας, ἡ, (a λεπρός) *lepra, der Aussatz,* hebr. צָרַעַת, morbus cutis valde difficilis et foedissimus, in Aegypto, Palaestina et finitimis regionibus frequens, de quo accuratissime exposuit *Winerus* in bibl. Realwörterb. s. v. *Aussatz*. Lev. c. 13 et 14. De frequentia leprae vid. Ioseph. ant. 3, 11. 4. cf. Λεπρός. — In N. T. Matth. 8, 3. Marc. 1, 42. Luc. 5, 12. 13. *.

Λεπρός, οῦ, ὁ, (a λέπος, cortex, putamen, squama, igitur quasi λεπερός) scaber, asper; — *leprosus, lepra, scabie laborans;* hebr. מְצֹרָע, Lev. 14, 2. 2 Reg. 7, 3. et צָרוּעַ Lev. 13, 44 sq. — In N. T. Matth. 8, 2. 10, 8. 11, 5. Marc. 1, 40. Luc. 4, 27. 7, 22. 17, 12. — Σίμων ὁ λεπρός, Matth. 26, 6. Marc. 14, 3. i. e. vel: Simon, qui olim fuerat leprosus; vel: qui nativitate lepram aliquam acceperat. „Der Aussatz erbt selbst auf die Kinder des damit Behafteten bis ins vierte Glied fort, doch so, dass seine Aeusserungen immer schwächer werden, und im vierten Gliede gewöhnlich nur in garstigen Zähnen, stinkendem Athem, siechem Ansehen bestehen.“ *Winerus* in bibl. Realw. s. h. v. Ioseph. ant. 3, 11. 4 παρὰ πολλοῖς ἔθνεσιν ὄντων λεπρῶν, καὶ τιμῆς ἀπολαυόντων, καὶ οὐ μόνον φυγῆς καὶ ὕβρεως ἀπηλλαγμένων, ἀλλὰ καὶ — εἰς ἱερὰ καὶ ναοὺς ἐξουσίαν ἐχόντων εἰσιέναι. *.

Λεπτός, ή, όν, (a λέπω, decortico) tenuis, exiguus. — In N. T. τὸ λεπτόν (intell. κέρμα, Alciphr. 1, 9. vel νόμισμα Polluc. onom. 9. sect. 92.) substantive: *numus minutus;* de numis, quorum duo efficiebant quadrantem, igitur octo assem, quadraginta et octo drachmam, Marc. 12, 42 λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Luc. 12, 59. (coll. Matth. 5, 26.) 21, 2. *.

Λευΐ, ὁ, indeclinab. (LXX Gen. 34, 25. 30. 46, 11. Test. XII patr. τὸν Λευΐ p. 612. Ioseph. ant. 1, 19. 7. Λευεὶ Gen. 29, 34) at etiam declinabile. Λευΐς, ὁ (Luc. 5, 29. Ioseph. ant. 1, 21. 1); genitiv. Λευΐ (Ioseph. ant. 2, 7. 4) accusat. Λευΐν, Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. — Levi, hebr. לֵוִי, nom. propr. 1) filii tertii Iacobi ex Lea, auctoris tribus Leviticae, Hebr. 7, 5. 9. Apoc. 7, 7. vid. Gen. 29, 34. 46, 11. Exod. 6, 16. — 2) filii Melchi, Luc. 3, 24. — 3) filii Simeonis Luc. 3, 29. — 4) filii Alphaei, qui cognominabatur *Matthaeus,* a Iesu apostolus vocatus, Luc. 5, 27. 29. Marc. 2, 14. coll. Matth. 9, 9. *.

Λευΐτης, ου, ὁ, intell. ἀνήρ, ut interdum (Iud. 19, 1. Ioseph. ant. 5, 2. 8) legitur, Levita (hebr. אִישׁ לֵוִי, et לְוִיִּם) proprie: unus e tribu Levi (Num. 1, 47), deinde Levita sensu strictiori, i. e. unus e familiis Gerson, Kahat et Merari, et ita distinguitur a sacerdotibus (ἱερεῖς), qui erant posteri stirpis Aaroniticae. Sic in N. T. Luc. 10, 32. coll. v. 31. Io. 1, 19. Act. 4, 36. Adsistebant Levitae sacerdotibus, sacra in templo facientibus, ministri, famulique vilioris conditionis, quibus iniunctum erat, ut vasa sacra curarent, sacerdotibus essent ad manus, ianuas clauderent aperirentque, in templo hymnos canerent etc. vid. Num. 1, 50—53. c. 3, 9. 17 sqq. c. 4. c. 8, 5—22. 1 Chron. 9, 21 sqq. 23, 3 sqq. 26, 1 sqq. 2 Chron. 8, 14. 23, 1. 3 Esdr. 1, 2. 3. Ioseph. ant. 3, 12. 5. ib. 4, 4. 3. ib. 9, 7. 4 et cap. 13. 3. Ex eorum numero fuerunt quidam iudices, vid. 1 Chron. 23, 4. 2 Chron. 19, 11.

Λευϊτικός, ή, όν, *Leviticus*, ad tribum Levi pertinens. Semel Hebr. 7, 11 λευϊτικὴ ἱερωσύνη, ubi sacerdotium dicitur leviticum, quatenus stirps aaronitica, ad quam pertinebat, pars erat tribus Levi. (Praeter hunc locum non legitur. Iosephus habet λευΐτις, ιδος, ant. 4, 4. 2. ib. 3, 12. 4.)

Λευκαίνω, aor. 1. ἐλεύκανα, (a λευκός) *dealbo, candidum facio;* Marc. 9, 3. Apoc. 7, 14. — LXX הִלְבִּין, Ps. 51, 8. Ies. 1, 18. Ioel. 1, 7. *.

Λευκός, ή, όν, 1) *albus*, de canis capillis, Matth. 5, 36. de calculo Apoc. 2, 17. equo, nube Apoc. 6, 2. 19, 11. 14. 14, 14. lana Apoc. 1, 14. LXX pro לָבָן Gen. 30, 35. Lev. 13, 3. 4. Zach. 1, 8. 6, 3. — 2) *candidus,* ex albedine splendens, λαμπρός; de vestimentis, Marc. 16, 5. Io. 20, 12. Act. 1, 10. Apoc. 3, 4. 5. 18. 4, 4. 6, 11. 7, 9. 13. — Matth. 17, 2. λευκὰ ὡς τὸ φῶς, Matth. 28, 3. Marc. 9, 3 λ. ὡσεὶ χιών. Luc. 9, 29. cf. Dan. 7, 9 ubi chald. חִוָּר. Gen. 49, 12. — 3) *albescens*, de candore flavedinis, Io. 4, 35 λευκαὶ πρὸς θερισμόν. Apoc. 20, 11 θρόνος λευκός, i. e. auri flavedine splendens. *.

Λέων, οντος, ὁ, hebr. אֲרִי, אַרְיֵה, כְּפִיר, *leo*, Hebr. 11, 33. (Iud. 14, 5. 6. 1 Sam. 17, 34.) 1 Petr. 5, 8. Apoc. 4, 7. 9, 8. 17. 10, 3. 13, 2. — metaphor. a) de *crudelissimo persecutore* et raptore, 2 Tim. 4, 17 ubi alii Neronem, alii diabolum intelligunt. cf. Prov. 28, 15. Ezech. 22, 25. Ps. 7, 2. 22, 21. — b) de *fortissimo*, *heroe*, Apoc. 5, 5 ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ φυλῆς Ἰούδα. coll. Nah. 2, 13 τοὺς λέοντάς σου καταφάγεται ῥομφαία. Ier. 49, 19. 2 Sam. 17, 10. Gen. 49, 9 σκύμνος λέοντος Ἰούδα. (Dio Cass. 1314, 54.) *.

Λήθη, ης, ἡ, (a λήθω lateo, λήθομαι, obliviscor) *oblivio*. Semel 2 Petr. 1, 9 λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ, oblitus liberationis a peccatis, s. oblivioni eam tradens; sensus: peccata, quibus, antequam ad Christum accesserat, indulserat, repetens. (Eodem sensu apud Ioseph. ant. 2, 6. 9 λήθην ἐκείνων λαβόντες. ib. 2, 9. 1 ὧν τε ἦσαν — — λήθην λαβόντες; etiam λήθην ἔχειν τῶν εὐεργεσιῶν, antiq. 3, 1. 4. ib. 4, 8. 44 λήθην λαβεῖν ὕβρεως. — λήθην ποιησάμενός τινος, ant. 7, 11. 3.) *.

Ληνός, οῦ, ἡ, etiam (Gen. 30, 38. 41) ὁ ληνός (lacus, alveus; ein wannenförmiges Gefäss; LXX Gen. 30, 38. 41 pro רַהַט, Wasserrinne zum Tränken) *torcular*, in quo uvae calcantur, hebr. גַּת, Apoc. 14, 19 τὴν ληνὸν — τὸν μέγαν (ut edidit *Griesb.*) de qua vicissitudine generis apud Hebraeos vid. *Gesenii* Lehrgebäude d. hebr. Spr. p. 717. et *Win.* Gramm. p. 215 sq. — Apoc. 14, 20. 19, 15. (Ioel. 4, 13. Ies. 63, 2. Thren. 1, 15.) — 2) *lacus vinarius*, ὑπολήνιον (Ies. 16, 10), i. e. lacus inferior, ante torcular, qui terrae olim infodebatur, in quem mustum expressum de torculari defluebat, hebr. יֶקֶב, Matth. 21, 33. (coll. Marc. 12, 1 ubi ὑπολήνιον.) Deut. 16, 13. Prov. 3, 10. Hos. 9, 2. *.

Λῆρος, ου, ὁ, *ineptiae, nugae*. Luc. 24, 11 ὡσεὶ

λῆρος, ut nugae, fabula, commentum inane. (4 Macc. 5, 11 τὸν λῆρον τῶν λογισμῶν σου. Xenoph. anab. 7, 7. 24 λῆρος πάντα ἐδόκει εἶναι. Ioseph. de bell. 3, 8. 9. Tatian. orat. p. 159.) *.

Λῃστής, (pro ληϊστής), οῦ, ὁ, ἡ, (a ληΐζομαι, praedor, quod a ληΐς, spolium, praeda), qui armata manu praedatur et rapit, *praedator, praedo;* ita a) de militibus regionem invadentibus et vastantibus; (Epist. Ier. v. 15 ἐκ πολέμου καὶ λῃστῶν. coll. Ier. 18, 22.) unde etiam Io. 18, 40 Barabbas dicitur λῃστής, quia armata manu seditionem moverat, vid. Marc. 15, 7. — b) de *latronibus*, qui vi adgrediuntur itinera facientes, Luc. 10, 30. 36. 2 Cor. 11, 26. Matth. 27, 38. 44. (Luc. 23, 32 κακοῦργοι). Matth. 26, 55. Marc. 14, 48. 15, 27. Luc. 22, 52. — c) de *raptoribus*, quibuscunque Io. 10, 1. 8. Epist. Ier. v. 18. Sir. 36, 26. — σπήλαιον λῃστῶν, Matth. 21, 13. (Ier. 7, 11 פָּרִיץ) Marc. 11, 17. Luc. 19, 46. — LXX pro גְּדוּד, Hos. 7, 1. שֹׁדֵד Obad. v. 5. רָכִיל, Ezech. 22, 9. *.

Λῆψις, εως, ἡ, (a λαμβάνω, λέληψαι) *acceptio, acceptum,* die Einnahme. Phil. 4, 15 vid. Δόσις. Sir. 42, 7.

Λίαν, (quod ex particula inseparabili λα, valde, ortum putant) adv. *admodum, valde, vehementer;* LXX pro מְאֹד, Gen. 1, 31. 4, 5. 1 Sam. 11, 15. a) cum verbo Matth. 2, 16 ἐθυμώθη λίαν. 27, 14. Luc. 23, 8. 2 Tim. 4, 15. 2 Io. v. 4. 3 Io. v. 3. — b) cum adiectivo, Matth. 4, 8 ὄρος ὑψηλὸν λίαν. 8, 28. Marc. 9, 3. — c) cum adverbiis, Marc. 1, 35 vid. Ἔννυχος. 6, 51 λίαν ἐκ περισσοῦ. 16, 2 λίαν πρωΐ. — d) cum praepositione coniunctum auget vim praepositionis, ut 2 Cor. 11, 5 οἱ ὑπὲρ λίαν ἀπόστολοι, summi, eximii apost. ib. 12, 11 de quo more seriorum scriptorum vid. *Winert* Gramm. p. 398 sq. *.

Λίβανος, ου, ὁ. *arbor odorifera,* e qua thus destillat; — 2) apud scriptores inferioris aetatis (vid. Phryn. p. 187.) i. q. ὁ λιβανωτός, *thus* ipsum, hebr. לְבֹנָה. Matth. 2, 11. Apoc. 18, 13. (saepissime in vers. alexandr. Lev. 2, 1. 2. 16. Neh. 13, 5. 9. Ies. 60, 6. Sir. 24, 15. Bar. 1, 10. Herodian. 4, 8.) De arbore thus ferente, in Arabia inprimis frequente cf. Plin. hist. nat. 12, 31. Theophr. plant. 9, 4. *.

Λιβανωτός, οῦ, ὁ, (a λίβανος) *thus;* LXX I Chron. 9, 29 pro לְבֹנָה. — In N. T. bis: Apoc. 8, 3. 5 pro *thuribulo,* i. e., ut Iosephus loquitur, φιάλαι χρύσεαι λιβανωτοῦ πλήρεις, ant. 3, 6. 6. πινάκων λιβανωτοῦ γεμόντων, ib. 3, 10. 7.

Λιβερτῖνος, ου, ὁ, vox latina *libertinus,* i. e. vel parente liberto ortus, vel servus natus sed libertate donatus. Commemoratur Act. 6, 9 συναγωγὴ ἡ λεγομένη Λιβερτίνων, ubi *quidam* intelligunt servos romanos, manumissos sed sacris iudaicis addictos, qui synagogam Hierosolymis habuerint, quum Tacitus (Annal. 2, 85) scribat, quatuor millia libertinorum, superstitione iudaica infecta in Sardiniam missos esse; alii Iudaeos a Ptolemaeo I. patria pulsos et in Lybiae urbibus, inter quas Libertum, collocatos, (Ioseph. ant. 12, 1. c. Ap. 2, 4.) Iudaeos igitur, cives Liberti, Africae propriae s. Carthaginensis; *alii,* rectius ut videtur, Iudaeos a Romanis bello captos et Romam deductos, postea autem libertate donatos, de qua re cf. Philo legat. ad Cai. T. II. opp. p. 568 ed. Mang. p. 1014 edit. Francof.

Λιβύη, ης, ἡ. *Lybia,* terra in septentrionali parte Africae, Aegypto contermina, cuius fines incerti erant, ita ut haud raro apud profanos etiam totam Africam, quatenus cognita erat, indicaret. Tempore apostolorum romano imperio suberat, dividebaturque in tres partes, Lybiam stricte dictam, Lyb. Marmaricam, et Lybiam Cyrenaicam, sive Pentapolin (a quinque urbibus primariis Cyrene, metropoli, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide et Apollonia). In Lybia Cyrenaica (vid. Κυρήνη) multi habitabant Iudaei, eaque est intelligenda Act. 2, 10. *.

Λιθάζω, aor. 1. ἐλίθασα, aor. 1. pass. ἐλιθάσθην, (a λίθος) propr. in lapidem verto; — *lapido,* i. e. a) *lapidibus peto* aliquem, quod a Iudaeis fiebat non solum ut vulnerarent aliquem, sed etiam ut eundem hominem scelestissimum, poena lapidationis dignum, declararent, Io. 10, 31 — 33. Act. 5, 26. 14, 19. 2 Cor. 11, 25. (Plenius λιθάζειν ἐν λίθοις, 2 Sam. 16, 6. 13.) — b) *lapido,* lapidibus obruo, de supplicio i. e. λιθοβολέω, sic Io. 11, 8. Hebr. 11, 37. *.

Λίθινος, ινη, ον, (a λίθος) *lapideus;* Io. 2, 6. 2 Cor. 3, 3. Apoc. 9, 20. (Gen. 35, 14. Exod. 24, 12. 31, 18. Dan. 5, 4. 23. Deut. 9, 11.) *.

Λιθοβολέω, ῶ, aor. 1. ἐλιθοβόλησα, fut. 1. pass. λιθοβοληθήσεται, (ex λίθος et βάλλω) λίθοις βάλλω (2 Chron. 26, 15.) 1) *lapidibus obruo, lapido;* de genere supplicii apud Israelitas frequente, Matth. 21, 35 (nisi hic est lapidibus peto, vid. Marc. 12, 4.) Luc. 13, 34. Io. 8, 5. Act. 7, 58. 59. 14, 5. Hebr. 12, 20. — LXX pro סָקַל, Exod. 8, 26. (hebr. 8, 22.) 19, 13. Deut. 13, 10. Ios. 7, 25. et רָגַם Lev. 20, 27. 24, 14. 16. 2 Chron. 10, 18. — 2) *lapidibus peto,* i. q. λιθάζω, quod vid. Sic intelligendum videtur Marc. 12, 4.

Λίθος, ου, ὁ, ἡ, *lapis,* hebr. אֶבֶן, a) universe, inprimis de lapidibus minoribus, Matth. 3, 9. 4, 3. 6. 7, 9. Marc. 5, 5. Luc. 3, 8. 4, 3. 11. 11, 11. 22, 41. 19, 40. Io. 8, 7. 59. 10, 31. Ps. 91, 12. 1 Chron. 12, 2. — b) lapides ad aedificandum apti, Bausteine, Matth. 21, 42. 44. 24, 2. Marc. 12, 10. 13, 1. 2. Luc. 19, 44. 20, 17. 18. 21, 6. Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 6 – 8. Deut. 27, 5. 6. 1 Reg. 5, 17. 6, 7. — Λίθοι καλοί, qui Luc. 21, 5 commemorantur, erant lapides pulchri, candidi et magni, quibus templum Herodis exstructum fuit, vel quibus certe muri induti et ornati fuerunt. Ioseph. ant. 15, 11. 3 ᾠκοδομήθη δὲ ὁ ναὸς ἐκ λίθων μὲν λευκῶν τε καὶ κρατερῶν, τὸ μέγεθος ἑκάστων περὶ πέντε καὶ εἴκοσι πήχεις ἐπὶ μῆκος, ὀκτὼ δὲ ὕψος, εὖρος δὲ περὶ δώδεκα. Vid. etiam 1 Reg. 5, 17. Esdr. 5, 8 ubi λίθοι ἐκλεκτοί. — c) lapides μυλικοί, Marc. 9, 42. Apoc. 18, 21. — d) lapides pretiosi, λίθος τίμιος, 1 Cor. 3, 12. Apoc. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 11. 19. (Ioseph. ant. 10, 2. 2 τὴν πολυτέλειαν, ὅσην ἐν λίθοις εἶχε καὶ χρυσῷ. 2 Sam. 12, 30. 1 Reg. 10, 2. 11. 2 Chron. 9, 1.) — λίθος ἴασπις, Apoc. 4, 3. (Exod. 35, 27 τοὺς λίθους τῆς σμαράγδου Ezech. 10, 1.) — e) lapis oblongus et maior, Matth. 27, 60. 66. 28, 2. Marc. 15, 46. 16, 3. 4. Luc. 24, 2. Io. 11, 38. 39. 41. 20, 1. Rom. 9, 32. 33. coll. Gen. 28, 18. 22. 29, 2 — 10. Deut. 27, 2. Ios. 4, 3. — Sic etiam de tabulis Mosis lapideis, 2 Cor. 3, 7. — f) de statuis idolorum lapideis, Act. 17, 29. Deut. 4, 28. 28, 36. 64. Ezech. 20, 32. — g) metaph. Christus dicitur 1 Petr. 2, 4 λίθος ζῶν, fundamentum ecclesiae vivum, et Christiani λίθοι ζῶντες, ib. v. 5 partes ecclesiae s. templi Dei, viventes. *.

Λιθόστρωτος, ον, (ex λίθος et στρωτός, stratus, a στρώννυμι) *lapidibus stratus.* Τὸ λιθόστρωτον (ἔδαφος) *lithostroton, pavimentum,* LXX pro רִצְפָה, Cant. 3, 10. et רִצְפָּה, *pavimentum,* i. e. solum lapidibus pulchris et apte connexis stratum, 2 Chron. 7, 3. Esth. 1, 6. — In N. T. semel Io. 19, 13 ubi est pavimentum, constratum sectis, parvulis variique coloris frustis marmoreis, ein Musivboden von Marmor. Eiusmodi pavimentum fuisse in templo Hierosolymitano, narrat Iosephus de bell. 6, 1. 8 et 6, 3. 2 et illud etiam λιθόστρωτον appellat. Solebant etiam Romanorum duces et praetores eiusmodi pavimenta tessellata et sectilia secum ducere et hisce marmoreis crustis praetorium sternere; (vid. Plin. libr. 36, 64. Sueton. in Caes. c. 46. cf. *Krebsii* et *Loesneri* obss. ad h. l.) quare alii in loco Ioannis lithostroton in atriis templi, alii Pilati lithostroton, cui impositum fuerit tribunal, intelligunt. (Ioseph. bell. 2, 9. 3 ὁ Πιλάτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ.)

Λικμάω, ῶ, f. ήσω, (a λικμός, vannus) 1) ventilo frumentum, ventilabro purgo, — LXX pro זָרָה, Ruth. 3, 2. Ies. 30, 24. — 2) *dissipo*, Amos. 9, 9. Ies. 17, 13. Sap. 11, 18. — *contero, comminuo;* sic in N. T. Matth. 21, 44. Luc. 20, 18 ubi lapis dicitur conterere eum, in quem incidat. vid. Dan. 2, 44 λεπτυνεῖ καὶ λικμήσει πάσας τὰς βασιλείας. (chald. סוּף). Iob. 27, 21 λικμήσει αὐτὸν ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. (Non ita legitur apud profanos.) *.

Λιμᾶ, vid. λαμᾶ.

Λιμήν, ένος, ὁ, *portus;* Act. 27, 8. 12 vid. Καλοὶ λιμένες. — LXX pro מָחוֹז, Ps. 107, 30. *.

Λίμνη, ης, ἡ, (a λείβω, effundo) *stagnum* (stillstehendes Gewässer), *lacus;* LXX pro אֲגַם, Ps. 107, 35. 114, 8. 2 Macc. 12, 16. — In N. T. a) de lacu Galilaeae, Luc. 5, 1. 2. 8, 22. 23. 33. — b) de lacu sulphureo damnatis destinato, cuius descriptioni mare mortuum (Ioseph. ant.

5, 1. 22 ἡ Σοδομίτιδος λίμνη) occasionem praebuisse videtur, Apoc. 19, 20. 20, 10. 14 sq. 21, 8. *.

Λιμός, οῦ, ὁ, (dorice ἡ λιμός, [Luc. 4, 25. 15, 14 et Act. 11, 28 in varia lect.] a λείπω. perf. pass. λέλιμαι) 1) *fames*, der Hunger, Luc. 15, 17. Rom. 8, 35. 2 Cor. 11, 27. Iob. 18, 12. — 2) *annonae caritas*, fames, die Hungersnoth, Luc. 4, 25. 15, 14. Act. 7, 11. 11, 28. Apoc. 6, 8. 18, 8. — LXX pro רָעָב Gen. 12, 10. 41, 27. 47, 13. 2 Chron. 20, 9. Ies. 51, 19. — λιμοί, fames in diversis terris, Matth. 24, 7. Marc. 13, 8. Luc. 21, 11. *.

Λίνον, ου, τό, — LXX pro פִּשְׁתָּה, 1) linum, *Lein*, Exod. 9, 31. — *Flachs* Prov. 31, 13. — 2) *linteum*, — a) linteum *vestimentum*, Apoc. 15, 6. coll. Ies. 19, 9. — b) linteum *ellychnium*, Matth. 12, 20. Ies. 42, 3. 43, 17. *.

Λῖνος, ου, ὁ, *Linus*, nomen viri 2 Tim. 4, 21 commemorati.

Λιπαρός, ά, όν, (a λίπος pinguedo, oleum) 1) pinguis, pinguedine unctus; — de terra: fertilis Neh. 9, 35. (pro שָׁמֵן) — (tropice de verbis: blandus, ut nos: *glatte Worte*, Ioseph. ant. 2, 4. 3 λιπαρεστέρους αὐτῷ προςηνέγκατο λόγους. ib. 4, 6. 3 δέησιν λιπαρὰν προσφέρειν.) — 2) ut Latinor. opimus, nitidus, est: *lautus, praestans, felix*; Apoc. 18, 14 τὰ λιπαρά, *deliciae*, fercula exquisita et delicata; ut שְׁמָנִים Ies. 25, 6. (cf. Ies. 30, 23 ἄρτος λιπαρός. Ioseph. ant. 8, 1. 1 πρὸς γῆρας ἀφίκεσθαι λιπαρὸν καὶ πανευδαίμονα τὴν ἡγεμονίαν.) *.

Λίτρα, ας, ἡ, Latinor. *libra*, pondus duodecim unciarum, ein Pfund; etiam a Rabbinis receptum, לִיטְרָא. Legitur Io. 12, 3 et 19, 39 ubi in posteriori loco multi (vid. *Kypkius* ad h. l.) monetam obolum conficientem intelligere malunt. (לִיטְרָא apud Rabbinos semper significare pondus, non autem monetam contendit *Buxtorfius* in lex. talm. p. 1138 sq.) Hesych. λίτρα· ὀβολος, οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῶν, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β λίβρα. *.

Λίψ, λιβός, ὁ, 1) Africus, Südwind, Ps. 78, 26. Polyb. 10, 10. 1. — 2) *plaga coeli australis*, unde Africus flat; Act. 22, 12. LXX pro נֶגֶב, meridies, Gen. 13, 14. 20, 1. תֵּימָן, Num. 2, 10. *.

Λογία, ας, ἡ, (a λέγω, colligo, λέλογα) *collectio, collecta pecunia*. Non nisi in N. T. 1 Cor. 16, 1. 2 legitur, ubi Suidas, Chrysostomus, Theodoretus, aliique scriptores eccles. λογίαν interpretantur συλλογήν, collectam pecuniam. Vid. Suiceri thes. eccl. s. v. *Λογία*. *.

Λογίζομαι, [fut. λογίσομαι tantum in quibusdam codd. Rom. 4, 8 qui λογίσεται exhibent], aor. 1. med. ἐλογισάμην, aor. 1. pass. ἐλογίσθην; fut. 1. pass. λογισθήσομαι [Rom. 2, 26], — (a λόγος), LXX maxime pro חָשַׁב, — verbum depon. med., cuius aorist. pass. ἐλογίσθην, futur. pass. λογισθήσεται (Rom. 2, 26. Lev. 25, 31) nec minus partic. praes. λογιζόμενον (Herodot. 3, 95. 1 Reg. 10, 21. 2 Chron. 9, 20) habent significationem passivam, apud nostros vero etiam praesens (Rom. 4, 4. 9, 8. coll. *Matthiae* Gr. §. 495 et, qui accuratius de his verbis egit, *Rostius* Gramm. §. 82. VI. *Win*. Gramm. §. 39, 7.) — 1) *computo, rationes confero, numero, ich rechne, zähle, berechne*; Rom. 4, 4 τῷ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, operario merces non constituitur ex gratia sed ex debito; (alii: tribuo, appendo; Prov. 17, 28 ἀνοήτῳ ἐπερωτήσαντι σοφίαν, σοφία λογισθήσεται.) — (Tob. 10, 1 ἐλογίσατο ἑκάστας ἡμέρας. Ioseph. ant. 3, 12. 3 λογισάμενοι τοὺς καρποὺς καὶ τὰς εἰς τὸ χωρίον δαπάνας. 2 Chron. 5, 6. Theophr. char. 14. Xenoph. cyrop. 8, 2. 10.) — Marc. 15, 28 ἐλογίσθη μετὰ ἀνόμων, *adnumerabatur*, (Ies. 53, 12 ἐλογ. ἐν τοῖς ἀνόμοις, ubi hebr. נִמְנָה.) Luc. 22, 37. (2 Sam. 4, 2 Βηρὼθ ἐλογίζετο τοῖς υἱοῖς Βενιαμήν. Sap. 15, 2 σοὶ λελογίσμεθα, tuis cultoribus adnumerati sumus.)

2) tropice: argumenta computo, rationes confero in animo, *cogito*, i. e. a) *considero, reputo, ich überlege, erwäge*; Rom. 2, 3. 2 Cor. 10, 11. Phil. 4, 8 ταῦτα λογίζεσθε, haec considerate, ad haec animum advertite. Hebr. 11, 19. (Ioseph. ant. 6, 11. 2. 7, 7. 3. Psal. Sal. 2, 32 τὸ ὕστερον, rerum exitum, οὐκ ἐλογίσατο.) — b) *cogito, in consiliis habeo, meditor*; 1 Cor. 13, 5 οὐ λογίζεται τὸ κακόν, nil mali (in alios) meditatur. 2 Cor. 3, 5 λογισ. τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν, propria vi aliquid boni moliri. ib. 10, 2 λογίζομαι τολμῆσαι. (Neh. 6, 2 λογιζόμενοι, μοὶ ποιῆσαι πονηρίαν. ib. v. 6. Ps. 35, 4. Ier. 11, 19 λογισμοὺς λογίζ. ἐπί τινα. Ps. 52, 2 ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά μου. 1 Macc. 6, 19. 2 Sam. 14, 13. 1 Sam. 18, 25.) — c) cogito, i. e. *ratiocinor*, Marc. 11, 32 ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτούς (intell. λέγοντες), ratiocinabantur sic inter se. Sed lectio codd. διελογίζοντο praeferenda est. Vid. *Fritzschii* comm. ad Marc. p. 494 sq. 1 Cor. 13, 11 ὡς νήπιος ἐλογιζόμην. (Sap. 2, 1 εἶπον γὰρ ἐν ἑαυτοῖς λογισάμενοι οὐκ ὀρθῶς.) — *colligo*, Rom. 3, 28. 2 Cor. 10, 7 λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, a se ipso iterum colligat, er schliesse von seiner eignen Person etc.

3) *reputo, habeo, existimo*, ich halte für etwas; Rom. 6, 11 λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς τῇ ἁμαρτίᾳ. ib. 8, 18. 36 ὡς πρόβατα. (Ps. 44, 22. Amos. 6, 5.) Rom. 14, 14. 1 Cor. 4, 1. 2 Cor. 10, 2 τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς etc. 11, 5. Phil. 3, 13. 1 Petr. 5, 12 ὡς λογίζομαι, qualem esse puto. (Ies. 29, 16. 53, 4. 33, 8. Neh. 13, 13. Sap. 5, 4. 1 Sam. 1, 13. 1 Macc. 6, 9. Ioseph. ant. 6, 7. 4. ib. 8, 8. 4.) — Εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, pro nihilo aestumari s. haberi, Act. 19, 27. (Ies. 40, 17. Dan. 4, 32. Sap. 9, 6. coll. Sap. 2, 16 εἰς κίβδηλον ἐλογίσθημεν αὐτῷ.) — Rom. 2, 26 εἰς περιτομὴν λογισθ. pro circumciso i. e. circumciso par habebitur. Rom. 9, 8 εἰς σπέρμα λογίζεται, pro filio aestumatur s. pro filiis habentur. (Thren. 4, 2.) — Denique

4) apud nostros est etiam: *imputo alicui aliquid* vel in meritum vel in culpam, einem etwas *anrechnen* oder *zurechnen*; sic in locutionibus, α) λογίζομαί τί τινι, imputo alicui aliquid, Rom. 4, 6 ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην, i. e. quem Deus insontem reputat, coll. v. 7. Rom. 4, 8 ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, — imputat in poenam. (Ps. 32, 2.) 2 Cor. 5, 19. 2 Tim. 4, 16 μὴ αὐτοῖς λογισθείη. (Lev. 17, 4. Test. XII patr. p. 644 μὴ λογιζόμενος κακίαν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. et ib. p. 730. Act. Thom. §. 56 μὴ λογίσῃ ἡμῶν τὰ παραπτώματα, pro quibus §. 38 leguntur: οὐ καταψηφίζεται ὑμῖν τὰς ἁμαρτίας. Constit. apost. 4, 1 μαρτύριον ὑμῖν λογισθήσεται. — b) ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, in pietatem ei imputatur, pro probitate ab eo praestita habetur, Rom. 4, 3. 5. 9. 10. 11. 22—24. Gal. 3, 6. Iac. 2, 23. (Gen. 15, 6. Ps. 106, 31. 1 Macc. 2, 52.) *.

Λογικός, ή, όν, (a λόγος, ratio) rationalis, ratione praeditus; — *ad animum pertinens, spiritualis*; sic bis in N. T. Rom. 12, 1 τὴν λογικὴν λατρείαν, cultus Dei animo peragendus. (Io. 4, 24 ἐν πνεύματι προσκυνεῖν.) 1 Petr. 2, 2 λογικὸν γάλα, lac spirituale, nutrimentum animi. (Alii in utroque loco: *rationi conveniens*.) cf. Test. XII patr. p. 547 sq. προσφέρουσι (angeli) κυρίῳ ὀσμὴν εὐωδίας λογικὴν καὶ ἀναίμακτον προσφοράν. *.

Λόγιον, ου, τό, (neutr. a λόγιος) *oraculum, responsum* s. *effatum divinum*. Num. 24, 4. 16 LXX pro חֹשֶׁן, λόγιον κρίσεως, pectorale pontificis maximi, quo indutus erat, quum Dei responsa referre volebat, Exod. 28, 15. 22. 29, 5. Lev. 8, 8. Sir. 45, 10. Ioseph. ant. 8, 3. 8. Test. XII patr. p. 565 τὸ λόγιον τῆς συνέσεως. — Caeterum LXX pro אֹמֶר, אִמְרָה, דָּבָר de quovis *dicto, praecepto, promissione, oraculo* Dei. — In N. T. a) de oraculis divinis de Messia, Rom. 3, 2. — b) de effatis Dei in V. T. Act. 7, 38. Rom. 3, 2. (Ignat. ad Magnes. §. 9 de veteri Test.) — c) de effatis Dei per Christum, doctrina christiana, Hebr. 5, 12. 1 Petr. 4, 11. — cf. LXX Ps. 107, 11. 12, 6. 18, 30. 119, 38. 50. 168. Sap. 16, 11. *.

Λόγιος, ία, ιον, (a λόγος) *disertus, facundus*, de rhetoribus et poetis, (Pind Ne. 6, 51. 75. Py. 1, 183. Lucian. Gall. 2.) — *eruditus, doctus*, multarum rerum (maxime legum, historiae, antiquitatis) gnarus; semel Act. 18, 24. (Ioseph. ant. 17, 6. 2. ib. 2, 5. 4. Dion. Halic. 6, 1. Heliod. 4, 7.) De vario huius verbi usu apud recentiores scriptores vid. *Lobeck* ad Phryn. p. 198.

Λογισμός, οῦ, ὁ, (a λογίζομαι) 1) ratiocinatio, ars numerandi computandique, Xenoph. mem. 4, 7. 8. Demosth. ed. Reisk. 671, 21. — 2) *cogitatio*, i. e. a) *iudicium*; Rom. 2, 15 de iudicio conscientiae. (Sap. 1, 3. 9, 14. 12, 10.) — b) *consilium, molimen*, 2 Cor. 10, 4 καθαιροῦντες λογισμούς, adversariorum molimina irrita facientes. (LXX pro מַחֲשָׁבָה, Ps. 33, 10. Prov. 6, 18 καρδία τεκταινομένη λογισμοὺς κακούς. Ier. 11, 19 ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμόν. coll. Nah. 1, 11. Demosth. 127, 24. Ioseph. ant. 5, 1. 26.) *.

Λογομαχέω, ῶ, (a λογομάχος, de verbis altercans,

quod est ex λόγος et μάχομαι) *de verbis pugno; altercor de rebus levibus et inutilibus,* 2 Tim. 2, 14.

Λογομαχία, ας, ἡ, (ab eodem) *logomachia, disputatio de verbis, s. rebus levibus et inutilibus.* 1 Tim. 6, 4.

Λόγος, ου, ὁ, (a λέγω, quod vid.) — LXX maxime pro דָּבָר, passim etiam pro אֹמֶר, אִמְרָה et מִלָּה, — 1) ex prima verbi λέγειν significatione: colligere, conferre, est: *ratio, computatio,* Rechnung, Berechnung, a) propr. Matth. 25, 19 συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον, rationes contulit. ib. 18, 23. Phil. 4, 15 λόγος δόσ. καὶ λήψ. ratio dati acceptique. ib. v. 17. Luc. 16, 2 ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου. (Etiam pecunia, quae in rationes refertur, 1 Macc. 10, 40. 42. 44 sq.) — b) tropice: *ratio reddenda* de factis, die Verantwortung, Rechenschaft; λόγον ἀποδιδόναι, Matth. 12, 36. Act. 19, 40. 1 Petr. 4, 5. Hebr. 13, 17. διδόναι τῷ θεῷ, Rom. 14, 12. Dan. 6, 2. — αἰτεῖν λόγον ὑμᾶς, qui rationem a vobis poscunt, 1 Petr. 3, 15. — Huc etiam pertinere videtur locus Hebr. 4, 13 πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, cui (Deo) ratio est reddenda. Alii: cum quo sumus arcte coniuncti. (Sic certe λόγον ἔχειν πρός τινα, et λόγος ἐστιν αὐτοῖς μετά τινος, Iud. 18, 7. 28 est: habere commercium cum aliquo.) — *ratio,* die Berücksichtigung, ratio quam habemus alicuius rei in agendo; λόγον ποιεῖσθαί τινος, aliquid curare, magni facere, Act. 20, 24. (Ioseph. ant. I, 3. 1. ib. 2, 5. 3. — *Λόγον ἔχειν,* pertimescere, Ier. 38, 19. 42, 16 pro hebr. דָּאַג, sollicitus sum. Tob. 5, 20. 6, 15. 10, 6. λόγον ποιοῦμαι, Iob. 22, 4 pro יִרְאָה, *timor.* Suid. οὐδενὸς λόγον ἔχω· ἀντὶ τοῦ φροντίζω. Antonin. 12, 4 ἐν ἐλάττονι λόγῳ τίθεται. Exempla e profanis collegit *Kypkius* obss. II, 108.) — A significatione conferendi s. colligendi animo deduci solet etiam significatio huius substantivi *ratio, Vernunft,* quam vero in scriptura non habet.

2) *nomen, titulus,* a significatione τοῦ λέγειν vocandi, nominandi; a) propr. 1 Tim. 4, 5 διὰ λόγου θεοῦ, interposito nomine Dei (i. e. formula: Deus benedicat s. sit benedictus! Sic Sir. 48, 3 ἐν λόγῳ κυρίου, interposito nomine Dei, vid. 1 Reg. 17, 1 sq. 13, 5. Similiter ἐν λόγῳ θεοῦ pro ἐν ὀνόματι θ. 1 Chron. 15, 15. 1 Reg. 20, 35.) — Col. 2, 23 ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας, quae quidem nomine sapientiae veniunt. Sic fortasse etiam 1 Cor. 15, 2 τίνι λόγῳ, quo s. cuius nomine? (alii: qua ratione, quo modo?) coll. 1 Macc. 2, 55 Ἰησοῦς ἐν τῷ πληρῶσαι λόγον, Iosua quum praestitisset, quae nomen (servatoris, vindicis) postulat. Prov. 25, 27 τιμᾶν δὲ χρὴ λόγους ἐνδόξους, nomina i. e. homines, qui sunt in honore. cf. etiam Sir. 48, 1 et v. 13 πᾶς λόγος οὐ, nemo unquam. Hinc λόγος in describenda re interdum fere redundat, ut 2 Macc. 3, 6 πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον pro πρὸς τὰς θυσίας. Sir. 23, 13 λόγος ἁμαρτίας pro ἁμαρτία. Sic etiam hebr. דָּבָר 1 Sam. 10, 2 דִּבְרֵי הָאֲתֹנוֹת, i. e. asinas. (LXX τὸ ῥῆμα τῶν ὄνων.) Ps. 65, 3 דִּבְרֵי עֲוֹנוֹת, peccata. In paraphrasibus chaldaicis מֵימְרָא eodem modo saepissime dici iam observavit *Buxtorf.* s. h. v. Sic Test. XII patr. p. 669 ἐλύπησα λόγον Ἰακὼβ τοῦ πατρός μου, pro Ἰακὼβ τὸν πατέρα μου. — In N. T. ad id genus referri possunt loca Act. 13, 15 λόγος παρακλήσεως pro παράκλησις; Hebr. 7, 28 λόγος τῆς ὁρκωμοσίας, iusiurandum. ib. 13, 22 λόγος τῆς παρακλήσεως. Apoc. 12, 11 λόγος τῆς μαρτυρίας, quanquam in his locis λόγος pro sermone etiam haberi potest. Act. 18, 15 εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου, si iis vobis est vel de ὀνόμασι vel de lege vestra. ib. 20, 32 τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ pro τῇ χάρ. αὐτ. — b) *nomen, titulus,* ut apud Latinos pro *ratione, causa;* Matth. 5, 32 παρεκτὸς λόγου πορνείας (ἐπὶ πορνείᾳ, 19, 9.) Act. 10, 29 τίνι λόγῳ, quo nomine, qua de causa? 2 Macc. 1, 14 εἰς φερνῆς λόγον, dotis nomine. Test. XII patr. p. 703 ἐπὶ λόγῳ κατηχήσεως, sub titulo s. praetextu institutionis. (Hebr. עַל דְּבַר, propter, Gen. 12, 17. 20, 11. LXX ἐπὶ λόγου, 2 Sam. 13, 22.) — *Κατὰ λόγον,* secundum singulos titulos, nominatim, Act. 18, 14. — *Παρὰ λόγον,* immerito, praeter causam, 2 Macc. 4, 36. — c) indefinite: *res, aliquid,* Matth. 21, 24 λόγον ἕνα, unam rem, unum quid. Marc. 11, 29. Luc. 20, 3. (2 Sam. 3, 13. Ier. 38, 14. 3 Esdr. 3, 5.) Luc. 4, 36 τίς ὁ λόγος οὗτος, quid hoc rei est? (2 Sam. 1, 4.) Act. 15, 6 περὶ τοῦ λόγου τούτου, de hac re. ib. 8, 25. 19, 38 ἔχειν πρός τινα λόγον. — λόγον εἰπεῖν κατά τινος, s. εἴς τινα, aliquid proferre contra aliquem, Matth. 12, 32. Luc. 12, 10. Ioseph. ant. 15, 3. 9. cf. Matth. 19, 11. 22, 46 ἀποκρ. λόγον, aliquid respondere. (Ies. 36, 21. 2 Reg. 18, 36.) cf. 2 Sam. 20, 21 οὐχ οὗτος ὁ λόγος, nonne haec est res? 1 Sam. 28, 10 ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, hac in re. 2 Sam. 24, 3. Dan. 2, 11. 3 Esdr. 3, 5.

3) *vox,* i. e. *verbum, quod ore pronuntiatur,* Matth. 8, 8 μόνον εἰπὲ λόγῳ. Luc. 7, 7. Matth. 22, 15 παγιδεύειν αὐτὸν ἐν λόγῳ. Marc. 12, 13. Luc. 20, 20. Matth. 8, 16. 1 Cor. 14, 9. 19. Apoc. 1, 3. ἐν λόγῳ, loquendo, Iac. 3, 2. — διὰ λόγου, *coram, ore,* mündlich, Act. 15, 27. 2 Thess. 2, 2. 15. — διὰ λόγου πολλοῦ, multis verbis, Act. 15, 32. 20, 2. — ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου, Act. 14, 12 der Wortführer, vid. Ἡγέομαι. — *facultas loquendi, potestas verba faciendi,* Eph. 6, 19 λόγον διδόναι τινί, de qua locutione vid. *Kypk.* ad h. l. (4 Macc. 5, 14 λόγον ᾔτησεν ὁ Ἐλεάζαρος· καὶ λαβὼν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν.)

4) *sermo, sermocinatio, oratio;* Act. 7, 29. 15, 24. Eph. 5, 6. Col. 4, 6. 1 Thess. 2, 5. Hebr. 5, 11. 2 Petr. 2, 3. — λόγοι, Matth. 7, 28. 19, 1. 26, 1. Luc. 9, 28. 24, 17. 1 Thess. 1, 5. 4, 18 et saepius. (Ioseph. ant. 4, 8. 24.) Act. 20, 7 παρέτεινε τὸν λόγον, extraxit sermones. — *dicendi genus, sermonis ratio, facultas loquendi,* Luc. 4, 22. 32 ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ. 10, 39. Io. 7, 40. 2 Cor. 10, 10. 1 Cor. 1, 17 ἐν σοφίᾳ λόγου, subtili docendi genere. 2, 4. 13. vid. Sir. 36, 4. coll. v. 5. — 1 Cor. 2, 1 καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας. ibid. 12, 8 λόγος σοφίας vel γνώσεως, facultas dicendi de σοφίᾳ et γνώσει. 2 Cor. 11, 6 ἰδιώτης τῷ λόγῳ. — Ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, in agendo dicendoque, Luc. 24, 19. Act. 7, 22. 2 Cor. 10, 11. Rom. 15, 18.

5) *dictum, dicta, effatum,* Matth. 7, 24. 26. 10, 14. Marc. 8, 38. Luc. 3, 4. 6, 47. Io. 2, 22. 4, 50 et saepissime. Matth. 26, 44 τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών, eadem repetens; ἐν λόγῳ, ἐν ἔργῳ, dictis et factis, Col. 3, 17. 2 Thess. 2, 17. Sir. 3, 8. Eodem modo sibi opponuntur 1 Cor. 4, 19 λόγος et δύναμις, et 1 Tim. 4, 12 λόγος et ἀναστροφή, vid. etiam 1 Io. 3, 18. — proverbium, Io. 4, 37. — Pro contexta oratione dicitur de *praecepto,* Matth. 19, 22. Rom. 13, 9. Gal. 5, 14. 1 Thess. 4, 15. 2 Petr. 3, 5. 7. (Ps. 32, 6. Sir. 43, 26. Ioseph. ant. 3, 6. 5 δέκα λόγους, decem praecepta.) Marc. 7, 13 λόγος τοῦ θεοῦ, praecepta V. T. Hebr. 2, 2. cf. Prov. 7, 1. Exod. 24, 3. 33, 17. Prov. 4, 4. 7, 2 ubi pro תּוֹרָה. — de *minis,* Hebr. 4, 12. Rom. 9, 28. (Ies. 10, 22 ubi pro כִּלָּיוֹן, exsecutio minarum, interitus.) 3 Esdr. 1, 47. Bar. 2, 1. — de *responsione,* Matth. 5, 37. — *quaestione,* Luc. 23, 9. — de *oraculis, vaticiniis,* Io. 12, 38. 15, 25. Act. 13, 15. Rom. 9, 9. Apoc. 19, 9. 21, 5 et passim. — *propositione* s. consilio, Act. 6, 5. (Ioseph. ant. 5, 1. 16.)

6) *institutio, disciplina,* quae dicendo fit, der Unterricht, Io. 17, 20 πιστευόντες διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν (Apostolorum) εἰς ἐμέ. ib. 10, 36. Act. 4, 4. 6, 2. 10, 44. 2 Cor. 1, 18. 6, 7 ἐν λόγῳ ἀληθείας, in veritate institutionis. Iac. 1, 18. 1 Tim. 5, 17. 1 Petr. 3, 1 ἄνευ λόγου, absque institutione doctoris cuiusdam. — Ex adiuncto: *cognitio, eruditio,* quae institutione efficitur, 2 Cor. 8, 7. 1 Cor. 1, 5 ἐν παντὶ λόγῳ, in omni eruditione (alii: dono multarum linguarum).

7) *doctrina ipsa,* quae docendo propagatur, a) absolute: doctrina divina, Marc. 4, 14 sqq. Marc. 16, 20. Luc. 1, 2. Io. 8, 31. 37. 43. Act. 6, 7. 8, 4. 14. 25. 11, 1. 1 Io. 1, 10. 2, 7. 14. Apoc. 20, 4 et passim. (Act. Thom. §. 1.) — b) addito τοῦ θεοῦ, Luc. 5, 1. 8, 11 sqq. Io. 5, 38. Act. 4, 29. 31. 1 Cor. 14, 36. — τῆς βασιλείας, Matth. 13, 19. τῆς καταλλαγῆς, 2 Cor. 5, 19. τοῦ σταυροῦ, 1 Cor. 1, 18. τοῦ εὐαγγελίου, Act. 15, 7. 2 Cor. 2, 17. — c) de singulis doctrinae capitibus: *sententia, doctrina, dogma,* 1 Tim. 1, 15. 3, 1. 4, 6 ubi λόγοι i. q. διδασκαλίαι. ib. 4, 9. 6, 3. 2 Tim. 1, 13. 2, 11. Tit. 3, 8. Hebr. 6, 1 τὸν τοῦ Χριστοῦ λόγον, doctrinam de Messia.

8) *narratio,* Matth. 28, 15 ὁ λόγος οὗτος, haec narratio. Io. 4, 39 διὰ τὸν λόγον, propter ea, quae mulier narraverat. ib. v. 41. — narratio scripta, *commentarius,* Act. 1, 1. (2 Macc. 2, 30 λόγον ποιεῖν περὶ πάντων.) — *fama,* Luc. 5, 15 ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ. ibid. 7, 17. Io. 21, 23. Act. 11, 22. 1 Reg. 10, 6. (Ioseph. ant. 3, 5. 1 λόγος ἐστί, fama est. Ibid. 15, 3. 7 λόγος ἐγένετο κατὰ τὴν πόλιν.)

9) *res facta s. gesta, factum,* Begebenheit, Marc. 1, 45 διαφημίζειν τὸν λόγον, rem divulgare. ib. 2, 2 ubi ἐλάλει non ad Iesum sed ad leprosum est referendum. Marc. 8, 32 παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει, libere rem manifestabat. Luc. 1, 4 λόγοι, res gestae. Sic etiam Act. 10, 36 τὸν λόγον, ὃν

ἐνετειλε (ὁ θεὸς) κ. τ. λ. id est: rem, quam evenire iussit Deus inter Iudaeos, videlicet ut salutem per Christum (qui omnium est dominus) annuntiari curaret, hanc, inquam, rem (τὸ γενόμενον ῥῆμα) scitis iam pervulgatam esse etc. — Sic λόγοι saepissime in V. T. 2 Reg. 8, 23. 1 Chron. 29, 29. 2 Sam. 11, 18. 2 Macc. 15, 3.

Denique — 10) in Ioannis scriptis, Evang. 1, 1. 2. 14. [1 Io. 5, 7.] Apoc. 19, 13 et, ut videtur, 1 Io. 1, 1 ὁ λόγος est *natura spiritualis* et *divina*, quae ante mundum conditum apud Deum versata mundum deinde condidit, et in Iesu homo est natus, *filius Dei*, et quidem μονογενής, patris perfectissima imago. Significat autem hic λόγος verbum, quod ex Deo prodiit substantiale (Ps. 33, 6. 139, 7), de quo Iudaei videlicet Talmudistae, Rabbini, Philo, tempore apostolorum, multa subtiliter disputare solebant. Vid. interpretes ad Io. 1, 1. Alii minus recte λόγος hic interpretantur: rationem, Vernunft; alii idem esse putant quod ὁ λεγόμενος, promissus; alii i. q. ὁ λέγων, doctor, auctor doctrinae. (LXX aliquoties pro דֶּבֶר, pestis, angelus pestifer, Ps. 91, 3. Hab. 3, 5. Sap. 18, 15. coll. 1 Chron. 21, 15 sq.)

Λόγχη, ης, ἡ, propr. cuspis ferrea hastae, hastae ferrum (Herodot. 1, 52. Xenoph. anab. 4, 7. 11); — *hasta* ferro munita, *lancea*, Io. 19, 34. (LXX pro רֹמַח Neh. 4, 13. 16. Ezech. 39, 9. חֲנִית 1 Sam. 17, 7. Iob. 41, 26. 2 Macc. 5, 2. 15, 11.) *.

Λοιδορέω, ῶ, aor. 1. ἐλοιδόρησα, (a λοίδορος) *convicior, obiurgo, maledico, probris insector*, seq. accusativo, Io. 9, 28. Act. 23, 4. 1 Cor. 4, 12. 1 Petr. 2, 23. — (Pind. Ol. 9, 56 λοιδορῆσαι θεούς.) — LXX pro רִיב, seq. πρὸς Exod. 17, 2. Num. 20, 3. seq. εἰς Gen. 49, 23. seq. accusat. Deut. 33, 8. seq. dativo Exod. 17, 2. *.

Λοιδορία, ας, ἡ, (a λοίδορος) *convicium, obiurgatio, criminatio*, 1 Tim. 5, 14. 1 Petr. 3, 9. (LXX pro חֶרְפָּה Prov. 10, 20. רִיב Exod. 17, 7. Prov. 20, 3. Sir. 22, 24. Philo in Flacc. p. 969 E.) *.

Λοίδορος, ου, ὁ, *conviciator, maledicus*, 1 Cor. 5, 11. 6, 10. (LXX pro מִדְיָן Prov. 25, 24. 26, 21. Sir. 23, 8.) *.

Λοιμός, οῦ, ὁ, *pestis*; a) proprie, Matth. 24, 7 λοιμοί, pestis in pluribus regionibus. Luc. 21, 11. (LXX pro דֶּבֶר Ier. 27, 8.) — b) metaph. *homo pestifer, homo nequam, improbus*; Act. 24, 5 εὑρόντες τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμόν. Sic LXX pro לֵץ Ps. 1, 1. Prov. 19, 25. בְּלִיַּעַל 1 Sam. 2, 12. 25, 25 ἄνθρωπον τον λοιμὸν τοῦτον. רָשָׁע Ezech. 7, 21. 1 Macc. 10, 61 ἄνδρες λοιμοί. (Demosth. cont. Aristog. 794, 5.)

Λοιπός, ή, όν, (a λείπω) — LXX pro יָתַר et שְׁאָר, *reliquus*. — 1) *reliquus*; — a) οἱ λοιποί, αἱ λοιπαί, *reliqui, reliquae*, i. e. residui, qui supersunt, *die übrigen*, Act. 27, 44. Apoc. 3, 2. 8, 13. 9, 20. 20, 5. — b) τὸ λοιπόν, *in reliquum tempus, in posterum tempus*; — καθεύδετε τὸ λοιπόν, dormite in reliquum noctis tempus, Matth. 26, 45. Marc. 14, 41. Concedit enim Dominus apostolis quietem in reliquam noctis partem. 1 Cor. 7, 29 ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν, tempus adventus Christi residuum breve est. Hebr. 10, 13 τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, in reliquum s. posterum tempus exspectans. (2 Macc. 11, 19 εἰς τὸ λοιπόν, in posterum tempus. Ioseph. ant. 14, 5. 1 διὰ τὰς ἐλπίδας, ἃς ὡς ἐπὶ βασιλεῖ βεβαίῳ τὸ λοιπὸν εἶχον.) — c) τοῦ λοιποῦ, in posterum tempus, Gal. 6, 17. (Ioseph. ant. 4, 8. 2.) — 2) Apud scriptores inferioris aetatis: *caeterus*; — οἱ λοιποί, *caeteri*, i. e. alii, qui praeterea sunt, *die andern*; Matth. 22, 6. 25, 11. 27, 49. Marc. 16, 13. Luc. 8, 10. Gal. 2, 13 et saepius. — τὰ λοιπά, caetera, quae praeterea sunt, Marc. 4, 19. Luc. 12, 26. 1 Cor. 11, 34. 15, 37. — b) τὸ λοιπόν, initio sermonis ponitur, ut transitum faciat ad alia: *caeterum, praeterea, quod reliquum est*; Eph. 6, 10. Phil. 3, 1. 4, 8. [1 Thess. 4, 1 ubi *Griesbachius* τὸ delevit.] 2 Thess. 3, 1. — ὃ δὲ λοιπόν, quod reliquum est 1 Cor. 4, 2. — c) λοιπόν, adverbialiter: *caeterum*; Act. 27, 20. 1 Cor. 1, 16. 2 Cor. 13, 11. 1 Thess. 4, 1. 2 Tim. 4, 8. (Epict. ench. cap. 39.)

Λουκᾶς, ᾶ ὁ, *Lucas* (contractum e *Lucanus*), nom. pr. viri, Paulo apostolo coniunctissimi, multorumque eius itinerum socii, Evangelii et Actorum Apostolorum auctoris, Christiani e gentilibus, quem verosimile est eundem esse, qui Col. 4, 14 medicus dicitur. An, ut Eusebio (hist. eccl. 3, 4) et Hieronymo (descript. eccl. 7) visum est, qui eum fortasse cum Lucio (Act. 13, 1. Rom. 16, 21) confundunt, Antiochiae fuerit natus, valde incertum est. Col. 4, 14. 2 Tim. 4, 11. Phil. v. 24. *.

Λούκιος, ίου, ὁ, *Lucius*, nom. pr. latinum doctoris ecclesiae Antiochenae, Act. 13, 1. Rom. 16, 21. *.

Λουτρόν, οῦ, τό, (λούω) *balneum*, aqua ad lavandum, *lavacrum*, LXX pro רַחְצָה Cant. 4, 2. 6, 5. Sir. 31, 25. Philo de legat. ad Cai. p. 1026. — In N. T. bis de baptismo: Eph. 5, 26 λουτρὸν τοῦ ὕδατος. Tit. 3, 5 λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας. (Iustin. Mart. apol. 2. p. 95. Theophil. ad Autol. 1, p. 95. Act. Thom. §. 25. coll. Philo de nominum mutatione p. 1064 A. τοῖς φρονήσεως λουτροῖς χρησάμενοι.) *.

Λούω, aor. 1. ἔλουσα, partic. perf. pass. λελουμένος, particip. aor. 1. med. λουσάμενος [2 Petr. 2, 22], LXX pro רָחַץ, — *lavo, abluo*, Act. 9, 37. Hebr. 10, 22. Act. 16, 33 ἔλουσεν (αὐτούς, vel τὰ τραύματα) ἀπὸ πληγῶν, lavit vulnera plagis inflicta, abstersit cruorem. 2 Petr. 2, 22. — Exod. 2, 5. Lev. 8, 7. Ruth. 3, 3. — *baptismo abluo*, Io. 13, 10 λελουμένος, qui aqua baptismi iam lotus est. — tropice: *expurgo*, Apoc. 1, 5 λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. coll. Ies. 1, 16. *.

Λύδδα, ης, ἡ, *Lydda*, vicus in tribu Ephraim, haud procul a mari mediterraneo, devastatus a Cestio (Ioseph. de bell. 2, 19. 1), postea Diospolis, nunc Iapha appellatus. Commemoratur Act. 9, 32. 33. 38. (Ioseph. ant. 20, 6. 2 Λύδδα κώμη, πόλεως τοῦ μεγέθους οὐκ ἀποδέουσα. ib. 13, 4. 9. 1 Macc. 11, 34.) *.

Λυδία, ας, ἡ, *Lydia*, nomen provinciae Asiae minoris, Cariam inter et Phrygiam sitae ad mare Aegeum; — porro nom. pr. mulieris Thyatiris, urbe Lydiae, oriundae, purpurarum venditricis, de qua vid. Act. 16, 14. 40 πρὸς τὴν Λυδίαν, domum Lydiae. (text. vulg. εἰς τὴν Λυδ.)

Λυκαονία, ας, ἡ, *Lycaonia*, regio Asiae minoris inter Pamphyliam, Cappadociam et Pisidiam, maxime campestris et gregibus alendis apta, cuius urbes Lystra, Derbe et Iconium. Incolae, ut etiam Cappadoces, peculiari dialecto barbarica (utrum graeca an assyriaca? disputatur) usi sunt. vid. *Wolfii* cur. phil. et *Kuinoel.* comment. ad Act. 14, 11. Commemoratur Act. 14, 6.

Λυκαονιστί, *Lycaonice*, dialecto Lycaonica, Act. 14, 11. vid. Λυκαονία.

Λυκία, ας, ἡ, *Lycia*, regio Asiae minoris, montana inter Pamphyliam, mare mediterraneum, Cariam, Phrygiam et Lydiam, nomen nacta a Lyco, rege. Commemoratur Act. 27, 5. 1 Macc. 15, 23.

Λύκος, ου, ὁ, *lupus*; hebr. זְאֵב, a) propr. Matth. 10, 16. Luc. 10, 3. Io. 10, 12. — Ies. 11, 6. 65, 25. Sir. 13, 17. — b) tropice: homo rapax, exitiosus, violentus; Matth. 7, 15. Act. 20, 29. Act. Thom. §. 25. Ezech. 22, 27. Zeph. 3, 3. *.

Λυμαίνομαι, (a λύμη, lues, opprobrium) verb. depon. med. 1) opprobrio obruo, infamiam adspergo; — 2) *devasto, perdo, perniciem affero*; de feris, Sir. 28, 23. Ps. 80, 13. — de militibus devastantibus τὴν χώραν, Ioseph. de bell. 2, 14. 1 et 4, 9. 7. — de aliis rebus, Act. 8, 3 ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν. (τὰ σώματα Ioseph. ant. 12, 5. 4. τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ γράφειν, Ioseph. ant. prooem. §. 1. τὰ ἁγνὰ τῆς παρθενίας, 4 Macc. 18, 8. τὸ κάλλος, Ezech. 16, 25. λόγους καλούς, Prov. 23, 8.) *.

Λυπέω, ῶ, aor. 1. ἐλύπησα, perf. λελύπηκα, aor. 1. pass. ἐλυπήθην, fut. 1. λυπηθήσομαι, (a λύπη) 1) *tristitia, moerore afficio, contristo*; λυπέομαι, *doleo*; Matth. 14, 9. 17, 23. 18, 31. 19, 22. 26, 22. 37. Marc. 10, 22. 14, 19. Io. 16, 20. 21, 17. 2 Cor. 2, 2—5. 7, 8—11. 1 Thess. 4, 13. (Thren. 1, 23. Ps. 55, 2. Neh. 5, 6. Ion. 4, 1. 9.) — 2) *offendo, laedo*, vel dictis vel factis; Rom. 14, 15 λυπεῖται, offenditur. 2 Cor. 6, 10 ὡς λυπούμενοι, laesi, malis quidem affecti. Eph. 4, 30 μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα ἅγ. (Ies. 63, 10 παρώξυναν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγ. αὐτοῦ.) 1 Petr. 1, 6 λυπηθέντες ἐν πειρασμοῖς. (Esth. 2, 21. Sir. 16, 28. Gen. 4, 5.) *.

Λύπη, ης, ἡ, *tristitia, moeror, dolor, aegritudo*; Luc. 22, 45. Io. 16, 6. 20. 21. (Gen. 3, 16 ἐν λύπαις τέξῃ

τέκνα, hebr. עָצַב.) ib. v. 22. Rom. 9, 2. 2 Cor. 2, 1 *ἐλθεῖν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς*, aegro animo, i. e. ita ut offensum, aegrum animum meum vobis significem; sensus: inveham in vos. 2 Cor. 2, 3. 7. 7, 10. 9, 7 *ἐκ λύπης*, aegro i. e. invito animo. (Sir. 18, 15 *ἐν πάσῃ δόσει μὴ λύπην λόγων*. 37, 2. Ion. 4, 1.) Phil. 2, 27. Hebr. 12, 11. (Gen. 42, 38. Ies. 50, 11.) — 1 Petr. 2, 19 *λῦπαι*, dolores. (Gen. 3, 17. Prov. 31, (in graeco cod. c. 21) 6. 15, 13.) *.

Λυσανίας, *ίου*, ὁ, *Lysanias*, Luc. 3, 1. vid. *Ἀβιλήνη*.

Λυσίας, *ου*, ὁ, *Lysias*, Claudius Lysias, nomen chiliarchi cuiusdam romani, Hierosolymis versantis. Act. 23, 26. 24, 7. 22. *.

Λύσις, *εως*, ἡ, (a *λύω*) *solutio, dissolutio; — liberatio*. In N. T. semel 1 Cor. 7, 27 de *divortio*, sive dissolutione vinculi matrimonialis. (Test. XII patr. p. 536 *λύσις τοῦ φθόνου*, liberatio ab invidia. Polyb. 15, 15. 4 *λύσις τῶν ἐνεστότων κακῶν*. Ioseph. ant. 9, 4. 4. — In V. T. de solutione s. interpretatione Eccles. 7, 30. Sap. 8, 8.) *.

Λυσιτελέω, *ῶ*, (a *λυσιτελής*, utilis, quod ex *λύω* et *τέλος*, sumptus, unde proprie: reddo sumptus, ich bezahle die aufgewendeten Kosten;) — *prosum, utilis sum, conduco*. — Impersonaliter *λυσιτελεῖ*, *conducit, prodest*, seq. dativo commodi; semel Luc. 17, 2 *λυσιτελεῖ αὐτῷ* intell. *μᾶλλον*, ut legitur Tob. 3, 6. Sir. 28, 11. (Ioseph. ant. 15, 5. 1 Cleopatra *ἡγουμένη λυσιτελεῖν αὐτῇ*.)

Λύστρα, *ας*, ἡ, et *Λύστρα*, *ων*, *τά*, *Lystra, orum*, urbs Lycaoniae (Plin. 5, 32. sed secundum Ptolemaeum 5, 4 Isauriae), nunc *Latik*. (vid. *Wineri* bibl. Realw. s. h. v.) Act. 14, 6. 8. 21. 16, 1. 2. 2 Tim. 3, 11.

Λύτρον, *ου*, *τό*, (a *λύω*) *pretium redemtionis*, pretium quod solvitur pro redimenda vita, Exod. 21, 30. Num. 35, 31. 32. — pro redimendis captivis, Ies. 45, 13. (Ioseph. ant. 14, 14. 1 *λύτρον ὑπέρ τινος*. — pro servis, Lev. 19, 20. — ad placandum Deum, Exod. 30, 12. LXX pro כֹּפֶר, מְחִיר, פִּדְיוֹן.) — In N. T. bis: Matth. 20, 28. Marc. 10, 45 *δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν*, vitam suam offerre in pretium redemtionis hominum a morte. (Sic 4 Macc. 6, 29 *ἀντίψυχον λάβε τὴν ἐμὴν ψυχήν*. et ibid. 17, 22 qui pro lege patria mortem passi sunt, dicuntur *ἀντίψυχον τῆς τοῦ ἔθνους ἁμαρτίας* facti esse. Act. Thom. §. 47 *λύτρον αἰωνίων παραπτωμάτων*.)

Λυτρόω, *ῶ*, (a *λύτρον*) — LXX pro גָּאַל, פָּדָה, pretio accepto dimitto, Num. 18, 15. 17. Dan. 4, 24. *Λυτρόομαι*, med. *redimo, pretio dato libero*, etiam *libero* simpliciter; Luc. 24, 21 *λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ*, scil. a potestate inimicorum, hic Romanorum. (Ies. 44, 22—24. 1 Macc. 4, 11. Ps. Sal. 8, 36. 9, 1.) Tit. 2, 14 *ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας*. (Ps. 130, 8 *ἐκ τῶν ἀνομιῶν*. sequente *ἀπό* etiam Ps. 32, 7 et 119, 134. Act. Thom. §. 15 *λυτρωσάμενός με ἀπὸ τῆς πτώσεως*. §. 45 *ἀπὸ τῆς πλάνης*.) — Aor. 1. pass. *ἐλυτρώθην*, *redemtus sum* (Lev. 25, 30 et fut. 1. pass. Lev. 27, 33. Ies. 52, 3. Num. 18, 15), *liberatus sum*, 1 Petr. 1, 18 *ἐλυτρώθητε ἐκ*. (Hos. 13, 14 *ἐκ θανάτου*. Deut. 13, 5. 2 Sam. 7, 23.) *.

Λύτρωσις, *εως*, ἡ, (a *λυτρόω*) propr. *redemtio soluto pretio* (Lev. 25, 48 גְּאֻלָּה). Hebr. 9, 12 *αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος*, redemtionem in aeternum valentem morte sua effecit. — *liberatio, vindicatio*, Luc. 1, 68. 2, 38 *πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ*, omnibus Hierosolymitanis, qui desiderabant populi vindicationem; nisi *ἐν Ἱερουσ.* est: Hierosolymis efficiendam. — LXX פְּדוּת Ps. 111, 8. 130, 7.

Λυτρωτής, *οῦ*, ὁ, (a *λυτρόω*) — LXX pro גֹּאֵל et גְּאֻלָּה — redemtor; *vindex*, Act. 7, 35. — (Ps. 19, 15. 78, 35 *ὁ θεὸς λυτρωτὴς αὐτῶν ἐστι*. Lev. 25, 31. 32. Act. Thom. §. 10. 57. Const. apost. 4, 6 *Χριστός, λυτρωτὴς τῶν ψυχῶν*.) *.

Λυχνία, *ας*, ἡ, *lychnuchus, candelabrum*, apud recentiores scriptores pro antiquiore *λυχνίον*. (vid. Phryn. p. 313. Pollux. onom. 10, 26 *καὶ λυχνίον μέν, ἐφ' οὗ ἐντίθεται ὁ λύχνος, ἡ καλουμένη λυχνία*. Sir. 26, 17 *λύχνος ἐκλάμπων ἐπὶ λυχνίας ἁγίας*.) — Matth. 5, 15. Luc. 8, 16. 11, 33. — Candelabrum sacrum in templo, Hebr. 9, 2. LXX pro hebr. מְנוֹרָה, Exod. 25, 31—35. Lev. 24, 4. 1 Chron. 28, 15. Ioseph. ant. 3, 8. 2. ibid. 3, 6. 7. — septem candelabra (Exod. 25, 37) in coelis, imago septem ecclesiarum nobilissimarum, Apoc. 1, 12. 13. 20. 2, 1. 5. — imago prophetarum divinorum, Apoc. 11, 4. (mulieris probae, Sir. 26, 17.) *.

Λύχνος, *ου*, ὁ, *candela* candelabro imponenda, *lychnus*, — LXX pro נֵר — Matth. 5, 15. Marc. 4, 21. Luc. 8, 16. 11, 33. 12, 35. 15, 8. Apoc. 22, 5. Exod. 25, 37. 27, 20. Lev. 24, 4. Ioseph. ant. 3, 6. 7. — Oculus dicitur *ὁ λύχνος τοῦ σώματος*, candela corpori quasi imposita, qua videmus, qua totus homo collustratur. Unde *λύχνος* saepius pro vita, felicitate, v. c. 2 Sam. 21, 17. Iob. 21, 17. Prov. 31, 18. — *fax, taeda*, Luc. 12, 35. Apoc. 18, 23. — tropice, de doctore: large spargens lumina cognitionis, Io. 5, 35. de Messia Apoc. 21, 23. — de doctrina ipsa 2 Petr. 1, 19. (Ps. 119, 105 *λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου*. Prov. 6, 23.) *.

Λύω, aor. 1. *ἔλυσα*, perf. *λέλυκα*, perf. pass. *λέλυμαι*, aor. 1. pass. *ἐλύθην*, fut. 1. *λυθήσομαι*, 1) *solvo, dissolvo id, quod ligatum s. alligatum est*; a) propr. alligata animalia, Matth. 21, 2. Marc. 11, 2. 4. 5. Luc. 13, 15 *λύει τὸν βοῦν ἀπὸ τῆς φάτνης*. (*λύειν ἀπό*, Ies. 5, 27. Ier. 40, 4.) — homines vinctos, Io. 11, 44. Act. 22, 30. Apoc. 9, 14. 15. (Act. Thom. §. 45.) — ligamenta pedum, Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. Io. 1, 27. Act. 7, 33. 13, 25. (Exod. 3, 5. Ios. 5, 15 pro נָשַׁל, exuere.) — b) tropice: vincula linguae, Marc. 7, 35. morbi, Luc. 13, 16. mortis, Act. 2, 24 *λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου* (Iob. 39, 2). matrimonii, 1 Cor. 7, 27. — (LXX pro פִּתַּח Gen. 42, 27. Iob. 39, 5. Ies. 58, 6.) — Ex adiuncto, de captivo: *liberum dimitto*, [Act. 24, 26.] Apoc. 20, 3. 7 *λυθήσεται ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ*. (LXX pro הִתִּיר Ps. 105, 20. 146, 7. Dan. 5, 12.) — 2) *dissolvo*, i. e. *solvo interna rei vincula, partes invicem nexas dissolvo*; a) proprie: sigilla libri, Apoc. 5, 2. 5. — (unde *λύειν τὸν νόμον*, 3 Esdr. 9, 46 *evolvere* volumen legis; in textu hebr. Neh. 8, 5 יִפְתַּח, LXX *ἤνοιξεν*.) — de igne, res dissolvente, 2 Petr. 3, 10—12. — Act. 27, 41 *ἐλύετο*, dissolvebatur, es ging auseinander. — b) tropice: α) solvere aliquid iudicio, ut nostrum: eine Aufgabe, ein Räthsel lösen, *explico, interpretor*, Matth. 5, 19 *λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους*. Ioseph. c. Apion. 1. §. 17 *λύειν προβλήματα*. id. ant. 8, 6. 5 *λῦσαι τὸ ἄπορον*. 5, 8. 6 *λύειν λόγον*, ein Räthsel lösen. (*λύσις*, interpretatio, Cohel. 7, 30. Sap. 8, 8.) — β) vincula societatis dissolvo, *dimitto*, Act. 13, 43 *λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς*, dimissa synagoga. (Ioseph. ant. 14, 14. 5 *λυθείσης τῆς βουλῆς*. Diod. Sic. 19, 25 *τότε μὲν ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν*.) — *missum facio, dissolvo a societate*, Matth. 16, 19. 18, 18. vid. *Δέω*. Est enim, ut e Matth. 18, 15—17 patet, de eo sermo, qui propter delicta habendus est *ὥσπερ ἐθνικὸς καὶ τελώνης*, i. e. a societate remotus, quam eiiciendi e societate christiana potestatem servator v. 18 tradidit apostolis. Eodem fere modo 3 Esdr. 9, 13 *λῦσαι τὴν ὀργὴν κυρίου ἀφ' ἡμῶν*, avertere poenas Dei, hebr. הָשִׁיב, seq. מִן, ut est in textu hebr. Esdr. 10, 14 ubi LXX *ἀποστρέψαι ὀργὴν ἐξ ἡμῶν*. (Alii de *condonatione peccatorum*, ut Ies. 40, 2 *λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία* (hebr. נִרְצָה). Sir. 28, 2 *αἱ ἁμαρτίαι σου λυθήσονται*, ubi *λύεσθαι* est destrui, solvi ita, ut non sit amplius. Origen. de orat. §. 28 *λυομένης τῆς πρὸς θάνατον ἁμαρτίας*.) — Ex adiuncto — 3) *destruo, diruo*, a) proprie: de aedificiis, Io. 2, 19 *λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον*. Eph. 2, 14. (3 Esdr. 1, 55 *ἔλυσαν τὰ τείχη*. hebr. נָתַץ 2 Chron. 36, 19 ubi LXX *κατέσκαψε*. Test. XII patr. p. 629 *ὅριον λύειν*.) — b) tropice: *irritum facio, auctoritate, vi sua privo, omnem vim adimo, aboleo*; sic in N. T. non nisi in Ioannis scriptis; Io. 5, 18 *ἔλυε τὸ σάββατον*. 7, 23 *ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος*, lex de circumcidendis pueris octavo die. 10, 35 *οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή*. 1 Io. 3, 8 *λυ. τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου*. (cf. Ioseph. ant. 6, 14. 6 *μεθύοντας καὶ λελυμένους ὑπὸ τοῦ οἴνου*. Test. XII patr. p. 648 *ἵνα λυθῶσι δύο σκῆπτρα ἐν Ἰσραήλ*., ut delerentur duae tribus populi Israelitarum.) *.

Λωΐς, *ΐδος*, ἡ, *Lois*, matrona christiana, avia Timothei; 2 Tim. 1, 5.

Λώτ, ὁ, *Lot*, hebr. לוֹט, nom. propr. indecl. viri, qui fuit filius τοῦ Haran, fratris Abrahami, de quo vid. Gen. 11, 31. 13, 1 sqq. 14, 12 sqq. c. 19. Deut. 2, 9. — In N. T. Luc. 17, 28 sq. 2 Petr. 2, 7.

M.

Μαάθ, ὁ, ***Maath***, nom. pr. indecl. viri, qui commemoratur Luc. 3, 26.

Μαγδαλά, ἡ, *Magdala*, castellum in tribu Isaschar in regione Gadarenorum, non procul a Gamala et Capernaum, ad littus occidentale maris Galilaei situm; hebr. מִגְדָּל, chald. מַגְדְּלָא. Matth. 15, 39 ubi autem alii codices habent *Μαγαδάν*, alii *Μαγεδάν*. Syrus interpres legit *Μαγδαλοῦ*. Ioseph. vit. §. 24 commemoratur *Μάγδαλα* castellum, sed *Haverkampius* e cod. reposuit *Γάμαλα*. (Urbem Iudaeae *Μαγεδδώ* commemorat Ioseph. ant. 9, 6. 3 et *Μαγεδώ* ib. 8, 6. 1.)

Μαγδαληνή, ῆς, ἡ, *Magdala oriunda, Magdalensis, Magdalena*, nomen patronymicum Mariae; Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. 16, 1. 9. Luc. 8, 2. 24, 10. Io. 19, 25. 20, 1. 18. cf. *Μαρία*. *.

Μαγεδών, codd. Apoc. 16, 16 pro *Ἀρμαγεδών* quod vid.

Μαγεία, ας, ἡ, (a *μάγος*) *magia*; (Ignat. epist. ad Ephes. §. 19.) — plur. *μαγεῖαι*, *artes magicae*, *praestigiae*; Act. 8, 11. (Ioseph. ant. 2, 13. 3 *τερατουργίαις καὶ μαγείαις καταπλήξειν*.) *.

Μαγεύω, (a *μάγος*) *magus sum*; *magicas artes exerceo*; Act. 8, 9. Hesych. *μαγεύειν· γοητεύειν*. (*μαγικὴ τέχνη*, Sap. 17, 7.)

Μάγος, ου, ὁ, *magus*. Sic dicebantur 1) philosophi et sacerdotes Persarum, rerum, ut putabantur, divinarum et naturae gnari, cultum Dei administrantes, in magna dignitate constituti, regibus Persarum a consiliis. (Iustin. 1, 9. 7 et 12, 13. 3. Ioseph. ant. 11, 3. 1 *τῶν Μάγων, οἳ μετὰ τὸν Καμβύσου θάνατον τὴν Περσῶν ἀρχὴν ἐνιαυτῷ κατέσχον*. Xenoph. Cyrop. 4, 5. 16. Cicer. de divin. 1, 23. Strabo 1, 43.) Habebant Chaldaei Magos, in diversis urbibus habitantes et in classes dispertitos. Cuidam eorum ordini praefectus fuit Daniel; cf. Dan. 2, 14. 48. vid. omnino Ier. 39, 3. 50, 35. Ies. 44, 25. 47, 13. Dan. 2, 12. 18. 24. 27. 4, 3. 15. 5, 7. 8. — LXX in libro Danielis pro אַשָּׁף, Naturkundige, Zauberer, c. 1, 20. 2, 2. 27. 4, 4. 5, 7. 11. 15. In N. T. commemorantur Matth. 2, 1 sqq. *Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν*, qui utrum fuerint e Persia an ex Mesopotamia vel Arabia, disputarunt interpretes. — 2) *praestigiator*, *incantator* (Act. Thom. §. 20), *veneficus*, *decocta magica parans*; Act. 13, 6. 8. coll. Test. XII patr. p. 528 „mulier *καὶ μάγους παρεκάλεσε καὶ φάρμακα* (Liebestränke, philtra) *αὐτῷ προσήνεγκε*. Hoc sensu etiam Rabbini hoc vocabulum adoptarunt, qui אַמְגּוּשׁ et אַמְגּוּשָׁה dicunt praestigiatorem, incantatorem. *.

Μαγώγ, ὁ, *Magog*, מָגוֹג, natio, quae Gen. 10 commemoratur, de qua Ioseph. ant. 1, 6. 1 habet: *Μαγώγης δὲ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ Μαγώγας ὀνομασθέντας ᾤκισε, Σκύθας δὲ ὑπ' αὐτῶν προσαγορευομένους*. Videtur igitur nomen collectivum fuisse, quo gentes septentrionales remotissimae comprehendebantur. Apoc. 20, 8. vid. *Γώγ*.

Μαδιάμ, ἡ, hebr. מִדְיָן, *Madian*, nom. propr. terrae Midianitarum in Arabia petraea (Exod. 2, 15. 16), quae nomen traxit a *Μαδιάμ*, filio Abrahami ex Ketura. (Gen. 25, 1. 2. Num. 31. Iudith. 2, 26. Ioseph. ant. 2, 11. 1 *εἰς πόλιν Μαδιηνὴν, πρὸς τῇ μὲν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ κειμένην, ἐπώνυμον δὲ ἑνὸς τῶν Ἀβράμῳ γενομένων ἐκ Κετούρας υἱῶν*.) — Semel Act. 7, 29.

Μαζός, οῦ, ὁ, *mamma*, propr. foeminea (Hom. Od. 19, 483. Iliad. 24, 58), etiam mamilla virorum (Hom. Iliad. 4, 123); semel Apoc. 1, 13 ubi quidam codd. *μαζοῖς* pro *μαστοῖς* habent.

Μαθητεύω, aor. 1. *ἐμαθήτευσα*; partic. aor. 1. pass. *μαθητευθείς*, (a *μαθητής*) apud profanos *intransitive* seq. dativo: *discipulus sum alicuius*; (Phavor. *μαθητεύω· ἀντὶ τοῦ μαθητής εἰμι*.) Matth. 27, 57 *ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ*, discipulus fuit Iesu; (Io. 19, 38 *ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ*. Plutarch. vid. 10. Rhet. *ἐμαθήτευσε δ' αὐτῷ καὶ Θεόπομπος*. Iamblich. vit. Pythag. c. 23 *μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ νέοι*.) — Apud nostros scriptores etiam *transitive*: *discipulum facio*, Matth. 28, 19. Act. 14, 21. — Hinc passivum: *μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ*, Matth. 13, 52 est: qui discipulus factus est regni, vel: bene edoctus quod attinet ad regnum. (Nam lectio *εἰς τὴν βασιλ.* iure a *Griesb.* est reprobata.) — (In V. T. non legitur.) *.

Μαθητής, οῦ, ὁ, (a *μανθάνω*) 1) *discipulus*, qui alicuius doctrina et institutione utitur; Matth. 10, 24. 25. Luc. 6, 40. Io. 9, 28 ubi Pharisaei Mosis *μαθηταί* dicuntur. (Ioseph. c. Apion. 1. §. 2 „Pythagoras et Thales *Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενόμενοι μαθηταί*. ib. §. 22.) — In N. T. ita dicuntur discipuli Ioannis baptistae, Matth. 9, 14. Marc. 2, 18. Luc. 5, 33. Io. 3, 25. — Pharisaeorum Matth. 22, 16. — Iesu, Matth. 5, 1. Marc. 8, 27. Luc. 8, 9. Io. 3, 22. 6, 66. 7, 3. 19, 38 et saepissime. — Duodecim discipuli interioris admissionis, qui postea sunt apostoli dicti, Matth. 10, 1. 11, 1. 20, 17. Luc. 9, 1. — et septuaginta discipuli, Luc. 10, 1. 17. 23. — Quum Iesu discipuli post eius mortem valde augerentur et in societatem coirent, *μαθηταί* sensu latiori est: *adsecla Christi*, *qui Christo nomen dedit*, *Christianus*; sic in Actis Apostolorum saepissime, ut Act. 6, 1. 2. ubi *οἱ δώδεκα* et *τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν* distinguuntur; c. 11, 26 ubi *τοὺς μαθητάς* primo Antiochiae *Χριστιανοὺς* dictos esse commemoratur. Act. 21, 18 *τῶν μαθητῶν*, genitivus partitivus pro *τινὲς τῶν μαθητῶν*. — 2) ex adiuncto: qui mores alterius sequitur, *imitator*; sic videntur intelligenda esse loca Io. 13, 35 *ἐμοὶ μαθηταί ἐστε*, vos me imitari. c. 15, 8 *γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί*, ut meam pietatem, meum in Deum obsequium imitemini. (Antonin. 6, 30.) Neque alio sensu videtur Ioseph. ant. 6, 5. 4 Iosuam appellasse Mosis *μαθητήν*, i. e. qui idem imperii genus in Israelitas teneret. Ib. ant. 1, 11. 3 Lotus dicitur *μαθητὴς τῆς Ἀβράμου χρηστότητος*. (In V. T. non legitur.)

Μαθήτρια, ας, ἡ, (fem. a *μαθητής*) discipula; — *adsecla Christi*, *Christiana* (vid. *Μαθητής*.) Act. 9, 36. (Diog. Laert. 4, 2. 8, 42. Diod. Sic. 2, 52.) *.

Μαθουσάλα, ὁ, hebr. מְתוּשֶׁלַח, *Methusala*, nom. pr. indecl. filii Henochi, de quo vid. Gen. 5, 21. — Luc. 3, 37.

Μαϊνάν, ὁ, *Mainan*, nom. pr. viri; Luc. 3, 31.

Μαίνομαι, *insanio*, *furo*, *deliro*, Act. 12, 15. 1 Cor. 14, 23. 2 Macc. 4, 4. — etiam de eo, qui a daemone agi putabatur, ita, ut sui non esset compos; sic Io. 10, 20 *δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται*. Act. 26, 24. 25. (Aelian. var. hist. 2, 44.) Ier. 29, 26. et Sap. 14, 28 *μαίνεσθαι* (hebr. שָׁגַע) et *προφητεύειν* iunguntur. *.

Μακαρίζω, fut. attic. *μακαριῶ* (a *μάκαρ* beatus) *beatum praedico*, LXX pro אִשֵּׁר, Luc. 1, 48 *μακαριοῦσί με*. cf. Gen. 30, 13. Iob. 29, 11. Cant. 6, 8. Sir. 11, 28. — *laudo*, *praedico* simpliciter, Iac. 5, 11. coll. Ies. 3, 12. 9, 16. Sir. 25, 7. *.

Μακάριος, ία, ιον, in oratione soluta, i. q. poeticum *μάκαρ*. — LXX hebr. אַשְׁרֵי, 1) *beatus*, *felix*, *beatus praedicandus*, Matth. 5, 3—11. 11, 6. 13, 16. 16, 17. Luc. 1, 45. 6, 20—23. 11, 27. Io. 13, 17. 20, 29. Act. 20, 35 *μακάριόν ἐστι μᾶλλον*, beatius est. Rom. 4, 7. — Deus dicitur *μακάριος*, 1 Tim. 1, 11. 6, 15. — Tit. 2, 13 *ἡ μακαρία ἐλπίς*. felicissima spes. (Origen. de precat. c. 25 *ἡ μακαρία τοῦ ἡγεμονικοῦ κατάστασις*.) Iac. 1, 12. 25. Apoc. 14, 13. 20, 6 et saepius. (Deut. 33, 29. 2 Chron. 9, 7. Iob. 5, 17. Dan. 12, 12.) — Act. 26, 2 *ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον*. — *Μακαριώτερος*, 1 Cor. 7, 40.

Μακαρισμός, οῦ, ὁ, (a *μακαρίζω*, perf. pass. *μεμακάρισμαι*) *praedicatio felicitatis*. Ter, Rom. 4, 6 *λέγει τὸν μακαρισμόν*, i. e. *μακαρίζει*. ib. v. 9 *ὁ μακαρισμὸς οὗτος*, haec praedicatio, haec praedicationis verba. Gal. 4, 15 *τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν*, o quantae tum apud vos congratulationes! — In V. T. non extat.

Μακεδονία, ας, ἡ, *Macedonia*, regio inter Thraciam, Thessaliam, Epirum, Illyridem sita, cuius reges Philippus et Alexander totam Graeciam subegerunt. 1 Macc. 8, 5. Temporibus apostolorum omnis Graecia in duas provincias, Achaiam et Macedoniam, divisa erat, vid. *Ἀχαΐα*. — In Macedoniae urbibus, potissimum Philippis et Thes-

salonicae, permulti nomen dederunt Christo, et Paulus eam provinciam saepius peragravit. Commemoratur Act. 16, 9—12. 18, 5. 19, 21 sq. 20, 1. 3. Rom. 15, 26. 1 Cor. 16, 5. 2 Cor. 1, 16. 2, 13. 7, 5. 8, 1. 11, 9. Phil. 4, 15. 1 Thess. 1, 7. 8. 4, 10. 1 Tim. 1, 3. [Tit. 3, 16.] *.

Μακεδών, *όνος*, *ὁ*, (a praeced.) ***Macedo.*** Act. 16, 9. 19, 29. 27, 2. 2 Cor. 9, 2. 4. *.

Μάκελλον, *ου*, *τό*, Latinor. ***macellum, Victualienmarkt, Fleischmarkt,*** quod putant e Latinor. lingua in graecam transiisse, quare etiam *μακέλλιον* scribitur. Varro (de ling. latin. 4, 12) habet: „Forum olitorium. Hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. Ea loca etiamnum Lacedaemonii vocant *μακέλλωτας*. Sed Iones ostia hortorum et castelli *μακέλλους*." Videtur igitur non adeo certum, utrum macellum graecae an latinae originis fuerit. Apud Dion. Cass. 61, 18 legitur de foro olitorio; Plutarcho (vid. *Kypk.* II. p. 219) *τὰ κρεωπώλια μάκελλα καὶ μακέλλας* vocantur, nostrum Fleischbänke, hocque sensu semel 1 Cor. 10, 25.

Μακράν, (a *μακρός*) adverb. hebr. רָחוֹק, ***procul, longe,*** 1) ***loci;*** *μακρὰν ἀπό*, procul a, Matth. 8, 30. Io. 21, 8. (Exod. 33, 7. Iud. 18, 7. 28.) — *μακρὰν ἔχειν ἀπό*, s. *ἀπέχων*, Luc. 7, 6. 15, 20. (Deut. 14, 24. Prov. 15, 29.) — *εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε*, Act. 22, 21. coll. Exod. 8, 28. Prov. 4, 24. — tropice: *μακρὰν εἶναι*, ***alienum esse, remotum a*** societate Christi, Marc. 12, 34. Eph. 2, 13. 17. De Deo: *οὐ μακρὰν ὑπάρχων* ab hominibus, Act. 17, 27. i. e. commercium ei est nobiscum, ita ut ille nos curet, a nobis autem facile cognosci possit. — (Prov. 13, 19 *ἔργα ἀσεβῶν μακρὰν ἀπὸ γνώσεως*. Ies. 46, 12 *οἱ μακρὰν ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης*. Ps. 119, 155 *μακρὰν ἀπὸ ἁμαρτωλῶν σωτηρία*. Act. Thom. §. 14. coll. Deut. 30, 11. Ps. 22, 1.) — 2) ***temporis;*** *εἰς μακράν*, in longum tempus; Act. 2, 39 *οἱ εἰς μακράν*, sera posteritas. (cf. 2 Sam. 7, 19 ubi *εἰς μακράν* idem est quod v. 16 *ἕως αἰῶνος*. Sir. 24, 32 ubi *ἕως εἰς μακράν* idem est q. v. 33 *εἰς γενεὰς αἰώνων*. Ioseph. ant. 6, 13. 2 *οὐκ εἰς μακράν*, brevi. Xenoph. Cyr. 5, 4. 21 *οὐκ εἰς μακράν*, propediem. Ezech. 12, 27 *εἰς καιροὺς μακρούς*. *.

Μακρόθεν, (a *μακρός*) adverb. *e longinquo, procul,* von weitem; Marc. 8, 3 *μακρόθεν ἥκουσι*. Luc. 18, 13 *μακρόθεν ἑστώς*. ib. 23, 49. 22, 54. coll. Prov. 25, 25. Ezech. 23, 40. Tob. 13, 11. — *Ἀπὸ μακρόθεν* (quae est vox seriorum scriptorum, vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 93. *Win.* Gramm. §. 54. p. 398) *e longinquo;* hebr. מֵרָחוֹק, Matth. 26, 58. 27, 55. Marc. 5, 6. 11, 13. 14, 54. 15, 40. Luc. 16, 23. Apoc. 18, 10. 15. 17. — LXX Ps. 38, 11. 138, 2. 6. Esdr. 3, 13. *.

Μακροθυμέω, *ῶ*, aor. 1. *ἐμακροθύμησα*, (a *μακρόθυμος*, patiens, lenis, ex *μακρός* et *θυμός*) opponitur *τῷ ὀξυθυμεῖν*, 1) ***patiens, lenis sum,*** i. e. animum, iram, aegritudinem compesco; 1 Cor. 13, 4. 1 Thess. 5, 14 *μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας*. (Prov. 19, 11. Sir. 2, 4.) — ***patienter exspecto,*** Hebr. 6, 15. Iac. 5, 7. 8. (Iob. 7, 16.) — Matth. 18, 26. 29 *μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί*, patientia utere erga me; sensus: moram concede mihi. (Sir. 29, 8.) — 2) ***cunctor, moram facio, tardus sum;*** Luc. 18, 7 *καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς*, quanquam nunc in eorum commodum cunctatur, nimirum sumere poenas ab inimicis. (Lectio *μακροθυμεῖ* pro *μακροθυμῶν*, debetur interpretamento.) 2 Petr. 3, 9 *μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς*, in nostrum commodum cunctatur, i. e. differt adventum suum. (Sir. 18, 11. 32, 18. 2 Macc. 6, 14.) *.

Μακροθυμία, *ας*, *ἡ*, (ab eodem) 1) ***lenitas, patientia,*** quae iram, animum compescit; 2 Cor. 6, 6. Gal. 5, 22. Col. 3, 12. 2 Tim. 3, 10. — poenas differt Rom. 2, 4. 9, 22. 1 Petr. 3, 20. — (LXX pro אֶרֶךְ אַפַּיִם, Ier. 15, 15. Prov. 25, 15. et *μακρόθυμος*, Ps. 86, 15. Neh. 9, 17. Sap. 15, 1.) — mala perfert, Col. 1, 11. Hebr. 6, 12. Iac. 5, 10. Sir. 1, 22. — homines patienter fert, Eph. 4, 2. 2 Tim. 4, 2. 1 Tim. 1, 16. — 2) ***cunctatio,*** 2 Petr. 3, 15 *τὴν τοῦ κυρίου μακροθυμίαν*. vid. Sir. 5, 11 *γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει καὶ ἐν μακροθυμίᾳ* (cunctanter, caute) *φθέγγου ἀπόκρισιν*. coll. Iac. 1, 19 *βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι*. *.

Μακροθύμως, adv. ***patienter,*** Act. 26, 3. *.

Μακρός, *ά*, *όν*, ***longus;*** a) de loco: ***longe remotus, dissitus,*** Luc. 15, 12 *χώρα μακρά*. ib. 19, 12. Prov. 7, 19 *ὁδὸν μακράν*, hebr. מֵרָחוֹק. — b) de tempore: ***longus, diu durans,*** Prov. 28, 16 *μακρὸν χρόνον ζήσεται*. Sir. 10, 10 *μακρὸν ἀῤῥώστημα*. — Unde *μακρά*, quae diu durant, prolixa sunt; adverbialiter: ***diu, prolixe;*** *μακρὰ προσεύχεσθαι*, Matth. 23, 14. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. (Ioseph. ant. 6, 11. 10 *μακρὰ ἠσπάζοντο καὶ δεδακρυμένα*. Callimach. epigr. 56 *οὐκ ἔτι μακρὰ λέγω*. Hesych. *μακρά· μεγάλα.*) *.

Μακροχρόνιος, *ον*, (ex *μακρός* et *χρόνος*) ***longaevus, vitae diuturnae.*** Eph. 6, 3 *ἵνα ἔσῃ μακροχρόνιος*. — LXX Exod. 20, 12. et Deut. 5, 16 *ἵνα μακροχρόνιος γένῃ*, hebr. יַאֲרִכֻן יָמֶיךָ. — Deut. 17, 20 *ὅπως ἂν μακροχρόνιος ᾖ*. (*Μακροχρονίζω*, Deut. 32, 27.) *.

Μαλακία, *ας*, *ἡ*, (a *μαλακός*) 1) mollities, die Weichheit. — 2) mollities animi vel corporis, Weichlichkeit; ignavia, laborum impatientia, (Ioseph. ant. 4, 7. 3 *μαλακία πρὸς τὸ πονεῖν*. Philo de praem. et poen. p. 911 A. *μαλακία τῆς ψυχῆς*.) — 3) languor, Schwäche, (*μαλακία ἐν τῇ ὁδῷ*, Gen. 42, 4. 44, 29. — ***aegritudo,*** cum magno languore coniuncta; sic in N. T. Matth. 4, 23. 9, 35. 10, 1. — LXX pro חֳלִי, Deut. 7, 15. 28, 61. Ies. 38, 9. 2 Chron. 21, 18. 19 (*μαλακίζεσθαι*, aegrotare; Ies. 38, 1. 9. 39, 1. Dan. 8, 27. 2 Sam. 13, 5. Test. XII patr. p. 520. Ioseph. ant. 18, 6. 8.) Iustin. Mart. apol. 2. p. 72 *θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν*. *.

Μαλακός, *ή*, *όν*, 1) ***mollis tactu;*** *μαλακὰ ἱμάτια*, Matth. 11, 8. Luc. 7, 25 vestes molles et delicatae, confectae ex molliori materia, quam vestimenta Ioannis, qui indutus dicitur Matth. 3, 4 *ἐνδύματι ἀπὸ τριχῶν καμήλου*. (Homer. Odyss. 1, 437 *μαλακὸν δ' ἔκδυνε χιτῶνα*. Diog. Laert. Heracl. 5, 86 *ἐσθῆτι μαλακῇ ἐχρῆτο*. Ioseph. ant. 8, 3. 3.) — 2) ***mollis moribus, animo, effeminatus;*** 1 Cor. 6, 9 de ***pathico, cinaedo,*** qui corpus praebet ad scortandum. (Diog. Laert. 7, 5. 4. Philo de praem. et poen. p. 911 A. Origen. comment. in Matth. Tom. XIV, §. 10. Plura vid. in *Kypkii* obss. I. p. 60. II. p. 202. — LXX de verbis blandis Prov. 25, 15. 26, 22. — *μαλακοψυχήσαντες* 4 Macc. 6, 17.) *.

Μαλελεήλ, *ὁ*, hebr. מַהֲלַלְאֵל, (Deum laudans) ***Maleleel,*** nom. pr. indecl. filii Cainani, Luc. 3, 37.

Μάλιστα, (superlat. a *μάλα* valde) ***maxime, inprimis, potissimum;*** Act. 20, 38. 25, 26. 26, 3. Gal. 6, 10. Phil. 4, 22. 1 Tim. 4, 10. 5, 8. 17. 2 Tim. 4, 13. Tit. 1, 10. Philem. v. 16. 2 Petr. 2, 10. *.

Μᾶλλον, (comparativ. a *μάλα* valde) 1) auget et intendit notionem: ***magis;*** i. e. ***mehr, inniger, stärker,*** Matth. 6, 26 *μᾶλλον διαφέρετε*, i. e. praestantiores estis. Matth. 27, 24 *μᾶλλον θόρυβος γίνεται*, vehementior quam antea tumultus oritur. Marc. 5, 26 *ἀλλὰ μᾶλλον* sed magis. 14, 31 *ἔλεγε μᾶλλον*, magis i. e. vehementius affirmavit. Luc. 5, 15. Io. 5, 18 *μᾶλλον ἐζήτουν*, magis, studiosius quaerebant. c. 19, 8 *μᾶλλον ἐφοβήθη*, magis, vehementius ἐφοβ. Act. 9, 22. Act. 22, 2 *μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν*, multo etiam altius tenebant silentium. 2 Cor. 7, 7. v. 13 *περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν*, multo magis etiam etc. Phil. 1, 12. 3, 4. 1 Thess. 4, 1. 10. — *α*) cum adiectivo in gradu positivo verti potest per eiusdem comparativum, ut *καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον*, melius est, conducit ei magis, Marc. 9, 42. 1 Cor. 9, 15. — Act. 20, 35 *μακάριόν ἐστι μᾶλλον*, felicius est. Gal. 4, 27 *πολλὰ — μᾶλλον*, plures, hebr. רַבִּים seq. מִן Ies. 54, 1. Phil. 1, 23 *πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον*, hoc multo satius esset. — *β*) *μᾶλλον δέ*, ***et quod maius est, und was noch mehr ist,*** Rom. 8, 34. Gal. 4, 9. — ***magis vero;*** 1 Cor. 14, 1 *μᾶλλον δὲ* (*ζηλοῦτε*) ardentius vero studete. v. 5 *μᾶλλον δὲ* (*θέλω*) magis vero volo. — *γ*) seq. genitivo, 1 Cor. 14, 18 *πάντων ὑμῶν μᾶλλον*, me magis quam vos omnes. (Plat. Crit. c. 10. Phaed. c. 11. vid. *Viger.* p. 415.) — *δ*) *μᾶλλον ἤ*, ***magis quam,*** Matth. 18, 13. Io. 3, 19. Act. 4, 19. 5, 29. 27, 11. Gal. 4, 27. 2 Tim. 3, 4. — *μᾶλλ. ἤπερ*, Io. 12, 43. — *ε*) *πολλῷ μᾶλλον*, ***multo magis,*** Marc. 10, 48. Luc. 18, 39. Rom. 5, 9. 10. 15. 17. 2 Cor. 3, 9. 11. Phil. 1, 23. 2, 12. — Hebr. 12, 25 ***quanto minus.*** — *οὐ πολλῷ μᾶλλ.*, quidni multo magis, Matth. 6, 30. Hebr. 12, 9. — 2 Cor. 3, 8 *πῶς οὐχὶ μᾶλλον*, quidni magis. — *ζ*) *πόσῳ μᾶλλον*, ***quanto magis,*** Matth. 7, 11. 10, 25. Luc. 11, 13. 12, 24. 28. Rom. 11, 12. 24. Philem. v. 16. Hebr. 9, 14. — *η*) *μᾶλλον καὶ μᾶλλον*, ***magis magisque,*** Phil. 1, 9. (Diog. Laert. 9, 10. 2.) — *θ*) *ὅσον — μᾶλλον*, ***quanto — tanto,*** Marc. 7, 36. — *τοσούτῳ μᾶλλον*, tanto magis, Hebr. 10, 25. —

2) ubi de electione vel diversa agendi ratione sermo est: ***potius,*** nostrum ***lieber;*** Matth. 10, 6. 28. 25, 9. Marc. 15, 11 [Luc. 10, 20.] Rom. 14, 13. 1 Cor. 7, 21 *μᾶλλον χρῆ-*

σαι, hac potius utere. 2 Cor. 2, 7. 5, 8 καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον, imo potius desideramus. Phil. v. 9. 2 Petr. 1, 10. — 2 Cor. 12, 9 ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι, lubentissime igitur potius ἐν ἀσθενείαις gloriam quaeram, (quam ἐν ἀποκαλύψεσι, vid. v. 6. 7.) — μᾶλλον δέ, imo potius, Act. 5, 14. Eph. 4, 28. 5, 11. Hebr. 12, 13. — οὐχὶ μᾶλλον, nonne potius, 1 Cor. 5, 2. 6, 7. — οὐ μᾶλλον, non potius, quidni potius, 1 Cor. 9, 12. — ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, imo potius. 1 Cor. 12, 22. — ἀλλὰ μᾶλλον, sed potius, Eph. 5, 4. 1 Tim. 6, 2. — μᾶλλον ἤ, potius quam, 1 Tim. 1, 4. Hebr. 11, 25 μᾶλλον ἑλόμενος — ἤ, potius volens quam, i. e. praeferens. — Post verba volendi, eligendi nonnunquam omittitur, ut Matth. 18, 8. Luc. 15, 7. 17, 2. (Tob. 3, 6. 6, 12. Gen. 49, 12. Ioseph. ant. 18, 3. 1.) *.

Μάλχος, ου, ὁ, (hebr. מַלּוּךְ, Neh. 10, 4. 27.) ***Malchus***, famulus quidam pontificis summi. Io. 18, 10.

Μάμμη, ης, ἡ, s. μάμμα, ης, 1) ***mater;*** vox, qua pueruli amoris significandi gratia utuntur. 4 Macc. 16, 9. Sic in scriptis antiquiorum Graecorum, vid. Phrynich. p. 133. — Recentioribus est 2) i. q. τήθη, ***avia***, 2 Tim. 1, 5. (Herodian. 5, 3. 7. Ioseph. ant. 10, 11. 2. Artemid. 4, 96.) *.

Μαμωνᾶς, (in textu vulg. μαμμονᾶς), ᾶ, ὁ, ***Mamonas***, syriac. ܡܡܘܢܐ chald. מָאמוֹנָא, hebr. מָמוֹן, (fortasse significat id, cui confiditur, ut LXX אֱמוּנָה Ies. 33, 6. θησαυρούς, Ps. 37, 3 πλοῦτον reddiderunt) vel est, ut multi putant (vid. *Buxtorf.* lex. p. 1216 sq.) nomen ***idoli*** Syrorum et Poenorum, divitiarum praesidis, i. q. Pluto Graecorum; vel sunt ***divitiae*** ipsae, quo sensu accipiendum est hoc voc. Luc. 16, 11. — Sed personae forma induuntur divitiae (ut Phil. 3, 19 ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία) Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. — Etiam מָמוֹנָא et מָמוֹן divitias significare docuit *Buxtorf.* l. l. Hesych. μαμωνᾶν· θησαυρόν. Suid. μαμμωνᾶς· πλοῦτος γήϊνος, χρυσός. *.

Μαναήν, ὁ, ***Manahen***, nom. pr. indecl. viri, qui Act. 13, 1 commemoratur.

Μανασσῆς, ῆ, ὁ, (hebr. מְנַשֶּׁה, oblivisci faciens) ***Manasses***, nom. pr. 1) filii Iosephi primogeniti (Gen. 41, 51.) ex Asnath, uxore, tribus Manassis auctoris. Vid. Gen. 46, 20. 48, 1 sqq. — Apoc. 7, 6 ἐκ φυλῆς Μανασσῆ. — 2) filii Ezechiae, regis Iudae, (2 Chron. 33, 1 sqq. 2 Reg. 21 sqq.) qui Matth. 1, 10 commemoratur. *.

Μανθάνω, aor. 2. ἔμαθον, perf. μεμάθηκα, (a stirpe obsoleta μάω, i. q. μαίομαι, propr. manum tendo ut capiam; quaero, sciscitor) LXX pro לָמַד, 1) ***sciscitor***, 2 Tim. 3, 7. 1 Tim. 2, 11. (Ioseph. ant. 5, 8. 11. „Delilae iniunxerunt, μαθεῖν a Simsone τὴν αἰτίαν τῆς ἰσχύος. ib. 9, 10. 2 κλήρῳ μαθεῖν, sorte sciscitari.) — 2) ***disco***, i. e. a) ***comperio***, ἀπό τινος, Gal. 3, 2. Col. 1, 7. — Act. 23, 27 μαθὼν, ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι. (LXX pro יָדַע Esth. 4, 5. Exod. 2, 4. Ioseph. ant. 2, 13. 1 μανθάνειν τὴν παρουσίαν τινός. ib. 2, 3. 4. de bell. 3, 8. 3 ἔμαθεν τὰς ἀπειλάς.) — b) ***usu***, ***experientia disco***, ubi etiam verti potest: ***consuesco, soleo, consuevi, soleo;*** Phil. 4, 11 ἔμαθον αὐτάρκης εἶναι. 1 Tim. 5, 13 ἀργαὶ (εἶναι) μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, desidiam discunt dum domos obeunt. Nam μανθάνουσι, quia hic non significat ***intelligere***, sed ***discere***, non potest coniungi cum participio περιερχόμεναι, ut sit: discunt percurrere. (Vid. *Win.* Gramm. N. T. §. 46. no. 1. p. 318. *Rostii* Gramm. §. 129. no. 4. Anmerk. 5. p. 669.) Tit. 3, 14. (Deut. 4, 10. 14, 23. 18, 9. Ies. 2, 4. 1, 17. Ier. 9, 5.) — c) mente intelligo, ***disco***, ***edoceor***, Matth. 9, 13. Io. 6, 45. 7, 15 μεμαθηκώς (τὰ γράμματα), qui non didicit scripturas. Rom. 16, 17 τὴν διδαχήν. 1 Cor. 14, 31. 35. Eph. 4, 20 τὸν Χριστόν, disciplinam Christi. Phil. 4, 9. 1 Tim. 5, 4. 2 Tim. 3, 14 μένε ἐν οἷς (i. e. τούτοις ἃ) ἔμαθες. Apoc. 14, 3. (Ies. 8, 16. 26, 9. 10. Ps. 119, 71. 73.) — Μανθάνειν ἀπό, discere ex, Matth. 11, 29. 24, 32. Marc. 13, 28. Hebr. 5, 8. — παρά τινος, ab aliquo, 2 Tim. 3, 14. (Esth. 4, 5. Sir. 8, 8. 9. 2 Macc. 7, 2.) — ἔν τινι, ex aliquo, eius exemplo 1 Cor. 4, 6. *.

Μανία, ας, ἡ, (a μαίνω, furorem excito; μαίνομαι, furo) ***insania, furor;*** (de odii furore Hos. 9, 7. 8.) — ex adiuncto: insania, ***stultitia***, Act. 26, 24. (Ps. 40, 4 εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς. Sap. 5, 4 τὸν βίον αὐτοῦ ἐλογισάμεθα μανίαν.) *.

Μάννα, τό, (LXX etiam μάν, τό, Ioseph. ἡ μάννα, ant. 3, 13. 1) indeclinab., hebr. מָן, ***manna***, humor roscidus, qui ante solis ortum una cum rore, granulorum alborum et pellucidorum formam referens, foliis plantarum quarundam in terris orientalibus, maxime in Arabia, inhaeret, ante solis ortum colligitur (ne solis radiis liquescat) et siccatus Arabibus habetur in deliciis, adhibeturque ut saccharum ad condiendos cibos. Quia autem iste humor una cum rore coelitus delabi videbatur, manna dicitur etiam ἄρτος ἀπ' οὐρανοῦ, Ps. 105, 40. Ps. 78, 24. Io. 6, 31. 4 Esdr. 1, 19 „***panis angelorum;***" Sap. 16, 20 ἀνθ' ὧν ἀγγέλων τροφὴν, καὶ ἕτοιμον ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἔπεμψας. Israelitas mannae tantam copiam in deserto Arabiae collegisse, ut ea fere sola alerentur, constat e V. T. Exod. 16, 31 sqq. Num. 11, 6 sqq. Ioseph. ant. 5, 1. 4. Hodie vero tanta eius copia non reperitur. Iosephus ant. 3, 1. 6 ubi mannam describit, addit: ἔτι δὲ καὶ νῦν ὕεται πᾶς ἐκεῖνος ὁ τόπος intell. manna; idem hanc vocem deducit a מָן (pro מָה) i. e. τί τοῦτό ἐστι. vid. Exod. 16, 14. 31. — In N. T. commemoratur manna, qua alebantur Israelitae, Io. 6, 31. 49. [58.] — manna, quae in arca foederis asservabatur Hebr. 9, 4. vid. Exod. 16, 33. — manna asservata in templo coelesti, quae angelorum et beatorum hominum cibus dicitur, Apoc. 2, 17 τοῦ μάννα, genitivus partitivus. cf. *Winer.* bibl. Realw. p. 430.

Μαντεύομαι, (a μάντις, vates, hariolus) verb. depon. med.: ***oracula edo, vaticinor;*** — nostris scriptoribus fere non nisi in malam partem de vaticiniis mendacibus, LXX pro קָסַם, Deut. 18, 10. 1 Sam. 28, 8. Ezech. 13, 6. 23. Mich. 3, 11. Sic semel in N. T, Act. 16, 16.

Μαραίνω, fut. 1. pass. μαρανθήσομαι, quod proprie ignis, caloris est: ***aridum, flaccidum reddo, marcescere facio.*** (Iob. 15, 30 τὸν βλαστὸν μαράναι ἄνεμος. Sap. 19, 21 φλόγες ἐμάραναν σάρκας ἐμπεριπατούντων.) — Passiv. μαραίνομαι, ***flaccesco, marcesco***, (Sap. 2, 8 de rosis), trop. ***tabesco***, ***languidus fio;*** Iac. 1, 11 ὁ πλούσιος (ut gramen vid. v. 10) μαρανθήσεται, flaccescet, i. e. penuria conficietur. (Ioseph. de bell. 6, 5. 1 τῷ λιμῷ μαραινόμενοι, fames confecti.) Praeterea codd. quidam Luc. 14, 34 habent μαρανθῇ, de sale, pro μωρανθῇ.

Μαραναθά, verba syrochaldaica מָרַנָא אֲתָה, ***dominus noster venit*** s. ***veniet***. 1 Cor. 16, 22. Hesych. μαραναθά· ὁ κύριος ἦλθεν, ἢ εἶδον τὸν κύριον.

Μαργαρίτης, ου, ὁ, ***margarita***, ***unio***, die Perle. Matth. 7, 6. 13, 45. 46. 1 Tim. 2, 9. Apoc. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 21. — (Comparantur cum lapidibus pretiosis dicta sapientum, vel sapientia ipsa. cf. Prov. 3, 15 sq. Iob. 28, 18 sq.) *.

Μάρθα, ης, ἡ, (chald. מַרְתָּא, domina) ***Martha***, nomen propr. sororis Lazari, amicae Iesu, Luc. 10, 38. 40. 41. Io. 11, 1. 5. 19 — 39. 12, 2.

Μαριάμ, indeclinab. et Μαρία, ας, ἡ, hebr. מִרְיָם (amara) ***Maria***, nom. propr. 1) ***matris Iesu Christi***, uxoris Iosephi, quae dicitur Μαρία, Matth. 1, 16. 18. 2, 11. Marc. 6, 3. Luc. 1, 41. Act. 1, 14 et Μαριάμ, Matth. 1, 20. 13, 55. Luc. 1, 27. 30 — 56. 2, 5. 16. 19. 34. — 2) ***Mariae Magdalenensis***, Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. 16, 1. 9. Luc. 8, 2. 24, 10. Io. 19, 25. 20, 1. 11. 16. 18. — 3) ***Mariae Iacobi et Iosis matris***, Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. Luc. 24, 10. — 4) ***Mariae sororis Lazari et Marthae***, Luc. 10, 39. 42. Io. 11, 1 — 45. 12, 3. — 5) ***Mariae Cleophae uxoris***, Io. 19, 25. (De ea vid. fragment. Papiae in *Routh* reliquiis sacr. Vol. I, p. 16., cum quo autem conferendus est Epiphan. haeres. 78. no. 7. 8.) — 6) ***Mariae, matris Ioannis***, cui cognomen erat Marcus, Act. 12, 12. — 7) Mariae (Μαριάμ) cuiusdam mulieris christianae, Rom. 16, 6. *.

Μάρκος, ου, ὁ, nom. latin. ***Marcus***. Commemorantur duo huius nominis, 1) ***Ioannes*** cognomine ***Marcus***, filius cuiusdam Mariae, Hierosolymis habitantis, ubi Marcus etiam Petro, ut videtur, auctore) Iesu nomen dedit, comes primum Barnabae et Pauli in itineribus religionis propagandae causa factis, postea Barnabae solius, cuius consobrinus fuit. Vid. Act. 12, 12. 25. 15, 37. 39. Col. 4, 10. 2 Tim. 4, 11. Phil. v. 24. — 2) ***Marcus quidam***, qui cum Petro Babyloniae fuit, quem Apostolus dicit filium suum, 1 Petr. 5, 13 Μάρκος ὁ υἱός μου. — Opinantur multi, utrumque Marcum esse eundem, et Evangelii auctorem; quod si statuis, necesse est, putes, Marcum postea a Paulo et

Barnaba discessisse et Petro se adiunxisse, et *υἱόν* 1 Petr. 5, 13 esse, ut saepius, *discipulum,* quem Petrus Christianum fecit. *.

Μάρμαρος, ου, ὁ, ἡ, splendens, micans, candidus, (a *μαρμαίρω*, splendeo, mico; Ioseph. ant. 19, 8. 2 *μαρμαίρων* de argento solis radiis illustrato); (Philo de opif. m. p. 2 *μαρμαρυγός*, splendens.) — apud seriores *μάρμαρος*, ὁ, intell. *λίθος*, *marmor;* Apoc. 18, 12. (Epist. Ier. v. 72 *ἀπό τε τῆς πορφύρας καὶ τῆς μαρμάρου.* — *μαρμάρινος*, marmareus, Cant. 5, 15 pro hebr. שֵׁשׁ. Antonin. 9, 36 *πῶροι γῆς, τὰ μάρμαρα.*) Hesych. *μάρμαρος· λευκὴ λίθος.* *.

Μάρτυρ, υρος, ὁ, vid. *Μάρτυς*.

Μαρτυρέω, ῶ, fut. *ήσω*, aor. 1. *ἐμαρτύρησα*, perf. *μεμαρτύρηκα*, aor. 1. pass. *ἐμαρτυρήθην* [Hebr. 11. 2. 4. 39.] — (a *μάρτυς*) 1) *testis sum, testor, testimonium dico, testimonio edito affirmo;* a) absolute Io. 15, 27. 19, 35. Act. 23, 11 *εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι*, i. e. Romam profectus testem mihi ibi esse, (Vid. *Εἰς*.) 26, 5. Rom. 3, 21. 1 Cor. 15, 15. Hebr. 11, 4. 1 Io. 1, 2. 5, 6. 7. 3 Io. v. 12. (Deut. 19, 18. Gen. 31, 48. Num. 35, 30.) — 2 Cor. 8, 3 *μαρτυρῶ*, testor, i. e. affirmo ut testis. — b) *μαρτυρῶ λέγων, ὅτι*, Io. 1, 32. — c) seq. *ὅτι* cum verbo, pro accusativo cum infinitivo, Io. 1, 34. 4, 39. 44. 7, 7. 12, 17. Rom. 10, 2. Gal. 4, 15. Hebr. 7, 8 *μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ*, quem vivere testatum habemus. — d) seq. accusativo rei, Io. 3, 11. 32. 1 Tim. 6, 13. Apoc. 1, 2 *ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*, qui (Io. 1, 1. 14) testimonium dixit de Logo Dei, videlicet illum venisse *ἐν σαρκί.* ib. 22, 20. — e) seq. accusativo cum infinitivo, Act. 10, 43. Hebr. 11, 5 *μεμαρτύρηται* (Henoch) *εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ*, i. e. de eo scriptura testata est, illum placuisse Deo. 1 Io. 4, 14. — f) *περί τινος*, de aliquo testor, Io. 1, 7. 8. 18, 2. 25. 5, 31. 32. 36. 37. 39. 7, 7. 8, 13. 14. 18. 10, 25. 15, 26 *μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ*, quod est vel: ipse spiritus, quatenus veniet et ratam faciet promissionem, testimonio mihi erit; vel: ille per miracula, eius vi a vobis effecta, testabitur, me fuisse Messiam. Io. 21, 24. 1 Io. 5, 9. 10. — g) seq. dativo obiecti, ad quod testimonium referendum est, *zeugen, bezeugen in Beziehung auf etwas;* Matth. 23, 31 *μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς*, testimonium dicitis de vobis ipsis. Io. 3, 26 *ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας*, de quo tu testimonium dixisti. Io. 5, 33 *μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ*, er hat ein Zeugniss abgelegt in Beziehung auf die Wahrheit. ib. 18, 37. 21, 24. Act. 10, 43. 13, 22 ubi *ᾧ* non pendet ab *εἶπε* sed a *μαρτυρήσας*. Act. 14, 3. 15, 8. 26, 22 ubi interpungendum est: *ἕστηκα μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ οὐδὲν ἐκτὸς λέγων*, i. e. steti testimonio ornatus, me, quod attinet cum ad minutissima tum ad gravissima, nihil dixisse alienum a vaticiniis prophetarum. (Lectio codicum *μαρτυρόμενος*, a *Griesbachio* commendata, debetur correctioni, inde ortae, quod *μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ* de hominibus interpretabantur.) Rom. 10, 2 *μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς*, nam quod ad illos attinet, profiteor. Gal. 4, 15. Col. 4, 13. 3 Io. v. 3 *μαρτυρούντων σου τῇ ἀληθείᾳ*, testantium de tua sinceritate. ib. v. 6. (Thren. 2, 13.) — h) seq. dativo commodi, Io. 3, 28. 22, 5. Hebr. 10, 15. Apoc. 22, 16. — Sensu latiori *μαρτυρεῖν* non solum de rebus factis, sed etiam de rebus futuris dicitur, de *vaticiniis,* Io. 13, 21. Hebr. 7, 17. Apoc. 22, 16. 20. — 2) *testimonio comprobo,* a) in incommodum alicuius: *convinco* aliquem testimonio, Io. 18, 23 *μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ*, comproba (testibus s. argumentis) me mala loquutum esse. coll. Deut. 21, 19. — b) in commodum alicuius; Luc. 4, 22 *καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ*, omnes eius dicta suis suffragiis comprobarunt. ib. 11, 48. — Hinc passivum *μαρτυρεῖσθαι* *testimonio vel suffragio probatum esse;* Hebr. 11, 2 *ἐμαρτυρήθησαν*, omnium suffragio probati sunt. ib. 11, 4 *ἐμαρτυρήθη* testimonio (a Deo) ornatus est. (vid. Gen. 4, 4.) Ib. 11, 39 *μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως* probati (Deo) propter fidem. Act. 16, 2 *ἐμαρτυρεῖτο*, testimoniis munitus erat, probatus. 3 Io. v. 2 *Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων*, Demetrius omnium testimonio comprobatur. — Participium *μαρτυρούμενος*, testimonio aliorum probatus Act. 6, 3. 10, 22. 22, 12. 1 Tim. 5, 10 *ἐν ἔργοις καλοῖς*, beneficentiae laude probata. — 3) e soloecismo pro *μαρτύρομαι*, *obtestor, hortor;* 1 Thess. 2, 12 *μαρτυρούμενοι*, pro *μαρτυρόμενοι*, fortasse error calami in autographo. *.

Μαρτυρία, ας, ἡ, (a *μαρτυρέω*) 1) *τὸ μαρτυρεῖν*, *testari, palam profiteri, testatio,* actus testandi, publice profitendi; Apoc. 11, 7 *ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν*, quando absolverint testationem i. e. publicam ex Dei mandato faciendam professionem., ib. 12, 1 *διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν*, vicerunt per publicam (ex Dei mandato factam) professionem. — *Ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ*, Apoc. 12, 12. 19, 10 qui testantur, profitentur Christum Messiam. Ib. 19, 10 *ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας*, ubi *ἡ μαρτυρία* pro *ὁ μαρτυρῶν περὶ Ἰησοῦ*, qui haec de Iesu (venturo) oracula edidit, (non ego sum) sed spiritus propheticus. — (De actu testandi, publice profitendi videtur etiam Sir. 34, 23. 24 dictum esse.) — 2) id quod aliquis testatus est, *testimonium, publica* rei *professio;* a) de testimonio coram iudice, Marc. 14, 55. 56. 59. 22, 71. Io. 8, 17. — b) de testimonio probitatis, 1 Tim. 3, 7. 3 Io. v. 12. (Ioseph. ant. 10, 6. 1.) — c) de testimonio s. publica confessione Iesum esse Dei filium, Messiam, Io. 1, 7. 19. 3, 11. 32. 33. 5, 31. 32. 34. 36. 8, 13. 14. Act. 22, 18. 1 Io. 5, 9—11. Apoc. 1, 9. 20, 4. 6, 9. — d) de testimonio historico scriptoris, Io. 19, 35. 21, 24. Tit. 1, 13. Apoc. 1, 2. (Ioseph. ant. 7, 4. 1. c. Apion. 2, §. 21. — De Dei effatis in scripturis, Ps. 19, 7. Psalt. Sal. 10, 5.) *.

Μαρτύριον, ίου, τό, — LXX pro עֵד, עֵדָה, עֵדוּת, — 1) *testimonium,* a) universe, Act. 4, 33 *ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον*. 2 Cor. 1, 12. (Ios. 22, 27. 28.) — b) testimonium, quo aliquid probatur, quo aliquis convincitur, *documentum, argumentum* ad convincendum; — cum dativo commodi, Matth. 8, 4 *εἰς μαρτύριον αὐτοῖς*, ut oblatio sacerdotibus sit documentum sanitatis recuperatae. Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. — cum dativo incommodi, Marc. 6, 11 *εἰς μ. αὐτοῖς*, ut sit documento contra eos, quo convincuntur iniuriae vobis illatae, i. q. Luc. 9, 5 *εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς*. Iac. 5, 3 *ὑμῖν*, contra vos. (Deut. 31, 26. Iob. 15, 34.) — 2) testimonium de animi nostri sententia, *solemnis declaratio, publica professio, solemnis promulgatio* sententiae nostrae; Hebr. 3, 5 *εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων*, ut promulgaret dicta a Deo. — In N. T. saepe de solemni et publica professione, Iesum esse filium Dei, Messiam; Matth. 10, 18 *εἰς μαρτύριον αὐτοῖς*, ut Christum profiteamini coram iis. 24, 14. Marc. 13, 9. Luc. 21, 13 *ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον*, i. e. occasionem vobis dabit profitendi publice Iesum esse salvatorem. 1 Cor. 1, 6. 2 Tim. 1, 8. — Ut LXX interpretes *μαρτύριον* saepe de Dei declarationibus publicis solemni modo datis, de *effatis, oraculis* Dei usurpant (Deut. 4, 45. 6, 17. 20. Ps. 78, 5), sic etiam Paulo *τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ* sunt oracula divina de Christo, servatore; 1 Cor. 2, 1 *καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ*, propr. quae Deus ipse testatus est de sua voluntate, nimirum per Christum exequenda. — 2 Thess. 1, 10 *ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς* i. e. nam fidem invenerunt, quae (in priori epistola) de decretis divinis (per Christum venturum) perficiendis, quod ad vestram sortem attinet, exposueram. — Hinc *σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου*, Act. 7, 44. Apoc. 15, 5 de *tentorio sacro* Israelitarum, e quo Deus oracula dabat Israelitis, et ubi repositae erant decreta et oracula Dei scripta; ergo: tentorium oraculorum. (LXX saepe pro hebr. אֹהֶל מוֹעֵד, quod vel est tentorium conventus, ad quod populus conveniebat, si a יָעַד deducitur; vel tabernaculum oraculorum, si ab עוּד deducitur. Vid. Exod. 30, 16 sqq. Lev. 4, 4 sqq. Num. 4, 3 sqq. Exod. 25, 22. Num. 19, 15 *οἶκος τοῦ μαρτυρίου*. Arca foederis, in qua tabulae praeceptorum asservabantur, dicitur *ἡ κιβωτὸς τοῦ μαρτυρίου*, Exod. 26, 33. 30, 6 et tabulae ipsae *μαρτύριον*, Exod. 25, 16. 31, 17.) — Denique locus perdifficilis 1 Tim. 2, 6 *ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ.* Lectione quorundam librorum *οὗ τὸ μαρτύριον* nihil lucramur, et redolet ea emendationem; neque vero cum uno codice (cod. A) *τὸ μαρτύριον* delendum est, nisi doceatur qua ratione addi potuisset. *Winerus* (Gramm. §. 48. no. 1. p. 335) *τὸ μαρτ.* putat esse accusativum in appositione, ad *ἑαυτὸν ἀντίλυτρον* referendum, non autem video quo sensu, praeterquam quod articulus *τὸ* ante *μαρτύριον* appositioni obstare videtur. Maluerim vel *τὸ μαρτ.* accipere pro accusativo rem ab aliqua parte definiente: *secundum oracula divina, convenienter oraculis divinis*, vel suspicari periisse quaedam verba, ut *ἵνα πληρωθῇ*. Caeterum monendum est, exponi hic sententiam illam Pauli, qua docuit, Messiam non solum Iudaeis sed etiam gentilibus ex decretis divinis, suo tempore patefactis, servatorem esse.

Μαρτύρομαι, (a *μάρτυς*) verbum depon. med.:

testem invoco; ter in N. T. ubi intellig. est τὸν θεόν, ut apud profanos saepius: μαρτύρομαι τοὺς θεούς. Est autem 1) *asseverantis* sanctissime: *Deum contestor, per Deum affirmo,* bis seq. ὅτι, Act. 20, 26. Gal. 5, 3. cf. Sir. 46, 19 ἐπεμαρτύρατο ἔναντι κυρίου. Ioseph. de bell. 5, 12. 4 κατεμαρτύρετο τὸν θεὸν, ὡς οὐκ εἴη τὸ ἔργον αὐτοῦ. id. de bell. 3, 8. 3 μαρτύρομαι δὲ, ὡς. — 2) *adhortantis: obtestor, per Deum rogo;* semel Eph. 4, 17 sq. accus. c. infinit. Praeterea Act. 26, 22 in codd. ex correctione. Vid. Μαρτυρέω. (Iudith. 7, 28 μαρτυρόμεθα ὑμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν θεόν, — ἵνα μὴ ποιήσῃ. Test. XII patr. p. 520 ἐπιμαρτύρομαι ὑμῖν τὸν θεόν, τοῦ μὴ πορνευθῆναι.) *.

Μάρτυς, (et forma aeolica in codice sacro non obvia: μάρτυρ) genit. μάρτυρος, acc. μάρτυρα, plur. μάρτυρες et dat. μάρτυσι) — (a μάρη, ἡ, manus) — LXX pro עֵד. — 1) *testis,* a) proprie qui sublata manu testatur in iudicio. Matth. 18, 16. 26, 65. Marc. 14, 63. Act. 6, 13. 7, 58. 2 Cor. 13, 1. 1 Tim. 5, 19. Hebr. 10, 28. (Exod. 23, 1. Deut. 17, 6. Prov. 14, 5.) — b) *testis,* qui quae ipse vidit, audivit, asseverat, Luc. 24, 28. Act. 1, 8. 22. 2, 32. 3, 15. 5, 32. 10, 39. 41. 13, 31. 22, 15. 26, 16. 1 Tim. 6, 12. 1 Petr. 5, 1. (Ioseph. ant. 4, 3. 2.) — (ex adiuncto: bene gnarus, Sap. 1, 6. Iob. 16, 19. Ier. 29, 23.) — Μάρτυς μου ἐστὶν ὁ θεός, Rom. 1, 9. Phil. 1, 8. 1 Thess. 2, 5. — 2 Cor. 1, 23 μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλεῖν. (Ioseph. ant. 1, 12. 1. ib. 15, 5. 3 μάρτυρας ὑμᾶς ποιούμενος ὧν λέγω.) 1 Thess. 2, 10 ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ θεός, vos Deumque testes invoco. 2 Tim. 2, 2 διὰ πολλῶν μαρτύρων, intervenientibus multis qui Iesum cognoverant; nisi hic μάρτυρες sunt prophetae Vet. Test. de Christo vaticinati. — c) testis, qui suo exemplo testatur, confirmat aliquid, Hebr. 12, 1 μαρτύρων, testium fidei praestantiam confirmantium. (Sic Ioseph. c. Apion. 1, 7 nomina maiorum in genealogias relata dicuntur μάρτυρες originis ex stirpe sacerdotali.) — d) testis voluntatis, consiliorum Dei, *oracula Dei publice pronuntians,* Apoc. 11, 3. — Christus dicitur Apoc. 1, 5. 3, 14 ὁ μάρτυς ὁ πιστός, testis consiliorum Dei, i. e. interpres eorum fidus. (Ps. 89, 38 ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός, i. e. Deus, qui haec vaticinatus est, est fidus.) — 2) *confessor* Dei et Christi, qui in persecutione fideliter profitetur fidem suam, adeoque in supplicio, quod Christi causa patitur, *martyr,* Act. 22, 20. Apoc. 2, 13. 17, 6. (Saepissime apud scriptores ecclesiasticos. Vid. Suiceri thesaur. s. h. v.) *.

Μασσάομαι, s. μασάομαι, ῶμαι, (a μάσσω, depso) verb. depon. med. propr. im Munde kneten; *mando, dentibus conficio.* (Iob. 30, 4 ῥίζας ξύλων ἐμασσῶντο. Ioseph. de bell. 6, 3. 3 τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἀποδέροντες ἐμασσῶντο.) Semel Apoc. 16, 10 ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, linguas prae dolore mandebant s. mordebant. (Alii: irati dentes infigebant linguis suis.)

Μαστιγόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ἐμαστίγωσα, (a μάστιξ) *flagellis caedo, flagello,* Matth. 10, 17. 20, 19. 23, 34. Marc. 10, 34. Luc. 18, 33. Io. 19, 1. *— LXX pro הִכָּה Exod. 5, 14. Deut. 25, 3. 2 Macc. 3, 26. 34. — de Deo, *castigo, vexo, calamitate exerceo;* Hebr. 12, 6 μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱόν. Repetita sunt e Prov. 3, 12 ubi LXX pro וּכְאָב legerunt יַכְאִיב dolere fecit. Caeterum cf. Iudith. 8, 27 εἰς νουθέτησιν μαστιγοῖ κύριος. Prov. 17, 10. Tob. 3, 9. 13, 2. 5. Ps. 72, 5. *.

Μαστίζω, i. q. μαστιγόω, et ab eodem themate. Semel Act. 22, 25. LXX pro הִכָּה Num. 22, 25. Sap. 5, 11. Hesych. μαστίζει· πληγαῖς τύπτει.

Μάστιξ, ιγος, ἡ, 1) *flagellum, flagrum,* Act. 22, 24. Hebr. 11, 36. LXX pro שׁוֹט scutica, 1 Reg. 12, 11. 14. Prov. 26, 3. Sir. 28, 17. 30, 1. — (μάστιξ γλώσσης, Iob. 5, 21. Sir. 26, 6 μάστιξ παιδείας, Psalt. Sal. 7, 8.) — 2) tropice: *vexatio, dolores, calamitates,* Ps. 32, 10. Ps. 39, 10. 89, 32 de poenis divinis. — Sic etiam de *morbis,* vel quod corpus doloribus cruciant, ut Sir. 30, 14 vel quod a Deo in poenam immittuntur, ut 2 Macc. 9, 11 θεία μάστιξ dicitur vehemens morbus Antiochi crudelis. Sic de morbis Marc. 3, 10. 5, 29. 34. Luc. 7, 21. *.

Μαστός, οῦ, ὁ, (a μάσσω, depso) *mamma, uber,* LXX pro שַׁד Iob. 3, 12. Cant. 1, 13. 4, 5. Ies. 66, 11. — In N. T. οἱ μαστοί, ubera, pro matre, Luc. 11, 27. 23, 29. Apoc. 1, 13 de mamillis viri. (De partibus rupis prominentibus instar mammarum, Ier. 18, 14. Ioseph. de bell. 7, 6. 3.) *.

Ματαιολογία, ας, ἡ, (a ματαιολόγος) *vaniloquentia,* i. e. a) vana et inepta proferre, (Porphyr. de abstin. 4, 16. Prov. 30, [in graeco cod. c. 24,] 8 μάταιον λόγον); — b) λόγος μάταιος, fabulae ineptae, dogmata vana, 1 Tim. 1, 6. Sic λόγος μάταιος, Palaeph. de incred. 45. *.

Ματαιολόγος, ου, ὁ, (ex μάταιος et λέγω) *vaniloquus, vana, inepta, falsa proferens;* Tit. 1, 10 de doctoribus vana s. falsa docentibus. (Ignat. epist. ad Trall. §. 6.) *.

Μάταιος, αία, ον, (a μάτην) Latinor. *vanus,* LXX pro הֶבֶל, שָׁוְא, etiam כָּזָב, תֹּהוּ. — Dicitur a) de eo, quod in se est vanum, non est, quod esse videtur, *vanus in se, nullus,* Iac. 1, 26. coll. Ies. 49, 4. — b) de eo, quod spem fallit, nec fructum fert, *fallax, infructuosus,* 1 Cor. 3, 20. (Ps. 94, 11.) 1 Cor. 15, 17. coll. Ies. 31, 2. Prov. 31, 30. Zach. 10, 2. — c) de *stulto* et *inepto,* Tit. 3, 9. Prov. 12, 11. — 2) ex hebraismo (הֶבֶל, שָׁוְא) τὰ μάταια, *idola,* i. e. *Dii* vel *nulli* vel *fallaces,* Act. 14, 15. 2 Reg. 17, 15 ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων. 1 Reg. 16, 13. Ier. 2, 5. 8, 19. Amos. 2, 4. — Hinc ματαία ἀναστροφή, 1 Petr. 1, 18 est *superstitio idololatrica,* ut ἐματαιώθησαν, 2 Reg. 17, 15. et Ier. 2, 5 est: idola coluerunt, superstitiosi fuerunt. *.

Ματαιότης, ητος, ἡ, (a μάταιος) — LXX pro הֶבֶל, etiam pro שָׁוְא et רִיק, *vanitas;* de eo quod vanum est in se, nec est s. praestat, quod iactat; 2 Petr. 2, 18 ὑπέρογκα ματαιότητος φθεγγόμενοι, fastuosa vanitatis proferentes i. e. vano inflati fastu alta loquentes. (Ps. 38, 12 λαλεῖν ματαιότητας.) — de stultitia, fatuitate, Eph. 4, 17. — Ex adiuncto — 2) *fragilitas;* Rom. 8, 20 ubi v. 21 satis luculenter explicatur φθορά. Sic de fragilitate vitae, Ps. 62, 9. 39, 5. et rerum humanarum inconstantia, Eccles. 1, 2. 14. *.

Ματαιόω, ῶ, aor. 1. pass. ἐματαιώθην, (a μάταιος) propr. μάταιον facio, stultum reddo, LXX pro הֶבֶל et סָכַל in Niph. et Hiph. — Passiv. *ineptus sum, fallor,* Rom. 1, 21 ἐματαιώθησαν, stulti evaserunt. — Similiter 1 Chron. 21, 8 aberro a vero; 2 Reg. 17, 15. Ier. 2, 5 aberro ad idololatriam. — Iudith. 6, 4 irritus sum. *.

Μάτην, adv. *frustra, in vanum,* i. e. a) sine causa, immerito, Ps. 35, 7. Prov. 3, 30. Ezech. 14, 23. Ioseph. c. Apion. 1, §. 20. — b) *sine effectu, sine fructu;* Matth. 15, 9. Marc. 7, 7. (LXX μάτην pro hebr. לַשָּׁוְא, Ier. 2, 30. Εἰς μάτην, pro eodem Ier. 4, 30. Ps. 63, 9 et pro שָׁוְא Ps. 127, 1. 2. 4 Macc. 16, 8 μάτην sine fructu.) *.

Ματθαῖος, ου, ὁ, (hebr. מַתִּיָה, ex מַתָּן et יָה, dei donum) *Matthaeus,* nom. pr. evangelistae, Apostoli, filii Alphaei, qui etiam Levi cognominabantur (vid. Λευΐ) et, antequam Christum sequeretur, vectigalium exactor fuerat. Matth. 9, 9. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. coll. Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. *.

Ματθάν, ὁ, *Matthan,* nom. pr. indecl. viri; Matth. 1, 15. *.

Ματθάτ, ὁ, *Matthat,* nom. propr. indecl. viri; Luc. 3, 24. 29. *.

Ματθίας, α, ὁ, *Matthias,* nom. pr. apostoli, qui in Iudae proditoris locum successit. Act. 1, 23. 26. *.

Ματταθά, ὁ, *Mattatha,* nom. pr. indecl. viri; Luc. 3, 31. *.

Ματταθίας, ου, ὁ, *Mattathias,* nomen viri; Luc. 3, 25. 26. *.

Μάχαιρα, ας, ἡ, (a μάχη) 1) *culter,* LXX pro מַאֲכֶלֶת, culter ad mactandum, Gen. 22, 6. 10. Iud. 19, 29. etiam culter ad circumcidendum, pro חֶרֶב, Ios. 5, 2. 3. — 2) *gladius* minor, ut sica, et differt a ῥομφαίᾳ, gladio maiori. (Ioseph. ant. 6, 9. 5 Davides ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν τῇ ῥομφαίᾳ τῇ ἐκείνου (Goliathi), μάχαιραν οὐκ ἔχων αὐτός.) — *Gladius,* a) ad *adoriendum,* vel *defendendum;* hebr. חֶרֶב, Matth. 26, 47. 52. 55. Marc. 14, 43. 48. Luc. 21, 24. 22, 36. 38. 49. 52. Io. 18, 10. Hebr. 4, 12. 11, 34. 37. Apoc. 6, 4. 13, 14. Gen. 34, 36. Exod. 15, 9. — Σπάω τὴν μάχ. stringo gladium, Matth. 26, 51. Marc. 14, 47. Act. 16, 27. 1 Chron. 21, 5. — Λαμβάνω μάχ. gladio utor adversus alium; sensus: occido gladio, Matth. 26, 52. coll. Apoc. 13, 10 εἴ τις ἐν μαχ. ἀποκτενεῖ. — Βάλλειν τὴν μάχ. εἰς τὴν θήκην,

gladium vagina recondere, Io. 18, 11. — Metaph. μάχαιρα τοῦ πνεύματος, i. e. vi spiritus tanquam gladio uti ad vincendos adversarios, Eph. 6, 17. — b) *gladius iudicis*, Richtschwert. Act. 12, 2. Rom. 8, 35. — Rom. 13, 4 φορεῖν τὴν μάχαιραν, gladium gerere i. e. ius vitae et necis habere. — 3) ex metonym. *caedes*, *bellum*, Matth. 10, 34 ubi τῇ εἰρήνῃ opponitur. cf. חֶרֶב Gen. 31, 26. Ier. 14, 13. Lev. 26, 5 (LXX πόλεμος). 1 Macc. 9, 37. *.

Μάχη, ης, ἡ, 1) pugna bellantium, proelium, 2 Macc. 10, 29. 12, 11. — bellum, 1 Macc. 7, 28. — *luctatio* cum persecutoribus, 2 Cor. 7, 5. Sensus: vitae pericula. (Alii: contentiones). — 2) pugna discordium, *contentio*, *rixa*, *acris disputatio;* sic μάχαι, 2 Tim. 2, 23. Tit. 3, 9. Iac. 4, 1. Saepius LXX pro רִיב Gen. 13, 7. Prov. 26. 21. מָדוֹן Prov. 15, 19. 26, 20. Sir. 27, 14. 15. *.

Μάχομαι, (aor. ἐμαχεσάμην saepius apud LXX) (a μάχη) 1) *pugno*, proelior; a) de bellatoribus 2 Macc. 10, 17. 12, 36. — b) de digladiantibus, manum conserentibus, Act. 7, 26. Exod. 21, 22. 2 Reg. 3, 23. — 2) *discepto*, *altercor*, *rixor*, Io. 6, 52. 2 Tim. 2, 24. LXX pro רִיב Gen. 26, 20. 31, 36. — Iac. 4, 2 μάχεσθε est: contenditis, vi potiri studetis opibus. cf. LXX Deut. 25, 11. 2 Sam. 14, 6 ubi hebr. נָצָה. *.

Μεγαλαυχέω, ῶ, (a μέγας et αὐχέω, glorior, iacto) propr. *magna iacto*, *arrogans sum*, *insolenter me effero;* sic apud profanos, (Philo de creat. princ. p. 730. de nom. mutat. p. 1064. cf. *Loesner*. obss. p. 463. et μεγαλαυχία, arrogantia, 4 Macc. 2, 15. Ioseph. ant. 4, 4. 1. Plutarch. Timol. c. 6. — Nostri scriptores dicunt eos μεγαλαυχεῖν, qui *audaces in Deum* sunt, et vel dictis vel factis Deum contumeliose spernunt sibi nimium fidentes, nostrum: *vermessen sein*. Sic Ezech. 16, 50. Zeph. 3, 11. pro גָּבַהּ, Ps. 10, 18 עָרַץ ubi confer. sunt versus 2 et 6 sqq. 2 Macc. 15, 32. Sir. 48, 18 cum quo loco conf. 2 Reg. 18, 19 sq. et 3 Macc. 6, 5. — Eodem sensu intelligendum videtur Iac. 3, 5 ubi lingua dicitur, quanquam exiguum membrum, tamen μεγαλαυχεῖν, *impia esse audacia* in loquendo. **.

Μεγαλεῖος, εία, ον, (a μέγας) magnus, eximius, magnificus, praeclarus; 2 Macc. 3, 34 τὸ μεγαλεῖον τοῦ θεοῦ κράτος. ib. 7, 17. — τὸ μεγαλεῖον, substantive 1) magnitudo (Ioseph. ant. 15, 6. 6), amplitudo, praestantia, Ioseph. ant. 8, 2. 5. Sir. 17, 9. 13. — 2) *opus mirandum*, *eximium*, *facta miranda;* sic. Ioseph. c. Apion. 2, 16 de iis quae Moses peregit; — inde τὰ μεγαλεῖα, i. q. θαυμάσια, *opera*, *facta mirabilia*, Act. 2, 11. LXX pro גְּדוֹלוֹת Ps. 71, 19. Sir. 18, 3. 42, 21. — sors praeclara, quae alicui a Deo obtigit, *beneficia eximia* providentiae; Luc. 1, 49. Sir. 33, 8. *.

Μεγαλειότης, ητος, ἡ, (a μεγαλεῖος) magnitudo, praestantia, *maiestas;* Luc. 9, 43 μεγαλ. τοῦ θεοῦ, Dei vis et maiestas in Iesu conspicua. 2 Petr. 1, 16. Act. 19, 27 μεγαλειότης Dianae. (Sic Deo tribuit μεγαλειότ. Iosephus in prooem. ad antiq. §. 4. et antiq. 8, 4. 3. — Caeterum LXX Ier. 33, 9 pro תִּפְאֶרֶת; et 3 Esdr. 1, 5 ubi interpres וּבְמִכְתָּב 2 Chron. 35, 4 legit וּבְמִכְתָּם. *.

Μεγαλοπρεπής, ές, genit. οῦς, (a μέγας et πρέπει decet) virum magnum decens (Xenoph. mem. 3, 10. 5); — *magnificus*, *maiestate plenus;* 2 Petr. 1, 17. — (Dei ὄνομα μεγαλοπρεπές, 2 Macc. 8, 15; Dei ἐπιφάνεια μεγαλοπρεπής, 3 Macc. 2, 9. vid. etiam 2 Macc. 15, 13. Adeo Deus ipse dicitur ὁ μεγαλοπρεπὴς τοῦ στερεώματος Deut. 33, 26 ubi in textu hebr. גַּאֲוָה.) *.

Μεγαλύνω, aor. 1. pass. ἐμεγαλύνθην, fut. 1. pass. μεγαλυνθήσομαι, (a μέγας) LXX pro גָּדַל, potissimum in Hiphil, — 1) *magnum facio;* a) propr. Matth. 23, 5 τὰ κράσπεδα, fimbriam pallii deducere. — passiv. crescere, 1 Sam. 2, 21 ἐμεγαλύνθη τὸ παιδάριον. ib. 3, 19. Dan. 4, 30. — b) metaph. *illustrem facio*, Luc. 1, 58 τὸ ἔλεος, i. e. beneficium illustre conferre. vid. Ps. 57, 10. Gen. 19, 19. 1 Reg. 10, 23. Protevang. Iacob. p. 208. — Ex adiuncto — 2) *laudo*, *praedico*, Act. 5, 13. 10, 46. Luc. 1, 46. 2 Cor. 10, 15. Phil. 1, 20. — LXX saepissime, e. g. Gen. 12, 2. 2 Sam. 7, 26. Ps. 69, 30. Sir. 43, 31. 49, 11. Exempla e profanis collegit *Krebsius* in obss. I. p. 210. *.

Μεγάλως, adv. (a μέγας) *magnopere*, *valde;* Phil. 4, 10 ἐχάρην μεγάλως. (Act. 15, 4 in Var. Lect. 1 Chron. 29, 9. Neh. 12, 43. Sap. 11, 21. 2 Macc. 10, 38.) *.

Μεγαλωσύνη, ης, ἡ, (a μέγας) quod in libris profanorum vix legitur et senescentis graecitatis est, scriptoribus sacris dicitur de *maiestate* regum ac principum (Sap. 18, 24. Dan. 7, 27) inprimis Dei, et respondet in vers. alex. hebr. גֹּדֶל, גְּדוּלָּה. Est a) *maiestas externa*, *quae cernitur in imperio summo*, *summum imperium*, Iud. v. 25. LXX Dan. 2, 20 pro גְּבוּרָתָה Ps. 79, 11 κατὰ τὴν μεγαλωσ. τοῦ βραχίονός σου. coll. Macc. 9, 22. — b) *maiestas naturae Dei*, ubi interdum ponitur pro Deo ipso, sive pro externo splendore, qui Deum repraesentare putabatur, שְׁכִינָה Rabbinorum. Sic Hebr. 1, 3 ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. ib. 8, 1 ὁ θρόνος τῆς μεγαλ. ἐν τοῖς οὐρανοῖς. (Liber Henochi *Fabric*. Cod. pseudepigr. V. T. p. 187 ἐνώπιον τῆς δόξης τῆς μεγαλωσύνης.) — De Dei maiestate legitur etiam 2 Sam. 7, 23. 1 Chron. 29, 11. Deut. 32, 3. Ps. 145, 3. 6. Sir. 2, 18. 18, 5. Test. XII patr. p. 586. Act. Thom. §. 15 et 45.) *.

Μέγας, μεγάλη, μέγα, comparat. μείζων, [semel 2 Io. 4 μειζότερος, quod vid.] superlat. μέγιστος, [semel 2 Petr. 1, 4] hebr. גָּדוֹל, LXX etiam pro רַב, Latinor. *magnus*, diciturque eodem, quo hoc, ambitu. Est enim 1) *magnus*, a) *extensione*, et quidem α) ratione *molis*, s. materiae, λίθος Matth. 27, 60. Apoc. 18, 21. κλάδοι, Marc. 4, 32. δένδρον, Luc. 13, 19. οἰκοδομαί, Marc. 13, 2. vid. etiam Io. 21, 11. Apoc. 8, 8. 10. 9, 2. 14. 11, 8. 12, 3. 9 δράκων, (Ezech. 29, 3.) ib. 12, 14 ἀετός, (Ezech. 17, 3) et saepius. β) *spatii*, ubi est *spatiosus*, *amplus*, ἀνάγαιον, Marc. 14, 15. ὀθόνη, Act. 11, 5. θύρα, 1 Cor. 16, 9. ληνός, Apoc. 14, 19. χάσμα, Luc. 16, 26. (2 Sam. 18, 17. Palaephat. 29.) ἀποθήκη, Luc. 12, 18. — cf. 1 Reg. 7, 9. 11. Deut. 8, 15. — γ) *numeri*, ubi est: *copiosus*, *numerosus;* ἀγέλη, Marc. 5, 11. (Matth. 8, 30. ἀγέλη πολλῶν, et Luc. 8, 32 ἱκανῶν) cf. 1 Reg. 8, 66 ἐκκλησία μεγάλη. 2 Chron. 7, 8. Unde οἱ μεγάλοι, Ies. 5, 14 multitudo, plebs, pro הָמוֹן. — *largus*, πορισμός, 1 Tim. 6, 6. μισθαποδοσία, Hebr. 10, 35. — δ) *mensurae*, et quidem modo de *forma*, Apoc. 6, 4 μάχαιρα μεγ. *longus* gladius. ib. 20, 1 ἅλυσις. Matth. 13, 32 μεῖζον maius; Marc. 4, 32. — modo de aetate, vel statura; μικροὶ καὶ μεγάλοι iuvenes et senes, infantes et adulti, Act. 8, 10. 26, 22. Hebr. 8, 11. Apoc. 11, 18. Gen. 19, 11. — ὁ μείζων, *maior natu*, Rom. 9, 12. (coll. Ezech. 29, 16 δουλεία μεγ. diuturnum servitium.) — *Magnus* — b) *intensione*, ubi saepe verti potest *vehemens;* et quidem α) de animi motibus, χαρά, Matth. 2, 10. Luc. 2, 10. — λύπη, Rom. 9, 2. θυμός, Apoc. 12, 12. πίστις, Matth. 15, 28. φόβος, Marc. 4, 41. ἔκστασις, Marc. 5, 42. (Gen. 27, 33.) χάρις, gratia, Gunst, Act. 4, 33. ἀγάπη, Io. 15, 13. — β) de viribus naturae, et rebus naturalibus; φῶς, stella lucem large spargens, splendidissima, Matth. 4, 16. (Ies. 9, 2.) σεισμός, Matth. 8, 24. ἄνεμος, Marc. 4, 37. γαλήνη μεγ. summa malacia, Matth. 8, 26. Marc. 4, 39. — γ) de iis, quae fato contingunt, *gravis*, *vehemens;* πτῶσις, Matth. 7, 27. Luc. 6, 49. (ἀπώλεια, Deut. 7, 23. θάνατος, Exod. 9, 3 ubi in hebr. כָּבֵד. Ier. 21, 6.) ἀνάγκη, Luc. 21, 23. διωγμός, Act. 8, 1. πυρετός, Luc. 4, 38. λιμός, Luc. 4, 25. Iac. 3, 1 κρίμα μεῖζον, severior. — *Magnus* — c) *intensione et extensione simul;* κραυγή, Act. 23, 9. φωνή, Matth. 24, 31. 27, 46. 50 et saepius. κοπετός, Act. 8, 2. (Gen. 50, 10.) πληγή, Apoc. 16, 21. (Iob. 2, 13.) — *Magnus* — d) *natura sua*, *virtute*, *efficacia;* ita α) δύναμις ipsa, Act. 4, 33. 2 Petr. 2, 11 δυνάμει μείζων. — β) facta dicuntur μεγάλα, quatenus sunt potenter facta; σημεῖα, δυνάμεις, Matth. 24, 24. Luc. 21, 11. Act. 6, 8. 8, 13. (Deut. 6, 22. 29, 3.) ἔργα, Apoc. 15, 3. Io. 1, 51. 5, 20. 14, 12. (Deut. 10, 21. Iud. 2, 7. Iob. 5, 9.) — Act. 8, 10 δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη, potentissima, miracula efficiens. Inde μείζων, *potentior*, 1 Io. 3, 20. 4, 4. 5, 9. — γ) dii dicuntur μεγάλοι, quatenus natura et virtute omnes superant: *potentissimi*, *summi;* de gentilium Diis Act. 19, 27. 19, 28. 34. 35. — de vero Deo, Tit. 2, 13. [Apoc. 19, 17.] (Neh. 8, 6. 9, 32. Ps. 77, 13.) coll. Io. 10, 29. Hebr. 6, 13. 16. Deut. 9, 2 λαὸς μέγας, potens, valida natio. ib. 2, 21 de regibus 2 Reg. 18, 19. 28. magnatibus Esth. 10, 3.) — *Magnus* — e) *honore*, *dignitate*, *imperio*, α) de *hominibus*, ubi est *magnus*, *illustris;* Matth. 5, 19. 35. Luc. 1, 15. 32. Hebr. 11,

24. (Susann. v. 64.) προφήτης, Luc. 7, 16. (Sir. 48, 22.) Act. 8, 9 εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν, ratus, se magni aliquid esse; sensus: dignitate alios antecellere. — μείζων, Matth. 11, 11. Luc. 7, 28. Io. 14, 28 πατήρ μου μείζων μού ἐστι; et saepius. — Unde ὁ μείζων, maior reliquis, i. e. *maximus*, Matth. 18, 4. — οἱ μεγάλοι pro οἱ μεγιστᾶνες, *magnates, domini*, Matth. 20, 25. Marc. 10, 42. (Luc. 22, 25 οἱ ἐξουσιάζοντες) Matth. 20, 26 ubi opponitur διάκονος. Marc. 10, 43. (Luc. 22, 26 ὁ ἡγούμενος). — coll. Luc. 9, 48. 2 Sam. 7, 9. Neh. 11, 14. Iob. 9, 22. — et ὁ μέγας aliis nominibus dignitatis additum: maximus, auctoritate, dignitate omnes superans, ἱερεὺς ὁ μέγας, Hebr. 10, 21. (Hagg. 1, 1. 12. Zach. 3, 1. Lev. 21, 11.) — ἀρχιερ. ὁ μέγας, Hebr. 4, 14. ποιμήν, Hebr. 13, 20. (ὁ ἡγούμενος, 2 Sam. 3, 38. ὁ ἄρχων, Dan. 12, 1.) — etiam in malam partem: ἡ πόρνη, Apoc. 17, 1. 19, 2 omnium maxima, multorum meretrix. — β) de rebus: *magnus, splendidus, solemnis*; δοχή, Luc. 5, 29. 14, 16. (Gen. 21, 8. Dan. 5, 1.) οἰκία splendida domus, 2 Tim. 2, 20. (Ier. 52, 13. 2 Chron. 2, 5. 9 οἶκος μέγας καὶ ἔνδοξος.) μαρτυρία, Io. 5, 36. ἡμέρα, solemnis Io. 7, 37. 19, 31. Apoc. 19, 17 τὸ δεῖπνον τὸ μέγα τοῦ θεοῦ, [text. vulg. τὸ δεῖπν. τοῦ μεγάλου θεοῦ.] In reliquis libris non nisi de die poenarum, ubi μεγάλη etiam esse potest i. q. φοβερά, Act. 2, 20 ἡμέρα κυρίου μεγάλη καὶ ἐπιφανής, (Mal. 4, 5. Ioel. 2, 11. 31.) Iud. v. 6. Apoc. 6, 17. 16, 14. coll. Ier. 30, 7. Hos. 1, 11. Zeph. 1, 14. (Iudic. 21, 5 ὁ ὅρκος μέγας.) — *Magnus* — ξ) *gravitate, pretio, aestumatione*; ἐντολή, Matth. 22, 36. 38 ubi μεγάλη pro μεγίστη, (Marc. 12, 28 πρώτη πασῶν.) coll. 1 Sam. 20, 1. 22, 15. 2 Reg. 5, 13. — μυστήριον, doctrina gravissima, Eph. 5, 32. 1 Tim. 3, 16. — ἁμαρτίαν μείζονα, gravius peccatum, Io. 19, 11. (Exod. 32, 30. 31.) — Μείζων, maioris pretii, Matth. 23, 17. 19. Io. 15, 20 μείζων ἐστί, maioris aestumatur. (Sir. 10, 24.) 1 Cor. 13, 13. Hebr. 11, 26 μείζονα πλοῦτον divitias digniores; et passim. (Prov. 20, 6 μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων.) — Μέγιστος, maximi pretii, 2 Petr. 1, 4.

2) ut Latinorum *magna*, μεγάλα sunt *superba*; Apoc. 13, 5 λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίας. Dan. 7, 8. 11. 20.

3) μέγα adverbialiter: a) *magni quid*, etwas Grosses, Wichtiges, 1 Cor. 9, 11. Ies. 49, 6 μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου. — b) οὐ μέγα οὖν, *non mirandum est*, 2 Cor. 11, 15. Gen. 45, 28 μέγα μοί ἐστιν, εἰ ἔτι Ἰωσὴφ ζῇ. (Tob. 9, 4 μέγα, diu.) — 4) μεῖζον, adverbialiter: *vehementer*, Matth. 20, 31.

Μέγεθος, ους, τό, (a μέγας) *magnitudo*; — semel Eph. 1, 19 τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, copia (i. q. antea v. 18 πλοῦτος) potenter factorum in salutem nostram. (Ioseph. ant. 14, 14. 1 τὸ μέγεθος τῶν κακῶν. LXX μεγέθει (potentia) βραχίονος, Exod. 15, 16. 2 Macc. 15, 24. De proceritate staturae Ezech. 19, 11. De dignitate, Sap. 6, 7. *.

Μεγιστάν, ᾶνος, ὁ, (in singulari Sir. 4, 7. 8 24.) maxime in plurali, οἱ μεγιστᾶνες, vocabulum inferioris aevi, dialecto alexandrinae proprium (cf. *Sturzii* de dial. maced. p. 180 sq. *Lobeck.* ad Phryn. p. 196), et, ut multis videtur, e persica lingua in graecam translatum, sed a μέγιστος factum, ut νεᾶν a νέος; Rabbini מְגִיסְטֵי. Significat *magnates, proceres*. In iis libris versionis alexandrinae, qui recentiori tempore in graecam linguam translati videntur, saepius legitur, et quidem pro אַדִּירִים Ier. 14, 3. Nah. 2, 5. גְּדוֹלִים Ion. 3, 7. Nah. 3, 10. רַבְרְבָן Dan. 5, 1—3. שָׂרִים 2 Chron. 36, 18. Ies. 34, 12. Sir. 4, 7 et saepius. — In N. T. ter, Marc. 6, 21. Apoc. 6, 15. 18, 23. Eodem sensu apud Ioseph. (de vita §. 23) legitur non solum de proceribus imperii persici (ant. 11, 3. 2 ubi, quum a σατράπαις distinguantur, fortasse magos indicat), sed etiam de magnatibus aliorum regum, ant. 20, 2. 3 de vita §. 23. (Vid. etiam Act. Thom. §. 7. Artemidor. 1, 2. 3, 9.) *.

Μέγιστος, ίστη, ον, (superlat. a μέγας) maximus; semel 2 Petr. 1, 4. vid. Μέγας.

Μεθερμηνεύω, (ex μετά et ἑρμηνεύω) *transfero in aliam linguam, interpretor*; Matth. 1, 23. Marc. 5, 41. 15, 22. 34. Io. 1, 42. Act. 4, 36. 13, 8. (Ioseph. c. Apion. 1, 10. Polyb. 6, 24.) *.

Μέθη, ης, ἡ, (a μέθυ, vinum mulsum, Meth) *ebrietas, vinolentia, temulentia*. Ter, Luc. 21, 34. Rom. 13, 13. Gal. 5, 21. (Vid. Κραιπάλη.) LXX pro שֵׁכָר potus inebrians, Prov. 20, 1. Ies. 28, 7. שִׁכָּרוֹן Ezech. 23, 32. 39, 19. Iudith. 13, 15. Ioseph. ant. 1, 19. 6. Polyb. 2, 14.

Μεθίστημι, et apud recentiores [1 Cor. 13, 2.] μεθιστάνω, aor. 1. act. μετέστησα, aor. 1. pass. μετεστάθην, (ex μετά et ἵστημι), propr. transpono, ich stelle um; moveo de loco suo, *dimoveo*, a) propr. 1 Cor. 13, 2 ὄρη μεθιστάνειν, montes evellere, dimovere. (Ies. 54, 10.) — *removeo* a munere; Act. 13, 22 μεταστήσας αὐτόν, intellige a regno. (Dan. 2, 21.) Luc. 16, 4 μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, removeor a cura rei familiaris. (1 Macc. 11, 63 μεταστῆσαι αὐτὸν τῆς χώρας. Polyb. 4, c. 87 τὸν Ἀλέξανδρον μεταστησάμενος ἀπὸ τῆς χρείας. 1 Reg. 15, 13 μεταστ. τοῦ μὴ εἶναι ἡγουμένην. cf. *Kypke* obss. II, p. 66 et 98.) — *dimoveo e sede sua, transfero*, (2 Reg. 23, 33. 17, 23.) — seq. εἰς, Col. 1, 13 μετέστησεν (ἡμᾶς) εἰς τὴν βασιλείαν. (2 Macc. 11, 23. Ioseph. ant. 9, 11. 1 τοὺς οἰκήτορας αἰχμαλωτίσας μετέστησεν εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. 3 Macc. 3, 1 τοῦ ζῆν μεταστῆσαι.) — b) tropice: *animum averto ab aliqua re*; Act. 19, 26 μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, avertit, nimirum a patriis sacris et moribus. (Ios. 14, 8 μετεστ. τὴν διάνοιαν τοῦ λαοῦ. Deut. 17, 17. 30, 17. Ies. 59, 15. coll. 2 Sam. 20, 13.) *.

Μεθοδεία, ας, ἡ, quod neque in libris profanorum neque in V. T. legitur, deducitur a μεθοδεύω (quod a μέθοδος, ex ὁδός et μετά) quod est: insequor ut capiam, viam alicuius s. vestigia sequor, ut eum prehendam; tropice: rem cogitando persequor, rem accurate tracto (unde μέθοδος artificiosa et subtilis tractandi ratio). Sic μεθοδεύειν apud profanos; vid. *Loesner.* observatt. e Philone p. 347. *Munthii* observ. e Diod. Sic. p. 367. — In versione alex. est insidias struo, 2 Sam. 19, 27. Aquila Exod. 21, 13 pro צָדָה; et μέθοδος sunt callidae artes, 2 Macc. 13, 18. — In N. T. eodem sensu μεθοδεία Eph. 4, 14 πρὸς τὴν μεθ. τῆς πλάνης secundum *callidas artes* falsorum doctorum. ib. 6, 11 ubi sunt *insidiae* diaboli ad homines capiendos. Hesych. μεθοδείας· τέχνας. Zonaras lex. col. 1346 μεθοδείας· ἐπιβουλάς, ἐνέδρας, δόλους. *.

Μεθόριος, ιον, (ex ὅρος terminus et μετά), 1) qui terminum facit, terminans; etiam qui interiacet inter duo, Philo de opif. m. p. 14. vid. *Kypkii* obss. I. p. 171 sq.) — 2) *qui in confinio situs est, confinis* alicui; (Ioseph. de bell. 4, 11. 2 μεθόριος δέ ἐστιν ἡ πόλις αὕτη τῆς Ἰταλίας. Xenoph. Cyrop. 5, 4. 21.) — Τὰ μεθόρια, *confinia*; Marc. 7, 24 εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος, in confinia i. e. regiones proximas urbibus Tyri et Sidonis. (Alii minus recte: „in regionem inter Tyrum et Sidonem interiectam.“) *.

Μεθύσκω, [fut. μεθύσω Deut. 32, 42], (a μέθυ, temetum, vinum) *inebrio, ebrium reddo*, Ps. 23, 5. Ier. 51, 7. Hab. 2, 15. (שָׁכַר) — Passiv. Μεθύσκομαι, aor. 1. ἐμεθύσθην, *inebrior, vino me obruo*, Luc. 12, 45. Eph. 5, 18 μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ. (Prov. 4, 17 pro שָׁתָה. ib. 23, 30.) 1 Thess. 5, 7. Io. 2, 10 ὅταν μεθυσθῶσι. Apoc. 17, 2 ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου, largiter hauserunt; sensus: se satiaverunt. vid. Sir. 1, 16 μεθύσκει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῆς. ib. 35, 13 μεθύσκοντά σε ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. *.

Μέθυσος, ου, ὁ, ἡ, et μέθυσος, ύση, ον, (a μέθυ, temetum, vinum) quod recentiores scriptores (Plutarch. vita Cat. cap. 24. Sext. Emp. hyp. 3, 24) non tantum de mulieribus, ut antiqui, sed etiam de viris dicunt (Phryn. p. 151): *ebrius, temulentus, vinolentus*; (Prov. 23, 21. 26, 9); *vino, ebrietati deditus, vinosus*; bis: 1 Cor. 5, 11. 6, 10. cf. Sir. 19, 1 ἐργάτης μέθυσος οὐ πλουτισθήσεται. ib. 26, 8 γυνὴ μέθυσος. 4 Macc. 2, 7.

Μεθύω, (cuius non nisi praesens et imperfectum leguntur) (ab eodem) *merum bibo; affatim bibo, poto*, (ich zeche); Matth. 24, 49. Act. 2, 15. 1 Cor. 11, 21. 1 Thess. 5, 7. (LXX pro שָׁכַר Ies. 51, 21. 1 Sam. 1, 13. 25, 36. Iob. 12, 25. et רָוָה Ps. 65, 10.) — tropice: *satior, madeo*; Apoc. 17, 6 μεθύουσα ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων, i. e. quae largiter profudit sanguinem, sanguine madet. coll. Ies. 34, 7 μεθυσθήσεται ἡ γῆ ἀπὸ τοῦ αἵματος. Ier. 46, 10. Deut. 32, 42 μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ᾽ αἵματος. Iudith. 6, 4. cf. Μεθύσκω.

Μείζων, ον, *maior*. Vid. Μέγας.

Μειζότερος, έρα, ον, comparativ. a μείζων, formatus ut καλλιώτερος, χειρότερος et alii huiuscemodi comparativi, qui apud profanos non nisi a poetis usurpantur (vid.

Matthiae Gramm. §. 136. *Lobeck.* ad Phryn. p. 136), *mator;* 3 Io. v. 4. (Apud profanos non legitur.)

Μέλαν, ανος, τό, (neutr. a μέλας) *atramentum,* pigmentum atrum ad scribendum. Ter, 2 Cor. 3, 3. 2 Io. v. 12. 3 Io. v. 13.

Μέλας, μέλαινα, μέλαν, genit. μέλανος, αίνης, ανος, *ater, niger;* LXX pro שָׁחֹר, Cant. 1, 5. 5, 11. Zach. 6, 2. 6. — Ter, Matth. 5, 36. Apoc. 6, 5. ib. v. 12 ὁ ἥλιος ἐγένετο μέλας, i. e. omni splendore exutus est. cf. Ioel. 2, 10.

Μελεᾶς, ᾶ, ὁ, *Melea*, nom. propr. viri Luc. 3, 31.

Μέλει, impf. ἔμελε, verbum impersonale, cui iungitur dativus personae, et in N. T. α) genitivus rei, vel sine vel cum περί, — β) nominativus rei, et — γ) ὅτι cum verbo finito. (Vid. *Fischer* ad Welleri Gramm. T. III, pt. 1. p. 415. *Matthiae* Gramm. §. 348): 1) *curae est mihi, curo, provideo, prospicio;* Marc. 4, 38 οὐ μέλει σοι, ὅτι ἀπολλύμεθα. Luc. 10, 40. Io. 10, 13 οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων. 12, 6. Act. 18, 17 οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν. 1 Cor. 9, 9 τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ. 1 Petr. 5, 7. (Sap. 12, 13 θεὸς ᾧ μέλει περὶ πάντων. 1 Macc. 14, 43. Ioseph. ant. 7, 1. 6 θεὸς, ᾧ μέλει πάντων.) — de *reverente,* Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. — 2) *curo,* i. e. *sollicitus sum;* 1 Cor. 7, 21 μή σοι μελέτω. (Tob. 10, 5 οὐ μέλει μοι τέκνον, ὅτι ἀφῆκά σε.) **.

Μελετάω, ῶ, aor. 1. ἐμελέτησα, (a μελέτη, cura, exercitatio, studium) 1) *exerceo, studiose tracto,* seq. accus. 1 Tim. 4, 15 ταῦτα μελέτα, his incumbe, haec studiose tracta. (Profanis μελετᾶν et μελέται saepius de exercitationibus rhetorum et militum dicitur. Xenoph. Mem. 4, 8. 4. Ioseph. de bell. 3, 5. 7 ἐν ταῖς μελέταις τῶν ὅπλων. LXX pro שָׁעַע oblectari agendo, tractando, Ps. 119, 16. 47. 70. Hesych. μελετᾷ· ἀσκεῖ, ἐπιμελεῖται, γυμνάζεται.) — 2) *meditor, studeo,* Marc. 13, 11 μηδὲ μελετᾶτε, nec praemeditemini, (Luc. 21, 14 μὴ προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι). Act. 4, 25. (Ps. 2, 1. LXX saepius pro הָגָה, Prov. 15, 28. Iob. 27, 4. Ps. 35, 28. Sir. 6, 37 διανοοῦ — καὶ μελέτα. Ioseph. ant. 4, 8. 2 μελετ. τὴν σύνεσιν τῶν νόμων.) *.

Μέλι, ιτος, τό, *mel* apum. Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. (vid. Ἄγριος). Apoc. 10, 9. 10. — LXX pro דְּבַשׁ, Deut. 6, 3. Iudic. 14, 18. Prov. 24, 13. *.

Μελίσσιος, ον, (a μέλισσα, apis) *ab apibus proficiscens.* Semel in N. T. Luc. 24, 42 ἀπὸ μελισσίου κηρίου, nonnihil e favo apum. Μελίσσιον additur, ut distinguatur a melle e dactylis et uvis confecto. (1 Sam. 14, 27 κηρίον τοῦ μέλιτος. cf. Κηρίον. Profani μελισσαῖος s. μελίσσειος.)

Μελίτη, ης, ἡ, *Melite,* (hodie *Malta*) insula maris mediterranei prope a Sicilia versus meridiem sita, (etiam Melite Sicula s. Africana dicta, ut distingueretur a Melite Illyrica (hodie Meledo) in mari Adriatico posita.) Semel Act. 28, 1.

Μέλλω, fut. μελλήσω (Matth. 24, 6), imperf. ἔμελλον et attice ἤμελλον, — ut apud profanos, legitur plerumque sequente infinitivo praesentis, rarius futuri (Act. 11, 28. Act. 23, 30. Ioseph. ant. 9, 4. 3. ib. 10, 7. 3), et multo rarius, — (quod barbarum quidem censuit *Phrynichus* p. 336. sed exemplis ex optimis scriptoribus defenderunt *Lobeck.* ad Phryn. p. 745 sq. *Böckh.* ad Pind. olymp. 8, 32.) — seq. infinitivo aoristi, (Rom. 8, 18. Gal. 3, 23. Apoc. 2, 10. 3, 2. 12, 4. Philo de nom. mutat. p. 1049 A ἔμελλεν δέξασθαι.) — 1) *futurus sum,* a) ut apud profanos de eo, quod proxime futurum est; *futurus sum, in eo sum, ut;* Matth. 17, 22. 20, 22. Luc. 7, 2 ἤμελλε τελευτᾶν, in eo erat, ut moreretur, (2 Macc. 7, 18.) Luc. 19, 11. Act. 3, 3. 16, 27. 21, 27 ἔμελλον αἱ ἡμέραι συντελεῖσθαι. c. 22, 26 τί μέλλεις ποιεῖν, quid tandem agis, s. conaris, was bist du im Begriff zu thun? c. 27, 33. 28, 6. Apoc. 2, 10. 3, 2. 12, 4. — Saepius. (2 Macc. 2, 16. Ioseph. ant. 8, 8. 4 τῆς ἑορτῆς ἐνίστασθαι μελλούσης, da eben das Fest bevorstand.) — *in eo sum, in consiliis habeo, volo,* ich will, gedenke eben zu thun; Matth. 2, 13. Luc. 10, 1. Io. 6, 6. 15. 7, 35. 14, 22. Act. 5, 35. 12, 6. 17, 31. 20, 7. 13 μέλλων αὐτὸς πεζεύειν, ipse enim volebat iter pedibus facere. Act. 23, 3 τύπτειν σε μέλλει ὁ θεός, Deus te illico puniat! c. 23, 15. 20. 27, 2. 30 ὡς μελλόντων (αὐτῶν) quasi vellent. Apoc. 3, 16. 10, 4. — Saepius. (Sap. 14, 1. 2 Macc. 2, 22.) — b) apud nostros etiam de futuro remotiore: *futurum est ut;* vel etiam vertendum est per participium futuri verbi quod sequitur; Matth. 24, 6 μελλήσετε ἀκούειν, audituri estis, futurum est, ut audiatis. c. 16, 27. Marc. 13, 4. Luc. 21, 7. 22, 23. Io. 6, 71. 12, 4. 18, 32. Act. 11, 28. 24, 15. Apoc. 1, 19. 8, 13. 17, 8 et passim. (Ier. 29, 10.) — c) adiuncta est, ut saepius futuris, notio necessitatis, nostrum *sollen; necesse est ut, futurum est ut,* vel etiam verti potest per participia in *endus* desinentia; Matth. 11, 14. Luc. 9, 31. 24, 21 ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ, i. e. qui debebat etc. Io. 7, 39. 11, 51. Act. 20, 38. 26, 2. 22 sq. Rom. 4, 24. 1 Thess. 3, 4. Hebr. 1, 14. 8, 5. 11, 8. Iac. 2, 12. Apoc. 3, 10. 6, 11 et passim. — d) *Participium* μέλλων, μέλλουσα, μέλλον, *futurus, a, um,* a) infinitivo verbi iunctum eodem sensu dicitur, quo μέλλω, ut Marc. 10, 32. Luc. 21, 36. Io. 12, 4. Rom. 8, 18. Gal. 3, 23. 1 Tim. 1, 16. 1 Petr. 5, 1 et saepius. — b) absolute: Matth. 3, 7 ἡ μέλλουσα ὀργή, poenae futurae 12, 32 αἰὼν ὁ μέλλων, aevum futurum. Luc. 3, 7. Eph. 1, 21 Hebr. 2, 5. 9, 11. 10, 1. 13, 14. Rom. 5, 14. (Ioseph. ant. 11, 6. 8 τῆς μελλούσης συμφορᾶς.) — τὰ μέλλοντα, *futura,* Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22 ubi ἐνεστῶτα et μέλλοντα, proxime instantia et post futura, sibi opponuntur. (Polyb. 4, 16. 4.) — Εἰς τὸ μέλλον, *in futurum;* bis: Luc. 13, 9. 1 Tim. 6, 19.

2) transfertur ad illum, qui non nisi futurus est in agendo, i. e. agere velle videtur, nec tamen agit, sed cunctatur; igitur: *cunctor;* sic semel Act. 22, 16 τί μέλλεις, quid cunctaris? 4 Macc. 6, 23. 9, 1. 11, 2. Ioseph. ant. 3, 2. 3. ib. 6, 8. 2 et saepius apud profanos. Hesych. μελλήσας. βραδύνας.)

Μέλος, εος, τό, *membrum,* et quidem a) proprie membrum *corporis humani,* Matth. 5, 29 sq. Rom. 6, 13. 19. 12, 4. 1 Cor. 12, 12—26. (Eph. 4, 16 in codd. μέλους pro μέρους.) Iac. 3, 5. 6. — τὰ μέλη, *corpus,* quatenus est cupiditatum fons et sedes, Rom. 7, 5. 23. Col. 3, 5 νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, interficite corpus vestrum terrenum, i. e. cupiditates e corpore natas. Iac. 4, 1. — 1 Cor. 6, 15 σώματα ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστιν, corpora vestra sunt corpora Christo, i. e. obsequio erga Christum, dicata; πόρνης μέλη, corpus scortationi deditum. (cf. v. 13 τὸ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ.) — b) tropice: membra *societatis s. ecclesiae Christi,* cuius caput est Christus, 1 Cor. 12, 27. Eph. 5, 30. — Eph. 4, 25 ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη, in coetu Christianorum religionis vinculo arcte sumus iuncti, ut corporis membra. *.

Μελχί, ὁ, *Melchi,* nom. pr. indecl. viri, hebr. מַלְכִּי Luc. 3, 24. 28. *.

Μελχισεδέκ, ὁ, (מַלְכִּי־צֶדֶק, rex iustitiae) *Melchisedecus,* nom. propr. regis urbis Salem (postea Hierosolyma dicta), qui simul pro ratione illius aevi officio pontificis maximi fungebatur, et verum Deum colebat, vel, ut seriores Iudaei putabant, ob iustitiam munere sacerdotis ornatus est. Gen. 14, 18 sqq. Ioseph. ant. 1, 10. 2 ἔνθα ὁ τῆς Σόλυμα πόλεως ὑποδέχεται βασιλεὺς αὐτὸν Μελχισεδέκης· σημαίνει δὲ τοῦτο βασιλεὺς δίκαιος. καὶ ἦν δὲ τοιοῦτος ὁμολογουμένως, ὡς διὰ ταύτην αὐτὸν τὴν αἰτίαν καὶ ἱερέα γενέσθαι τοῦ θεοῦ. Hebr. 5, 6. 10. 6, 20. 7, 1. 10. 11. 15. 17. 21. *.

Μεμβράνα, ας, ἡ, latinum *membrana,* 1) pellis exterior animalium; — 2) charta pergamena e pellibus facta primum Pergami (Plin. hist. nat. 7, 21. ib. 35, 10 unde pergamena dicta; 2 Tim. 4, 13. *.

Μέμφομαι, aor. 1. ἐμεμψάμην, verbum depon. med., *obiurgo, vitupero,* [Marc. 7, 2.] Rom. 9, 19 τί ἔτι μέμφεται, cur obiurgat, i. e. cur vitio hoc iis vertit? — seq. dativo pers. Hebr. 8, 8 μεμφόμενος αὐτοῖς, eos obiurgans. (Sir. 11, 7. 2 Macc. 2, 7. Ioseph. c. Apion. 1, 20 μέμφεται τοῖς ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν. Ioseph. ant. 1, 16. 2.) **.

Μεμψίμοιρος, ον, (ex μέμφομαι et μοῖρα sors, fatum) qui de sorte sua conqueritur, *querulus, haud contentus;* semel Iud. v. 16. (Polyb. 18, 31. 7. 23, 13. 8.) Hesych. μεμψίμοιρος· ὁ μεμφόμενος τὸ ἀγαθὸν, ἢ φιλεγκλήμων, ἢ φιλαίτιος.

Μέν, particula discretiva (quae in evangeliis Marci et Lucae ter tantum, in epistolis Ioannis et in apocalypsi non legitur). Refertur ubique ad sequens δέ, aut positum, aut cogitando addendum, aut denique in alia particula, ut ἀλλά, καί, latens, et particulae vis est, ut singulas enuntiationes discernat et ad se invicem referat. (De discrimine

inter Μέν et Γέ vid. Γέ.) Neque in latina neque in germanica lingua habemus particulam, quae Graecorum μέν satis et ubique respondeat. Vid. de ea omnino *Viger.* de idiot. p. 531 sqq. et ad eundem *Hermann.* p. 841 sq. *Matthiae* Gramm. §. 622. *Rostii* Gramm. §. 134. p. 697 sqq. — Legitur

I) in *oppositione* membrorum orationis *definita*, ubi est 1) *quidem — vero*, sive *sed*; a) μὲν — δέ, Matth. 3, 11 ἐγὼ μὲν βαπτίζω — ὁ δὲ ὀπίσω μου. c. 9, 37. 16, 3. c. 17, 11 sq. Ἠλίας μὲν ἔρχεται — λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ἤδη ἦλθε. c. 20, 23. 22, 8. 23, 28 ἔξωθεν μὲν — ἔσωθεν δέ. 26, 24. 41. Marc. 1, 8. 10, 39 sq. Luc. 3, 16. 10, 2. 23, 56. Io. 16, 22. Act. 1, 5. 9, 7. 22, 9. Rom. 2, 8. 6, 11. 1 Cor. 11, 14 sq. 12, 20. Hebr. 3, 5. 6 et passim. (Iob. 32, 6 νεώτερος μέν εἰμι, ὑμεῖς δέ ἐστε πρεσβύτεροι. c. 42, 5. Sap. 5, 13. 2 Macc. 2, 30 sq. 3 Macc. 3, 17.) — b) μὲν — ἀλλά, Matth. 13, 4. 5. Rom. 14, 20. (coll. Tit. 1, 15.) 1 Cor. 14, 17. (Hom. Iliad. 3, 214.) — c) μὲν γὰρ — δέ, *quidem — vero*, Act. 13, 36. 23, 8. 25, 11. Rom. 2, 25. 5, 16. 1 Cor. 11, 7. (Sap. 7, 30. 11, 10. Io. 28, 2.) — μὲν οὖν — δέ, Act. 28, 5. 1 Cor. 9, 25. — 2) inservit *partitioni*, ubi latine verti non potest; a) cum articulo et pronomine relativo: ὁ s. ὃς μὲν — ὁ s. ὃς δέ, *hic — ille; alius — alius;* Matth. 13, 8 ὁ μὲν ἑκατόν, ὁ δὲ ἑξήκοντα. c. 16, 14. 21, 35. 22, 5. 25, 15. Marc. 4, 4 sqq. Io. 16, 9—11. 19, 32 sq. Act. 14, 4. 12. 17, 32. Rom. 2, 7 sq. 1 Cor. 1, 12. Phil. 1, 16. 17. Hebr. 7, 20—24 et saepius. — b) ὁ μὲν — καὶ ἕτερον, Luc. 8, 5—8. ᾧ μὲν γὰρ — ἄλλῳ δέ, 1 Cor. 12, 8. 9. 10. Io. 7, 12. — c) ἄλλος μὲν — ἄλλ. δέ, 1 Cor. 15, 39. — d) ὧδε μὲν — ἐκεῖ δέ, *hic — illic*, Hebr. 7, 8. — e) τοῦτο μὲν — τοῦτο δέ, *nunc — nunc*, s. *partim — partim*, Hebr. 10, 33. (Herodot. 3, 106.) — f) οὓς μὲν — ubi δέ in sequentibus omittitur, 1 Cor. 12, 28. (Exempla e profanis dedit *Hermann.* ad *Viger.* p. 702.) — g) πρῶτον μὲν — ἔπειτα (δέ) Iac. 3, 17. (Xenoph. Cyrop. 7, 5. 1 μὲν — ἔπειτα.)

II) in *oppositione* membrorum *minus definita*, μέν verti latine non potest, sequens δέ autem verti potest vel: *vero, sed;* vel: *ac, atque;* vel etiam in enuntiatione, cui inest μέν, commode locum habere possunt Latinor. ablativi absoluti. Sic 1) μὲν — δέ, Matth. 25, 33 στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια (hoedos vero) ἐξ εὐωνύμων. Luc. 13, 9 κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, sin vero minus. Act. 21, 39. 22, 3. Rom. 8, 17 κληρ. μὲν θεοῦ, συγκλ. δὲ Χριστοῦ, haeredes Dei *ac* cohaeredes Christi. 1 Cor. 1, 23 Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ (*ac* gentibus) μωρίαν. 2 Tim. 4, 4 καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται, animum avertent a vero et deflectent, vel: animo a vero semel averso ad fabulas deflectent. 1 Petr. 1, 20. Iud. v. 8 σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, ac magistratus despiciunt. (Sap. 5, 13.) — 2) μὲν οὖν — δέ, Act. 1, 6. 7 οἱ μὲν οὖν — εἶπε δέ, illi igitur interrogarunt — ipse vero respondit. Act. 23, 18. 19 ὁ μὲν οὖν αὐτὸν ἤγαγε — ἐπιλαβόμενος δέ, i. e. quum ille Paulum ad chiliarchum duxisset, hic illum etc. Act. 18, 14. 15. 19, 32. 33. 19, 38. 39. 3 Macc. 3, 6. 7–11. — Μὲν οὖν saepius, ubi oratio finitur, ponitur, et nova narratio habet δέ, ubi μέν fere respondet Latinor. *quidem*, in locutione: *haec quidem sic se habebant;* Luc. 3, 18. 19 πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαόν· ὁ δὲ Ἡρώδης. Act. 5, 41 ubi δέ sequitur cap. 6, 1. Act. 8, 4. 9, 31 sq. 12, 5. 13, 4 ubi δέ versu 6 sequitur. 14, 3. 4. 15, 3. 4. 30. 31. 16, 5. 6. 17, 12. 13. 17. 18. 23, 31. 32. (Eodem modo apud profanos; vid. *Viger.* p. 536. 3 Macc. 4, 15. 16. 6, 29 et μὲν — δέ 3 Macc. 3, 30. et c. 4, 1. 2 Macc. 3, 40 et c. 4, 1.) — 3) μὲν οὖν — καί, ubi καί *sed*, *vero* vertendum, vel prius membrum per ablativos absolutos reddendum est. Act. 1, 18 οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο — καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε, hic fundum acquisivit — sed; vel: hic fundo acquisito — praeceps factus etc. Act. 2, 41. 23, 22. (Xenoph. Cyrop. 1, 4. 3 μὲν — καί.) — 4) μὲν οὖν — τὰ νῦν, pro νῦν δέ, ubi praeterita et praesentia sibi opponuntur; Act. 27, 21. 22 ἔδει μὲν — καὶ τανῦν, debebatis — sed nunc. Act. 26, 4. 6 τὴν μὲν οὖν βίωσιν — καὶ νῦν, scitis vitam meam — nunc vero. Act. 17, 30 τοὺς μὲν οὖν χρόνους ὑπεριδὼν ὁ θεός, τανῦν παραγγέλλει, Deus neglectis temporibus, nunc etc. — Eodem modo εἰ μὲν — νῦν δέ, Hebr. 11, 15. 16.

III) absolute ponitur ita, ut nullum δέ sequatur, (vid. *Winer.* Gramm. p. 500.) 1) ubi oppositum facile cogitando addi potest; a) μέν simplex, Act. 1, 1 τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην, primum narravi de Iesu vita et factis, ubi distinguitur ὁ πρῶτος λόγος a τῷ δευτέρῳ, Evangelium ab Actis Apostol. Act. 19, 4 Ἰωάννης μέν, intellige: non vero sic Iesus. Col. 2, 23 λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας, speciem quidem sapientiae habens (non vero veritatem). — 2) ubi oppositum vel non statim sequitur, vel deserta constructione verborum enuntiatio altera alio modo effertur; a) μέν simplex; Rom. 1, 8 πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ, primum quidem gratias Deo ago; ubi ad δεύτερον Apostolus non statim progreditur. Hebr. 12, 9 εἶτα τοὺς μὲν — οὐ πολλῷ μᾶλλον. — b) πρῶτον μὲν γάρ, Rom. 3, 2. 1 Cor. 11, 18. — 3) explicationi inservit, ut etiam Latinor. *quidem*, et vel verti potest: *quidem, videlicet*, ut μέν Rom. 11, 13. 2 Cor. 12, 12. 1 Thess. 2, 18. (Xenoph. Cyrop. 1, 2. 3. 2, 1. 4.) — μὲν οὖν, Act. 26, 9. — vel latine reddi non potest, ut μέν Rom. 7, 12. 10, 1. Iud. v. 8 ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι, similiter igitur etiam hi. — μὲν γάρ, *enim*, Act. 28, 22. 2 Cor. 9, 1. 11, 4. Hebr. 6, 16. 7, 18. (Iob. 9, 19. Xenoph. Cyrop. 4, 1. 19.) — μὲν οὖν, *igitur, enim*, 1 Cor. 6, 4. 7. Phil. 2, 23. Hebr. 7, 11. 9, 1. (Xenoph. cyrop. 4, 1. 2.)

IV) Omittitur etiam μέν in protasi, ut Iac. 2, 11. et praeterea in locis 1 Cor. 4, 12. Phil. 1, 28. 1 Petr. 2, 14 ubi *Griesb.* μέν, quod legitur in textu vulgari, eiecit. (Eodem modo apud Xenoph. cyrop. 1, 6. 44. 6, 2. 9.)

Μενοῦν, s. μὲν οὖν, vid. Μέν.

Μενοῦνγε, s. μὲν οὖνγε, *immo vero, quin immo, enimvero*, Luc. 11, 28. Rom. 9, 20. 10, 18. [Phil. 3, 8 ubi *Griesb.* μὲν οὖν.] Suidas: μενοῦνγε· τὸ ἀληθές, μᾶλλον μὲν οὖν. Μενοῦνγε initio orationis non Atticorum, sed recentiorum esse, monetur apud Phryn. p. 342. *Sturzium* de dial. alex. p. 203.) *.

Μέντοι, (ex μέν et τοι, ergo, itaque, *also, demnach*) 1) in responsionibus: enimvero; apud profanos. — 2) *tamen, jedoch;* οὐδεὶς μέντοι, nemo tamen, Io. 4, 27. 7, 13. — οὐ μέντοι, non tamen, Io. 20, 5. 21, 4. — Io. 12, 42 ὅμως μέντ. nihilominus tamen. (Xenoph. cyrop. 2, 3. 22 μέντοι ὅμως, cf. Anab. 2, 4. 23.) 2 Tim. 2, 19 ὁ μέντοι στερεὸς (Ioseph. ant. 1, 18. 6. Ps. 39, 6 μέντοιγε. Xenoph. mem. 2, 1. 12.) — 3) *igitur, itaque, demnach, also*, ubi μέν vel explicationi inservit vel ut in fine orationis ponitur, τοι vero suam vim retinet, quare etiam in eiusmodi locis particulae nonnunquam scribendo separantur; Iac. 2, 8 εἰ μέν τοι, *quod si igitur*, quibus v. 9 respondet εἰ δέ. Iud. v. 8 ὁμοίως μέν τοι καὶ οὗτοι. (Ioseph. ant. 1, 19 7 εἰ μέντοι (si igitur) παρ' αὐτῷ μένοι, τοῦτο ποιήσειν. ib. 5, 6. 6 ubi narratio de clade Ephraimitarum his verbis finitur: τῆς μέντοι γε ὕβρεως ταύτης ἡ φυλὴ ἐξέτισεν. vid. etiam Ioseph. ant. 1, 13. 1.) *.

Μένω, f. μενῶ, aor. 1. ἔμεινα, plusq. μεμενήκειν (1 Io. 2, 19.) — LXX maxime pro קוּם, עָמַד, יָשַׁב, חָכָה, קָוָה — Latinor. *maneo*. Dicitur autem 1) *intransitive;* maneo, a) in *loco;* ubi est: *maneo, moror, commoror;* Matth. 10, 11 ἐκεῖ μείνατε. 26, 38 μείνατε ὧδε. Luc. 1, 56 ἔμεινε σὺν αὐτῇ. 24, 29. Io. 1, 40 παρ' αὐτῷ. Act. 18, 3 μεθ' ἡμῶν, Luc. 24, 29. Io. 14, 16 ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, Io. 19, 31 ἐν τῷ οἴκῳ, pernoctare, Luc. 8, 27. 19, 5. (Iudic. 19, 9 in textu Alex. et Ald. pro לִין). Μένειν καθ' ἑαυτόν, in privatis aedibus habitare, Act. 28, 16 coll. v. 30. cf. Marc. 6, 10. 14, 34. Luc. 8, 27. Io. 2, 12. 8, 35. Act. 16, 15 et saepius. Tropice: μένειν ἐπί τινι, commorari super aliquo, i. e. in aliquem *continuo* vim s. efficaciam suam exserere; de spiritu, Io. 1, 32. 33. de ὀργῇ, Io. 3, 36. (Sap. 18, 20. cf. etiam Οἰκέω, et Ἐνοικέω.) — b) in *tempore;* α) maneo in vita, *superstes sum, vivo*, Io. 21, 22. 23. 1 Cor. 15, 6 μένουσιν ἕως ἄρτι. Phil. 1, 25. (Eccles. 7, 16 μένων hebr. מַאֲרִיךְ, alii μακρόβιος. Exempla e profanis dedit *Kypkius*, I, 415.) — β) *esse pergo;* de hominibus; μένειν εἰς τὸν αἰῶνα, nunquam perire, mori, aeternum esse, Io. 12, 34. Hebr. 7, 24. 1 Io. 2, 17. (de Deo LXX pro יָשַׁב Ps. 9, 7. 102, 12. Dan. 6, 26.) — de rebus; Matth. 11, 23 πόλεις — ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον, immotae stetissent, superstites fuissent. Io. 9, 41 ἁμαρτία. 2 Cor. 9, 9 δικαιοσύνη (Ps. 111, 3 pro עֹמֶדֶת). 1 Petr. 1, 23. 25 λόγος. (3 Esdr. 4, 38.) Io. 15, 11 ἡ χαρὰ ἐν ὑμῖν μείνῃ, ut continuo laetemini. 2 Cor. 3, 14 τὸ κάλυμμα. vid. etiam Io. 15, 16. 1 Cor. 3, 14. 13, 13. Hebr. 12, 27. 1 Io. 3, 17. (Ies. 66, 22 עָמַד). Hebr. 13, 1 ἡ φιλαδελφία μενέτω (Sir. 42, 23.) — Hinc participium de eo quod durat, non perit; λόγος μένων,

Io. 5, 38. 1 Petr. 1, 23. *τροφή*, Io. 6, 27. *ὕπαρξις*, Hebr. 10, 34. *πόλις*, Hebr. 13, 14. *ζωή*, 1 Io. 3, 15 — *τὸ μένον*, quod esse non desinet, *perenne*, 2 Cor. 3, 11. — c) in *statu, conditione*, ut nostrum *bleiben*, et Latinor. *esse, manere*, *α*) proprie, Io. 12, 24 *μόνος μένει*, i. e. sterilis manet. Act. 27, 41 *ἡ πρῷρα ἔμεινεν ἀσάλευτος*. — *ἄγαμον μένειν*, caelibem manere, 1 Cor. 7, 8. 11. 20. *πιστός*, 2 Tim. 2, 13. — *ἱερέα*, Hebr. 7, 3. *βασιλέα*, Apoc. 17, 10. (nisi hic est superstitem esse.) — *β*) tropice in Ioannis scriptis, ubi *μένειν ἔν τινι* est: in ea conditione, in qua quis est, perseverare. Ita *μένειν ἐν τῷ θανάτῳ*, morti porro esse obnoxium, 1 Io. 3, 14. *ἐν τῇ σκοτίᾳ*, Io. 12, 46. *ἐν τῷ φωτί*, 1 Io. 2, 10. — Homo dicitur *μένειν ἐν θεῷ* s. *Χριστῷ*, et vice versa Deus in homine, i. e. arctissime coniunctus esse, vinculo amoris, fidei, Io. 6, 56. 14, 10. coll. v. 17. c. 15, 4—6. 1 Io. 2, 6. 24. 3, 6. 24. 4, 12—16. — *Μένειν ἐν τῇ ἀγάπῃ, πίστει, constantem esse, perseverare*, in fide, amore etc.; Io. 15, 9. 10. 1 Io. 4, 16. 1 Tim. 2, 15 *ἐν οἷς ἔμαθες*. 2 Tim. 3, 14. 1 Io. 2, 27. 2 Io. v. 9. (2 Macc. 8, 1 *τοὺς μεμενηκότας ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ*.) Sic etiam *τὰ ῥήματα*, doctrina, Io. 15, 7. (Zach. 14, 10), *ὁ λόγος τοῦ θεοῦ*, 1 Io. 2, 14. 24. 3, 9 dicuntur *μένειν ἔν τινι*, i. e. homo perseverat in fide doctrinae habita. — d) in *potestate*, seq. dativo personae: mihi manet, i. e. meum est; Act. 5, 4 *οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμενε* quod vertunt: nonne, si agrum retinebas, in tua potestate erat? Sed rectius post *μένον* non interpungitur et vertitur: nonne residuum (pretii) in tuam rem mansit? (Dan. 4, 23 *ἡ βασιλεία σου σοὶ μένει*. 1 Macc. 15, 7.) — e) in *efficacia; valeo*, Rom. 9, 11 *ἵνα ἡ πρόθεσις μένῃ*. coll. Ps. 33, 11 pro עָמַד. Sir. 37, 2 in Ald. et Complut. Sap. 18, 20.

2) *μένω τινά*, maneo aliquem, *exspecto*, Act. 20, 5 *ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι*. (LXX pro חִכָּה Ies. 8, 17. קִוָּה Ies. 5, 2. coll. Iob. 36, 2. Gen. 24, 55. 2 Reg. 7, 9.) — de rebus quae fato contingunt: *maneo*, Act. 20, 23 *δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν*. (Hinc etiam: sustineo, perfero, Sap. 17, 17 *ἔμενεν τὴν ἀνάγκην*. Polyb. 4, 8. 5 *οἱ μένων τὸ δεινόν*.)

Μερίζω, perf. pass. *μεμέρισμαι*, aor. 1. pass. *ἐμερίσθην*, aor. 1. med. *ἐμερισάμην* [Luc. 12, 13.] — (a *μερίς*) — LXX pro חָלַק — 1) *divido in partes*, Ios. 14, 5. Num. 26, 56. — Medium: *divido mihi, partior*, Luc. 12, 13 *μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν*, sibi dividere ita ut uterque accipiat. (Ioseph. ant. 8, 13. 4 *μερισάμενοι τὰς ὁδούς*, de iis, qui in diversas, ut invenirent, abierunt vias.) — Passivum: in *partes* sive factiones *discindor, dissideo*, Matth. 12, 25 sq. Marc. 3, 24—26. coll. 1 Reg. 16, 21. — 1 Cor. 1, 13 *μεμέρισται ὁ Χριστός;* num discrimen est inter Messiam, suntne diversi Christi? — *differo;* 1 Cor. 7, 34 *μεμέρισται*, differt nupta ab inupta. — 2) Ex adiuncto: *μερίζω τινί τι, tribuo* alicui aliquid, *largior, concedo, do*, Rom. 12, 3. 1 Cor. 7, 17. 2 Cor. 10, 13. (Iob. 31, 2.) Hebr. 7, 2. (Num. 26, 53. Prov. 19, 14. Sir. 45, 20. Ioseph. ant. 1, 8. 3.) *.

Μέριμνα, ης, ἡ, (a *μέρω, μερίζω*, quia curae animum in diversas partes quasi trahunt) *cura;* et quidem a) cura distrahens animum, *sollicitudo*, 1 Petr. 5, 7. (Ps. 55, 22.) cf. Sir. 30, 24. 42, 9. 1 Macc. 6, 10. — b) cura, *quae providet*, Fürsorge, 2 Cor. 11, 28. Sir. 38, 29 *μέριμνα ἐπὶ τὸ ἔργον*. — c) cura, quae appetit, *studium* rei, Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. Luc. 8, 14. 21, 34. (vid. *Βιωτικός*.) (Sir. 34, 1 *ἡ μέριμνα τοῦ πλούτου*. ib. v. 2. Pind. Ol. 1, 172.) *.

Μεριμνάω, ῶ, fut. *ήσω*, aor. 1. *ἐμερίμνησα*, (a *μέριμνα*) 1) *curo*, et quidem a) *anxie curo, sollicitus sum de re*, Matth. 6, 31. 10, 19. Luc. 12, 11. — *τῇ ψυχῇ*, de vita sustentanda, Matth. 6, 25. 27. Luc. 12, 22. 25. *Περὶ ἐνδύματος*, Matth. 6, 28. Luc. 10, 41. 12, 26. — *μηδέν*, i. q. *κατὰ μηδέν*, Phil. 4, 6. cf. Ps. 38, 18 ubi pro דָּאַג. — b) *curam gero, provideo*, seq. accusativo, Phil. 2, 20 *τὰ περὶ ὑμῶν*, cf. v. 21. ubi legitur *ζητοῦσιν*. — Matth. 6, 34 *ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς*, negotia sua dies crastinus ipse curabit; sensus: dies crastinus sponte, sine vestra cura, necessaria praestabit. *Μεριμνᾶν* hic tribuitur diei ex *προσωποποιΐᾳ*. 1 Cor. 12, 25 *ἵνα — τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη*, vel: ut pariter curam gerant, vel: ut paria officia sibi invicem praestent corporis membra. — 2) *studeo, solerter meditor*, auf etwas sinnen, 1 Cor. 7, 32. 33. 34 *μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου*. (Demosth. 576, 23 *μεριμνᾶν τὰ δίκαια λέγειν*. — mente considero, Sap. 12, 22 *ἵνα σου τὴν ἀγαθότητα μεριμνῶμεν*.) *.

Μερίς, ίδος, ἡ, (a *μείρομαι*, partior), LXX pro חֵלֶק, חֶלְקָה, מָנָה, 1) *pars, portio*, a) proprie: de regione, Act. 16, 12. coll. Ios. 18, 6 *μερίσατε τὴν γῆν ἑπτὰ μερίδας*. Gen. 33, 19. (*μεριδάρχης*, regionis praefectus, 1 Macc. 10, 65. Ioseph. ant. 12, 5. 5.) — de parte assignata; in locutione *ἔστι σοι μερὶς ἔν τινι* partem habes in aliqua re, i. e. particeps fis eius, Act. 8, 21. Gen. 31, 14. Num. 18, 10. Deut. 12, 12. — Col. 1, 12 *εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου*, ut participes fiamus etc. — b) tropice: *sors*, vel quae a Deo tribuitur homini, vel quam ipse sibi eligit; Luc. 10, 42. coll. Eccles. 9, 9. Dan. 4, 12. Iob. 30, 19. Ios. 18, 7. — 2) *consortium, communio*, 2 Cor. 6, 15 *τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου*; cf. 1 Reg. 12, 16. 2 Sam. 20, 1. *.

Μερισμός, οῦ, ὁ, (a *μερίζω*) 1) *divisio, distributio;* Hebr. 2, 4 *πνεύματος μερισμοῖς*, distribuendo dona varia spiritus sancti. — 2) *separatio*, Hebr. 4, 12 *ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος*, ita ut separet animam et spiritum; sensus. ima hominis penetrat. — (LXX de ordine, classe, pro מַחֲלֹקֶת Ios. 11, 23. 18, 10. Esdr. 6, 18.) *.

Μεριστής, οῦ, ὁ, (a *μερίζω*) *qui partitur, partes faciens;* semel Luc. 12, 14. (Alii: arbiter.)

Μέρος, ους, τό, (a *μείρομαι*, partior) — LXX pro חֵלֶק, יָד, קָצֶה, צַד, פֵּאָה etc. — 1) *portio*, quae dividendo oritur; Io. 19, 23. Luc. 15, 12. 24, 42. Gen. 47, 24. 3 Macc. 5, 17. — Tropice: portio aut bonorum aut malorum, quae fato eveniunt, *sors; ἔχειν μέρος μετά τινος*, alicuius sortis participem esse Io. 13, 8. vel fieri Matth. 24, 51. Luc. 12, 46. (Evang. Nicod. ap. Birch. p. 65 *τὸ μέρος αὐτοῦ μετά σου ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι*. — *τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ*, i. e. destinati sunt gehennae, Apoc. 21, 8 *ὁ θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ*, Deus eius portio est, i. e. habet Deum adiutorem, fautorem, Apoc. 22, 19. (LXX ita *μερίς*, pro חֵלֶק Ps. 73, 26. 119, 57. 142, 5.) — *ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει*, resurrectionis particeps, Apoc. 20, 6. — 2) *pars*, a) quaecunque, — pecuniae Act. 5, 2. corporis i. e. membrum, Luc. 11, 36. Eph. 4, 16. Synedrii Act. 23, 6. Apoc. 16, 19. — b) pars i. e. *factio*, Act. 23, 9. — c) *pars, partes*, de *regione;* Io. 21, 6 *εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου* in partem regionis a navi dextram, i. e. ad latus dextrum. (LXX pro latere Exod. 32, 15 עֵבֶר. ib. 26, 35 צֶלַע. 1 Macc. 9, 12.) Act. 19, 1 *τὰ ἀνώτερα μέρη*. 20, 2. Eph. 4, 9. Saepius nomen urbis vel provinciae additur, Matth. 2, 22 *εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας*. ib. 15, 21. 16, 13. Marc. 8, 10. Act. 2, 10. vid. Ios. 15, 2. 5 *ἕως μέρους τοῦ Ἰορδάνου*, Nehem. 3, 15 *ἄρχων μέρους* (hebr. פֶּלֶךְ tractus) *τῆς Μασφά*. Exod. 16, 35 (*κατὰ μέρος*, versus, Ezech. 48, 1.) — 3) *res, causa, ratio*, ita ut *περιφράζῃ* subiectum et fere redundet. Sic *τοῦτο τὸ μέρος*, haec res, i. q. *τοῦτο*, Act. 19, 27. Polyb. 1, 20. 8 et 10.) *Ἐν τούτῳ τῷ μέρει*, hac in re, i. q. *ἐν τούτῳ*, 2 Cor. 3, 10. 9, 3. 1 Petr. 4, 16. — *Ἐν μέρει ἑορτῆς*, ob festum, Coloss. 2, 16. (Sic Neh. 7, 70 *ἀπὸ μέρους* (nostrum: von Seiten) *ἀρχηγῶν*, coll. v. 71 ubi simpliciter legitur *ἀπὸ ἀρχηγῶν*. Philo quod det. pot. inf. p. 156 *ἐν μέρει λόγου*. idem in Flacc. p. 989 *ἐν μέρει χάριτος*. Test. XII patr. p. 546 *ἐκ μερίδος κυρίου ἡ ζωή σου* pro *ἐκ κυρίου*.) — Denique notandae locutiones a) *ἀπὸ μέρους, ex parte*, Rom. 11, 25. 15, 15. 24. 2 Cor. 1, 14. — *aliqua ratione*, 2 Cor. 2, 5. — b) *μέρος τι, aliquam partem*, ex aliqua parte, 1 Cor. 11, 18. 1 Reg. 12, 31. — c) *ἐκ μέρους, singuli;* 1 Cor. 12, 27 *μέλη ἐκ μέρους* membra corporis Christi estis singuli. — ex parte i. e. *imperfecte*, 1 Cor. 13, 9. 10. 12. — d) *ἀνὰ μέρος*, per partes, *alternatim*, 1 Cor. 14, 27. — e) *κατὰ μέρος λέγειν, de singulis* (per partes) *loqui*, Hebr. 9, 5. (2 Macc. 2, 30 *ἐν τοῖς κατὰ μέρος*, in singulis. ib. 15, 33. Polyb. 1, 4. 6 *οἱ κατὰ μέρος γράφοντες τὰς ἱστορίας*.) *.

Μεσημβρία, ας, ἡ, (pro *μεσημερία*, ex *μέσος* et *ἡμέρα*) *meridies;* i. e. a) diei tempus, media dies, Act. 22, 6. — LXX pro צָהֳרַיִם 2 Sam. 4, 5. 1 Reg. 18, 29. Iob. 11, 17. coll. Gen. 18, 1. — b) plaga meridionalis, Act. 8, 26. (Ioseph. ant. 4, 5. 2. Ibid. 3, 6. 7.) *.

Μεσίας, ου, ὁ, *Messias*, sic in codd. Io. 1, 42. 4, 25 pro *Μεσσίας*. Solent LXX pro שׁ reddere per simplex sigma, ut 2 Sam. 2, 5. 8. 1 Reg. 1, 3. 2, 17.

Μεσιτεύω, aor. 1. *ἐμεσίτευσα*, (a *μεσίτης*) 1) *μεσίτης*

sum, mediatorem ago inter duas partes; Ioseph. ant. 16, 4, 3 arbiter sum inter disceptantes; ib. 7, 8. 5 deprecatorem ago pro altero. — 2) *sponsor sum, spondeo,* quum etiam sponsor mediatorem agat inter duas partes. Hebr. 6, 17 ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, spopondit, intercessit iureiurando. (Sic μεσίτης sponsor, Bürge, Ioseph. ant. 4, 6. 7 ταῦτα ὀμνύντες ἔλεγον καὶ θεὸν μεσίτην ὧν ὑπισχνοῦντο ποιούμενοι.) *.

Μεσίτης, ου, ὁ, (a μέσος) qui medius est, intervenit inter duos, *interventor, mediator;* Gal. 3, 19, 20 de Mose. — reconciliator pacis; sic Christus τῆς καινῆς διαθήκης dicitur μεσίτης, i. e. qui novum gratiae foedus condidit, nimirum eo quod sponsorem morte sua se interposuit inter Deum et homines, Hebr. 8, 6. 9, 15. 12, 24. coll. c. 7, 22 ubi διαθήκης ἔγγυος dicitur. Suidas: μεσίτης· ὁ εἰρηνοποιός. (Iob. 9, 33. coll. Μεσιτεύω.) **.

Μεσονύκτιον, ίου, τό, (neutrum a μεσονύκτιος, [Pind. Ist. 7, 6 μεσονύκτιον θεόν] ex μέσος et νύξ) *media nox,* LXX חֲצִי לַיְלָה, — μεσονυκτίου, media nocte, Marc. 13, 35 (secunda vigilia). Luc. 11, 5. Κατὰ τὸ μεσονύκτ. circa mediam noctem, Act. 16, 25. Μέχρι μεσον. in mediam noctem, Act. 20, 7. (Iudic. 16, 3. Ruth. 3, 8. Ps. 119, 62. Ies. 59, 10. Esse hanc formam recentioris aevi, docuit *Lobeck.* ad Phryn. p. 53.) *.

Μεσοποταμία, ας, ἡ, *Mesopotamia,* regio Asiae inter fluvios Tigridem et Euphratem, quam a septentrione Taurus mons, a meridie mare persicum terminabant (hodie *Diarbecha*); Hebraeis dicebatur אֲרַם נַהֲרַיִם, Syria duorum fluviorum, Gen. 24, 10. et פַּדַּן אֲרָם, planities Syriae, quia plana erat regio et pascuis apta, Gen. 25, 20. 28, 2. — Act. 2, 9. — Etiam sensu latiori dicebatur, ita ut cum Chaldaea fere conveniret. Sic Act. 7, 2. cf. Gen. 11, 31. (Similiter Ioseph. ant. 1, 19. 1. Ἀβραμὸν τε γὰρ ἐγὼ ἐκ τῆς Μεσοποταμίας ἤγαγον. et ibid. cap. 7, 1. Abrahamum emigrasse dicit Χαλδαίων τε καὶ τῶν ἄλλων Μεσοποταμιτῶν στασιασάντων πρὸς αὐτόν.)

Μέσος, η, ον, (a praepos. μετά, ut nostrum *mitten* a *mit*) 1) *medius;* μέσης νυκτός, media nocte, Matth. 25, 6. (1 Reg. 3, 20. Exod. 11, 4) ἡμέρας μέσης, media die, Act. 26, 13. (3 Esdr. 9, 41.) — Cum verbis, ut Latinor. *medius,* pro *in medio;* Io. 1, 26 μέσος ὑμῶν ἕστηκε. c. 19, 18. Act. 1, 18 μέσος ἐλάκησε. Luc. 23, 45 ἐσχίσθη μέσον. (Gen. 15, 10 διεῖλεν αὐτὰ μέσα. Hom. Iliad. 8, 68 μέσον οὐρανόν. Ioseph. de bell. 3, 8. 1 μέσον ἑαυτὸν ἐκκλέπτει τῶν πολεμίων. Id. ant. 6, 7. 3 οὗτοι ἐν τῇ χώρᾳ μέσοι κατῴκηνται.) — 2) Τὸ μέσον, substantive: *medium,* media pars loci, medium multitudinis, concionis, ubi respondet in versione LXX hebr. קֶרֶב et תָּוֶךְ; a) sine praepositione, adverbialiter: Matth. 14, 24 μέσον (intell. ὄν) τῆς θαλάσσης (coll. Marc. 6, 47) de quo genitivo vid. *Rostii* Gramm. p. 522 sq. — b) cum praepositione, et quidem ἀνὰ μέσον, *medius inter, inter,* quum de rebus et loco, Matth. 13, 25. Marc. 7, 31. Apoc. 7, 17. tum de hominibus 1 Cor. 6, 5. LXX pro בֵּין 1 Reg. 5, 12. (hebr. v. 10.) Ezech. 47, 16. Iud. 15, 4. et בְּתוֹךְ Exod. 26, 28. — διὰ μέσου, *per medium:* Luc. 4, 30 διὰ μέσου αὐτῶν, per medios adversarios. [Io. 8, 59.] Luc. 17, 11. (Amos. 5, 17. Ier. 37, 4. coll. Ezech. 9, 4.) — εἰς τὸ μέσον, sive εἰς μέσον, *in medium,* Marc. 3, 3. 14, 60. Luc. 4, 35. 5, 19. 6, 8. Io. 20, 19. LXX pro אֶל תּוֹךְ Exod. 14, 23. Ios. 4, 5. Ier. 21, 4. בְּתוֹךְ Exod. 11, 4. 24, 18. — ἐκ μέσου, *e medio, e societate,* Matth. 13, 49. Act. 17, 33. 23, 10. 1 Cor. 5, 2. 2 Cor. 6, 17., LXX pro מִקֶּרֶב Exod. 31, 14. Num. 14, 44. מִתּוֹךְ Gen. 19, 29 ἐκ μέσου τῆς καταστροφῆς. — αἴρειν ἐκ μέσου, Col. 2, 14. (Ies. 57, 2. Thren. 1, 15) et ἐκ μέσου γίνεσθαι, 2 Thess. 2, 7 Latinorum *e medio tollere, tolli.* — ἐν μέσῳ, *in medio,* i. e. in media parte, Io. 8, 3. 9. Apoc. 4, 6. 5, 6. 22, 2. — *medius inter,* Matth. 14, 6 ἐν τῷ μέσῳ (αὐτῶν) i. e. coram Herode et convivis. (Ioseph. ant. 2, 15. 5 στὰς ἐν μέσοις.) Matth. 18, 2. Marc. 9, 36. Luc. 24, 36. Act. 4, 7. — *inter* Matth. 10, 16. Luc. 8, 7. 10, 3. Act. 2, 22. 1 Thess. 2, 7. — de loco *intra, in,* Luc. 21, 21. 22, 55. Apoc. 1, 13. 2, 1. [2, 7.] — *in societate,* vel *in* simpliciter, ubi de societate sermo est; Luc. 2, 46. 22, 27. Act. 1, 15. 17, 22. 27, 21. Phil. 2, 15. Hebr. 2, 12. — εἶναι ἐν μέσῳ αὐτῶν, iis adesse; sensus: eos adiuvare, Matth. 18, 20. (LXX pro בֵּין Ezech. 19, 2. עִם 1 Chron. 9, 38. בְּקֶרֶב Deut. 29, 11. Iud. 1, 30. Theocrit. Idyll. 21, 17.) — κατὰ μέσον τῆς νυκτός, circa mediam noctem, Act. 27, 27. *.

Μεσότοιχον, ου, τό, (a μέσος et τοῖχος) *paries intergerinus* (Scheidemauer); Eph. 2, 14 τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, destruens parietem intergerinum separationis, i. e. quo separantur gentiles a Iudaeis. Videtur utique Paulus respexisse ad murum lapideum, qui tanquam septum circumdabat sanctum templi Herodis, illudque ab atriis externis, quae etiam gentilibus adire licitum fuit, separabat, cuius columnis inscriptum erat literis et graecis et latinis: nemini non iudaeo (ἀλλοφύλῳ) licere in sanctum intrare. Vid. Ioseph. ant. 15, 11. 5. et de bell. 5, 5. 2. Conf. etiam Apoc. 21, 27. Sensus igitur est: septum, quod arcebat gentes a Deo eiusque gratia, diruit, i. e. gentes aeque ac Iudaeis participes fecit Dei gratiae et salutis speratae. Caeterum μεσότοιχον de eadem re habet Ignat. ad Trall. §. 9 ἴσχυσε τὸν ἀπ' αἰῶνος φραγμὸν, καὶ τὸ μεσότοιχον αὐτοῦ ἔλυσε. Clem. Alex. strom. 6, 13; legitur etiam apud Athenaeum lib. 7. p. 281. ed. Casaub. et in Glossis Hesych. sub κατῆλιψ. Zonaras et ex eo Phavorinus interpretantur: τὸ διάφραγμα. *.

Μεσουράνημα, τος, τό, (ex μέσος et οὐρανός) *medium coelum.* Profani de loco coeli altissimo, quem sol hora meridiana occupat, et de circulo meridiano. In N. T. ter, ubi ἐν μεσουρανήματι simpliciter est pro ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ, Apoc. 8, 13. 14, 6. 19, 17.

Μεσόω, ῶ, (a μέσος) *medius, dimidius sum,* halb sein, (a μέσος) Io. 7, 14 τῆς ἑορτῆς μεσούσης. (LXX Exod. 12, 29 μεσούσης τῆς νυκτός. Neh. 8, 5 ἕως μεσούσης τῆς ἡμέρας. Ioseph. ant. 5, 4. 2.) *.

Μεσσίας, ου, ὁ, *Messias,* hebr. מָשִׁיחַ proprie unctus, deinde rex, et sic κατ' ἐξοχήν dicebatur Iudaeis proles Davidis, Messias, quem regem et populi vindicem fore expectabant; graecum Χριστός. Bis Io. 1, 42. 4, 25.

Μεστός, ή, όν, *plenus, refertus,* seq. genitivo rei; a) proprie Io. 19, 29. 21, 11. Iac. 3, 8. LXX pro מָלֵא Ezech. 37, 1. Nah. 1, 10. — b) tropice Rom. 1, 29. 15, 14. Iac. 3, 17. 2 Petr. 2, 14. (Addit. Esth. c. 4 χαρίτων μεστός.)

Μεστόω, ῶ, part. perf. pass. μεμεστωμένος, (a μεστός) *impleo,* Act. 2, 13 γλεύκους μεμεστωμένοι, musto pleni. (3 Macc. 5, 1. 10 πεπληρωμένους τοῦ οἴνου καὶ τοῦ λιβάνου μεμεστωμένους.) Hesych. μεμεστωμένοι· πεπληρωμένοι. **.

Μετά, praeposit. (LXX maxime pro אַחַר, אַחֲרֵי, עַל־יַד, עִם, אֵת, מִקֵּץ), cui inest notio *coniunctionis, societatis, communitatis,* Latinorum *inter, cum,* nostrum *unter, mit.* Genitivo iuncta indicat coniunctionem eorum, quae *simul* et *una* sunt, et pari quasi passu copulantur; accusativo iuncta dicitur de coniunctione eorum, quae *subsequuntur,* quum tempore tum loco. (In Iacobi et Iudae epistolis non legitur.)

I. *Genitivo* iunctum, dicitur 1) μετά τινος, cum nominibus *personarum,* ubi refertur a) ad *societatem,* sortem, numerum, et est: *inter, in societate, cum;* Matth. 24, 51 τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν. Luc. 12, 46. Io. 13, 8. Act. 1, 26. — Matth. 26, 58 ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν. Marc. 14, 54. — Marc. 15, 28. et Luc. 12, 46 ἐλογίσθη μετὰ ἀνόμων, (ex Ies. 43, 12 ubi LXX ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη.) Luc. 15, 30 μετὰ πορνῶν, in societate meretricum. c. 24, 5 τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν, in societate mortuorum, inter mortuos. (Gen. 49, 29 θάψετέ με μετὰ τῶν πατέρων μου. 2 Reg. 12, 21. 13, 9. 13.) — Io. 6, 43 γογγύζειν μετ' ἀλλήλων. c. 3, 5. 16, 19 ζητεῖν μετ' ἀλλήλων. 1 Cor. 6, 7 ἔχειν κρίματα μεθ' ἑαυτῶν. (Iob. 40, 2.) Apoc. 21, 3 ἡ σκηνὴ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων. 1 Io. 4, 17 ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, amor inter nos, i. e. mutuus amor. — b) ad *comitatum,* ubi est *cum; mit;* Matth. 5, 41 ὕπαγε μετ' αὐτοῦ. c. 16, 27 ἔρχεσθαι μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, in comitatu angelorum sibi subiectorum. c. 20, 20. 26, 36. Marc. 1, 29. 11, 11. Luc. 14, 31. — Παραλαμβάνειν τινα μεθ' ἑαυτοῦ, sibi socium, comitem aliquem adiungere, Matth. 12, 45. 18, 16. Marc. 14, 7. 33. — Matth. 25, 31 οὐκ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν (secum) ἔλαιον. — ἔχειν μεθ' ἑαυτοῦ, secum ducere s. habere, Matth. 15, 30. 26, 11. Marc. 8, 14. Io. 12, 8. 2 Tim. 4, 11. — ἀκολουθεῖν μετά τινος, Luc. 9, 49. Apoc. 6, 8. 4, 13. vid. ἀκολουθέω. — Act. 7, 45 μετὰ Ἰησοῦ, comite, i. e. duce Iosua. Hebr. 13, 23 μεθ' οὗ, quo comite. Apoc. 14, 1. (2 Chron. 17, 14—18. 25, 7.) — *una cum,* nostrum *nebst,* de iis, qui

τέκνα, hebr. עָצַב.) ib. v. 22. Rom. 9, 2. 2 Cor. 2, 1 ἐλθεῖν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς, aegro animo, i. e. ita ut offensum, aegrum animum meum vobis significem; sensus: inveham in vos. 2 Cor. 2, 3. 7. 7, 10. 9, 7 ἐκ λύπης, aegro i. e. invito animo. (Sir. 18, 15 ἐν πάσῃ δόσει μὴ λύπην λόγων. 37, 2. Ion. 4, 1.) Phil. 2, 27. Hebr. 12, 11. (Gen. 42, 38. Ies. 50, 11.) — 1 Petr. 2, 19 λῦπαι, dolores. (Gen. 3, 17. Prov. 31, (in graeco cod. c. 21) 6. 15, 13.) *.

Λυσανίας, ίου, ὁ, *Lysanias*, Luc. 3, 1. vid. Ἀβιλήνη.

Λυσίας, ου, ὁ, *Lysias*, Claudius Lysias, nomen chiliarchi cuiusdam romani, Hierosolymis versantis. Act. 23, 26. 24, 7. 22. *.

Λύσις, εως, ἡ, (a λύω) *solutio, dissolutio; — liberatio*. In N. T. semel 1 Cor. 7, 27 de *divortio*, sive dissolutione vinculi matrimonialis. (Test. XII patr. p. 536 λύσις τοῦ φθόνου, liberatio ab invidia. Polyb. 15, 15. 4 λύσις τῶν ἐνεστότων κακῶν. Ioseph. ant. 9, 4. 4. — In V. T. de solutione s. interpretatione Eccles. 7, 30. Sap. 8, 8.) *.

Λυσιτελέω, ῶ, (a λυσιτελής, utilis, quod ex λύω et τέλος, sumptus, unde proprie: reddo sumptus, ich bezahle die aufgewendeten Kosten;) — *prosum, utilis sum, conduco*. — Impersonaliter λυσιτελεῖ, *conducit, prodest*, seq. dativo commodi; semel Luc. 17, 2 λυσιτελεῖ αὐτῷ intell. μᾶλλον, ut legitur Tob. 3, 6. Sir. 28, 11. (Ioseph. ant. 15, 5. 1 Cleopatra ἡγουμένη λυσιτελεῖν αὐτῇ.)

Λύστρα, ας, ἡ, et *Λύστρα*, ων, τά, *Lystra, orum*, urbs Lycaoniae (Plin. 5, 32. sed secundum Ptolemaeum 5, 4 Isauriae), nunc *Latik*. (vid. *Winert* bibl. Realw. s. h. v.) Act. 14, 6. 8. 21. 16, 1. 2. 2 Tim. 3, 11.

Λύτρον, ου, τό, (a λύω) *pretium redemtionis*, pretium quod solvitur pro redimenda vita, Exod. 21, 30. Num. 35, 31. 32. — pro redimendis captivis, Ies. 45, 13. (Ioseph. ant. 14, 14. 1 λύτρον ὑπέρ τινος. — pro servis, Lev. 19, 20. — ad placandum Deum, Exod. 30, 12. LXX pro כֹּפֶר, מְחִיר, פִּדְיוֹן.) — In N. T. bis: Matth. 20, 28. Marc. 10, 45 δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν, vitam suam offerre in pretium redemtionis hominum a morte. (Sic 4 Macc. 6, 29 ἀντίψυχον λάβε τὴν ἐμὴν ψυχήν. et ibid. 17, 22 qui pro lege patria mortem passi sunt, dicuntur ἀντίψυχον τῆς τοῦ ἔθνους ἁμαρτίας facti esse. Act. Thom. §. 47 λύτρον αἰωνίων παραπτωμάτων.)

Λυτρόω, ῶ, (a λύτρον) — LXX pro גָּאַל, פָּדָה, pretio accepto dimitto, Num. 18, 15. 17. Dan. 4, 24. Λυτρόομαι, med. *redimo, pretio dato libero*, etiam *libero* simpliciter; Luc. 24, 21 λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ, scil. a potestate inimicorum, hic Romanorum. (Ies. 44, 22 — 24. 1 Macc. 4, 11. Ps. Sal. 8, 36. 9, 1.) Tit. 2, 14 ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας. (Ps. 130, 8 ἐκ τῶν ἀνομιῶν. sequente ἀπό etiam Ps. 32, 7 et 119, 134. Act. Thom. §. 15 λυτρωσάμενός με ἀπὸ τῆς πτώσεως. §. 45 ἀπὸ τῆς πλάνης.) — Aor. 1. pass. ἐλυτρώθην, *redemtus sum* (Lev. 25, 30 et fut. 1. pass. Lev. 27, 33. Ies. 52, 3. Num. 18, 15), *liberatus sum*, 1 Petr. 1, 18 ἐλυτρώθητε ἐκ. (Hos. 13, 14 ἐκ θανάτου. Deut. 13, 5. 2 Sam. 7, 23.) *.

Λύτρωσις, εως, ἡ, (a λυτρόω) propr. *redemtio soluto pretio* (Lev. 25, 48 גְּאֻלָּה). Hebr. 9, 12 αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, redemtionem in aeternum valentem morte sua effecit. — *liberatio, vindicatio*, Luc. 1, 68. 2, 38 πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ, omnibus Hierosolymitanis, qui desiderabant populi vindicationem; nisi ἐν Ἱερουσ. est: Hierosolymis efficiendam. — LXX פְּדוּת Ps. 111, 8. 130, 7.

Λυτρωτής, οῦ, ὁ, (a λυτρόω) — LXX pro גֹּאֵל et גְּאֻלָּה — redemtor; *vindex*, Act. 7, 35. — (Ps. 19, 15. 78, 35 ὁ θεὸς λυτρωτὴς αὐτῶν ἐστι. Lev. 25, 31. 32. Act. Thom. §. 10. 57. Const. apost. 4, 6 Χριστὸς, λυτρωτὴς τῶν ψυχῶν.) *.

Λυχνία, ας, ἡ, *lychnuchus, candelabrum*, apud recentiores scriptores pro antiquiore λυχνίον. (vid. Phryn. p. 313. Pollux. onom. 10, 26 καὶ λυχνίον μὲν, ἐφ' οὗ ἐντίθεται ὁ λύχνος, ἡ καλουμένη λυχνία. Sir. 26, 17 λύχνος ἐκλάμπων ἐπὶ λυχνίας ἁγίας.) — Matth. 5, 15. Luc. 8, 16. 11, 33. — Candelabrum sacrum in templo, Hebr. 9, 2. LXX pro hebr. מְנוֹרָה, Exod. 25, 31 — 35. Lev. 24, 4. 1 Chron. 28, 15. Ioseph. ant. 3, 8. 2. ibid. 3, 6. 7. — septem candelabra (Exod. 25, 37) in coelis, imago septem ecclesiarum nobilissimarum, Apoc. 1, 12. 13. 20. 2, 1. 5. — imago prophetarum divinorum, Apoc. 11, 4. (mulieris probae, Sir. 26, 17.) *.

Λύχνος, ου, ὁ, *candela* candelabro imponenda, *lychnus*, — LXX pro נֵר — Matth. 5, 15. Marc. 4, 21. Luc. 8, 16. 11, 33. 12, 35. 15, 8. Apoc. 22, 5. Exod. 25, 37. 27, 20. Lev. 24, 4. Ioseph. ant. 3, 6. 7. — Oculus dicitur ὁ λύχνος τοῦ σώματος, candela corpori quasi imposita, qua videmus, qua totus homo collustratur. Unde λύχνος saepius pro vita, felicitate, v. c. 2 Sam. 21, 17. Iob. 21, 17. Prov. 31, 18. — *fax, taeda*, Luc. 12, 35. Apoc. 18, 23. — tropice, de doctore: large spargens lumina cognitionis, Io. 5, 35. de Messia Apoc. 21, 23. — de doctrina ipsa 2 Petr. 1, 19. (Ps. 119, 105 λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου. Prov. 6, 23.) *.

Λύω, aor. 1. ἔλυσα, perf. λέλυκα, perf. pass. λέλυμαι, aor. 1. pass. ἐλύθην, fut. 1. λυθήσομαι, 1) *solvo, dissolvo id, quod ligatum s. alligatum est*; a) propr. alligata animalia, Matth. 21, 2. Marc. 11, 2. 4. 5. Luc. 13, 15 λύω τὸν βοῦν ἀπὸ τῆς φάτνης. (λύειν ἀπό, Ies. 5, 27. Ier. 40, 4.) — homines vinctos, Io. 11, 44. Act. 22, 30. Apoc. 9, 14. 15. (Act. Thom. §. 45.) — ligamenta pedum, Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. Io. 1, 27. Act. 7, 33. 13, 25. (Exod. 3, 5. Ios. 5, 15 pro נָשַׁל, exuere.) — b) tropice: vincula linguae, Marc. 7, 35. morbi, Luc. 13, 16. mortis, Act. 2, 24 λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου (Iob. 39, 2). matrimonii, 1 Cor. 7, 27. — (LXX pro פָּתַח Gen. 42, 27. Iob. 39, 5. Ies. 58, 6.) — Ex adiuncto, de captivo: *liberum dimitto*, [Act. 24, 26.] Apoc. 20, 3. 7 λυθήσεται ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ. (LXX pro הִתִּיר Ps. 105, 20. 146, 7. Dan. 5, 12.) — 2) *dissolvo*, i. e. *solvo interna rei vincula, partes invicem nexas dissolvo*; a) proprie: sigilla libri, Apoc. 5, 2. 5. — (unde λύειν τὸν νόμον, 3 Esdr. 9, 46 *evolvere* volumen legis; in textu hebr. Neh. 8, 5 פָּתַח, LXX ἤνοιξεν.) — de igne, res dissolvente, 2 Petr. 3, 10 — 12. — Act. 27, 41 ἐλύετο, dissolvebatur, es ging auseinander. — b) tropice: α) solvere aliquid iudicio, ut nostrum: eine Aufgabe, ein Räthsel lösen, *explico, interpretor*, Matth. 5, 19 λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους. Ioseph. c. Apion. 1. §. 17 λύειν προβλήματα. id. ant. 8, 6. 5 λῦσαι τὸ ἄπορον. 5, 8. 6 λύειν λόγον, ein Räthsel lösen. (λύσις, interpretatio, Cohel. 7, 30. Sap. 8, 8.) — β) vincula societatis dissolvo, *dimitto*, Act. 13, 43 λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, dimissa synagoga. (Ioseph. ant. 14, 14. 5 λυθείσης τῆς βουλῆς. Diod. Sic. 19, 25 τότε μὲν ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν.) — *missum facio, dissolvo a societate*, Matth. 16, 19. 18, 18. vid. Δέω. Est enim, ut e Matth. 18, 15 — 17 patet, de eo sermo, qui propter delicta habendus est ὥσπερ ἐθνικὸς καὶ τελώνης, i. e. a societate remotus, quam eiiciendi e societate christiana potestatem servator v. 18 tradidit apostolis. Eodem fere modo 3 Esdr. 9, 13 λῦσαι τὴν ὀργὴν κυρίου ἀφ' ἡμῶν, avertere poenas Dei, hebr. הָשִׁיב, seq. מִן, ut est in textu hebr. Esdr. 10, 14 ubi LXX ἀποστρέψαι ὀργὴν ἐξ ἡμῶν. (Alii de *condonatione peccatorum*, ut Ies. 40, 2 λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία (hebr. רָצָה). Sir. 28, 2 αἱ ἁμαρτίαι σου λυθήσονται, ubi λύεσθαι est destrui, solvi ita, ut non sit amplius. Origen. de orat. §. 28 λυομένης τῆς πρὸς θάνατον ἁμαρτίας.) — Ex adiuncto — 3) *destruo, diruo*, a) proprie: de aedificiis, Io. 2, 19 λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον. Eph. 2, 14. (3 Esdr. 1, 55 ἔλυσαν τὰ τείχη. hebr. נָתַץ 2 Chron. 36, 19 ubi LXX κατέσκαψε. Test. XII patr. p. 629 ὅριον λύειν.) — b) tropice: *irritum facio, auctoritate, vi sua privo, omnem vim adimo, aboleo*; sic in N. T. non nisi in Ioannis scriptis; Io. 5, 18 ἔλυε τὸ σάββατον. 7, 23 ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος, lex de circumcidendis pueris octavo die. 10, 35 οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή. 1 Io. 3, 8 λυ. τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου. (cf. Ioseph. ant. 6, 14. 6 μεθύοντας καὶ λελυμένους ὑπὸ τοῦ οἴνου. Test. XII patr. p. 648 ἵνα λυθῶσι δύο σκῆπτρα ἐν Ἰσραήλ., ut delerentur duae tribus populi Israelitarum.) *.

Λωΐς, ΐδος, ἡ, *Lois*, matrona christiana, avia Timothei; 2 Tim. 1, 5.

Λώτ, ὁ, *Lot*, hebr. לוֹט, nom. propr. indecl. viri, qui fuit filius τοῦ Haran, fratris Abrahami, de quo vid. Gen. 11, 31. 13, 1 sqq. 14, 12 sqq. c. 19. Deut. 2, 9. — In N. T. Luc. 17, 28 sq. 2 Petr. 2, 7.

M.

Μαάθ, ὁ, *Maath*, nom. pr. indecl. viri, qui commemoratur Luc. 3, 26.

Μαγδαλά, ἡ, *Magdala*, castellum in tribu Isaschar in regione Gadarenorum, non procul a Gamala et Capernaum, ad littus occidentale maris Galilaei situm; hebr. מִגְדָּל, chald. מִגְדְּלָא. Matth. 15, 39 ubi autem alii codices habent *Μαγαδάν*, alii *Μαγεδάν*. Syrus interpres legit *Μαγοδοῦ*. Ioseph. vit. §. 24 commemoratur *Μάγδαλα* castellum, sed *Haverkamptus* e cod. reposuit *Γάμαλα*. (Urbem Iudaeae *Μαγεδδώ* commemorat Ioseph. ant. 9, 6. 3 et *Μαγεδώ* ib. 8, 6. 1.)

Μαγδαληνή, ῆς, ἡ, *Magdala oriunda*, *Magdalensis*, *Magdalena*, nomen patronymicum Mariae; Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. 16, 1. 9. Luc. 8, 2. 24, 10. Io. 19, 25. 20, 1. 18. cf. *Μαρία*. *.

Μαγεδών, codd. Apoc. 16, 16 pro *Ἀρμαγεδών* quod vid.

Μαγεία, ας, ἡ, (a *μάγος*) *magia*; (Ignat. epist. ad Ephes. §. 19.) — plur. *μαγεῖαι*, *artes magicae*, *praestigiae*; Act. 8, 11. (Ioseph. ant. 2, 13. 3 *τερατουργίαις καὶ μαγείαις καταπλήξειν*.) *.

Μαγεύω, (a *μάγος*) *magus sum*; *magicas artes exerceo*; Act. 8, 9. Hesych. *μαγεύειν· γοητεύειν*. (*μαγικὴ τέχνη*, Sap. 17, 7.)

Μάγος, ου, ὁ, *magus*. Sic dicebantur 1) philosophi et sacerdotes Persarum, rerum, ut putabantur, divinarum et naturae gnari, cultum Dei administrantes, in magna dignitate constituti, regibus Persarum a consiliis. (Iustin. 1, 9. 7 et 12, 13. 3. Ioseph. ant. 11, 3. 1 *τῶν Μάγων, οἱ μετὰ τὸν Καμβύσου θάνατον τὴν Περσῶν ἀρχὴν ἐνιαυτῷ κατέσχον*. Xenoph. Cyrop. 4, 5. 16. Cicer. de divin. 1, 23. Strabo 1, 43.) Habebant Chaldaei Magos, in diversis urbibus habitantes et in classes dispertitos. Cuidam eorum ordini praefectus fuit Daniel; cf. Dan. 2, 14. 48. vid. omnino Ier. 39, 3. 50, 35. Ies. 44, 25. 47, 13. Dan. 2, 12. 18. 24. 27. 4, 3. 15. 5, 7. 8. — LXX in libro Danielis pro אַשָּׁף, Naturkundige, Zauberer, c. 1, 20. 2, 2. 27. 4, 4. 5, 7. 11. 15. In N. T. commemorantur Matth. 2, 1 sqq. *Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν*, qui utrum fuerint e Persia an ex Mesopotamia vel Arabia, disputarunt interpretes. — 2) *praestigiator*, *incantator* (Act. Thom. §. 20), *veneficus*, *decocta magica parans*; Act. 13, 6. 8. coll. Test. XII patr. p. 528 „mulier *καὶ μάγους παρεκάλεσε καὶ φάρμακα* (Liebestränke, philtra) *αὐτῷ προσήνεγκε*. Hoc sensu etiam Rabbini hoc vocabulum adoptarunt, qui אַמְגּוֹשׁ et אַמְגּוֹשָׁה dicunt praestigiatorem, incantatorem. *.

Μαγώγ, ὁ, *Magog*, מָגוֹג, natio, quae Gen. 10 commemoratur, de qua Ioseph. ant. 1, 6. 1 habet: *Μαγώγης δὲ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ Μαγώγας ὀνομασθέντας ᾤκισε, Σκύθας δὲ ὑπ' αὐτῶν προσαγορευομένους*. Videtur igitur nomen collectivum fuisse, quo gentes septentrionales remotissimae comprehendebantur. Apoc. 20, 8. vid. *Γώγ*.

Μαδιάμ, ἡ, hebr. מִדְיָן, *Madian*, nom. propr. terrae Midianitarum in Arabia petraea (Exod. 2, 15. 16), quae nomen traxit a *Μαδιάμ*, filio Abrahami ex Ketura. (Gen. 25, 1. 2. Num. 31. Iudith. 2, 26. Ioseph. ant. 2, 11. 1 *εἰς πόλιν Μαδιηνὴν, πρὸς τῇ μὲν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ κειμένην, ἐπώνυμον δὲ ἑνὸς τῶν Ἀβράμῳ γενομένων ἐκ Κετούρας υἱῶν*.) — Semel Act. 7, 29.

Μαζός, οῦ, ὁ, *mamma*, propr. foeminea (Hom. Od. 19, 483. Iliad. 24, 58), etiam mamilla virorum (Hom. Iliad. 4, 123); semel Apoc. 1, 13 ubi quidam codd. *μαζοῖς* pro *μαστοῖς* habent.

Μαθητεύω, aor. 1. *ἐμαθήτευσα*; partic. aor. 1. pass. *μαθητευθείς*, (a *μαθητής*) apud profanos *intransitive* seq. dativo: *discipulus sum alicuius*; (Phavor. *μαθητεύω· ἀντὶ τοῦ μαθητής εἰμι*.) Matth. 27, 57 *ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ*, discipulus fuit Iesu; (Io. 19, 38 *ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ*. Plutarch. vid. 10. Rhet. *ἐμαθήτευσε δ' αὐτῷ καὶ Θεόπομπος*. Iamblich. vit. Pythag. c. 23 *μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ νέοι*.) — Apud nostros scriptores etiam *transitive*: *discipulum facio*, Matth. 28, 19. Act. 14, 21. — Hinc passivum: *μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ*, Matth. 13, 52 est: qui discipulus factus est regni, vel: bene edoctus quod attinet ad regnum. (Nam lectio *εἰς τὴν βασιλ.* iure a *Griesb.* est reprobata.) — (In V. T. non legitur.) *.

Μαθητής, οῦ, ὁ, (a *μανθάνω*) 1) *discipulus*, qui alicuius doctrina et institutione utitur; Matth. 10, 24. 25. Luc. 6, 40. Io. 9, 28 ubi Pharisaei Mosis *μαθηταί* dicuntur. (Ioseph. c. Apion. 1. §. 2 „Pythagoras et Thales *Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενόμενοι μαθηταί*. ib. §. 22.) — In N. T. ita dicuntur discipuli Ioannis baptistae, Matth. 9, 14. Marc. 2, 18. Luc. 5, 33. Io. 3, 25. — Pharisaeorum Matth. 22, 16. — Iesu, Matth. 5, 1. Marc. 8, 27. Luc. 8, 9. Io. 3, 22. 6, 66. 7, 3. 19, 38 et saepissime. — Duodecim discipuli interioris admissionis, qui postea sunt apostoli dicti, Matth. 10, 1. 11, 1. 20, 17. Luc. 9, 1. — et septuaginta discipuli, Luc. 10, 1. 17. 23. — Quum Iesu discipuli post eius mortem valde augerentur et in societatem coirent, *μαθητής* sensu latiori est: *adsecla Christi*, *qui Christo nomen dedit*, *Christianus*; sic in Actis Apostolorum saepissime, ut Act. 6, 1. 2. ubi of *δώδεκα* et *τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν* distinguuntur; c. 11, 26 ubi *τοὺς μαθητάς* primo Antiochiae *Χριστιανούς* dictos esse commemoratur. Act. 21, 18 *τῶν μαθητῶν*, genitivus partitivus pro *τινὲς τῶν μαθητῶν*. — 2) ex adiuncto: qui mores alterius sequitur, *imitator*; sic videntur intelligenda esse loca Io. 13, 35 *ἐμοὶ μαθηταί ἐστε*, vos me imitari. c. 15, 8 *γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί*, ut meam pietatem, meum in Deum obsequium imitemini. (Antonin. 6, 30.) Neque alio sensu videtur Ioseph. ant. 6, 5. 4 Iosuam appellasse Mosis *μαθητήν*, i. e. qui idem imperii genus in Israelitas teneret. ib. ant. 1, 11. 3 Lotus dicitur *μαθητὴς τῆς Ἀβράμου χρηστότητος*. (In V. T. non legitur.)

Μαθήτρια, ας, ἡ, (fem. a *μαθητής*) discipula; — *adsecla Christi*, *Christiana* (vid. *Μαθητής*.) Act. 9, 36. (Diog. Laert. 4, 2. 8, 42. Diod. Sic. 2, 52.) *.

Μαθουσάλα, ὁ, hebr. מְתוּשֶׁלַח, *Methusala*, nom. pr. indecl. filii Henochi, de quo vid. Gen. 5, 21. — Luc. 3, 37.

Μαϊνάν, ὁ, *Mainan*, nom. pr. viri; Luc. 3, 31.

Μαίνομαι, *insanio*, *furo*, *deliro*, Act. 12, 15. 1 Cor. 14, 23. 2 Macc. 4, 4. — etiam de eo, qui a daemone agi putabatur, ita, ut sui non esset compos; sic Io. 10, 20 *δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται*. Act. 26, 24. 25. (Aelian. var. hist. 2, 44.) Ier. 29, 26. et Sap. 14, 28 *μαίνεσθαι* (hebr. שָׁגַע) et *προφητεύειν* iunguntur. *.

Μακαρίζω, fut. attic. *μακαριῶ* (a *μάκαρ* beatus) *beatum praedico*, LXX pro אִשֵּׁר, Luc. 1, 48 *μακαριοῦσί με*. cf. Gen. 30, 13. Iob. 29, 11. Cant. 6, 8. Sir. 11, 28. — *laudo*, *praedico* simpliciter, Iac. 5, 11. coll. Ies. 3, 12. 9, 16. Sir. 25, 7. *.

Μακάριος, ία, ιον, in oratione soluta, i. q. poeticum *μάκαρ*. — LXX hebr. אַשְׁרֵי, 1) *beatus*, *felix*, *beatus praedicandus*, Matth. 5, 3—11. 11, 6. 13, 16. 16, 17. Luc. 1, 45. 6, 20—23. 11, 27. Io. 13, 17. 20, 29. Act. 20, 35 *μακάριόν ἐστι μᾶλλον*, beatius est. Rom. 4, 7. — Deus dicitur *μακάριος*, 1 Tim. 1, 11. 6, 15. — Tim. 2, 13 *μακαρία ἐλπίς*, felicissima spes. (Origen. de precat. c. 25 *ἡ μακαρία τοῦ ἡγεμονικοῦ κατάστασις*.) Iac. 1, 12. 25. Apoc. 14, 13. 20, 6 et saepius. (Deut. 33, 29. 2 Chron. 9, 7. Iob. 5, 17. Dan. 12, 12.) — Act. 26, 2 *ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον*. — *Μακαριώτερος*, 1 Cor. 7, 40.

Μακαρισμός, οῦ, ὁ, (a *μακαρίζω*, perf. pass. *μεμακάρισμαι*) *praedicatio felicitatis*. Ter, Rom. 4, 6 *λέγει τὸν μακαρισμόν*, i. e. *μακαρίζει*. ib. v. 9 *ὁ μακαρισμὸς οὗτος*, haec praedicatio, haec praedicationis verba. Gal. 4, 15 *τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν*, o quantae tum apud vos congratulationes! — In V. T. non extat.

Μακεδονία, ας, ἡ, *Macedonia*, regio inter Thraciam, Thessaliam, Epirum, Illyridem sita, cuius reges Philippus et Alexander totam Graeciam subegerunt. 1 Macc. 8, 5. Temporibus apostolorum omnis Graecia in duas provincias, Achaiam et Macedoniam, divisa erat, vid. *Ἀχαΐα*. — In Macedoniae urbibus, potissimum Philippis et Thes-

salonicae, permulti nomen dederunt Christo, et Paulus eam provinciam saepius peragravit. Commemoratur Act. 16, 9 — 12. 18, 5. 19, 21 sq. 20, 1. 3. Rom. 15, 26. 1 Cor. 16, 5. 2 Cor. 1, 16. 2, 13. 7, 5. 8, 1. 11, 9. Phil. 4, 15. 1 Thess. 1, 7. 8. 4, 10. 1 Tim. 1, 3. [Tit. 3, 16.] *.

Μακεδών, ένος, ὁ, (a praeced.) *Macedo*. Act. 16, 9. 19, 29. 27, 2. 2 Cor. 9, 2. 4. *.

Μάκελλον, ου, τό, Latinor. *macellum, Victualienmarkt, Fleischmarkt*, quod putant e Latinor. lingua in graecam transiisse, quare etiam μακελλεῖον scribitur. Varro (de ling. latin. 4, 12) habet: „Forum olitorium. Hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. Ea loca etiamnum Lacedaemonii vocant μακελλώτας. Sed Iones ostia hortorum et castelli μακέλλους." Videtur igitur non adeo certum, utrum macellum graecae an latinae originis fuerit. Apud Dion. Cass. 61, 18 legitur de foro olitorio; Plutarcho (vid. *Kypk*. II. p. 219) τὰ κρεωπώλια μάκελλα καὶ μακέλλαι vocantur, nostrum Fleischbänke, hocque sensu semel 1 Cor. 10, 25.

Μακράν, (a μακρός) adverb. hebr. רָחוֹק, *procul, longe*, 1) *loci*; μακρὰν ἀπό, procul a, Matth. 8, 30. Io. 21, 8. (Exod. 33, 7. Iud. 18, 7. 28.) — μακρὰν ἔχων ἀπό, s. ἀπέχων, Luc. 7, 6. 15, 20. (Deut. 14, 24. Prov. 15, 29.) — εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε, Act. 22, 21. coll. Exod. 8, 28. Prov. 4, 24. — tropice: μακρὰν εἶναι, *alienum esse, remotum a* societate Christi, Marc. 12, 34. Eph. 2, 13. 17. De Deo: οὐ μακρὰν ὑπάρχων ab hominibus, Act. 17, 27. i. e. commercium ei est nobiscum, ita ut ille nos curet, a nobis autem facile cognosci possit. — (Prov. 13, 19 ἔργα ἀσεβῶν μακρὰν ἀπὸ γνώσεως. Ies. 46, 12 οἱ μακρὰν ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης. Ps. 119, 155 μακρὰν ἀπὸ ἁμαρτωλῶν σωτηρία. Act. Thom. §. 14. coll. Deut. 30, 11. Ps. 22, 1.) — 2) *temporis*; εἰς μακράν, in longum tempus; Act. 2, 39 οἱ εἰς μακράν, sera posteritas. (cf. 2 Sam. 7, 19 ubi εἰς μακράν idem est quod v. 16 ἕως αἰῶνος. Sir. 24, 32 ubi ἕως εἰς μακράν idem est q. v. 33 εἰς γενεὰς αἰώνων. Ioseph. ant. 6, 13. 2 οὐκ εἰς μακράν, brevi. Xenoph. Cyr. 5, 4. 21 οὐκ εἰς μακράν, propediem. Ezech. 12, 27 εἰς καιροὺς μακρούς. *.

Μακρόθεν, (a μακρός) adverb. *e longinquo, procul*, von weitem; Marc. 8, 3 μακρόθεν ἥκουσι. Luc. 18, 13 μακρόθεν ἑστώς. ib. 23, 49. 22, 54. coll. Prov. 25, 25. Ezech. 23, 40. Tob. 13, 11. — Ἀπὸ μακρόθεν (quae est vox seriorum scriptorum, vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 93. *Win*. Gramm. §. 54. p. 398) *e longinquo*; hebr. מֵרָחוֹק, Matth. 26, 58. 27, 55. Marc. 5, 6. 11, 13. 14, 54. 15, 40. Luc. 16, 23. Apoc. 18, 10. 15. 17. — LXX Ps. 38, 11. 138, 2. 6. Esdr. 3, 13. *.

Μακροθυμέω, ῶ, aor. 1. ἐμακροθύμησα, (a μακρόθυμος, patiens, lenis, ex μακρός et θυμός) opponitur τῷ ὀξυθυμεῖν, 1) *patiens, lenis sum*, i. e. animum, iram, aegritudinem compesco; 1 Cor. 13, 4. 1 Thess. 5, 14 μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. (Prov. 19, 11. Sir. 2, 4.) — *patienter exspecto*, Hebr. 6, 15. Iac. 5, 7. 8. (Iob. 7, 16.) — Matth. 18, 26. 29 μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, patientia utere erga me; sensus: moram concede mihi. (Sir. 29, 8.) — 2) *cunctor, moram facio, tardus sum*; Luc. 18, 7 καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, quanquam nunc in eorum commodum cunctatur, nimirum sumere poenas ab inimicis. (Lectio μακροθυμεῖ pro μακροθυμῶν, debetur interpretamento.) 2 Petr. 3, 9 μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, in nostrum commodum cunctatur, i. e. differt adventum suum. (Sir. 18, 11. 32, 18. 2 Macc. 6, 14.) *.

Μακροθυμία, ας, ἡ, (ab eodem) 1) *lenitas, patientia*, quae iram, animum compescit; 2 Cor. 6, 6. Gal. 5, 22. Col. 3, 12. 2 Tim. 3, 10. — poenas differt Rom. 2, 4. 9, 22. 1 Petr. 3, 20. — (LXX pro אֶרֶךְ אַפַּיִם, Ier. 15, 15. Prov. 25, 15. et μακρόθυμος, Ps. 86, 15. Neh. 9, 17. Sap. 15, 1.) — mala perfert, Col. 1, 11. Hebr. 6, 12. Iac. 5, 10. Sir. 1, 22. — homines patienter fert, Eph. 4, 2. 2 Tim. 4, 2. 1 Tim. 1, 16. — 2) *cunctatio*, 2 Petr. 3, 15 τὴν τοῦ κυρίου μακροθυμίαν. vid. Sir. 5, 11 γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει καὶ ἐν μακροθυμίᾳ (cunctanter, caute) φθέγγου ἀπόκρισιν. coll. Iac. 1, 19 βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. *.

Μακροθύμως, adv. *patienter*, Act. 26, 3. *.

Μακρός, ά, όν, *longus*; a) de loco: *longe remotus, dissitus*, Luc. 15, 12 χώρα μακρά. ib. 19, 12. Prov. 7, 19 ὁδὸν μακράν, hebr. מֵרָחוֹק. — b) de tempore: *longus, diu durans*, Prov. 28, 16 μακρὸν χρόνον ζήσεται. Sir. 10, 10 μακρὸν ἀῤῥώστημα. — Unde μακρά, quae diu durant, prolixa sunt; adverbialiter: *diu, prolixe*; μακρὰ προσεύχεσθαι, Matth. 23, 14. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. (Ioseph. ant. 6, 11. 10 μακρὰ ἠσπάζοντο καὶ δεδακρυμένα. Callimach. epigr. 56 οὐκ ἔτι μακρὰ λέγω. Hesych. μακρά· μεγάλα.) *.

Μακροχρόνιος, ον, (ex μακρός et χρόνος) *longaevus, vitae diuturnae*. Eph. 6, 3 ἵνα ἔσῃ μακροχρόνιος. — LXX Exod. 20, 12. et Deut. 5, 16 ἵνα μακροχρόνιος γένῃ, hebr. יַאֲרִכוּן יָמֶיךָ. — Deut. 17, 20 ὅπως ἂν μακροχρόνιος ᾖ. (Μακροχρονίζω, Deut. 32, 27.) *.

Μαλακία, ας, ἡ, (a μαλακός) 1) mollities, die Weichheit. — 2) mollities animi vel corporis, Weichlichkeit; ignavia, laborum impatientia, (Ioseph. ant. 4, 7. 3 μαλακία πρὸς τὸ πονεῖν. Philo de praem. et poen. p. 911 A. μαλακία τῆς ψυχῆς.) — 3) languor, Schwäche, (μαλακία ἐν τῇ ὁδῷ, Gen. 42, 4. 44, 29. — *aegritudo*, cum magno languore coniuncta; sic in N. T. Matth. 4, 23. 9, 35. 10, 1. — LXX pro חֳלִי, Deut. 7, 15. 28, 61. Ies. 38, 9. 2 Chron. 21, 18. 19 (μαλακίζεσθαι, aegrotare; Ies. 38, 1. 9. 39, 1. Dan. 8, 27. 2 Sam. 13, 5. Test. XII patr. p. 520. Ioseph. ant. 18, 6. 8.) Iustin. Mart. apol. 2. p. 72 θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν. *.

Μαλακός, ή, όν, 1) *mollis tactu*; μαλακὰ ἱμάτια, Matth. 11, 8. Luc. 7, 25 vestes molles et delicatae, confectae ex molliori materia, quam vestimenta Ioannis, qui indutus dicitur Matth. 3, 4 ἐνδύματι ἀπὸ τριχῶν καμήλου. (Homer. Odyss. 1, 437 μαλακὸν δ' ἔκδυνε χιτῶνα. Diog. Laert. Heracl. 5, 86 ἐσθῆτι μαλακῇ ἐχρῆτο. Ioseph. ant. 8, 3. 3.) — 2) *mollis moribus, animo, effeminatus*; 1 Cor. 6, 9 de *pathico, cinaedo*, qui corpus praebet ad scortandum. (Diog. Laert. 7, 5. 4. Philo de praem. et poen. p. 911 A. Origen. comment. in Matth. Tom. XIV, §. 10. Plura vid. in *Kypkii* obss. I. p. 60. II. p. 202. — LXX de verbis blandis Prov. 25, 15. 26, 22. — μαλακοψυχήσαντες 4 Macc. 6, 17.) *.

Μαλελεήλ, ὁ, hebr. מַהֲלַלְאֵל, (Deum laudans) *Maleleel*, nom. pr. indecl. filii Cainani, Luc. 3, 37.

Μάλιστα, (superlat. a μάλα valde) *maxime, inprimis, potissimum*; Act. 20, 38. 25, 26. 26, 3. Gal. 6, 10. Phil. 4, 22. 1 Tim. 4, 10. 5, 8. 17. 2 Tim. 4, 13. Tit. 1, 10. Philem. v. 16. 2 Petr. 2, 10. *.

Μᾶλλον, (comparativ. a μάλα valde) 1) auget et intendit notionem: *magis*; i. e. *mehr, inniger, stärker*, Matth. 6, 26 μᾶλλον διαφέρετε, i. e. praestantiores estis. Matth. 27, 24 μᾶλλον θόρυβος γίνεται, vehementior quam antea tumultus oritur. Marc. 5, 26 ἀλλὰ μᾶλλον sed magis. 14, 31 ἔλεγε μᾶλλον, magis i. e. vehementius affirmavit. Luc. 5, 15. Io. 5, 18 μᾶλλον ἐζήτουν, magis, studiosius quaerebant. c. 19, 8 μᾶλλον ἐφοβήθη, magis, vehementius ἐφοβ. Act. 9, 22. Act. 22, 2 μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν, multo etiam altius tenebant silentium. 2 Cor. 7, 7. v. 13 περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν, multo magis etiam etc. Phil. 1, 12. 3, 4. 1 Thess. 4, 1. 10. — α) cum adiectivo in gradu positivo verti potest per eiusdem comparativum, ut καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον, melius est, conducit ei magis, Marc. 9, 42. 1 Cor. 9, 15. — Act. 20, 35 μακάριόν ἐστι μᾶλλον, felicius est. Gal. 4, 27 πολλὰ — μᾶλλον, plures, hebr. רַבִּים seq. מִן Ies. 54, 1. Phil. 1, 23 πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, hoc multo satius esset. — β) μᾶλλον δέ, *et quod maius est, und was noch mehr ist*, Rom. 8, 34. Gal. 4, 9. — *magis vero*; 1 Cor. 14, 1 μᾶλλον δὲ (ζηλοῦτε) ardentius vero studete. v. 5 μᾶλλον δὲ (θέλω) magis vero volo. — γ) seq. genitivo, 1 Cor. 14, 18 πάντων ὑμῶν μᾶλλον, me magis quam vos omnes. (Plat. Crit. c. 10. Phaed. c. 11. vid. *Viger*. p. 415.) — δ) μᾶλλον ἤ, *magis quam*, Matth. 18, 13. Io. 3, 19. Act. 4, 19. 5, 29. 27, 11. Gal. 4, 27. 2 Tim. 3, 4. — μᾶλλ. ἤπερ, Io. 12, 43. — ε) πολλῷ μᾶλλον, *multo magis*, Marc. 10, 48. Luc. 18, 39. Rom. 5, 9. 10. 15. 17. 2 Cor. 3, 9. 11. Phil. 1, 23. 2, 12. — Hebr. 12, 25 *quanto minus*. — οὐ πολλῷ μᾶλλ., quidni multo magis, Matth. 6, 30. Hebr. 12, 9. — 2 Cor. 3, 8 πῶς οὐχὶ μᾶλλον, quidni magis. — ζ) πόσῳ μᾶλλον, *quanto magis*, Matth. 7, 11. 10, 25. Luc. 11, 13. 12, 24. 28. Rom. 11, 12. 24. Philem. v. 16. Hebr. 9, 14. — η) μᾶλλον καὶ μᾶλλον, *magis magisque*, Phil. 1, 9. (Diog. Laert. 9, 10. 2.) — θ) ὅσον — μᾶλλον, *quanto — tanto*, Marc. 7, 36. — τοσούτῳ μᾶλλον, tanto magis, Hebr. 10, 25. —

2) ubi de electione vel diversa agendi ratione sermo est: *potius*, nostrum *lieber*; Matth. 10, 6. 28. 25, 9. Marc. 15, 11 [Luc. 10, 20.] Rom. 14, 13. 1 Cor. 7, 21 μᾶλλον χρῆ-

σαι, hac potius utere. 2 Cor. 2, 7. 5, 8 καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον, imo potius desideramus. Phil. v. 9. 2 Petr. 1, 10. — 2 Cor. 12, 9 ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι, lubentissime igitur potius ἐν ἀσθενείαις gloriam quaeram, (quam ἐν ἀποκαλύψεσι, vid. v. 6. 7.) — μᾶλλον δέ, imo potius, Act. 5, 14. Eph. 4, 28. 5, 11. Hebr. 12, 13. — οὐχὶ μᾶλλον, nonne potius, 1 Cor. 5, 2. 6, 7. — οὐ μᾶλλον, non potius, quidni potius, 1 Cor. 9, 12. — ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, imo potius. 1 Cor. 12, 22. — ἀλλὰ μᾶλλον, sed potius, Eph. 5, 4. 1 Tim. 6, 2. — μᾶλλον ἤ, potius quam, 1 Tim. 1, 4. Hebr. 11, 25 μᾶλλον ἑλόμενος — ἤ, potius volens quam, i. e. praeferens. — Post verba volendi, eligendi nonnunquam omittitur, ut Matth. 18, 8. Luc. 15, 7. 17, 2. (Tob. 3, 6. 6, 12. Gen. 49, 12. Ioseph. ant. 18, 3. 1.) *.

Μάλχος, ου, ὁ, (hebr. מַלּוּךְ, Neh. 10, 4. 27.) *Malchus*, famulus quidam pontificis summi. Io. 18, 10.

Μάμμη, ης, ἡ, s. μάμμα, ης, 1) *mater*; vox, qua pueruli amoris significandi gratia utuntur. 4 Macc. 16, 9. Sic in scriptis antiquiorum Graecorum, vid. Phrynich. p. 133. — Recentioribus est 2) i. q. τήθη, *avia*, 2 Tim. 1, 5. (Herodian. 5, 3. 7. Ioseph. ant. 10, 11. 2. Artemid. 4, 96.) *.

Μαμωνᾶς, (in textu vulg. μαμμωνᾶς), ᾶ, ὁ, *Mamonas*, syriac. ܡܳܡܽܘܢܳܐ chald. מָמוֹנָא, hebr. מָמוֹן, (fortasse significat id, cui confiditur, ut LXX אמונה Ies. 33, 6. θησαυρούς, Ps. 37, 3 πλοῦτον reddiderunt) vel est, ut multi putant (vid. *Buxtorf.* lex. p. 1216 sq.) nomen *idoli* Syrorum et Poenorum, divitiarum praesidis, i. q. Pluto Graecorum; vel sunt *divitiae* ipsae, quo sensu accipiendum est hoc voc. Luc. 16, 11. — Sed personae forma induuntur divitiae (ut Phil. 3, 19 ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία) Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. — Etiam מָמוֹנָא et מָמוֹן divitias significare docuit *Buxtorf.* l. l. Hesych. μαμωνᾶν· θησαυρόν. Suid. μαμμωνᾶς· πλοῦτος γήϊνος, χρυσός. *.

Μαναήν, ὁ, *Manahen*, nom. pr. indecl. viri, qui Act. 13, 1 commemoratur.

Μανασσῆς, ῆ, ὁ, (hebr. מְנַשֶּׁה, oblivisci faciens) *Manasses*, nom. pr. 1) filii Iosephi primogeniti (Gen. 41, 51.) ex Asnath, uxore, tribus Manassis auctoris. Vid. Gen. 46, 20. 48, 1 sqq. — Apoc. 7, 6 ἐκ φυλῆς Μανασσῆ. — 2) filii Ezechiae, regis Iudae, (2 Chron. 33, 1 sqq. 2 Reg. 21 sqq.) qui Matth. 1, 10 commemoratur. *.

Μανθάνω, aor. 2. ἔμαθον, perf. μεμάθηκα, (a stirpe obsoleta μάω, i. q. μαίομαι, propr. manum tendo ut capiam; quaero, sciscitor) LXX pro לָמַד, 1) *sciscitor*, 2 Tim. 3, 7. 1 Tim. 2, 11. (Ioseph. ant. 5, 8. 11. „Delilae iniunxerunt, μαθεῖν a Simsone τὴν αἰτίαν τῆς ἰσχύος. ib. 9, 10. 2 κλήρῳ μαθεῖν, sorte sciscitari.) — 2) *disco*, i. e. a) *comperio*, ἀπό τινος, Gal. 3, 2. Col. 1, 7. — Act. 23, 27 μαθὼν, ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι. (LXX pro יָדַע Esth. 4, 5. Exod. 2, 4. Ioseph. ant. 2, 13. 1 μανθάνειν τὴν παρουσίαν τινός. ib. 2, 3. 4. de bell. 3, 8. 3 ἔμαθεν τὰς ἀπειλάς.) — b) *usu*, *experientia disco*, ubi etiam verti potest: *consuesco*, *soleo*, *consuevi*, *soleo*; Phil. 4, 11 ἔμαθον αὐτάρκης εἶναι. 1 Tim. 5, 13 ἀργαὶ (εἶναι) μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, desidiam discunt dum domos obeunt. Nam μανθάνουσι, quia hic non significat *intelligere*, sed *discere*, non potest coniungi cum participio περιερχόμεναι, ut sit: discunt percurrere. (Vid. *Win.* Gramm. N. T. §. 46. no. 1. p. 318. *Rostii* Gramm. §. 129. no. 4. Anmerk. 5. p. 669.) Tit. 3, 14. (Deut. 4, 10. 14, 23. 18, 9. Ies. 2, 4. 1, 17. Ier. 9, 5.) — c) mente intelligo, *disco*, *edoceor*, Matth. 9, 13. Io. 6, 45. 7, 15 μεμαθηκώς (τὰ γράμματα), qui non didicit scripturas. Rom. 16, 17 τὴν διδαχήν. 1 Cor. 14, 31. 35. Eph. 4, 20 τὸν Χριστόν, disciplinam Christi. Phil. 4, 9. 1 Tim. 5, 4. 2 Tim. 3, 14 μένε ἐν οἷς (i. e. τούτοις ἃ) ἔμαθες. Apoc. 14, 3. (Ies. 8, 16. 26, 9. 10. Ps. 119, 71. 73.) — Μανθάνειν ἀπό, discere ex, Matth. 11, 29. 24, 32. Marc. 13, 28. Hebr. 5, 8. — παρά τινος, ab aliquo, 2 Tim. 3, 14. (Esth. 4, 5. Sir. 8, 8. 9. 2 Macc. 7, 2.) — ἔν τινι, ex aliquo, eius exemplo 1 Cor. 4, 6. *.

Μανία, ας, ἡ, (a μαίνω, furorem excito; μαίνομαι, furo) *insania*, *furor*; (de odii furore Hos. 9, 7. 8.) — ex adiuncto: insania, *stultitia*, Act. 26, 24. (Ps. 40, 4 εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς. Sap. 5, 4 τὸν βίον αὐτοῦ ἐλογισάμεθα μανίαν.) *.

Μάννα, τό, (LXX etiam μάν, τό, Ioseph. ἡ μάννα, ant. 3, 13. 1) indeclinab., hebr. מָן, *manna*, humor roscidus, qui ante solis ortum una cum rore, granulorum alborum et pellucidorum formam referens, foliis plantarum quarundam in terris orientalibus, maxime in Arabia, inhaeret, ante solis ortum colligitur (ne solis radiis liquescat) et siccatus Arabibus habetur in deliciis, adhibeturque ut saccharum ad condiendos cibos. Quia autem iste humor una cum rore coelitus delabi videbatur, manna dicitur etiam ἄρτος ἀπ' οὐρανοῦ, Ps. 105, 40. Ps. 78, 24. Io. 6, 31. 4 Esdr. 1, 19 „*panis angelorum*;" Sap. 16, 20 ἀνθ' ὧν ἀγγέλων τροφήν, καὶ ἕτοιμον ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἔπεμψας. Israelitas mannae tantam copiam in deserto Arabiae collegisse, ut ea fere sola alerentur, constat e V. T. Exod. 16, 31 sqq. Num. 11, 6 sqq. Ioseph. ant. 5, 1. 4. Hodie vero tanta eius copia non reperitur. Iosephus ant. 3, 1. 6 ubi mannam describit, addit: ἔτι δὲ καὶ νῦν ὕεται πᾶς ἐκεῖνος ὁ τόπος intell. manna; idem hanc vocem deducit a מָן (pro מה) i. e. τί τοῦτό ἐστι. vid. Exod. 16, 14. 31. — In N. T. commemoratur manna, qua alebantur Israelitae, Io. 6, 31. 49. [58.] — manna, quae in arca foederis asservabatur Hebr. 9, 4. vid. Exod. 16, 33. — manna asservata in templo coelesti, quae angelorum et beatorum hominum cibus dicitur, Apoc. 2, 17 τοῦ μάννα, genitivus partitivus. cf. *Winer.* bibl. Realw. p. 430).

Μαντεύομαι, (a μάντις, vates, hariolus) verb. depon. med.: *oracula edo*, *vaticinor*; — nostris scriptoribus fere non nisi in malam partem de vaticiniis mendacibus, LXX pro קָסַם, Deut. 18, 10. 1 Sam. 28, 8. Ezech. 13, 6. 23. Mich. 3, 11. Sic semel in N. T. Act. 16, 16.

Μαραίνω, fut. 1. pass. μαρανθήσομαι, quod proprie ignis, caloris est: *aridum*, *flaccidum reddo*, *marcescere facio*. (Iob. 15, 30 τὸν βλαστὸν μαράναι ἄνεμος. Sap. 19, 21 φλόγες ἐμάραναν σάρκας ἐμπεριπατούντων.) — Passiv. μαραίνομαι, *flaccesco*, *marcesco*, (Sap. 2, 8 de rosis), trop. *tabesco*, *languidus fio*; Iac. 1, 11 ὁ πλούσιος (ut gramen vid. v. 10) μαρανθήσεται, flaccescet, i. e. penuria conficietur. (Ioseph. de bell. 6, 5. 1 τῷ λιμῷ μαραινόμενοι, fames confecti.) Praeterea codd. quidam Luc. 14, 34 habent μαρανθῇ, de sale, pro μωρανθῇ.

Μαραναθά, verba syrochaldaica מָרַנָא אֲתָה, *dominus noster venit* s. *veniet*. 1 Cor. 16, 22. Hesych. μαραναθά· ὁ κύριος ἦλθεν, ἢ εἶδον τὸν κύριον.

Μαργαρίτης, ου, ὁ, *margarita*, *unio*, die Perle. Matth. 7, 6. 13, 45. 46. 1 Tim. 2, 9. Apoc. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 21. — (Comparantur cum lapidibus pretiosis dicta sapientum, vel sapientia ipsa. cf. Prov. 3, 15 sq. Iob. 28, 18 sq.) *.

Μάρθα, ης, ἡ, (chald. מָרְתָא, domina) *Martha*, nomen propr. sororis Lazari, amicae Iesu, Luc. 10, 38. 40. 41. Io. 11, 1. 5. 19 — 39. 12, 2.

Μαριάμ, indeclinab. et Μαρία, ας, ἡ, hebr. מִרְיָם (amara) *Maria*, nom. propr. 1) *matris Iesu Christi*, uxoris Iosephi, quae dicitur Μαρία, Matth. 1, 16. 18. 2, 11. Marc. 6, 3. Luc. 1, 41. Act. 1, 14 et Μαριάμ, Matth. 1, 20. 13, 55. Luc. 1, 27. 30 — 56. 2, 5. 16. 19. 34. — 2) *Mariae Magdalenensis*, Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. 16, 1. 9. Luc. 8, 2. 24, 10. Io. 19, 25. 20, 1. 11. 16. 18. — 3) *Mariae Iacobi et Iosis matris*, Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. Luc. 24, 10. — 4) *Mariae sororis Lazari et Marthae*, Luc. 10, 39. 42. Io. 11, 1 — 45. 12, 3. — 5) *Mariae Cleophae uxoris*, Io. 19, 25. (De ea vid. fragment. Papiae in *Routh* reliquiis sacr. Vol. I, p. 16., cum quo autem conferendus est Epiphan. haeres. 78. no. 7. 8.) — 6) *Mariae*, *matris Ioannis*, cui cognomen erat Marcus, Act. 12, 12. — 7) Mariae (Μαριάμ) cuiusdam mulieris christianae, Rom. 16, 6. *.

Μάρκος, ου, ὁ, nom. latin. *Marcus*. Commemorantur duo huius nominis, 1) *Ioannes* cognomine *Marcus*, filius cuiusdam Mariae, Hierosolymis habitantis, ubi Marcus etiam Petro, ut videtur, auctore) Iesu nomen dedit, comes primum Barnabae et Pauli in itineribus religionis propagandae causa factis, postea Barnabae solius, cuius consobrinus fuit. Vid. Act. 12, 12. 25. 15, 37. 39. Col. 4, 10. 2 Tim. 4, 11. Phil. v. 24. — 2) *Marcus quidam*, qui cum Petro Babyloniae fuit, quem Apostolus dicit filium suum, 1 Petr. 5, 13 Μάρκος ὁ υἱός μου. — Opinantur multi, utrumque Marcum esse eundem, et Evangelii auctorem; quod si statuis, necesse est, putes, Marcum postea a Paulo et

Barnaba discessisse et Petro se adiunxisse, et *υἱὸν* 1 Petr. 5, 13 esse, ut saepius, *discipulum,* quem Petrus Christianum fecit. *.

Μάρμαρος, ου, ὁ, ἡ, splendens, micans, candidus, (a *μαρμαίρω*, splendeo, mico; Ioseph. ant. 19, 8. 2 *μαρμαίρων* de argento solis radiis illustrato); (Philo de opif. m. p. 2 *μαρμαρυγός*, splendens.) — apud seriores *μάρμαρος*, ὁ, intell. *λίθος*, *marmor;* Apoc. 18, 12. (Epist. Ier. v. 72 ἀπό τε τῆς πορφύρας καὶ τῆς μαρμάρου. — *μαρμάρινος*, marmareus, Cant. 5, 15 pro hebr. שֵׁשׁ. Antonin. 9, 36 πῶροι γῆς, τὰ μάρμαρα.) Hesych. μάρμαρος· λευκὴ λίθος. *.

Μάρτυρ, υρος, ὁ, vid. *Μάρτυς*.

Μαρτυρέω, ῶ, fut. ήσω, aor. 1. ἐμαρτύρησα, perf. μεμαρτύρηκα, aor. 1. pass. ἐμαρτυρήθην [Hebr. 11. 2. 4. 39.] — (a *μάρτυς*) 1) *testis sum, testor, testimonium dico, testimonio edito affirmo;* a) absolute Io. 15, 27. 19, 35. Act. 23, 11 εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι, i. e. Romam profectus testem mihi ibi esse, (Vid. *Εἰς*.) 26, 5. Rom. 3, 21. 1 Cor. 15, 15. Hebr. 11, 4. 1 Io. 1, 2. 5, 6. 7. 3 Io. v. 12. (Deut. 19, 18. Gen. 31, 48. Num. 35, 30.) — 2 Cor. 8, 3 μαρτυρῶ, testor, i. e. affirmo ut testis. — b) μαρτυρῶ λέγων, ὅτι, Io. 1, 32. — c) seq. ὅτι cum verbo, pro accusativo cum infinitivo, Io. 1, 34. 4, 39. 44. 7, 7. 12, 17. Rom. 10, 2. Gal. 4, 15. Hebr. 7, 8 μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ, quem vivere testatum habemus. — d) seq. accusativo rei, Io. 3, 11. 32. 1 Tim. 6, 13. Apoc. 1, 2 ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, qui (Io. 1, 1. 14) testimonium dixit de Logo Dei, videlicet illum venisse ἐν σαρκί. ib. 22, 20. — e) seq. accusativo cum infinitivo, Act. 10, 43. Hebr. 11, 5 μεμαρτύρηται (Henoch) εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ, i. e. de eo scriptura testata est, illum placuisse Deo. 1 Io. 4, 14. — f) περί τινος, de aliquo testor, Io. 1, 7. 8. 18, 2. 25. 5, 31. 32. 36. 37. 39. 7, 7. 8, 13. 14. 18. 10, 25. 15, 26 μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ, quod est vel: ipse spiritus, quatenus veniet et ratam faciet promissionem, testimonio mihi erit; vel: ille per miracula, eius vi a vobis effecta, testabitur, me fuisse Messiam. Io. 21, 24. 1 Io. 5, 9. 10. — g) seq. dativo obiecti, ad quod testimonium referendum est, *zeugen, bezeugen in Beziehung auf etwas;* Matth. 23, 31 μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, testimonium dicitis de vobis ipsis. Io. 3, 26 ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, de quo tu testimonium dixisti. Io. 5, 33 μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ, er hat ein Zeugniss abgelegt in Beziehung auf die Wahrheit. ib. 18, 37. 21, 24. Act. 10, 43. 13, 22 ubi ᾧ non pendet ab εἶπε sed a μαρτυρήσας. Act. 14, 3. 15, 8. 26, 22 ubi interpungendum est: ἕστηκα μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, i. e. steti testimonio ornatus, me, quod attinet cum ad minutissima tum ad gravissima, nihil dixisse alienum a vaticiniis prophetarum. (Lectio codicum μαρτυρόμενος, a *Griesbachio* commendata, debetur correctioni, inde ortae, quod μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ de hominibus interpretabantur.) Rom. 10, 2 μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, nam quod ad illos attinet, profiteor. Gal. 4, 15. Col. 4, 13. 3 Io. v. 3 μαρτυρούντων σου τῇ ἀληθείᾳ, testantium de tua sinceritate. ib. v. 6. (Thren. 2, 13.) — h) seq. dativo commodi, Io. 3, 28. 22, 5. Hebr. 10, 15. Apoc. 22, 16. — Sensu latiori μαρτυρεῖν non solum de rebus factis, sed etiam de rebus futuris dicitur, de *vaticiniis,* Io. 13, 21. Hebr. 7, 17. Apoc. 22, 16. 20. — 2) *testimonio comprobo,* a) in incommodum alicuius: *convinco* aliquem testimonio, Io. 18, 23 μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ, comproba (testibus s. argumentis) me mala loquutum esse. coll. Deut. 21, 19. — b) in commodum alicuius; Luc. 4, 22 καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, omnes eius dicta suis suffragiis comprobarunt. ib. 11, 48. — Hinc passivum μαρτυρεῖσθαι *testimonio vel suffragio probatum esse;* Hebr. 11, 2 ἐμαρτυρήθησαν, omnium suffragio probati sunt. ib. 11, 4 ἐμαρτυρήθη testimonio (a Deo) ornatus est. (vid. Gen. 4, 4.) ib. 11, 39 μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως probati (Deo) propter fidem. Act. 16, 2 ἐμαρτυρεῖτο, testimoniis munitus erat, probatus. 3 Io. v. 2 Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, Demetrius omnium testimonio comprobatur. — Participium μαρτυρούμενος, testimonio aliorum probatus Act. 6, 3. 10, 22. 22, 12. 1 Tim. 5, 10 ἐν ἔργοις καλοῖς, beneficentiae laude probata. — 3) e soloecismo pro μαρτύρομαι, *obtestor, hortor;* 1 Thess. 2, 12 μαρτυρούμενοι, pro μαρτυρόμενοι, fortasse error calami in autographo. *.

Μαρτυρία, ας, ἡ, (a μαρτυρέω) 1) τὸ μαρτυρεῖν, *testari, palam profiteri, testatio,* actus testandi, publice profitendi; Apoc. 11, 7 ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, quando absolverint testationem i. e. publicam ex Dei mandato faciendam professionem., ib. 12, 1 διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν, vicerunt per publicam (ex Dei mandato factam) professionem. — Ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ, Apoc. 12, 12. 19, 10 qui testantur, profitentur Christum Messiam. Ib. 19, 10 ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας, ubi ἡ μαρτυρία pro ὁ μαρτυρῶν περὶ Ἰησοῦ, qui haec de Iesu (venturo) oracula edidit, (non ego sum) sed spiritus propheticus. — (De actu testandi, publice profitendi videtur etiam Sir. 34, 23. 24 dictum esse.) — 2) id quod aliquis testatus est, *testimonium, publica* rei *professio;* a) de testimonio coram iudice, Marc. 14, 55. 56. 59. 22, 71. Io. 8, 17. — b) de testimonio probitatis, 1 Tim. 3, 7. 3 Io. v. 12. (Ioseph. ant. 10, 6. 1.) — c) de testimonio s. publica confessione Iesum esse Dei filium, Messiam, Io. 1, 7. 19. 3, 11. 32. 33. 5, 31. 32. 34. 36. 8, 13. 14. Act. 22, 18. 1 Io. 5, 9—11. Apoc. 1, 9. 20, 4. 6, 9. — d) de testimonio historico scriptoris, Io. 19, 35. 21, 24. Tit. 1, 13. Apoc. 1, 2. (Ioseph. ant. 7, 4. 1. c. Apion. 2, §. 21. — De Dei effatis in scripturis, Ps. 19, 7. Psalt. Sal. 10, 5.) *.

Μαρτύριον, ίου, τό, — LXX pro עֵדוּת ,עֵדָה ,עֵד, — 1) *testimonium,* a) universe, Act. 4, 33 ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον. 2 Cor. 1, 12. (Ios. 22, 27. 28.) — b) testimonium, quo aliquid probatur, quo aliquis convincitur, *documentum, argumentum* ad convincendum; — cum dativo commodi, Matth. 8, 4 εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, ut oblatio sacerdotibus sit documentum sanitatis recuperatae. Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. — cum dativo incommodi, Marc. 6, 11 εἰς μ. αὐτοῖς, ut sit documento contra eos, quo convincuntur iniuriae vobis illatae, i. q. Luc. 9, 5 εἰς μαρτύριον ἐπ᾽ αὐτούς. Iac. 5, 3 ὑμῖν, contra vos. (Deut. 31, 26. Iob. 15, 34.) — 2) testimonium de animi nostri sententia, *solemnis declaratio, publica professio, solemnis promulgatio* sententiae nostrae; Hebr. 3, 5 εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων, ut promulgaret dicta a Deo. — In N. T. saepe de solemni et publica professione, Iesum esse filium Dei, Messiam; Matth. 10, 18 εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, ut Christum profiteamini coram iis. 24, 14. Marc. 13, 9. Luc. 21, 13 ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον, i. e. occasionem vobis dabit profitendi publice Iesum esse salvatorem. 1 Cor. 1, 6. 2 Tim. 1, 8. — Ut LXX interpretes μαρτύριον saepe de Dei declarationibus publicis solemni modo datis, de *effatis, oraculis* Dei usurpant (Deut. 4, 45. 6, 17. 20. Ps. 78, 5), sic etiam Paulo τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ sunt oracula divina de Christo, servatore; 1 Cor. 2, 1 καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ, propr. quae Deus ipse testatus est de sua voluntate, nimirum per Christum exequenda. — 2 Thess. 1, 10 ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ᾽ ὑμᾶς i. e. nam fidem invenerunt, quae (in priori epistola) de decretis divinis (per Christum venturum) perficiendis, quod ad vestram sortem attinet, exposueram. — Hinc σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, Act. 7, 44. Apoc. 15, 5 de *tentorio sacro* Israelitarum, e quo Deus oracula dabat Israelitis, et ubi repositae erant decreta et oracula Dei scripta; ergo: tentorium oraculorum. (LXX saepe pro hebr. אֹהֶל מוֹעֵד, quod vel est tentorium conventus, ad quod populus conveniebat, si a יָעַד deducitur; vel tabernaculum oraculorum, si ab עוּד deducitur. Vid. Exod. 30, 16 sqq. Lev. 4, 4 sqq. Num. 4, 3 sqq. Exod. 25, 22. Num. 19, 15 οἶκος τοῦ μαρτυρίου. Arca foederis, in qua tabulae praeceptorum asservabantur, dicitur ἡ κιβωτὸς τοῦ μαρτυρίου, Exod. 26, 33. 30, 6 et tabulae ipsae μαρτύριον, Exod. 25, 16. 31, 17.) — Denique locus perdifficilis 1 Tim. 2, 6 ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ. Lectione quorundam librorum οὗ τὸ μαρτύριον nihil lucramur, et redolet ea emendationem; neque vero cum uno codice (cod. A) τὸ μαρτύριον delendum est, nisi doceatur qua ratione addi potuisset. *Winerus* (Gramm. §. 48. no. 1. p. 335) τὸ μαρτ. putat esse accusativum in appositione, ad ἑαυτὸν ἀντίλυτρον referendum, non autem video quo sensu, praeterquam quod articulus τὸ ante μαρτύριον appositioni obstare videtur. Maluerim vel τὸ μαρτ. accipere pro accusativo rem ab aliqua parte definiente: *secundum oracula divina, convenienter oraculis divinis,* vel suspicari perlisse quaedam verba, ut ἵνα πληρωθῇ. Caeterum monendum est, exponi hic sententiam illam Pauli, qua docuit, Messiam non solum Iudaeis sed etiam gentilibus ex decretis divinis, suo tempore patefactis, servatorem esse.

Μαρτύρομαι, (a μάρτυς) verbum depon. med.:

testem invoco; ter in N. T. ubi intellig. est τὸν θεόν, ut apud profanos saepius: μαρτύρομαι τοὺς θεούς. Est autem 1) *asseverantis* sanctissime: *Deum contestor, per Deum affirmo,* bis seq. ὅτι, Act. 20, 26. Gal. 5, 3. cf. Sir. 46, 19 ἐπεμαρτύρατο ἔναντι κυρίου. Ioseph. de bell. 5, 12. 4 κατεμαρτύρετο τὸν θεόν, ὡς οὐκ εἴη τὸ ἔργον αὐτοῦ. id. de bell. 3, 8. 3 μαρτύρομαι δὲ, ὡς. — 2) *adhortantis: obtestor, per Deum rogo;* semel Eph. 4, 17 sq. accus. c. infinit. Praeterea Act. 26, 22 in codd. ex correctione. Vid. Μαρτυρέω. (Iudith. 7, 28 μαρτυρόμεθα ὑμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν θεόν, — ἵνα μὴ ποιήσῃ. Test. XII patr. p. 520 ἐπιμαρτύρομαι ὑμῖν τὸν θεόν, τοῦ μὴ πορνευθῆναι.) *.

Μάρτυς, (et forma aeolica in codice sacro non obvia: μάρτυρ) genit. μάρτυρος, acc. μάρτυρα, plur. μάρτυρες et dat. μάρτυσι) — (a μάρη, ἡ, manus) — LXX pro עֵד. — 1) *testis*, a) proprie qui sublata manu testatur in iudicio. Matth. 18, 16. 26, 65. Marc. 14, 63. Act. 6, 13. 7, 58. 2 Cor. 13, 1. 1 Tim. 5, 19. Hebr. 10, 28. (Exod. 23, 1. Deut. 17, 6. Prov. 14, 5.) — b) *testis*, qui quae ipse vidit, audivit, asseverat, Luc. 24, 28. Act. 1, 8. 22. 2, 32. 3, 15. 5, 32. 10, 39. 41. 13, 31. 22, 15. 26, 16. 1 Tim. 6, 12. 1 Petr. 5, 1. (Ioseph. ant. 4, 3. 2.) — (ex adiuncto: bene gnarus, Sap. 1, 6. Iob. 16, 19. Ier. 29, 23.) — Μάρτυς μου ἐστὶν ὁ θεός, Rom. 1, 9. Phil. 1, 8. 1 Thess. 2, 5. — 2 Cor. 1, 23 μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλεῖν. (Ioseph. ant. 1, 12. 1. ib. 15, 5. 3 μάρτυρας ὑμᾶς ποιούμενος ὧν λέγω.) 1 Thess. 2, 10 ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ θεός, vos Deumque testes invoco. 2 Tim. 2, 2 διὰ πολλῶν μαρτύρων, intervenientibus multis qui Iesum cognoverant; nisi hic μάρτυρες sunt prophetae Vet. Test. de Christo vaticinati. — c) testis, qui suo exemplo testatur, confirmat aliquid, Hebr. 12, 1 μαρτύρων, testium fidei praestantiam confirmantium. (Sic Ioseph. c. Apion. 1, 7 nomina maiorum in genealogias relata dicuntur μάρτυρες originis ex stirpe sacerdotali.) — d) testis voluntatis, consiliorum Dei, *oracula Dei publice pronuntians,* Apoc. 11, 3. — Christus dicitur Apoc. 1, 5. 3, 14 ὁ μάρτυς ὁ πιστός, testis consiliorum Dei, i. e. interpres eorum fidus. (Ps. 89, 38 ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός, i. e. Deus, qui haec vaticinatus est, est fidus.) — 2) *confessor* Dei et Christi, qui in persecutione fideliter profitetur fidem suam, adeoque in supplicio, quod Christi causa patitur, *martyr,* Act. 22, 20. Apoc. 2, 13. 17, 6. (Saepissime apud scriptores ecclesiasticos. Vid. Suiceri thesaur. s. h. v.) *.

Μασσάομαι, s. μασάομαι, ὦμαι, (a μάσσω, depso) verb. depon. med. propr. im Munde kneten; *mando, dentibus conficio.* (Iob. 30, 4 ῥίζας ξυλῶν ἐμασσῶντο. Ioseph. de bell. 6, 3. 3 τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἀποδέροντες ἐμασσῶντο.) Semel Apoc. 16, 10 ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, linguas prae dolore mandebant s. mordebant. (Alii: irati dentes infigebant linguis suis.)

Μαστιγόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ἐμαστίγωσα, (a μάστιξ) *flagellis caedo, flagello,* Matth. 10, 17. 20, 19. 23, 34. Marc. 10, 34. Luc. 18, 33. Io. 19, 1. — LXX pro חָבַט Exod. 5, 14. Deut. 25, 3. 2 Macc. 3, 26. 34. — de Deo, *castigo, vexo, calamitate exerceo;* Hebr. 12, 6 μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱόν. Repetita sunt e Prov. 3, 12 ubi LXX pro וּכְאָב legerunt יַכְאִיב dolere fecit. Caeterum cf. Iudith. 8, 27 εἰς νουθέτησιν μαστιγοῖ κύριος. Prov. 17, 10. Tob. 3, 9. 13, 2. 5. Ps. 72, 5. *.

Μαστίζω, i. q. μαστιγόω, et ab eodem themate. Semel Act. 22, 25. LXX pro הִכָּה Num. 22, 25. Sap. 5, 11. Hesych. μαστίζει· πληγαῖς τύπτει.

Μάστιξ, ιγος, ἡ, 1) *flagellum, flagrum,* Act. 22, 24. Hebr. 11, 36. LXX pro שׁוֹט scutica, 1 Reg. 12, 11. 14. Prov. 26, 3. Sir. 28, 17. 30, 1. — (μάστιξ γλώσσης, Iob. 5, 21. Sir. 26, 6 μάστιξ παιδείας, Psalt. Sal. 7, 8.) — 2) tropice: *vexatio, dolores, calamitates,* Ps. 32, 10. Ps. 39, 10. 89, 32 de poenis divinis. — Sic etiam de *morbis,* vel quod corpus doloribus cruciant, ut Sir. 30, 14 vel quod a Deo in poenam immittuntur, ut 2 Macc. 9, 11 θείᾳ μάστιξ dicitur vehemens morbus Antiochi crudelis. Sic de morbis Marc. 3, 10. 5, 29. 34. Luc. 7, 21. *.

Μαστός, οῦ, ὁ, (a μάσσω, depso) *mamma, uber,* LXX pro שַׁד Iob. 3, 12. Cant. 1, 13. 4, 5. Ies. 66, 11. — In N. T. οἱ μαστοί, ubera, pro matre, Luc. 11, 27. 23, 29. Apoc. 1, 13 de mamillis viri. (De partibus rupis prominentibus instar mammarum, Ier. 18, 14. Ioseph. de bell. 7, 6. 3.) *.

Ματαιολογία, ας, ἡ, (a ματαιολόγος) *vaniloquentia,* i. e. a) vana et inepta proferre, (Porphyr. de abstin. 4, 16. Prov. 30, [in graeco cod. c. 24,] 8 μάταιον λόγον); — b) λόγος μάταιος, fabulae ineptae, dogmata vana, 1 Tim. 1, 6. Sic λόγος μάταιος, Palaeph. de incred. 45. *.

Ματαιολόγος, ου, ὁ, (ex μάταιος et λέγω) *vaniloquus, vana, inepta, falsa proferens;* Tit. 1, 10 de doctoribus vana s. falsa docentibus. (Ignat. epist. ad Trall. §. 6.) *.

Μάταιος, αία, ον, (a μάτην) Latinor. *vanus,* LXX pro הֶבֶל, שָׁוְא, etiam כָּזָב, תֹּהוּ. — Dicitur a) de eo, quod in se est vanum, non est, quod esse videtur, *vanus in se, nullus,* Iac. 1, 26. coll. Ies. 49, 4. — b) de eo, quod spem fallit, nec fructum fert, *fallax, infructuosus,* 1 Cor. 3, 20. (Ps. 94, 11.) 1 Cor. 15, 17. coll. Ies. 31, 2. Prov. 31, 30. Zach. 10, 2. — c) de *stulto* et *inepto,* Tit. 3, 9. Prov. 12, 11. — 2) ex hebraismo (הֶבֶל, שָׁוְא) τὰ μάταια, *idola,* i. e. *Dii* vel *nulli* vel *fallaces,* Act. 14, 15. 2 Reg. 17, 15 ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων. 1 Reg. 16, 13. Ier. 2, 5. 8, 19. Amos. 2, 4. — Hinc ματαία ἀναστροφή, 1 Petr. 1, 18 est *superstitio idololatrica,* ut ἐματαιώθησαν, 2 Reg. 17, 15. et Ier. 2, 5 est; idola coluerunt, superstitiosi fuerunt. *.

Ματαιότης, ητος, ἡ, (a μάταιος) — LXX pro הֶבֶל, etiam pro שָׁוְא et רִיק, *vanitas;* de eo quod vanum est in se, nec est s. praestat, quod iactat; 2 Petr. 2, 18 ὑπέρογκα ματαιότητος φθεγγόμενοι, fastuosa vanitatis proferentes i. e. vano inflati fastu alta loquentes. (Ps. 38, 12 λαλεῖν ματαιότητας.) — de stultitia, fatuitate, Eph. 4, 17. — Ex adiuncto — 2) *fragilitas;* Rom. 8, 20 ubi v. 21 satis luculenter explicatur φθορά. Sic de fragilitate vitae, Ps. 62, 9. 39, 5. et rerum humanarum inconstantia, Eccles. 1, 2. 14. *.

Ματαιόω, ῶ, aor. 1. pass. ἐματαιώθην, (a μάταιος) propr. μάταιον facio, stultum reddo, LXX pro הָבַל et סָכַל in Niph. et Hiph. — Passiv. *ineptus sum, fallor,* Rom. 1, 21 ἐματαιώθησαν, stulti evaserunt. — Similiter 1 Chron. 21, 8 aberro a vero; 2 Reg. 17, 15. Ier. 2, 5 aberro ad idololatriam. — Iudith. 6, 4 irritus sum. *.

Μάτην, adv. *frustra, in vanum,* i. e. a) sine causa, immerito, Ps. 35, 7. Prov. 3, 30. Ezech. 14, 23. Ioseph. c. Apion. 1, §. 20. — b) *sine effectu, sine fructu;* Matth. 15, 9. Marc. 7, 7. (LXX μάτην pro hebr. לַשָּׁוְא, Ier. 2, 30. Εἰς μάτην, pro eodem Ier. 4, 30. Ps. 63, 9 et pro שָׁוְא Ps. 127, 1. 2. 4 Macc. 16, 8 μάτην sine fructu.) *.

Ματθαῖος, ου, ὁ, (hebr. מַתִּיָה, ex מַתָּן et יָהּ, dei donum) *Matthaeus,* nom. pr. evangelistae, Apostoli, filii Alphaei, qui etiam Levi cognominabantur (vid. Λευΐ) et, antequam Christum sequeretur, vectigalium exactor fuerat. Matth. 9, 9. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. coll. Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. *.

Ματθάν, ὁ, *Matthan,* nom. pr. indecl. viri; Matth. 1, 15. *.

Ματθάτ, ὁ, *Matthat,* nom. propr. indecl. viri; Luc. 3, 24. 29. *.

Ματθίας, α, ὁ, *Matthias,* nom. pr. apostoli, qui in Iudae proditoris locum successit. Act. 1, 23. 26. *.

Ματταθά, ὁ, *Mattatha,* nom. pr. indecl. viri; Luc. 3, 31. *.

Ματταθίας, ου, ὁ, *Mattathias,* nomen viri; Luc. 3, 25, 26. *.

Μάχαιρα, ας, ἡ, (a μάχη) 1) *culter,* LXX pro מַאֲכֶלֶת, culter ad mactandum, Gen. 22, 6. 10. Iud. 19, 29. etiam culter ad circumcidendum, pro חֶרֶב, Ios. 5, 2. 3. — 2) *gladius* minor, ut sica, et differt a ῥομφαίᾳ, gladio maiori. (Ioseph. ant. 6, 9. 5 Davides ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν τῇ ῥομφαίᾳ τῇ ἐκείνου (Goliathi), μάχαιραν οὐκ ἔχων αὐτός.) — *Gladius,* a) ad *adoriendum,* vel *defendendum;* hebr. חֶרֶב, Matth. 26, 47. 52. 55. Marc. 14, 43. 48. Luc. 21, 24. 22, 36. 38. 49. 52. Io. 18, 10. Hebr. 4, 12. 11, 34. 37. Apoc. 6, 4. 13, 14. Gen. 34, 36. Exod. 15, 9. — Σπάω τὴν μάχ. stringo gladium, Matth. 26, 51. Marc. 14, 47. Act. 16, 27. 1 Chron. 21, 5. — Λαμβάνω μάχ. gladio utor adversus alium; sensus: occido gladio, Matth. 26, 52. coll. Apoc. 13, 10 εἴ τις ἐν μαχ. ἀποκτενεῖ. — Βάλλειν τὴν μάχ. εἰς τὴν θήκην,

gladium vagina recondere, Io. 18, 11. — Metaph. μάχαιρα τοῦ πνεύματος, i. e. vi spiritus tanquam gladio uti ad vincendos adversarios, Eph. 6, 17. — b) *gladius iudicis*, Richtschwert. Act. 12, 2. Rom. 8, 35. — Rom. 13, 4 φορεῖν τὴν μάχαιραν, gladium gerere i. e. ius vitae et necis habere. — 3) ex metonym. *caedes*, *bellum*, Matth. 10, 34 ubi τῇ εἰρήνῃ opponitur. cf. חֶרֶב Gen. 31, 26. Ier. 14, 13. Lev. 26, 5 (LXX πόλεμος). 1 Macc. 9, 37. *.

Μάχη, ης, ἡ, 1) pugna bellantium, proelium, 2 Macc. 10, 29. 12, 11. — bellum, 1 Macc. 7, 28. — *luctatio* cum persecutoribus, 2 Cor. 7, 5. Sensus: vitae pericula. (Alii: contentiones). — 2) pugna discordium, *contentio*, *rixa*, *acris disputatio;* sic μάχαι, 2 Tim. 2, 23. Tit. 3, 9. Iac. 4, 1. Saepius LXX pro רִיב Gen. 13, 7. Prov. 26. 21. מָדוֹן Prov. 15, 19. 26, 20. Sir. 27, 14. 15. *.

Μάχομαι, (aor. ἐμαχεσάμην saepius apud LXX) (a μάχη) 1) *pugno*, proelior; a) de bellatoribus 2 Macc. 10, 17. 12, 36. — b) de digladiantibus, manum conserentibus, Act. 7, 26. Exod. 21, 22. 2 Reg. 3, 23. — 2) *discepto*, *altercor*, *rixor*, Io. 6, 52. 2 Tim. 2, 24. LXX pro רִיב Gen. 26, 20. 31, 36. — Iac. 4, 2 μάχεσθε est: contenditis, vi potiri studetis opibus. cf. LXX Deut. 25, 11. 2 Sam. 14, 6 ubi hebr. נָצָה. *.

Μεγαλαυχέω, ῶ, (a μέγας et αὐχέω, glorior, iacto) propr. *magna iacto*, *arrogans sum*, *insolenter me effero;* sic apud profanos, (Philo de creat. princ. p. 730. de nom. mutat. p. 1064. cf. *Loesner*. obss. p. 463. et μεγαλαυχία, arrogantia, 4 Macc. 2, 15. Ioseph. ant. 4, 4. 1. Plutarch. Timol. c. 6. — Nostri scriptores dicunt eos μεγαλαυχεῖν, qui *audaces in Deum* sunt, et vel dictis vel factis Deum contumeliose spernunt sibi nimium fidentes, nostrum: *vermessen sein*. Sic Ezech. 16, 50. Zeph. 3, 11. pro גָּבַהּ, Ps. 10, 18 עָרַץ ubi confer. sunt versus 2 et 6 sqq. 2 Macc. 15, 32. Sir. 48, 18 cum quo loco conf. 2 Reg. 18, 19 sq. et 3 Macc. 6, 5. — Eodem sensu intelligendum videtur Iac. 3, 5 ubi lingua dicitur, quanquam exiguum membrum, tamen μεγαλαυχεῖν, *impia esse audacia* in loquendo. **.

I. *Genitivo* iunctum, dicitur 1) *μετά τινος*, cum nominibus *personarum,* ubi refertur a) ad *societatem,* sortem, numerum, et est: *inter, in societate, cum;* Matth. 24, 51 *τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν.* Luc. 12, 46. Io. 13, 8. Act. 1, 26. — Matth. 26, 58 *ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν.* Marc. 14, 54. — Marc. 15, 28. et Luc. 12, 46 *ἐλογίσθη μετὰ ἀνόμων*, (ex Ies. 43, 12 ubi LXX *ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη.*) Luc. 15, 30 *μετὰ πορνῶν*, in societate meretricum. c. 24, 5 *τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν*, in societate mortuorum, inter mortuos. (Gen. 49, 29 *θάψετέ με μετὰ τῶν πατέρων μου.* 2 Reg. 12, 21. 13, 9. 13.) — Io. 6, 43 *γογγύζειν μετ᾽ ἀλλήλων.* c. 3, 5. 16, 19 *ζητεῖν μετ᾽ ἀλλήλων.* 1 Cor. 6, 7 *ἔχειν κρίματα μεθ᾽ ἑαυτῶν.* (Iob. 40, 2.) Apoc. 21, 3 *ἡ σκηνὴ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων.* 1 Io. 4, 17 *ἡ ἀγάπη μεθ᾽ ἡμῶν*, amor inter nos, i. e. mutuus amor. — b) ad *comitatum,* ubi est *cum, mit;* Matth. 5, 41 *ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ.* c. 16, 27 *ἔρχεσθαι μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ*, in comitatu angelorum sibi subiectorum. c. 20, 20. 26, 36. Marc. 1, 29. 11, 11. Luc. 14, 31. — *Παραλαμβάνειν τινα μεθ᾽ ἑαυτοῦ*, sibi socium, comitem aliquem adiungere, Matth. 12, 45. 18, 16. Marc. 14, 7. 33. — Matth. 25, 31 *οὐκ ἔλαβον μεθ᾽ ἑαυτῶν* (secum) *ἔλαιον.* — *ἔχειν μεθ᾽ ἑαυτοῦ*, secum ducere s. habere, Matth. 15, 30. 26, 11. Marc. 8, 14. Io. 12, 8. 2 Tim. 4, 11. — *ἀκολουθεῖν μετά τινος*, Luc. 9, 49. Apoc. 6, 8. 4, 13. vid. *ἀκολουθέω.* — Act. 7, 45 *μετὰ Ἰησοῦ*, comite, i. e. duce Iosua. Hebr. 13, 23 *μεθ᾽ οὗ*, quo comite. Apoc. 14, 1. (2 Chron. 17, 14—18. 25, 7.) — *una cum,* nostrum *nebst,* de iis, qui

simul cum alio aliquid vel agunt vel patiuntur; Matth. 2, 3 ἐταράχθη (Herodes) καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. ib. v. 11 εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας. ib. 4, 21. 12, 41 sq. 21, 2 πῶλον μετ' αὐτῆς. Marc. 1, 20. 9, 8. Luc. 5, 29. 11, 7. 31 sq. 12, 58. Gal. 4, 25. 30. Apoc. 3, 21. (Gen. 9, 8. 2 Reg. 11, 3. 9. 2 Chron. 2, 7. 7, 8. Ps. 106, 6. Dan. 10, 13. Cohel. 2, 16. 3 Esdr. 7, 54.) — c) sensu minus definito refertur ad *coniunctionem* qualemcunque plurium, ubi est: *cum, mit;* Matth. 18, 23 συνᾶραι λόγον μετά τινος. c. 25, 19. — c. 20, 2 συμφωνεῖν μετά τινος. Luc. 2, 38 ζήσασα μετὰ ἀνδρός. (2 Sam. 19, 33.) Luc. 12, 13 μερίζομαι μετά τινος τὴν κληρονομίαν. c. 23, 12 ἐγένοντο φίλοι μετ' ἀλλήλων. 1 Cor. 6, 6 ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται. 2 Cor. 6, 15 τίς μερὶς πιστῷ μετα ἀπίστου. 1 Io. 1, 3 ἵνα κοινωνίαν ἔχητε μεθ' ἡμῶν. ib. v. 6. 7. — Huc etiam pertinent: α) μένειν μετά τινος, manere cum aliquo, Luc. 22, 28. 24, 29. 1 Io. 2, 19. — β) γίνεσθαι μετά τινος, Act. 7, 38. 9, 19. 20, 18. (Tob. 3, 8.) — γ) εἶναι μετά τινος, esse, versari cum aliquo, Matth. 9, 5. Marc. 1, 13. 2, 19. 3, 14. 5, 18. Luc. 5, 34. 6, 3. Io. 7, 33. (1 Chron. 11, 8.) — Act. 9, 39 μετ' αὐτῶν οὖσα, i. e. dum viveret. — ex adiuncto: *a partibus alicuius esse*, Luc. 11, 33. vid. εἰμί no. 6 sub lit. f. — εἶναι μετά τινος, si de *Deo* dicitur, indicat Deum alicui adesse adiutorem, tutorem, Matth. 1, 23. Luc. 1, 28. (1 Chron. 17, 2.) Io. 3, 2. 8, 29. 16, 32. Act. 7, 9. 18, 10. 2 Cor. 13, 11. Phil. 4, 9. Iudith. 13, 11. — Item in bonis apprecationibus est: *adesse, largiter tribui*, Rom. 16, 24 ἡ χάρις τοῦ κυρίου μεθ' ἡμῶν. 1 Cor. 16, 23 sq. 2 Cor. 13, 13. Gal. 6, 18. Eph. 6, 24. Hebr. 13, 25. 2 Io. 3. Apoc. 22, 21. — οἱ μετά τινος, *adseclae, comites*, Matth 12, 3. 4. 26, 51. Marc. 1, 36. 16, 10. Apoc. 17, 14 et passim. (Gen. 32, 7. Amos. 4, 2. 8, 10.) — d) apud nostros scriptores refertur ad *actionem* cum alio, ita ut μετά indicet eum, ad quem actio, quae in verbo est, spectet, ubi profani μετά rarius usurpant, sed τινί, vel σύν τινι, vel πρός τινα. Sic λαλεῖν, συλλαλεῖν μετά τινος, loqui cum aliquo, vid. λαλέω no. 2 et συλλαλέω. — Πολεμεῖν μετά τινος, vid. πολεμέω. — Luc. 1, 58 ἐμεγάλυνεν ὁ κύριος τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. v. 77 ποιεῖν ἔλεος μετά τινος. Luc. 10, 37. (Gen. 24, 12. Iudith. 15, 10. 2 Chron. 24, 22. Gen. 21, 23 ποιεῖν δικαιοσύνην μετά [עם] τινος. Ruth. 2, 20. 2 Sam. 16, 17.) — Act. 14, 27 ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς μετ' αὐτῶν. ib. 15, 4. (2 Chron. 5, 10. 11, 3. 24, 16. Iudith. 8, 26. 1 Sam. 17, 33.) — Rom. 12, 18 εἰρηνεύειν μετά τινος. Hebr. 12, 8. Apoc. 2, 22 μοιχεύειν μετά τινος. 14, 4 οἱ μετὰ γυναικῶν ἐμολύνθησαν. 17, 2 μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν. c. 18, 3. 9. (Gen. 39, 10. Ezech. 16, 34. 3 Esdr. 8, 70.) — 2) cum nominibus *rerum* dicitur de communitate, ut Latinorum *cum* et nostrum *mit;* a) universe et minus definite; Matth. 27, 34 ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, poscam felle temperatam. Luc. 13, 1 ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξεν μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν, quorum sanguinem cum victimis eorum miscuit, i. e. quos dum victimas mactarent trucidavit. Io. 19, 40 ἔδησαν αὐτὸ ἐν ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, adhibitis aromatibus, τοῖς ὀθονίοις immixtis. c. 20, 7 οὐ μετὰ ὀθονίων κείμενον, non cum fasciis repositum. 2 Tim. 2, 10 μετὰ (una cum) δόξης αἰωνίου. Hebr. 9, 19 μετὰ ὕδατος, una cum aqua. — b) de rebus, quibus aliquis *instructus* est, quas *secum habet*, quibus *utitur tanquam adminiculis;* Matth. 24, 31 μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, cum magno tubae sonitu. c. 26, 47 μετὰ μαχαιρῶν. v. 55. Marc. 14, 43. Luc. 22, 52. Io. 18, 13. (3 Esdr. 5, 59 ἐστολισμένοι μετὰ μουσικῶν καὶ σαλπίγγων. Iudith. 15, 13 ἐνωπλισμένοι μετὰ στεφάνων καὶ ὕμνων ἐν τῷ στόματι αὐτῶν.) — Act. 24, 18 οὐ μετὰ ὄχλου καὶ θορύβου, non circumdatus cum turba tumultuantium. c. 26, 12 μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς, instructus potestate et mandato. — Matth. 27, 66 ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ κουστωδίας, sepulchrum, lapide obsignato, communiverunt cum costodia i. e. custodibus appositis, ut nostrum *mit* pro *vermittelst*. Marc. 10, 30 μετὰ διωγμῶν, intervenientibus persequutionibus, i. e. quatenus eas fortiter tulerunt. — μεθ' ὅρκου, interposito iureiurando, Matth. 14, 7. 26, 72. Hebr. 7, 21. Num. 30, 11. 2 Macc. 14, 32. — Act. 2, 28 πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου, vermittelst deines Angesichts, eo, quod vultum ad me vertis, me benigne respicis. (Depromta ex Ps. 16, 11 ubi in textu hebr. est אֶת־פָּנֶיךָ.) — Act. 5, 26 οὐ μετὰ βίας, non vi adhibita. c. 13, 17 μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ, vid. ὑψηλός. c. 24, 7 μετὰ πολλῆς βίας. (3 Macc. 4, 7.) 1 Tim. 1, 14 μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης, interveniente fide in Christum et amore erga illum, i. e. dum Christo fidem habui. ib. 4, 14 μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν, manuum impositione. (3 Macc. 5, 8 ῥύσασθαι αὐτοὺς μετὰ [vermittelst] μεγαλομεροῦς ἐπιφανείας. 2 Macc. 12, 28 τὸν μετὰ κράτους συντρίβοντα τὰς τῶν πολεμίων ἀλκάς. Test. XII patr. p. 543 σκότος, — ὥστε μετὰ λύχνου μὴ ἐπιγινώσκειν ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. — c) denique μετά cum nomine rei saepissime indicat *modum* vel *rationem* actionis, quae est in verbo, die die Handlung begleitenden Beschaffenheiten oder Zustände, ubi Latini vel *cum*, vel ablativum, vel participium vel adverbium usurpant, nostri autem *mit*, *unter;* Matth. 13, 20 εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν, laetabundus recipiens. c. 28, 8 μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, timore pariter ac gaudio magno plenae. Marc. 3, 5 περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, cum indignatione. Marc. 6, 25 μετὰ σπουδῆς, festinanter. c. 9, 24 μετὰ δακρύων, lacrymans, unter Thränen. Luc. 1, 39. 8, 13. 9, 36 σπαράσσει αὐτὸν μετ' ἀφροῦ, ore spumantem. c. 14, 9 μετ' αἰσχύνης, cum ignominia, ignominiose. (3 Esdr. 8, 77.) Luc. 17, 15 μετὰ φωνῆς μεγάλης, alta voce. (Iudith. 14, 16.) Act. 2, 29 μετὰ παῤῥησίας. 4, 31. (Levit. 26, 13.) Act. 14, 23 προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, simul ieiunantes, unter Fasten. c. 15, 33 μετ' εἰρήνης. 17, 11 μετὰ πάσης προθυμίας ἐδέξαντο τὸν λόγον. c. 20, 19 μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης δουλεύειν. Vid. praeterea Act. 24, 3. 27, 10. 2 Cor. 7, 15. 8, 4. Eph. 6, 7. 1 Tim. 2, 9. 15. Tit. 2, 13 μετὰ πάσης ἐπιταγῆς, severe. Hebr. 4, 16. 5, 7. 10, 22. 11, 31. 12, 28 et saepius. (2 Macc. 15, 7 πεποιθὼς μετὰ πάσης ἐλπίδος. c. 7, 37 μετὰ [unter] ἐτασμῶν καὶ μαστίγων ἐξομολογήσασθαι. Gen. 42, 38. Nah. 1, 2. Ies. 15, 3. Prov. 17, 1. 3 Esdr. 5, 63. 1 Macc. 7, 28. 3 Macc. 1, 4. 16. 7, 14. Tob. 11, 19.)

II. *Accusativo* iungitur, et dicitur *de iis, quae se subsequuntur;* LXX saepissime pro אַחַר, etiam pro מִקֵּץ.

1) de loco: *post*, *hinter*, Hebr. 9, 3 μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα. (Iudith. 2, 4 ὁ δεύτερος μετ' αὐτόν. Aeschin. Socr. Dial. 3, 19. Hom. Odyss. 2, 406.)

2) de *tempore: post, nach*, et de iis quae proxime, et de iis quae serius sequuntur; Matth. 1, 12 μετὰ τὴν μετοικεσίαν. Matth. 24, 29 μετὰ τὴν θλῖψιν. 17, 1. 25, 19 μετα δὲ χρόνον πολύν. 27, 53 μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ. vid. etiam Marc. 13, 24. Luc. 1, 24. 2, 46. 15, 13. Io. 4, 43. Act. 1, 5. 7, 5. 13, 25. Hebr. 7, 28 μετὰ τὸν νόμον post legem latam, et saepius. (Gen. 9, 9. 28. 11, 11. Cohel. 2, 18.) — Ubi sequitur infinitivus verbi, est: *postquam;* Marc. 1, 14 μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι, statim postquam traditus erat. Matth. 26, 32. Marc. 14, 28. 16, 19. Luc. 12, 5. Act. 1, 3 et saepius. — μετα μικρόν, *paulo post*, Matth. 26, 73. Marc. 14, 70 μετὰ βραχύ, Luc. 22, 58 μετὰ δὲ ταῦτα, Marc. 16, 12 μετὰ τοῦτο, Io. 2, 12. 19, 28. (Gen. 18, 5. Lev. 14, 19.) Act. 37, 14 μετ' οὐ πολύ haud ita multo post. — In locis quibusdam Matth. 27, 63 μετὰ τρεῖς ἡμέρας, exactis tribus diebus, i. e. in fine diei tert., Marc. 8, 31. Luc. 22, 20. 1 Cor. 11, 25 voluerunt quidam vertere *intra*, ita ut de tempore adhuc durante cogitandum esset, (*Kypkii* obss. I. p. 142. vid. etiam Io. 5, 4. coll. v. 7. c. 13, 27) sed minime est *intra*, imo finem temporis adcurate terminat: *statim post*, vel etiam: *ipso temporis fine*. vid. Num. 30, 16. Gen. 4, 3. 8, 3. 6. 41, 1. Exod. 12, 41. Io. 3, 2. Ezech. 3, 16. Io. 23, 1. Deut. 14, 28. coll. Deut. 16, 12. 3 Esdr. 1, 40. (Ioseph. ant. 2, 5. 4 μεθ' ἡμέραν, interdiu.) — In compositis μετά indicat 1) communitatem, societatem, 2) commutationem et permutationem, 3) consecutionem sive seriem, qua aliud est *post* aliud.

Μεταβαίνω, f. ήσομαι, aor. 2. μετέβην, imperativ. μετάβηθι, perf. μεταβέβηκα, (ex μετά et βαίνω) *demigro, abeo, discedo;* seq. ἀπό, Matth. 8, 34. seq. ἐκεῖθεν, Matth. 11, 1. 12, 9. 15, 29. Act. 18, 7. — sequente ἐντεῦθεν, Matth. 17, 20. Io. 7, 3. — *migro, transmigro*, seq. ἐκ et εἰς, Luc. 10, 7 ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. Io. 5, 24 ἐκ τοῦ θανάτου εἰς ζωήν. 1 Io. 3, 14. — seq. ἐκ et πρός, Io. 13, 1. coll. Sap. 7, 27 εἰς, descendere. ib. 19, 19 ἐπὶ τῆς γῆς. (tropice 2 Macc. 6, 1 ἐκ τῶν νόμων. ib. v. 9 ἐπὶ τὰ Ἑλληνικά.) *.

Μεταβάλλω, (ex μετά et βάλλω) converto, converto me, Ies. 60, 5. Sir. 18, 26. — Medium: 1) converto me LXX pro שׁוּב Ios. 8, 21. — 2) tropice *muto*, (LXX pro הָפַךְ Exod. 7, 17. 20. Lev. 13, 3 sq.) — *mentem, sententiam muto;* semel Act. 28, 6 μεταβαλλόμενοι, sententia mutata. Sic 2 Macc. 6, 29. 4 Macc. 6, 18. Ioseph. ant. 5, 7. 7

ὁ θεὸς μεταβαλόμενος εἰς τὸ ἡμερώτερον. Ib. 1, 3. 1 πρὸς τὸ χεῖρον. Ib. 4, 8. 24 πρὸς τὸ συμφορώτερον. Test. XII patr. pag. 650 μὴ μεταβάλλεσθε, μήτε εἰς τρίψιν, μήτε εἰς ἀείδιαν.

Μετάγω, (ex μετά et ἄγω) mecum duco, 1 Reg. 8, 48. transduco, transfero, 2 Chr. 6, 37. Sir. 10, 8. 3 Esdr. 5, 69. (traduco, interpretor, Prolog. Sir.) — Bis in N. T. ubi est: duco secundum meam voluntatem, *flecto* in quam velim partem, *dirigo*, Iac. 3, 3 de equis, qui freno, et v. 4 de navibus, quae gubernaculo diriguntur.

Μεταδίδωμι, aor. 2. μετέδων, imperat. 3 pers. μεταδότω (Luc. 3, 11.) (ex μετά et δίδωμι) *communico* cum aliquo, *trado, impertior*, τινί τι, Luc. 3, 11. Rom. 1, 11. Eph. 4, 28. coll. Iob. 31, 17. Prov. 11, 26. Test. XII patr. p. 640. — 1 Thess. 2, 8 τὸ εὐαγγέλιον. (De doctrina etiam Sap. 7, 13. Test. XII patr. p. 658 ἃ ἠκούσατε μετάδοτε καὶ ὑμεῖς τοῖς τέκνοις ὑμῶν.) — Rom. 12, 8 ὁ μεταδιδούς, qui victum, eleemosynas distribuit pauperibus, διάκονος; quod vide. *.

Μετάθεσις, εως, ἡ, (a μετατίθημι) 1) *translocatio, transpositio;* Hebr. 11, 5. vid. Μετατίθημι. — 2) *immutatio*, qua res loco suo movetur, *abrogatio*, Hebr. 7, 12 καὶ νόμου μετάθεσις, lex (de sacerdote e stirpe Aaronis eligendo) sublata est. vid. v. 18, ubi ἀθέτησις τῆς ἐντολῆς. Ib. 12, 27. (de mutatione sententiae et morum, 2 Macc. 11, 24. Thucyd. 5, 29.) **.

Μεταίρω, aor. 1. μετῆρα, (ex μετά et αἴρω) *aufero mecum, abduco*, — captivum, 2 Reg. 24, 31. Ier. 39, 9. coll. Ps. 80, 8. — μεταίρω (intellige ναῦν, πόδα) *abeo, discedo, aufbrechen;* Matth. 13, 53 μετῆρεν ἐκεῖθεν. 19, 1 μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. (Aquila Gen. 12, 8 וַיַּעְתֵּק מִשָּׁם καὶ μετῆρεν ἐκεῖθεν, LXX: καὶ ἀπέστη ἐκεῖθεν.) *.

Μετακαλέω, ῶ, aor. 1. med. μετεκαλεσάμην, fut. μετακαλέσομαι, (ex μετά et καλέω) ex uno loco in alium voco, wegrufen; evoco, Hos. 11, 1. 3 pro קָרָא. 3 Esdr. 1, 50. — Medium: *ad me voco; arcesso;* Act. 7, 14. 10, 32. 20, 17. 24, 25. (Evang. Nicod. p. 9.)

Μετακινέω, ῶ, (ex μετά et κινέω) *dimoveo*, pr. Deut. 32, 30. 19, 14. — tropice: ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, nec avocari vos patiamini a spe, Col. 1, 23. (de mutatione s. perturbatione reipublicae Xenoph. de republ. Laced. 15, 1. coll. Esdr. 9, 11 ubi LXX pro נִדָּה, impuritas. Ioseph. ant. 5, 3. 2 μετακινηθέντες τοῦ κόσμου τῆς πολιτείας, quum defecissent ab honesta disciplina civitatis.) *.

Μεταλαμβάνω, aor. 2. μετέλαβον, (ex μετά et λαμβάνω) 1) *manu capio*, seq. genitivo, τῆς τροφῆς, cibum capere, Act. 2, 46. 27, 33. (Ioseph. de bell. 2, 8. 8.) — 2) *particeps fio, accipio*, seq. genitivo, 2 Tim. 2, 6 τῶν καρπῶν. Hebr. 6, 7 εὐλογίας. Ib. 12, 10 τῆς ἁγιότητος. (Sap. 18, 9 ἀγαθῶν καὶ κινδύνων μεταλήψεσθαι. 4 Macc. 8, 7 μεταλαβόντες Ἑλληνικοῦ βίου.) — seq. accusativo: Act. 24, 25 καιρὸν μεταλαβών, quum tempus opportunius fuero nactus. (Sic καιρὸν λαμβ. apud Polyb. 1, 36. 4. vid. *Raphel.* ad h. l. Ioseph. ant. 6, 12. 7 μεταλαμβάνειν τόλμαν, audaciam induere.) (In 2 libr. Maccab. c. 4, 21. 11, 6. 12, 5. 8. 13, 10 μεταλ. τι, ut Latinor. *accipere*, dicitur de eo, quod audiendo comperimus.) *.

Μετάληψις, εως, ἡ, (a μεταλαμβάνω) *perceptio, participatio;* semel 1 Tim. 4, 3 de usu ciborum. (Polyb. 31, 21. 3.)

Μεταλλάσσω, s. ττω, aor. 1. μετήλλαξα, (ex μετά et ἀλλάσσω) *permuto, transmuto, immuto, ich verwechsle, vertausche*, Rom. 1, 25 τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ ψεύδει. ib. v. 26 τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν. Sic Test. XII patr. p. 666 ὡς Σόδομα, ἥτις ἐνήλλαξε τάξιν φύσεως αὐτῆς. Act. Thom. §. 52 μετήλλαξαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσίαν. (In V. T. Esth. 2, 20 τὴν ἀγωγὴν et μεταλλ. (τὸν βίον) mori, 2 Macc. 6, 31. 7, 7. 14 et βίον additur 3 Esdr. 1, 29. 2 Macc. 4, 7. 5, 5.) *.

Μεταμέλομαι, aor. 1. pass. μετεμελήθην, fut. 1. pass. μεταμεληθήσομαι, verbum depon. med. (ex μετά et μέλομαι s. μέλει) — LXX pro נָחַם, propr. sententiam priorem muto; *muto sententiam, resipisco*, Matth. 21, 29. 32. 27, 3. Hebr. 7, 21. (Ps. 110, 4. coll. Ier. 20, 16.) — 2) *poenitet me*, 2 Cor. 7, 8 οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην, nunc non poenitet me, quanquam antea me poenituerat. (Ezech. 14, 22. Sap. 19, 2. Sir. 30, 19. 1 Macc. 11, 10. Ioseph. ant. 1, 19. 7.) *.

Μεταμορφόω, ῶ, aor. 1. pass. μετεμορφώθην, (ex μετά et μορφόω) *formam muto, transformo; μεταμορφόομαι, transformor, transfiguror;* (Philo de legat. ad Cai. p. 1005.) a) proprie de externo habitu, Matth. 17, 2. Marc. 9, 2. (Symmach. Ps. 33, 1 pro שַׁנּוֹת, ubi LXX ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.) 2 Cor. 3, 18 ubi de externo splendore corporum post resurrectionem sermo esse videtur. coll. 1 Cor. 15, 49. Phil. 3, 21. (Narratio Iosephi ap. Birch. p. 192 μετεμορφώθη [post resurrectionem suam] ὁ Ἰησοῦς, καὶ οὐκ ἦν ὡς πρότερον πρὶν σταυρωθῆναι αὐτόν, ἀλλ' ἦν διαπαντὸς φῶς.) — b) tropice de animi in melius mutatione, Rom. 12, 2. (Senec. ep. 5 „sentio, non emendari me tantum, sed transfigurari.“) cf. Ἀνακαινόω, Ἀνακαίνωσις.

Μετανοέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. μετενόησα, (ex μετά et νοέω) — LXX pro נָחַם, 1) sapio post factum; — *mentem muto* in melius, et dicitur ut νοῦς non solum de consiliis, voluntate, (Io. 3, 9.) moribus, sed etiam de intellectu ab errore resipiscente; igitur *resipisco, sapio*, Matth. 3, 2. 4, 17. 11, 20. Marc. 1, 15. 6, 12. Luc. 13, 3. 5. 15, 7. 10. 16, 30. Act. 2, 38. 3, 19. 17, 30. 26, 20 μετανοεῖν καὶ ἐπιστρέφειν, mentem ab errore idololatriae eiusque vitiis avocare et convertere ad Deum. Apoc. 2, 5. 16. 3, 3. 19. 16, 9 οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν. (Ioseph. ant. 2, 14. 5 οὐ μετενόει πρὸς τὴν ἔξοδον, i. e. ut exitum iis concederet. Sap. 5, 3.) — Ex adiuncto: *desisto*, Act. 8, 22 ἀπὸ τῆς κακίας, (Ier. 8, 6.) Apoc. 2, 21 ἐκ τῆς πορνείας. Similiter seq. ἐκ ib. v. 22. 9, 20. 21. 16, 11. — 2) *poenitet me, doleo*, Luc. 17, 3. 4. Ioseph. 2, 15. 3. — sequente ἐπί ad indicandam rem, cuius poenitet aliquem, 2 Cor. 12, 21. (Ioel. 2. 13. Amos. 7, 3. 6. Ion. 3, 10. 4, 2. etiam seq. περί, Ier. 18, 8. 10. Ioseph. ant. 7, 7. 3.) — Ex Hebraeorum dicendi ratione: *poenitentiam agere* dicebantur etiam illi, qui propter peccata commissa Deum placare studerent, ideoque veste lugubri uterentur, cinere caput adspergerent, et a vino ciboque delicatiori aliisque oblectamentis abstinerent. Matth. 11, 21. 12, 41. Luc. 10, 13. 11, 32. (Ioel. 2, 12. Ion. 3, 6 sqq. Test. XII patr. p. 520 ἑπτὰ ἔτη μετενόησα ἐνώπιον κυρίου· οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιον, καὶ κρέας οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου, καὶ πᾶν (πάντα) ἄρτον ἐπιθυμίας οὐκ ἐγευσάμην, πενθῶν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ μου. Ibid. 607 μετανοήσας ἐπὶ τούτοις, οἶνον καὶ κρέας οὐκ ἔλαβον ἕως γήρως, καὶ πᾶσαν εὐφροσύνην οὐκ εἶδον. Dicitur haec poenitentia ib. p. 611 μετάνοια τῆς σαρκός.) *.

Μετάνοια, ας, ἡ, (a μετανοέω) 1) *mutatio mentis, consiliorum* (Ioseph. de bell. 4, 6. 1), *studiorum*, — *emendatio*, qua errorem et peccatum missum facimus, verum autem et rectum amplectimur, Matth. 3, 11. 9, 13. Marc. 1, 4. [2, 17.] Luc. 3, 3. 5, 32. 15, 7. Act. 11, 18. Act. 13, 24. 19, 4. 2 Petr. 3, 9. Rom. 2, 4 ἄγειν εἰς μετάνοιαν (Ioseph. ant. 4, 6. 10 τοὺς νέους ἄγειν εἰς μετάνοιαν ὧν ἔπραττον.) De sententia cf. Sap. 11, 23. — Ex adiuncto: *conversio*, μετάν. ἡ εἰς τὸν θεόν, Act. 20, 21. 26, 20. — εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. 2 Tim. 2, 25. — 2) *poenitentia*, Matth. 3, 8. Luc. 3, 8. 2 Cor. 7, 9. 10. Hebr. 6, 6. — Luc. 24, 47 μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. (Orat. Manass. v. 7. 8.) Act. 5, 31. (Sap. 12, 19.) — Hebr. 12, 17 μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε, i. e. μετάνοια αὐτοῦ τόπον οὐχ εὗρε, non admittebatur a Deo eius poenitentia, nil effecit eius dolor. (Nisi hic μετάνοιαν referre velis ad Deum iratum, qui mentem mutat, i. e. condonat.) cf. Sap. 12, 10 ἐδίδους τόπον μετανοίας. Philo quod det. pot. ins. p. 172: „Caino τῷ μὴ δεχομένῳ μετάνοιαν. Antonin. 8, 10. De notione poenitentiae externae vid. Μετανοέω. *.

Μεταξύ, 1) adverb. *inter*, zwischen a) de loco, (Hom. Iliad. 1, 156. Sap. 18, 23 μεταξὺ στάς. — b) de tempore; ubi proprie tempus indicat, quod inter duo facta interiacet; ὁ μεταξύ, videlicet χρόνος, tempus interiacens, Zwischenzeit. Io. 4, 31 ἐν τῷ μεταξύ, *interea*, nimirum dum mulier aberat in urbe. (Ioseph. ant. 2, 7. 1 τῷ μεταξὺ χρόνῳ. ant. 9, 9. 2 μεταξὺ δὲ ταῦτα λέγουσαν, interim dum haec dicebat. ib. 11, 6. 9 μεταξὺ πίνων, dum bibebat. Idem de bell. 7, 10. 4.) — Rarius indicat *subsequens*, et quidem proximum (non remotum) tempus, quod est inter id, de quo sermo est, et aliud, quod cogitando addi potest, ubi vertendum est: *postea statim, proxime* (Ioseph. ant. 7, 8. 3); sic Act. 13, 42 τὸ μεταξὺ σάββατον, sabbatum proxi-

mum, s. proxime sequens. (Ioseph. de bell. 5, 4. 2 *Δαβίδου τε καὶ Σολομῶνος, ἔτι δὲ τῶν μεταξὺ τούτων βασιλέων*. Id. contra Apion. 1, 21 *ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε*. Plutarch. de discr. amic. et adul. c. 22 *ἀποσιωπῶν μεταξύ*, postea statim silens. vid. etiam exempla e Plutarcho a *Kypkio* II. p. 68 allata.) — — 2) est loco praepositionis, regitque genitivum substantivorum, *inter* a) de loco; Matth. 23, 35 *μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου*. Luc. 11, 51. 16, 26. (Sap. 16, 19 *μεταξὺ ὕδατος*. Ioseph. ant. 7, 10. 4 *μετ. τῶν πυλῶν*.) — b) de hominibus, Matth. 18, 15 *μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ*. Act. 15, 9. Rom. 2, 15 *μεταξὺ ἀλλήλων*, invicem. Act. 12, 6 *μεταξὺ δύο στρατιωτῶν*. — (Sap. 4, 10 *ζῶν μεταξὺ ἁμαρτωλῶν*. Plutarch. de discr. amic. et adul. 1 *μεταξὺ φιλίας*, in amicitia, inter amicos. Ioseph. ant. 3, 6. 8.) *.

Μεταπέμπω, aor. 1. medii *μετεπεμψάμην*, partic. aor. 1. pass. *μεταπεμφθείς*. (ex *μετά* et *πέμπω*) mitto aliquem post alium, prius missum vel digressum; usitatius in medio: mitto aliquem, ut alium ad me reducat, ad me vocet; *arcesso, advoco*, holen, rufen lassen, seq. accusativo; Act. 10, 5. 22. 29. 11, 13. 24, 24. 26. 25, 3. (Num. 23, 7. Gen. 27, 45. 2 Macc. 15, 31. 4 Macc. 12, 3. 6. Ioseph. ant. 2, 5. 4.) *.

Μεταστρέφω, aor. 1. *μετέστρεψα*, aor. 2. pass. *μετεστράφην*, fut. 2. pass. *μεταστραφήσομαι*, (ex *μετά* et *στρέφω*), LXX pro הָפַךְ, 1) inverto, Ier. 21, 4 הֵסֵב. averto, Deut. 23, 5. — 2) *muto, immuto;* Act. 2, 20 ὁ ἥλιος (splendor solis) *μεταστραφήσεται εἰς σκότος*, (Ioel. 2, 31.) coll. Ps. 66, 6. Iac. 4, 9 *γέλος εἰς πένθος*. (Amos. 8, 10. 1 Macc. 9, 41. coll. Dan. 10, 8.) — Ex adiuncto: muto in peius, *perverto*, Gal. 1, 7 *τὸ εὐαγγέλιον*. Sir. 11, 31 *τὰ ἀγαθὰ εἰς κακά*. Test. XII patr. p. 688 ὁ *Βελιὰρ τὸ ἀγαθὸν ἐν πονηρίᾳ* (pro *εἰς πονηρίαν*) *μεταστρέφει*. *.

Μετασχηματίζω, f. *ίσω*, aor. 1. *μετεσχημάτισα*, (ex *μετά* et *σχῆμα*) 1) *alia forma induo, transfiguro;* Phil. 3, 21 *μετασχηματίσει τὸ σῶμα*, transmutabit corpus. (De habitu externo Ioseph. ant. 7, 10. 5 *μετασχηματίσας αὐτόν*, habitu externo mutata. ib. 8, 11. 1. Sic Symmach. 1 Sam. 28, 8. יִתְחַפֵּשׂ, ubi LXX *συνεκαλύψατο καὶ περιεβάλετο ἱμάτια ἕτερα*.) — Medium: *alia forma induo me, transmuto me, alicuius personam induo;* 2 Cor. 11, 13 *μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους*, ib. v. 14 *εἰς ἄγγελον*; ib. v. 15 *ὡς διάκονοι*. Test. XII patr. p. 530. „Egregores *μετεσχηματίζοντο εἰς ἀνθρώπους*.“ 4 Macc. 9, 22 „igne consumendus *ὥσπερ ἐν πυρὶ μετασχηματιζόμενος εἰς ἀφθαρσίαν ὑπέμεινεν τὰς στρέβλας*.“ — *transfero*, de figurate dictis, 1 Cor. 4, 6. *.

Μετατίθημι, perf. *μετέθηκα*, aor. pass. *μετετέθην*, (ex *μετά* et *τίθημι*) 1) *transpono, transfero in alium locum*, a) proprie Act. 7, 16. (LXX pro הַגְלָה Ies. 52, 25—29. Test. XII patr. p. 322.) Hebr. 11, 5 *Ἐνὼχ μετετέθη*, intell. *πρὸς τὸν θεόν*. (LXX Gen. 5, 24 *μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός*, hebr. לָקַח. Sir. cap. 44, 16 de eodem Henocho usurpat *μετετέθη*; Ioseph. ant. 1, 3. 4 *ἀνεχώρησε πρὸς τὸ θεῖον*. coll. Sap. 4, 10.) — de munere: Hebr. 7, 12 *μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης*, quum transferretur sacerdotium in alium, s. in aliam tribum. (Ioseph. ant. 12, 9. 7 *μεταθεῖναι τὴν τιμὴν* (pontificatum) *ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας εἰς ἕτερον οἶκον*.) — b) tropice: *sententia, opinione, usu aliquid transfero*, idque in malam partem: *perverto, abutor;* Iud. v. 4 *τὴν τοῦ θεοῦ χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν*, qui Dei gratia abutuntur ad lasciviam. — 2) *averto, dimoveo*, a) pr. Deut. 27, 17 ὁ *μετατιθεὶς* (מַסִּיג) *ὅρια τοῦ πλησίον*, Hos. 5, 10. cf. Ps. 46, 2 ubi textu hebr. est מוּט. — tropice, medium: averto me, *descisco*, Gal. 1, 6 *μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον*. (2 Macc. 7, 24 *μεταθέμενος ἀπὸ τῶν πατρίων νόμων*. cf. quae *Kypkius* II. p. 273 e profanis collegit. Hinc etiam: muto sententiam, *τὴν γνώμην*. Ioseph. de vita §. 33. cf. *Krebsius* in obss. Flav. p. 316 sqq.) *.

Μετέπειτα, adv. *deinde, postea* (ex *μετά* et *ἔπειτα* post). Hebr. 12, 17. (Iudith. 9, 5. 3 Macc. 3, 24. Ioseph. ant. 6, 4. 6 *ταῖς μετέπειτα γενεαῖς*.) *.

Μετέχω, aor. 2. *μετέσχον*, praet. *μετέσχηκα* (ex *μετά* et *ἔχω*) *particeps sum, particeps fio, percipio*, 1 Cor. 9, 10 *ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν* (ita *Griesb.*) spe frugum percipiendarum. — seq. genitivo, 1 Cor. 9, 12 *τῆς ἐξουσίας*. 1 Cor. 10, 21 *τραπέζης κυρίου*. Hebr. 7, 13 *φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε*, ex alia fuit tribu. — Hebr. 2, 14. cf. Sap. 19, 6. 3 Esdr. 8, 70 *μετέχ. ἀνομίας*. 2 Macc. 4, 14. 5, 27. — De victu 1 Cor. 10, 30 *χάριτι μετέχω* (*τῆς τροφῆς*) cum gratiarum actione edo. Seq. *ἐκ*: 1 Cor. 10, 17 *ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν*. Hebr. 5, 13 *γάλακτος*. cf. 3 Esdr. 5, 40 ubi in textu hebr. Esdr. 2, 6 est אָכַל. *.

Μετεωρίζω, a *μετέωρος*. Hoc verbum, quod semel, Luc. 12, 29 *μὴ μετεωρίζεσθε*, legitur, multum exercuit interpretes. (Vid. *Wolfius* in cur. phil. ad h. l.) Quidam vertunt: nolite curare quae sunt *μετέωρα*, in nubibus, i. e. alta et inutilia appetere. Alii: ne mens vobis distrahatur. Alii: nolite animo evagari et praesentibus parum intenti nubes et astra suspicere. Alii, et quidem plurimi, de animo suspenso, inter spem et metum fluctuante explicant, metaphora ducta a navibus, quae aestu maris iactantur. Vix autem doceri potest, *μετέωρον* unquam dici animo fluctuantem, quum in locis hunc in finem excitatis *μετέωρος* potius esse videatur attentus, cupidus, ut haud raro legitur. *Μετέωρος* enim est 1) *altus, sublimis*, Sir. 37, 14 *σκοποὶ ἐπὶ μετεώρου καθήμενοι*. Ioseph. de bell. 3, 9. 3 *μετέωρος ὑπεραρθεὶς ὁ κλύδων ἐβάπτισεν*. Diod. Sic. p. 686 edit. Steph. *τόποι μετέωροι*; cui etiam *μετέωροι* dicuntur, qui in alto mari navigant, p. 448. Inde *μετεωρίζεσθαι*, *in altum se efferre*, LXX pro הִגְבִּיהַּ Obad. v. 4 *ἐὰν μετεωρισθῇς ὡς ἀετός*! Mich. 4, 1 pro נִשָּׂא *μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν*. Ezech. 10, 16. 17. 19 pro רוּם. — 2) tropice *μετέωρος* de animo: *elatus*, i. e. vel spe erectus, fiducia elatus (Diod. Sic. p. 433. ed. Rhodom. p. 290 *μετέωροι ταῖς ψυχαῖς*) vel fiducia nimia inflatus, superbiens (Diod. Sic. p. 350, ed. Rhod. p. 165 *μετ. ταῖς ἐλπίσι*.) Hinc *μετεωρισμός* superbia, audacia inflati animi 2 Macc. 5, 21 et *μετεωρίζεσθαι effert animo*, i. e. vel erigi spe, fiducia, Polyb. 3, 4 et 3, 70. vel altos spiritus ducere, nimis turgere, superbire, Diod. Sic. p. 78. 2 Macc. 5, 17 *ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν*, efferebatur animo. ib. 7, 34. 3 Macc. 6, 5. Ps. 131, 1 *οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν* (רָמוּ) *οἱ ὀφθαλμοί μου*. (Phil. lib. 1. de vit. Mos. p. 632 *μετεωρίσας καὶ φυσήσας ἡμᾶς τῷ λόγῳ*. — De fluviis tumescentibus Philo lib. 2. vit. Mos. p. 661, de mari fluctus altos ciente, Diod. Sic. p. 482. ed. Rhod. p. 364.) — 3) denique *μετέωρος* est: *attentus, intensus*, nostrum: *gespannt*, begierig, *valde cupidus*, metaphora ducta vel ab iis, qui de alto prospiciunt quasi speculatores (Sir. 37, 14), vel, quod magis placet, qui oculis sublatis cupide prospiciunt, igitur magna cupiditate feruntur. Ioseph. de bell. 4, 4. 1 *ἔθνος μετέωρον πρὸς τὰ κινήματα*, populus cupidus seditionis. ib. 4, 5. 1 *μετέωροί τε* (cupidi) *οἱ ζηλωταὶ τὴν ἄφιξιν αὐτῶν ἐκαραδόκουν*. vid. etiam ant. 4, 3. 1 et 8, 8. 2. Polyb. 3, 78 *σπεύδοντες καὶ μετέωροι ὄντες εἰς τὴν πολεμίαν*. ib. 5, 42 *ἕτοιμος ἦν καὶ μετέωρος στρατεύειν*. Hinc *μετεωρισμὸς ὀφθαλμῶν*, Sir. 23, 4. 26, 9. et Test. XII patr. p. 628 et p. 733 de lascivia, s. vehementia cupiditatum, et *μετεωρίζεσθαι*, quanquam ita apud profanos vix legatur, est: *cupidum esse, animum intendere ad aliquid, desiderio rei ferri*. Luc. 12, 29 est igitur: nolite his rebus magnopere intenti esse, sive desiderio earum abripi. Sic נָשָׂא נֶפֶשׁ est valde cupere, valde desiderare aliquid, Deut. 24, 15. Hos. 4, 8. Prov. 19, 18. Ier. 22, 27. 44, 14. De usu verbi *μετεωρίζειν* apud profanos conferendi sunt *Munthius, Loesnerus, Wolfius* ad Luc. 12, 29. et *Schwarzius* in lex. N. T. s. h. v.)

Μετοικεσία, ας, ἡ, (a *μετοικέω*, sedem permuto, peregrinor) *sedis mutatio, peregrinatio*, migratio, qua quis extorris et patria carens in aliqua urbe s. terra habitat. Vid. *Munthii* obss. p. 1. Sic LXX pro גָּלוּת, Obad. v. 20. — de *exilio* babylonico, pro גּוֹלָה 2 Reg. 24, 16. 1 Chron. 5, 22. Ezech. 12, 11. et quater apud Matthaeum c. 1, 11. 12. 17. *.

Μετοικίζω, f. ιῶ, aor. 1. *μετῴκισα*, (ex *μετά* et *οἰκίζω* habitare facio) *migrare iubeo, transfero in alias sedes;* bis in N. T. Act. 7, 4. 43. — (LXX pro הִגְלָה 2 Sam. 15, 19. 1 Chron. 5, 6. Ier. 22, 12. Amos. 5, 27 *μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ*. Philo de opif. mundi p. 39.)

Μετοχή, ῆς, ἡ, (a *μετέχω*) *participatio;* — *communio, societas;* 2 Cor. 6, 14 ubi i. q. *κοινωνία*. Psalt. Sal.

14, 4 *ἐν μετοχῇ ἁμαρτίας αὐτῶν.* (LXX sed alio sensu pro חֻבְּרָה Ps. 122, 3.) Hesych. *μετοχή· κοινωνία, σχέσις.* *.

Μέτοχος, *ου, ὁ*, (a *μετέχω*) seq. genitivo: 1) ***particeps;*** Hebr. 3, 1 *κλήσεως*, ib. 6, 4 *πνεύματος ἁγίου.* ib. 12, 8. — 2) qui est in societate alicuius, ***socius, amicus;*** Hebr. 3, 14 *μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ* i. e. Christiani, Christi adseclae, eius gloriae participes. (LXX pro חָבוּר Hos. 4, 17 *μέτοχος εἰδώλων.*) Luc. 5, 7. Hebr. 1, 9 et apud LXX pro חָבֵר Ps. 44, 7. 119, 63. ccles. 4, 10. *.

Μετρέω, *ῶ*, aor. 1. *ἐμέτρησα*, fut. 1. pass. *μετρηθήσομαι*, (a *μέτρον*) 1) ***metior***, i. e. a) ***dimetior***, *τῷ καλάμῳ*, fune messorio, Apoc. 11, 1. 2. 21, 15—17. (LXX pro מָדַד, *τὸ γομόρ*, Exod. 16, 18. coll. Ruth. 3, 15. — *τὸ ὕδωρ*, Ies. 40, 12.) — b) ***emetior***, zumessen, ***metiendo distribuo;*** sic in proverbio, Matth. 7, 2. Marc. 4, 24. Luc. 6, 38 ubi profani dicunt *μετρεῖν τὴν ἴσην τινί.* — Passiv. *μετρέομαι*, ***dimensum accipio***, ich bekomme zugemessen, Marc. 4, 24. Ioseph. de bell. 3, 7. 12. et ant. 12, 3. 4. — 2) ***pondero, expendo***, LXX Dan. 5, 26 pro מְנֵה; — iudicio expendo, ***aestumo***, 2 Cor. 10, 12 *αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες*, i. q. postea *συγκρίνοντες*, de iis, qui se nonnisi secum ipsis (*ἐν ἑαυτοῖς*) comparant et metiuntur. (Horat. I. epist. 7, v. 98 „metiri se suo modulo ac pede.") Test. XII patr. p. 713 *ἐμέτρουν ἐμαυτόν*, de eo, qui modeste de se statuit. Eodem sensu Ignat. ad Trall. §. 4. Sap. 4, 8 *γῆρας γὰρ τίμιον οὐκ ἀριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται.* Demosth. ed. Reisk. 324, 24 *τῇ γαστρὶ μετροῦντες τὴν εὐδαιμονίαν.* *.

Μετρητής, *οῦ, ὁ*, (a *μετρέω*) 1) mensor; — 2) ***metretes, amphora attica, cadus***, (LXX pro בַּת 2 Chron. 4, 5. 3 Esdr. 8, 20 *οἴνου μετρητῶν ἑκατόν*, LXX Esdr. 7, 22 *οἴνου βατῶν ἑκατόν*) mensura liquidorum, duos et septuaginta sextarios, seu congios duodecim atticos continens. Semel Io. 2, 6. (Polyb. 2, 15. 1. Demosth. 1045, 6. Aelian. hist. anim. 8, 9.) — Amphora romana octo et quadraginta sextarios romanos capiebat.

Μετριοπαθέω, *ῶ*, (a *μετριοπαθής*, qui modum tenet, moderatus) ***moderor affectus vehementiores, modum teneo.*** Vid. ***Kypkii*** obss. II. p. 388 sq. et quae ibi e profanis allata sunt. — In N. T. semel Hebr. 5, 2 ubi pontifex Iudaeorum dicitur *μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις.* Plurimi vertunt: ***moderate fero, facilem me praebeo, indulgeo;*** sed ita vix de pontifice dici poterat. Alii (vid. ***Krebsius*** in obss. Flav. p. 371): ***misericordia tangi***, quo sensu Ioseph. arch. 12, 3. 2. et *μετριάζειν*, ib. 5, 7. 7 legi videtur. Sed nec sic pontifici iudaeo satis convenit. Fortasse *μετριοπαθεῖν* hic est pro *μετρίως* s. *ἐκ μέτρου παθεῖν* (*συν*) *τοῖς ἀγνοοῦσι*, qui ***aliquo modo*** patitur eadem, quae peccator, qui miseria aliquo modo tangitur aeque ac peccator, qui mortem meruit. Vide quo modo c. 5, 7. 8 eadem transferuntur in Christum. cf. Phil. 2, 6—8. Hebr. 2, 17. 18. inprimis c. 4, 15 ubi dicitur *πεπειρασμένος κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας.*

Μετρίως, (a *μέτριος*) adv. secundum mensuram, i. e. ***modice***, ita ut modus servetur, 2 Macc. 15, 38. (Xenoph. anab. 2, 3. 12.) — ***mediocriter, parum***, ut nostrum ***mässig;*** Act. 20, 12 *οὐ μετρίως.* (Xenoph. mem. 4, 1. 1.) coll. Io. 3, 34.

Μέτρον, *ου, τό*, 1) ***mensura***, qua metimur, a) de mensura cava, qua metimur eam explendo, Matth. 7, 2. Marc. 4, 24. Luc. 6, 38. — Matth. 23, 32 *πληρώσατε τὸ μέτρον*, vid. *Ἀναπληρόω* et *Πληρόω.* (LXX pro בַּת 2 Chron. 2, 10. אֵיפָה Lev. 19, 35. Deut. 25, 14. — b) de fune vel baculo messorio, Apoc. 21, 15 *μέτρον* (in text. ***Griesb.***) *κάλαμον χρυσοῦν.* ib. 21, 17. vid. *Ἄνθρωπος.* LXX pro מִדָּה, קָנֶה Ezech. 42, 16—19. 2 Reg. 21, 13. Thren. 2, 8. Exod. 26, 2. 8. — *Ἐκ μέτρου*, adhibita mensura, i. e. ***parce***, non largiter, Io. 3, 34. — 2) demensum, ***proportio, modus***, Rom. 12, 3 *μέτρον τῆς πίστεως.* Eph. 4, 7. 13. 2 Cor. 10, 13 *μέτρον τοῦ κανόνος*, vid. *Κανών.* cf. Sap. 11, 20. Iob. 38, 5. *.

Μέτωπον, *ου, τό*, (ex *μετά* et *ὤψ*, vultus) ***frons, die Stirn***, Apoc. 7, 3. 9, 4. 13, 16. 14, 1. 9. 17, 5. 20, 4. 22, 4. (LXX pro מֵצַח 2 Chron. 26, 19. 20. Ezech. 9, 4. Psalt. Sal. 15, 10 *τὸ σημεῖον ἀπωλείας ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτῶν*; contra v. 8 *τὸ σημεῖον τοῦ θεοῦ ἐπὶ δικαίους εἰς σωτηρίαν.*) *.

Μέχρι, et seq. vocali etiam, quanquam non semper, *μέχρις* (sic bis Hebr. 12, 4. et Marc. 13, 30 qua de re vid. ***Wineri*** Gramm. p. 44. Utrumque etiam legi apud antiquos scriptores, ut *μέχρι οὗ*, Herodot. 2, 19. *μέχρις οὗ* Herodot. 1, 181, monuit ***Lobeck.*** ad Phryn. p. 14) indicat ***terminum ad quem.*** Ab *ἄχρι* quidam *μέχρι* ita diversum esse putant, ut *μέχρι* indicet terminum absolutum, quo res finiatur, *ἄχρι* autem terminum minus absolutum. Vid. ***Tittmann*** de synon. in N. T. I, p. 33. Sed recte docuit ***Fritzsch.*** in Comment. in ep. ad Rom. p. 308 sq., hoc discrimen non servari.

I) praepositionis naturam induit, cui iungitur genitivus nominis: ***usque ad***, a) de tempore; Matth. 13, 30 *μέχρι θερισμοῦ*, usque ad messem (neque amplius). Act. 20, 7. Hebr. 9, 10. 1 Tim. 6, 14. — *μέχρι τέλους*, Hebr. 3, 6. 14. (*ἄχρι τέλους*, Hebr. 6, 11. Apoc. 2, 26. *ἕως τέλους*, 1 Cor. 1, 8.) — *Ἀπὸ — μέχρι*, Act. 10, 30. Rom. 5, 14 *ἀπὸ Ἀδὰμ — μέχρι Μωσέως*, ab Adamo usque ad Mosen regnavit mors, videlicet *μὴ ὄντος νόμου*, sine lege mosaica. (Ps. 105, 19 *μέχρι τοῦ ἐλθεῖν*, hebr. עַד עֵת. Iob. 8, 2 *μέχρι τίνος*, quousque. ib. 18, 2.) — *Μέχρις οὗ*, intellige *χρόνου ὅτε*, usque ad tempus quo, i. e. usque dum, Marc. 13, 30. (Ioseph. ant. 6, 11. 9. — *ἄχρις οὗ*, 1 Cor. 11, 26. 15, 25. Gal 3, 19.) — b) de loco, ad quem, Rom. 15, 19 *ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ — μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ.* (Iob. 38, 11 *μέχρι τούτου ἐλεύσῃ.*) — c) de fato: Phil. 2, 8 *μέχρι θανάτου*, ita ut mortem subiret. 2 Tim. 2, 9 *κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν*, ita, ut vincula patiar. — d) ***usque ad***, terminum nondum absolutum indicans; Matth. 11, 23 *ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον.* c. 28, 15 (LXX solent dicere *ἕως τῆς σήμερον.*) — Phil. 2, 30 *μέχρι θανάτου ἤγγισε*, morti proximus fuit, i. e. in mortis pericula venit Hebr. 12, 4 *οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε*, usque ad sanguinem, i. e. ut mortis discrimen subiretis. (2 Macc. 13, 14 *ἀγωνίσασθαι μέχρι θανάτου περὶ νόμου.* (*Ἄχρι θανάτου*, Apoc. 2, 10. 12, 11.) — II) est adverbium: ***usque dum, donec;*** Eph. 4, 13 *μέχρι καταντήσωμεν.* *.

Μή, particula negativa, ***non***, prohibitiva, ***ne***, et interrogativa: ***num?*** — Differt ab altera particula negandi, *οὐ*, ita, ut *οὐ* absolute et obiective, ut loquuntur, neget, *μή* vero hypothetice et subiective, quare *οὐκ* de re ipsa, per se spectata, *μή* vero de cogitatione rei, sive re, quatenus cogitatur, dicitur. *Μή* ergo ubique ponitur, ubi aliquid hypothetice enuntiatur, vel secundum voluntatem, iudicium, desiderium alicuius, ubi dicitur de eo, quod fieri potest, fieri posse vel faciendum, factumve esse videtur vel sumitur; Bedingung, Annahme, Meinung, Wille, das Können, Mögen, Sollen. Idem discrimen servatur in compositis *οὐδέ* et *μηδέ*, *οὔτε* et *μήτε*, *οὔπως* et *μήπως*, *οὐδείς* et *μηδείς* etc. Videantur de ea re prae caeteris ***Hermannus*** ad Viger. p. 796—810 et Grammaticorum libri, ***Matthiae***, §. 608, ***Buttmanni*** §. 135, ***Rostii*** §. 135, ***Wineri*** §. 59. 60. 61. — Legitur igitur 1) in ***enuntiationibus*** hypotheticis et subiectivis ***dependentibus*** ab alia enuntiatione, a) ***solum cum verbo***, potissimum cum infinitivo, cui saepius etiam articulus praefigitur; Marc. 12, 14 *δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν*, demus an non demus, sollen wir geben oder nicht. Io. 3, 18 *ὅτι μὴ πεπίστευκεν*, quod non crediderit; (sumitur enim aliquem esse qui non crediderit; *οὐ*, si legeretur, de certo quodam dictum esset.) Io. 10, 37 *μὴ πιστεύετε* non vultis fidem habere. Col. 2, 18 *ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων*, investigans ea, quae conspicere nunquam potuit; (si legeretur *ἃ οὐχ ἑώρακεν*, hoc esset: quae non conspexit, quanquam conspicere potuisset.) Luc. 17, 1 *ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν.* — De eo quod ***decet***, conducit, quia hoc pendet a iudicio de honesto et bono, Matth. 23, 23 *ἔδει — μὴ ἀφιέναι.* Luc. 11, 42. Act. 25, 24. 27, 21. Rom. 1, 28. 14, 21 *καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα.* 1 Cor. 7, 1. 1 Tim. 3, 3. 6. 8. 5, 13. Tit. 1, 11. — Post verba ***volendi***, Luc. 21, 14. Act. 4, 20 *οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς μὴ λαλῆσαι*, non possumus non velle loqui, i. e. oportet nos utique loqui. Rom. 13, 3. — ***iubendi, monendi, vetandi, impediendi***, Matth. 2, 12 *χρηματίζειν μή.* Luc. 2, 26. Luc. 4, 42 *κατεῖχον αὐτὸν, τοῦ μὴ πορεύεσθαι.* — *λέγω* (praecipio) *μή*, i. e. veto, Matth. 5, 34. 39. Act. 21, 4. 21. Rom. 2, 21. 22. 12, 3. — *γράφω μή*, 1 Cor. 5, 9. 11. — Sic etiam post *παραγγέλλειν*, Act. 1, 4. 4, 18. 5, 28. 40. 1 Tim. 1, 3. *Παρακαλεῖν*, Act. 9, 38. 19, 31. 2 Cor. 6, 1. *Κωλύειν τοῦ μή*, Act. 10, 47. — vid. etiam Luc. 24, 16. Act. 14, 18. 1 Tim. 1, 20 *ἵνα παιδευθῶσιν μὴ βλασφημεῖν.* 1 Petr. 3, 10. — Post verba ***providendi, cavendi, timendi: ne;*** *βλέπειν*,

Matth. 24, 4. Marc. 13, 5. Luc. 21, 8 et saepius, *σκοπεῖν*, Luc. 11, 35 ubi praesens indicativi cum *μή* coniunctum, indicat, loquentem putare ita esse, ut veretur. — *ὁρᾶτε*, Matth. 18, 10. 24, 6. — *ὅρα μή*, Apoc. 19, 10. 22, 9. — *Ἐπισκοπεῖν*, Hebr. 12, 15. 1 Petr. 5, 2. — *φοβεῖσθαι*, *εὐλαβεῖσθαι*, Act. 23, 10. 27, 17. 2 Cor. 12, 20 sq. Vid. etiam Matth. 6, 1. Marc. 13, 36. — Post verba *dicendi, iudicandi, negandi;* Matth. 22, 23 *λέγοντες, μὴ εἶναι ἀνάστασιν.* Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. 22, 34 *ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι.* Act. 25, 27 *ἄλογόν μοι δοκεῖ, μή.* c. 15, 19 *κρίνω μὴ παρενοχλεῖν*, ib. v. 38. — Post verba *rogandi*, Luc. 22, 40. 2 Cor. 10, 2. 13, 7. Eph. 3, 13. Iac. 5, 17. — — b) *μή* cum *participio* sine articulo ponitur, ubi per participium formatur enuntiatio hypothetica vel subiectiva, igitur ubi sensus est: *si quis sit eiusmodi*, vel ubi participium verti potest: *tanquam qui, quamvis sim s. sit.* Potest igitur participium resolvi in verbum finitum cum *εἰ, ἐάν, καίπερ, ὅτι.* Matth. 1, 19 *μὴ θέλων*, quum nollet. 18, 25 *μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ*, quum non haberet, 22, 29 *μὴ εἰδότες*, tanquam qui non intelligatis. Luc. 7, 30 *μὴ βαπτισθέντες*, dum nolebant lavacro sacro uti. Luc. 18, 2 *τὸν θεὸν μὴ φοβούμενος*, qui putabatur talis, qui Deum non curaret. Io. 7, 15 *μὴ μεμαθηκώς*, als einer der nicht gelernt hat. Act. 9, 26 *μὴ πιστεύοντες*, quum credere non possent. 1 Cor. 7, 37 *μὴ ἔχων ἀνάγκην*, tanquam qui. 9, 21 *μὴ ὢν ἄνομος*, quamvis non sum. 10, 33. 2 Cor. 6, 9 *καὶ μὴ θανατ.* quanquam non. Phil. 3, 9 *μὴ ἔχων*, als ein solcher, der nicht hat. 1 Petr. 1, 8 *μὴ ὁρῶντες*, quamvis nunc non conspicitis. Vid. etiam Matth. 3, 10. 7, 19. 26. Marc. 2, 4. 8, 1. Luc. 1, 20. 45. 11, 24. Rom. 4, 19. 1 Cor. 7, 29—31. 11, 29. 2 Cor. 3, 14. 5, 19. Phil. 2, 4. Hebr. 4, 2. 1 Io. 5, 16 *ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον* (*οὖσαν*) et saepius. — c) *μή* cum *participio, cui praefixus est articulus*, a) ubi participium accuratius definit rei qualitatem, et proprie est: *qui talis est, ut non*, Matth. 10, 28 *ἀπὸ τῶν — τὴν ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι.* c. 18, 13. 25, 29 *ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος.* Luc. 3, 11. 12, 48. 19, 26. Io. 3, 18. 6, 64 *ᾔδει τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες.* c. 7, 49 *ὁ ὄχλος οὗτος, ὁ μὴ γινώσκων.* Rom. 1, 28 *ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα*, talia, quae minime decent. c. 4, 17 *τὰ μὴ ὄντα*, quae (ex opinione hominum) videbantur esse non posse. Rom. 8, 4. 10, 20. 1 Cor. 1, 28 *τὰ μὴ ὄντα*, quae nihil esse videbantur. (Philo quod mundus sit incorrupt. p. 939 D: *ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδ' εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται.* Idem de creatione principis p. 728 de Dei providentia: *τὰ μὴ ὄντα ἐκάλεσεν εἰς τὸ εἶναι.*) — 2 Cor. 4, 18 *τὰ μὴ βλεπόμενα*, quae conspici prorsus non possunt. c. 5, 21 *τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν*, qui talis fuit, ut prorsus expers esset pecc. Gal. 4, 8 *τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς.* 1 Thess. 4, 5 *τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν θεόν.* (Gal. 4, 8 *οὐκ εἰδότες θεόν*, quia hoc loco de certo et definito numero hominum sermo est.) 2 Thess. 1, 8. Hebr. 7, 6. 12, 27. 2 Petr. 3, 9. — b) initio, ubi *ὁ μή* seq. participio, est: *si quis est, qui non*, quod idem est quod: *quisquis*, si quis sit; de indefinito numero; *ὁ μή*, Matth. 12, 30 *ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ.* (*οὐκ* ponendum fuisset, si de certo quodam homine sermo fuisset.) Luc. 11, 23. Io. 10, 1. 12, 48. 14, 24. Rom. 14, 3. 6. 1 Cor. 7, 38. 1 Io. 3, 14. 4, 8. 20. — *μακάριος ὁ μή*, Io. 20, 29. Rom. 14, 22. — *πᾶς ὁ μή*, 1 Io. 3, 10. 4, 3. 2 Thess. 2, 12. — d) *relativis* iungitur *μή*, si relativa non ad certum aliquem, vel certum numerum referuntur, sed indefinite ponuntur; Marc. 4, 22 *ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ*, was nicht irgend offenbar werden sollte. Marc. 11, 23 *ὃς ἂν μὴ διακριθῇ.* Luc. 8, 18. 9, 5 *ὅσοι ἂν μή.* Act. 3, 23 *ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ.* Apoc. 13, 15 [*ὅς* s. *ὅστις οὐ* legitur, vel ubi est numerus definitus, ut Luc. 14, 33 vel ubi aliquid absolute, et tanquam factum, non tanquam cogitatum vel quod fieri possit, enuntiatur, ut Matth. 10, 38. 13, 12. Marc. 4, 25. 9, 40. Luc. 9, 50. 14, 27.] — e) *μή* sequitur particulas conditionales, ut *ἐάν, εἰ*, Matth. 24, 22. Io. 10, 38. 15, 4. 6. 24. Iac. 2, 17. Vid. *Ἐάν* et *Εἰ.* Sic etiam ubi enuntiatio antecedens est hypothetica, ut Luc. 10, 10 vel ubi *εἰ* habet, a quo pendeat *μή* in sequenti enuntiatione; Marc. 12, 19 *ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ — καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ.* Luc. 11, 36. Io. 12, 47. 1 Cor. 13, 1—3. Col. 1, 23 *εἴγε — καὶ μὴ μετακ.* Iac. 2, 14. — [Ubi legitur *εἰ οὐ*, *οὐ* non ad conditionem sed ad verbum referendum est, quod reddit negativum; ut Matth. 26, 24 *καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη*, i. e. non natum esse ei conduxisset; *μή* esset vel dubitantis, an unquam natus sit, vel sumentis, eum non natum esse. Luc. 18, 4 *εἰ καὶ θεὸν οὐ φοβοῦμαι*, si vel Deum sperno; *μὴ φοβ.* esset: si vel Deum spernere videar. Tantum Io. 10, 37 *εἰ οὐ* videtur dictum pro *εἰ μή.* nisi fortasse *οὐ* usurpatum est, ne Iesus videretur dixisse, se posse etiam non facere opera Dei.] — f) post particulas finem vel eventum indicantes; *ἵνα μή*, *ne*, Matth. 26, 5. Luc. 8, 10. Io. 3, 16. Act. 5, 26 *ἤγαγον αὐτοὺς οὐ μετὰ βίας.* (*ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαόν*), *ἵνα μὴ λιθασθῶσιν.* — Etiam ubi *μή* serius sequitur; Matth. 5, 29 sq. Marc. 4, 12. Io. 11, 50. Act. 27, 42. 1 Cor. 1, 10. 2 Cor. 4, 7. — Saepius. Vid. *Ἵνα.* — *Ὅπως μή*, Matth. 6, 18. Luc. 16, 26. Act. 20, 16. 1 Cor. 1, 29. — *Ὥστε μή*, Matth. 8, 28. Marc. 3, 20. 1 Cor. 1, 7. 2 Cor. 3, 7. 1 Thess. 1, 8. — *τοῦ μή* pro *ὥστε μή*, Hebr. 11, 5. — *καὶ μή*, pro *ὥστε μή*, Luc. 13, 11. — g) post praepositiones; *διὰ τὸ μή* Matth. 13, 5. Marc. 4, 5. 6. Iac. 4, 2. — *Εἰς τὸ μή*, 1 Cor. 10, 6. 2 Cor. 4, 4. 1 Petr. 3, 7. — *πρὸς τὸ μή*, Luc. 18, 1. 2 Cor. 3, 13. 1 Thess. 2, 9. 2 Thess. 3, 8.

2) *μή* in *enuntiatione non dependente* est a) coniunctio: *ne;* quae est *α*) *optantis*, cum optativo; 2 Tim. 4, 16 *μὴ αὐτοῖς λογισθείη.* (Iob. 27, 5.) — *μὴ γένοιτο*, Luc. 20, 16. Vid. *Γίνομαι.* — *β*) hortantis, vetantis, ubi legitur apud antiquiores scriptores cum imperativo praesentis et coniunctivo aoristorum, apud recentiores etiam cum imperativo aoristi. Matth. 1, 20 *μὴ φοβηθῇς.* c. 3, 9 *μὴ δόξητε.* 5, 17 *μὴ νομίσητε.* 6, 2 *μὴ σαλπίσῃς.* v. 3. Act. 1, 20. Gal. 5, 13 *μόνον μὴ δουλεύετε.* — Matth. 6, 3 *μὴ γνώτω.* 24, 18 *μὴ ἐπιστρεψάτω.* (1 Sam. 17, 32 *μὴ συμπεσέτω.* Evang. Nicod. p. 29 *μὴ οὕτως ποιήσατε.*) — Saepissime. — Omisso sed cogitatione addendo imperativo vel coniunctivo legitur, Io. 13, 9. Rom. 13, 13. 2 Cor. 9, 7. — pro *μηδέ*, Matth. 10, 10. Marc. 6, 8. Luc. 10, 4. — *Μή* cum imperativo et coniunctivo de eo, quem putamus id, quod vetatur, facere posse, vel facturum esse; *οὐ* de eo, quem scimus non esse ea audacia, ut faciat, quare in praeceptis divinis requiritur *μή*, non vero *οὐ*, ut Marc. 10, 19. Iac. 2, 11. Si vero aliquoties, ut Matth. 5, 21. 27. 33. Rom. 13, 9 legitur *οὐ*, hoc repetendum est ex versione alexandrina. Vid. Exod. 20, 14. 15.

b) est particula *interrogativa*, ubi indicat, quaerentem non probare, quod alterius iudicium vel voluntatem esse sumit, dass der Fragende etwas voraussetzt, was er nicht will und billiget; *invitat igitur ad negandum*, et respondet Latinor. *num?* Matth. 7, 9 *μὴ λίθον ἐπιδώσει.* ib. v. 10. 9, 15 *μὴ δύνανται*, num debent. Marc. 2, 19. Luc. 5, 34. 11, 11 sq. 17, 9. Io. 3, 4. 4, 12. 7, 35. Act. 7, 42. Rom. 3, 3. 5. 1 Cor. 1, 13. Iac. 3, 12 et saepius. (Iob. 8, 3. 11. 1, 9. Gen. 19, 9.) — *καὶ μή*, *oder etwa*, Rom. 3, 8. — Ubi *μὴ οὐκ* coniunctim leguntur, *μή* interrogat et *οὐκ* pertinet ad verbum sequens. Rom. 10, 18 *μὴ οὐκ ἤκουσαν;* num non audiverunt? ib. v. 19. 1 Cor. 9, 4 *μὴ οὐκ ἔχομεν*, num fortasse non habemus. ib. v. 5. (Evang. Nicod. p. 17 *μὴ οὐκ εἴπαμέν σοι*, haben wir dirs etwa nicht gesagt? ib. p. 39 *μὴ οὐχ οὕτως ἐδιδάξαμεν;*

3) *οὐ μή* si iunguntur, *μή* etiam hic subiective et *οὐ* obiective negat, et est: non dubito, nil obstat quo minus aliquid fiat, es waltet kein Zweifel, keine Besorgniss ob, dass etwas geschehen werde, i. e. certissime fiet, quare *οὐ μή* fortius negat: *prorsus non, nullo modo, minime;* cum coniunctivo aoristorum, Matth. 5, 18. 20. 26. 13, 14. 15, 5. 16, 28. 23, 39. 24, 2. Marc. 9, 41. Luc. 18, 17. Io. 6, 35. 8, 51 sq. Rom. 4, 8. 2 Petr. 1, 10 et saepius. (Test. XII patr. p. 521.) — Cum futuro indicativi, (de cuius usu apud profanos vid. *Hermann.* ad Viger. p. 742. no. 150.) Semel, Matth. 16, 22 *οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο*, non, credo, hoc tibi accidet. (Matth. 26, 35 et aliis quibusdam in locis codices exhibent futurum et aoristum coniunctivi, qui in N. T. saepissime, et fere constanter cum *οὐ μή* coniungitur. Vid. omnino *Win.* Gramm. §. 60. no. 3. *Fritzschii* comment. in Ev. Marci p. 624 sq. — *οὐδ' οὐ μὴ γένηται*, Matth. 24, 21. *οὐδὲν οὐ μή*, nihil prorsus, Luc. 10, 19. — *οὐδεὶς ὃς — οὐ μή* Luc. 18, 30.

Μήγε, vid. in *Γέ.*

Μηδαμῶς, (ex *μή*, *δέ* et *ἀμός*, aliquis) *minime, nequaquam, absit;* bis Act. 10, 14. 11, 8. — LXX pro חָלִילָה Gen. 18, 25. 1 Sam. 2, 32. 20, 2. 9. coll. Ezech. 4, 14. 20, 49. Ion. 1, 14.

Μηδέ, (ex *μή* et *δέ*) coniunctio ab *οὐδέ* ita distinguenda ut *μή* ab *οὐ.* Vid. *Μή.* Negat disiunctive et addit negationi negationem. Sequitur plerumque praecedens *μή*, etiam *μηδείς*, Luc. 3, 14. 1 Tim. 5, 22. semel *μήπω*, Rom. 9, 11. Significat 1) *neque*, et quidem a) ubi simpliciter

negat, et est pro *et non*, Matth. 10, 14. 22, 29. Marc. 6, 11. 12, 24. Rom. 9, 11. 2 Cor. 4, 2. 2 Thess. 2, 2 ubi cum Lachmanno scribendum est μηδὲ (pro μήτε) θροεῖσθαι. 2 Tim. 1, 8. 1 Petr. 3, 14 et passim. — b) ubi prohibet, *neque*, i. e. *et ne*, Matth. 6, 25. 7, 6. 10, 9. 10. Marc. 8, 26. 13, 11. Eph. 4, 27 ubi lectio μήτε non ferenda, sed e codd. μηδέ restituendum est. 1 Io. 2, 15 et passim. Cum imperativis verti potest: *noli, nolite*, Matth. 23, 10. 1 Cor. 10, 7—10. — etiam in ἀποδόσει pro καὶ μή, 2 Thess. 3, 10 εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. Sic etiam Rom. 9, 11 μηδὲ πραξάντων esse videtur, quum igitur non possent patrare.

2) *ne quidem*, si in media propositione legitur. Marc. 2, 2 ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν. 1 Cor. 5, 11 τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. Eph. 5, 3. Eodem modo Marc. 3, 20 ubi pro μήτε e codd. μηδέ restituendum est.

Μηδείς, μηδεμία, μηδέν, (ex μηδέ et εἷς) *nec ullus, nullus, nemo;* neutrum *nihil*. Differt ab οὐδείς ut μή ab οὐ; vid. *Μή*. — Primum negat hypothetice et *subiective;* Io. 8, 10 μηδένα θεασάμενος. Act. 13, 28 μηδεμίαν αἰτίαν. vid. Act. 9, 7. 10, 28. 11, 19. 19, 40. 24, 23. 25, 17 et passim. — porro *prohibitive;* Matth. 8, 4 ὅρα, μηδενὶ εἴπῃς. 9, 30. Marc. 1, 44. Luc. 3, 14. 5, 14. 10, 4 et saepius. — Cum ἵνα coniunctum Matth. 16, 20. Marc. 5, 43. 6, 8. 7, 36. 2 Cor. 7, 9. Tit. 3, 13. — In propositione *optativa* Marc. 11, 14 ubi *Griesb.* reposuit pro οὐδείς. — *Iteratum:* Rom. 13, 8 μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, nemini quidquam debete. 2 Cor. 6, 3 μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, neminem in ulla re offendentes. Phil. 1, 28. — *Μηδέν, nihil*, a) *adiective*, Act. 16, 28 μηδὲν κακόν. Act. 19, 36 μηδὲν προπετές. Luc. 3, 13 μηδὲν πλέον, nil ultra, ne plus. Act. 15, 28. coll. 21, 25 ubi μηδὲν τοιοῦτον. Act. 23, 29. — b) absolute: *nihil causae*, Matth. 27, 19 μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ. — *nil culpae*, Act. 4, 21 μηδὲν εὑρίσκοντες. — *nil operis*, 2 Thess. 3, 11. — *nil bonorum*, 2 Cor. 6, 10. — *nil cibi*, Act. 23, 14. 27, 33. — *nil malorum*, Apoc. 2, 10 μηδὲν φόβου, ἃ μέλλεις πάσχειν. — tropice: nihil, *nullius auctoritatis*, ponderis; Gal. 6, 3. μηδὲν ὤν. — c) adverbialiter: *nulla in re, nihil, nullus;* Marc. 5, 26 μηδὲν ὠφεληθεῖσα. Luc. 4, 35 μηδὲν βλάψαν αὐτόν, ne laedens quidem illum. — Μηδὲν διακρινόμενος, Act. 10, 20. 11, 12. Iac. 1, 6. 13. Μηδὲν ἀνακρίνοντες, 1 Cor. 10, 25. 27. Μηδὲν ὑστερηκέναι, 2 Cor. 11, 5.

Μηδέποτε, (ex μηδέ et ποτέ) *haud unquam, nunquam;* 2 Tim. 3, 7. *.

Μηδέπω, (e μή, δέ et πω, quodammodo) *nondum;* Hebr. 11, 7. *.

Μῆδος, ου, ὁ, *Medus*, oriundus ex Media. Semel Act. 2, 9. cf. 2 Reg. 17, 6. Dan. 5, 28. Esth. 1, 3. (Medi a מָדַי nomen traxisse dicuntur, Gen. 10, 2. Ioseph. ant. 1, 6. 1 ἀπὸ μὲν τοῦ Μάδου Μαδαῖοι γίνονται ἔθνος, οἱ πρὸς Ἑλλήνων Μῆδοι κέκληνται. Media autem est provincia Asiae (nunc Persarum imperio subiecta), cuius fines erant a septentrione mare Caspium et Araxes fluvius, ab oriente Hyrcania, Parthia et Susiana; ab occidente Assyria et Armenia maior, a meridie Persia. Urbs primaria Mediae fuit Ecbatana. vid. Ioseph. ant. 10, 11. 7.

Μηκέτι, (e μή, et ἔτι, interposito κ euphonico) *non amplius, non iterum, non posthac*, ponitur ut μή (quod vide) a) in propositionibus relativis et subiectivis; Rom. 15, 23 μηκέτι τόπον ἔχων. 1 Thess. 3, 5 μηκέτι στέγων. Act. 13, 34 μηκέτι μέλλοντα. — b) est optantis, Matth. 21, 19. Marc. 11, 14. Iob. 41, 8. — c) iubentis, Marc. 9, 25. Exod. 36, 6. — adhortantis, Io. 5, 14. 8, 11. (Sir. 21, 1 μὴ προσθῇς μηκέτι) Rom. 14, 13. Eph. 4, 17. 28. 1 Tim. 5, 23. — interdicentis, Act. 4, 17. 25, 24. — d) sequitur post ἵνα, 2 Cor. 5, 15. Eph. 4, 14. ὥστε, Marc. 2, 2. — εἰς τὸ μηκέτι, 1 Petr. 4, 2. τοῦ μηκέτι δουλεύειν, Rom. 6, 6. 2 Chron. 16, 5. coll. Ios. 22, 33. 3 Macc. 4, 17. *.

quae fidem postulat, et c. 9, 31. ὁ νόμος τῆς δικαιοσύνης dicitur. ib. 10, 4. Gal. 3, 21. Act. 21, 20. 23, 29. Secuti sunt hic scriptores N. T. usum chald. דָּת, quod non solum legem sed etiam oeconomiam, sacra significat, et Rabbinis quoque de sacris Christianorum dicitur. — d) de *lege mosaica, a)* quatenus *singulas* leges continet, Luc. 2, 22. Io. 7, 23. Io. 18, 31. 19, 7 et passim. — leges de matrimonio, Rom. 7, 2 νόμῳ, ex lege de matrimonio. ib. ὁ νόμος τοῦ ἀνδρός, lex, qua pendet uxor a viro. — leges de sacerdotio Hebr. 7, 19. 9, 22. 10, 1. 8. — de sacris faciundis, Act. 13, 39. Test. XII patr. p. 531. — *β) universe*, ita ut omnem legem mos. complectatur, Matth. 23, 23. Luc. 2, 27. Io. 1, 17. Act. 6, 13. 7, 53. 15, 24. 18, 15. 1 Cor. 9, 8 sq. et saepius. — οἱ ὑπὸ νόμον, Iudaei legi mosaicae adstricti, 1 Cor. 9, 20. οἱ ἐν νόμῳ, iidem, Rom. 3, 19. 2, 13. 17. οἱ ἐκ νόμου, Rom. 4, 14. — Rom. 2, 12 ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, quotquot, quum legi mosaicae obstricti essent, peccarunt. — Rom. 7, 6 pro ἀποθανόντος, vel ut *Griesb.* dedit ἀποθανόντες, legendum est cum bonis libris τοῦ θανάτου, et lex mosaica dicitur ὁ νόμος τοῦ θανάτου, lex mortem minans et inferens, quatenus omnibus, qui eam violaturi sint, mortem minatur. Vid. *Δικαιοσύνη.* — Gal. 2, 19 διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, propter promissionem divinam de beandis ethnicis legi mosaicae valedixi. — Monendum vero est, in epist. ad Romanos et Galatas Paulum vocabulo νόμου ita uti, ut vel omnem oeconomiam mosaicam intelligat, ut ἔργα νόμου, Rom. 3, 28. 9, 32. Gal. 2, 16. 3, 2. 5. 10. vel aliquam partem huius legis spectet, vel promissiones, vel minas gravissimas, s. sententias damnatorias legi additas, vel praecepta, vel leges Dei naturales, quatenus in lege mosaica sunt *promulgatae* (Rom. 2, 14. 15. 25. 26. 27. 3, 31. 13, 8. 10. Gal. 5, 4.) adeo ut ὁ νόμος, Rom. 5, 13. 7, 17 de promulgatione legis publica, s. de lege morali promulgata et literis mandata sit intelligendum. Vid. potissimum Rom. 2, 12 sqq. 3, 19 sqq. 4, 13 sqq. 7, 1 sqq. 8, 2 sqq. Gal. 3, 2—24. 5, 3 sqq. — Ex metonymia

5) *codex* legum divinarum, *volumen* praeceptorum Dei; et dicitur quidem a) de lege mosaica, s. pentateucho, hebr. הַתּוֹרָה, Matth. 12, 5. 22, 36. Luc. 10, 26. Io. 8, 5. 17. 1 Cor. 14, 21. Gal. 3, 10. (3 Esdr. 9, 39. coll. Neh. 8, 1 ubi סֵפֶר־הַתּוֹרָה. coll. 2 Macc. 2, 18.) — νόμος καὶ προφῆται, Vet. Test. per partes descriptum, Matth. 5, 17. 7, 12. 11, 13. 22, 40. Luc. 16, 16. Io. 1, 46. Rom. 3, 21. 4 Macc. 18, 10. — accuratius: νόμος, προφῆται et ψαλμοί, Luc. 24, 44. — b) de toto volumine V. T. Matth. 5, 18. Luc. 16, 17. Io. 7, 49. c. 10, 34. 12, 34. — c) de lege ore tradita, 1 Cor. 14, 34. (Test. XII patr. p. 634. etiam liber Henoch dicitur γραφὴ νόμου Ἐνώχ.)

Νόος, vid. Νοῦς.

Νοσέω, ῶ, (a νόσος) aegroto, morbo teneor; metaphor. νοσεῖν περί τι, aegrotare in aliqua re, fere ut nostrum: für etwas *schmachten*, pro: *et perdite operam dare, nimio desiderio rei vel malae vel certe parum utilis teneri;* 1 Tim. 6, 4. (Aelian. var. hist. 3, 47 νοσεῖν τὰ Περσικά. ib. 14, 23. Polluc. onom. 10, 3. Ita νόσος Test. XII patr. p. 530 de cupiditate qua mulieres appetunt virorum amorem.) vid. *Elsnerus* et *Kypk.* ad h. l. *.

Νόσημα, τος, τό, (a νοσέω) *morbus;* Io. 5, 4. (Xenoph. cyr. 6, 2. 27. Philo de alleg. II, p. 84.) *.

Νόσος, ου, ἡ, 1) *morbus, aegritudo;* Matth. 4, 23. 24. 9, 35. 10, 1. Marc. 1, 34. 3, 15. Luc. 4, 40. 6, 17. 7, 21. 9, 1. Act. 19, 12. LXX pro חֳלִי 2 Chron. 21, 19. מַחֲלָה Exod. 15, 26. coll. Ps. 103, 3. — 2) *malum, poena,* (morbi enim a Iudaeis peccatorum poenae habebantur), Matth. 8, 17. coll. Ies. 53, 4. ubi חֳלִי, quod eodem sensu habetur etiam Cohel. 6, 2. *.

Νοσσιά, ᾶς, ἡ, in dial. macedon. (vid. *Sturz.* p. 185.) pro νεοσσιά, (a νεοσσός) 1) *nidus* avium, LXX pro קֵן Num. 24, 21. Deut. 22, 6. (de sede s. habitaculo quovis, Obad. v. 4. Prov. 16, 16.) — 2) *pulli avium,* Luc. 13, 34 τὴν ἑαυτῆς νοσσιάν, pullos suos, ihre Brut. (Boni libri hic exhibent etiam τὰ ἑαυτῆς νοσσία, a νοσσίον.) — Deut. 32, 11. *.

Νοσσίον, ίου, τό, in dial. macedon. (vid. *Sturz.* p. 185.) pro νεόσσιον (ab eodem) *pullus* avium, Matth. 23, 37. — (Aelian. hist. anim. 9, 29.) LXX pro אֶפְרֹחִים Ps. 84, 3. *.

Νοσσός, οῦ, ὁ, in dial. macedon. pro νεοσσός, *pullus;* in codicib. Luc. 2, 24. — LXX pro בֵּן Lev. 12, 8. 14, 22. 15, 14. *.

Νοσφίζω, aor. 1. med. ἐνοσφισάμην, (a νόσφι seorsum) 1) separo (Hom. Odyss. λ, v. 73.) — 2) Medium: propr. separo mihi, separo ipse me, ut saepius apud Homerum; postea vero i. q. ἰδιοποιέομαι, *interverto*, seq. accusativo rei; Tit. 2, 10 μὴ νοσφιζόμενοι (τί), nil in suos usus convertentes. Act. 5, 2. 3 ἐνοσφίσατο (τὶ) ἀπὸ τῆς τιμῆς. (Io. 7, 1 ἐνοσφίσαντο ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, hebr. לָקַח. 2 Macc. 4, 32 χρυσώματα νοσφισάμενος. Ioseph. ant. 4, 8. 29 νοσφίζεσθαι ἀλλότρια. Philo de vit. Mos. I. p. 641 οὐδὲν ἐκ τῆς λείας νοσφισάμενοι. (Alia exempla lege in *Kypkii* obss. II. p. 33.)

Νότος, ου, ὁ, 1) *notus, auster;* i. e. ventus australis versus Orientem, Südost; Luc. 12, 55. Act. 27, 13. 28, 13. Iob. 9, 9. (תֵּימָן) Sir. 43, 16. — ἄνεμος νότος, Exod. 10, 13. 14, 21. Ezech. 27, 26. — 2) *plaga australis, meridies;* LXX pro דָּרוֹם, נֶגֶב, קָדִים, תֵּימָן, a) plaga coeli, Apoc. 21, 13 ἀπὸ νότου. Ezech. 40, 28. 29. 46. Num. 13, 30. — b) plaga s. regio terrae, Matth. 12, 42. Luc. 11, 31 βασίλισσα νότου. (1 Reg. 10, 1 מַלְכַּת־שְׁבָא. Ioseph. ant. 8, 6. 5 et 6 ἡ μὲν τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῆς Αἰθιοπίας βασίλισσα.) Luc. 13, 29. — γῆ νότου, Zach. 6, 6. (Ioseph. ant. 8, 13. 2 τὰ πρὸς νότον μέρη.) *.

Νουθεσία, ας, ἡ, i. q. νουθετία, quae forma praestat, vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 512, (a νουθετέω) sensu transitivo: *admonitio, adhortatio;* non nisi de adhortatione ad melius eligendum usurpatur. 1 Cor. 10, 11 πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, ad nos monendos, docendos. (εἰς νουθεσίαν, ut admonerentur, Sap. 16, 6.) Eph. 6, 4 νουθεσία κυρίου, admonitio secundum domini voluntatem. Tit. 3, 10. — Ioseph. ant. 3, 15. 1. Philo de opif. m. p. 29. de legat. ad Cai. p. 998. Test. XII patr. p. 524 ὑπακούων νουθεσίαις πατέρων, (Iudith. 8, 27 edit. Ald. et Compl. ubi Cod. Vatic. et Alex. rectius νουθέτησιν, emendationem.) *.

Νουθετέω, ῶ, (i. e. ἐν νῷ τίθημι, nostrum: ans Herz legen) *admoneo, hortor*, i. e. a) hortor, ut a peccato desistat, 1 Cor. 4, 14. 1 Thess. 5, 14. 2 Thess. 3, 15. — b) excito ad virtutem, Act. 20, 31. Rom. 15, 14. Col. 1, 28. 3, 16. 1 Thess. 5, 12. — LXX pro יִסֵּר Iob. 4, 3. Sap. 11, 10. 12, 2. 26. coll. Iob. 34, 16. 38, 18. Philo de Iosepho p. 538. Ioseph. ant. 4, 8. 24. Exempla e profanis collegit *Kypk.* II. p. 340.) *.

Νουμηνία, ας, ἡ, contracte pro νεομηνία, (ex νέος et μήν) *novilunium*, Col. 2, 16. (LXX pro חֹדֶשׁ 1 Sam. 20, 5. 2 Chron. 2, 4. 29, 17. Pind. Ne. 4, 57. Ioseph. ant. 4, 4. 6 νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην. Dies novilunii Hebraeis erat festus; Ezech. 23, 34. Num. 28, 11. 10, 10. Hos. 2, 11. Esdr. 3, 5.) *.

Νουνεχῶς, (a νουνεχής i. e. νοῦν ἔχων, prudens, intelligens) *prudenter, sapienter;* Marc. 12, 34 νουνεχῶς ἀπεκρίθη. (Polyb. 5, 88. 2 νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς. ib. 2, 31. 1. ib. 1, 83. 3 νουνεχῶς καὶ φρονίμως. ib. 17, 12. 4 εὐστόχως καὶ νουνεχῶς. cf. *Kypkii* obss. s. l. p. 185.) *.

Νοῦς, ὁ, contracte pro νόος, quod scriptores N. T., ut alii inferioris aetatis scriptores, flectunt genit. νοός, dat. νοΐ, accus. νοῦν, (profani genit. νόου, contr. νοῦ, dativ. νόῳ, contr. νῷ, acc. νόον, contr. νοῦν, vid. *Wineri* Gramm. p. 61.) LXX pro לֵב, לֵבָב, — 1) *mens, animus*, vis intelligendi, decernendi sentiendique, a) *universe*, 1 Tim. 6, 5 διεφθαρμένοι τὸν νοῦν, mente corrupti. 2 Tim. 3, 8. Rom. 1, 28 ἀδόκιμος νοῦς, mens perversa. ib. 12, 2. Eph. 4, 17. v. 23 τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν. cf. Sap. 4, 12. 9, 15. — b) *mens quatenus intelligit, intellectus, intelligentia*, Luc. 24, 45 διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς, ex hebraismo, ubi: oculos (Act. 26, 18.) cor aperire, est: facere ut intelligat aliquis. (Iob. 33, 16 ἀνακαλύπτει νοῦν (hebr. אֹזֶן) ἀνθρώπου. Vid. *Διανοίγω*.) 1 Cor. 14, 14 ubi a πνεύματι, sentiendi facultate, distinguitur. ib. v. 19 λόγοι διὰ νοός, verba ex intellectu profecta, quae ipse intelligo. Phil. 4, 7. Tit. 1, 15. Apoc. 13, 18 ὁ ἔχων νοῦν, intelligendi facultatem; aliis in locis ὁ ἔχων ὦτα. (Vid. οὖς. Ies. 41, 22.

Epist. Barn. c. 6 ὁ θεὸς σοφίαν καὶ νοῦν θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ.) — Apoc. 17, 9 ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν, hic opus est mente sapientia plena, i. e. homine, sapientia exercitato. (Ies. 10, 12 ἐπισκέψομαι ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν (nostrum: die stolze Seele), ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρ. — *ratio*, veri honestique magistra; Rom. 7, 23 ubi νοῦς opponitur corpori et appetitibus ex eo natis; ib. v. 25. 14, 5. — 2) id quod in mente volvitur vel est, ut Latinor. mens: *consilia;* et quidem quatenus in mente adhuc latent, Rom. 11, 34. 1 Cor. 2, 16 τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; (Ies. 40, 13 ubi רוּחַ.) Iudith. 8, 14. — 1 Cor. 2, 16 ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, ego vero Christi consilia, quae etiam Dei sunt, cognosco et sequor. — *animi sententia*, Rom. 14, 5. 1 Cor. 1, 10. Exod. 7, 23. Ios. 14, 7. Ioseph. ant. 3, 3 κατὰ νοῦν. — *persuasionis* sensu, 2 Thess. 2, 2. — *studia,* Col. 2, 18 φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, inflatus studiis a cupiditatibus profectis. *.

Νυμφᾶς, ᾶ, ὁ, *Nymphas*, nomen viri, Col. 4, 15. *.

Νύμφη, ης, ἡ, (ab obsoleto νύβω, latin. *nubo*, i. e. velo, nam velata tradebatur sponsa marito) 1) *nupta;* — *sponsa;* LXX pro כַּלָּה, — Io. 3, 29. Apoc. 18, 23 φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης, non vox sponsi, sed cantus in sponsi sponsaeque honorem, cantus nuptialis, epithalamium. (coll. Ier. 7, 34. 16, 9. 25, 10. 33, 11.) Apoc. 21, 2. 9. 22, 17. Sap. 8, 2 νύμφην ἀγαγέσθαι σοφίαν. — 2) *recens nupta, mulier iunior;* de *nuro*, Matth. 10, 35. Luc. 12, 53. cf. Homer. Iliad. 3, 130. Odyss. 4, 743. Mich. 7, 6 ἐπαναστήσ. νύμφη ἐπὶ τὴν πενθερὰν αὐτῆς. Gen. 11, 31. Ruth. 1, 6. 7. 22. Tob. 11, 16. 17. Ioseph. ant. 5, 9. 1. Etiam νυμφίος, gener, Iud. 19, 5. *.

Νυμφίος, ου, ὁ, (a νύμφη) *sponsus;* Matth. 9, 15. 25, 1. 5 sq. 10. Marc. 2, 19 sq. Luc. 5, 34 sq. Io. 2, 9. 3, 29. Apoc. 18, 23 vid. Νύμφη. — LXX pro חָתָן Ps. 19, 5. Ies. 61, 10. 62, 5. *.

Νυμφών, ῶνος, ὁ, (a νύμφη) *conclave* sponsi et sponsae, in quo est lectus coniugalis, *thalamus*. hebr. חֻפָּה Ps. 19, 6. Ioel. 2, 16. Sic Tob. 6, 13. 16. et apud incertum interpretem Ioel. 2, 16 pro חֶדֶר, LXX κοιτών. Suidas: νυμφῶνος· κοιτῶνος. Act. Thom. §. 9 et 11. Heliodor. 7, p. 313. — In N. T. ter commemorantur οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, qui versantur circa thalamum, *sodales sponsi; παρανύμφιοι*, ut Graecis, שׁוֹשְׁבִינִים, ducentes sponsam, ut Rabbinis (*Buxtorf*. lex. talm. p. 2535—37.) dicuntur, quosque Io. 3, 29 vocat φίλους τοῦ νυμφίου; Matth. 9, 15. Marc. 2, 19. Luc. 5, 34. — Solebant enim sponsus a παρανυμφίοις (Act. Thom. §. 7) et sponsa a νυμφαγωγοῖς duci. cf. Iud. 14, 11. Ierem. 7, 34. 16, 9. 25, 10. 1 Macc. 9, 37. Tob. 11, 19. Ps. 45, 14 sq.

Νῦν, etiam (quod fortius est νῦν) νυνί, quae posterior forma in N. T. legitur in scriptis Paulinis, et praeterea non nisi Act. 22, 1. Hebr. 8, 6. [11, 16], — LXX pro hebr. עַתָּה —

1) adverbium temporis Latinor. *nunc* respondens et id, quod nunc est s. fit, indicans, nostrum: *jetzt, nunmehr*. Legitur a) absolute et cum *praesenti*, ubi est: *nunc, in praesenti, praesenti tempore;* Luc. 6, 21 οἱ πεινῶντες νῦν, i. e. ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. v. 25. Io. 4, 23 ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστι. 5, 25. 16, 22 ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε. v. 29. 30. Act. 2, 33. 7, 4. 24, 13. 26, 17. Rom. 6, 21. 8, 1. 13, 11. 1 Cor. 3, 2. 2 Cor. 5, 16. 6, 2. 7, 9. 13, 2. Gal. 1, 23. 3, 3. Eph. 5, 8 et saepius. — νῦν δέ, *nunc, in praesenti autem*, Luc. 16, 25. Phil. 3, 18. Hebr. 2, 8. Iac. 4, 16. — νυνὶ δέ, Rom. 15, 23. Phil. v. 9. 11. — καὶ νῦν, *et nunc*, Io. 4, 18 καὶ νῦν ὃν ἔχεις, et quem nunc habes. Act. 23, 21. Gal. 4, 29. Phil. 1, 30. 2 Petr. 3, 18. Iud. v. 25. (2 Reg. 10, 2.) — *vel nunc*, Io. 11, 22. — νῦν οὖν, *nunc igitur*, Act. 10, 33. — Legitur νῦν etiam cum praesenti, ubi hoc de proximo instante dicitur, Luc. 2, 29 νῦν ἀπολύεις, nunc, i. e. nunc fiet ut etc. Io. 12, 31 νῦν κρίσις ἐστί, nunc instat. — νῦν δέ, Io. 16, 5 νῦν δὲ ὑπάγω, nunc in eo sum ut abeam. c. 17, 13. νυνὶ δέ, Rom. 15, 25. — b) cum *aoristo: nunc*, ubi α) opponitur futuro, Marc. 10, 30 λάβῃ νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. Io. 13, 36 νῦν ἀκολουθῆσαι· ὕστερον δέ. 1 Cor. 16, 12 ἵνα νῦν ἔλθῃ· ἐλεύσεται δέ. — β) opponitur praeterito, et indicat id quod evenit, et adhuc durat; Io. 13, 31 νῦν ἐδοξάσθη, nunc iam, schon jetzt hat die Verherrlichung angefangen. Rom. 5, 9 δικαιωθέντες νῦν, *nunc*, quod opponitur tempori, quo Christus mortuus non erat. c. 5, 11. 11, 30. 31. 16, 26. Eph. 3, 5. 10. 2 Tim. 1, 10. Hebr. 9, 24. 1 Petr. 1, 12. 2, 10. 25. — νῦν δέ, *nunc autem*, Gal. 4, 9. — νυνὶ δέ, 1 Cor. 5, 11. 2 Cor. 8, 11. 22. Eph. 2, 13. Col. 1, 21. 26. (Iob. 30, 1. 9.) — refertur ad id, quod proxime factum est, ubi est: *modo, jetzt so eben;* Matth. 26, 65 ἴδε, νῦν ἠκούσατε. Io. 21, 10 ὧν ἐπιάσατε νῦν. — c) cum praeterito, de actione modo perfecta, sive de eventu modo perfecto: *nunc;* Io. 8, 52 νῦν ἐγνώκαμεν, nunc cognovimus ex iis, quae modo dixisti. c. 17, 7 νῦν ἔγνωκαν. c. 14, 29 καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι. Act. 7, 52. 26, 6. Hebr. 12, 26. 1 Io. 2, 18. — Perfectum, ut saepe, abit etiam in notionem praesentis, ut Io. 16, 32 ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐλήλυθεν, veniet tempus, imo iam adest. — d) cum *futuro* de eventu proxime instante et quasi iam praesente; *nunc;* Io. 12, 31 νῦν ἐκβληθήσεται. Phil. 1, 20 ὡς πάντοτε καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται. (Gen. 29, 32. 44, 33. Iob. 30, 16. Aristoph. Vesp. 151. Vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 19. et *Viger*. de idiot. p. 426.) — e) cum imperativo, ubi indicat id, quod iam faciendum est propter ea, quae antea locum habuerunt, vel locum habuisse putantur; *nunc;* Matth. 27, 42 εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐστι, καταβάτω νῦν. v. 43. Marc. 15, 32. Io. 2, 8. Rom. 6, 19. — καὶ νῦν, nunc autem, Io. 17, 5. Act. 7, 34. καὶ νῦν δεῦρο (Exod. 3, 10.) Act. 10, 5. — ἀλλὰ νῦν, Luc. 22, 36. — νῦν οὖν, nunc igitur, Act. 16, 36. — νυνὶ δέ, nunc autem, Col. 3, 8. (Iob. 42, 8.) — f) cum articulo, ὁ νῦν, *praesens, qui nunc est;* Act. 22, 1 ἡ πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογία. Act. 24, 25 τὸ νῦν ἔχον, i. e. ὡς νῦν ἔχει τὰ πράγματα, ut res nunc se habent, vid. *Viger*. p. 9. — ὁ νῦν καιρός, Rom. 3, 26. 8, 18. 11, 5. 2 Cor. 8, 13. — Gal. 4, 25 ἡ νῦν Ἱερουσαλήμ. 2 Petr. 3, 7 οἱ δὲ νῦν οὐρανοί. 1 Tim. 4, 8 ἡ νῦν ζωή. (Test. XII patr. p. 519 τὸ νῦν, haec vita.) 1 Tim. 6, 17 ὁ νῦν αἰών. 2 Tim. 4, 10. 2 Petr. 3, 7. — Ἕως τοῦ νῦν, usque ad hunc diem, Matth. 24, 21. Marc. 13, 19. (Gen. 18, 12. 32, 4. 15, 16. Deut. 12, 9. 1 Macc. 2, 33.) — ἄχρι τοῦ νῦν, usque ad hoc tempus et porro, Rom. 8, 22. Phil. 1, 5. — (Ioseph. ant. 1, 19. 1 ἔν τε τοῖς νῦν, καὶ ἐν τοῖς ὕστερον.) — τὰ νῦν, vide *Ταννῦν* suo loco

2) *particula enclitica* (i. q. νύ, νύν), *iam*, nostrum *nun;* est a) transeuntis, et orationem producentis, Luc. 11, 39. Io. 11, 8 νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι. 12, 27 νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. Col. 1, 24 νῦν χαίρω. (Gen. 2, 23 τοῦτο νῦν ἐστι.) — νῦν δέ, est orationem producentis, etiam colligentis: *nunc vero, atqui, nun aber*, Luc. 19, 42. Io. 8, 40. 9, 41. 15, 22. 24. 18, 36. 1 Cor. 7, 14. 12, 20. Hebr. 9, 26. (Gen. 31, 28. Iob. 16, 7.) — νυνὶ δέ, Rom. 3, 21. 6, 22. 7, 6. 1 Cor. 12, 18. 13, 13. 14, 6. 15, 20. Hebr. 8, 6. [11, 16.] — καὶ νῦν, *iam vero*, Act. 3, 17. 22, 16. 2 Thess. 2, 6. (Gen. 3, 22. 4, 11. 31, 29. 2 Macc. 1, 9.) — καὶ νῦν ἰδού, Act. 13, 11. 20, 22. 25. (Exod. 3, 9. Iob. 16, 19.) — b) est adhortantis, exhortantis, cum imperativo: *iam, nun; καὶ νῦν, itaque*, 1 Io. 2, 28. (Gen. 44, 10. Iudith. 11, 3. — Ἄγε νῦν, *age, wohlan nun*, Iac. 4, 13. 5, 1. — νῦν οὖν, *itaque; nun denn*, Act. 16, 36. 23, 15. (Gen. 27, 8. 43. 31, 13. 30. 45, 8. 1 Macc. 10, 71.)

Νύξ, νυκτός, ἡ, — LXX hebr. לַיִל s. לַיְלָה — *nox*, de cuius partibus vid. quae in φυλακή dicta sunt; — a) proprie Matth. 4, 2. 12, 40. 14, 25. Luc. 2, 8. 5, 5. et saepius. Gen. 1, 5. — τὰς νύκτας, singulis noctibus, Luc. 21, 37. — Matth. 25, 6 μέσης δὲ νυκτός, media nocte. Act. 27, 27 κατὰ μέσον τῆς νυκτός. — νυκτός, noctu, Matth. 2, 14. 28, 13. Io. 3, 2. 7, 50. 1 Thess. 5, 7 et passim. Ps. 16, 7. 32, 4. — νύκτα καὶ ἡμέραν, Matth. 4, 27. Luc. 2, 37. Act. 20, 31. 26, 7. 2 Thess. 3, 8. sive νυκτὸς καὶ ἡμέρας, Marc. 5, 5. Luc. 18, 7. Act. 9, 24. 1 Thess. 2, 9. 3, 10 et passim; vid. Ἡμέρα, — Apoc. 8, 12 ἡ νὺξ μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, ubi νύξ pro: lumina noctem collustrantia; vid. Ps. 19, 2. Iob. 3, 9 σκοτωθείη τὰ ἄστρα τῆς νυκτὸς ἐκείνης. coll. Gen. 1, 16. Ps. 136, 9. Ier. 31, 35. — b) metaphorice: *nox* α) pro *morte* (Hom. Iliad. 10, 468.) vel etiam pro *fortuna adversa, pernicie* (ut לַיִל Iob. 35, 10. Mich. 3, 6.) Io. 9, 4 ἔρχεται νύξ. vid. Ἡμέρα. — β) ut σκότος, de *inscitia, vitiositate*, earumque *miseria;* Io. 11, 10 περιπατεῖν ἐν τῇ νυκτί. Rom. 13, 12 ἡ νύξ, imperium inscitiae et impietatis. 1 Thess. 5, 5. cf. Φῶς.

Νύσσω, s. νύττω, aor. 1. ἔνυξα, pungo; — vello, latus fodio, Philo de legat. ad Cai. p. 998. Psalt. Sal. 16, 4. Sir. 22, 19 ὁ νύσσων ὀφθαλμὸν, κατάξει δάκρυα. 3 Macc. 5, 14. — *vulnero, perfodio;* Io. 19, 34 λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν

ἔνυξε. Hom. Iliad. 5, 46. 11, 252. Ioseph. de bell. 3, 7. 35 νύττει αὐτὸν δόρατι, καὶ παραχρῆμα διεργάζεται. ib. 6, 1. 3. •.

Νυστάζω, aor. 1. ἐνύσταξα, (a νεύω, capite nuto) 1) capite nuto prae somno, *dormito;* Matth. 25, 5. LXX Prov. 6, 10. 24, 33. Sir. 22, 8. — 2) tropice a) de hominibus: non curo; LXX pro נוּם Ps. 121, 3. 4. Nah. 3, 18. Aristoph. Av. 639. — b) de rebus: *cunctor;* 2 Petr. 2, 3 ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει. •.

Νύττω, vid. Νύσσω.

Νυχθήμερον, ου, τό, (ex νύξ et ἡμέρα) *plenus*, s. *iustus*, *integer dies*, viginti quatuor horis constans, igitur diem (sensu strictiori) et noctem complectens. Semel 2 Cor. 11, 25. („Legitur tantum in libris recentiorum. — Adde locos Geoponicorum, ut 5, 8. 8 et 12, 19. 18. e Quintiliis 9, 23. 6. e Tarentino." *Sturz.* de dial. Macedon. p. 186.)

Νῶε, ὁ, (hebr. נֹחַ i. e. requies) *Noachus*, nom. pr. indecl. filii Lamechi, (Gen. 5, 28 sq. c. 6—9.) Matth. 24, 37 sq. Luc. 3, 36. 17, 26 sq. Hebr. 11, 7. 1 Petr. 3, 20. 2 Petr. 2, 5. •.

Νωθρός, ά, όν, *segnis*, *tardus*, *ignavus;* Hebr. 5, 11 νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς, ignavus auribus, ignavus ad intelligendum, discendum. ib. 6, 12. (Sir. 4, 29. 11, 12. Prov. 24, 29. 3 Macc. 4, 5 νωθρότης ποδῶν.) •.

Νῶτος, ου, ὁ, *dorsum*, *tergum*. Semel Rom. 11, 10 τὸν νῶτον αὐτῶν σύγκαμψον, dorsum s. lumbos eorum perpetuo fac nutare, i. e. fac ut nil possint, nil valeant. vid. Ps. 69, 23 e quo loco haec depromta sunt. — ὁ νῶτος, LXX saepius pro גַּב 1 Reg. 7, 33. Ps. 129, 3. Ezech. 1, 18. בַּתֵּף Zach. 7, 11. מָתְנַיִם Ps. 66, 11. 69, 24. עֹרֶף 2 Reg. 17, 14. Pausan. 10, 27. Plutarch. vit. Mar. 33. (Observarunt grammatici, puriores et antiquiores scriptores hominis dorsum τὸ νῶτον et frequentius τὰ νῶτα vocasse, vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 290.)

Ξ.

Ξενία, ας, ἡ, (a ξένιος, ία, ον, hospitalis, ad ξένον spectans) — hospitalitas, — hospitium (Hom. Od. 24, 286. Ioseph. ant. 4, 6. 2.) — In N. T. *hospitium*, i. e. *diversorium* hospiti paratum; Act. 28, 23 ἧκον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν. Philem. v. 22. — Luc. 9, 52 ἑτοιμάσαι αὐτῷ intellige ξενίαν. (Ioseph. ant. 5, 2. 8 παρακαλεῖν τινα ἐπὶ ξενίαν. ib. 1, 11. 3.) •.

Ξενίζω, aor. 1 ἐξένισα, aor. 1. pass. ἐξενίσθην, (a ξένος) 1) *hospitio excipio* aliquem, Act. 10, 23. 28, 7. Hebr. 13, 2. (Sir. 29, 28. Hom. Iliad. 3, 207. Aelian. V. H. 13, 26.) — ξενίζεσθαι, *hospitio uti*, *diversari* apud aliquem; Act. 10, 6 ξενίζεται παρά τινι Σίμ. (Philo de Abr. p. 368 ξενισθῆναι παρ' αὐτῷ. Sic etiam Ioseph. ant. 5, 2. 8.) Act. 10, 18. 32. 21, 16. — 2) tropice: *novitate et insolentia rei permotus animum adverto ad eam, miror;* Ioseph. ant. 1, 1. 4 τὸν θεὸν ἐξένιζεν τὸ πραττόμενον. — pass. rei novitate in admirationem duci, *mirari*, nostrum: *befremdet werden;* 1 Petr. 4, 4 ἐν ᾧ ξενίζονται, quod mirum ipsis videtur. ib. v. 12 μὴ ξενίζεσθε (ἐπὶ) τῇ πυρώσει. Ioseph. ant. 1, 1. 2 ξενιζόμενος ἐπὶ τοῖς ἄλλοις κ. τ. λ. (Polyb. 2, 27. 4. Marc. Anton. 7, 58. ib. 8, 15.) — Hinc τὰ ξενίζοντα, *nova*, *inaudita*, *non usitata*, befremdende Dinge, Act. 17, 20. 2 Macc. 9, 6 πολλαὶ καὶ ξενιζούσαι συμφοραί, novi et inauditi cruciatus. Diod. Sic. 12, 53. Hesych.: ξενίζουσα· ἀλλόφυλος, ἀηθής, καινή. •.

Ξενοδοχέω, ῶ, aor. 1. ἐξενοδόχησα, (a ξενοδόχος, i. e. ξένους δεχόμενος; peregrinos hospitio excipiens) *hospitio excipio;* 1 Tim. 5, 10 εἰ ἐξενοδόχησεν. (Dio Cass. 78, 3. Phavor. ξενοδοχῶ· προξενῶ. — ξενοδοχεῖον, Act. Thom. §. 4 et 16.) •.

Ξένος, η, ον, (ab ἵκω, fut. ἵξω, venio) 1) *peregrinus*, *hospes*, i. e. a) iter faciens, et peregre proficiscens, aut adveniens, Matth. 25, 35. 38. 43. 44. 27, 7. (Hom. Iliad. 6, 215 et saepissime.) — Hebr. 11, 13 ξένοι, hospites in terra. LXX pro אֹרֵחַ viator, 2 Sam. 12, 4. — b) ex aliena terra adveniens, *advena*, *hospes*, Act. 17, 21. (ad quem locum vid. *Kypkius* in obss.) LXX pro נָכְרִי Ruth. 2, 10. 2 Sam. 15, 19. Israelitae ξένοι dicuntur in Aegypto, Sap. 19, 13. 14. ξέναι δυνάμεις copiae ex exteris collectae, 1 Macc. 11, 38. 2 Macc. 10, 24. Ioseph. de bell. 5, 1. 3 ubi ξένοι opponuntur τοῖς ἐπιχωρίοις. — c) alienus a familia, *exter;* alienus a societate christiana Eph. 2, 19. 3 Io. v. 5. — Eph. 2, 12 ξένοι τῶν διαθηκῶν, alieni a promissis Dei. — LXX Ps. 69, 8. Eccles. 6, 2. — 2) ex adiuncto, quum peregrinum sit insolitum mirumque videatur, *insolitus*, *mirus*, Act. 17, 18 ξένων δαιμονίων. Hebr. 13, 9 διδαχαί. 1 Petr. 4, 12 ξένου (τί) novi aliquid. vid. Sap. 16, 2. 16. 19, 5. Act. Thom. §. 44. — 3) *hospes*, (Gastfreund) *quocum hospitium est; hospitio excipiens;* Rom. 16, 23 ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης, qui me hospitio excepit, et omnes Christianos peregrinantes excipere solet. (Hom. Iliad. 15, 532. Diod. Sic. 17, 47. Maxim. Tyr. 31, 1.) Etymol. Magn. ξένος· διχῶς, καὶ ὁ ὑποδεχόμενος τὸν ξένον, καὶ ὁ ἀπὸ τῆς ἀλλοδαπῆς ἥκων. •.

Ξέστης, ου, ὁ, vocabulum latinae originis (vid. Galen. composit. medic. sec. gen. lib. 1, p. 325. Etym. Magn. ξέστης ῥωμαϊκὸν ἐστιν ὄνομα) *sextarius*, i. e. *vas*, *sextarii capax*, mensura fluidorum, ut olei, vini, quorum 72 capiebat bathus Hebraeorum. Ioseph. ant. 8, 2. 9 ὁ δὲ βάδος δύναται χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα δύο. ib. 9, 4. 4. (Arrian. diss. epict. 2, cap. 16.) Transiit quoque in linguam Rabbinorum, qui קְסְטָא non solum de sextario, sed etiam de *urceo* et *vase liquidorum minori universe* dixerunt. Vid. *Buxtorfii* lex. talm. p. 2076 sq. Sic Marc. 7, 4. (Ioseph. de vita §. 13.) •.

Ξηραίνω, aor. 1. ἐξήρανα, perf. pass. ἐξήραμμαι, aor. 1. pass. ἐξηράνθην, (a ξηρός) — LXX pro יָבֵשׁ, יָבַשׁ, הוֹבִישׁ — *arefacio*, Iac. 1, 11. Ies. 42, 14. — ξηραίνομαι, *arefio*, *exaresco;* de plantis Matth. 13, 6. 21, 19. 20. Marc. 4, 6. 11, 20. 21. Luc. 8, 6. Io. 15, 6. ἐξηράνθη, (Ies. 56, 3.) sensus: omni efficacia privabitur. 1 Petr. 1, 24. Ps. 102, 11. Ies. 40, 8. Ioel. 1, 12. — de segete ex adiuncto est *albesco* s. *maturesco* Apoc. 14, 15. (Io. 4, 35 λευκαί πρὸς θερισμόν). — de membris corporis: *tabesco*, Marc. 3, 1 ἐξηραμμένη χείρ. ib. v. 3. (1 Reg. 13, 4. Act. Thom. §. 48.) Marc. 9, 18 ξηραίνεται, contabescit, er magert ab. (Prov. 17, 22 ἀνδρὸς λυπηροῦ ξηραίνεται τὰ ὀστᾶ.) Alii, sed non recte, vertunt: obrigescit. — de fontibus, fluviis, *exarefio*, *deficio*, Marc. 5, 29 ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς. (Ier. 51, 36. Ies. 19, 5 ὁ δὲ ποταμὸς ἐκλείψει καὶ ξηρανθήσεται.) Apoc. 16, 12. (1 Reg. 17, 7. Ps. 74, 15.) •.

Ξηρός, ά, όν, 1) *aridus*, *arefactus*, *siccus;* — de membris corporis: *tabidus*, *tabescens*, χείρ, Matth. 12, 10. Luc. 6, 6. 8. (Vid. Ξηραίνω. Hos. 9, 14 μαστοὶ ξηροί, hebr. צֹמְקִים. Test. XII patr. p. 535 ἡ χείρ μου ἡμίξηρος ἦν ἐπὶ ἡμέρας.) — Hinc ξηροί, Io. 5, 3 membra habentes tabida. — ἡ ξηρά, intellige γῆ, *terra continens*, Matth. 23, 15. Hebr. 11, 29. (LXX pro hebr. יַבָּשָׁה Gen. 1, 9. 10. Ion. 1, 9. 2, 11. coll. Hag. 2, 7.) — In proverbio Luc. 23, 31. *arbor arida* est arbor inutilis, fructus non faciens, ut apud LXX pro יָבֵשׁ Ies. 56, 3. Ezech. 17, 24. et Sir. 6, 3 quae arbor imago est hominum inutilium, nullius pretii. Sensus enim: si proceres nostri ita agunt cum viris optimis reipublicae utilissimis, quid tandem facient multitudini, vobis, quos nullius faciunt? — (Alii: si hoc fit in innocente (Ps. 1, 3. Ezech. 20, 47) quid facient impiis?) •.

Ξύλινος, ίνη, ον, (a ξύλον) *ligneus*, 2 Tim. 2, 20. Apoc. 9, 20. — (LXX pro עֵץ Deut. 10, 1. Neh. 8, 4. Ezech 41, 22. Pind. Py. 2, 68.) •.

Ξύλον, ου, τό, (a ξύω, rado, polio) 1) *lignum*, hebr. עֵץ, i. e. partes ligni, lignum caesum et ferro adaptatum ad certos usus; universe 1 Cor. 3, 12. Apoc. 18, 12. — Gen. 22, 3. 6. 7. 9. Lev. 1, 7. 1 Reg. 5, 6. — Id quod ex ligno factum est, a) *trabs* lignea, e qua aliquis suspenditur, *patibulum*, *crux*, Act. 5, 30. 10, 39. 13, 29. Gal. 3, 13. 1 Petr. 2, 24. — Gen. 40, 19. Esth. 5, 14. coll. Ios. 10, 26 sq. — b) trabs foramina habens, quibus manus, vel pedes

vinctorum immittebantur, *nervus*, (l. q. κᾶλον, ξυλοπέδη) Act. 16, 24. (LXX Iob. 33, 11 pro סַד cippus: ἔθετο ἐν ξύλῳ τὸν πόδα μου, pro eodem Symmach. Iob. 13, 27. Exempla e profanis collegit *Elsnerus* in obss. II. p. 439 sq. Phavor. ξύλον· εἶδος δεσμωτηρίου, ἣν ποδοκάκην λέγουσι καὶ ποδοστράβην.) — c) *fustis, baculus*, μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, Matth. 26, 47. 55. Marc. 14, 43. 48. Luc. 22, 52. (Ioseph. vit. §. 45 ξύλοις τύπτειν. Idem de bell. 5, 3. 1 ξύλοις παιόμενοι καὶ σιδήρῳ. Hoc sensu עֵץ Ezech. 37, 16 LXX ῥάβδος.) — (Sap. 14, 1 de simulacro ligneo; ib. Sap. 14, 7. 10, 4 de navi.) — 2) *arbor*, LXX pro hebr. עֵץ Gen. 1, 29. 2, 9. 3, 1. coll. Ies. 14, 8 et saepius. In N. T. Luc. 23, 31 ubi ὑγρὸν ξύλον est arbor viridans, frugifera, ibidem imago hominis utilissimi pretiosissimique. Vid. Ξηρός. — ξύλον τῆς ζωῆς, Apoc. 2, 7. 22, 2. 14. 19. Psalt. Sal. 14, 2. Philo de alleg. II, p. 81. Test. XII patr. p. 587. arbor vitae, i. e. vitam dans, conservans, vid. Gen. 2, 9. *.

Ξυράω, ῶ, partic. perf. pass. ἐξυρημένος, aor. 1. med. ἐξυρησάμην, (a ξυρόν, novacula) novacula utor, *rado, tondeo*, 1 Cor. 11, 5. 6. — LXX pro גִּלַּח Gen. 41, 14. Deut. 21, 12. — Med.: *radendum me trado*, s. *curo*, seq. accusativo obiectum accuratius definiente, de quo vid. *Rostii* Grammat. gr. p. 1491. no. 7. Act. 21, 24 ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλήν. (Ezech. 44, 20. Num. 6, 9. 19. Lev. 21, 5.) *.

O.

Ὁ, ἡ, τό, nostrum: *der, die, das*. De cuius usu apud profanos exposuerunt Grammatici *Matthiae* §. 264 sqq., *Buttmann* §. 113. *Rost* §. 98. *Viger*. de idiot. p. 1—23. et ib. *Hermann* p. 699 sqq. — apud scriptores N. T. prae caeteris *Winerus*, Grammatik des neutest. Sprachidioms §. 17—20. pag. 95—135 edit. 4. coll. *Gersdorf* in libro: Beiträge zur Sprach-Characteristik der Schriftsteller des N. T. Vol. I. p. 44. 48 sqq. 167 sqq. 193. 273 sqq. 374 sqq. 431. 435 sqq. — Ut articulus in lingua Germanorum *der, die, das*, ortus est e pronomine demonstrativo *dieser, diese, dieses*, abbreviato, sic et Graecorum ὁ, ἡ, τό, ex antiquissimo τός, τή, τό, *hic, haec, hoc*, e quo deinde quum ὁ, ἡ, τό, tum vero etiam relativum ὅς, ἥ, ὅ, ortum est. Ὁ, ἡ, τό, igitur apud antiquissimos, prae caeteris Homerum et poetas, est

I) *pronomen demonstrativum: hic, haec, hoc.* Sic semel Act. 17, 28 in verbis ex Arati poetae phaenomenis v. 5 repetitis: τοῦ (pro τούτου, θεοῦ) γὰρ γένος ἐσμέν. In oratione pedestri apud atticos et nostros scriptores articulus pronominis naturam servat tantum a) in partitione: οἱ μὲν — οἱ δέ, s. ὁ μὲν — ὁ δέ, *hic — ille, alius — alius*; Matth. 13, 23 ὁ μὲν ἑκατόν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα. 22, 5. Rom. 2, 7. 8. Phil. 1, 16. 17. Hebr. 7, 5. 6. 20 sq. 23 sq. — Matth. 28, 17 καὶ ἰδόντες αὐτὸν, (intellige οἱ μὲν) προςεκύνησαν αὐτῷ, οἱ δὲ ἐδίστασαν, alii — alii. — etiam ὁ μὲν — ἄλλος δέ, Matth. 13, 4. 5. 7. 16, 14. Marc. 4, 4. 5. Io. 7, 12. et semel ὃς μὲν — ὁ δέ, Rom. 14, 2. (Relativum ὃ μὲν — ὃ δέ, ita habes Matth. 13, 8. ὃς μὲν — ὃς δέ, 1 Cor. 11, 21.) — b) in stylo historico, ubi duo vel duae partes agunt, et oratio transit ad alterum, qui antea fuerat subiectum in quod agebatur, ὁ pro οὗτος legitur, semper sequente δέ, *hic* s. *hi autem*, ut nostrum: *er aber; sie aber;* Matth. 21, 29 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, ib. v. 30. 2, 5. Marc. 3, 4 οἱ δὲ ἐσιώπων. Act. 19, 2 οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν. Luc. 8, 21. 16, 6. 7. Matth. 2, 9 οἱ δὲ ἀκούσαντες. v. 14 ὁ δὲ ἐγερθείς. Io. 9, 38 ὁ δὲ ἔφη. vid. etiam Matth. 4, 20. 26, 67. Marc. 12, 13. 15. 16. Luc. 8, 30. 48. Act. 1, 6. Ioseph. ant. 6, 11. 9 ὁ δὲ — ἔφησεν. de bell. 4, 11. 1.

II) *articulus praepositivus s. definitus*, qui ubique ponitur, ubi aliquid vel definite cogitatur et enuntiatur, vel sua natura iam definitum est. Usurpatur ut nostrum *der, die, das*, de cuius usu, ne quae ad scholas grammaticas pertinent huc transferamus, (quae subtiliter exposita habes in *Wineri* Gramm. l. l.) haec fere notasse sufficiat. Praefigitur

A) *subiecto*, et quidem 1) *nominibus, quae sua natura iam sunt definita* i. e. a) *nominibus propriis*, quia haec sua natura indicant subiectum definitum; α) personarum Matth. 4, 1 ὁ Ἰησοῦς. v. 10 ὁ Σατανᾶς. Io. 10, 24 οἱ Ἰουδαῖοι. (Saepius etiam quum eiusmodi nomina etiam sine articulo per se sint satis definita, omittitur articulus, ut etiam apud profanos, velut Matth. 21, 1. Io. 5, 15. 9, 29. Act. 1, 3. Hebr. 11, 5, 8. praesertim in enumeratione personarum, ut Matth. 10, 1 sq. Act. 20, 4. Rom. 16, 7. 9. 12. — Semper abest, si accedit aliud nomen cum articulo, quo definitur persona, ut Matth. 2, 3 Ἡρώδης ὁ βασιλεύς. Io. 20, 1. Act. 21, 8. 23, 2.) Ubi plura nomina personarum coniunguntur, primum tantum habet articulum, ut Luc. 16, 23. Act. 1, 13. — Si repetitur nomen proprium in narratione, articulus maxime ponitur; est enim proprie: ille N., quem antea dixi; vid. Act. c. 9, 8. 6, 8. 9. 8, 5. 9. 7, 59. — β) urbium, terrarum, fluviorum, Act. 18, 1 τῶν Ἀθηνῶν. v. 2 τῆς Ῥώμης — τῆς Ἰταλίας. Matth. 3, 6 τῷ Ἰορδάνῃ et passim. Saepius vero etiam abest, et semper Αἴγυπτος dicitur sine articulo. — b) *nominibus iis*, quae subiectum, *quod unum est* suo in genere, indicant, et nominibus propriis fere aequiparanda sunt, ut ὁ θεός, vid. Θεός — ὁ Χριστός, Messias, Act. 18, 5. 19, 4. vid. Χριστός. — ὁ οὐρανός, Luc. 16, 17. Act. 1, 10. 11. Matth. 5, 48. 6, 26. Luc. 12, 33. (abest etiam, ut Matth. 5, 45. 10, 32. 6, 20.) — ἡ γῆ, terrarum orbis, Matth. 6, 19. Marc. 4, 31. Luc. 16, 17. — ὁ κόσμος, Luc. 12, 30. ὁ ἥλιος, Matth. 5, 43. ἡ γέεννα, Matth. 23, 33. Marc. 9, 43. Iac. 3, 16. (sine articulo apud Matthaeum c. 5, 29. 30. 10, 28. 23, 15.) — ὁ ἐρχόμενος, ἡ γραφή, quae vid. suis locis. Quibus et adnumeranda sunt distributiva, ὁ εἷς — ὁ ἕτερος, Matth. 6, 24. Luc. 7, 42. 16, 13. — ὁ εἷς — ὁ εἷς, Matth. 24, 40. — c) nominibus, quae appellationem vel titulum formant, et sic ad unum subiectum κατ' ἐξοχὴν referuntur; Apoc. 6, 8 ὄνομα αὐτοῦ ὁ θάνατος, der Tod. ib. 8, 11 τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται ὁ ἄψινθος. 19, 13. — Porro — 2) praefigitur articulus *nominibus*, per se quidem non definitis, sed *quae aliquid secum habent, quo accuratius definiuntur;* videlicet: a) *nominibus*, quae αὐτός, οὗτος, ἐκεῖνος secum habent, et sic accuratius definiuntur; Matth. 24, 19 ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Marc. 3, 24 ἡ βασιλεία ἐκείνη. Luc. 6, 38 τῷ αὐτῷ μέτρῳ. c. 17, 25. Io. 5, 9. 36 αὐτὰ τὰ ἔργα. Act. 19, 23. 25 ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας. v. 26 ὁ Παῦλος οὗτος. 1 Cor. 12, 4 τὸ αὐτὸ πνεῦμα. ib. v. 5. 6. 9. 11. 1 Cor. 15, 23 αὐτὸς ὁ υἱός. 2 Cor. 11, 14. — (Aliter Rom. 9, 8 ταῦτα τέκνα τοῦ θεοῦ, ibi enim ταῦτα est subiectum et τέκνα praedicatum.) — b) *nominibus, quae addito pronomine possessivo definiuntur;* Matth. 3, 5 εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν. Marc. 8, 17 πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν, i. e. ihr habt euer Herz als ein verhärtetes. Apoc. 2, 18. — Matth. 5, 45 τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει. (Contra Matth. 13, 6 et Marc. 4, 6 ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος.) Matth. 21, 8 ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια. Luc. 16, 3 ὁ κύριός μου. v. 4 τοὺς οἴκους αὐτῶν. 16, 6 σοῦ τὸ γράμμα. 17, 3. Act. 19, 25 ἡ εὐπορία ἡμῶν. Rom. 4, 19 τὸ ἑαυτοῦ σῶμα. Rom. 6, 6. Eph. 1, 15 et saepius. (Matth. 12, 50. Luc. 8, 21 μήτηρ μου, pro ἐμοὶ μήτηρ, vid. Io. 15, 8.) — Hinc etiam ponitur articulus ubi pronomen possessivum non quidem legitur, sed tamen intelligendum est; Marc. 3, 1 τὴν συναγωγὴν (αὐτῶν, quod additur Matth. 12, 9.) Act. 26, 24 τὰ πολλά (σου) γράμματα. c. 8, 16 τὰ ἱμάτια (αὐτοῦ). c. 19, 21 ἐν τῷ πνεύματι (αὐτοῦ). Rom. 6, 4 εἰς τὸν θάνατον (αὐτοῦ). Luc. 6, 29 ἐπὶ τὴν σιαγόνα (σου). Luc. 5, 13 τὴν χεῖρα. Matth. 12, 10. Marc. 3, 1. 3. Eph. 1, 18 τοὺς ὀφθαλμούς. Io. 9, 6. Hebr. 5, 14 et saepius. (Ioseph. ant. 6, 11. 4 Μιχάλα, τὴν τοῦ πατρὸς (αὐτοῦ) μαθοῦσα διάνοιαν.) — c) *nominibus, quae addito alio praedicato vel restringuntur vel definiuntur;* α) ubi nomen, cuius est articulus, diserte legitur; Matth. 6, 22 ὁ λύχνος τοῦ σώματος. c. 13, 22 ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου. (Ubi plura copulantur, accedente praepositione, omittitur etiam, ut Luc. 8, 14 ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου.) Matth. 21, 9 οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες. v. 25 τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. v. 34 ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν. Marc. 3, 22 οἱ γραμματεῖς, οἱ ἀπὸ Ἱερ. v. 29 τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. 3, 11 τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα. v. 22 ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. 10, 1 τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας. Luc. 11, 44 τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα. 15, 23 τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν. Io. 4, 37 ἐν γὰρ τούτῳ ἐστὶν ὁ

λόγος ὁ ἀληθινός, hic enim illud dictum verum, deprehenditur. 10, 11 ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Act. 19, 8 ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. 13, 42 τὸ μεταξὺ σάββατον. Act. 20, 32 τῷ λόγῳ τῆς χάριτος. Rom. 4, 11 τῆς πίστεως τῆς ἐν ἀκροβ. ib. 4, 6 τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου. 5, 15 τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι. Gal. 6, 5 τὸ ἴδιον φορτίον. Eph. 3, 16 ὁ ἔσω ἄνθρωπος. Apoc. 2, 12 τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον, τὴν ὀξεῖαν. — Vid. etiam ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ s. τοῦ ἀνθρώπου. (2 Macc. 1, 2 τῶν δούλων αὐτῶν τῶν πιστῶν. Tob. 1, 5 τῇ βάαλ, τῇ δαμάλει. Ioseph. ant. 7, 4. 1 ἐφ' ἑτοίμην ἐξῆλθε τὴν νίκην.) — β) idem locum habet *ubi nomen* ad quod articulus pertinet, omittitur *quia facillime intelligitur*, ut ἡμέρα, χρόνος, ἄνθρωπος, υἱός, θυγάτηρ, γυνή. Sic ὁ, ἡ seq. genitivo nominis proprii, ubi intelligendum est υἱός, γυνή. Matth. 1, 6 τῆς τοῦ Οὐρίου (γυναικός). c. 4, 21 τὸν τοῦ Ζεβεδαίου (υἱόν). — Saepius. (Ioseph. de bell. 5, 1. 2 et 3. Plutarch. Timol. c. 3 Τιμολέοντα τὸν Τιμοδήμου. Et saepe apud profanos. Articulum in eiusmodi locutionibus non otiosum esse docuit *Hermann.* ad *Viger.* p. 701.) — Articulus cum adverbio: Matth. 21, 23 τῆς σήμερον (ἡμέρας). c. 27, 8. Matth. 6, 34 ἡ αὔριον (ἡμέρα). Io. 1, 29. Luc. 10, 35. Io. 4, 32 τῷ μεταξὺ (καιρῷ). — Eph. 2, 17 οἱ ἐγγύς (ὄντες). — Articulus cum praepositione, ubi intelligunt ὤν, ὄντες; Matth. 15, 1 οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων. 21, 11 ὁ ἀπὸ Ναζαρέθ. Rom. 4, 14 οἱ ἐκ νόμου. v. 16. c. 2, 8 οἱ ἐξ ἐριθείας. Matth. 6, 9 ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Eph. 1, 10. Col. 3, 2. — οἱ μετά τινος (ὄντες, ut additur Luc. 6, 3.) Matth. 12, 3. Marc. 2, 25. Matth. 27, 51. 54. — οἱ παρά τινος, missi ab aliquo, Marc. 3, 21. — οἱ περί τινα, comites alicuius, Marc. 4, 10. Luc. 22, 49. Etiam is ipse, cuius comites sunt, simul intelligitur, ut Act. 13, 13. 21, 8 οἱ περὶ τὸν Παῦλον sunt Paulus eiusque comites. (Sic etiam profani; vid. *Viger.* p. 8. ed. *Herm.*) Recentiores scriptores. (*Herm.* ad. Vig. p. 700) οἱ ἀμφὶ s. περί τινα ita etiam dicunt, ut non comites sed ille ipse, qui nominatur, intelligendus sit, ut Aelian. var. hist. 1, 13 οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄνυτον est: Anytus; et saepius, vid. *Viger.* p. 6 sq. Sic in N. T. semel Io. 11, 19 πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, ad Martham et Mariam. (Profani etiam, ubi articulus feminis ita adiungitur, masculino utuntur, ut Heliodor. Aeth. 1, 8 οἱ περὶ τὴν κόρην, virgo. Idem c. 3 οἱ μὲν ἀμφὶ τὴν κόρην, et virgo quidem. Vid. *Vig.* p. 8.)

3) *nomina cum articulo solo, ubi nomen per accedentem articulum propius definitur;* Matth. 1, 22 διὰ τοῦ προφήτου, videl. Iesaiam. v. 23 ἡ παρθένος, illa, quam novimus. v. 24 ἀπὸ τοῦ ὕπνου, illo quod somniaverat. v. 25 ὁ ἄγγελος, ille, de quo v. 20 loquutus fuerat. c. 2, 4 τοῦ λαοῦ, populi Iudaici. c. 2, 7 τοὺς μάγους, quos videlicet antea, v. 1, dixerat venisse. v. 8 περὶ τοῦ παιδίου, videlicet de quo magi dixerant. c. 2, 11 τὴν οἰκίαν, domum illam, quam quaesierant. c. 5, 25 ἐν τῇ ὁδῷ, videlicet ad iudicem; τῷ κριτῇ, cui subes; τῷ ὑπηρέτῃ suo. 7, 24 ἐπὶ τὴν πέτραν, super rupe aedificando apta. Matth. 10, 17 τῶν ἀνθρώπων, videlicet qui (v. 16) lupis sunt similes. 13, 1 ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς οἰκίας (ubi commoratus erat), ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν, mare Galilaeum. v. 19 ἔρχεται ὁ πονηρός, i. e. ille quem scitis, diabolus. c. 12, 41 ἐν τῇ κρίσει in iudicio extremo, a Messia habendo. c. 13, 3 ὁ σπείρων, i. e. Christus ipse. v. 26 ὁ χόρτος, gramen illius agri. 21, 8 κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, arborum in via obviarum, — ἐν τῇ ὁδῷ, qua Iesus incedebat. v. 7 τὴν ὄνον, quem adduxerant. Matth. 26, 26 τὸν ἄρτον, videl. oppositum. v. 27 τὸ ποτήριον, (articulus etiam Luc. 22, 17 addendus est). Marc. 1, 7 ὁ ἰσχυρότερός μου, ille, quem indico, vel indicavi. Marc. 2, 24 ἴδε τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν, ὃ οὐκ ἔξεστιν, ubi articulus ante σάββασιν recte legitur, quum sermo sit de eo, quod certis sabbatis fecerant apostoli. (Contra Matth. 12, 2 ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ, sine articulo, quum hic sit sententia universalis.) Marc. 3, 2 εἰ τοῖς σάββασιν, videlicet proxime instantibus. Luc. 4, 20 τὸ βιβλίον ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, librum quem (v. 17) a ministro synagogae acceperat, ei reddidit. Luc. 5, 14 τῷ ἱερεῖ, ei, cui competit. v. 16 ἐν ταῖς ἐρήμοις, urbi proximis. (Sed Marc. 1, 45 recte ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις, quum iam ἔξω (τῆς πόλεως) contineat definitionem τῶν ἐρήμων.) Luc. 7, 20 ὁ ἐρχόμενος ille, qui venturus est, Messias. 16, 21 οἱ κύνες, canes divitis illius. Luc. 16, 6 ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. Luc. 18, 15 τὰ βρέφη, videl. quos habebant. Io. 2, 25 περὶ τοῦ ἀνθρώπου, de homine, cum quo agebat. (coll. *Win.* Gr. p. 103.) Io. 3, 10 σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις; ubi articulus non est otiosus, sed sententiam effert: du bist (nach deiner oder andrer Meinung) *der Lehrer* Israels, du machst den Lehrer Israels etc.; διδάσκαλος sine articulo esset: es unus ex doctoribus, ubi sententia nullam haberet gravitatem. Io. 2, 14 τοὺς πωλοῦντας, qui ibi vendebant sua. 4, 37 ὁ λόγος, dictum quod affertur. c. 4, 43 τὰς δύο ἡμέρας, vid. v. 40. c. 5, 36 τὴν μαρτυρίαν, de quo v. 34 loquutus fuerat. c. 6, 10 τοὺς ἀνθρώπους, qui aderant. c. 7, 24 τὴν δικαίαν κρίσιν, sententiam veram, quae hic requiritur. Act. 5, 37 τῆς ἀπογραφῆς, census Quirini, quem nostis. c. 9, 6 τὴν πόλιν, vid. v. 3. 9, 17 τὴν οἰκίαν, ubi Paulus erat. Act. 19, 9 ἐνώπιον τοῦ πλήθους, multitudine quae ibi convenerat. Rom. 4, 3 ἡ γραφή, scriptura sacra Iudaeorum. 1 Cor. 14, 29 οἱ ἄλλοι, caeteri, qui sunt in coetu. 15, 8 τῷ ἐκτρώματι, qui solus apostolorum matrem, ecclesiam, vulneravi. 1 Thess. 3, 5 ὁ πειράζων, diabolus. Hebr. 5, 4 τὴν τιμήν, munus sacerdotii. v. 8 τὴν ὑπακοήν, nimirum τοῦ υἱοῦ. Iac. 2, 20 ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων, videl. quae efficere debet, i. q. τῶν ἔργων αὐτῆς. v. 26. ib. v. 25 τοὺς ἀγγέλους, nuntios illos praemissos. Apoc. 20, 4 τὰ χίλια ἔτη, videlicet regni Messiani. (τὰ perperam abesse volunt quidam interpretes.) — Simili modo articulus additus est in doxologiis: αὐτῷ ἡ δόξα etc. gloria, quae ei competit, gloria summa; Rom. 11, 36. 16, 27. Eph. 3, 21. Gal. 1, 5. Phil. 4, 20. 2 Tim. 4, 18. 1 Petr. 4, 11. coll. Apoc. 4, 11. 5, 13. — Pendet in hoc usu articuli aliquid ab arbitrio scriptoris, utrum velit notionem definitius cogitare et eloqui, nec ne. Sic legitur Matth. 12, 1 τίλλειν στάχυας, i. e. aliquas; sed Marc. 2, 23. et Luc. 6, 1 τίλλειν τοὺς στάχυας, intellige τῶν σπορίμων ἐκείνων. — Marc. 6, 7 ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδόν in hoc iter et alia itinera; sed Luc. 9, 3 μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν, quod videlicet nunc facturi estis. — Huc etiam referenda sunt illa loca, ubi *articulus praefigitur nominativis, si loco vocativorum sunt,* quia tunc ad certum subiectum semper referuntur, ὁ βασιλεύς, Matth. 27, 29. Marc. 10, 47. ὁ υἱός, Luc. 12, 32. 18, 11. 13. Io. 8, 10. 20, 28. Act. 13, 41. Eph. 5, 14. 22. 25. Apoc. 12, 12. (Sap. 5, 4. Iudith. 9, 12.)

4) Articulus *in propositionibus universalibus* additur, quo indicetur, id, quod dicitur, *spectare ad omnes, qui eiusdem generis sunt;* facit igitur sententiam universalem, vel collectivam. Sic a) cum nominibus genus vel speciem rerum indicantibus: Matth. 8, 20 αἱ ἀλώπεκες, τὰ πετεινά, i. e. omnes vulpes, aves. c. 24, 28 οἱ ἀετοί. 12, 35 ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, omnis vir bonus. 13, 25 τοὺς ἀνθρώπους, cunctos. Marc. 3, 29 εἰς τὸν αἰῶνα, in omne aevum. v. 4 τοῖς σάββασιν, omni die sabbati. c. 4, 21 μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται, ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; ubi recte legitur articulus, qui in loco parallelo Luc. 8, 16 οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας ὑποκάτω κλίνης τίθησιν, ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας recte abest, quum hic vis collectiva iam sit in οὐδείς. Luc. 10, 7 ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστιν. Rom. 1, 17 ὁ δίκαιος (ἄνθρωπος). Rom. 5, 7 ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ, pro benefico quovis. Gal. 4, 1 ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν. 1 Thess. 4, 16 ἐν τῷ πράγματι, in negotio, i. e. in ullo negotio. — b) cum participiis vel adiectivis, ubi ὁ idem quod πᾶς ὁ, sive ὅστις: Matth. 5, 42 τῷ αἰτοῦντί σε, (Luc. 6, 30 παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε.) Matth. 24, 13 ὁ δὲ ὑπομείνας — οὗτος. Luc. 6, 29 τῷ τύπτοντί σε, (Matth. 5, 39 ὅστις σε ῥαπίσει). Luc. 6, 49 ὁ δὲ ἀκούσας, (Matth. 7, 26 πᾶς ὁ ἀκούων.) c. 16, 10 ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ. Io. 5, 4 ὁ οὖν πρῶτος ἐμβάς. Apoc. 2, 7 ὁ ἔχων οὖς. ib. v. 11 ὁ νικῶν. Vid. etiam Matth. 7, 8. Luc. 11, 10. Io. 5, 29. 10, 1 et alia loca multa. (Verba 2 Cor. 8, 15. ex Exod. 16, 18 repetita sunt.) — Sic etiam neutrum, τό, τά, cum neutris adiectivorum; Matth. 7, 6 τὸ ἅγιον, quodcunque sacrum est. 12, 35 τὰ ἀγαθά, utilia quaevis. Luc. 6, 45 τὸ ἀγαθόν, τὸ πονηρόν. Rom. 11, 36 τὰ πάντα, omnia, — omnes homines. Gal. 3, 22. Eph. 1, 10. Saepius.

5) Nominibus *quantitatis,* πολλοί, ἄλλοι et πᾶς additur articulus, ut quantitatem accuratius definiat. Igitur, quum πολλοί sint multi sine definitione, οἱ πολλοί sunt multitudo definita, *die Vielen,* i. e. vel omnes eiusdem generis, vel plerique, die grosse Menge. Vid. Πολύς. — οἱ ἄλλοι reliqui, qui ex numero definito supersunt; semel 1 Cor. 14, 29 οἱ ἄλλοι reliqui omnes in coetu. — πᾶς, πάντες cum articulo indicat omnes sensu relativo, omnes, qui sunt in eodem loco, statu, tempore etc. a) πᾶς in singulari igitur secum habet substantivum cum articulo, ubi verti potest *totus, der ganze;* Matth. 3, 5 πᾶσα ἡ Ἰουδαία omnes Iudaeae incolae in vicinia Iordanis. Matth. 6, 34 πᾶσα ἡ πόλις. 21, 10. Marc. 4, 1. Luc. 2, 1 et saepissime. (Sine

articulo est: quivis.) — b) πάντες secum habet substantivum cum articulo, si omnes sensu relativo indicantur; Matth. 2, 4 πάντες οἱ ἀρχιερεῖς, synedrii assessores. v. 16 πάντες οἱ παῖδες, in illa urbe. 4, 8 πάσας τὰς βασιλείας, nimirum, quae conspici poterant. Luc. 13, 2 πάντας τοὺς Γαλιλαίους, videlicet, qui tum vivebant. Act. 18, 2 πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης. Act. 27, 37 αἱ πᾶσαι ψυχαί, in navi versantes. (Sap. 7, 9 ὁ πᾶς χρυσός, videlicet ἐν τῇ γῇ.) 1 Cor. 12, 12 et saepius. (Ubi omnes absolute indicantur abest articulus, Rom. 15, 12 εἰς πάντας ἀνθρώπους. v. 18. Act. 17, 21. 1 Tim. 2, 4. Tit. 3, 2. — Abest vero etiam, ubi sermo est de multitudine relativa quidem, cuius autem numerus est indefinitus, ut Act. 18, 4. 22, 15. Caeterum vid. *Πᾶς.*

B) Praefigitur articulus *praedicato ad qualitatem, conditionem, qua subiectum definitur, indicandam;* quod fit a) si sequitur aliud substantivum in appositione; Matth. 2, 6 τὸν λαόν μου, τὸν Ἰσραήλ. 2, 1 Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. 4, 21 Ζεβεδαίου, τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Act. 13, 9 Σαῦλος, ὁ καὶ (καλούμενος) Παῦλος. Act. 21, 8 Φιλίππου τοῦ εὐαγγ. Rom. 8, 32 υἱοθεσίαν — τὴν ἀπολύτρωσιν. Iac. 3, 6 ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. 1 Io. 5, 6 Ἰησοῦς ὁ Χριστός. et saepissime. (Sap. 8, 10 ἕξω τιμὴν — ὁ νέος.) — b) si sequitur adiectivum vel participium, quo antecedens substantivum accuratius definitur; Matth. 1, 25 τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. c. 3, 17 ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. 10, 4 Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτ. Marc. 10, 47 Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος. Luc. 13, 4 ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτώ. Gal. 6, 1 ὑμεῖς οἱ πνευματικοί. — Matth. 23, 19 τὸ θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον. Luc. 13, 4 πάντας τοὺς κατοικοῦντας. 16, 15 ὑμεῖς. οἱ δικαιοῦντες. Act. 19, 26 θεοί, οἱ γινόμενοι. Io. 5, 12 ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι. Act. 1, 11 οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθείς. et saepissime; vid. etiam loca supra A. 2. c. laudata. (Voluerunt quidam in hisce locis articulum positum esse pro pronomine relativo ὅς, quum ita in libris seriorum scriptorum legatur (Psalt. Salom. 17, 12 πιστὸς ὁ κύριος ἐν πᾶσι τοῖς κρίμασιν αὐτοῦ, τὰ ποιεῖ ἐπὶ τὴν γῆν); at, quanquam articulus hic per relativum latinum reddi potest, tamen cum participio suo format praedicatum et naturam articuli servat. Ubi enim non participium, sed verbum finitum legitur, nunquam invenies articulum, sed pronomen relativum, ut Matth. 7, 24 πᾶς ὅστις ποιεῖ, sed Luc. 6, 47 πᾶς ὁ ποιῶν. Marc. 3, 19 ὃς καὶ παρέδωκεν, sed Matth. 10, 4 ὁ καὶ παραδούς. Vid. etiam Luc. 8, 15. Marc. 4, 20. coll. Matth. 13, 23.) — Possunt autem ad hoc genus etiam referri loca Act. 26, 24 ὁ Φῆστος μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἔφη, i. e. τῇ αὐτοῦ φωνῇ. 1 Cor. 11, 5 ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, i. e. τῇ αὐτῆς κεφαλῇ ἀκ. — d) si subiectum indefinitum per sequens participium cum articulo accuratius definitur; Io. 5, 32 ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν. Act. 2, 47 ὁ κύριος προσετίθει (τινὰς) τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ. 2 Cor. 2, 2 τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; Gal. 1, 7 τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς. Col. 2, 8 βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν. Luc. 18, 9 εἶπε πρός τινας τοὺς πεποιθότας. — e) si sequitur accusativus rem accuratius definiens (der Accusativ der nähern Bestimmung); Io. 6, 10 οἱ ἄνδρες τὸν ἀριθμόν. Act. 18, 3 σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. — Eodem modo dativus, Act. 18, 2 Ποντικὸν τῷ γένει.

Ὄλυνθος, ου, ὁ, *grossus, ficus immatura;* dicitur de ficubus, quae hyemis tempore nascuntur, neque ad maturitatem perveniunt, sed immaturae tempore veris decidunt. Apoc. 6, 13. — LXX Cant. 2, 13 pro פַּגִּים. (Theophr. hist. plant. 2, 9.) Hesych. ὄλυνθος· τὸ μὴ πεπαμμένον σῦκον. *.

Ὅλως, (ab ὅλος) adv. *prorsus;* Matth. 5, 34 μὴ ὀμόσαι ὅλως. coll. Iac. 5, 12. 1 Cor. 5, 1 ὅλως ἀκούεται, i. e. ab omni parte, s. ubique. ib. 15, 29 εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. (Philo de praemiis p. 916 B. μηδ' ὅλως εἶναι τὸ θεῖον. Xenoph. mem. 1, 2. 35. Palaeph. de incred. 3, 5.) *.

Ὄμβρος, ου, ὁ, Latinor. *imber*, i. e. pluvia vehemens, quae maxime coniuncta est cum procella, fulgure et tonitru. Luc. 12, 54. vid. Νεφέλη. (LXX Deut. 32, 2. Sap. 16, 16. Sir. 49, 9. Ioseph. ant. 2, 16. 3.) *.

Ὁμείρομαι, quod apud profanos scriptores vix legitur, est i. q. ἱμείρομαι quod vide. Semel 1 Thess. 2, 8 ubi *Griesb.* ὁμειρόμενοι codd. optimorum auctoritate restituit pro ἱμειρόμενοι. Legitur etiam Iob. 3, 21 in quibusdam codd. LXX interpretum ὁμείρονται pro ἱμείρ., et Symmach. Ps. 62, 2 ὁμείρεται habet pro ἱμείρεται. Praeterea apud Grammaticos; Hesych. et Phavor. ὁμειρόμενοι· ὁμείρονται, ἐπιθυμοῦσιν. Scholiastes apud Mattheium N. T. ed. mai. ὁμειρόμενοι, ἐπιθυμοῦντες καὶ ἀντεχόμενοι. Photius p. 331, 9 ὁμείρονται· ἐπιθυμοῦσι. Vid. omnino *Fritzschii* comment. in Marc. p. 792, qui ὁμείρεσθαι ortum esse putat ex ὁμοῦ atque εἴρειν, nectere, ut sit: se cum aliquo connectere, ei adhaerere. Sed vid. quae *Winerus* monuit Gramm. §. 16. p. 92 sq.

Ὁμιλέω, ῶ, aor. 1. ὡμίλησα, (ab ὅμιλος) propr. verbum militare: sum una in exercitu; ut saepe apud Homerum Iliad. 1, 261. 4, 86.) — porro: 1) *versor cum aliquo, in coetu hominum versor, conversor*, Act. 20, 11 ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας, diu versatus in coetu. (Prov. 23, 30. Prov. 15, 12 pro הָלַךְ. Sir. 11, 20 ὁμιλεῖν ἔν τινι, in aliqua re versari. Etiam apud Homer. 18, 167. 383. Pind. Py. 2, 176. — (τῇ γυναικί, rem habere cum muliere, Iudith. 12, 11. Ioseph. ant. 5, 9. 3.) — 2) *colloquor*, Luc. 24, 15. seq. dativo Act. 24, 26. (Dan. 1, 19 pro דִּבֵּר, Susann. v. 57. Ioseph. ant. 10, 11. 7 et 4, 2. 2.) — πρὸς ἀλλήλους, Luc. 24, 14. (Ioseph. ant. 10, 5. 6 et 11, 6. 11. — Idem ant. 11, 3. 2 εἰς ὁμιλίαν τρέπεσθαι μετά τινος, confabulari cum aliquo.) *.

Ὁμιλία, ας, (ab eodem) 1) *conventus, congressus, conversatio;* semel 1 Cor. 15, 33 φθείρουσι ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, consortia mala. (Aelian. var. hist. 13, 1. — de congressu venereo Exod. 21, 10. Ioseph. ant. 2, 4. 2.) — 2) de colloquio, Sap. 8, 18. Ioseph. ant. 11, 3. 2. 15, 3. 6.)

Ὅμιλος, ου, ὁ, (ab ὁμοῦ simul, et ἴλη, agmen, turba) propr., ut saepe apud Homerum: constitutus exercitus ad pugnam; — *multitudo hominum, turba*, [Apoc. 18, 17] πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος, omnis turba in navibus; pro quibus *Griesb.* edidit πᾶς ὁ ἐπὶ τόπον πλέων. (Ioseph. ant. 5, 1. 3 ὁ πᾶς ὅμιλος. Symmach. Ps. 1, 5 pro עֲדַת. Thucyd. 4, 112.) *.

Ὁμίχλη, ης, ἡ, et ionice ὀμίχλη, (ab ὀμιχέω, mingo) *nebula*, (Hom. Iliad. 1, 359) i. e. nebula terrae incumbens eamque irrigans Sir. 24, 3. 43, 22. — nubecula, nebula in aëre, quae facile dissipatur a sole et vento; sic semel 2 Petr. 2, 17 (ubi *Griesb.* καὶ ὁμίχλαι pro νεφέλαι, ut legitur in textu vulg.) Sap. 2, 4. LXX pro עֵיפָה Amos. 4, 13. עֲרָפֶל Iob. 38, 9. Ioel. 2, 2. Zeph. 1, 15. Hesych. ὁμίχλη· ἀὴρ παχύς, σκοτεινός, ἀχλὺς ὑδατώδης, σκοτία.

Ὄμμα, τος, τό, (ab ὄπτομαι, perf. pass. ὦμμαι) *oculus;* semel Marc. 8, 23 et Matth. 20, 34 ὀμμάτων, in varia lect. pro ὀφθαλμῶν. (Hom. Iliad. 2, 478. 3, 217. — LXX pro עַיִן Prov. 10, 26. 23, 5. 6, 4. Sap. 11, 18. 15, 15. (4 Macc. 6, 26 ἀνατείνειν τὰ ὄμματα πρὸς τὸν θεόν. coll. Act. 1, 10.)

Ὄμνυμι, [Marc. 14, 71] s. ὀμνύω, quod tempora sua format a stirpe obsoleta ὀμόω, unde aor. 1. ὤμοσα, — LXX pro נִשְׁבַּע — *iuro; iureiurando interposito vel promitto, vel minor aliquid;* a) absolute, Matth. 5, 34. 26, 74. Marc. 14, 71. Hebr. 3, 11. 4, 3. Hebr. 7, 21. coll. Ps. 95, 11. Eccles. 9, 2. — b) ὅρκον ὀμνύειν, iureiurando interposito promittere, minari, Luc. 1, 73 ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραάμ. (Gen. 26, 3 ὅρκον, ὃν ὤμοσα τῷ Ἀβρ. Num. 30, 3. Deut. 7, 8. Hom. Iliad. 19, 175. Ioseph. ant. 3, 11. 6.) — c) ὅρκῳ ὀμνύειν, idem, Act. 2, 30. — d) ὀμνύειν τινί, alicui aliquid promittere, minari, iureiurando addito, Marc. 6, 23. Act. 2, 30. 7, 17. Hebr. 3, 18. (Ps. 15, 4. Gen. 24, 7. 9. Deut. 1, 8.) — e) id, *per quod* iuratur, indicatur in N. T. α) per accusativum sequentem; ὀμνύειν τὸν οὐρανόν, coelum appellare testem, Iac. 5, 12. (Ies. 65, 16 ὀμοῦνται τὸν θεόν. Homer. Iliad. 14, 278. 23, 585. Ioseph. ant. 5, 1. 2.) — β) ex hebraismo נִשְׁבַּע seq. בְּ Deut. 6, 13 per ἔν τινι, Matth. 23, 20 ἐν θυσιαστηρίῳ. v. 21 ἐν τῷ ναῷ. ib. 22. Matth. 5, 36. 23, 16—19. Apoc. 10, 6 ἐν τῷ ζῶντι. (Ier. 5, 7. Dan. 12, 7. LXX ἐν etiam omittunt, v. c. Ies. 19, 18 τῷ ὀνόματι. Ier. 12, 16.) — γ) per κατά τινος, i. e. iurare sic ut animum ad rem intendas, Hebr. 6, 13. 16. (Ps. 102, 8. Ies. 45, 23. Zeph. 1, 5. Gen. 22, 16. 31, 53.) — δ) ex hebraismo per εἴς τινα, Matth. 5, 35. *.

Ὁμοθυμαδόν, (ὁμός, coniunctus, consociatus, et θυμός, animus) adverb. 1) *uno animo, unanimi consensu;* ita videtur Act. 1, 14. 2, 1. 46. 12, 20. Rom. 15, 6 intelligendum esse. — Quum plures inter se consentientes idem agere soleant, est ex adiunto — 2) *ad unum omnes, universi;* etiam: *omnes simul, una;* Act. 4, 24. 5, 12 γενόμενοι ὁμοθ. quum una convenissemus, in conventu omnium. ib. 7, 57. 8, 6. 15, 25. 18, 12. 19, 29. — Sic LXX pro יַחַד, Iob. 6, 2. 16, 10. 19, 12. 21, 26 ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ γῆς κοιμῶνται. pro יַחְדָּו 1 Chron. 10, 6 ὅλος ὁ οἶκος αὐτοῦ ὁμοθυμαδὸν ἀπέθανε. Exod. 19, 8. Iob. 2, 11. Thren. 2, 8 τὸ τεῖχος ὁμοθυμ. (i. e. una, ὅλον τὸ τεῖχος) ἠσθένησε. pro עֵבֶר Num. 24, 24. pro כְּאִישׁ אֶחָד 3 Esdr. 5, 47. coll. Esdr. 3, 1. Eodem sensu Test. XII patr. p. 671. Ioseph. ant. 15, 8. 2 ὁμοθ. ἐξεβόων. ib. 19, 9. 1 ὁμοθ. ἐκόμισαν. vid. exempla e Philone apud *Loesner.* obss. p. 219 sq. *.

Ὁμοιάζω, f. άσω, (ab ὅμοιος) *similis sum;* ἅπαξ λεγόμενον N. T., Marc. 14, 70. coll. Matth. 26, 73 ubi in varia lectione ὁμοιάζει pro δῆλόν σε ποιεῖ legitur.

Ὁμοιοπαθής, ές, (ὅμοιος et πάσχω) 1) qui eadem vel similia patitur; qui simili modo affectus est; (ita Philo de conf. ling. p. 321 τὸ ὁμοιοπαθές de affectionum similitudine.) — 2) *eiusdem naturae, conditionis, pari modo affectus;* Act. 14, 15 ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν ἄνθρωποι, homines eiusdem humanae naturae et conditionis. Iac. 5, 17. (4 Macc. 12, 13 οὐκ ᾐδέσθης, ἄνθρωπος ὤν, τοὺς ὁμοιοπαθεῖς καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότας στοιχείων γλωττοτομῆσαι.) coll. Sap. 7, 3 ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ γῆν, in eandem omnibus terram. *.

Ὅμοιος, οία, οιον, et ὅμοιος, ὁ, ἡ, — ον, τό, [semel in N. T. Apoc. 4, 3. Vid. *Buttmanni* Gramm. p. 246 sq. *Winerus* de soloecismis in Apocal. Ioann. et eiusd. Gramm. N. T. p. 66. coll. ὅσιος] seq. dativo, rarius (in N. T. semel Io. 8, 55) cum genitivo, 1) *similis*, et quidem a) *similis* natura, factis, virtute, genere Io. 9, 9. Act. 17, 29. Gal. 5, 21. Sap. 7, 4. 15, 16. Sir. 30, 4. 1 Macc. 9, 29. —

externa specie, similis adspectu, (ὅμοιος ὁράσει, Apoc. 4, 3.) Apoc. 1, 13. 15. 2, 18. 4, 3. 6 sq. 9, 7. 10. 19. 11, 1. 13, 2. 11. 14, 14. 16, 13. 21, 11. 18. (LXX דָּמָה Cant. 2, 9. Dan. 3, 25. 7, 5. — externa sorte, 1 Io. 3, 2 ὅμοιοι αὐτῷ, eadem qua ille felicitate gaudebimus. — b) *comparandus*, de eo, qui aliquo modo alterius imaginem refert; Matth. 11, 16. 13, 31. 33. 44 — 47. 52. 20, 1. Luc. 6, 47 — 49. 7, 31 sq. 12, 36. 13, 18 — 21. (Iob. 41, 25 pro מְשָׁל.) — 2) *par*, i. e. a) pari *natura*, Iud. v. 7 τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον pari modo ac illi. (Sap. 18, 11 ὁμοία δίκη.) Hinc ὁ ὅμοιός τινι, et τινός, *alicui par, seines Gleichen*, Sir. 13, 15 πᾶν ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ. Sir. 27, 9. 28, 4 ἐπ' ἄνθρωπον, ὅμοιον αὐτῷ, οὐκ ἔχει ἔλεος; — (LXX pro מִין Lev. 11, 14 — 16. Deut. 14, 13 sqq.) Sic semel in N. T. Io. 8, 55 ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν, ψεύστης, essem vobis par, videlicet mendax. (Sir. 13, 15 τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ.) — b) pari *auctoritate, dignitate*, Matth. 22, 39. Marc. 12, 31. (Sir. 44, 19 ὅμοιος ἐν τῇ δόξῃ. Ies. 14, 14. — c) pari virtute et potentia, *aequiparandus*, Apoc. 13, 4 τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ. ib. 18, 18. (Gen. 2, 20 βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ. hebr. כְּנֶגְדּוֹ. Ioseph. ant. 8, 14. 1 οὐκ ὢν ὅμοιος αὐτῷ τῇ στρατιᾷ.) *.

Ὁμοιότης, τητος, ἡ, (ab ὅμοιος) 1) *similitudo*; Hebr. 4, 15 καθ' ὁμοιότητα secundum parem nobiscum naturam, pariter uti nos. LXX Gen. 1, 11 pro מִין, genus, species. Philo de praem. p. 914 E. — 2) obiective: *imago similis*; Hebr. 7, 15 κατὰ τὴν ὁμοιότ. Μελχ. ad exemplar Melchisedeci. (4 Macc. 15, 4 „infantes ψυχῆς τε καὶ μορφῆς [parentum] ὁμοιότητα referentes." Sap. 14, 19 ἐξεβιάσατο τῇ τέχνῃ τὴν ὁμοιότητα [simulacrum principis] ἐπὶ τὸ κάλλιον.)

Ὁμοιόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ὡμοίωσα, aor. 1. pass. ὡμοιώθην, fut. 1. pass. ὁμοιωθήσεται, (ab ὅμοιος) — LXX pro דָּמָה — 1) *similem facio*; passiv. *similis fio*; a) de forma externa, Act. 14, 11 οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις. (Ies. 40, 18 τίνι ὡμοιώσατε κύριον. ib. v. 25. 46, 5.) — b) de fatis, et conditione, Rom. 9, 29 ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. (Ies. 1, 9.) Hebr. 2, 17. Ps. 144, 4. Hos. 4, 6. — c) de moribus, Matth. 6, 8 μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς. (Sir. 13, 1 ὁ κοινωνῶν ὑπερηφάνῳ ὁμοιωθήσεται αὐτῷ. Ps. 49, 12. 1 Macc. 3, 4.) — 2) *comparo, confero, similem iudico*; Matth. 7, 24 ὁμοιώσω αὐτόν, ib. 11, 16. Marc. 4, 30. Luc. 7, 31. Thren. 2, 13. Sap. 7, 10 passiv. *comparandus est*; Matth. 25, 1. 7, 26. 13, 24. 18, 23. 22, 2. (Ps. 40, 5. 89, 6. Ezech. 31, 18. Cant. 2, 17. 7, 7. Sir. 25, 11.) *.

Ὁμοίωμα, τος, τό, (ab ὁμοιόω, perf. pass. ὡμοίωμαι) — LXX pro תְּמוּנָה, תַּבְנִית, צֶלֶם, דְּמוּת, — 1) *forma, figura similis, simulacrum*, Apoc. 9, 7 τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις. (coll. Ioel. 2, 7.) Ezech. 1, 5. 26. 2, 1. 10, 1. 8. Ps. 106, 20. Deut. 4, 16. 17. 18. 1 Macc. 3, 49. Ies. 40, 18. — 2) *similitudo, conformitas*; sic in Pauli scriptis, qui ὁμοίωμα cum alio substantivo ita coniungit, ut sit pro adiectivo ὅμοιος, *similis, par*, Rom. 1, 23 ἐν ὁμ. εἰκόνος, pro ἐν εἰκόνι ὁμοίᾳ. Rom. 5, 14 ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, qui non peccarunt pari modo uti Adamus. ib. 6, 5 τῷ ὁμ. τοῦ θανάτου αὐτοῦ i. e. θανάτῳ ὁμοίῳ τῷ θανάτῳ αὐτοῦ. ib. 8, 3 ἐν ὁμ. σαρκὸς ἁμαρτίας pro ἐν σαρκὶ ὁμοίᾳ τῇ σαρκὶ τῆς ἁμαρτίας. Phil. 2, 7 ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων, i. e. ἀνθρώπῳ ὅμοιος, hominibus par, homo. *.

Ὁμοίως, (ab ὅμοιος) *similiter, pariter*; Matth. 22, 26. 26, 35. 27, 41. Marc. 15, 31. Luc. 5, 10. 33. 10, 32. 13, 5. 17, 31. 22, 36. Rom. 1, 27. Iac. 2, 25. 1 Petr. 3, 1. 5, 5. Iud. v. 8. Apoc. 2, 15 ubi *Griesb.* ὁμοίως pro ὃ μισῶ. — *eodem modo*, in nectendis similibus, Marc. 4, 16. Luc. 17, 28. Io. 5, 19. 6, 11. 21, 13. Hebr. 9, 21. Apoc. 8, 12. — *vicissim*, Luc. 6, 31. 16, 25. 1 Cor. 7, 3. 4. 22. 1 Petr. 3, 7. — ὁμοίως ποιεῖν pro τὸ ὅμοιον ποιεῖν, Luc. 3, 11. 10, 37. — (Prov. 19, 29. Esth. 1, 18. Ezech. 45, 11. Tob. 12, 3. Sap. 11, 11.) *.

Ὁμοίωσις, εως, ἡ, (ab ὁμοιόω) propr. comparatio, assimilatio; *imago* ad quam aliquid formatur, *effigies*. Semel Iac. 3, 9 quae repetita sunt e Gen. 1, 26 ubi LXX pro כִּדְמוּת. LXX pro דְּמוּת Ps. 58, 4. Ezech. 1, 10. Dan. 10, 16. et תַּבְנִית Ezech. 8, 10. coll. 28, 12.

Ὁμολογέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ὡμολόγησα, (ab ὁμόλογος, eadem dicens, consentiens; quod ex ὁμοῦ et λέγω) 1) pariter dico, eadem loquor; — consentio, eadem profiteor, Ioseph. ant. 8, 6. 2. (Etiam: conditionem accipio, Ioseph. ant. 8, 5. 3.) — 2) *promitto* roganti, spondeo, Matth. 14, 7. Act. 7, 17 ubi codd. ὡμολόγησεν pro ὤμοσεν. (Ioseph. ant. 6, 2. 5. 8, 4. 3. 18, 6. 3. vid. etiam *Loesner*. observ. e Phil. p. 133. ὁμολογοῦντες sponsores, Ioseph. ant. 12, 4. 4.) LXX pro נָדַר, voveo, Ier. 44, 25. et pro נִשְׁבַּע Ier. 44, 26. — 3) omissa consensus notione: *palam profiteor*, Matth. 7, 23. Io. 12, 42. Act. 23, 8. Rom. 10, 9. 10 στόματι ὁμολογεῖται, ore profitendus, professione agnoscendus. 1 Tim. 6, 12. Hebr. 11, 13. 1 Io. 4, 2. 3. 15. 2 Io. v. 7. Apoc. 3, 5 ubi *Griesb.* ὁμολογήσω pro ἐξομολογήσομαι reposuit. — ὁμολογ. Χριστόν, profiteri publice, Iesum esse Messiam Io. 9, 22. (Narratio Iosephi apud *Birch.* p. 184.) Opponitur τῷ ἀρνέομαι, abnego Christum, Matth. 10, 32. 33. Luc. 12, 8. 9. Tit. 1, 16. 1 Io. 2, 23. — Ὁμολογεῖν ἔν τινι, quod apud profanos non legitur, sed in N. T. Matth. 10, 32. Luc. 12, 8. est *profiteri aliquem s. aliquid*, ein Bekenntniss ablegen über einen, über etwas; (*Fritzsch.* in comment. I, p. 386) testimonium edere in aliquo i. e. in alicuius causa. (Sic Ps. 32, 5 אוֹדֶה עֲלֵי פְשָׁעַי לַיהוָה, ich will Iehovah ein Bekenntniss ablegen über meine Sünden; et Sir. 4, 26 μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου, ne erubescas profiteri errores tuos.) — Notione profitendi legitur etiam Sap. 18, 13. 2 Macc. 6, 6. Ioseph. ant. 10, 9. 3. 15, 5. 3. — *confiteor*, Act. 24, 14. 1 Io. 1, 9 τὰς ἁμαρτίας. — Sensu *laudandi*, ad imitationem hebr. הוֹדָה (Iob. 40, 9. Ps. 43, 4. 5. Ps. 75, 1. 1 Chron. 16, 34.) Hebr. 13, 15 χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, nomen, dignitatem eius palam profitentium. (3 Esdr. 9, 8 δότε ὁμολογίαν καὶ δόξαν κυρίῳ) *.

Ὁμολογία, ας, ἡ, (ab ὁμολογέω) 1) assensus, consensus; — 2) *promissio, sponsio*, a) quae *datur*, 2 Cor. 9, 13 ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, quod obedienter assensum praebuistis annuntiationi de Messia. (LXX pro נֶדֶר Lev. 22, 18. Ier. 44, 25. et נְדָבָה Deut. 12, 6. 7. Ezech. 46, 12. Amos. 4, 5. — De conditionibus, quibus urbs obsessa traditur, Ioseph. de bell. 4, 2. 2. et prooem. ad bell. § 8. Thucyd. 3, 90.) — b) quae *accipitur*, Hebr. 3, 1. 4, 14. 10, 23 ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος, promissa bona, quae speramus. (alii hic: religio). — 3) *publica professio*, 1 Tim. 6, 12. 13. Philo de nomin. mutatione p. 1053 διὰ τὴν ὁμολογίαν, ἣν (Abraham) ὡμολόγησε περὶ τοῦ ὄντος (de Deo.) *.

Ὁμολογουμένως, (ab ὁμολογέω) adv. *sine controversia, omnium consensu, opinione*; 1 Tim. 3, 16 ὁμολογουμένως μέγα ἐστί, omnium opinione s. consensu gravissimum habetur. (Ioseph. ant. 2, 9. 6 ἦν ὁμολογουμένως Ἑβραίων ἄριστος. Id. de vita § 11. etiam 4 Macc. 6, 31. 7, 16. Polyb. 3, 4. 14. Plutarch. Timol. 1.) *.

Ὁμότεχνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex ὁμός, coniunctus, et τέχνη) *eandem artem exercens*; Act. 18, 3 διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, quia eiusdem erat opificii. (Ioseph. ant. 8, 13. 4 τοὺς ὁμοτέχνους αὐτοῦ. Demosth. p. 611. 4 ed. Reisk. εἰς τὰς ὁμοτέχνους σου πόρνας.) *.

Ὁμοῦ, (ab ὁμός, coniunctus) adv. *iunctim*; i. e. a) *eodem loco*, Io. 21, 2. — b) *simul, una, pariter*, Io. 4, 36. 20, 4. — LXX pro כְּאֶחָד Esdr. 2, 6 πᾶσα δὲ ἡ ἐκκλησία ὁμοῦ. pro יַחַד Iob. 34, 29. vid. Sir. 22, 23. 2 Macc. 8, 14. 11, 7. Test. XII patr. p. 637 πάντες ὁμοῦ. 4 Macc. 8, 28. Ioseph. ant. 5, 1. 15 ὁμοῦ γυναιξὶ καὶ τέκνοις.) *.

Ὁμόφρων, ον, (ex ὁμός, similis, par, et φρήν, mens) *idem sentiens, unanimis, concors*; 1 Petr. 3, 8. (τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, Rom. 12, 16.) Hom. Iliad. 22, 263 ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν. Pind. Ol. 7, 11.) *.

Ὅμως, coniunct. *tamen, attamen, jedoch, gleichwohl*; in N. T. bis, sed suo loco motum; 1 Cor. 14, 7 ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα pro τὰ ἄψυχα, ὅμως φωνὴν διδόντα, das Unbeseelte, gleichwohl aber tönende, instrumenta inanimata quidem, tamen sonum edentia. Gal. 3, 15 ὅμως ἀνθρώπου etc. pro: ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην (καίπερ ἀνθρώπου) ὅμως οὐδεὶς etc. hominis statutum publice sancitum (quanquam hominis tantum est) tamen nemo. (Simili modo apud profanos nonnunquam transpositum esse εὐθέως, exemplis docuit *Fritzschius* in comment. ad Marc. p. 19.) — (Hom. Iliad. 12, 393. Pind. Ne. 10, 39. 2 Macc.

2, 27. 15, 5. Sap. 13, 6. 4 Macc. 18, 11.) — ὅμως μέντοι, *verumtamen, nihilominus*, Io. 12, 42. (Herodot. 1, 189. Plutarch. Timol. c. 5. Ioseph. ant. 5, 8. 3. coll. *Viger.* p. 428 sq. *.

Ὄναρ, τό, nomen indeclinab., cuius tantum nominativus et accusativus legitur, reliqui casus ab ὄνειρος ducuntur; *somnium*; Hesych. ὄναρ· καθ' ὕπνον φαντασία. — In N. T. non nisi apud Matthaeum, qui utitur locutione: κατ' ὄναρ, *in somnio*, hebr. בַּחֲלוֹם, quod LXX verterunt καθ' ὕπνον, Gen. 20, 6. 31, 11. 24. et ἐν ὕπνῳ, Gen. 28, 3. 1 Reg. 3, 5. — Matth. 1, 20. 2, 12. 13. 19. 22. 27, 19. (Observarunt grammatici, Phrynichus, Thom. Mag., Suidas, antiquiores Graecos non κατ' ὄναρ sed ὄναρ simpliciter dixisse; legitur autem κατ' ὄναρ apud recentiores, ut Iamblich. de Myst. Aegypt. 3, 3. Strab. 4, 1. 4. Diog. Laert. 10, 32. coll. *Kypk.* I. p. 3.) *.

Ὀνάριον, ίου, τό, (deminutiv. ab ὄνος) *asellus*, Io. 12, 14. coll. v. 15 πῶλον ὄνου. (Athen. 13. p. 582.) *.

Ὀνειδίζω, aor. 1. ὠνείδισα, (ab ὄνειδος) — LXX pro חֵרֵף et aliquoties (Ps. 35, 7. Ies. 54, 4. Ier. 15, 9) pro חִפֵּר — 1) *vitupero, exprobro, incuso*; seq. accusativo et personae et rei vituperatae, diciturque a) de iusto vituperio, Matth. 11, 20. Marc. 16, 14. (2 Macc. 7, 24. Sap. 2, 12. Sir. 8, 5. Ioseph. ant. 4, 8. 2.) — b) de iniusto, ubi est *convicior, conviciis proscindo, cavillor, dicta iacio in aliquem*, Matth. 5, 11. 27, 44. Marc. 15, 32. Luc. 6, 22. Rom. 15, 3. (Ps. 69, 9.) 1 Tim. 4, 10. 1 Petr. 4, 14. (1 Sam. 17, 10. 2 Sam. 21, 21. 23, 9. Ps. 42, 10. Sir. 41, 7 πατρὶ ἀσεβεῖ μέμψεται τέκνα, ὅτι δι' αὐτὸν ὀνειδισθήσονται. Iudic. 8, 15.) — 2) *exprobro beneficia*, vorrücken; Iac. 1, 5. (Sir. 41, 22 μετὰ τὸ δοῦναι μὴ ὀνείδιζε. ib. 20, 14 ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει. ib. 18, 18. *Raphel.* e Polyb. p. 689. Ioseph. de bell. 1, 12. 1.) *.

Ὀνειδισμός, οῦ, ὁ, (ab ὀνειδίζω) *vituperium, convicium, opprobrium*; Rom. 15, 3. (Ps. 69, 9.) 1 Tim. 3, 7. Hebr. 10, 33. — ὀνειδισμὸς τοῦ Χριστοῦ, Hebr. 11, 26 convicia, qualia etiam Christus pertulit. Respicit ad convicia, quibus Moses in deserto a populo Israelitico saepius proscindebatur, pariter ut post eum Christo a Pharisaeis et legis peritis accidit. ib. 13, 13 τὸν ὀνειδ. αὐτοῦ (Christi) φέροντες, nos conviciis et opprobrio ad exemplum Christi (Phil. 2, 7. Hebr. 12, 3) subiicientes. (Ps. 69, 10.) — (LXX pro חֶרְפָּה Ios. 5, 9. Neh. 1, 3. 4, 4. Ps. 74, 22. Ier. 24, 9. Ezech. 5, 14 et passim. Etiam pro כְּלִמָּה Ezech. 34, 29. 36, 6. coll. Sap. 5, 3. Sir. 23, 15.) *.

Ὄνειδος, ους, τό, (ab ὄνομαι, vitupero, convicior) propr. id quod ab aliis nobis exprobratur, *probrum, opprobrium, vituperium*; (Hom. Iliad. 1, 291. 3, 242.) Semel Luc. 1, 25 de opprobrio sterilitatis, quae apud Israelitas uxori dedecori erat (vid. Gen. 16, 5. 30, 23. Ies. 3, 28. Tob. 3, 9.) — LXX pro חֶרְפָּה Gen. 30, 23. 1 Sam. 11, 2. Ps. 22, 6. 31, 11. Prov. 18, 3 et saepius; etiam pro כְּלִמָּה Ies. 30, 3.

Ὄνημι, stirps inusitata in praesenti, pro qua dicitur ὀνίνημι, iuvo, utilis sum; medium: ὀνίναμαι, *iuvor, utilitatem percipio*, seq. genitivo; aor. 2. ὠνάμην, optat. ὀναίμην, (de quibus formis vid. quae habet *Lobeck.* ad Phrynichum p. 12 sq. et *Rost.* Gr. gr. p. 320.) — Phil. v. 20 ἐγώ σου ὀναίμην, velim a te iuvari. Hesych. ὀναίμην· τύχοιμι, ἀπολαύσαιμι, ὠφεληθείην. (Hom. Od. 2, 33. Sir. 30, 2 ὁ παιδεύων τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὀνήσεται ἐπ' αὐτῷ. Xenoph. Anab. 3, 1. 38. 7, 1. 21.) **.

Ὀνήσιμος, ου, ὁ, (propr. *utilis*, ab ὄνημι) *Onesimus*, nom. propr. viri christiani, servi Philemonis; Col. 4, 9. Phil. v. 10. *.

Ὀνησίφορος, ου, ὁ, (propr. utilitatem afferens) *Onesiphorus*, nom. propr. viri, 2 Tim. 1, 16. 4, 19. *.

Ὀνικός, ή, όν, (ab ὄνος) *asinarius*. Bis in N. T. Matth. 18, 6. Luc. 17, 2 μύλος ὀνικός. vid. *Μύλος*. (Lucian. Asin. §. 28.) Caeterum etiam codd. Marc. 9, 42 μύλος ὀνικος pro λίθος μυλικός.

Ὄνομα, τος, τό, — LXX hebr. שֵׁם — nostris et graecis scriptoribus est 1) *nomen*, quo aliquis s. aliquid vocatur, Name, Benennung; Matth. 1, 21. 23. 25. Marc. 3, 16. 17. Luc. 1, 5. Apoc. 19, 13 et saepius. — ᾧ ὄνομα, videl. ἐστί, qui vocatur; saepius apud Lucam e. g. c. 2, 25. 8, 41. 24, 13. 18. Act. 13, 6. — ὀνόματι, *nomine*, praeter Matth. 27, 32. Marc. 5, 22 tantum apud Lucam, ut 16, 20. Act. 5, 1. 8, 9. (Act. Thom. §. 2.) — κατ' ὄνομα *nominatim, singuli*, Io. 10, 3. 3 Io. v. 15. (Gen. 25, 13. Ioseph. ant. 4, 6. 10 πρὸς ὄνομα.) — ἐπὶ s. ἐν τῷ ὀνόματι Χριστοῦ, a) *nomen Christi usurpantes*, de impostoribus, Matth. 24, 5. Marc. 13, 6. Luc. 1, 59. 21, 8. — b) *Iesu nomen interponentes*, de iis, qui Iesu nomine interposito vel *docent*, Luc. 24, 47. Act. 4, 17. 5, 28. 40. vid. *Ἐπί*, — vel *miracula patrant*; Matth. 7, 22. Marc. 9, 38. 39. 16, 17. Luc. 9, 49. 10, 17. Act. 3, 6. 4, 7. 10. 30. 16, 18. Iac. 5, 14. Solebant enim, qui miracula patrabant, eius, cuius vi agebant, nomen solemni modo pronuntiare, vid. Act. 19, 13. Ioseph. ant. 8, 2. 5 ubi, qui daemones eiiciebant, dicuntur Salomonis nomen formulasque, quas ille composuisse credebatur, pronuntiasse.

2) ut Latin. nomen, *fama* (ὄνομα καλόν Prov. 22, 1. Eccl. 7, 1. ὄνομα ἀγαθόν, Deut. 22, 14. 19), Marc. 6, 14. (1 Chron. 14, 17. 1 Reg. 1, 47. 1 Macc. 8, 12.)

3) *nomen*, i. e. a) *titulus, praedicatum*, Matth. 10, 41 εἰς ὄνομα προφήτου, tanquam prophetam. ib. v. 42. c. 18, 5 ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, tanquam sit meum, adsecla meus. Marc. 9, 37. v. 41 ubi clarius dicitur ἐν ὀνόματι, ὅτι Χριστοῦ ἐστε. Luc. 9, 48. (Ioseph. ant. 12, 4. 1 φερνῆς ὀνόματι, dotis nomine.) Act. 18, 25 ζήτημα περὶ ὀνομάτων, de titulis (velut Messiae). Hebr. 1, 4 ὄνομα, nimirum τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, qui titulus multo praestantior est titulo ἀγγέλου, ministri. Apoc. 3, 1 ὄνομα ἔχεις, ὅτι ζῇς, diceris vivere. (Ioseph. ant. 8, 13. 6 τοὺς δ' ἄλλους (θεοὺς) ὀνόματα πεποιημένα, nomine tantum esse Deos.) (Hinc etiam de *genere* rei, Sap. 18, 12 ἐν ἑνὶ ὀνόματι θανάτου. Ioseph. ant. 11, 3. 3.) — b) *titulus, verbum inscriptum*; Apoc. 13, 1 ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ὀνόματα βλασφημίας, capitibus inscripta erant verba blasphema, tituli blasphemi. ib. c. 17, 3.

4) ἐν ὀνόματι, *iussu, auctoritate*, Matth. 21, 9 ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, 23, 39. Marc. 11, 9. Luc. 13, 35. 19, 38. Io. 5, 43. 12, 13. 10, 25. 1 Cor. 5, 4. 2 Thess. 3, 6. (Ioseph. ant. 14, 8. 3 ἐξ Ἀσινίου ὀνόματος.) — etiam omisso ἐν, Iac. 5, 10. — (Eodem sensu ἐκ τοῦ ὀνόματός τινος, Ioseph. ant. 7, 1. 5. 8, 13. 8.)

5) ut Latinor. *nomen*, (Liv. 1, 10 „nomen Caeninum" pro Caeninenses) inservit periphrasi personae, sed sine ulla emphasi, ut sit *caput, homo*; Act. 1, 15 ὄχλος ὀνομάτων ὡς ἑκατόν. Apoc. 3, 4 ἔχεις ὀλίγα ἃ οὐκ ἐμόλυναν. Apoc. 11, 13 ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτά. (Num. 26, 53 κληρονομεῖν ἐξ ἀριθμοῦ ὀνομάτων, secundum numerum capitum. ib. v. 55. Ioseph. ant. 1, 19. 10 pecora ἐπ' ὀνόματι τῷ Ἰακώβου τικτόμενα, Iacobo nata.)

6) Ex *hebraico* dicendi cogitandique genere ὄνομα emphatice dicitur, ita ut non solum inserviat simplici periphrasi subiecti, sed simul eius *dignitatem, honorem, maiestatem* indicet, qua *veneratione* dignum est, vel dignum ab hominibus habetur. Vix autem vertendo satis reddi potest eius vis, nisi vertere velis: *nomen venerandum, numen*. Monendum autem est, nostros scriptores ὄνομα ita non usurpare nisi de illis, quibus summa veneratio debetur, vel qui summe venerandi habentur. Ita dicitur a) *absolute*, Eph. 1, 21 παντὸς ὀνόματος, cuiuscunque naturae venerandae. Act. 4, 12 οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον nec alius ullus, cui veneratio debetur. Phil. 2, 9 τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. (coll. Exod. 34, 14 ὁ γὰρ κύριος ὁ θεὸς, ζηλωτὸν ὄνομα, θεὸς ζηλωτής ἐστι.) Fortasse huc etiam pertinet Hebr. 1, 4. (Act. Thom. §. 27 ubi Spiritus sanctus dicitur τὸ ἅγιον ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.) — b) ὄνομά τινος, vel θεοῦ, vel Χριστοῦ, vel τοῦ ἁγίου πνεύματος, i. e. α) *nomen venerandum, colendum*; ἅγιον τὸ ὄνομα, ut plenius legitur Luc. 1, 49. (De sanctitate nominis Dei (יְהוָה) vid. Exod. 3, 15. 6, 3. 9, 17. Lev. 18, 21. 19, 12. 22, 2. 32. coll. *Buxtorf.* lex. talm. p. 2431 sqq.) — Sic in locutionibus: ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, reverenter usurpetur nomen tuum venerandum, Matth. 6, 9. Luc. 11, 2. (Exod. 20, 7 οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ. Deut. 5, 11.) — δοξάζειν, φανεροῦν τὸ ὄνομά τινος, dignitatem, numen, Io. 12, 28. 14, 13. 17, 6. 26. 2 Thess. 1, 12. Apoc. 15, 4. — βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομά τινος, baptismo adstringere aliquem ut colat numen Dei, Christi, Matth. 28, 19. Act. 19, 5. 1 Cor. 1, 13. 15. — ex hebraismo etiam ἐν τῷ ὀνόματί τινος, Act. 10, 48. et ἐπὶ τῷ ὀν. τ. Act. 2,

18. 8, 16. — ἐπικαλεῖν τὸ ὄνομα, invocare nomen colendum, i. e. colere, Act. 2, 21. 9, 14. 21. 22, 16. Rom. 10, 13. 1 Cor. 1, 2. (Deut. 32, 3. 1 Reg. 18, 25. 26. 31.) Item: ὀνομάζειν τὸ ὄνομά τινος, 2 Tim. 2, 19. — πιστεύειν εἰς τὸ ὄν. Χριστοῦ, persuasum habere, Iesum esse Messiam, Io. 1, 12. 2, 23. 3, 18. 1 Io. 3, 23. 5, 13. Act. 3, 16 πίστις τοῦ ὀνόματος pro εἰς τὸ ὄνομ. — βλασφημεῖν τὸ ὄν. (nomen i. e. numen) κυρίου, Rom. 2, 24. Apoc. 13, 6. 16, 9. (2 Macc. 8, 4.) Vid. etiam Matth. 12, 21. (Ps. 33, 21. Ies. 26, 8.) Io. 20, 31. Act. 9, 15. 10, 43. 15, 14 λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνόμ. αὐτοῦ, populum cui tribuitur nomen venerandum Dei, cf. v. 17 ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου. c. 19, 17. Rom. 1, 5. 15, 9. (Ps. 18, 53.) 1 Cor. 1, 10 διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου. 6, 11. Hebr. 2, 12. 6, 10. 13, 15. 1 Io. 2, 12. Apoc. 11, 18. — (Vid. e V. T. Deut. 18, 7 λειτουργεῖν τῷ ὀν. κυρίου. Ps. 69, 36 οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου. 1 Reg. 8, 16 οἶκον τοῦ εἶναι τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ. Ezech. 43, 7. 2 Sam. 7, 13. 1 Reg. 7, 26. Tob. 13, 11. — Zach. 13, 2 ἐξολοθρεύσω τὰ ὀνόματα εἰδώλων. Zeph. 1, 4 ἐξαρῶ τὰ ὀνόματα τῆς βαάλ, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἱερέων.) — — β) ὄνομα Χριστοῦ ex adiuncto est: nomen venerandum Messiae, quatenus illud eius adseclae profitentur, *professio, Iesum esse Messiam, veneratio Iesu in professione religionis conspicua, religionis confessio;* Matth. 10, 22 μισούμενοι διὰ τὸ ὄνομά μου, quia, me Messiam esse confessuri estis. c. 24, 9. Luc. 21, 17. Io. 15, 21. Apoc. 2, 3. — ἕνεκεν τοῦ ὀνόμ. μου, Matth. 19, 29. Luc. 21, 12. — Matth. 18, 20 συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ad profitendum nomen meum. 1 Petr. 4, 14 ἐν ὀν. Χρ. quia Christum profitemini. — παῤῥησιάζειν ἐν τῷ ὀν. τοῦ Ἰησοῦ in confessione, Act. 9, 27. 28. — ὑπὲρ τὸ ὄν. τοῦ κυρ. Act. 21, 13. 15, 26. 5, 41. 3 Io. v. 7. — κρατεῖν τὸ ὄν. Χρ. constantem esse in professione etc. Apoc. 2, 13. — Apoc. 3, 8 οὐκ ἀρνεῖσθαι τὸ ὄνομα Χριστοῦ. — In Lucae et Ioannis scriptis ὄνομα Χριστ. etiam est *causa Christi,* videlicet quod annuntiatur et habetur Messias colendus; Act. 3, 16. 26, 9 πρᾶξαι ἐναντία πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ. c. 8, 12 τὰ τοῦ ὀνόματος Χριστοῦ. Sic apud Ioannem αἰτεῖν ἐν τῷ ὀν. Χριστοῦ, precari ad causam Christi promovendam, c. 14, 13. 14. 15, 16. 16, 23. 24. 26. ib. 14, 26 ἐν τῷ ὀν. μου, ad rem meam ulterius promovendam. — γ) ὄνομα τοῦ ἁγίου πνεύματος, semel Matth. 28, 19.

7) Restant loca dubiae explicationis a) Luc. 6, 22. vid. Ἐκβάλλω, fin. — b) Io. 17, 11 τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ (quod ex attractione est pro ὅ) δέδωκάς μοι, ubi ὄνομα patris vix aliud esse potest quam nomen i. e. numen patris, a Christo discipulis manifestatum, ut sensus sit: constantes eos fac in numinis tui veneratione, quod manifestandum mihi tradidisti. Confirmatur haec explicatio iis, quae v. 6. 8. 12. 14. 26 leguntur. Si autem pro ᾧ cum textu vulgari legas οὓς, τηρεῖν ἐν τῷ ὀνόμ. est: constantes facere in colendo Deo.

Ὀνομάζω, aor. 1. ὠνόμασα, aor. 1. pass. ὠνομάσθην, (ab ὄνομα) 1) *nomino*, i. e. a) *nomen alicuius pronuntio;* Act. 19, 13 ὀνομάζειν τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, pronuntiare nomen Christi. (Lev. 24, 16 pro נָקַב. Ios. 23, 7. Sir. 23, 10.) Eadem locutio ex hebraismo est: *colere numen,* 2 Tim. 2, 19. vid. Ies. 26, 13. Ier. 20, 9 ubi ponitur pro hebr. זָכַר. — b) *voco, nomen indo,* Luc. 6, 13 οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε. ib. v. 14. LXX pro קָרָא Gen. 26, 18. Ier. 25, 29. Sap. 2, 13. — passivum: *nomen gero,* Eph. 3, 15 ἐξ οὗ (patre coelesti) πᾶσα πατριὰ ὀνομάζεται. (Xen. mem. 4, 5. 12.) — 1 Cor. 5, 11 ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, quamquam fratris nomen gerit. — 2) ὀνομάζεσθαι audior, i. e. a) *celebror,* Rom. 15, 20 ὅπου ὠνομάσθη Χριστός, ubi iam celebratur nomen Christi. cf. 1 Macc. 3, 9 ὠνομάσθη ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. ib. 14, 10. cf. *Kypkii* obss. II. p. 189. — b) *audior i. e. sum;* Eph. 1, 21 ὄνομα ὀνομαζόμενον, quod audiatur, sit. Eph. 5, 3 μηδὲ ὀνομαζέσθω, ne audiatur, ne nomine quidem adsit. [1 Cor. 5, 1.] — coll. Esth. 9, 5 ὀνομασθῆναι (hebr. שָׁמַע) ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ.

Ὄνος, ου, ὁ, ἡ, *asinus, asina,* Matth. 21, 2. 5. 7. Luc. 13, 15. 14, 5. Io. 12, 15. — LXX pro אָתוֹן, חֲמוֹר Gen. 49, 11. Num. 22, 21. 2 Sam. 16, 1. 17, 23. — Asinis in oriente, ubi nostris sunt multo nobiliores, vehuntur etiam divites et magnates quique. Num. 22, 21 sqq. Gen. 22, 3. 1 Sam. 25, 42. 1 Reg. 13, 24. 27 sq. Exod. 4, 20. Iud. 5, 10. *.

Ὄντως, (a particip. ὤν, ὄντος) adverb. *vere, revera, profecto,* indicat, aliquid *esse,* et opponitur ficto, falso, ei quod nihil est, nomine tantum, non re vera est. Marc. 11, 32 ὄντως προφήτης ἦν. Luc. 23, 47. 24, 34. Io. 8, 36. 1 Cor. 14, 25. Gal. 3, 21. — Ponitur etiam inter articulum et nomen eodem sensu; ἡ ὄντως χήρα, vidua, non nomine tantum (quae viros allicere studeat) sed vere, 1 Tim. 5, 3. 5. 16. — ἡ ὄντως ζωή, vera vita; 1 Tim. 6, 19 ubi *Griesb.* ὄντως pro αἰωνίου. — LXX semel Num. 22, 37. — Sap. 17, 14 τὴν ἀδύνατον ὄντως νύκτα. Test. XII patr. p. 694 τὸ ὄντως καλόν. Ioseph. ant. 15, 3. 5 οἱ ὄντως βασιλεῖς. *.

Ὄξος, ους, τό, (ab ὀξύς) 1) *acetum;* — 2) *posca,* i. e. *vinum culpatum,* herbis amaris conditum, quo utebantur milites romani in castris. cf. Ulpian. 12, 23. Matth. 27, 34. 48. Marc. 15, 36. Luc. 23, 36. Io. 19, 29. 30. — LXX pro חֹמֶץ Ruth. 2, 14. Ps. 69, 21. Prov. 25, 20.

Ὀξύς, εῖα, ύ, 1) *acutus;* — de instrumentis, Apoc. 1, 16. 2, 12. 14, 14. 17 sq. 19, 15. (Ps. 57, 4. Ies. 49, 2. Ezech. 5, 1 pro חַדָּה. Ies. 5, 28. Hom. Iliad. 4, 490.) — (tropice de mente: *sagax,* Sap. 8, 12.) — 2) *celer, velox,* propr. Amos. 2, 15 ὀξὺς (קַל) τοῖς ποσὶν αὐτοῦ; (Herodian. 1, 9. 20 παρευομένους ὀξυτέρῳ δρόμῳ.) — tropice; *promptus, alacer;* Rom. 3, 15 ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα. Prov. 22, 29 ὀξὺς (מָהִיר) ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Test. XII patr. p. 589 ὀξὺς ἤμην καὶ σπουδαῖος ἐν νεότητί μου. Philo in Flacc. p. 970 A. τὰ ἐναντία μανθάνειν ὀξύτατοι. Ioseph. ant. 5, 7. 9 ὀξεῖαν ποιησάμενος τῶν πραγμάτων πρόνοιαν.) *.

Ὀπή, ῆς, ἡ, *foramen,* propr. foramen per quod videre licet, Pollux. onom. 2, 53 ὀπή, δι' ἧς ἔστιν ἰδεῖν. unde LXX pro אֲרֻבָּה fenestra, et חוֹר quod idem significat, Cant. 5, 4. — deinde de *fissuris* terrae, Iac. 3, 11. (LXX pro נִקְרָה Exod. 33, 22 ὀπὴ τῆς πέτρας. Ioseph. ant. 9, 8. 2 de fissura loculi clausi.) — de *cavernis* in rupibus s. montibus, Hebr. 11, 38. LXX pro חֲגָוִים Obad. v. 3 ὀπαὶ τῶν πετρῶν. Eodemque modo legitur חוֹר 1 Sam. 14, 11. Iob. 30, 6. *.

Ὄπισθεν, (ab ἕπομαι, sequor a tergo), adverb. loci, *a tergo, post;* Matth. 9, 20 προσελθοῦσα ὄπισθεν. Marc. 5, 27. Luc. 8, 44. — Apoc. 4, 6 ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, ante et retro, ab utraque parte. (LXX 2 Chron. 13, 14 ubi in textu hebr. אָחוֹר.) Apoc. 5, 1 βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, libellus ex utraque parte membranae, quum interiore tum aversa et exteriore literis consitus. (Ezech. 2, 10 γεγραμμένα τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὀπίσθεν.) — Nonnunquam sequitur nomen casu genitivo, ubi ὄπισθεν est loco praepositionis: *pone, post,* hinter einem her; Matth. 15, 23 κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. Luc. 23, 26 φέρειν ὄπισθ. τοῦ Ἰησοῦ post Iesum a tergo ferre. — LXX hoc sensu pro אַחֲרֵי Gen. 18, 10 ὄπισθεν αὐτοῦ. Ios. 6, 13. Ruth. 1, 16. 2, 7. *.

Ὀπίσω, (ab eodem) — LXX pro אַחַר, אָחוֹר, אַחֲרֵי, — I) adverbium et loci et temporis, 1) *post,* i. e. de loco: *a tergo, pone, hinten, hinter;* Luc. 7, 38 στᾶσα ὀπίσω, constitit a tergo videl. Iesu, mensae accumbentis. (Gen. 33, 2. Hom. Odyss. 19, 330. 23, 119.) — τὰ ὀπίσω, *quae a tergo sunt, quae pone nos sunt;* in locutionibus: ἀπέρχεσθαι εἰς τὰ ὀπίσω, pedem referre, recedere, Io. 18, 16. (Prov. 25, 9 ἀναχώρει εἰς τὰ ὀπίσω); domum reverti, Io. 6, 66. (2 Sam. 1, 22. 2 Reg. 20, 10.) — βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω, respicere ad ea quae a tergo sunt; sensus: curare ea, quae regni divini causa reliquimus, Luc. 9, 62. (Gen. 19, 17. 26. Iud. 20, 40. 1 Sam. 24, 9.) — ἐπιστρέφειν εἰς τὰ ὀπίσω, i. e. domum reverti, Marc. 13, 16. Luc. 17, 30. — Io. 20, 14 ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, propr. versa in tergum, i. e. conversa. (Ps. 40, 14. 44, 10. 114, 3.) — Phil. 3, 13 τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, quae a tergo sunt nihil curans; imago de cursore non retrospiciente sed ad metam tendente, repetita. — 2) *retro, zurück,* Matth. 24, 18 μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω, ne revertatur domum. (Ioseph. ant. 6, 1. 3 ὑπέστρεψαν ὀπίσω, Gen. 24, 5. 1 Reg. 18, 37. Hom. Iliad. 5, 443. 15, 309.) — II) apud Hellenistas et fere ubique in N. T. et in cod. graeco V. T. praepositionis vicem gerit et secum habet genitivum nominum et pronominum; *post, a tergo, pone;* a) de *loco;* et usurpatur α) de iis, quae a tergo sunt, Apoc. 1, 10 ὀπίσω μου, a tergo. (Cant. 2, 9 ὀπίσω τοῦ τοίχους. Exod. 33, 23 ὄψει τὰ ὀπίσω μου, tergum. Gen. 19, 6.)

— β) de iis, qui a tergo sequuntur alium; sic cum verbis eundi, mittendi, secum ducendi, proprio sensu, et translato. Sic *ἀποστέλλειν ὀπίσω τινος*, pone aliquem mittere, Luc. 19, 14. coll. Exod. 15, 20. 2 Sam. 3, 16. — *Ἀπέστησε λαὸν ὀπίσω αὐτοῦ*, seduxit ut eum sequerentur, a partibus eius starent, Act. 5, 37. Eodem sensu *ἀποσπᾶν τοὺς μαθ. ὀπ. αὐτῶν*, Act. 20, 30. *Ἀπέρχεσθαι* (Marc. 1, 20. Io. 12, 19), *ἔρχεσθαι* (Matth. 16, 24. Marc. 8, 34. Luc. 9, 23. 14, 27.) *ἀκολουθεῖν* (Matth. 10, 38.) *ὀπίσω Ἰησοῦ*, Iesum doctorem sequi, et simul eius disciplinae se addicere. Solebant enim, qui eius institutione uti volebant, sua relinquere et cum Iesu versari. Eodem sensu *δεῦτε ὀπίσω μου*, Matth. 4, 19. Marc. 1, 17. (2 Reg. 6, 19.) et *πορεύεσθαι*, Luc. 21, 8. 1 Macc. 2, 32. — Contra: *ὕπαγε ὀπίσω μου*, proprie subduc te pone me, e conspectu meo, abi ne te conspiciam! nostrum: geh mir aus den Augen! apage! Matth. 4, 10 (ubi *Griesb.* nescio an recte, e codd. addidit *ὀπίσω μου*.) Matth. 16, 23. Marc. 8, 33. [Luc. 4, 8 in textu vulg.]. — Ex hebraismo, ubi verba eundi ad vitae rationem transferuntur, ire post alium etiam est, eum sequi cogitando agendoque, 2 Petr. 2, 10 *πορεύ. ὀπίσω σαρκός*. 1 Tim. 5, 15 *ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ σατανᾶ*. (*πορεύ. ὀπίσω κυρίου*, 1 Sam. 12, 14. 2 Reg. 23, 3. Deut. 4, 3. Sir. 46, 10 *ὀπίσω ἁμαρτιῶν*. 2 Reg. 13, 2. coll. Ezech. 20, 16. 24.) Ita etiam Apoc. 13, 3 *ἐθαύμασεν* (vid. *θαυμάζω*) *ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου*. (1 Sam. 13, 7 *πᾶς ὁ λαὸς ἐξέστη ὀπίσω αὐτοῦ*. Exod. 34, 15 *πορνεύειν ὀπίσω τῶν θεῶν*. ib. v. 15. Levit. 17, 7. Iud. 9. 3 *ἔκλινεν ἡ καρδία αὐτῶν ὀπ. Ἀβιμέλεχ*.) — γ) de iis qui a tergo *insequuntur* ut capiant; Apoc. 12, 15 *ἔβαλεν ὀπίσω τῆς γυναικὸς ὕδωρ*. (LXX saepissime *διώκειν ὀπίσω τινος*, ut Iud. 4, 16. 1 Sam. 23, 25.) Iudith. v. 7 *ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας*, qui aliorum corporibus ad voluptatem illicitam explendam volebant potiri. (Lib. Henoch. p. 280 *ἐγρήγοροι ἀπεπλανήθησαν ὀπίσω αὐτῶν* videlic. *γυναικῶν*.) — b) de tempore: *post*; (Hom. Iliad. 1, 341. 3, 160); ita in N. T. *ἔρχεσθαι ὀπίσω τινος*, post aliquem prodire, Matth. 3, 11. Marc. 1, 7. Io. 1, 15. 27. 30. cf. Nehem. 13, 19. *ἕως ὀπίσω τοῦ σαββάτου*. 1 Reg. 1, 6. 24. Eccles. 10, 14. Gen. 33, 2. Dan. 2, 39. *.

Ὁπλίζω, aor. 1. med. *ὡπλισάμην*, (a *ὅπλον*) armis instruo; (Ioseph. vit. §. 10. Herod. 1, 13. 5.) Medium: *armis me instruo, arma induo*; in N. T. semel tropice: *τὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε*, 1 Petr. 4, 1 benevolentiam, animum Christi benevolum induite. (Ioseph. ant. 6, 9. 4 *τὸν θεὸν ὥπλισμαι* Dei auxilio instructus sum. 4 Macc. 13, 16 *καθοπλισώμεθα τῇ παθοκρατείᾳ*. Soph. Electr. v. 995 *θράσος ὁπλίζεσθαι*.)

Ὅπλον, ου, τό, (ab *ἕπω*) *instrumentum quodvis*, a) in specie *ἔνδυμα πολεμικόν*, ut explicat Hesychius; *τὰ ὅπλα, arma*, quibus utuntur milites; Io. 18, 3. 2 Cor. 10, 4 *τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν*, arma quibus pugnamus. — (LXX pro חֲנִית Ps. 57, 4. Hab. 3, 15. כְּלִי Ier. 21, 4 *τὰ ὅπλα τὰ πολεμικά*. Ezech. 32, 26. מָגֵן 1 Reg. 14, 27. נֶשֶׁק Ezech. 39, 9. 10. צִנָּה 1 Sam. 17, 7. שֶׁלַח 2 Chron. 32, 5. Singularis *ὅπλον*, Ps. 76, 3. 46, 9. 91, 4. Sap. 18, 21.) — b) metaph. *instrumentum, adiumentum*, et quidem a) transitive: per quod efficimus, operamur; Rom. 6, 13 *μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας* (instrumenta peccati) *τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ — ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ*. ib. 13, 12 *ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός*, arma lucis, i. e. adiumentum melioris cognitionis. (Prov. 14, 7 *ὅπλα αἰσθήσεως χείλη σοφά*, adminiculum intelligentiae sunt sermones sapientum.) — b) intransitive: adminiculum, quo tegimur et in tuto collocamur; 2 Cor. 6, 7 *τὰ ὅπλα τῆς δικαιοσύνης*, i. e. *δικαιοσύνην ὡς ὅπλα*, pietatem tanquam tutamen. (Ps. 5, 12 *ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας* [i. e. *εὐδοκίᾳ ὡς ὅπλῳ*] *ἐστεφάνωσας ἡμᾶς*. Ps. 91, 4. Sap. 18, 21 *τὸ τῆς ἰδίας λειτουργίας ὅπλον, προσευχὴν κομίσας*. Ioseph. ant. 9, 8. 6 *καὶ πατέρα τε ἀποκαλεῖν καὶ ὅπλον*, patrem et praesidium Elisaeum appellare.) *.

Ὁποῖος, *οία, οἶον, qualis*; a) praecedente *τοιοῦτος*, talis — qualis, Act. 26, 29. (*ὁποῖος — τοῖος*, Hom. Iliad. 20, 250. Od. 17, 421.) — b) simpliciter, 1 Cor. 3, 13 *ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι*, cuius qualitatis est. 1 Thess. 1, 9. Iac. 1, 24. (Hom. Iliad. 19, 218. Pind. Ne. 4, 68.) — *ὁποῖός ποτε, quantuscunque demum*; Gal. 2, 6. *.

Ὁπότε, adv. *quum, quo tempore, quando*; seq. indicativo, si res, quae vere evenit et in facto posita narratur; semel Luc. 6, 3. — (LXX pro בְּ Ps. 3, 1. 59, 1. 60, 1. — Tob. 7, 11. Ioseph. ant. 15, 2. 7.)

Ὅπου, adverb., Latinor. *ubi*. Vid. *Viger*. p. 430 sqq. Est autem I) adv. *loci*, et indicat 1) *ubi* i. e. *quo in loco*; — usurpatur ita ut a) locus, ad quem sit referendum, antea commemoratus sit; Matth. 6, 19 *τῆς γῆς ὅπου*. cap. 13, 5. Marc. 2, 4. Luc. 22, 11. Io. 1, 28. 4, 20. Act. 17, 1 et passim. (LXX pro אֲשֶׁר Iud. 18, 10. Esth. 1, 9. Esdr. 6, 1. 3 Esdr. 6, 24. — b) ut locus, in quo, omissus in cogitando addendus sit; Matth. 25, 24 *θερίζων, ὅπου οὐκ ἔσπειρας*. v. 26. Marc. 5, 40 *εἰσπορεύεται, ὅπου ἦν τὸ παιδίον*. Marc. 13, 14. Io. 3, 8. 6, 62. 7, 34. 11, 32. 20, 19. Rom. 15, 20. Apoc. 2, 13. — c) *ὅπου — ἐκεῖ, ubi — ibi*, Matth. 6, 21. 24, 28. Marc. 6, 10. 55. Luc. 12, 34. 17, 37. Io. 12, 26. Iac. 3, 16. — d) *ὅπου ἐάν* vel *ἄν ubicunque*, Matth. 26, 13. Marc. 6, 10. 56. ib. 9, 18 *ὅπου ἄν* ubicunque locorum. coll. Matth. 17, 15. — e) si praecessit homo, est: *apud quem, in cuius domicilio*; Matth. 26, 57 *πρὸς ἀρχιερέα, ὅπου — συνήχθησαν*. — tropice de intimo hominis, sive eius conditione: *in quo*, Col. 3, 11 *ὁ νέος ἄνθρωπος, ὅπου*. — f) ex hebraismo *ἐκεῖ* post *ὅπου* pleonastice additur; Apoc. 12, 6 *ὅπου ἔχει ἐκεῖ τόπον*. ib. 12, 14. et similiter c. 17, 9 *ὄρη, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν*. (Sic hebr. אֲשֶׁר — שָׁם Gen. 13, 3. 2 Sam. 15, 21. coll. Eccles. 9, 10 *ἐν ᾅδῃ, ὅπου σὺ πορεύῃ ἐκεῖ*.) — 2) *ubi* i. e. *quo, in quem locum*; (solent enim Graeci adverbia, quae proprie quietem in loco significant, etiam dicere de motu in locum, vid. *Viger*. p. 430. et ad eundem *Herm*. p. 788. not. ad p. 430.) Io. 8, 21 *ὅπου ἐγὼ ὑπάγω*. v. 22. 13, 33. 36. 14, 4. 18, 20. 21, 18 *περιεπάτεις ὅπου ἤθελες*. Hebr. 6, 20. — *ὅπου ἄν* s. *ἐάν, in quemcunque locum, quocunque*, Matth. 8, 19. Marc. 14, 14. Luc. 9, 57. Iac. 3, 4. Apoc. 14, 4. (Ruth. 1, 16 *ὅπου ἐὰν* [אֶל־אֲשֶׁר] *πορευθῇς, πορεύσομαι*.)

II) ut Latinor. *ubi* de conditione, propr. si locum habet, im Falle dass i. e. *si, quodsi*, 1 Cor. 3, 3 *ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος*. Hebr. 9, 16. 10, 18. 2 Petr. 2, 11. — LXX pro בְּ Prov. 26, 20 *ὅπου δὲ οὐκ ἔστι δίθυμος, ἡσυχάζει μάχη*. — *ὅπου γε*, siquidem, Xenoph. cyrop. 2, 3. 11. 4 Macc. 14, 12. 14.)

Ὀπτάνω, f. *ανῶ*, forma producta verbi *ὄπτομαι*, quae raro legitur, maxime apud recentiores: *conspicio*; passivum: *conspicior, appareo*, semel Act. 1, 3 *ὀπτανόμενος αὐτοῖς*. LXX pro נִרְאָה 1 Reg. 8, 8. Tob. 12, 19 ubi angelus dicit: *πάσας τὰς ἡμέρας ὠπτανόμην ὑμῖν, ἀλλὰ ὅρασιν ὑμεῖς ἐθεωρεῖτε*. Hesych. *ὀπτανόμενος· ὁρώμενος, ἐμφανιζόμενος*.

Ὀπτασία, ας, ἡ, (ab *ὄπτομαι*) vox, qua antiquiores scriptores non usi sunt, a) de re: *visio, species*, oculis oblata, ein Gesicht, Erscheinung; Luc. 1, 22 *ὀπτασίαν ἑώρακεν*. c. 24, 23. Act. 26, 19 *οὐράνιος ὀπτασία*. LXX pro מַרְאָה Dan. 9, 23. 10, 1. 7. 8. — b) de actu: *apparitio, conspicuum fieri, apparere*; 2 Cor. 12, 1 *ὀπτασίαι κυρίου* apparitiones domini, quibus sese conspicuum mihi fecit. (LXX de Iehovae apparitione, Mal. 3, 2. (נִרְאָה). Sir. 43, 16. — de angelo apparente Dan. 10, 16 *ἐν τῇ ὀπτασίᾳ σου*. Sir. 43, 2 *ἥλιος ἐν ὀπτασίᾳ*, quando apparet. Fragm. Esth. 14, 17 *ἐν ἡμέραις ὀπτασίας μου*, diebus, quibus in regis aulam prodeundum mihi est. *.

Ὄπτομαι, f. *ὄψομαι* vid. *Ὁράω*.

Ὀπτός, ή, όν, (ab *ὀπτάω*, asso, coquo) *assatus, coctus, tostus*; Luc. 24, 42. (Exod. 12, 8. Ies. 44, 16. Homer. Od. 4, 66. 22, 21. Hesych. *ὀπτός· ἑψημένος πυρί*.) *.

Ὀπώρα, ας, ἡ, (ab *ὀπός*, ὁ, succus et in specie succus pomorum, et *ὥρα*, ἡ, ergo proprie: tempus, quo poma sunt matura), — 1) autumnus incipiens (Hom. Od. 11, 192. 12, 76), i. e. anni tempus, quod *τὸ θέρος* sequebatur (Test. XII patr. p. 725 *ὀπωροφυλάκιον, ὅτι μετὰ τὸ θέρος οὐ φανήσεται*), igitur calidissimum, durabatque ab ortu Sirii usque ad ortum Arcturi. Quum eo tempore fruges, in specie arborum, maturescere solerent, *ὀπώρα*. — 2) dicitur collective de *frugibus arborum maturis*, in specie de pomis; sic semel Apoc. 18, 14 *ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας* i. e. *ἐπιθυμική*. (Sic etiam in V. T. Ier. 40, 10 *συναγάγετε οἶνον, καὶ ὀπώραν, καὶ ἔλαιον*. ib. v. 12. 48, 32 pro קַיִץ. Test. XII patr. p. 624 *πᾶσαν ὀπώραν καὶ πᾶν πρωτογένημα κυρίῳ προσέφερον*. Antonin. 4, 44. Philo de plant. Noë p. 235. Ioseph. de bell. 3, 3. 4. ib. ant. 4, 8. 21.) *.

Ὅπως, 1) partic. relativa: *quomodo*. Sic, seq. in-

dicat. aoristi semel in N. T. Luc. 24, 20 ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν. (Ioseph. vit. §. 76 ὅπως ἂν ἐθέλωσι, quocunque modo libuerit. Idem in prooem. ad bell. §. 2 ὅπως κατέστρεψεν. §. 6 ὅπως ἀπανέστησαν. 2 Macc. 7, 22. Hom. Iliad. 10, 225. 545. Xenoph. mem. 1, I. 11.) — 2) coniunctio finalis, finem indicans; *ut, quo*; apud profanos cum coniunctivo et optativo (qua de re vid. *Hermann.* ad Viger. p. 790), in N. T. non nisi cum coniunctivo; Matth. 2, 8. 6, 2. 16. 23, 35 ὅπως ἔλθῃ, ut (ex iusto Dei decreto) veniat. c. 26, 59. Marc. 5, 23. 28. Io. 11, 57. Act. 9, 2. 12. 17. 24. 20, 16. [24, 26.] 25, 26. Rom. 9, 17. 2 Cor. 8, 11. 14. Gal. 1, 4. Hebr. 2, 9 ubi ὅπως indicat consilium, quo Messias humili conditioni subiectus fuerit. c. 9, 15. (Gen. 12, 13. 29, 11. Cohel. 3, 11. Amos. 2, 7. Sap. 16, 28.) — Nostri ὅπως ponunt *α*) post imperativos, Matth. 5, 16. 45. 6, 4. 18. Act. 23, 23. — *β*) post verba rogandi precandique, Matth. 8, 34. 9, 37. Luc. 7, 3. 10, 2. 11, 37. Act. 8, 15. 24. 23, 15. 20. 25, 3. 2 Thess. 1, 12. Phil. v. 6. Iac. 5, 16. (Ion. 1, 6.) — *γ*) post verba decernendi, Matth. 12, 14 συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι, decreverunt eum perdere. ib. 22, 15 συμβ. ἔλ. ὅπως αὐτ. παγιδ. ἐν λόγῳ decreverunt, eum per quaestionem captiosam circumvenire. Marc. 3, 6. (Sap. 8, 18 περιῄειν ζητῶν, ὅπως λάβω αὐτὴν εἰς ἐμαυτόν pro λαμβάνειν αὐτήν.) — *δ*) ante ὅπως passim aliquid omittitur, quod intelligendum est; ut τοῦτο δὲ γέγονε, τοῦτο δέ; ita in formula ὅπως πληρωθῇ, Matth. 2, 23. 8, 17. 12, 17. 13, 35. — Rom. 3, 4 ubi γένοιτο vel simile ante ὅπως intell. 1 Petr. 2, 9 ubi ἐτέθητε ante ὅπως repetendum. — Ὅπως ἂν seq. coni. (vid. ἄν) Matth. 6, 5. ubi *Fritzschius* in comment. ἂν ex codd. auctoritate delevit. Luc. 2, 35. Act. 3, 19 ὅπως ἂν ἔλθωσιν etc. ut tandem adveniat tempus illud Messiae felicissimum, quod nunc moratur propter peccata vestra. cap. 15, 17. (Dan. 2, 18. Gen. 18, 19. 50, 20.) — ὅπως μή, *ne*, Luc. 16, 26. 1 Cor. 1, 29. (LXX pro לְמַעַן, *ut*, Obad. v. 9. Ezech. 12, 16. pro אוּלַי Ion. 1, 6.) *.

Ὅραμα, τος, τό, (ab ὁράω) 1) *adspectus, spectaculum*, id quod oculis cernitur; Matth. 17, 9 μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα (Marc. 9, 9 μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον). Act. 7, 31 ἐθαύμασε τὸ ὅραμα. (Exod. 3, 3. Deut. 28, 34. Sir. 43, 1 εἶδος οὐρανοῦ ἐν ὁράματι δόξης, pro ὅραμα δόξης.) — 2) *visio*, quae oculis obversatur, vel plena diei luce, vel in somnio, Act. 9, 10. 12. 10, 3. 17. 19. 11, 5. 12, 9. 16, 9. 10. 18, 9. LXX pro מַרְאָה Gen. 46, 2. חָזוֹן Dan. 8, 2. Iob. 7, 14. Gen. 15, 1. chald. חֶזְוָא Dan. 2, 19. 4, 10. 7, 2. Test. XII patr. p. 569. *.

Ὅρασις, εως, ἡ, (ab ὁράω) 1) visus, facultas videndi. Test. XII patr. p. 522. Sap. 15, 15 ὀμμάτων χρῆσις εἰς ὅρασιν. — 2) *adspectus, forma externa*, quae conspicitur, Apoc. 4, 3 ὅμοιος ὁράσει λίθῳ. (LXX pro מַרְאֶה Iud. 13, 6. [Ezech. 1, 5. 26. 28. Dan. 5, 6 ἡ ὅρασις αὐτοῦ (chald. זִיו) ἠλλοιώθη. Sir. 11, 2. 25, 19. 41, 20.) — 3) *visio*, menti divinitus oblata; Act. 2, 17 ὁράσεις ὄψονται (Ioel. 2, 28). Apoc. 9, 17. LXX pro חָזוֹן Ies. 1, 1. Ier. 14, 14. Thren. 2, 9. Dan. 1, 17. 7, 2. Sir. 48, 22. 49, 9. Dan. 4, 6. *.

Ὁρατός, ή, όν, (ab ὁράω, — ὥραται) spectatus, visus; — *visibilis*; Col. 1, 16 ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα. (Test. XII patr. p. 528 ἀπὸ παντὸς ὁρατοῦ καὶ κεκρυμμένου θανάτου. ib. p. 532 Messias ἀποθανεῖται ἐν πολέμοις ὁρατοῖς καὶ ἀοράτοις. Iob. 37, 21 πᾶσι δὲ οὐχ ὁρατὸν τὸ φῶς. Philo de opif. mundi p. 2. Xenoph. cyrop. 1, 6. 2.) *.

Ὁράω, ῶ, impf. ἑώρων, [Io. 6, 2.] perf. ἑώρακα, (3 pers. plur. ἑώρακαν in codd. Luc. 9, 36. Col. 2, 1 pro ἑωράκασιν, *Win.* Gr. §. 13. 2. c.) plusquampf. ἑωράκειν (Act. 7, 44.) — ab inusitato ὄπτομαι ducitur fut. med. ὄψομαι, 2 pers. ὄψει pro ὄψῃ [Matth. 24, 7. Io. 1, 51. 11, 40. Vid. *Win.* Gr. §. 13. 2. a. aor. pass. ὤφθην, fut. pass. ὀφθήσομαι. Praeterea aor. 1. ὀψάμην apud scriptores inferioris aevi, ut Libanium declam. 4, 611 et apud Byzantinos legi, monuit *Lobeck.* ad Phryn. p. 734. In N. T. semel Luc. 13, 28 ὄψησθε, quam lectionem etiam retinuerunt *Griesb.* et *Lachmannus*; quidam codd. habent ὄψεσθε. — LXX pro רָאָה et חָזָה — 1) *video*, i. e. a) visum habeo, ὄψομαι, Ps. 115, 5. Ies. 29, 18. — b) *oculis cerno, conspicio*; ὁράω, Luc. 1, 22. 9, 36. 16, 23. 24, 23. Hebr. 11, 27 ὡς ὁρῶν, quasi oculis eum conspiceret. 1 Io. 1, 1 ὁρῶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ipse video. (Iudith. 7, 27. Sir. 16, 5. Zach. 9, 8.) — Saepius. — ὄψομαι, Matth. 24, 30. 26, 64. 28, 7. 10. Marc. 13, 26. Luc. 3, 6. 13, 28. — et passim. — c) *mente video, cognosco*, ὁράω, 1 Io. 3, 6. 3 Io. 11. Iac. 2, 24. — ὄψομαι, Io. 19, 37. Rom. 15, 21. 1 Io. 3, 2. (Gen. 18, 21. 37, 19. Exod. 4, 18.) Etiam ut βλέπειν et θᾶσαι (Theocr. 10, 41) dicitur de cognitione per auditum, et est *audiendo cognosco*, i. e. *disco*, Io. 8, 38 ὃ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί μου, λαλῶ. ib. 3, 11. 32. (Exod. 20, 18 πᾶς δὲ λαὸς ἑώρα τὴν φωνήν. ib. v. 22. Deut. 4, 9 τοὺς λόγους, οὓς ἑωράκασιν οἱ ὀφθαλμοί σου.) — 2) conspiciendo, i. e. experientia, consuetudine, usu cognosco; i. e. *video, experior*; ὁράω, Io. 8, 57. Act. 8, 23. Col. 2, 18. Hebr. 2, 8. 1 Io. 1, 2. 3. — Io. 6, 36 ἑωράκατέ με, experti estis qualis sim. — ὄψομαι, Luc. 17, 22 ὄψεσθε ἡμέρας. Io. 3, 36 ὄψεται ζωὴν i. e. habebit vitam. (Ps. 49, 19 ὄψεται φῶς. Ps. 89, 48 θάνατον. Vid. etiam Εἶδον.) Io. 1, 51 μείζω τούτων ὄψει. (Ezech. 8, 6 ἔτι ὄψει ἀνομίας μείζονας. ib. v. 15. 2 Reg. 3, 17 οὐκ ὄψεσθε πνεῦμα, καὶ οὐκ ὄψεσθε ὑετόν. Iob. 33, 28.) — Ὁράω, ὄψομαί τινα, *α*) visito aliquem, Hebr. 13, 23. (1 Sam. 20, 29. Gen. 45, 28.) — *β*) video aliquem, i. e. *aditum ad eum habeo, eo familiariter utor, versor cum aliquo*; Hebr. 12, 14 ὄψ. τὸν κύριον, Iesum olim rediturum, i. e. cum eo versabitur. — τὸν θεόν, Matth. 5, 8 ὄψονται τὸν θεόν, i. e. ad Deum admittentur, in coelum recipientur. (Stare coram rege, eum conspicere, Hebraei dicebant de familiaribus regum, 1 Reg. 10, 8. 2 Reg. 25, 19.) — ὁρᾶν τὸν θεόν, in Ioannis scriptis: consuetudine s. familiaritate experiri, qualis sit Deus, Io. 1, 18. 6, 46. 14, 7 ἑωράκατε αὐτόν, in me experti estis, qualis ille sit. ib v. 9. 15, 24. (Tob. 4, 4 κινδύνους ἑώρακεν. Sir. 16, 5. 31, 11. 42, 21. Iob. 15, 17. de Deo Sir. 43, 31. 32.) — ὄψομαι τὸ πρόσωπόν τινος, compareo coram aliquo, aditum habeo ad eum, Apoc. 22, 4. (Exod. 23, 15. 34, 23. Deut. 31, 11. Ps. 17, 15. 63, 2. Test. XII patr. p. 636 πῶς ὄψομαι τὸ πρόσωπον Ἰακώβ, quo animo possem adire patrem?) — 3) imperativus: ὅρα, ut Latinor. *vide*, est etiam: *prospice*, i. e. *cura*; Hebr. 8, 5 ὅρα ποιήσῃς, cura ut facias. [Act. 22, 26.] Exod. 4, 21. 25, 40. Tob. 12, 1.) — seq. negatione: *cave, cavete*, Matth. 8, 4. 9, 30. 18, 10. 24, 6. Marc. 1, 44. 1 Thess. 5, 15. — ὁρᾶτε καὶ προσέχετε, Matth. 16, 6. Marc. 8, 15. Luc. 12, 15. — ὅρα μή (intell. ποιῇς), cave, ne hoc facias, Apoc. 19, 10. 22, 9. — Eodem modo ὄψει, ὄψεσθε, Matth. 27, 4 σὺ ὄψει, tu ipse tibi consule. ib. v. 24 ὑμεῖς ὄψεσθε. Act. 18, 15. (Evang. Nicod. p. 47 αὐτοὶ ὄψονται. Arrian. diss. epict. 2, 5 ἐποίησα ἐγὼ τὸ ἐμόν· εἰ δὲ καὶ σὺ τὸ σὸν ἐποίησας, ὄψει αὐτός.) — 4) aor. pass. ὤφθην et fut. ὀφθήσομαι, a) *conspectus sum, conspiciendum me praebui, apparui*, seq. dativo; de angelis, Luc. 1, 11. 22, 43. Act. 7, 30. 35. (Exod. 3, 2. Iud. 6, 12.) — de Deo, Act. 7, 2. (Gen. 12, 7. 17, 1.) — de mortuis, Matth. 17, 3. Marc. 9, 4. Luc. 9, 31. — de Iesu post resurrectionem, Luc. 24, 34. Act. 9, 17. 13, 31. 26, 16. 1 Cor. 15, 5—8. 1 Tim. 3, 16 ὤφθη ἀγγέλοις, nimirum in inferno; — de Iesu olim redituro, Hebr. 9, 28. — de aliis rebus, Act. 16, 9. Apoc. 11, 19. 12, 1. 3. — (Gen. 8, 5. 9, 14. Ies. 40, 5.) — *superveniendi* sensu, Act. 7, 26. coll. 2 Reg. 14, 8. — b) *videor aliquis*, Act. 2, 3 ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι. (1 Macc. 6, 43.) — c) futur. pass. transitive: *apparere faciam, monstrabo*, Act. 26, 16 ὧν ὀφθήσομαί σοι.

Ὀργή, ῆς, ἡ, (quod deducunt ab ὀργάω, plenus sum interna vi; appetitu, impetu feror, vel ab ὀρέγω, protendo, extendo, quare ὀργή proprie est motus animi, et in bonam etiam partem de praeclara indole (Pind. Py. 1, 73. 9, 76) dicitur; deinde est acre studium, contentio (Pind. Py. 6, 50); vulgo vero est *ira*, tribuiturque animo effervescentibus, — LXX pro אַף, חֵמָה, חָרוֹן, כַּעַס, עֶבְרָה, קֶצֶף, — 1) *ira*, Rom. 12, 19. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. — excandescentia, 1 Tim. 2, 8. Iac. 1, 19. 20. (Test. XII patr. p. 605 ὀργὴ ἐπιθυμίας.) — *indignatio*, Marc. 3, 5 μετ' ὀργῆς. Apoc. 6, 16 ὀργὴ τοῦ ἀρνίου. — Tribuitur in V. T. ἀνθρωποπαθικῶς etiam Deo (Exod. 4, 14. 32, 9. Num. 11, 1. 10. etiam Ioseph. ant. 6, 1. 4 habet: ὀργὴ δὲ καὶ χόλος τοῦ θεοῦ μέτεισιν. ib. 8, 7. 6 τὴν ὀργὴν τὴν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ θεοῦ); in N. T. autem ὀργή Dei tantum refertur ad peccatum, inobedientiam et est *aversatio* peccati summa; Rom. 9, 22 ἐνδείξασθαι τὴν ὀργήν, manifestare mali aversationem. Eph. 2, 3 τέκνα φύσει ὀργῆς, filii origine ex gente, idolatriae dedita, Deo invisi. Hebr. 3, 11. 4, 3. — 2) causa pro effectu; indignatio s. aversatio improbitatis pro *poena, castigatione* et ita ὀργή a) de poenis, quae ex lege publica infliguntur, Rom. 4,

15 ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. ib. c. 13, 4. 5. (Demosth. p. 528 ed. *Reisk.* οὐκ ἴσην τὴν ὀργὴν ὁ νόμος ἔταξε τῷ θράσαντι, ἂν θ' ἑκὼν, ἂν τ' ἄκων. Alia exempla collegit *Kypk.* II. p.158.) — b) de poenis inflictis a Deo hominibus improbis et immorigeris; Rom. 1, 18 ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ. 2, 5. 8. 3, 5. Eph. 5, 6. Col. 3, 6. 1 Thess. 2, 16. Apoc. 11, 18 ἦλθεν ἡ ὀργή σου. Num. 16, 46 ἐξῆλθε γὰρ ὀργὴ ἀπὸ προσώπου κυρίου.) — Rom. 9, 22 σκεύη ὀργῆς, vasa, quibus Dei ira infundenda quasi est (Ps. 79, 6. Zeph. 3, 9. Ezech. 21, 31.) — i. e. homines poenis divinis dignissimi. Apoc. 14, 10 ποτήριον τῆς ὀργῆς. ib. cap. 16, 19. 19, 15. vid. Οἶνος. — ἡμέρα ὀργῆς, dies s. tempus poenarum infligendarum; Rom. 2, 5. Apoc. 6, 17. (Iob. 20, 28. 21, 30. Zeph. 2, 2. 3. Thren. 1, 13. cf. Ἡμέρα.) — ἡ μέλλουσα, s. ἐρχομένη ὀργή, poenae divinae die iudicii extremi, Matth. 3, 7. Luc. 3, 7. 1 Thess. 1, 10. (ὀργή pro poena, Ps. 88, 16 ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου. Ezech. 13, 13. Num. 16, 46. 1 Chron. 27, 24. Sir. 44, 17.) — 3) ex adiuncto: *calamitas*, *malum*, Luc. 21, 23. (Ies. 37, 3. 2 Chron. 32, 25. coll. Prov. 17, 26. Sir. 25, 22. 26, 8.) *miseria;* de miseria aeterna impietatis poena, Io. 3, 36 ubi ὀργή opponitur τῇ ζωῇ, Rom. 5, 9. 1 Thess. 5, 9 ubi opponitur τῇ σωτηρίᾳ. (Psalt. Salom. 15, 6 φλὸξ πυρὸς καὶ ὀργὴ ἀδίκων, ignis et miseria, improbos manentia.) *.

Ὀργίζω, aor. 1. pass. ὠργίσθην (ab ὀργή) — LXX pro חָרָה et קָצַף, aliquoties etiam pro רָגַז. — facio ut aliquis animo valde commoveatur; — passivum, quod in N. T. legitur, *animo commoveor*, ich werde aufgeregt, (vid. ὀργή); sic bis in N. T. Eph. 4, 26 ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, animo commovemini quidem (indignatione ob inhoneste facta movemini), sed ita ut non peccetis ipsi. (Alii vertunt: irascimini, et imperativum putant permissivum esse: „Zürnet, ich kann es nicht hindern, aber sündiget nicht".) Repetita sunt haec verba e versione LXX, Ps. 4, 4 ubi in hebr. est רִגְזוּ, contremiscite. Apoc. 11, 18 καὶ τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν, et vehementer commotae sunt gentes, sensus: contremuerunt. (Exod. 15, 14 ἤκουσαν ἔθνη καὶ ὠργίσθησαν, ubi cod. Alex. ex interpretamento habet ἐφοβήθησαν, hebr. יִרְגָּזוּן, contremuerunt.) — In specie: *ira accendor*, *irascor;* Matth. 18, 34. 22, 7. Luc. 14, 21. 15, 28. (Ps. 2, 12. 60, 1. 79, 5.) — seq. dativo personae, Matth. 5, 22. (Ps. 85, 5. Ies. 12, 1. Gen. 41, 10. Iob. 32, 2.) — sequente ἐπί cum dativo personae, Apoc. 12, 17. (1 Reg. 11, 9. Deut. 11, 17. 2 Chron. 16, 10. Zach. 1, 2. 15.) *.

Ὀργίλος, η, ον, (ab ὀργή) ad iram et lites praeceps, *iracundus*, *rixosus;* Tit. 1, 7. (LXX Prov. 22, 24. 29, 22. ἀνὴρ ὀργίλος, בַּעַל חֵמָה 21, 19. Ps. 18, 49.) *.

Ὀργυιά, ᾶς, ἡ, (ab ὀρέγω, expando) spatium, quod expansis utrimque manibus cum pectore interiecto comprehenditur, et conficit sex pedes, mensura sex pedum, Latinor. *passus*, nostrum *Klafter*. (Etymol. magn.: ὀργυιά· σημαίνει τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν σὺν τῷ πλάτει τοῦ στήθους, παρὰ τὸ ὀρέγειν καὶ ἐκτείνειν τὰ γυῖα, ὅ ἐστι τὰς χεῖρας.) Act. 27, 28. (Hom. Od. 9, 325. 10, 167. Polyb. 1, 22. 4. Xenoph. mem. 2, 3. 19.) *.

Ὀρέγω, (pro themate obsoleto ῥέκω, protendo) protendo, extendo; manus. Hom. Iliad. 15, 371 et saepius. Ioseph. de bell. 1, 2. 4 χεῖρας ὤρεγε. — Medium: manus extendo ut sumam mihi aliquid, sequente genitivo rei; metaph., ad animum translatum a) *appeto*, 1 Tim. 3, 1 εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Hebr. 11, 16 κρείττονος (πατρίδος) ὀρέγ. (Xenoph. mem. 1, 2. 15. Polyb. 1, 8. 5.) — b) *cupidus*, *studiosus*, *deditus sum;* 1 Tim. 6, 10 τῆς φιλαργυρίας ὀρεγόμενοι. (Sap. 14, 2 ὄρεξις πορισμῶν, lucri cupido. Ioseph. vit. §. 13 νεωτέρων ὀρεγόμενος πραγμάτων, novarum rerum, i. e. seditionis, cupidus. Ioseph. ant. 1, 12. 1.) *.

Ὀρεινός, ή, όν, (ab ὄρος) *montanus*, i. e. 1) qui in monte est, ad montem pertinet, (Prov. 27, 25 χόρτος ὀρεινός.) — 2) *montanus*, i. e. collibus plenus, obsitus, montibus refertus, bergicht; Deut. 11, 11 γῆ ὀρεινὴ καὶ πεδεινή. Ios. 10, 40. 11, 16. Ioseph. de bell. 3, 3. 4. — Hinc ἡ ὀρεινή, intell. χώρα, γῆ, substantive, nostrum: *Gebirge*, *montes*, *montium tractus*, *montana;* de montibus Iudaeae Luc. 1, 39. 65. (pro הַר Gen. 14, 10. Num. 13, 30. Deut. 2, 37. Ios. 2, 16. 22. 11, 21. Zach. 7, 7.) *.

Ὄρεξις, εως, ἡ, (ab ὀρέγομαι) *appetitus*, *concupiscentia*, *desiderium vehemens*. Nostris scriptoribus (excepto loco Sap. 14, 2 ὄρεξις πορισμῶν) dicitur de appetitibus naturalibus et licitis (Sap. 16, 2. 3 de appetitu ciborum), et illicitis et pravis. Rom. 1, 27 de libidine venerea illicita. (Sir. 23, 6 κοιλίας ὄρεξις καὶ συνουσιασμός, ingluvies et libido venerea. Ibid. 18, 30 ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου κωλύου. Herodian. 3, 13. 14. Hesych. ὄρεξις· ἐπιθυμία.) *.

Ὀρθοποδέω, ῶ, f. ήσω, (ab ὀρθόπους recto pede incedens, quod est ex ὀρθός et πούς) *recto pede incedo*. Est ἅπαξ λεγόμενον N. T. et transfertur, ut reliqua verba eundi a nostris scriptoribus, ad agendi, vivendi rationem, mores, ut sit: *recte vivere;* Gal. 2, 14 οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου, mores non componunt ad veritatem annuntiationis salutis per Christum.

Ὀρθός, ή, όν, (a stirpe ὄρω, pro quo dicitur ὄρνυμι, excito, surgere facio) 1) *rectus*, *erectus*, aufgerichtet, gerade; Act. 14, 10 ἀνάστηθι — ὀρθός. (3 Esdr. 9, 46 πάντες ὀρθοὶ ἔστησαν. Epist. Ier. v. 27. Test. XII patr. p. 639 ὀρθὸν ξύλον, de malo. Hom. Iliad. 24, 11. 359.) — 2) *rectus;* *geradeaus gehend;* de vita recta i. e. non tortuosa, Prov. 4, 11. 26. — via *vera*, *recta*, quae ducit ad locum quo tendimus; sic Hebr. 12, 13 τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε, iusta, vera via incedite, i. e. a vero ne declinetis. vid. *Carpzov.* exercitt. philon. ad h. l. (Eodem sensu LXX pro יָשָׁר Prov. 12, 15. 14, 12. 16, 25. Ier. 31, 9. Pind. Ol. 8, 32 ὀρθᾷ φρενί, recto iudicio. Idem Py. 6, 19. Ioseph. ant. 6, 1. 3.) *.

Ὀρθοτομέω, ῶ, (ab ὀρθοτόμος, recte secans, quod est ab ὀρθός et τέμνω, seco) 1) recte seco, ὀρθῶς τέμνω, ich schneide in grader Richtung; — rectum et planum facio, ich mache grade; semel in N. T. 2 Tim. 2, 15 ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ad verbum: rectum et planum faciens sermonem veritatis, i. e. verum recte et simplici modo tradere s. docere. — LXX bis pro hebr. יִשֵּׁר rectum et planum facere, in locutione ὀρθοτομεῖν τὰς ὁδούς τινος, viam i. e. vivendi rationem rectam et planam facere, mores ad honestum dirigere, Prov. 3, 6. et 11, 5. — (Etiam scriptoribus ecclesiasticis ὀρθοτομία est i. q. ὀρθοδιδασκαλία. Euseb. hist. eccl. 4, 3. Const. apost. 7, 30 ὀρθοτομεῖν ἐν τοῖς τοῦ κυρίου δόγμασιν.) **.

Ὀρθρίζω, (ab ὄρθρος) 1) *primo mane aliquid ago;* (vid. Ὄρθρος.) Ita LXX saepius pro הִשְׁכִּים Exod. 8, 20. 24, 4. Num. 14, 40. Iud. 19, 19. 2 Reg. 6, 15. etc. Est autem hoc verbum dialecto macedonicae s. hellenisticae proprium, quum scriptores meliores usurpent ὀρθρεύειν. (Moeris Attic. ὀρθρεύει ἀττικῶς, ὀρθρίζει ἑλληνικῶς.) — 2) ex hebraismo, quum qui prima luce aliquid quaerunt vel faciunt, magno desiderio ferantur, (Ies. 26, 9) est: *magno rei desiderio feror*, *summo studio tendo ad aliquid;* sic semel in N. T. Luc. 21, 38 ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ἀκούειν αὐτόν, summo studio ferebatur populus eum in templo (vid. v. 37) audiendi docentem. Ita LXX saepe ὀρθρίζειν πρός τινα s. πρός τι, pro hebr. שִׁחֵר seq. אֶל, Iob. 8, 5 σὺ δὲ ὀρθρίζε πρὸς κύριον, et absque אֶל Ps. 63, 1 πρὸς σε (Deum) ὀρθρίζω. Ps. 78, 34 ubi ὤρθριζον πρὸς θεόν convenit cum ἐζήτουν (דָּרַשׁ) αὐτόν. Sap. 6, 14 ὁ ὀρθρίσας ἐπ' αὐτήν (σοφίαν). Sir. 4, 12 ubi explicatur per parallelum ὁ ἀγαπῶν αὐτήν. ib. 6, 36 ἐὰν ἴδῃς συνετόν, ὄρθριζε πρὸς αὐτόν.

Ὀρθρινός, η, ον, (ab ὄρθρος) *matutinus*. Semel Apoc. 22, 16 in textu vulg., ubi *Griesbachius* et *Lachmannus* reposuerunt ὁ πρωϊνός. LXX pro מַשְׁכִּים Hos. 6, 4. 13, 3. etiam Sap. 11, 22. Damnant hanc vocem grammatici veteres (Thom. Mag. Phrynich.), quum potius dicendum sit cum Atticis ὄρθριος. Legitur etiam apud quosdam poetas seriores et in pedestri oratione apud Lucian. Gal. 1. (vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 51. *Sturz.* de dial. Maced. p. 186.)

Ὄρθριος, ια, ον, (ab ὄρθρος) *matutinus*, qui summo diluculo surgit, venit, agit. Luc. 24, 22 γυναῖκες — γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον, quae primo mane venerant ad sepulchrum. (LXX Iob. 29, 7 ἐκπορευόμην ὄρθριος. 3 Macc. 5, 10 ὄρθριος παρῆν. ib. v. 23 ἄρτι δὲ ἀλεκτρύων ἐκεκράγει ὄρθριος. Theogn. v. 861 ὀρθρίη αὖθις ἔειμι. Ioseph. ant. 5, 9. 3 ὄρθριος δὲ κελεύει. ib. 7, 9. 1 ὄρθριος πρὸς τὰ βασίλεια παρεγίνετο.) *.

Ὄρθρος, ου, ὁ, 1) *diluculum*, tempus ubi nox quidem evanescit, nec tamen orta est dies, tempus ubi gallicinium diluculum annuntiat. vid. 3 Macc. 15, 23 et Ὀρ-

θριος. (Phrynich. οἱ ἀρχαῖοι ὄρθρον καὶ ὀρθρεύεσθαι, τὸ πρὸς ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι.) Ita in N. T. Luc. 24,1 ὄρθρου βαθέος, summo mane, bei erster Morgendämmerung. (Dio Cass. 76, 17 νυκτὸς ὑπὸ τὸν ὄρθρον. Ioseph. ant. 11,6.10.) — 2) ex usu seriorum scriptorum (Phrynich. ὃ τοίνυν οἱ πολλοὶ ἁμαρτάνοντες λέγουσιν ὄρθρον, τοῦθ' οἱ ἀρχαῖοι ἕω λέγουσιν) *aurora;* sic accipiendum haud dubie Io. 8, 2. Act. 5, 21 de iis, qui templum Hierosolymitanum intrabant. Certe hoc sensu saepius apud LXX, et quidem pro בֹּקֶר Iud. 16, 2 ἕως διαφαύσῃ ὁ ὄρθρος. (1 Sam. 14, 36 ἕως διαφ. ἡμέρα.) et pro שַׁחַר Gen. 32, 26 ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. Ios. 6, 15. Iud. 19, 21. Neh. 4, 21. Cant. 6, 9. Ioel. 2, 2 ὡς ὄρθρος χυθήσεται ἐπὶ τὰ ὄρη. *.

Ὀρθῶς, adv. (ab ὀρθός) *recto*, i. e. recte, ex regula, Marc. 7, 35 ἐλάλει ὀρθῶς. — bene, Luc. 7, 43 ὀρθῶς ἔκρινας. 10, 28 ὀρθῶς ἀπεκρίθης. — *vere*, Luc. 20, 21 ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, i. q. postea ἐπ' ἀληθείας. — (Gen. 40, 16. Deut. 5, 28. 18, 17. Sap. 2, 1. 6, 4.) *.

Ὁρίζω, aor. 1. ὥρισα, partic. perf. pass. ὡρισμένος, partic. aor. 1. pass. ὁρισθείς, (ab ὅρος, terminus, limes) 1) termino, limites describo; LXX pro גָּבַל Num. 34, 6. Ios. 13, 27. 15, 21. — 2) ut Latinor. definio, transfertur ad rationes rei, eventus etc. et est: *accurate definio, constituo, decerno,* Hebr. 4, 7 ὁρίζειν ἡμέραν, tempus certum loquendo constituere. Act. 11, 29 ὥρισαν πέμψαι, decreverunt mittere. (Ioseph. ant. 6, 5. 3 εἰς τὸν ὡρισμένον καιρόν, tempore antea praefinito. ib. 8, 2. 6 μισθὸν ὁρίζειν.) — In specie de Dei decretis, quae necessario eveniunt; Act. 2, 23 τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ τοῦ θεοῦ, secundum praefinitam Dei voluntatem s. decretum. c. 10, 42 ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. ib. 17, 31. 17, 26 ὁρίσας καιρούς — τὸ ὡρισμένον, necessitas ex Dei decretis, Luc. 22, 22 πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον. — Rom. 1, 4 ὁρισθεὶς υἱὸς θεοῦ ἐν δυνάμει, definitus, sive constitutus inter homines filius Dei potenter per resurrectionem a mortuis. (Zonaras lex. c. 1473 ὁρισθέντος· ἀποδειχθέντος, ἀποφανθέντος.) *.

Ὅριον, ίου, τό, — LXX pro גְּבוּל — (neutrum ab ὅριος, ad terminum pertinens, — *terminus, finis,* Gränze, Deut. 3, 17. Ios. 15, 7. 9. 19, 46.) — τὰ ὅρια, 1) *termini, fines;* Matth. 4, 13 ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ, inter fines. Marc. 10, 1. (Gen. 10, 19. Exod. 34, 24. Deut. 19, 14. Num. 21, 13.) — terra finitima, Matth. 19, 1 εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, in finitimas regiones provinciae Iudaeae. — 2) *ager, regio, Gegend,* Matth. 2, 16. 8, 34. 15, 22. 39. Marc. 5, 17. 7, 31. Act. 13, 50. (LXX Gen. 23, 17. Exod. 8, 2. 10, 4. Deut. 28, 40. quare etiam semel Iud. 20, 6 posuerunt pro hebr. שָׂדֶה, ager.) *.

Ὁρκίζω, (ab ὅρκος) 1) iusiurandum exigo ab aliquo, (Exod. 13, 19. Polyb. 6, 33. 1. Demosth. 235 et 678. 5. ed. *Reisk.*) — 2) *obtestor, iuro,* cum accusativo et personae et rei. Marc. 5, 7 ὁρκίζω σε τὸν θεόν, per Deum te obtestor. Act. 19, 13. 1 Thess. 5, 27. (LXX pro הִשְׁבִּיעַ Gen. 24, 37 ὥρκισέ με. 50, 6. 25. Ios. 6, 26. 2 Chron. 18, 15. Ioseph. vit. §. 49 ὁρκίζω ὑμᾶς. LXX etiam ὁρκίζειν sequente ἐν Neh. 13, 25. κατά 2 Chron. 36, 13 ἐνώπιον, 2 Reg. 11, 4. — Gen. 24, 3 ἐξορκιῶ σε κύριον τὸν θεόν. *.

Ὅρκος, ου, ὁ, (propr. et apud antiquissimos: id per quod iuratur) — *iusiurandum,* — LXX pro שְׁבוּעָה — Matth. 14, 9. Marc. 6, 26. Hebr. 6, 16. Iac. 5, 12. (Eccles. 8, 12. Sir. 23, 8. 2 Macc. 7, 24.) — μεθ' ὅρκου, iureiurando interposito, Matth. 14, 7. 26, 72. (Lev. 5, 4. Num. 30, 11. 2 Macc. 4, 34.) — Hebr. 6, 17. vid. Μεσιτεύω. — metonym. argumentum iurisiurandi, et quidem a) vel *promissio iureiurando interposito facta,* α) a Deo hominibus, Luc. 1, 73. Act. 2, 30. (Gen. 26, 3. Deut. 7, 8. 1 Chron. 16, 16. Sap. 18, 22.) — β) ab hominibus Deo, *vota,* Matth. 5, 33 ἀποδώσεις τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου. (Num. 30, 3. 3 Esdr. 8, 95 ubi ὁρκωμοσία eodem sensu.) — b) vel *minae*, pro אָלָה Ier. 23, 10. *.

Ὁρκωμοσία, ας, ἡ, (ab ὁρκώμοτος, ad iusiurandum pertinens quod ex ὅρκος et ὀμνύω) solemnis affirmatio, quae ὅρκῳ fit, *iusiurandum;* ter in ep. ad Hebr. c. 7, 20. 21. 28. (LXX pro iureiurando, quo promittitur, 3 Esdr. 8, 96 ubi in textu hebr. Esdr. 10, 3 legitur בְּרִית — et iureiurando, quo minatur aliquis mala, ita bis pro אָלָה Ezech. 17, 18 ἠτίμωσεν ὁρκωμοσίαν τοῦ παραβῆναι διαθήκην. ib. v. 19.) *.

Ὁρμάω, ῶ, aor. 1. ὥρμησα, (ab ὁρμή.). Subest huic verbo notio primaria *motus*, et quidem celerioris, ita ut sit: *me moveo, impetu feror, ruo,* diciturque de eo, qui se movet, ruit, fertur ut faciat aliquid. Apud profanos dicitur transitive (concito) et intransitive; apud nostros intransitive a) de proficiscente: festinanter proficiscor, propero, Gen. 31, 21. Hab. 1, 8 (pro hebr. בּוֹא). Ioseph. ant. 15, 8. 5. (Etiam de ortu Ioseph. ant. 5, 5. 1 οὗτος γὰρ ἐξ Ἀσώρου πόλεως ὁρμώμενος). — b) de eo qui fertur cum impetu: *feror;* Matth. 8, 32 ὥρμησε — εἰς τὴν θάλασσαν. Marc. 5, 13. Luc. 8, 33. Act. 19, 29 ὥρμησαν εἰς τὸ θέατρον (2 Macc. 12, 22 εἰς φυγὴν ὥρμησαν. Ier. 48, 40 ὡς ἀετὸν ὁρμήσει, pro דָּאָה.) — c) de irruente cum impetu: *irruo, impetum facio*, seq. ἐπί. Act. 7, 57 ὥρμησαν ἐπ' αὐτόν. (2 Macc. 10, 16. 12, 20. Ioseph. vit. §. 11 et 47.) *.

Ὁρμή, ῆς, ἡ, (a stirpe obsol. ὄρω, pro quo ὄρνυμι, excito, moveo) propr. motus vehementior; — *motus, conatus, impetus;* Iac. 3, 4 ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται, quocunque locorum conatus gubernatoris voluerit. (Thucyd. 4, 4 τοῖς στρατιώταις ὁρμὴ ἐνέπεσε ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον. Ioseph. bell. 1, 11. 8. — ὡρμημένος, desiderio motus, Ioseph. bell. 1, 10. 7. et c. 12, 1.) — *impetus;* de impetu hostili, incursione, Act. 14, 5 ἐγένετο ὁρμὴ — ὑβρίσαι καὶ λιθοβ., incursio in eos extitit, qua volebant eos etc. (Prov. 3, 25. Ier. 47, 3. Dan. 8, 6. Ioseph. vit. §. 11.) *.

Ὅρμημα, τος, τό, (ab ὁρμάω), *vehemens motus, impetus;* Apoc. 18, 21 οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται, pro τοιούτῳ, s. τοσούτῳ ὁρμήμ. tanto (quo labitur lapis molaris) impetu deiicietur, s. ruet. (1 Macc. 6, 33. 47. 4, 8. 30. LXX pro דָּאָה Deut. 28, 49. עֶבְרָה Amos. 1, 11. Hab. 3, 8. Apud profanos bis tantum legitur in Homeri Iliad. 2, 356 et 590. Vid. *Rostii* lex. gr. s. h. v. et *Buttmanni* lexilog. II, p. 5.) *.

Ὄρνεον, ου, τό, (deminutiv. ab ὄρνις); *avis, volucris minor;* ter: Apoc. 18, 2. 19, 17. 21. — LXX pro צִפּוֹר Gen. 15, 10. Deut. 4, 17. 14, 11 et saepius; aliquoties etiam pro עוֹף Gen. 6, 20. 9, 2. et bis pro עַיִט Gen. 15, 11. Ezech. 39, 4.

Ὄρνις, ιθος, ὁ, ἡ, 1) *avis;* Hom. Iliad. 8, 251. 12, 200. — In specie: — 2) *gallus, gallina;* bis: Matth. 23, 37. Luc. 13, 34. (Ioseph. ant. 3, 1. 5. Xenoph. anab. 4, 5. 25. — 4 Esdr. 1, 30 „ita vos collegi, ut gallina pullos suos sub alas suas. Modo autem quid faciam vobis? proiiciam vos a facie mea.")

Ὁροθεσία, ας, ἡ, (ab ὁροθετέω, fines scribo, quod ex ὅρος terminus, finis, et τίθημι) — propr. terminorum descriptio; — *terminus descriptus* i. e. *certus*, fixus; semel Act. 17, 26. (Ὁροθέσιον habes in Etym. m. p. 632. 39.)

Ὄρος, ους, τό, (cognatum cum ὄρω, exsilio) — hebr. הַר — *mons;* Matth. 4, 8. 5, 1. 14. Marc. 14, 26 τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Act. 7, 30 et saepissime. — τὰ ὄρη, montes, Marc. 5, 5. — 1 Cor. 13, 2 πίστιν ὥστε τὰ ὄρη μεθιστάνειν, quae locutio referenda est ad dictum Iesu Matth. 17, 20. 21, 21. Marc. 11, 23. *„montes transferre"* proverbialiter: res maximas, miras, incredibiles efficere; incredibilia praestare. Sic saepius Rabbini de *doctoribus* insignibus; vid. *Buxtorf.* lex. talm. s. עָקַר p. 1653. — τὰ ὄρη, montium tractus s. iugum, Matth. 24, 16. Marc. 13, 14. Luc. 21, 21. (Solebant tempore bellorum Iudaei in montium rupes et antra se recipere. cf. Ioseph. de bell. 1, 1. 3.) — Apoc. 6, 15 genitiv. τῶν ὀρέων (etiam Ezech 11, 11. Lev. 19, 26. Zach. 1, 8. Ies. 13, 4. 52, 7. Ezech. 7, 16 etc.) pro ὀρῶν.

Ὀρύσσω, s. ττω, aor. 1. ὤρυξα, *fodio;* ter: Matth. 21, 33. 25, 18. Marc. 12, 1. — LXX pro חָפַר Gen. 26, 19 21. Eccl. 10, 7. כָּרָה Gen. 26, 25. Prov. 26, 27. Sir. 27, 26. 48, 17.

Ὀρφανός, ή, όν, (ab ὄρφνη, atra nox; metaph. status tristis, ὀρφνός, ater) *orbus patre, orbatus parentibus, pupillus,* LXX pro יָתוֹם, a) propr. Iac. 1, 27. (Exod. 22, 22. Deut. 10, 18. Iob. 22, 9. Zach. 7, 10.) — b) de iis, qui *orbatis similes* sunt, capite, tutore, doctore destitutis (Thren. 5, 3 ὀρφανοὶ ἐγενήθημεν, οὐχ ὑπάρχει πατήρ); de discipulis magistro destitutis, Io. 14, 18. Comparantur enim

discipuli cum filiis, doctores cum patribus. vid. Υἱός, Ἀποῤῥαντίζω.

Ὀρχέομαι, aor. 1. med. ὠρχησάμην, (a stirpe obsol. ὄρω, pro quo ὄρνυμι, excito, moveo) depon. med. moveo me; *tripudio, salto;* Matth. 14, 6. Marc. 6, 22. — Matth. 11, 17. et Luc. 7, 32. (LXX pro רָקַד 1 Chron. 15, 29. Eccles. 3, 4. 2 Sam. 6, 21.)

Ὅς, ἥ, ὅ, quod in versione alexandr. respondet hebr. אֲשֶׁר et praefixo שֶׁ, I) antiquitus, ut ὁ, ἡ, τό, fuit *demonstrativum; hic, haec, hoc;* (sic Tob. 5, 12.) ita in partitionibus: ὃς μὲν — ὃς δέ, *hic — ille, alius — alius,* Matth. 21, 35. 25, 15. Luc. 23, 33. Rom. 9, 21. 14, 5. 1 Cor. 11, 21. 2 Cor. 2, 16. 1 Petr. 2, 8 οἳ (μὲν) προςκόπτουσι — ὑμεῖς δέ. — ὃ μὲν — ὃ δέ, Matth. 13, 8. (Marc. 4, 8. ἓν — ἕν.) Rom. 9, 21. — ὃς μὲν — ἄλλος δέ, 1 Cor. 12, 8. — ἃ μὲν — ἄλλα δέ, Matth. 13, 4. 5. Marc. 4, 4. 5. — ὃ μὲν — ἕτερον δέ, Luc. 8, 5. 6.

II) pronom. relativum: *qui, quae, quod,* cuius usus varius est 1) quod attinet ad *constructionem grammaticam*

a) *casus* relativi definitur α) per verbum, a quo pendet; Matth. 2, 9 ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον, c. 3, 17 υἱὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. c. 10, 26. Marc. 14, 21. Luc. 5, 3 et sexcenties. — β) per *attractionem,* quae dicitur, *relativam,* vbi vi verbi activi, cui iunctum est, in accusativo quidem ponendum fuisset, sed genitivum vel dativum nominis antecedentis sequitur; Matth. 18, 19 πράγματος, οὗ ἐὰν αἰτήσωνται. Marc. 7, 13 παραδόσει, ᾗ παρεδώκατε. (Praeterea in Matthaeo et Marco eiusmodi attractio non habetur.) Luc. 2, 20 ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἤκουσαν. c. 5, 9 τῇ ἄγρᾳ, ᾗ ἔλαβον. 24, 25 πᾶσιν, οἷς ἐλάλησεν. Io. 4, 14 ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω. Iud. v. 15 περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν, ὧν ἠσέβησαν. (Zeph. 3, 11). Vid. etiam Io. 2, 22. 4, 50. 7, 39. 15, 20. 17, 5. Act. 1, 1. 17, 31. 1 Cor. 6, 19. 2 Thess. 1, 4. Hebr. 9, 20. Apoc. 1, 20. (Ier. 15, 14 τῇ γῇ, ᾗ οὐκ ᾔδεις. c. 51, 64 κακῶν, ὧν ἐγὼ ἐπάγω. Dan. 5, 19. Ezech. 18, 22. 1 Macc. 10, 46.) — Sic etiam, quod saepissime fit, ubi demonstrativum, quod antecedere debebat, praetermissum est: ὧν pro ἐκείνων, s. τούτων, ὧν, Luc. 23, 41 ἄξια γὰρ (τούτων) ὧν ἐπράξαμεν. Act. 22, 15 μάρτυς (τούτων) ὧν ἑώρακας. ib. 26, 16. Hebr. 5, 8 ἔμαθεν ἀφ᾽ ὧν (pro ἀπ᾽ ἐκείνων ἃ) ἔπαθε. Ioseph. ant. 3, 8. 2 ὑπήκουον οἷς ἐκέλευσε. — γ) per attractionem *inversam* nomen praecedens, si relativum sequens facit appositionem, in casu relativi ponitur; Marc. 12, 10 λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν, οὗτος ἐγενήθη, pro λίθος, ὃν ἀπεκ., ἐγεν. sive pro ὃν λίθον ἀπεδ. οὗτος ἐγεν. Luc. 20, 17. 1 Cor. 10, 16 τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κ. τ. λ. — Casus relativi — δ) si cum alio substantivo arcte iunctum est, non definitur a verbo, sed a substantivo, et relativum ponitur genitivi casu; Matth. 3, 11 οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. v. 12 οὗ τὸ πτύον. Marc. 14, 32 χωρίον, οὗ τὸ ὄνομα. Luc. 13, 1 ὧν τὸ αἷμα. Io. 4, 46 οὗ ὁ υἱός. Rom. 2, 29 οὗ ὁ ἔπαινος. (Dan. 2, 11. Act. Thom. §. 6 ἧς τὰ ἐνδύματα) — casus relativi — ε) pendet a praepositionibus; περὶ οὗ, Matth. 11, 10. Luc. 1, 4. ἐν ᾧ, Matth. 3, 17. εἰς ἥν, Matth. 10, 11.

b) *genus* relativi non semper definitur a genere nominis praecedentis, sed α) a genere nominis subsequentis, si praecedens nomen explicat, Gal. 3, 16 σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. Eph. 1, 14 πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ὅς ἐστι ἀῤῥαβών. 6, 17 μάχαιραν, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ. 1 Tim. 3, 15 οἴκῳ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ ἐκκλησία. — β) definitur a genere nominis praecedentis, sed non a genere nominis grammatico sed a genere subiecti logici, quod intelligendum est; Rom. 9, 23. 24 σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν, οὓς καὶ ἐκάλεσεν. Gal. 4, 19 τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω. (Iudith. 4, 8 ἡ γερουσία, οἳ ἐκάθηντο. ib. 2, 3 πᾶσαν σάρκα, οἱ οὐκ.) Apud Ioannem neutrum ponitur pro masculino, ut πᾶν ὅ, pro πᾶς ὅς, Io. 6, 37. 17, 2. — ὃ pro ὅς s. ὅν, 1 Io. 1, 1. 3. (Ioseph. ant. 4, 8. 41 τὸ ἀνθρώπινον. ib. 5, 1. 5 τὸ ὁπλιτικόν. ib. 5, 2. 11 τὸ μάχιμον. Act. Thom. §. 10 τὸ ἐχθρόν, inimici.) coll. Apoc. 3, 2 τὰ λοιπὰ, ἅ, i. q. τοὺς λοιποὺς, οἵ. — γ) neutrum ponitur *vel* ubi nomen antecedens explicatur, Matth. 1, 23 Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι. 27, 33 τόπον λεγόμ. γολγοθᾶ, ὅ ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος. Marc. 7, 34. 15, 22. Io. 1, 39. 4; — *vel* ubi relativum refertur ad integram propositionem antecedentem; Marc. 12, 42. 15, 16. 34, 42. Hebr. 7, 2. Col. 1, 29. 1 Io. 2, 8 ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ.

c) quod attinet ad *rationem, quae intercedit relativo cum alio nomine,* notandum est: α) relativum cum sua propositione antecedere propositionem ad quam refertur, si ei vis quaedam tribuenda est. Ita ὃς — οὗτος, *qui — is,* Matth. 5, 19. Luc. 9, 26. Io. 1, 33. 3, 26. 5, 38. Marc. 6, 16. — ὃν — αὐτός, Matth. 26, 48. Marc. 14, 44. — ὃ — τοῦτο, Marc. 13, 11. — εἰς ἣν ἂν οἰκίαν — ἐκεῖ, Luc. 9, 4. — β) demonstrativum antecedens, ad quod relativum spectat, saepissime omittitur, ut Matth. 13, 12 καὶ (τοῦτο) ὃ ἔχει. 20, 15 ποιῆσαι ὃ θέλω. 25, 29. Marc. 2, 24. Luc. 18, 21. 22. Io. 4, 22. vid. etiam Matth. 13, 17. Marc. 15, 12. Matth. 20, 23 (τούτοις) οἷς ἡτοίμασται. Luc. 7, 43. 8, 17 et saepissime. Passim deest πᾶς s. πᾶν, Matth. 14, 7 (πᾶν) ὃ ἐάν. Matth. 11, 16 (πᾶς ὅς Luc. 12, 8. 10. 14, 33. Prov. 19, 7.) — γ) demonstrativum subsequens deest; saepissime; Matth. 5, 21. 22. 19, 6 ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, (τοῦτο) ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. 20, 4. 7. Marc. 6, 23. 9, 40. Io. 8, 38. Luc. 4, 6 ᾧ ἐὰν θέλω, (τούτῳ) δίδωμι. Io. 13, 27. 19, 22. Rom. 2, 1. Hebr. 2, 18. 1 Io. 3, 6. (Dan. 5, 7 ὃς ἄν — (τοῦτον). — Matth. 15, 5 tota propositio subsequens deest, ad quam relativum refertur. vid. Marc. 7, 11. 12. — δ) etiam relativum nomen, ad quod refertur, eodem casu positum pone se habet; Matth. 7, 2 ἐν ᾧ γὰρ κρίματι. 24, 44 ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, pro ὥρᾳ, ᾗ οὐ δοκ. coll. v. 50. Luc. 12, 40. coll. v. 46. ib. 17, 29 ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λώτ. Luc. 1, 20 ἄχρις ἧς ἡμέρας. 17, 27. (3 Esdr. 1, 51 ᾗ ἡμέρᾳ). — Simili modo: ὃν τρόπον, *quemadmodum,* proprie τρόπῳ, ᾧ, s. κατὰ τοῦτον τρόπον, ᾧ, Matth. 23, 37. Luc. 13, 34. (Ies. 14, 19. 24. Ezech. 10, 10. Dan. 2, 45. 3 Esdr. 4, 42 pro hebr. כַּאֲשֶׁר, כְּ.)

2) quod attinet ad *significationem,* ὅς, ὅ, non solum simpliciter est *qui, quod;* sed etiam est a) *qualis, quis; quale, quid;* Matth. 26, 50 ἑταῖρε ἐφ᾽ ὃ πάρει, ad quid ades? quale est, quod vis patrare facinus? Io. 13, 6 ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, coll. v. 13 ubi leguntur γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν. 19, 37 ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. Matth. 7, 2 ἐν ᾧ γὰρ κρίματι. Marc. 4, 24. (Quidam huc referunt etiam loca Luc. 10, 24. Rom. 9, 24 οὕς. Gal. 1, 7.) — b) ut Latinor. *qui,* ὅς etiam simul indicat consilium, eventum, et est pro: *dass er sollte, könnte;* ἀποστέλλω ἄγγελον, ὃς κατασκευάσει, angelum misi, *ut* s. *qui pararet,* Matth. 11, 10. Marc. 10, 2. Luc. 7, 27. — Luc. 5, 21 τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας. c. 7, 49 ὃς καὶ ἁμαρτίας ἀφίησι, ut possit peccata remittere. c. 11, 6 οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω (quod possim) αὐτῷ. ib. 12, 24. 18, 30. Apoc. 3. 8. (Dan. 4, 32 οὐκ ἔστιν, ὃς ἀντιποιήσεται. Iudith. 8, 12. 3 Esdr. 4, 60. Ioseph. ant. 14, 13. 7. — Apud Ioannem legitur ἵνα, ut c. 5, 7. 7, 32. 16, 32.) — c) neutr. ὅ ab initio propositionis, ut Latinor. *quod,* est: quod attinet ad id, quod; Rom. 6, 10 ὃ γὰρ ἀπέθανεν — ὃ δὲ ζῇ. Gal. 2, 20 ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, ἐν πίστει ζῶ. — d) ὃς ἂν et ὃς ἐάν est α) pro ἐάν τις, *si quis;* Matth. 23, 16 ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστι. v. 18. Marc. 10, 11 ὃς ἐάν, coll. v. 12 ubi ἐὰν γυνή in eadem sententia. vid. etiam Marc. 10, 15. 43 sq. 11, 23. Luc. 18, 17. — Ioannes ita non, nisi in priori epistola, 1 Io. 2, 5. 3, 17. 4, 15. coll. 4, 20. 5, 16 ubi est ἐάν τις. — β) pro ὅςτις, πᾶς ὅς, *quicunque,* initio propositionum universalium saepissime apud Matthaeum, Marcum et Lucam, Matth. 5, 21. 22. 31. 32. 10, 14. 38. 15, 5. 16, 19. 25. etc. Marc. 3, 29. 4, 25. 8, 35. 38. 9, 37. Luc. 4, 6. 7, 23. 8, 18. 9, 24. 48. 50. (Aliis in locis legitur πᾶς ὅς, ὅςτις, ὅσοι, Matth. 5, 22. 28. 39. 41. 10, 33. 12, 50. Marc. 6, 11. Luc. 9, 5.) — Respondet in versione alex. hebr. אִישׁ אֲשֶׁר Exod. 30, 33. 38. Lev. 20, 11—20. coll. Ies. 13, 15 ὃς γὰρ ἄν, ubi in altero membro est οἵτινες. Ezech. 10, 11. — In eiusmodi enuntiationibus Ioannes nunquam utitur relativo, sed vel articulo cum participio vel ἐάν cum verbo, vel etiam πᾶς ὁ seq. participio. Attamen neutrum ὅ habet, ut sit: quodcunque, Io. 15, 7 ὃ ἐὰν αἰτήσεσθε (coll. c. 16, 23 ὅσα ἄν). 1 Io. 3, 22. (3 Esdr. 4, 42.) Io. 5, 4 ᾧ δήποτε, quocunque demum morbo.

3) casus obliqui huius relativi cum praepositionibus, ubi ad antecedens demonstrativum (vel diserte additum vel intelligendum) referuntur, vel ad nomina temporis et loci, quae saepissime omittuntur, *loco coniunctionum* usurpantur. — Ἀνθ᾽ ὧν pro ἀντὶ τούτων, *quare, propterea, quod.* Luc. 1, 20. (Ier. 16, 11. Ezech. 5, 11. Iudith. 7, 15.) vid. Ἀντί. — Ἀφ᾽ ἧς (ἡμέρας s. ὥρας) *ex quo, seit,* Luc. 7, 45. Act. 20, 18. 2 Petr. 3, 4. 1 Macc. 1, 11. — Cf. Ἀφ᾽ οὗ (χρόνου) ab illo tempore, quo, i. e. *postquam,* Luc. 13, 25. 24, 21. (LXX pro מִימֵי Hos. 10, 9.) — Ἄχρις οὗ, vid. Ἄχρι. — Ἕως οὗ (χρόνου) usque ad ad illud tempus, quo, i. e. *usque dum,* vid. Ἕως I, 1. b et 2. b. — Μέχρις οὗ

(χρόνου) usque dum, vid. Μέχρι. — Genitivus οὗ unde positus abiit in adverbium, vid. Οὗ. — Ἐν ᾧ (χρόνῳ) *dum, quamdiu, quum*, Marc. 2, 19. Luc. 5, 31. Io. 5, 7. — ἐν ᾧ (πράγματι) *qua in re*, worin, Rom. 2, 1. — ἐν οἷς (χρόνοις) *interea*, Luc. 12, 1. — Ἐφ' ᾧ, *quorsum*, vid. Ἐπί II, 4. — Ἐφ' ὅ pro ἐπὶ τί, *cur*. vid. *Wineri* Gramm. p. 155. *Viger.* de idiot. p. 29.

Ὁσάκι, s. ὁσάκις, adv. *quoties*; seq. ἂν *quotiescunque*, ita ter: 1 Cor. 11, 25. 26. Apoc. 11, 6.

Ὅςγε, ἥγε, ὅγε, (ex ὅς et γε). Semel Rom. 8, 32. vid. Γέ.

Ὅσιος, ία, ιον, et semel in N. T. 1 Tim. 2, 8 ὅσιος, ὁ, ἡ, — ον, τό, ubi vero mult. codd. pro ὁσίους habent ὁσίας. (vid. *Matthiae* Gramm. §. 436. *Buttmanni* Gramm. max. 1, p. 246 sq. et supra ὅμοιος. *Wineri* Gramm. N. T. p. 66.) — LXX maxime pro חָסִיד — Ducunt ὅσιος ab aeolico σίος i. q. θεός, praefixo ο μικρῷ; certe est: Deo conveniens, ei placens, quare ὅσιος differt a δικαίῳ, qui mores honestos populi sui et leges publicas sequitur. (Polyb. 23, 10. 8 τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαια, καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια.) — 1) *pius in Deum*, ita comparatus, ut Deus vult, Deum pia mente colens, Tit. 1, 8. Hebr. 7, 26. Ps. 86, 2. Sap. 7, 27. Sir. 39, 29. — ὁ ὅσιος τοῦ θεοῦ, pius Dei cultor, Act. 2, 27. 13, 35. (Ps. 16, 10 חָסִיד). — (Israelitae, quippe veri Dei cultores, dicuntur οἱ ὅσιοι τοῦ θεοῦ, 2 Chron. 6, 41 (ubi text. vat. habet οἱ υἱοί σου). Ps. 149, 14. Sap. 10, 17. 18, 1. 5. 9.) — τὰ ὅσιά τινος, *pietates*, pietatis exercitia, i. e. pietas in colendo Deo conspicua; Act. 13, 34 δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαυὶδ τὰ πιστά, dabo vobis pia Davidis facta fidelia, i. e. quae Davidi pro pietate in me fidelissima promisi; respicitur enim ad promissionem 2 Sam. 7, 16. Repetita autem sunt haec verba ex Ies. 55, 3 ubi habes חַסְדֵי דָוִד, LXX διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον τὰ ὅσια Δαυὶδ τὰ πιστά. Eodem modo 2 Chron. 6, 42 habes זָכְרָה לְחַסְדֵי דָּוִיד, memor sis pietatis Davidis, i. e. promissionem, ei ob pietatis exercitia datam, ratam facias, LXX μνήσθητι τὰ ἐλέη Δαυίδ. — 2) *purus* scelere, *mundus* a vitio; 1 Tim. 2, 8 ἐπαίροντες ὁσίους χεῖρας. (Prov. 22, 11 ἀγαπᾷ κύριος ὁσίας καρδίας, hebr. טְהוֹר.) — De Deo: *sanctus*, purus ab omni labe, Apoc. 15, 4. 16, 5 (alii hic: *venerandus*). (LXX Ps. 145, 18 חָסִיד. Deut. 32, 4 pro יָשָׁר.) *.

Ὁσιότης, ητος, ἡ, (ab ὅσιος) *pietas erga Deum, religio* in servandis pietatis officiis. Bis: ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι, probitate in homines et pietate in Deum, Luc. 1, 75. Eph. 4, 24. — Deut. 9, 5 (יֹשֶׁר). 1 Reg. 9, 4 (תֹּם). Sap. 2, 22. 5, 19. 14, 30. Philo de praem. p. 920 D. Antonin. 12, 1.

Ὁσίως, (ab ὅσιος) *pia mente*. Semel 1 Thess. 2, 10 ὁσίως καὶ δικαίως, convenienter pietati in Deum et officiis hominibus debitis. (Ioseph. ant. 6, 5. 5 ὁσίως καὶ δικαίως rempublicam administrare. — Philo quod mundus sit incorr. p. 940 C. Sap. 6, 10 religiose.)

Ὀσμή, ῆς, (ab ὄζω) LXX pro רֵיחַ, 1) *odor* (Gen. 27, 27.) i. e. foetor (Ies. 34, 3. 2 Macc. 9, 10. 12.) — *suavis odor*, Io. 12, 3. (Cant. 1, 3. 12. 2, 13. 4, 10. 11.) — Metaph. 2 Cor. 2, 14 θεῷ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι, i. e. γνῶσιν αὐτοῦ ὡς ὀσμήν, sui cognitionem boni odoris instar longe lateque spargens. (Vid. similia Sir. 24, 15. 39, 14. Exod. 5, 21.) — 2) id quod odorem spargit, *suffimentum*; ὀσμὴ εὐωδίας, Eph. 5, 2. Phil. 4, 18. vid. Εὐωδία. — Insolito more dicit Paulus 2 Cor. 2, 16 οἷς μὲν (εἰμὶ) ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. Si metaphora ducta est ab *odore*, est: illis (τοῖς ἀπολλυμένοις) sum foetor lethalis in mortis poenam, videlicet quia, doctrina ipsis annuntiata, rei fiunt salutis temere repudiatae; his vero (τοῖς σωζομένοις) sum quasi odor saluber, morbos abigens, ut vitam adipiscantur. Si autem metaphora ducta est a *suffimento*, sensus est: illis fio suffimentum lethale etc., his autem suffimentum salutare etc., et ὀσμή iam est oblatio Deo facta, cum qua Paulus se comparat, quatenus labore doctoris conficiebatur, vid. Philipp. 2, 17. *.

Ὅσον, adv. *quantum*; vid. Ὅσος.

Ὅσος, η, ον, *quantus, a, um*. Refertur proprie ad antecedens vel subsequens τοσοῦτος, quod vero saepissime abest. Apoc. 21, 16 το μῆκος αὐτῆς [τοιοῦτόν ἐστι, ut textus vulg. ex interpretamento habet] ὅσον καὶ τὸ πλάτος. Io. 6, 11 ἐκ τῶν ὀψαρίων, ὅσον ἤθελον. — in oratione obliqua: ἐφ' ὅσον χρόνον in quantum temporis i. e. *quam diu*, Rom. 7, 1. 1 Cor. 7, 39. Gal. 4, 1. etiam ὅσον χρόνον omissa praepositione, Marc. 2, 19. — Neutrum ὅσον adverbialiter, *quantum, quo, quanto*; Marc. 7, 36 ὅσον δὲ διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον. Hebr. 10, 37 ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, quantum, quantum, i. e. minimum. (Ies. 26, 20 ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον ὅσον, hebr. כִּמְעַט רֶגַע. Aristoph. vesp. 213 οὐκ ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην. Arrian. Ind. c. 29 σπείρουσιν ὅσον ὅσον τῆς χώρης. Vid. *Herm.* ad Viger. p. 726.) — Καθ' ὅσον πλείονα τιμήν, quanto maiorem, Hebr. 3, 3. — Καθ' ὅσον — κατὰ τοσοῦτον, *quanto — tanto*, Hebr. 7, 20—22. Τοσούτῳ — ὅσῳ, *tanto* s. *quo — quanto*, Hebr. 9, 27. c. 1, 4. coll. 8, 6. — Καθ' ὅσον — οὕτω, *quemadmodum — sicut*, Hebr. 9, 27. Exod. 22, 17. — Ἐφ' ὅσον α) *quam diu*, Matth. 9, 15. (Marc. 2, 19.) 2 Petr. 1, 13. (Act. Thom. §. 36 ἐφ' ὅσον δὲ ἐν σώματι ἐσμεν.) — β) *quatenus, in quantum*, Matth. 25, 40. 45. Rom. 11, 13. — Pluralis: ὅσοι, ὅσαι, ὅσα, *quanti, ae, a*, a) de numero, ubi est *quot, wie viele*, quod deinde est idem quod *omnes qui, quicunque*, Matth. 14, 36 ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν. Marc. 3, 10 ὅσοι εἶχον μάστιγας. Io. 1, 12 ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν. Act. 4, 6. 34. 13, 48. Rom. 2, 12. 6, 3. 8, 14. Gal. 3, 10. 27. 6, 12. 16. Phil. 3, 15. Apoc. 2, 24 ubi in altero membro οἵτινες. Saepius. (Deut. 1, 46.) Interdum πάντες additur, ut Luc. 4, 40. Io. 10, 8. Act. 3, 24. 5, 36 sq. — Sic etiam ὅσοι ἄν Matth. 22, 9. 10. Marc. 3, 28. 6, 11. 56. Luc. 9, 5. Act. 2, 39. — neutrum: ὅσα, *quaecunque*, Matth. 17, 12 ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. 18, 18. Marc. 10, 21. Luc. 12, 3. Io. 11, 22. Rom. 3, 19. 15, 4 et saepissime. — ὅσα — ταῦτα, Phil. 4, 8. — Saepius antecedit πάντα, ut Matth. 7, 12. 21, 22. Marc. 3, 28 et passim. — Ὅσα, adverbialiter: *quantum*; Apoc. 18, 7 ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτήν. Nonnunquam ὅσα pro relativo ἅ simpliciter positum esse videtur, ut Luc. 11, 8 δώσει αὐτῷ ὅσων χρήζει. Io. 15, 14 ἐὰν ποιῆτε, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν. 16, 13. Act. 9, 39. Iud. v. 10. — b) de *quantitate interna*: ita neutrum ὅσα, *quam magna, quanta*; Marc. 3, 8 ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει. c. 5, 19 ὅσα (quantum beneficium) σοι ὁ κύριος πεποίηκεν. v. 20. c. 6, 30. Luc. 4, 23. 8, 39. 9, 10. Act. 9, 16. 14, 27. 2 Tim. 1, 18. (Deut. 3, 21 pro אֲשֶׁר.)

Ὅςπερ, ἥπερ, ὅπερ, (ex ὅς et περ) *qui, quicunque*. Semel Marc. 15, 6. (Ioseph. vit. §. 18.)

Ὀστέον, contr. ὀστοῦν, gen. έου, οῦ, τό, genit. plur. ὀστέων pro ὀστῶν, *os, ossis*. Luc. 24, 39. Io. 19, 36. (Exod. 12, 46.) Eph. 5, 30. (Gen. 29, 14.) — de ossibus mortuorum, Matth. 23, 27. Hebr. 11, 22. — LXX pro עֶצֶם Gen. 2, 23. 50, 25. Exod. 13, 19. *.

Ὅστις, ἥτις, ὅ,τι, (ita enim neutrum scribitur, ut distinguatur a particula ὅτι) genit. οὗτινος, [ὅτου, vid. infra no. 4] ἧστινος, οὗτινος (ex ὅς et τις). — LXX pro אֲשֶׁר — 1) *quisquis, quicunque*, Gal. 5, 10 ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς — ὅστις ἂν ᾖ. (Sap. 19, 15. 2 Macc. 14, 3 καθ' ὅντινα οὖν τρόπον.) — Neutrum ὅ,τι, *quodcunque*, Luc. 10, 35. Io. 2, 5. 14, 13. 15, 16. Col. 3, 17. 3, 23. — *quod fortasse*, 1 Cor. 16, 2. (1 Sam. 19, 3. Exod. 22, 9. [Act. 9, 27. 2 Cor. 3, 14. Apoc. 17, 8 ubi *Griesb.* ὅτι, et Matth. 18, 28 ubi εἴ τι edidit.] — Initio propositionis solent evangelistae tres priores ponere ὅστις in sententia universa, ubi est pro: *quicunque, omnis qui, si quis*; Matth. 5, 39. 41. 10, 33. coll. v. 32. 12, 50. 13, 12. 18, 4. 23, 12. Marc. 8, 34. Luc. 14, 27 et Iac. 2, 10. — πᾶς ὅστις, Matth. 7, 24. 10, 32. Act. 3, 23. Deut. 1, 39. — 2) ut ὅσος, *quot, quotquot*, Gal. 5, 4. Apoc. 1, 7. 2, 24. 20, 4. — 3) relativum est, et quidem a) simpliciter: *qui, quae, quod*, ubi τις additum est, ut Latinor. *quidem; qui quidem*, Matth. 2, 6. 7, 15. 20, 1. 25, 1. 3. Marc. 4, 20. 15, 7. Luc. 2, 4. 8, 3. Io. 8, 53. 21, 25. Act. 11, 28. Rom. 1, 32. 11, 4. Hebr. 2, 3. 8, 6. Apoc. 1, 12. 17, 12 et saepissime potissimum in evangeliis Matth. et Lucae. (Deut. 5, 26. Ion. 4, 11. 1 Macc. 2, 31.) — b) explicat, Luc. 2, 4. 7, 37. Act. 16, 12. Rom. 9, 4. 1 Cor. 3, 17. Gal. 4, 24. Col. 3, 5. 14. etc. Sap. 3, 13. — c) causam reddit: *quippe qui*, Act. 10, 41. 47. Rom. 2, 15. 6, 2 οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς κ. τ. λ. *qui, quum* etc. ib. 16, 6. 2 Cor. 8, 10. 1 Tim. 1, 4. Tit. 1, 11. Hebr. 8, 5. 10, 35. Iac. 4, 14. 1 Petr. 2, 11. — d) consilium et eventum indicat: *qui* i. e.

ut ille, Act. 24, 1. Rom. 1, 25. Phil. 2, 20. Deut. 3, 24. — e) qualitatem indicat: *qui* i. e. *qualis*, 1 Cor. 5, 1. 2 Cor. 9, 11. Hebr. 10, 11. — f) Paulus denique utitur eo indefinite: *quae res, quae*, Eph. 3, 13 ἥτις ἐστὶ δόξα ἡμῶν, quae quidem res honori mihi est. Phil. 1, 28 ἥτις ἐστὶν αὐτοῖς ἔνδειξις, quae quidem res ipsis cedit etc. Col. 2, 23 ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα. — 4) genitiv. ὅτου, pro οὗτινος, a nominativo ὅτις, quae forma apud Homerum legitur, (*Herm.* ad Vig. p. 703 sq. *Rost.* gr. Gramm. p. 167 et p. 405. *Matthiae* Gramm. §. 153) in locutione ἕως ὅτου (χρόνου) *usque dum, donec;* vid. Ἕως, II. 1.

Ὀστράκινος, ίνη, ον, (ab ὄστρακον, testa, gebrannter Thon, vas fictile, testa, Dan. 2, 41. 43. Iob. 2, 8) *testaceus, fictilis, figlinus;* LXX pro חֶרֶשׂ et in Daniele pro חַסְפָּא (Dan. 2, 33 sqq.) — bis in N. T. σκεύη ὀστράκινα, vasa fictilia, a) propr. 2 Tim. 2, 20. (Lev. 6, 28. 15, 12.) — b) ex adiuncto: *fragilis*, 2 Cor. 4, 7. coll. Jer. 19, 11. 32, 14. Thren. 4, 2. Ies. 30, 14.

Ὄσφρησις, εως, ἡ, (ab ὀσφραίνομαι, 2. perf. praet. pass. ὤσφρησαι, olfacio) *odoratus, olfactus*, 1 Cor. 12, 17. (Herodian. 1, 12. 4. Epict. 1, 20. Apud recentiores scriptores, vid. *Lob.* ad Phryn. p. 117.) *.

Ὀσφύς, ύος, ἡ, et αἱ ὀσφύες, *lumbi*, et quidem a) pars superior lumborum, *coxa*, ubi ζώνη, cingulum applicabatur, LXX pro hebr. מָתְנַיִם, (aliquoties etiam pro חֲלָצַיִם). Matth. 3, 4 ζώνη περὶ τὴν ὀσφύν. Marc. 1, 6. (2 Reg. 1, 8.) Hesych. ὀσφύς· ὁ παρὰ πλευρὰν διάκενος τόπος. — Quum Iudaei vestes laxiores et ad talos usque demissas succingere solerent, ut expeditiores essent ad itinera facienda (Exod. 12, 11. 2 Reg. 4, 29. 9, 1), opus peragendum (Prov. 31, 17), arma gerenda (Iob. 38, 3. 40, 2), locutio: *lumbos succingere*, est: *sese parare, paratum esse*, Luc. 12, 35. (Ier. 1, 17.) Eph. 6, 14. — 1 Petr. 1, 13 ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας, i. e. mentem parare. (Similiter Orat. Manass. v. 11 καὶ νῦν κλίνω γόνυ καρδίας μου δεόμενος.) — b) *lumbi*, inferior pars, hebr. חֲלָצַיִם, in quibus Hebraei vim genitricem sitam et semen virile reconditum esse arbitrabantur. Unde locutiones: καρπὸς τῆς ὀσφύος, *proles*, Act. 2, 30. (καρπὸς τῆς κοιλίας Ps. 132, 11. Mich. 6, 7.) — ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς ὀσφύος τινος, ab aliquo ortum ducere, Hebr. 7, 5. (Gen. 35, 11. 2 Chron. 6, 9. coll. Gen. 15, 4. 46, 26. Exod. 1, 5. 2 Sam. 16, 11.) — ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν, latebat in lumbis patris, Hebr. 7, 10. *.

Ὅταν, (ex ὅτε et ἄν) particula temporis, quae, quod A) ad constructionem attinet, „a bonis scriptoribus, nisi ubi sententiae ratio optativum requirit, construitur cum coniunctivo, cum indicativo a nemine, nisi a novitiis scholiastis et id genus hominibus." *Fritzch.* comment. ad Marc. p. 85 sqq. Recte quidem, sed vis particulae ἄν in communi dialecto inferioris aevi utique imminuta esse videtur; vid. supra ἄν, no. 3. lit. b. coll. Act. Thom. p. 28 ἥντιν' ἄν, ἐργασίαν αἰτήσεται. Exod. 27, 30 ὡς ἂν ἐξῆλθεν. Sic habes Marc. 3, 11 ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει, sine lectionis varietate: quoties eum conspicerent. Gen. 38, 9 ὅταν εἰσήρχετο. Dan. 3, 7 ὅταν ἤκουον, quibus in locis *Fritzschius* (ad Marc. p. 801) scribi vult ὅτ' ἄν, ita ut ἄν non ad ὅτε, sed ad verbum sequens pertineat. Porro Clem. Rom. ep. 2 fin. ἐπερωτηθεὶς, πότε ἥξει αὐτοῦ ἡ βασιλεία, εἶπεν· ὅταν ἔσται τὸ δύο ἕν. Narratio Ioseph. ab Arimath. (apud *Birch.* p. 189): ὅταν μέλλεις κρῖναι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὅταν μέλλεις κρίναι πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὅταν ἐν νυκτὶ ἔπραξα τὰς κακάς μου βουλάς. Caeterum habes indicativum in textu recepto Apoc. 4, 9 ubi autem codd. etiam δῶσι exhibent pro δώσουσι. Contra in codicibus bonis etiam indicativus pro coniunctivo textus recepti, ut Matth. 6, 5 ὅταν προσεύχεσθε, οὐκ ἔσεσθε. ib. 10, 9 παραδιδώσουσιν pro παραδιδῶσιν. Marc. 11, 25 στήκετε pro στήκητε, c. 15, 4 μέλλει pro μέλλῃ, Luc. 11, 2 προσεύχεσθε pro προσεύχησθε, c. 13, 28 ὄψεσθε pro ὄψησθε, et 1 Cor. 3, 4 λέγει pro λέγῃ. — Quod B) attinet ad *significationem*, ὅταν est particula ad tempus spectans: *quando, si quando, ubi; quoties*, nostrum: *wann, im Falle wann; so oft.* Legitur a) de *eventu non definito;* de quo incertum est, an vel quoties locum habuerit; ubi iungitur *praesenti* coniunct., est nostrum: *wenn*, oder *so oft es geschehen sollte*, ubi vero iungitur *aoristis* coniunct., est: *wenn*, oder *so oft es geschehen sein sollte.* Latini in eiusmodi enuntiationibus uti solent coniunctivo praeteritorum. — seq. praes. coniunctivi, Matth. 6, 2 ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημ., si quando, vel quoties stipem erogaveris. v. 5 ὅταν προσεύχῃ, si quando, vel quoties preces feceris. v. 6. 16. c. 15, 2. Marc. 11, 25. 14, 7. Luc. 11, 21. Rom. 2, 14 ὅταν τὰ ἔθνη — ποιῇ, si quando gentiles fecerint. 1 Cor. 3, 4 et passim. — seq. aoristo: Matth. 5, 11. Marc. 13, 7. 11. Luc. 6, 22. 21, 9. Io. 2, 10. 2 Cor. 10, 6 ὅταν πληρωθῇ, si quando obedientia vestra perfecta fuerit, in dem Falle, dass. 1 Tim. 5, 11 et passim. (Iob. 20, 7. 22, Ies. 28, 19.) — Luc. 11, 36 ὡς ὅταν, wie im Falle dass. — b) de *eventu definito*, qui certo locum vel habet vel habebit, ubi ἄν indicat, non definiri tempus quo eventurum sit aliquid, vel quam diu sit duraturum; ubi Latini utuntur futuro exacto. Sic ὅταν cum praesente coni., quod de rebus certissime evenientibus pro futuro dicitur (*Wineri* Gramm. p. 242); Io. 7, 27 ὅταν ἔρχηται, quando venerit. Io. 9, 5 ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, quando, i. e. quo tempore (nolo definire quam diu) in mundo fuerim et sim. — cum aoristo; Matth. 9, 15 ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ὁ νυμφίος, veniet tempus, quando i. e. quo sponsus abstractus fuerit. c. 12, 43. 13, 32. Marc. 2, 20. 4, 15. 31 sq. 12, 23. Io. 4, 25. 7, 27. 8, 28. 13, 19. 14, 29. 15, 26. Luc. 8, 28 ὅταν — τότε. c. 9, 26. 17, 10. 23, 42. Rom. 11, 27 αὕτη αὐτοῖς — ἁμαρτίας αὐτῶν, pro τότε αὐτοῖς etc., tunc eventum habebit, iis prodibit foedus, quando condonavero. 1 Cor. 13, 10. 15, 27 ὅταν δὲ εἴπῃ, quando autem (olim) dixerit, da es nun der Fall ist, dass er gesagt hat. Col. 3, 4. 4, 16. Hebr. 1, 6 ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ, quando autem induxerit i. e. quod attinet ad tempus quo iterum introduxerit. Apoc. 11, 7 et saepius.

Ὅτε, adverb. temporis, Latinor. *quum*, nostrum *da, als;* legitur cum *indicativo*, ubi de vero et certo eventu sermo est; cum coniunctivo, ubi de incerto, qui pendet a conditione aliqua. — In N. T. legitur

I) cum indicativo: *quum, quando*, i. e. a) *eo tempore, quo;* Matth. 12, 3 τί ἐποίησεν Δαυΐδ, ὅτε ἐπείνασε. c. 17, 25. Marc. 2, 25. 6, 21. 8, 19. 20. 11, 1. 19. Luc. 2, 21. 4, 25. 15, 30. 22, 35. Io. 1, 19. 9, 14. 12, 17 ubi praeferenda est lectio codd. ὅτε. 20, 24. 21, 18. Act. 12, 6. 22, 20. 1 Thess. 3, 4. 2 Thess. 3, 10. Hebr. 7, 10. Iud. v. 9 et passim. (Gen. 2, 4. 12, 4. 11, 10. 35, 9. 42, 21. Iudic. 5, 22. Iob. 29, 3—7. 38, 7. 8. Tob. 1, 4. 1 Macc. 4, 9.) — b) de actione perfecta, ubi verti potest *postquam*, vel per ablativos absolutos; Matth. 9, 25 ὅτε ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, populo eiecto. 13, 48. 21, 34. 27, 31. Marc. 1, 32. 4, 10. 7, 17. Luc. 6, 13. 23, 33. Io. 13, 12. 31. 19, 8. 23. 30. 21, 15. Act. 1, 13. 8, 12. 39. 27, 39. Tit. 3, 4. Apoc. 10, 10 et passim. (1 Sam. 6, 6. Dan. 5, 20. Gen. 24, 30. Tob. 1, 9.) — c) de temporis periodo definita, qua aliquid locum habuit: *quum, quo tempore*, Io. 17, 12. Rom. 6, 20. 7, 5. 1 Cor. 13, 11. Gal. 4, 3. Hebr. 9, 17. (Gen. 4, 12.) — d) ἐγένετο ὅτε, Matth. 7, 28. 11, 1. 13, 53. 19, 1. 26, 1. (1 Reg. 14, 28. 2 Reg. 14, 5.) — e) πότε — ὅτε. Col. 3, 7. 1 Petr. 3, 20. — ὅτε — τότε, Matth. 13, 26. 21, 1. Io. 12, 16. — f) ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε, *veniet tempus, quo*, Luc. 17, 22. — Ἔρχεται ὥρα, ὅτε, Io. 4, 21. 23. 5, 25. 16, 25. — ἔρχεται νύξ, ὅτε, Io. 9, 4. — ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε, Rom. 2, 16. (Gen. 34, 25.) — ἔσται καιρὸς, ὅτε, 2 Tim. 4, 3. — Rom. 13, 11 νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν, elliptice pro ὁ καιρὸς τῆς σωτηρίας νῦν ἐγγύτερόν ἐστι, ἢ τότε ἦν, ὅτε ἐπιστεύσαμεν ἐγγὺς εἶναι αὐτόν. Sic πότε ante ὅτε intelligendum Exod. 5, 13 καθάπερ καὶ [ποτε], ὅτε ἄχυρον ἐδίδοτο. — II) seq. coniunctivo, Luc. 13, 35 ἕως ἂν ἥξῃ (ἡμέρα), ὅτε εἴπητε, donec tempus venerit, quo dicatis. (De coniunctivo aoristi, qui h. l. pro futuro positus est, vid. *Wineri* Gramm. §. 42. 3. p. 273 et de hoc genere loquendi apud recentiores scriptores *Lobeck.* ad Phryn. p. 722 sq.)

Ὅ, τε — ἥ, τε — τό, τε, articulus cum partic. τέ, vid. *Τέ.*

Ὅτι, coniunct. quae 1) argumento indicando servit, ubi Latini vel accusativo cum infinitivo vel etiam *quod* cum coniunctivo utuntur. (Sequi solet indicativus; semel infinitivus; Act. 27, 10 θεωρῶ ὅτι — μέλλειν ἔσεσθαι, video futurum esse. Cohel. 7, 2. Exempla e Polybio collegit *Raphelius* ad h. l.; rarius, et in N. T. semel coniunctivus, Rom. 3, 8.) Sequi solet ita ὅτι a) in *propositionibus, ab antecedente propositione pendentibus*, et quidem post verba audiendi, Matth. 2, 22 ἀκούσας δὲ, ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει. Marc. 2, 1. Luc. 1, 58. — videndi, Matth. 2, 16

ἰδὼν, ὅτι ἐνεπαίχθη. Marc. 2, 10. — sciendi, Matth. 6, 32. 22, 16. — cognoscendi, intelligendi, Matth. 21, 45. 15, 17. Marc. 2, 8. Luc. 1, 22. — dicendi, *λέγω, ὅτι*, Matth. 3, 9. 12, 6. 28, 7. 13. Marc. 3, 21. Luc. 22, 70. Io. 7, 42. 1 Cor. 1, 12 etc. (Ioseph. de bell. 4, 9. 8.) — profitendi, Matth. 16, 20. Hebr. 11, 13. — testandi, Matth. 23, 31. Io. 1, 34. 4, 44. — docendi, demonstrandi, affirmandi, Matth. 16, 21. Io. 2, 18 *τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς*, quo signo demonstras nobis, licitum esse tibi hoc facere? c. 3, 33. Rom. 8, 38. (Sap. 12, 13. 19.) — curandi, Marc. 4, 38. Luc. 10, 40. (Tob. 10, 5.) — sperandi, Luc. 24, 21. Act. 24, 26. — mirandi, Luc. 11, 38. Io. 3, 7. Act. 10, 45. — credendi, Matth. 9, 28. Marc. 11, 23. Luc. 1, 4. 5. Io. 13, 19. — putandi, Matth. 5, 17. 6, 7. Marc. 11, 32. Rom. 2, 3. — suspicandi, Luc. 7, 43. (Tob. 6, 17.) — laetandi, Luc. 10, 20. Io. 14, 28. — scribendi, legendi, Matth. 4, 6. Marc. 12, 19. Matth. 12, 5. 19, 4 etc. — Ita etiam post *κρίνειν*, 2 Cor. 5, 15 *κρίναντες τοῦτο, ὅτι, εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον*, iudicantem, s. censentem, perinde esse ac si omnes mortui essent, si unus pro omnibus mortuus est. Post *οὐχ οἷον δὲ, ὅτι*, fieri non potest, ut, Rom. 9, 6. — Nec aliter post verba iurandi, ubi *ὅτι* argumentum iurisiurandi indicat; Rom. 14, 11 *ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ*, per vitam meam! omnes adorabunt etc. Apoc. 10, 6 *καὶ ὤμοσεν — ὅτι χρόνος οὐκέτι ἔσται*. (Dan. 12, 7 *ὤμοσεν — ὅτι*. Iudith. 13, 16 *ζῇ κύριος — ὅτι ἠπάτησεν*, per Deum affirmo, eum seductum esse etc.) — Aliis in locis rectius vertitur latine *quod* cum coniunctivo; Marc. 8, 17 *τί διαλογίζεσθε, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε*. Rom. 3, 8 *καὶ μὴ* (intell. *νομιστέον*) *ὅτι ποιήσωμεν*, neque statuendum vel docendum est, quod possimus i. e. quod licitum sit. Rom. 5, 8 *συνίστησι τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην, ὅτι — Χριστὸς ἀπέθανε*, eo, quod morti tradidit Christum. (Iob. 21, 15. Act. 9, 27 *διηγήσατο αὐτοῖς πῶς εἶδε — καὶ ὅτι ἐλάλησεν*, et quod locutus sit. c. 14, 22 *παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι δεῖ*. v. 27 *ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς, καὶ ὅτι ἤνοιξε*. (Tob. 6, 10. 11.) — Io. 3, 19 *ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ὅτι*. 1 Io. 4, 10. — (Ioseph. ant. 11, 6. 8 *εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς, ὅτι μὴ προσεκύνησα*. ib. 12, 4. 9.) — *Οὐχ ὅτι*, si absolute ponitur, est nostrum: *nicht dass* jemand hätte etc., *non quod*, i. e. *non quasi*, cum coniunctivo. Videtur haec locutio elliptica esse, propr. *non* (dixerim s. putaverim), *quod*. Io. 6, 46 *οὐχ ὅτι τὸν πατέρα τις ἑώρακεν*, non quasi vidisset aliquis patrem. — *ὡς ὅτι*, *quasi quod*, 2 Thess. 2, 2 *ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα*, quasi quod instat dies. c. 7, 22. Phil. 3, 12. 4, 11. — b) post verba dicendi servit recitationi verborum et est index *orationis directae* vel ipsius qui loquitur vel alterius, ubi latine verti non potest; Matth. 2, 23 *τὸ ῥηθὲν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται*, dictum illud: *Ναζωραῖος κληθ*. c. 5, 31. 7, 23. 26, 34. 27, 43. Marc. 1, 15. 12, 6. Luc. 1, 61. 2, 23. 4, 11 *καὶ ὅτι ἐπὶ χειρῶν*, i. e. porro scribitur: *ἐπὶ χειρῶν*. v. 12 *εἶπεν αὐτῷ, ὅτι εἴρηται*, dicebat ei: *εἴρηται*. Luc. 5, 36 *ἔλεγε παραβολὴν — ὅτι οὐδεὶς*, parabolam dixit hanc: *nemo* etc. c. 17, 10 *λέγετε· ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν*, dicite: *praemia non meruimus*: item: *debitum tantum praestitimus*. Io. 1, 20. 4, 17 *ἔλεγον, ὅτι ἀγαθός ἐστιν*, dicebant: *probus est*. Act. 11, 3 *λέγοντες, ὅτι πρὸς ἄνδρας*, dicentes: *ad homines*. c. 15, 1 *ἐδίδασκον, ὅτι ἐὰν μὴ περ.*, docebant: *nisi circumcisi fueritis*. 2 Thess. 2, 2 *ὡς ὅτι ἐνέστηκεν* etc., exempli causa illud: „instat dies" etc. Hebr. 10, 8. 11, 18. — et passim, praesertim in Evang. Marci, ubi etiam legitur de eo, quod alter nomine tertii dicit, c. 9, 11 *ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες, ὅτι* etc. i. e. interrogabant eum his verbis: *dicunt legis periti: Eliam antea oportet venire*. Sic etiam videtur locus 1 Io. 2, 21 intelligendus esse: *οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι οὐκ οἴδατε — ἀλλ' ὅτι οἴδατε* etc. i. e. non scripsi vobis: *ignoratis verum*; sed scripsi: *scitis illud*, et; *quivis mendax non est ex vero*. — (Gen. 12, 13. 19. Ies. 2, 2. Sap. 4, 15. 1 Macc. 13, 18. Ioseph. ant. 11, 1. 1 et 2. Act. Thom. §. 4. Evang. Nicod. p. 75. — Eodem modo hebr. כִּי Exod. 4, 26. Ios. 2, 24. et chald. דִּי Dan. 2, 23. — Act. Thom. §. 19; *γράψας αὐτῷ ὅτι εἰ γέγονε τὸ πραιτώριον, στεγασθήτω*.).

2) *ὅτι* servit *rationi reddendae*, ubi dicitur a) ita ut explicet rem, et illustret rationem, cur aliquid sit vel fiat, ubi latine verti potest: *nempe, videlicet, enim, nam;* Matth. 6, 5 *ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, ὅτι φιλοῦσιν*, qui videlicet amant. c. 11, 29 *μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι*, sum enim. Luc. 11, 48 *ὅτι αὐτοὶ μὲν*, hi videlicet. c. 12, 24 *ὅτι οὐ σπείρουσιν*, nempe non seminant. c. 19, 43 *ὅτι ἥξουσι ἡμέραι*, videlicet veniet tempus. Io. 12, 39. Act. 1, 17 *ὅτι κατηριθμημένος ἦν*, adnumerabatur enim nobis. 2 Cor. 5, 19 *ὡς ὅτι θεὸς ἦν καταλλάσσων — καὶ* (pro *οὕτως καὶ ἦν*)*· θέμενος ἐν ἡμῖν*, sicut enim Deus omnes per Christum sibi reconciliavit, ita mihi commendavit munus tradendi doctrinam de reconciliatione. 1 Petr. 1, 12 *οἷς ἀπεκαλύφθη, ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς*, nempe ipsis quidem non sed ut nobis ea annuntiarent. (1 Reg. 10, 22. Ioel. 1, 6. 2, 2. Ps. 35, 20. Tob. 3, 8. Sap. 2, 2.) — b) ita ut *causam reddat, rationem adferat: quod, quia, nam;* Matth. 5, 3 *μακάριοι οἱ πτωχοὶ, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλ*. c. 5, 34—36. 11, 25 *ἐξομολογοῦμαί σοι, ὅτι ἀπέκρυψας*, quod celasti. v. 26 *ὅτι οὕτως*, nam sic. Marc. 1, 34 *οὐκ ἤφιεν λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν*, non permisit daemonibus ut aliquid loquerentur, nam cognoverant illum Messiam esse, quod Iesus efferri nolebat. Vid. Luc. 4, 41. Marc. 5, 9. 6, 34. 9, 38. Luc. 1, 48 sq. 2, 11. c. 7, 47. 16, 3. Io. 1, 51. 8, 44 sq. Rom. 6, 15. 1 Cor. 3, 13. 2 Cor. 3, 14. 1 Io. 3, 14. — et saepius. (Gen. 13, 6. 8. 17, 5. Ps. 37, 22. Ruth. 1, 12. Ier. 12, 16. 44, 19. 1 Reg. 3, 26. Ioseph. ant. 11, 6. 9.) — *Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι, vae vobis quod*, i. e. *qui* feceritis etc., Matth. 23, 13 sqq. Luc. 11, 42—44. 52. Iud. v. 11. coll. Matth. 23, 14. 24. Luc. 6, 25 ubi participium cum articulo sequitur. — *ὅτι εἰ*, *nam si, si enim*, Matth. 11, 21. 23. Luc. 10, 13. 23, 31. Iac. 1, 23. (Iudith. 11, 23.) — *οὐχ ὅτι*, *α*) absolute: *non quod, nicht dass*, propr. non dixerim s. putaverim, quod; Io. 6, 46 *οὐχ ὅτι τὸν πατέρα τις ἑώρακεν*, i. e. non haec dico, quod aliquis patrem unquam viderit. Phil. 3, 12. 4, 11. — *β*) sequente *ἀλλά*; — *οὐχ ὅτι — ἀλλὰ ὅτι*, *non propterea quod — sed ea de causa*, Io. 12, 6. 2 Cor. 7, 9. — *οὐχ ὅτι — ἀλλά* (*ὅτι*) Io. 7, 22. 2 Cor. 1, 24 *οὐχ ὅτι κυριεύομεν*, i. e. peperci vobis non propterea, quod dominum vestrum me habeam, sed ea de causa, quod etc. 2 Cor. 3, 5. Phil. 4, 17. 2 Thess. 3, 9 *οὐχ ὅτι — ἀλλὰ ἵνα*. — c) in *interrogatione directa* est: *quid est, quod*, *τί ὅτι*, Marc. 2, 16. Luc. 2, 49. Act. 5, 4. 9. — *τί γέγονεν, ὅτι* Io. 14, 22. — (Marc. 9, 28 *ἐπηρώτουν αὐτὸν· ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν*, ubi autem pro *ὅτι* legendum est cum codd. bonis *διατί*.) — d) in altera parte interrogationis, ubi indicat, cur et quid interrogetur, est *quod*, sed commode verti potest per pronomen relativum cum coniunctivo: *qui, quae, quod;* Marc. 1, 27 *τίς ἡ διδαχή* etc. i. e. qualis est haec nova increpandi formula, quae tam potenter valeat imperare daemonibus? Matth. 8, 27 *ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι*, quantus est ille, quod ei i. e. cui vel venti obediant? Marc. 4, 41. Luc. 4, 36. 8, 25. c. 23, 40 *οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ*; quod sis, i. e. qui sis in eodem supplicio? Io. 7, 35 *ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν*, quo locorum ille abiturus est, ubi illum nequeamus invenire? Hebr. 2, 6 *τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ*. (Ps. 8, 4. 144, 3. Iob. 15, 14 *τίς γὰρ ὢν βροτὸς, ὅτι ἔσται ἄμεμπτος;*)

3) Denique ante *ὅτι* saepius aliquid cogitando addendum est; Matth. 16, 7 *λέγοντες·* (*τοῦτό ἐστι*) *ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν*. Marc. 8, 16. — Marc. 3, 30 (*τοῦτο δὲ ἔλεγε*) *ὅτι ἔλεγον*. Luc. 11, 18 (hoc perpendite) *ὅτι λέγετε*. c. 23, 14 (*ἰδών*,) *ὅτι*. Io. 11, 56 *τί δοκεῖ ὑμῖν;* (*δοκεῖτε*) *ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ*, putatisne, eum plane non venturum esse? — Act. 14, 22 *καὶ ὅτι*, et eos docere, quod. Rom. 3, 8 *καὶ μὴ* (*νομιστέον*) — *ὅτι*, Rom. 9, 20 (*λέγω δὲ*), *ὅτι λόγον* etc. 1 Io. 3, 20 *ἡ καρδία*, (*οἴδαμεν*) *ὅτι μείζων ἐστίν*. (Ies. 7, 5.)

Ὅτου, vid. *Ὅστις* no. 4.

Οὗ, proprie genitivus pronominis *ὅς, ἥ, ὅ*, adverbialiter usurpatus: de *loco:* *οὗ* intell. *τόπου*, (sive *τόπος οὗ* ut plene legitur Eccles. 11, 3.) a) *ubi, wo*, Matth. 2, 9 *ἐπάνω οὗ ἦν*. 18, 20. Luc. 4, 16. 17. 23, 53. [Io. 11, 41.] Act. 1, 13. Col. 3, 1. Hebr. 3, 9 et passim. Rom. 9, 26 *ἐν τῷ τόπῳ, οὗ*, in quo. Apoc. 17, 15 *οὗ*, ubi, quibus. (Gen. 13, 4. Ruth. 1, 16. Esth. 4, 3. 8, 17.) — b) *quo, wohin*, cum verbis eundi, veniendi, Luc. 10, 1 *οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι*. c. 22, 10 *οἰκίαν, οὗ εἰσπορεύεται*. c. 24, 28 *κώμην, οὗ ἐπορεύοντο*. 1 Cor. 16, 6. Matth. 28, 16 *εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς* (scil. *ἐλθεῖν*). Ezech. 1, 12. 21, 16. 1 Sam. 23, 13. 1 Macc. 6, 36. — c) de loco tropice ut Latinor. *ubi*, Rom. 4, 15 *οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις*. c. 5, 20 *οὗ δὲ ἐπλεόνασε*, ubi, i. e. apud quos. (*Fritzsch*. h. l. accipit de tempore: quo tempore, postquam.) 2 Cor. 3, 17 *οὗ δὲ τὸ*

πνεῦμα κυρίου ἐκεῖ ἐλευθερία. (Prov. 11, 2 *οὗ ἐὰν εἰσέλθῃ ὕβρις, ἐκεῖ καὶ ἀτιμία.*)

Οὐ, et, si vocalis sequitur, *οὐκ*, et si eadem habet spiritum asperum, *οὐχ*. — (LXX pro אַיִן et לֹא) — particula negativa, absolute et obiective negans, (quum *μή* idem faciat hypothetice et subiective), eandemque vim etiam servans in compositis *οὐδείς*, *οὐδέ*, *οὔτε* etc. Plura vide in *Μή*, ubi etiam ea allata sunt loca, in quibus nostri discrimen inter *οὐ* et *μή* non satis servasse videri possint. *Οὐ* cum futuro gravissime interdicit, ut in iis locis N. T. quae e versione LXX (Exod. 20) repetita sunt, ut Matth. 4, 3. 5, 21. 27. 33. 19, 18. Luc. 4, 12. Io. 1, 10. Rom. 7, 7. 3, 9. — Est autem *οὐ*

1) *non*, et legitur a) absolute, Matth. 5, 37 *οὔ, οὔ.* 2 Cor. 1, 17. Iac. 5, 12. — Matth. 13, 29 *ὁ δὲ ἔφη, οὔ.* Marc. 12, 14. Luc. 20, 22. Io. 1, 21. — b) cum verbo, Matth. 1, 25 *οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν.* 21, 27 *οὐκ οἴδαμεν* et sexcenties. Sic etiam in quaestione Act. 13, 10 *οὐ παύσῃ διαστρέφειν*, nunquamne desines etc., ubi *οὐ* negat *τὸ παύσῃ*. Ib. c. 21, 38 *οὐ ἄρα σὺ εἶ*, non igitur, (ut putabam) tu es ille? — cum participio, ubi absolute negat, Act. 7, 5 *οὐκ ὄντος*. 1 Cor. 4, 14. 2 Cor. 4, 8. Gal. 4, 8. 27. Eph. 5, 4 *τὰ οὐκ ἀνήκοντα*, quae minime conveniunt. Col. 2, 19. Phil. 3, 3. Hebr. 11, 35. 1 Petr. 1, 8. 2, 10. — c) cum nomine ita ut notionem subiecti neget et tollat; Rom. 9, 25 *τὸν οὐ λαόν*, (1 Petr. 2, 10) populus, qui (mihi) populus non est; (Hos. 2, 25 לֹא־עַמִּי). Rom. 10, 19 *ἐπ᾽ οὐκ ἔθνει*, gentem, quae nulla est, (בְּלֹא־עָם Deut. 32, 21. coll. Eccles. 7, 17. 10, 11. 2 Chron. 15, 3. Thren. 1, 6 *ἐπορεύοντο ἐν οὐκ ἰσχύϊ.* Thucyd. 1, 137 *ἡ οὐ διάλυσις.* Vid. *Viger.* ed. *Herm.* p. 460.) — Matth. 7, 21 *οὐ πᾶς*, non quivis. (Antonin. 4, 49). c. 19, 11 *οὐ πάντες*, non omnes. Rom. 10, 16. 1 Cor. 15, 39 *οὐ πᾶσα σάρξ*, non quaevis caro. — (Ubi vero *οὐ* pertinet ad verbum, *πᾶς* in eiusmodi sententia commode vertitur *nemo;* ut Rom. 3, 20 *οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ*, nemo hominum Deo probatur. Gal. 2, 16. Eph. 5, 5 *πᾶς πόρνος — οὐκ ἔχει*, i. e. nullum scortatorem habere. 2 Petr. 1, 20. 1 Io. 2, 21. 3, 6. Apoc. 22, 3.) — d) cum praedicato coniunctum, inservit etiam, ut saepissime apud profanos, contrario indicando; *οὐκ ὀλίγοι*, haud pauci, i. e. *multi*, Act. 17, 4. 12. 19, 23. 24. c. 15, 2 *συζητ. οὐκ ὀλίγη*, i. e. magna. Act. 14, 28 *χρόνον οὐκ ὀλίγ.* diu. — *οὐ πολλαὶ ἡμέραι*, *pauci* dies, Luc. 15, 13. Io. 2, 12. Act. 1, 5. (Ioseph. ant. 1, 19. 5.) Luc. 21, 9 *οὐκ εὐθέως*, multo tempore interiecto. Act. 20, 12 *οὐ μετρίως*. 21, 39 *οὐκ ἀσήμος*. 27, 14. 20. 1 Io. 2, 7. (Ioseph. ant. 14, 15. 1.) Sic etiam *οὐ* cum verbis, ut in locutione Paulina: *οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν*, bene scitote, Rom. 1, 13. 1 Cor. 10, 1. 12, 1. (Ioseph. ant. 15, 5. 3 *οὐκ ἀγνοοῦμεν*, bene scimus.) Act. 4, 20 *οὐ δυνάμεθα μὴ λαλεῖν*, oportet nos loqui. — e) coniunctum *cum aliis particulis: α) negantibus*, ubi fortius negat; *οὐ μή*, *prorsus non, profecto non, nullo modo, minime;* vid. *Μή*. — *οὐκ — οὐδέ*. *non — nec*, Marc. 14, 68. Hebr. 13, 5. — *neque — neque* Matth. 12, 19. Luc. 12, 27. Act. 9, 9. 24, 18. Rom. 9, 16. — *οὐκ οὐδέν*, *plane nihil*, Luc. 4, 2. Io. 6, 63. 11, 49. 12. 19. (Ioseph. ant. 7, 4. 2 *οὐκ ἂν δεινὸν οὐδὲν ἔπαθον.* — *οὐκ οὐδείς*, nemo unquam, Luc. 23, 53. Io. 8, 15. — *μὴ οὐκ*, ubi *μή* interrogat *num? οὐκ* negat, Rom. 10, 18. [19.] 1 Cor. 9, 4. 5. — *β*) aliis particulis: *εἰ οὐ*, *si non;* in N. T. enim *οὐ* ubique ad verbum, non ad *εἰ* pertinet, neque igitur verti debet nisi (quod est *εἰ μή*) sed *si non;* Matth. 12, 5 *εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν.* Luc. 11, 8 *εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστάς*, i. e. si vel non surrexerit ut det. Io. 1, 25. 10, 37. Rom. 11, 21. 1 Cor. 9, 2. 11, 6. 15, 13 *εἰ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι*, non i. e. nihil est. c. 16, 22. Iac. 2, 11. (Iudic. 9, 20. Iudith. 5, 21.) *οὐ μόνον — ἀλλά*, vid. *Μόνος*. — *οὐκ — ἀλλά*, *non — imo s. sed*, Luc. 8, 52. 24, 6. Io. 6, 26. 32. 38. 7, 10. 12. 16. 8, 49. 12, 6. Act. 10, 41. Rom. 8, 20. 1 Cor. 1, 17. 15, 10. 2 Cor. 3, 3. (Alii, *οὐ* minus negare, putant Matth. 10, 20. Marc. 9, 37. Io. 6, 26. 7, 16. 12, 44. Act. 5, 4. 1 Thess. 4, 8 et vertunt: *non tamquam.*) — *οὐ γάρ* in responsione *minime vero, minime*, Act. 16, 37. 2, 15. — *οὐκ ἄν* vid. *Ἄν*. — *καὶ οὐκ* vid. *Καί*. — *οὐκ ἔτι* vid. *Ἔτι* et *Οὐκέτι*. — *οὐχ ὅτι*, vid. *Ὅτι*.

2) in *interrogatione: nonne?* ubi *οὐ* invitat ad affirmandum, ut *μή* ad negandum. Matth. 6, 26 *οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν.* Marc. 4, 13. 38. Luc. 9, 55. 1 Cor. 9, 12 *οὐ μᾶλλον ἡμεῖς*, quidni nos multo magis? Marc. 12, 24 *οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες*, nonne propterea erratis, quod non intelligitis scripturam. Vid. etiam Matth. 7, 22. 17, 24. 20, 15. Marc. 6, 3. Luc. 11, 40. Io. 4, 35. Act. 9, 21. 1 Cor. 6, 2. 3. 9, 1 et alia loca multa. — *οὐχ ἵνα*, nonne potius ut, Marc. 4, 21. 7, 18. — *οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν;* num nihil prorsus respondebis? Marc. 14, 60. 15, 4. — Io. 18, 11 *τὸ ποτήριον — οὐ μὴ πίω αὐτό;* non ebibam? Hebr. 3, 16 *ἀλλ᾽ οὐκ*, nonne potius?

Οὐά, *vah!* vox insultantis, exprobrantis, semel Marc. 15, 29. (Arrian. diss. epict. 3, 23. Dio Cass. 63, 20.) — Eodem modo hebr. הֶאָח Ps. 35, 21. 25. 40, 16. Ezech. 25, 3.

Οὐαί, — LXX אוֹי, אִי, הוֹי 1) interiectio: *vae!* et est quum dolentis, tum comminantis; — sequitur apud scriptores recentiores a) dativus personae, Matth. 11, 21. 23, 13—29. 24, 19. 26, 24. Marc. 13, 17. 14, 21. Luc. 6, 24—26. 11, 42—52. Iud. v. 11 et passim. (1 Sam. 4, 7. 8. Ies. 3, 9. Eccl. 4, 10. 1 Reg. 13, 30.) — b) nominativus loco vocativi, ubi omissum est *σοί* (ut Eccl. 10, 16 *οὐαί σοι πόλις.*) Apoc. 18, 10 *οὐαί, οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη, Βαβυλών.* ib. v. 16. 19. (Ies. 1, 24 *οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ.* ib. 5, 8—22. Hab. 2, 6. 12 *οὐαὶ ὁ οἰκοδομῶν πόλιν.* Ezech. 24, 6 *οὐαὶ* [text. vat. *ὦ*] *πόλις αἱμάτων.* — c) malum quod annuntiatur sive de quo doletur, nectitur per *ἀπό* Matth. 18, 7. et per *ἐκ* Apoc. 8, 13. — 2) substantive: *calamitas gravis divinitus immissa*, ut nostrum: *ein Wehe, das Wehe;* Apoc. 9, 12 *ἡ οὐαὶ ἡ μία, — δύο οὐαί.* ib. c. 11, 14. (Evang. Nicod. p. 123 *ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ αὐτός, οὐαὶ ἡμᾶς λήψεται.* Ezech. 7, 26 *οὐαὶ ἐπὶ οὐαὶ ἔσται*, pro הֹוָה). Ita quoque in locutione: *οὐαὶ δέ μοι ἐστίν*, miseria s. poena divinitus mihi imminet, nisi etc. 1 Cor. 9, 16. (Hos. 9, 12 *οὐαὶ αὐτοῖς ἐστι.*)

Οὐδαμῶς, (ex *οὐδέ* et *ἀμῶς*, dorice pro *ἀμῆ*, quod ab *ἀμός*, i. q. *τίς*, unde *οὐδαμός*, ne ullus, nullus) adv. *nequaquam, neutiquam;* semel Matth. 2, 6. (3 Macc. 1, 11. 12. 2, 24. 3, 6. Ioseph. ant. 1, 19. 7.)

Οὐδέ, coniunctio, composita ex *οὐ*, quod absolute et obiective negat, et *δέ*, quod nectit; est coniunctio *disiunctiva*, ut grammatici loquuntur, quae negationi negationem addit, quum *οὔτε* potius sit coniunctio *adiunctiva*, quae eandem negationem in partes sibi oppositas distrahit. Quum librarii in describendis codicibus hoc utriusque particulae discrimen parum curaverint, non solum in textu vulg. N. T., sed etiam in textu *Griesb.* supersunt loca, ubi *οὐδὲ* pro *οὔτε* reponendum est, quanquam non ubique codicum auctoritas accedat. Sic in *Griesb.* textu Marc. 5, 3. Luc. 12, 26. 20, 36. Apoc. 5, 4 et 20, 4 *οὐδὲ* pro *οὔτε* scribendum est, quanquam pauci libri *οὐδὲ* exhibeant; praeterea vero Act. 4, 12. Io. 1, 25. Gal. 1, 12. 1 Thess. 2, 3. Iac. 3, 12. Apoc. 20, 4 *οὐδὲ* pro *οὔτε* etiam codicum auctoritate defenditur. Vid. *Win.* Gramm. §. 59 et *Fritzsch.* ad Marc. p. 157 sq. — (Luc. 21, 15 pro *οὐδέ Griesb.* dedit *ἤ*, et 2 Cor. 3, 10 pro *οὐδὲ* reposuit *οὐ*.) — *οὐδέ* est 1) *nec, neque; etiam non, nec vero etiam;* et a) continuat negationem, quae praecessit; *οὐ — οὐδέ*, Matth. 5, 15. 6, 20. 7, 18. 9, 17. 10, 24. 12, 4. 13, 13. 16, 9. 21, 27. 24, 21. Marc. 4, 22. 11, 26. 14, 68. Luc. 6, 43 sq. 8, 17. 17, 21. Io. 13, 16. 16, 3. Act. 8, 21. Rom. 9, 7. Gal. 1, 17. 3, 28. Hebr. 9, 25 et saepius. — *οὐ — οὐδέ — οὐδέ*, Matth. 6, 26. 12, 19. Io. 1, 13. 1 Thess. 2, 3 ubi lege *οὐδὲ ἐν δόλῳ*. Apoc. 7, 16. — *οὐδείς* s. *οὐδέν — οὐδέ*, Matth. 11, 27. 22, 46. 24, 36. Marc. 13, 32. Luc. 11, 33. Io. 8, 11. Act. 20, 24. 1 Tim. 7, 16. Apoc. 5, 3. — *μή — οὐδέ*, Matth. 6, 15. Luc. 20, 8. Apoc. 9, 4. — *οὔπω — οὐδέ*, Marc. 8, 17. — b) *οὐδὲ γάρ*, *neque enim*, Io. 5, 22. 7, 5. Io. 8, 42. Act. 4, 34. Rom. 4, 15. Gal. 1, 12. 6, 13. Act. 4, 12 ubi *οὐδέ* cum codd. scribendum pro *οὔτε*. — 2) *ne quidem;* Matth. 6, 29 *οὐδὲ Σολομών*, ne Salomo quidem. c. 8, 10 *οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραήλ*, ne inter Israelitas quidem. c. 27, 14 *οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα.* Marc. 5, 3 *οὐδὲ* (sic enim scribe pro *οὔτε*) *ἁλύσεσιν*, ne catenis quidem. Marc. 6, 31. 14, 59 *οὐδὲ οὕτως*, ne sic quidem. c. 16, 13. Luc. 7, 7. 9. 12, 27. 18, 13. Io. 1, 3. 21, 25. Act. 4, 32 *καὶ οὐδὲ εἷς*, et ne unus quidem. Act. 7, 5. Rom. 3, 10. 1 Cor. 4, 3. 5, 1. 6, 5. 14, 21. Gal. 2, 5. Hebr. 8, 4. 9, 18. 1 Io. 2, 23. Apoc. 12, 8. — *ἀλλ᾽ οὐδέ*, *quin ne quidem*, Luc. 23, 15. Act. 19, 2. 1 Cor. 3, 2. Gal. 2, 3. — In interrogatione: *num ne quidem*, Marc. 12, 10 *οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε;* num ne illud quidem dictum scripturae legistis? Luc. 6, 3. 23, 14. 1 Cor. 11, 14.

Οὐδείς, *οὐδεμία*, *οὐδέν*, (ex *οὐδέ* et *εἷς*) *nullus, a,*

um; *nemo, nihil.* Absolute et obiective negat ut οὐ, itaque differt a μηδείς. — Usus: a) adiective: οὐδεὶς προφήτης, Luc. 4, 24. οὐδ. οἰκέτης, Luc. 16, 13. οὐδὲν αἴτιον, Luc. 23, 4. 15. σημεῖον οὐδὲν, Io. 10, 41. οὐδ. κατάκριμα, Rom. 8, 1 et passim. — b) substantive, cum genitivo: οὐδεὶς ἀνθρώπων Marc. 11, 2. οὐδεὶς αὐτῶν, Luc. 4, 27. οὐδὲν τούτων, Luc. 18, 34. c. 14, 24 etc. — c) οὐδείς absolute *nemo*, i. e. α) *nemo quisquis sit*, ut absolute neget, Matth. 6, 24. 11, 27. Marc. 10, 18. 12, 14. Luc. 10, 22. Io. 1, 18. 10, 29 etc. — β) *vix ullus, vix quisquam*, de plurimis, Matth. 9, 16. Marc. 2, 21 sq. 5, 4. Luc. 5, 36—39. 11, 33. Io. 3, 32. 7, 19. 1 Cor. 14, 2 etc. — γ) *ne unus e multis*, s. plurimis, non aliquis; Matth. 17, 8. 20, 7. 22, 46. Marc. 7, 24. 9, 8. 12, 34. Luc. 8, 43. 51. Io. 4, 27. 8, 10. Act. 9, 8 etc. — δ) *nemo* conditionate; οὐδείς — ἐὰν μή. Marc. 3, 27 (ubi *Griesb.* pro οὐ δύν. οὐδεὶς reposuit οὐδεὶς δύν.). — οὐδείς — καὶ Luc. 9, 62. Io. 7, 4. — d) οὐδείς et οὐδέν cum praecedente οὐ, *plane nullus, plane nihil*, latine verti solet *ullus, ullum quid;* Marc. 5, 37 οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα non permisit ulli. Marc. 6, 5 οὐκ ἠδύνατο οὐδεμίαν δύναμιν (ullum miraculum) ποιῆσαι. — οὐδενὶ οὐδέν nemini aliquid, Marc. 16, 8. Luc. 9, 36. vid. etiam Luc. 4, 2. 20, 40. Io. 3, 27. 9, 33. 11, 49 etc. — e) οὐδέν, *nihil*, α) positive, Matth. 5, 13 εἰς οὐδὲν ἰσχύει. c. 21, 19 οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ. c. 26, 62 οὐδὲν ἀποκρίνῃ. vid. c. 27, 12. 24. Marc. 11, 13. Io. 6, 63. 21, 12. Act. 5, 36 ἐγένοντο εἰς οὐδέν, in nihilum redacti sunt, evanuerunt. Passim. — β) *nulla res*, Matth. 10, 26. 17, 20. Marc. 7, 15. 9, 29. Luc. 10, 19. 22, 35. Rom. 14, 14 etc. — γ) *nihil culpae s. causae*, Io. 14, 30. 1 Cor. 4, 4. — δ) *nullius pretii;* οὐδέν ἐστι, nullius est pretii s. momenti, nihil valet, Matth. 23, 16. 18. Io. 8, 54. 1 Cor. 7, 19. 2 Cor. 12, 11. — εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, Act. 19, 27.

Οὐδέποτε, (ex οὐδέ et ποτέ) adv., ut οὐ absolute et obiective negans: *nunquam*, Matth. 9, 33. 7, 23. 26, 33. Marc. 2, 12. Luc. 15, 29. Io. 7, 46. Act. 10, 14. 11, 8. 14, 8. Hebr. 10, 1. — in interrogatione: *an nunquam, nunquamne;* Matth. 21, 16. 42. Marc. 2, 25.

Οὐδέπω, (ex οὐδέ et partic. enclitica πω) adv. negans ut οὐ, quod vide; *nunquam;* Io. 7, 39. 20, 9. — οὐδέπω οὐδεὶς *nondum quisquam* (vid. Οὐδείς sub d.) Luc. 23, 53. Io. 19, 41. — οὐδέπω οὐδέν, *nondum quidquam*, 1 Cor. 8, 2. — Legitur praeterea pro οὔπω Act. 8, 16 in codd. *.

Οὐθείς, οὐθεμία, οὐθέν (ab οὔτε et εἷς) i. q. οὐδείς, quod vide. Legitur οὐθέν in codd. 1 Cor. 13, 2 pro οὐδέν, et οὐθενός Luc. 22, 35 in bonis libris. Haec verbi forma, quae tantum apud scriptores inferioris aetatis habetur (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 181 sq.), frequenter legitur in versione LXX interpretum; vid. Ies. 41, 28. Gen. 39, 11. Exod. 5, 11. Iob. 39, 34. Ier. 13, 7. Sap. 3, 17 etc. Aristot. II. anim. 2, 3. 5. Ioseph. ant. 3, 2. 5. Philo de confus. linguar. p. 321. — οὐθενία, Phil. de nom. mutat. p. 1052 C.

Οὐκέτι, vel separatim οὐκ ἔτι, *non amplius, non iam, nicht mehr s. weiter*, Matth. 19, 6. 22, 46. Marc. 10, 8. Luc. 15, 19. 21. Io. 4, 42. 6, 66. 11, 54. 14, 30. 15, 15. 16, 10. 21. 25. 17, 11. 21, 6. Act. 8, 39. 20, 25. 38. Rom. 6, 9. 7, 17 νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ ἐργάζομαι, iam vero ego non amplius is sum, qui operatur. v. 20. c. 11, 6 εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων, non amplius ex operibus. c. 14, 15. 2 Cor. 1, 23 οὐκέτι ἦλθον, non amplius, i. e. non iterum veni. 5, 16. Gal. 2, 20. 3, 18. 25. 4, 7. Eph. 2, 19. Phil. v. 16. Hebr. 10, 18. 26. Apoc. 10, 6. 18, 11. (Iob. 4, 20. 7, 7—9. 21. 14, 10. Gen. 9, 11. Ios. 8, 20. Ioseph. ant. 6, 8. 1. de bello 7, 1. 3. — Cum alia negatione fortius negat, ubi, si latine vertis, una negatio omittenda est; Matth. 22, 46 οὐδὲ ἐτόλμησέ τις οὐκέτι, neque ullus amplius audebat. Marc. 7, 12 καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι, neque amplius sinitis eum quidquam facere. c. 9, 8 οὐκέτι οὐδένα εἶδον, neminem amplius conspexerunt. ib. 12, 34. 14, 25 οὐκέτι οὐ μὴ πίω, amplius nequaquam bibam. c. 15, 5. Luc. 20, 40. 22, 16. Apoc. 18, 14. (Amos. 9, 15. Zeph. 3, 15.)

Οὐκοῦν, (ex οὐκ et οὖν) adv. *ergo, demnach, also;* semel Io. 18, 37. (Sophocl. Antig. 91.) Etiam interrogationem inesse docuit pluribus *Hermannus* ad *Viger.* p. 796 sqq. qui omnino legendus est. Οὔκουν scribitur in quaestionibus: *nonne*, nostrum: *nicht wahr?* cf. praeter *Herm.* l. l. *Wineri* Gramm. §. 61 fin. p. 478. qui οὔκουν scribendum esse putat.

Οὐ μή, vid. Μή.

Οὖν, coniunctio, quae rarius in Evang. Marci, saepissime in Evang. Ioannis legitur, est Latinorum *igitur, ergo*, et concludit et accommodat. Inservit in N. T. a) *consecutioni: igitur*, nostrum: *demnach, also, folglich, mithin;* Matth. 1, 17. 3, 8. 10. 5, 19. 7, 12. 24. 10, 26. 32. 12, 12. 17, 10. Marc. 10, 9. 11, 31. 12, 23. 37. Luc. 3, 8. 9. 10. 7, 31. 10, 36. 11, 34. Io. 1, 25. 4, 11. 6, 13. Act. 1, 21. 2, 36. 3, 19. 10, 33. 13, 38. 15, 10. Rom. 2, 21. 26. 3, 1. 27. [28.] 31. 4, 10. 5, 1. 7, 13. 1 Cor. 7, 26. Hebr. 2, 14. 4, 1. 6 et saepissime. (Exod. 3, 18. 10, 17. Iob. 4, 7. 7, 11. Gen. 27, 43. 2 Macc. 4, 32 et saepius.) — Nonnunquam intelligenda est enuntiatio ante οὖν facile intelligenda, ut Matth. 17, 10 τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, quid igitur (quum Elias sit inter coelicolas, neque in terra conspiciatur) contendunt legis doctores etc. c. 19, 7 τί οὖν (si haec ita se habent) Μωϋσῆς ἐνετείλατο. Matth. 26, 54 (si hoc peterem a Deo) πῶς οὖν πληρωθῶσιν. c. 27, 22 τί οὖν ποιήσω, quid igitur (si morem vobis gesserim) faciam etc. Marc. 12, 9. Luc. 20, 17 τί οὖν (si non ita est) ἐστιν etc. Rom. 9, 19 ἐρεῖς οὖν, dices igitur (si hoc est). c. 11, 19. (Gen. 17, 33. Iob. 35, 7.) — In quaestione, post enuntiationem cuius veritatem in medio relinquimus; τί οὖν, absolute: *quid igitur?* Io. 1, 21. Rom. 3, 9. 6, 15. 11, 7. — τί οὖν ἐστιν, Act. 21, 22. 1 Cor. 14, 25 sq. coll. Io. 8, 5. — b) repetit sententiam post parenthesin, vel annuntiationem interpositam, ubi nostri dicunt: *wie gesagt, also;* Latini: *igitur, inquam;* Luc. 3, 7. coll. v. 3. 19, 12. coll. v. 11. 21, 8. Act. 12, 5. coll. v. 3. 1 Cor. 8, 4. coll. v. 1. ib. c. 11, 20. coll. v. 18. (2 Macc. 4, 20. coll. v. 20.) — c) facit *transitum*, potissimum in narratione, ut etiam nonnunquam *igitur* apud Latinos, et est nostrum: *nun;* interdum potest verti: *tum, porro;* saepissime in Ioannis evangelio, ut Io. 2, 18. 2, 20. 22. 3, 25. 4, 1. 5. 6. 9. 28. 40. 45. 46. 48. 52. 53. 5, 12. 19. 6, 5. 14. 18, 40. 10, 24 et passim; rarius apud reliquos scriptores N. T., Matth. 21, 40. Marc. 3, 31 ubi in epanalepsi positum est, et respicit ad τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ, v. 21. 12, 6. Luc. 6, 9. 10, 2. ἔλεγον οὖν. [10, 37.] 13, 16. 15, 28. 20, 29. 23, 20. Act. 2, 30. 1 Cor. 3, 5. 1 Thess. 4, 1. (Iob. 1, 5.) — μὲν οὖν, Marc. 16, 19. Luc. 3, 18. Act. 1, 6. 18. 2, 41. 5, 41. 8, 4. 25. 9, 31. 11, 19. 13, 4. (2 Macc. 3, 22. 3 Macc. 2, 1. 31. 3, 6. 11. Exod. 9, 2. — In versione alexandrina οὖν non facile legitur, ut transitum faciat; utuntur enim interpretes potius coniunctionibus καί, νῦν, δέ.)

Οὔπω, (ex οὐ, quare negat ut οὐ, et partic. enclitica πω) *adhuc non, nondum*, Matth. 24, 6. Marc. 13, 7. Io. 2, 4. 3, 24. 7, 6. 39. 8, 57. 11, 30. 20, 17. Act. 8, 16. 1 Cor. 3, 2. Hebr. 2, 8 et passim. [Io. 7, 8 pro οὔπω ἀναβ. *Griesb.* rectius οὐκ ἀναβ.] — interrogative: *nondum?* Matth. 15, 17. 16, 9. Marc. 8, 17.

Οὐρά, ᾶς, ἡ, *cauda;* quater: Apoc. 9, 10. 19. 12, 4. — LXX pro זָנָב Deut. 28, 13. 44. Iob. 40, 17. Ies. 9, 14. 15. 19, 15.

Οὐράνιος, ον, apud profanos etiam οὐράνιος, ία, ον, ab οὐρανός) *coelestis;* i. e. a) coelum inhabitans; πατὴρ ὁ οὐράνιος, Matth. 6, 14. 26. 32. 15, 13. (Matth. 5, 48 in codd. pro ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς) — στρατιὰ οὐρ. angelorum multitudo, Luc. 2, 13. (3 Esdr. 6, 15 κύριος ὁ οὐρ. 2 Macc. 7, 34 οὐράνιοι παῖδες. (text. vatic. δούλους.) c. 9. 10 οὐρανίων ἄστρων.) — b) de coelo veniens; ὀπτασία οὐρ. Act. 26, 19. (Dan. 4, 23 ἐξουσία οὐρ.) — Ioseph. c. Apion. 1, 2 τὰ οὐράνια καὶ θεῖα.

Οὐρανόθεν, (ab eod.) *coelitus;* Act. 14, 17. 26, 13. (4 Macc. 4, 10 οὐρανόθεν προςεφάνησαν ἄγγελοι. Niceph. Greg. 10, 1. 287. In pedestri Atticorum sermone οὐρανόθεν, ἀρχῆθεν, γῆθεν et similia non legi, sed apud Tragicos, easque formas tantum a recentioribus scriptoribus usurpatas esse, docuit *Lobeck.* ad Phrynich. p. 93 sq.) *.

Οὐρανός, οῦ, ὁ, et ad imitationem hebr. שָׁמַיִם, οὐρανοί, ῶν, οἱ, *coelum*, — LXX pro שָׁמַיִם. — Pluralis οἱ οὐρανοί maxime legitur apud Matthaeum, qui in locutionibus βασιλεία τῶν οὐρ. et πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς constanter plurali utitur; saepius in Marci, passim in Pauli et Petri scriptis et in epist. ad Hebr.; non nisi sexies (Luc. 10, 20. 11, 2. 12, 33. 21, 26. Act. 2, 34. 7, 56) in Lucae libris, nunquam autem apud Ioannem, Iacobum et in Apocalypsi. — Dicitur autem in N. T.

A) propr. *de coelo*, et quidem est a) *convexa coeli*, quam veteres pro *solido diducto* (רָקִיעַ, LXX στερέωμα, Gen. 1, 8. 14. coll. Exod. 24, 10. Sir. 43, 9), supra quod esset oceanus coelestis (Ps. 149, 4. Gen. 1, 7. 7, 11. Ps. 104, 3. coll. Apoc. 4, 6), habebant, quodque terrae putabant ita impositum esse, ut eius extremitates solo terrae niterentur. Hinc ἄκρα τῶν οὐρανῶν Matth. 24, 31. Marc. 13, 27 de *plagis extremis terrae*, ubi terra cum coelo coalescere putabatur; αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν Matth. 24, 29. Luc. 21, 26. Marc. 13, 25 astra. (2 Reg. 21, 3. 5. 23, 4. 5. 2 Chron. 18, 18. Ies. 34, 4.) Intelligitur iam, quo modo dici possit coelum *convolvi* Apoc. 6, 14. (Ies. 34, 4), *claudi*, ne pluat, Luc. 4, 25. Iac. 5, 18. Apoc. 11, 6. (2 Chron. 6, 26. 7, 13. Sir. 48, 3), *dirui* et *dissolvi*, Matth. 5, 18. 24, 35. Luc. 16, 17. 21, 33. Hebr. 1, 10. 2 Petr. 3, 5. 7. 10. Apoc. 21, 1., olim autem praestantius innovatum iri, 2 Petr. 3, 13. Apoc. 21, 1. (Ies. 65, 17.) — Hinc ἡ ὑπ' οὐρανόν (χώρα) *terra*, Luc. 17, 24 ἐκ τῆς ὑπ' οὐραν. εἰς τὴν ὑπ' οὐρανόν, ab altera parte coeli s. terrae usque ad alteram, (Iob. 2, 2. 34, 13. 38, 18 ἡ ὑπ' οὐρ. pro אֶרֶץ); et οἱ ὑπ' οὐρανόν, qui in terra vivunt, s. habitant, Act. 2, 5. 4, 12. Col. 1, 23. (Deut. 2, 25. Prov. 8, 26.) Hoc coelum sedes est pluviae et grandinis, Apoc. 16, 21. (Ios. 10, 11), ignis coelestis et fulgurum, Luc. 9, 54. 10, 18. 17, 29. Apoc. 20, 9. (Gen. 19, 24. 2 Reg. 1, 10), nubium, Matth. 16, 2. 3. Luc. 12, 56. Matth. 24, 30. 26, 64. Marc. 14, 62., stellarum, Matth. 24, 29. Act. 7, 42. Hebr. 11, 12. Apoc. 6, 13. 12, 4. (Dan. 12, 3), in quo σημεῖα conspiciuntur, Matth. 16, 1. Marc. 8, 11. Luc. 11, 16. 21, 11. Matth. 24, 30. Act. 2, 19. Apoc. 12, 1. 3. Vid. etiam Matth. 6, 26. 8, 20. Io. 6, 31. 32. (Ps. 78, 26.) — In eo, aëre videlicet crassiore, putabantur daemones etiam versari; Luc. 10, 18. cf. Ἀήρ. — b) Supra hoc solidum diductum aliud veteres statuebant esse coelum, i. e. *sphaeram superiorem*, puriorem, splendidiorem et beatiorem, sedem *Dei* eiusque maiestatis, Matth. 5, 34. 23, 22. Act. 7, 49. Hebr. 8, 1. Iac. 5, 12. (Ps. 11, 4. 115, 16. Tob. 5, 16), qui ea de causa etiam dicitur θεὸς τοῦ οὐρανοῦ, Apoc. 11, 13. 16, 11. (1 Macc. 3, 18. Gen. 24, 3), κύριος τοῦ οὐρανοῦ s. ἐν τοῖς οὐρ. Matth. 11, 25. Luc. 10, 21. Eph. 6, 9. Col. 4, 1. et in tribus prioribus evangeliis πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐραν. Matth. 5, 16. 45. 48. 6, 1. 9. 7, 11. 21. 10, 33. 12, 50. 16, 17. 18, 10. 14. 19. 23, 9. Marc. 11, 25. 26. Luc. 18, 22. sive πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ Luc. 11, 13. — porro sedem angelorum, Matth. 18, 10. 24, 36. 22, 30. 28, 2. Marc. 12, 25. 13, 32. Luc. 2, 15. 22, 43. Gal. 1, 8. 1 Cor. 8, 5. Eph. 1, 10. 3, 15. Col. 1, 16. 20. Apoc. 10, 1. 12, 7. 8. 18, 1. 19, 14. (Gen. 21, 17. 22, 11.) — piorum defunctorum, et praemiorum futurorum, Matth. 5, 12. Hebr. 12, 23. Matth. 6, 20. Luc. 6, 23. 12, 33. 19, 38. 2 Cor. 5, 1. Phil. 3, 20. Col. 1, 5. Hebr. 10, 34. 1 Petr. 1, 4. Apoc. 18, 20. Hinc etiam de *coelicolis* sermo est, Apoc. 5, 13. 13, 6. qui Dei voluntatem exsequuntur, Matth. 6, 10. Luc. 11, 2. — In hoc coelo, quod qui inhabitat, in consortio est cum Deo, etiam est πνεῦμα ἅγιον, Matth. 3, 16. 17. Marc. 1, 10. 11. Luc. 3, 21. 22. Io. 1, 32. 52. Act. 2, 2 sqq. 1 Petr. 1, 12. 1 Io. 5, 7., ibidem fuit *filius Dei*, Io. 3, 31. 33. 38. 41—58. 1 Cor. 15, 47., in hoc coelum s. ad patrem post resurrectionem rediit, Marc. 16, 19. Luc. 24, 51. Io. 3, 13. Act. 1, 10. 11. 2, 34. 3, 21. Rom. 10, 6. 1 Petr. 3, 22. et de eodem olim est rediturus, 1 Thess. 1, 10. 4, 16. 2 Thess. 1, 7. — In eodem coelo etiam templum coeleste esse cum sacris coelestibus, Hebr. 9, 23. 24. Apoc. 11, 19. 14, 17. 15, 5. 16, 17. adeoque Hierosolyma nova ibi parata et recondita esse, Apoc. 3, 12. 21, 2. 10 perhibent epistola ad Hebr. et Apocalyps., utrum vere? an poetice? dubium. — Etiam hoc coelum describitur clausum, unde locutiones: coelum fuisse apertum, Matth. 3, 16. Marc. 1, 10. Luc. 3, 21. Act. 7, 55. 56. 10, 11. Apoc. 19, 11. habere portam, Apoc. 4, 1. (Gen. 28, 17. Ps. 75, 78. 27) facile intelliguntur. — Loquuntur igitur nostri etiam de *pluribus coelis*, Eph. 4, 10 ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν. Hebr. 4, 14. coll. 7, 26. (in V. T. ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, coelum supremum, Sir. 16, 18. 3 Macc. 2, 15. 1 Reg. 8, 27. Ps. 68, 36. 114, 25.) — et Paulus de *tribus*, 2 Cor. 12, 2. Separasse enim videntur Dei sedem a sedibus angelorum, unde etiam in Test. XII patr. p. 545 sqq. *septem* coeli commemorantur (primus: aër; secundus: nubes, ubi spiritus mali; in tertio sunt angeli minoris ordinis, in 4to, 5to et 6to angeli superiorum ordinum, in septimo templum coeleste et thronus Dei).

B) Metonymice: a) *coelicolae*; Luc. 15, 7. Apoc. 12, 12. (Ps. 96, 11. Ies. 44, 23. 49, 14.) Matth. 28, 18. 16, 19. 18, 18. — b) coelum, *Dei sedes*, i. e. *Deus*, ut saepissime apud Rabbinos (*Buxtorf*. lex. p. 2440 sq.); ita in locutione ἐξ οὐρανοῦ εἶναι, a Deo profectum esse, Matth. 21, 25. Marc. 11, 30 sq. Luc. 20, 4 sq. — ἁμαρτάνειν εἰς τὸν οὐρανόν, Luc. 15, 18. 21 (quod etiam apud Rabbinos frequenter legitur, Evang. Nicod. p. 85 ἡμάρτομεν εἰς τὸν θεὸν καὶ εἰς σε.) vid. etiam Io. 3, 27. Apoc. 18, 5. coll. 1 Macc. 3, 60 ὡς δ' ἂν ᾖ θέλημα ἐν οὐρανῷ. Exod. 20, 22. 2 Macc. 7, 11 ἐξ οὐρανοῦ (ex Dei voluntate) ταῦτα κέκτημαι. — Sic etiam locutio, non nisi apud Matthaeum obvia, βασιλεία τῶν οὐρανῶν pro τοῦ θεοῦ, quae legitur c. 3, 2. 4, 17. 5, 3. 10. 19. 20. 7, 21. 8, 11. 10, 7. 11, 11 sq. 13, 11. 24. 31. 33. 44. 45. 47. 52. 16, 19. 18, 1—4. 23. 19, 12. 14. 23. 20, 1. 22, 2. 23, 13. 25, 1. vid. *Βασιλεία*.

Οὐρβανός, οῦ, ὁ, *Urbanus*, nom. propr. latinum viri; Rom. 16, 9. *.

Οὐρίας, ου, ὁ, *Urias*, hebr. אוּרִיָּה nom. pr. viri de quo vid. 2 Sam. 11, 3. — Matth. 1, 6. *.

Οὖς, ὠτός, τό, *auris*, — LXX hebr. אֹזֶן — Marc. 7, 33. Luc. 22, 50. Act. 7, 57. 1 Cor. 12, 16. (Exod. 29, 20. Ps. 94, 9.) — Locutiones: a) ὁ ἔχων ὦτα (sive εἴ τις ἔχει οὖς) ἀκούειν, ἀκουέτω, qui potest intelligere, studeat ut intelligat! Matth. 11, 15. 13, 9. 43. Marc. 4, 9. 23. 7, 16. Luc. 8, 8. 14, 35. Apoc. 2, 7. 11. 17. 29. 3, 6. 13. 22. 13, 9. — b) τοῖς ὠσὶ βαρέως ἀκούειν, tardum esse vel ad intelligendum, vel ad obediendum, Matth. 13, 15. Act. 28, 27. (Ies. 6, 10.) Rom. 11, 8. coll. Ies. 33, 15. 59, 1. — c) ἀπερίτμητοι τοῖς ὠσίν, pervicaces mente, Act. 7, 51. vid. *Ἀπερίτμητος*. — d) τίθεσθαι εἰς τὰ ὦτα, bene aliquid tenere, memorem esse, Luc. 9, 44. coll. Exod. 17, 14. — e) ὦτα (θεοῦ) εἰς δέησιν, attendit Deus ad preces, 1 Petr. 3, 12. (Ps. 34, 15. coll. 2 Chron. 6, 14. 7, 15. Neh. 1, 6.) — f) venire εἰς τὰ ὦτά τινος, audiri, ad aliquem deferri, ad eius aures perferri, Luc. 1, 44. Act. 11, 22. Iac. 5, 4. (Ps. 18, 8. Ies. 5, 9.) — g) fieri aliquid ἐν τοῖς ὠσίν τινος, coram eo, ipso audiente, Luc. 4, 21. (Ios. 8, 35. Deut. 5, 1. Iud. 17, 2.) — h) λαλεῖν s. ἀκούειν εἰς τὸ οὖς, in aurem dicere, clam dicere, audire, Matth. 10, 27. Luc. 12, 3. (Exod. 11, 2. — In V. T. λαλεῖν εἰς τὰ ὦτά τινος, maxime est: alicui coram aliquid dicere, Gen. 20, 8. 50, 4.) — i) ut alii sensus et partes hominis, sic etiam οὖς pro homine; Matth. 13, 16 μακάριοι τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει. 1 Cor. 2, 9 οὖς οὐκ ἤκουσε. Vid. *Ὀφθαλμός*. *Κοιλία*. *.

Οὐσία, ας, ἡ, (ab εἰμί, particip. οὖσα) 1) natura, essentia, Ioseph. ant. 10, 11. natura rerum, ib. 1, 18. 6. — 2) *opes*, *facultates*, *patrimonium*; Luc. 15, 12. 13 et Marc. 13, 34 in varia lect. pro ἐξουσίαν. (Tob. 14, 18. Ioseph. ant. 18, 1. 1 τιμητὴς τῶν οὐσιῶν, censor facultatum ib. de bell. 4, 4. 3 τὰς ἰδίας οὐσίας, patrimonium.) *.

Οὔτε, (οὐ et partic. enclitica τε) quae ut οὐ, absolute et obiective negat, et est *adiunctiva*, i. e. eandem negationem distrahit in partes sibi oppositas; vid. οὐδέ. Est: *neque*; οὔτε — οὔτε, Matth. 6, 20 οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις. 22, 30. Luc. 14, 35. Io. 5, 38. Act. 15, 10. 24, 12. 25, 8. Rom. 8, 38. 39. 1 Cor. 3, 7. 6, 9. Gal. 5, 6. Apoc. 3, 15. 16. 9, 20. — Apud Ioannem bis alterum οὔτε desideratur; Io. 4, 11 οὔτε ἄντλημα ἔχεις (οὔτε ἄλλο τι, neque aliud instrumentum), καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶν βαθύ. (Quae *Win*. Gramm. p. 461 e profanis ad hunc locum attulit, ea aliena mihi ab h. l. esse videntur.) 3 Io. v. 10 οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφούς, (οὔτε ἄλλοις τοῦτο ἐπιτρέπει), καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει. — In locis Marc. 5. 3. Luc. 12, 26. 20, 36. Io. 1, 25. Act. 4, 12. Gal. 1, 12. 1 Thess. 2, 3. Iac. 3, 12. Apoc. 5, 4. 12, 18. 21, 4 non οὔτε sed οὐδέ legendum est.

Οὗτος, αὕτη, τοῦτο, pronom. demonstrat. 1) *hic*, *haec*, *hoc*; quod refertur a) ad *praesentia*, quae digito quasi monstrantur, Matth. 3, 17 οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου. c. 4, 3 οἱ λίθοι οὗτοι. 17, 20 τῷ ὄρει τούτῳ. Act. 20, 34 αἱ χεῖρες αὗται. vid. Matth. 18, 4. 20, 21. Io. 2, 20. 6, 5. 17, 11. 21, 21. Act. 2, 7. 24, 15 et saepissime. Luc. 24, 21 τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, haec ipsa dies est tertia. — b) ad *subiectum* in sermone *α*) *proxime* praecedens; Luc. 1, 32 Ἰησοῦν. Οὗτος. Io. 1, 2 ὁ λόγος. Οὗτος. ib. 6, 71. 12, 21. Act. 1, 14. 13, 4. 17, 11. Rom. 8, 30. 9, 6 etc. — *β*) primarium in propositione antecedente, Luc. 13, 2. 4. Io. 1, 42. 6, 46. 21, 24. Act. 7, 19 et saepius. — illudque

repetit post propositionem interiectam, Io. 6, 50. coll. v. 48. Rom. 2, 14. 2 Petr. 2, 12. Iud. v. 10. — c) ablegat ad ea, quae sequuntur, et ad subiecti descriptionem in sequentibus; Luc. 8, 21 *μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν*, οἵ. Luc. 9, 9 *τίς δέ ἐστιν οὗτος, περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω.* Io. 1, 15 *οὗτος ἦν, ὃν εἶπον.* c. 7, 49. 11, 37. Rom. 6, 6 *τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι.* 1 Cor. 1, 12 *λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι.* Rom. 14, 9. 1 Cor. 15, 50. 1 Io. 2, 22. 5, 6. 3, 8. — d) repetit subiectum in eadem propositione, eiusque vis est, ut intentius monstret subiectum; Matth. 5, 19 *ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται.* Marc. 3, 35. Luc. 9, 24. 48. — Matth. 10, 22 *ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.* c. 24, 13. Marc. 6, 16. 12, 40. Io. 7, 18. Act. 17, 6. Gal. 3, 7. Rom. 7, 10 *εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν αὕτη εἰς θάνατον*, expertus sum praeceptum, quod proprie ad vitam ducit, praeceptum mortem afferens. Gal. 2, 10 *ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι*, quod idem hoc facere studui. Rom. 8, 9 *εἰ δέ τις — οὗτος.* Iac. 1, 25. Sic saepius.

2) *hic homo, iste, hic* (i. q. ὁ ἄνθρωπος οὗτος, Marc. 15, 39. Luc. 2, 25. Io. 7, 46) de certo quodam, quem nomine appellare aut nescimus aut nolumus; etiam, ut Latinor. *iste,* in contemtum; Matth. 8, 27. 9, 3. 12, 23. 13, 54. 55. 56. 14, 2. 21, 10. 16. Marc. 2, 7. 6, 3. 14, 69. Luc. 4, 22. 5, 21. 7, 49. 22, 56. 59. 23, 22. Io. 6, 42. 52. 7, 15. Act. 6, 13 sq. et passim. — pro *τοιοῦτος, talis, eiusmodi;* Matth. 13, 54 *πόθεν τούτῳ* (eiusmodi homini, qui scripturam non didicit) *ἡ σοφία.* ib. 26, 8. Marc. 2, 8. 6, 2. Luc. 1, 29. Io. 3, 2. 4, 15. 12, 34. 21, 23. 1 Cor. 3, 17. 6, 11. 2 Tim. 3, 5.

3) *idem, idemque;* Io. 9, 9 *οὗτός ἐστι*, idem est. Act. 8, 26 *εἰς Γάζαν, αὕτη ἐστὶν ἔρημος*, Gazam, eandemque desertam. — Maxime praefigitur *καί*, Luc. 19, 2 *καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης καὶ οὗτος ἦν πλούσιος*, idemque dives. vid. etiam 20, 30. 1 Cor. 2, 2. Hebr. 8, 3 *ἔχειν καὶ τοῦτον*, eundem habere.

4) Locutio *οὗτος, αὕτη, τοῦτό ἐστι*: *in eo est, in eo cernitur, ab eo pendet*, refertur a) ad sequentia, sequente α) *ἵνα*, Io. 6, 29 *τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε.* ib. v. 39. 40. Io. 15, 12 *αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.* 17, 3. 1 Io. 3, 11. 23. 5, 3. 2 Io v. 5. 6. — β) seq. *ὅτι* 1 Io. 1, 5. 5, 11. 14. Quo etiam referendus videtur locus Luc. 24, 44 „in eo versabantur sermones mei, videlicet me oportere“ etc. — γ) sequente *ὅταν*, Rom. 11, 27. — δ) vel sequente propositione ipsa, Io. 1, 19. vel sequente nominativo vel accusativo subiecti, 2 Cor. 1, 12. 1 Io. 2, 25. 5, 4. (Exod. 25, 3.) — b) ad antecedentem propositionem, Io. 6, 58 *οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος*, id igitur (*ἡ σάρξ μου καὶ τὸ αἷμά μου*, v. 55—57) est panis coelestis; id est quod mihi volo in pane coel. 1 Cor. 9, 3 *ἡ ἐμὴ ἀπολογία αὕτη ἐστί*, in ista re quaero defensionem meam. 1 Io. 5, 9 *αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ*, in eis igitur (spiritu, aqua et sanguine, v. 8) habemus testimonium divinum. ib. c. 4, 3 *καὶ τοῦτό* (*τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὸν Ἰησοῦν*) *ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου*, id enim est nota antichristi. 2 Io. v. 7 *οὗτός ἐστιν ὁ πλάνος*, eo enim (quod negat Christum in carnem venisse) se prodit seductor. Ita etiam locus vexatus 1 Io. 5, 20 *οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ἡ ζωὴ αἰών.* explicandus, nempe: per eum (Iesum) cognitio veri Dei et vita aeterna datur. — Eodem modo *ἐν τούτῳ* usurpatur, ut sit *in eo, darin, daran;* et refertur ut *οὗτος* modo ad *sequentem* propositionem seq. *ὅτι, ἵνα, ἐάν*, Luc. 10, 20. Io. 4, 37. 1 Io. 2, 3. 4, 2. 9. 10. 17. 5, 2. seq. infinitivo, Act. 24, 16. — seq. participio, 2 Cor. 5, 2 *ἐν τούτῳ ἀσκῶ*, idcirco laboro, quod desidero. — modo ad *antecedentem*, Phil. 1, 18. 1 Io. 3, 19 *ἐν τούτῳ γινώσκομεν*, ex eo (quod *ἐν ἔργῳ* alios amamus, v. 18) enim cognoscimus etc.

5) neutrum *τοῦτο, ταῦτα*, a) cum praepositionibus: *μετὰ ταῦτα*, vid. *Μετά.* — *Διὰ τοῦτο*, vid. *Διά.* — *εἰς τοῦτο*, vid. *Εἰς.* *ἐκ τούτου* (*χρόνου*) *ex illo tempore*, Io. 6, 66. 9, 12. *ex hoc*, 1 Io. 4, 6. — *τούτου χάριν*, Eph. 3, 4. Tit. 1, 5. vid. *Χάρις.* — *ἐπὶ τούτῳ, in eo*, dum hoc fiebat, Io. 4, 27. — b) *τοῦτό ἐστι*, vid. *Εἰμί*, no. 2. — c) *τοῦτο μὲν — τοῦτο δέ, partim — partim*, Hebr. 10, 33. — d) *Αὐτὸ τοῦτο*, id ipsum, 2 Cor. 2, 3. 7, 11. Phil. 1, 6. — *εἰς αὐτὸ τοῦτο*, ideoque, propterea, Rom. 9, 17. Eph. 6, 18. 22. Col. 4, 8. — e) *καὶ τοῦτο, et quidem*, 1 Cor. 6, 6. Eph. 2, 8. Phil. 1, 28. Sic etiam explicandum est *καὶ αὐτὸ τοῦτο*, 2 Petr. 1, 5. — Item: *καὶ ταῦτα, et quidem*, 1 Cor. 6, 8. Phil. 1, 28 *καὶ ταῦτά τινες ἦτε*, et quidem eiusmodi homines fuistis. (Ioseph. ant. 10, 10. 4 *ἄνδρας καὶ ταῦτα καλοὺς κἀγαθούς.*) — cum participio *καὶ ταῦτα* est: *quanquam, quamvis*, Hebr. 11, 12. (Ioseph. ant. 2, 12. 1. ib. 5, 2. 8. ib. 4, 6. 8.) Sic etiam apud profanos.

6) Denique a) genus demonstrativi refertur haud raro ad vocem posteriorem, sensus vero spectat ad priorem; Matth. 7, 12 *οὗτος* (*τοῦτο*) *γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται.* Gal. 4, 24 *αὗται* (*τοῦτο*) *γάρ εἰσιν δύο διαθῆκαι.* — b) quum Hebraei femininum haud raro ponant pro neutro, ita etiam LXX interpretes, nimia religione (nam Graeci ita non loquuntur) hebraica verba presserunt, et passim *αὕτη* verterunt, ubi *τοῦτο* scribere debebant; hinc *αὕτη* pro *τοῦτο* etiam in N. T. duobus in locis e versione alex. repetitis, Marc. 12, 11. Matth. 21, 42. (Ps. 118, 23 et LXX Ies. 28, 16. 1 Sam. 4, 7. 11, 2. Iud. 19, 30. Ps. 27, 4. 2 Reg. 3, 18. Ps. 118, 23. Vid. ibidem text. hebr.)

Οὕτω, et *οὕτως*, (*οὕτως* editores librorum scribere solent ante vocalem; sed vid. quae de hoc discrimine tradidit *Winerus* gr. Gramm. p. 43. coll. *Rostii* Gramm. gr. §. 122. 5. Anmerk. 5.) — LXX pro hebr. כֵּן — adverb. Latinorum *sic, sicut:* — 1) *monstrat*, dicitur *δεικτικῶς*, et respicit a) ad ea, quae facta, dicta, narrata sunt in oratione antecedente; *sic, hoc modo, hac ratione, hoc facto;* Matth. 3, 15 *οὕτω γάρ*, sic enim, videlicet si hoc permittis. 5, 19 *οὕτω*, secundum *τὰς ἐντολάς.* c. 9, 33 *ἐφάνη* (*τις*) *οὕτως*, talia miracula patrans. 19, 8 *οὐ γέγονεν οὕτω*, hoc modo, i. e. non fiebat dimissio uxoris. 19, 12 *οὕτω*, videl. *εὐνοῦχον.* 26, 54 *οὕτω δεῖ γενέσθαι*, hoc modo, videl. ut patiar, decet fieri. Marc. 2, 7 *οὕτω*, i. e. quod dixit *ἀφέωνται* etc. 2, 12 *οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν*, nunquam hoc modo (tale quid) vidimus. c. 4, 40 *τί δειλοί ἐστε οὕτω*, cur timidi estis hoc modo, videl. ut (v. 38) de salute desperetis. (*Fritzschius* in comment. hic delevit *οὔπω* et *πῶς*, et scripsit: *τί δειλοί ἐστε; οὕτως οὐκ ἔχετε πίστιν*, adeone non alitis fiduciam!) Marc. 10, 43. 15, 39 *οὕτω* (i. e. *ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην* v. 37) *κράξας.* Luc. 1, 25. 2, 48. [6, 10]. 9, 15 *ἐποίησαν οὕτω*, ut praeceperat Iesus. 12, 54 *οὕτω*, ut praedixistis. Io. 4, 6 *ἐκαθέζετο οὕτως*, videl. *κεκοπιακώς*, hoc modo defatigatus. [Io. 8, 59.] 11, 48 *οὕτω*, videl. miracula patrantem. Act. 7, 8 *οὕτως*, vi promissionis divinae. c. 12, 8 *οὕτω*, secundum angeli mandatum. 12, 15 *οὕτως ἔχειν*, rem sic se habere ut dixerat. 22, 24 *οὕτως*, cum tanto clamore. 28, 14 *οὕτως*, his ita peractis. 1 Cor. 5, 3 *τὸν οὕτω* (hoc modo, videl. impudenter) *τοῦτο κατεργασάμενον.* c. 7, 7 *ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως*, i. e. alius aliter. c. 15, 11. Gal. 6, 2. Phil. 4, 1 *οὕτως*, ut hortatus sum. — Saepius. — Respicit b) ad ea, quae in oratione sequuntur: *hoc modo;* Matth. 1, 18 *οὕτως ἦν*, ut nunc narrabo. Io. 21, 1. Apoc. 3, 16 *οὕτως, ὅτι χλιαρὸς εἶ*, sic, i. e. quum res sic se habeat quod tepidus es. c. 9, 17 *οὕτως εἶδον — τοὺς καθημένους — ἔχοντες* etc., *hoc modo* conspexi equis insidentes, videlicet *instructos* etc. 1 Petr. 2, 15. — hoc modo, i. e. *his verbis*, ubi praeparat orationem directam, Matth. 2, 5. 6, 9. Luc. 19, 31. Act. 7, 6. 13, 34. 47. Rom. 10, 6. 1 Cor. 15, 45. Hebr. 4, 4. — 2) *comparat: sic* (ut aliud), *simili modo, similiter, eodem modo;* Matth. 5, 12. 16. 7, 17. 12, 45. Marc. 13, 29. Luc. 12, 21. 14, 33. Io. 3, 8. Rom. 1, 14. 11, 5. 1 Cor. 2, 16. Gal. 4, 3. 1 Thess. 4, 14. Apoc. 18, 21 et saepius. — Matth. 5, 47 ubi *τὸ αὐτό* a *Griesb.* pro *οὕτω* commendatum, interpretamento debetur. — Cum aliis particulis comparandi, α) *ὥσπερ — οὕτω, quemadmodum — sic;* Matth. 12, 40. 13, 40. 24, 27. 37. 39. Luc. 17, 24. Io. 5, 21. 26 et saepius. β) *οὕτως — ὡς*, Marc. 4, 26. Io. 7, 16. Rom. 14, 18 ubi Paulus alteram partem orationis e Gen. 15, 5 repetitae praetermisit. 1 Cor. 3, 15. 4, 1. 9, 26. 2 Cor. 9, 5. Eph. 5, 28. 33. Iac. 2, 12. — γ) *ὡς — οὕτως*, Act. 8, 32. 23, 11. Rom. 5, 15. 18. 1 Cor. 7, 17. 2 Cor. 7, 14. 11, 3. 1 Thess. 2, 8. 5, 2. δ) *καθώς — οὕτως*, Luc. 11, 30. 17, 26. Io. 3, 14. 12, 50. 14, 31. 15, 4. 2 Cor. 1, 5. 8, 6. 10, 7. Col. 3, 13. 1 Thess. 2, 4. — ε) *οὕτως — καθώς*, Luc. 24, 2. 4. Phil. 3, 17. — ζ) *καθάπερ — οὕτως*, Rom. 12, 5. 1 Cor. 12, 12. 2 Cor. 8, 11. — η) Act. 1, 11 *οὕτως — ὃν τρόπον.* c. 27, 25 *οὕτως ἔσται καθ' ὃν τρόπον.* 2 Tim. 3, 8 *ὃν τρόπον — οὕτως.* Hebr. 9, 28 *καθ' ὅσον — οὕτως.* — 3) *intendit, sic, adeo, tam;* Gal. 1, 6 *οὕτως ταχέως*, tam celeriter. Hebr. 12, 21 *οὕτω φοβερὸν ἦν*, adeo terribilis erat. 1 Io. 4, 7. — sequente *ὥστε*, Io. 3, 16 *οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε* etc. Act. 14, 1. — seq. *ἵνα*, Rom. 15, 20. 1 Cor. 9, 24. — Act. 24, 14 *οὕτω λατρεύω — πιστεύων*, hoc modo, adeo Deum colo, ut fidem habeam. — In interrogationibus: *siccine, adeone?* ubi indignantis est; Marc. 7, 18 *οὕτω καὶ ὑμεῖς*

ἀσύνετοί ἐστε, adeone vos quoque etc. Io. 18, 22 οὕτως ἀποκρίνῃ, siccine respondere audes? 1 Cor. 6, 5. Gal. 3, 3.

Οὐχ, vid. Οὐ.

Οὐχί, i. q. οὐ, sed fortius negans: 1) *non, minime,* Io. 13, 10. 11. 14, 22. 1 Cor. 5, 2. 6, 1. 10, 29. 2 Cor. 10, 13. — sequitur ἀλλά, *minime — imo,* Luc. 1, 60. 12, 6. 51. 13, 3. 5. 16, 30. Rom. 3, 27. 2 Cor. 10, 13. (LXX pro לֹא Gen. 18, 15. 19, 2. 42, 10. 12.) — 2) in interrogatione: *nonne?* ubi ut nostrum: *nicht wahr?* invitat ad affirmandum; Matth. 5, 46 sq. 10, 29. 13, 27. 55. Luc. 17, 8 ἀλλ' οὐχί, nonne potius? ib. v. 17. 24, 26. Io. 7, 42. 11, 9. Rom. 3, 29 et passim. (LXX pro הֲלֹא Gen. 40, 8. Iud. 4, 6.)

Ὀφειλέτης, ου, ὁ, (ab ὀφείλω) 1) *debitor,* qui alteri aliquid praestare tenetur; a) de debitore proprio, qui pecuniam debet alteri, Matth. 18, 24. — b) metaph. *obligatus alicui;* — de *officiis debitis,* Rom. 1, 14 ubi Paulus, tantum gentilium apostolus, se dicit ὀφειλέτην εἶναι, officia apostoli debere exteris gentibus. ib. 15, 27 ubi ὀφειλέται dicuntur, qui gratias agere pro beneficio accepto debent. (Origen. περὶ εὐχῆς, §. 28.) — de *obedientia;* ita Rom. 8, 12 ὀφειλέται τῇ σαρκί. Gal. 5, 3 ὀφειλέτης ἐστίν, ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. — de eo, qui damnum illatum sive iniuriam compensare debet; *poenae obligatus,* Matth. 6, 12. (Luc. 11, 4 in varia lect.) — Ex adiuncto — 2) *reus, qui se reum fecit peccando,* Luc. 13, 4. (Lib. Henoch. p. 180 ὀφειλέτης ἁμαρτίας μεγάλης, reus peccati maximi. Sic חַיָּב in paraphras. chaldaic. et scriptis Rabbinorum. vid. *Buxtorf.* lex. s. h. v.) *.

Ὀφειλή, ῆς, ἡ, (ab ὀφείλω) *debitum,* i. e. a) propr. *aes alienum,* Matth. 18, 32. — b) metaph. *debitum, officium,* Rom. 13, 7. — *debitum coniugale,* 1 Cor. 7, 3 ubi *Griesb.* et *Lachmann.* recte ὀφειλήν pro glossemate textus vulgaris, ὀφειλομένην εὔνοιαν, reposuerunt. — Apud profanos ὀφειλή vix legitur, neque in V. T. graeco habetur. Hesych. ὀφειλή· ἀνάγκη. *.

Ὀφείλημα, τος, τό, (ab ὀφείλω) 1) *debitum,* i. e. a) id, quod solvendum est ex iure, die *Schuld,* (Deut. 24, 10. 3 Esdr. 3, 30. 1 Macc. 15, 8.) — b) obligatio, obligatum esse rei faciendae, die *Schuldigkeit,* Rom. 4, 4 κατὰ ὀφείλημα, ex debito, ex obligatione. — 2) ex chaldaismo, (vid. *Buxtorf.* lex. chald. sub voc. חוֹב, et ὀφειλέτης) *culpa,* debita poena a peccatore luenda, Matth. 6, 12. (Luc. 11, 4 in varia lect.) *.

Ὀφείλω, imperf. ὤφειλον 1) *debeo,* obstrictus sum ut praestem alicui aliquid; a) propr. de debito solvendo, Matth. 18, 28. Luc. 7, 41. 16, 5. 7. Rom. 13, 8 μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν, nemini quidquam debeatis praeter etc. — τὸ ὀφειλόμενον, debitum solvendum, Matth. 18, 30. 34. (LXX pro נָשָׁה Deut. 15, 2. Ies. 24, 2. coll. 1 Macc. 10, 43. 13, 15. 39.) — b) metaphor. *obstrictus sum, teneor,* α) universe, Matth. 23, 16. 18 ὀφείλει, tenetur, ut faciat iusiurandum. — β) cum infinitivo verbi: teneor, *obligor* officio, lege, honesto, moribus etc. igitur *debeo, decet me, oportet me;* Luc. 17, 10 ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι. Io. 13, 14 ὀφείλετε νίπτειν. Rom. 15, 1. 27. 1 Cor. [7, 3.] 7, 36. 11, 7. 10. 2 Cor. 12, 11 ἐγὼ γὰρ ὤφειλον συνίστ. ego enim debebam commendari. ib. v. 14. Eph. 5, 28. 2 Thess. 1, 3. 2, 13. Hebr. 2, 17. 5, 3. 1 Io. 2, 6. 3, 16. 4, 11. 3 Io. v. 6. — γ) de necessitate e natura rei prodeunte: *necesse est ut, debeo;* 1 Cor. 5, 10 ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. ib. 9, 10 ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ἀροτριᾷν. Hebr. 5, 12. — 2) ut ὀφειλέτης et ὀφείλημα, ex chaldaismo ad culpam transfertur, et ad poenam pro iniuria illata, et ex adiuncto est: *reus sum, deliqui,* Luc. 11, 4 ὀφείλοντι ἡμῖν, i. e. qui in nos deliquit. Io. 19, 7 ὀφείλει ἀποθανεῖν, reus est mortis. Philem. v. 18 ὀφείλει, deliquit (in te). (Sap. 12, 15 τὸν μὴ ὀφείλοντα κολασθῆναι. ib. v. 20 ὀφειλομένους θανάτῳ.) *.

Ὄφελον, (pro ὤφελον, aor. 2 verbi ὀφείλω, quod ab antiquioribus et melioribus scriptoribus tanquam verbum ponitur, et optantis est, ut alter aliquid fecerit, quod non fecit) recentiores scriptores utuntur adverbii s. interiectionis loco: *utinam,* cum indicativo; 1 Cor. 4, 8. 2 Cor. 11, 1. Gal. 5, 12. — cum optat. Apoc. 3, 15 ὄφελον εἴης, ubi *Griesb.* recepit ἦς, nescio an recte. — (Ignat. ad Smyrn. §. 12. LXX pro אַחֲלֵי 2 Reg. 5, 3. Ps. 119, 5. לוּ Num. 14, 2. 20, 3. — et מִי־יִתֵּן Exod. 16, 3.) (Vid. de hac re *Sturzius* de dial. Macedon. p. 187. *Wineri* Gramm. p. 277. *Viger.* p. 274 et ad eundem *Hermann.* p. 757.) *.

Ὄφελος, ους, τό, (ab ὀφέλλω) *utilitas; commodum, emolumentum;* ter: 1 Cor. 15, 32. Iac. 2, 14. 16. (LXX Iob 15, 3 pro הוֹעִיל. — Xenoph. mem. 3, 1. 9.) *.

Ὀφθαλμοδουλεία, ας, ἡ, *obsequium ad oculos exhibitum,* i. e. propter praesentiam domini ex metu; ἅπαξ λεγόμενον N. T. ab ὀφθαλμόδουλος, i. e. δουλεύων ἐν ὀφθαλμοῖς τινος, nostrum: Augendiener, Augendienst. Bis Eph. 6, 6. Col. 3, 22. (Theophylactus ad Eph. 6, 6 μὴ κατ' ὀφθαλμοδ., τουτέστι· μὴ μόνον παρόντων τῶν δεσποτῶν καὶ ὁρώντων, ἀλλὰ καὶ ἀπόντων.)

Ὀφθαλμός, οῦ, ὁ, — LXX pro עַיִן — *oculus,* Matth. 5, 29. 38. 6, 22. 18, 9. Marc. 14, 40. Luc. 24, 16. 31. Io. 11, 37. Act. 1, 9 et saepius. — ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, in ictu oculi, 1 Cor. 15, 52. — Gal. 3, 1 κατ' ὀφθαλμοὺς προεγράφη. Vid. Προγράφω. — Cum verbis ἀνοίγειν, ἐπαίρειν, ἐξορύσσειν, καμμύειν, κρατεῖν, quid sit, vid. haec verba ipsa. — Ἀπέναντι ὀφθ. vid. Ἀπέναντι. — Ὁράω τοῖς ὀφθαλμοῖς, 1 Io. 1, 1. (Zach. 9, 8.) εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου, Luc. 2, 30 video, s. vidi ipse. (Sir. 16, 5. Iudith. 7, 27.) — Ex hebraismo: α) oculus de *homine conspiciente,* Matth. 13, 16. Luc. 10, 23. (Deut. 3, 21. Iob. 29, 11.) — β) οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους (ἐπιβλέπουσι, ut additur Ps. 11, 4) i. e. Deus providet, tuetur iustos, 1 Petr. 3, 12. (Ps. 34, 15. 101, 7.) — γ) ἐν ὀφθαλμοῖς τινος, *coram aliquo,* i. e. propr. ipso vidente (1 Macc. 2, 23); in conspectu eius, Hebr. 4, 13. — metaph. iudicio, opinione alicuius, ut ἐνώπιον etiam dicitur, Matth. 21, 42 ἐστὶ θαυμαστὴ (pro θαυμαστὸν vid. οὗτος, no. 6. lit. b.) ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, nobis mirum videtur. Marc. 12, 11. (vid. e V. T. Ps. 118, 22. 2 Sam. 6, 22. 10, 12. Sir. 8, 16. 11, 21. Sap. 3, 2.) — δ) oculos ponitur pro *sensu, desiderio,* quatenus oculorum motu proditur; sic potissimum de invidia, Marc. 7, 22 et Matth. 20, 15 ὀφθαλμὸς πονηρός, oculus invidiosus; (Sir. 14, 10 ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ, cui Sir. 32, 8 opponitur ἀγαθὸς ὀφθαλμός, oculus benevolus, homo hilari animo dans. Tob. 4, 7. Eccles. 4, 8. Test. XII patr. p. 626 ὀφθαλμοὶ πονηρίας, de invidia); — et de libidine voluptuosa; 2 Petr. 2, 14 ὀφθαλμοὶ μεστοὶ μοιχαλίδος. Sir. 23, 4. 1 Io. 2, 16 ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, vid. Ἐπιθυμία. — coll. Sir. 20, 24. c. 4, 1 μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐπιδεεῖς. — ε) oculi de *mente, intellectu,* ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας, ut plene legitur Ephes. 1, 18. (Act. Thom. §. 28 τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς.) — Matth. 13, 15. Marc. 8, 18. Luc. 19, 42. Io. 12, 40. Act. 26, 18. Rom. 11, 8. 10. 1 Io. 2, 11. (Gen. 3, 5. Ies. 6, 10, Sir. 17, 8.)

Ὄφις, εως, ὁ, — LXX pro נָחָשׁ (bis: Num. 21, 8. Ies. 14, 29 pro שָׂרָף, et semel Iob. 20, 16 pro אֶפְעֶה) — *serpens,* Matth. 7, 10. Marc. 16, 18. Luc. 10, 19. 11, 11. 1 Cor. 10, 9. Apoc. 9, 19. — Veteribus serpens erat imago et calliditatis et scientiae, Matth. 10, 16. 23, 33. (Gen. 3, 1. Psalt. Sal. 4, 11 ὡς ὄφις διαλῦσαι σοφίαν ἀλλήλων ἐν λόγοις παρανόμων) — et vero etiam sanationis Io. 3, 14. (Numer. 21, 8. 9. coll. 2 Reg. 18, 4.) — Iudaeis vero, qui in serpente 2 Cor. 11, 3 et Gen. 3 commemorato diabolum cogitabant, etiam *diabolus* dicitur ὄφις, Apoc. 12, 14. 15. et ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, Apoc. 12, 9. 20, 2. coll. Sap. 2, 24 et supra Δράκων. (Act. Thom. §. 30 forma draconis diabolo propria esse dicitur. In libro Sohar fol. 27. col. 105 leguntur ad Gen. 3, 1: „Sammaël fuit, qui sub specie serpentis adparuit; et imago illa serpentis fuit Satan.") *.

Ὀφρύς, ύος, ἡ, (quod putant ortum esse ex ὄπτω et ἐρύω, custodio, ergo: custos oculi) 1) supercilium, Lev. 14, 9. Xenoph. mem. 1, 4. 6. — 2) quaevis *prominentia,* potissimum montium: *clivus, tumulus;* semel Luc. 4, 29 ὀφρὺς τοῦ ὄρους, *supercilium* (Virg. Georg. 1, 118. Livii lib. 27, 20) *montis;* collis prominens. Sic saepius etiam apud profanos, Strabon. 5, 3. 7. Hom. Iliad. 20, 151. vid. *Kypkii* obss. ad h. l. et *Raphelii* annotat. e Xenophont.

Ὀχλέω, ῶ, (ab ὄχλος) proprie: molestia afficio, diciturque de multitudine numero suo molesta; (ut διοχλεῖν Phil. de leg. ad Cai. p. 1034.) — tumultuor, 3 Macc. 5, 41. — Passivum ὀχλέομαι, *vexor,* quocunque modo, (2 Macc. 11, 31.) — In N. T. bis de vexatione a geniis malis per morbos, Luc. 6, 18. Act. 5, 16. et de eadem re Tob. 6, 7. Act. Thom. §. 12 ὑπὸ δαιμόνων ὀχλούμενοι. — (ἐνοχλεῖσθαι, morbo vexari, 1 Sam. 19, 14. Herodian. 3, 11. 1 ὑπὸ νόσου

ἐνοχλούμενον. Platon. Phaed. §. 76 ὄχλον παρέχειν, molestiam creare.) *.

Ὀχλοποιέω, ῶ, partic. aor. 1. ὀχλοποιήσας (ex ὄχλος et ποιέω) populum congrego, — *turbam concito;* ex adiuncto: *seditionem moveo;* semel Act. 17, 5. (Apud profanos vix legitur.)

Ὄχλος, ου, ὁ, 1) *multitudo, multi, eine Menge, viele,* maxime de hominibus; ita a) ὄχλος sine articulo Marc. 3, 20. 32. 9, 25. Io. 5, 13. — ὄχλος ἱκανός, sat multi, Marc. 10, 46. — Luc. 5, 29 ὄχλος τελώνων πολύς, magna multitudo, i. q. πολλοί. c. 6, 17 ὄχλος μαθητῶν καὶ πλῆθος τοῦ λαοῦ. Act. 1, 15 ὄχλος ὀνομάτων. ib. 11, 24. Act. 6, 7 πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων. — Semel apud Marcum c. 10, 1 in plurali: ὄχλοι, *multi.* — b) ut Latinor. multitudo, de turba hominum, qui aliquo in loco congregati sunt; *multitudo, turba;* ὁ ὄχλος, Matth. 9, 23. 25. 15, 10. Luc. 5, 1. 12, 1. Marc. 2, 4. 3, 9 et saepius. — οἱ ὄχλοι, saepissime apud Matthaeum, Matth. 5, 1. 7, 28. 9, 8 etc. saepius in Lucae scriptis, e. g. Luc. 3, 10. 4, 42. Act. 8, 6. nunquam autem in evangeliis Marci (etenim c. 6, 33 reiecit *Griesb.*) et Ioannis. — ὄχλοι πολλοί. Matth. 4, 25. 8, 1. πᾶς ὁ ὄχλος Matth. 13, 2. Marc. 2, 13. 14, 1 etc. — Act. 24, 18 οὐ μετὰ ὄχλου, non stipatus agmine populi. Luc. 22, 6 ἄτερ ὄχλου, vid. Ἄτερ. (Ita semel, quantum vidi, LXX Ier. 31, 8 pro קָהָל.) — 2) sensu latiori: *vulgus,* ubi opponuntur proceribus, Matth. 14, 5. 14. 21, 26. Marc. 8, 2. 12, 12. 37. Luc. 23, 4. Io. 7, 12. 32. 40. (Sir. 7, 7.) — 3) LXX fere constanter de exercitu, pro הָמוֹן, קָהָל, עַם, (v. c. Num. 20, 20. 1 Reg. 20, 13. Ies. 32, 24. 48, 42. Ezech. 17, 17. Dan. 10, 6. 11, 10—13. Ies. 43, 17 pro חַיִל) et ita videtur dici φωνὴ ὄχλου πολλοῦ Apoc. 19, 1. 6., ut vox exercitus numerosi. (Num. 20, 20.) — 5) *gens, natio;* ita semel Apoc. 17, 15 λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσί, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι.

Ὀχύρωμα, τος, τό, (ab ὀχυρόω, firmo, munio) *munimentum, propugnaculum,* quo aliquid defenditur; etiam *arx,* a) propr. LXX pro מִבְצָר Iob. 19, 29. Ps. 89, 39. Thren. 2, 2. vid. etiam 2 Sam. 22, 2. Zach. 9, 3. — b) tropice: munimenta, i. e. argumenta, sive res quaecunque, quibus confidit aliquis, quibus se tuetur adversus alios, 2 Cor. 10, 4. (Prov. 21, 22 καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα (hebr. עֹז, robur), ἐφ᾽ ᾧ ἐπεποίθεισαν. Prov. 10, 30 ὀχύρωμα ὁσίου φόβος κυρίου.) *.

Ὀψάριον, ίου, τό, (deminutivum ab ὄψον, quod primum est: omne, quod igne coquitur vel assatur et carni adiicitur, προσφάγιον, ut interpretatur Hesychius, obsonium; Tob. 7, 8. — in specie *piscis,* qui tanquam nutrimentum vulgare et vile pani adiiciebatur; ita LXX pro דָּג Num. 11, 22.) — Hinc ὀψάριον, *piscis;* Io. 6, 9. 11. (coll. Luc. 9, 13.) Io. 21, 9. 10. 13. — Exempla e profanis collegit *Kypkius,* I. p. 368. *.

Ὀψέ, adverb. ab ὄπις, unde κατ᾽ ὄπιν, ὀπίσω, ὄπισθε, post, pone, contracte ὄψι et ὀψέ, (quae ducuntur ab ἕπομαι, sequor); igitur 1) *post, hernach;* ita cum genitivo nominis, Matth. 28, 1 ὀψὲ δὲ σαββάτων, sabbato transacto, post sabbatum, quum praeteriisset. (Philostrat. in vit. Apoll. 4, 18 ὀψὲ μυστηρίων, peractis mysteriis. Thucyd. 4, 39 τῆς ἡμέρας ὀψὲ ἦν, in fine diei.) — 2) quia qui post veniunt, sero veniunt, est: *sero,* diciturque a) de quovis tempore, (Ioseph. c. Apion. 1, 2 ὀψὲ ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. ib. §. 12); — b) de tempore diei (ὀψὲ τῆς ἡμέρας, ut saepius plenius legitur) et est sero die, i. e. *vespera,* Marc. 11, 19. ib. 13, 35 ubi ὀψέ, μεσονύκτιον, ἀλεκτοροφωνία et πρωΐ, quatuor partes indicant, in quas Iudaei noctem solebant dividere. LXX Ies. 5, 11 pro בַּנֶּשֶׁף, in crepusculo. Gen. 24, 11 pro עֵת עֶרֶב. coll. Exod. 30, 8. Ier. 2, 23. *.

Ὄψιμος, ον, (ab ὀψέ) *serotinus.* Propr. poeticum, (Hom. Iliad. 2, 325), sed apud recentiores etiam in soluta oratione, ut Theophr. hist. plant. 1, 15. 2, 4. Diod. Sic. 1, 10. Vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 52. — Semel in N. T. Iac. 5, 7 ὑετὸς ὄψιμος, pluvia serotina, quae mense Nisan (i. e. nostro Martio et Aprili) ante messem dicidit, hebr. מַלְקוֹשׁ, (LXX ὑετὸς ὄψιμος, Deut. 11, 14. Ier. 5, 24. Ioel. 2, 23. Zach. 10, 1. Hos. 6, 3) et serotina dicitur, quia ultima erat pluvia anni, quum Iudaei annum ab auctumno inciperent. Vid. etiam πρώϊμος.

Ὄψιος, ία, ιον, *serotinus;* Marc. 11, 11 ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, quum serotina esset diei hora, die iam in vesperam inclinante. (Pind. Ist. 4, 59 ὀψίᾳ ἐν νυκτί.) — Hinc ὀψία intell. ὥρα, substantive: *vespera.* Utuntur autem nostri voce ὀψία modo de tempore, quo sol in eo est, ut occidat (Marc. 1, 32 ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος.) et de tempore statim post solis occasum (Matth. 16, 2 ὀψίας γενομένης λέγετε· εὐδία· πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανός. Ioseph. ant. 5, 2. 8), modo de tempore, quo noctis tenebrae ingruunt, Matth. 14, 23. 26, 20. Io. 20, 19. unde intelligitur, quomodo totum illud tempus paulo ante et post solis occasum in V. T. (Exod. 12, 6. 16, 12. 29, 39) tempus בֵּין הָעַרְבַּיִם *inter duas vesperas* dici potuerit. Vid. *Gesenii* lex. hebr. sub עֶרֶב. E contexta oratione igitur definiendum est, utrum de tempore occasus solis, an de nocte post occasum ingruente ὀψία sit accipiendum. Priori modo intelligendum videtur: ὀψίας δὲ γενομένης, Matth. 8, 16. 14, 15. 16, 2. 27, 57. Marc. 1, 32. 4, 35. 15, 42. (Ioseph. ant. 5, 1. 2. Narrat. Iosephi ap. Birch. p. 191.) — Io. 6, 16 ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο. — posteriori modo ὀψίας γενομένης, Matth. 14, 23. 20, 8. 26, 20. Marc. 6, 47. 14, 17. — Io. 20, 19 οὔσης οὖν ὀψίας. — Iudith. 13, 1. *.

Ὄψις, εως, ἡ, (ab ὄπτω) 1) visus, (Polyb. 3, 99. 7.) — oculus, Aelian. V. H. 6, 12. Ioseph. de bell. 6, 8. 4. Lib. Henoch. p. 192. — id quod conspicitur, Ioseph. ant. 14, 15. 11 τὰς ὀνείρων ὄψεις, visa somniorum. — 2) *facies, vultus, os,* Io. 11, 44. Apoc. 1, 16. (Ioseph. ant. 7, 3. 1 πεπηρωμένους τὰς ὄψεις. ib. 12, 2. 9.) — LXX pro מַרְאֶה, καλὴ s. καλὸς τῇ ὄψει, Gen. 24, 16. 26, 7. 39, 6. — Hac autem significatione quum maxime accedat ad significationem vocis προσώπου, ex hebraismo 3) est: *externa hominis conditio;* Io. 7, 24 κρίνειν κατὰ ὄψιν, *in iudicando personae rationem habere,* i. q. in aliis locis πρόσωπον λαμβάνειν. Obiicit enim Iesus Iudaeis, eos ipsi non concedere velle, quod tamen Mosi (ex cuius praecepto puer etiam sabbati die circumcidendus sit) darent. — Etiam LXX ὄψιν pro προσώπῳ, ubi dicunt: ἡ ὄψις (hebr. עַיִן) τῆς γῆς, Exod. 10, 5. 15. Num. 22, 5. 11. Alii Io. 7, 24 vertunt: iudicare secundum externam speciem. (Ioseph. de bell. 3, 5, 2 τείχους ὄψιν ἐπέχει, muri speciem prae se fert.) *.

Ὀψώνιον, ίου, τό, (ab ὄψον edulium, et ὠνέομαι, emo) 1) obsonium, i. e. quicquid emitur, ut pisces, carnes, olera etc., ut edatur cum pane; — 2) quum obsonia stipendii loco darentur militibus, in libris scriptorum inferioris aevi (vid. Phrynich. p. 418. *Sturz.* de dial. Mac. p. 187) est: *stipendium, Sold,* a) de stipendio militari, Luc. 3, 14. 1 Cor. 9, 7. (3 Esdr. 4, 59. 1 Macc. 3, 28. 14, 32. Polyb. 1, 67. 1.) — b) de *fructu, mercede factorum* quacunque; 2 Cor. 11, 8. Rom. 6, 23 τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος. (Ignat. ad Polyc. §. 6 ὀψώνια κομίζεσθαι. — Hesych. ὀψώνιον· δαπάνη, κέρδος.) *.

Π.

Παγιδεύω, aor. 1. ἐπαγίδευσα (a παγίς) *laqueos alicui tendo, illaqueo, irretior,* propr. de avibus, Eccles. 9, 12. — Metaph. de hominibus qui fraude circumveniuntur, Matth. 22, 15 ἵνα παγιδεύ. αὐτὸν ἐν λόγῳ. (Etiam Marc. 12, 13 in var. lect. παγιδεύσωσι pro ἀγρεύσωσι, ex loco Matth. 22, 15.) LXX 1 Sam. 28, 9 παγιδεύεις τὴν ψυχήν μου θανατῶσαι. — Symmach. Prov. 6, 2. et Ies. 8, 15 pro נוֹקֵשׁ. Apud profanos non legitur. *.

Παγίς, ίδος, ἡ, (a πήγνυμι, aor. 2. ἔπαγον) propr. id., quod humi figitur: 1) *tendicula, decipula, laqueus,* Schlinge, Netz, Falle, LXX pro מוֹקֵשׁ, פַּח et רֶשֶׁת; Prov. 7, 23. Ps. 91, 3. 124, 7. pro יָקוּשׁ. Prov. 6, 3. Sir. 27, 20. a) proprie Luc. 21, 35 ὡς παγὶς ἐπελεύσεται inopinate superveniet quemadmodum tendicula inopinate illaqueat pedem. — In V. T. saepissime laqueum tendere pedibus alicuius dicuntur ii, qui insidias alicui struunt, (Ps. 25, 15.

31, 4. 37, 6. 140, 5); hinc — b) tropice *insidiae*, 1 Tim. 3, 7 παγὶς τοῦ διαβόλου. 2 Tim. 2, 26. vid. Ἀνανήφω. (Narratio Iosephi ab Ar. ap. Birch. p. 188 ἐν γὰρ τῇ παγίδι τοῦ διαβόλου ἦν ἐξωρισμένος. Sir. 51, 2.) — ex adiuncto: *causa interitus*, Rom. 11, 9 γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, quae e Ps. 69, 22 repetita sunt, ubi פַּח legitur. coll. Prov. 6, 2. — 2) quia, qui feras tendiculis capere volunt, escam imponunt, qua feras alliciant, est: *illecebrae*; ita 1 Tim. 6, 9 ἐμπίπτειν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, illecebris ad peccandum obnoxium esse. (Prov. 12, 13 ἐμπίπτει εἰς παγίδας ἁμαρτωλός. ib. 29, 6. coll. Ios. 23, 13. 1 Macc. 5, 4. Sap. 14, 11 εἴδωλα εἰς σκάνδαλα ψυχαῖς ἀνθρώπων, καὶ εἰς παγίδα ποσὶν ἀφρόνων.) *.

Πάθημα, τος, τό, (a παθεῖν s. πάσχω) i. q. πάθος, id quod quis patitur, passio; diciturque 1) de statu externo hominis: *malum*, quo quis affligitur, *afflictio, casus acerbus*, Rom. 8, 18 τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ. 2 Cor. 1, 5—7. Phil. 3, 10. Col. 1, 24. 2 Tim. 3, 11. Hebr. 10, 32. 1 Petr. 1, 11 τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, afflictiones Christo, Messiae secundum prophetarum oracula perferendae. ib. c. 4, 13. 5, 1. 9. (Ioseph. ant. 2, 14. 2 ubi dicitur de calamitatibus Aegyptiorum. Xenoph. anab. 7, 6. 30.) Hesych. παθήματα· συμφοραί. — 2) de statu interno: passio animi, *der Affekt, das Gefühl*, i. e. motus vehementiores, quibus animus afficitur et abripitur, (Xenoph. cyrop. 3, 1. 17); *cupiditates, studia*, Rom. 7, 5 τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, sensus pravi, cupiditates. Gal. 5, 24. — 3) i. q. τὸ πάσχειν, *toleratio, perpessio*, das Dulden, Erleiden; ita Hebr. 2, 9. 10. (In V. T. non legitur.) *.

Παθητός, ή, όν, (ab eodem) 1) patibilis, qui pati potest. (Plutarch. Tom. 9. p. 65 ed. *Reisk*. παθητὰ σώματα. Saepissime in patrum eccles. scriptis de Christo, ut Ignat. ad Ephes. §. 7.) — 2) qui pati debet, *cui patiendum*; semel Act. 26, 23 εἰ παθητὸς ὁ Χριστός, quod Messias (ex oraculis prophetarum) pati debeat mortem. *.

Πάθος, εος, contr. ους, τό, i. q. πάθημα, quod vid. (a παθεῖν, πάσχω) 1) quod quis patitur, malum, afflictio, casus acerbus, Ioseph. ant. 2, 14. 2. de bell. 3, 4. 1 et 6, 3. 5. Test. XII patr. p. 549. — 2) passio animi, sensus, quo animus afficitur, Affekt, Gefühle; (ita saepissime de affectione animi per sensus, in specie de doloribus, 4 Macc. 1, 4 τῶν τῆς δικαιοσύνης ἐμποδιστικῶν παθῶν κυριεύειν. ib. v. 1. 3. 5. 6 sqq.) Nostri scriptores de *affectibus pravis, cupiditatibus*; ter: Rom. 1, 26. Col. 3, 5. 1 Thess. 4, 5. (Ioseph. ant. 2, 4. 5 πάθος de cupidine libidinosa. Test. XII patr. p. 610 δύο πάθη (fornicatio et avaritia) ἐναντία τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ.) *.

Παιδαγωγός, οῦ, ὁ, (ex παῖς puer, et ἀγωγός dux) puerorum dux, *paedagogus*. Ita dicebantur vel servi vel liberi, quibus commissa erat educatio puerorum ingenuorum usque dum ephebi facti essent. (Xenoph. de republ. Laced. 2, 1 et 3, 2. Diog. Laert. 6, 30. Cicer. ad Attic. 8, 4. Terent. Andr. 1, 1. 27. Ioseph. ant. 1, 2. 1 παιδαγωγὸς καὶ φύλαξ pro hebr. שֹׁמֵר Gen. 4, 9.) In N. T. transfertur ad *doctores, gubernatores adultorum*, utiturque hac voce Paulus 1 Cor. 4, 15 de doctoribus severioribus, quibus patris mitiorem disciplinam opponit; et de lege mosaica, quae παιδαγωγὸς Iudaeorum fuerit εἰς Χριστόν, i. e. eos ad fidem Messiae habendam praeparaverit, ad fidem Iesu habendam adduxerit, Gal. 3, 24. ideoque Christianis, qui ex ephebis quasi excessissent, amplius imperare non possit, v. 25. *.

Παιδάριον, ίου, τό, (deminut. a παῖς) *puerulus*; etiam (ut saepius deminutiva pro primitivis) *puer*. [Matth. 11, 16.] Io. 6, 9. — LXX pro יֶלֶד 2 Sam. 12, 15. 18. — נַעַר Gen. 22, 12. Iud. 17, 12. etiam de servulo Iud. 19, 9. 11. 13. 1 Sam. 21, 7. 1 Reg. 18, 43. *.

Παιδεία, ας, ἡ, (a παιδεύω) — LXX saepissime pro מוּסָר. 1) omnis *disciplina*, quae versatur in instituenda et ad honestatem formanda puerili aetate. Eph. 6, 4 ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ. — Quum disciplina cernatur quum in institutione et informatione, tum in castigatione, transfertur ad has partes disciplinae, et est: — 2) *institutio*, der Unterricht; 2 Tim. 3, 16 ὠφέλιμος πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ad institutionem, quae pietati consentanea est. (Prov. 6, 23 λύχνος ἐντολὴ νόμου, καὶ ἔλεγχος καὶ παιδεία.) — Saepissime in V. T. de institutione Prov. 1, 7. 4, 1. 13. 8, 10. 4 Macc. 1, 17 ἡ τοῦ νόμου παιδεία, institutio in lege mosaica, quare etiam de sapientia ipsa (Sir. 24, 27. 32) dicitur. — 3) *castigatio*; ita in epist. ad Hebr. de malis, quibus Deus homines afficit, ut eos emendet; Hebr. 12, 5 παιδεία κυρίου (Prov. 3, 11.) ib. v. 7. 8. 11. (Prov. 15, 5. Ies. 26, 16. Sir. 18, 14. 21, 21. 22, 6.) *.

Παιδευτής, οῦ, ὁ, (a παιδεύω) i. q. ὁ παιδεύων, 1) *praeceptor, magister*; Rom. 2, 20. (Sir. 37, 19 ἀνὴρ πανοῦργος καὶ πολλῶν παιδευτής. 4 Macc. 5, 34 παιδευτὰ νόμε de lege mosaica.) — 2) *castigator*, Hebr. 12, 9. (Psalt. Sal. 8, 35 Deus perversos poenis emendaturus dicitur: σὺ παιδευτὴς ἡμῶν εἶ.) — LXX Hos. 5, 2 pro מוּסָר. *.

Παιδεύω, aor. 1. ἐπαίδευσα, partic. perf. pass. πεπαιδευμένος, aor. 1. pass. ἐπαιδεύθην, (a παῖς, παιδός) — LXX praecipue pro יִסֵּר. — 1) *pueros instituo; instituo, doceo*, Act. 22, 3. (Sir. 37, 23.) — si additur, quanam re, est: *imbuo*; Act. 7, 22 παιδεύεσθαι τῇ σοφίᾳ. (Ioseph. c. Apion. 1, 4 γράμμασιν ἐπαιδεύθησαν.) — *usu, experientia doceo*; Tit. 2, 12 παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα, quae (sua natura, suo beneficio) nos docet, i. e. e qua discendum nobis est. Passivum: *disco*, 1 Tim. 1, 20 ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν, ut discant, non blasphemandum esse. coll. Ps. 2, 10. Xenoph. hist. gr. 6, 3. 4. — apud recentiores scriptores 2) *castigo* (vid. παιδεία), et quidem a) verbis: *reprehendo, monendo corrigo*, 2 Tim. 2, 25. (Sir. 10, 25 ἀνὴρ ἐπιστήμων οὐ γογγύσει παιδευόμενος.) — b) malis, afflictionibus; de Deo, 1 Cor. 11, 32. Hebr. 12, 6. (Prov. 3, 12 ubi הוֹכִיחַ) v. 7. 10. Apoc. 3, 19. coll. Ps. 118, 18. Lev. 26, 18. 28. Sap. 3, 5. — c) flagellis: *flagellis caedo*, Luc. 23, 16. 22. 2 Cor. 6, 9. *.

Παιδιόθεν, (a παῖς) forma inferioris aevi (vid. *Lob*. ad Phryn. p. 93), adverb. i. q. profani, apud quos παιδιόθεν non legitur, dicunt ἐκ παιδός s. ἐκ παιδίου, *a pueris*; semel Marc. 9, 21. (Ies. 46, 3. מִנִּי־רָחַם, LXX ἐκ παιδίου.)

Παιδίον, ίου, τό, (deminut. a παῖς) — LXX pro נַעַר, יֶלֶד, טַף, בֵּן — *puerulus, puella*; i. e. homo utriusque sexus nondum adultus, secundum Hippocratem homo a primo usque ad septimum annum (vid. Philo de opif. mundi p. 24) diciturque a) *collective* α) de recens natis, *infantibus*, Matth. 19, 13. 14. 15. Luc. 18, 16. 17. coll. v. 15 ubi τὰ βρέφη dicuntur. Io. 16, 21. — β) de magis adultis, Matth. 11, 16. 14, 21. 15, 38. Marc. 7, 28. Luc 7, 32. Gen. 21, 15. — b) de *puero* recens nato, Matth. 2, 8—21. Luc. 1, 59. 66. 76. 80. 2, 17. 21. 27. 40. Hebr. 11, 23. — de adultiore, Matth. 18, 2—5. Marc. 9, 24. 36 sq. Luc. 9, 47 sq. Io. 4, 49. coll. v. 47. — de *puella* adultiore, Marc. 5, 39—41. (Sic נַעַר pro fem. נַעֲרָה Gen. 24, 14. 28. 55. 34, 3. 12. Deut. 22, 15 sqq. Ruth. 2, 22.) — Metaphorice: 1 Cor. 14, 20 μὴ παιδία γίνεσθε φρεσίν, i. e. *infirmi, imbecilles*; opponuntur enim τέλειοι φρεσί. — *filioli* in compellatione, ubi blandientis est: *carissimi*, Io. 21, 5. 1 Io. 2, 13. 18. — 2) ut Latinor. puer: *servulus, servus*; Luc. 11, 7. Ita נַעַר 2 Reg. 5, 20. 8, 4. coll. supra παιδάριον. — 3) *filius*, Hebr. 2, 13. (Ies. 8, 18.) v. 14. coll. Gen. 50, 23. Exod. 22, 24. 1 Sam. 1, 2. *.

Παιδίσκη, ης, ἡ, (deminutiv. ab ἡ παῖς) 1) puella, filiola; Ruth. 4, 12. — 2) *ancilla, serva*; sic in N. T. constanter. (Moer. Attic. παιδίσκην καὶ τὴν ἐλευθέραν καὶ τὴν δούλην, ἀττικῶς· τὴν δούλην μόνην ἑλληνικῶς.) et legitur a) universe, Luc. 12, 45. Act. 16, 16. — b) de serva cui portae custodia tradita erat, ἡ παιδίσκη ἡ θυρωρός, ut Io. 18, 17 appellatur, Matth. 26, 69. Marc. 14, 66. 69. 22, 56. Act. 12, 13. — c) de Hagar, serva Sarae, Gal. 4, 22. 23. 30. 31. (Gen. 16, 1. 21, 10 sqq.) — Etiam LXX fere semper de serva, pro אָמָה Deut. 12, 18. Exod. 21, 32. Neh. 7, 67. et שִׁפְחָה Gen. 30, 18. 25, 12. Susann. v. 55. *.

Παίζω, (de cuius verbi formis vid. ἐμπαίζω) (a παῖς) 1) puerorum modo ludo, Gen. 21, 9. Hom. Od. 7, 291. — iocor, Gen. 26, 8. (etiam active: ludibrio habeo, Ioseph. bell. 4, 3. 8 παίζειν τὸν νόμον.) — 2) *choreas ago*, i. e. salto ad sonos instrumentorum musicorum, vel cantum; utrumque enim coniunctum erat, vid. 2 Sam. 6, 5. 1 Chron. 13, 8. 15, 29. Hom. Od. 23, 147. Pind. Ol. 13, 123. — Ita semel 1 Cor. 10, 7. quae repetita sunt ex Exod. 32, 6 ubi

est צָחַק, coll. v. 19 ὁρᾷ τοὺς χοροὺς. — LXX in locis laudatis pro צָחַק et שָׂחַק.

Παῖς, παιδός, ὁ, ἡ, — LXX pro נַעַר, עֶבֶד, — 1) *puer, puella*, secundum Hippocratem homo ab anno aetatis 7 usque ad 14tum, vid. Philo de opif. mundi p. 24. — ὁ παῖς, Matth. 2, 16. 17, 18. 21, 15. Luc. 2, 43 Ἰησοῦς ὁ παῖς. c. 9, 42. Act. 20, 12. — ἡ παῖς, Luc. 8, 51. 54. (Gen. 34, 12. Deut. 22, 15 pro נַעֲרָה.) — 2) *filius, filia iuvenis;* Io. 4, 51. (LXX pro בֵּן Prov. 4, 1. 20, 7. item pro נַעַר Prov. 29, 15. Ioseph. ant. 9, 7. 5 καὶ ἄῤῥενες αὐτῷ καὶ θήλειαι παῖδες ἐγένοντο. ib. 15, 4. 3. de bello 4, 11. 4.) — 3) *servus*, proprie quidem servus iuvenis, deinde servus quilibet, Luc. 7, 7. 12, 45. 15, 26. Matth. 8, 6. 8. 13. (Gen. 12, 16. 22, 3. 5. 24, 2.) — Ut hebr. עֶבֶד transfertur — 4) ad *ministros, famulos* a) *regum* et indicat eos, qui vel in regno sunt primi, vel regis domum curant, i. q. θεράποντες; Matth. 14, 2. (ita 1 Macc. 1, 6 Alexander moribundus dicitur convocasse τοὺς παῖδας τοὺς ἐνδόξους, τοὺς συντρόφους αὐτοῦ. Gen. 41, 38. Ier. 36, 24. et עֶבֶד 1 Sam. 18, 22. 26. 2 Sam. 3, 38. 13, 24. Dan. 2, 7. Esth. 2, 19 ubi LXX φίλους. Etiam Diod. Sic. 17, 36 ministri regis Persarum dicuntur παῖδες.) — b) *Dei*, et quidem α) ii, qui Deum cultu prosequuntur (Ps. 113, 1): *pii cultores*, quo sensu populus israeliticus, quippe qui solus verum Deum nosceret et coleret, dicitur παῖς κυρίου, Luc. 1, 54. (Ies. 41, 8. 42, 1. 44, 1. 2. Neh. 1, 10. Sap. 2, 13. Psalt. Salom. 12, 7. etiam παιδίσκη Sap. 9, 5.) et Davides, quippe qui cultum Dei bene ordinaverit et multa in laudem Dei cecinerit, Luc. 1, 69. Act. 4, 25. (coll. Ps. 18, 1. 36, 1.) — β) ii, quorum insigni ministerio Deus utitur, ut mandata sua ad homines perferant, *ministri;* ita in N. T. Iesus παῖς τοῦ θεοῦ (i. e. Messias; nam respicitur ad Ies. c. 52. 53.) dicitur, Matth. 12, 18. Act. 3, 13. 26. 4, 27. 30. (et in V. T. Moses, Neh. 1, 7. 8. et reliqui prophetae, 3 Esdr. 8, 82. Bar. 2, 20. 28. עֶבֶד Deut. 34, 5. Ier. 7, 25. 23, 9. 44, 4. — 4 Esdr. 2, 1 mandata dedisti per *pueros* meos, prophetas. ib. v. 18.) *.

Παίω, aor. ἔπαισα, — LXX pro הִכָּה 1) *percutio*, — pugnis, vel baculo, Matth. 26, 68. Luc. 22, 64. (Num. 22, 28. 2 Sam. 14, 6. et hebr. הִכָּה Exod. 17, 6. 7, 20.) — 2) *vulnero*, — gladio ferio et vulnero, Marc. 14, 47. Io. 18, 10. (2 Sam. 20, 10. Ioseph. ant. 4, 6. 12. et tropice de Deo: malis vulnero, Ier. 14, 19. Iob. 5, 18. — morbo lethali afficio, 2 Sam. 6, 7. Iob. 2, 7. — etiam occido, Exod. 12, 13. Ios. 20, 9.) — aculeo vulnero, pungo, Apoc. 9, 5. (sic hebr. הִכָּה infigo, 1 Sam. 2, 14. 19, 10.) *.

Πακατιανή, *Pacatiana;* 1 Tim. 6, 22 in subscriptione spuria. Divisio Phrygiae in salutarem et Pacatianam s. Capatianam, cuius metropolis fuit Laodicea, Phrygiae pacatianae dicta, ut distingueretur a Laodicea Lyco amni adiacente, vix ante Constantini M. tempora innotuit. Vid. *Cellarii* notitiae orbis antiqui, Tom. II, p. 172.

Πάλαι, adv. temporis, 1) *olim*, Matth. 11, 21. Luc. 10, 13. Hebr. 1, 1. (Hom. Iliad. 4, 310. 5, 898.) — 2) *dudum, pridem, schon lange*, Marc. 15, 44 εἰ πάλαι ἀπέθανε, num pridem (i. e. opinione citius) exspirasset. (Ioseph. ant. 11, 3. 1 πάλαι ἦν αὐτῷ φιλία πρὸς τὸν βασιλέα.) — 3) *antea, vorher*, diciturque quum de longiori tempore, ıud. v. 4. (Ioseph. vit. §. 65.) tum de breviori, 2 Petr. 1, 9 τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτημάτων, antea i. e. antequam Christianus esset, ab eo commissorum. (Ioseph. ant. 14, 15. 4 τρέπει μὲν εἰς φυγὰς τοὺς πάλαι [paulo antea] νικῶντας. Sap. 11, 14.) *.

Παλαιός, ά, όν, (a πάλαι) 1) qui prioris est temporis, qui dudum fuit, *vetus, prior, pristinus;* οἶνος, Luc. 5, 39. — διαθήκη, 2 Cor. 3, 14. — ζυμή, 1 Cor. 5, 7. 8. — παλαιὸς ἄνθρωπος pristini mores, prior pravitas, Rom. 6, 6. Eph. 4, 22. Col. 3, 9. vid. Ἄνθρωπος. — ἐντολή, prius iam prolatum praeceptum, 1 Io. 2, 7. — Sap. 12, 3. 2 Macc. 6, 21. — 2) *vetustus, usu tritus*, Matth. 13, 52 ἱμάτια, ἀσκοί, Matth. 9, 16. 17. Marc. 2, 21 sq. Luc. 5, 36 sq. — Ios. 9, 4. 5 pro בָּלֶה. Ier. 38, 11. *.

Παλαιότης, τητος, ἡ, (a παλαιός) *vetustas*. Semel in N. T. de Christianorum e Iudaeis priori sentiendi statuendique ratione iudaica, qua legum scriptarum literam secuti fuerant; Rom. 7, 6 (ἐν) παλαιότητι γράμματος, pro ἐν γράμματι τῷ παλαιῷ, obsequio priori literae legis praestito. Vid. Γράμμα.

Παλαιόω, ῶ, perf. act. πεπαλαίωκα, fut. 1. pass. παλαιωθήσομαι, (a παλαιός) — LXX pro בָּלָה — 1) vetustum reddo, passiv. παλαιοῦμαι, *veterasco*, vetustate debilis fio vel consumor; Luc. 12, 33 βαλάντια μὴ παλαιούμ. (Deut. 29, 5. Ios. 9, 13. Neh. 9, 21.) Hebr. 1, 11 ὡς ἱμάτιον παλαιωθ. (Ps. 102, 27. Ies. 50, 9. 51, 6.) — τὸ παλαιούμενον, vetustate tritum, Hebr. 8, 13. coll. Thren. 3, 4. Sir. 9, 10. — 2) ut Latinor. antiquo: *abrogo, abolendum declaro*, Hebr. 8, 13 πεπαλαίωκε τὴν πρώτην. *.

Πάλη, ης, ἡ, (a πάλλω, vibro, quatio) *lucta* i. e. illud certaminum genus, ubi luctator adversarium prehendit, supplantando prosternit, prostratumque, manu collo eius imposita, immobilem tenet. (Xenoph. cyrop. 1, 6. 32. anabas. 4, 8. 27.) Transfert apostolus, ut alia vocabula e palaestra repetita, ad luctam Christianorum cum insidiis adversariorum rei divinae, potissimum diaboli, Eph. 6, 12. *.

Παλιγγενεσία, ας, ἡ, (ex πάλιν et γένεσις) proprie: iterata generatio, qua incipit nova vita; et ita dicebatur Pythagoricis de anima, quae, per metempsychosin in novum corpus delata, in illo novam vitam incipiat; tropice: de animo prorsus emendato et novos mores induente, Tit. 3, 5 ubi baptismus dicitur λουτρὸν παλιγγενεσίας, *regenerationis spiritus*. Vid. etiam Io. 3, 3—5 et Γεννάω, Ἄνωθεν, Ἀνακαινόω. — 2) *instauratio, restitutio* in integrum, in statum priorem de quo aliquis deiectus fuerat; παλιγγ. τῆς πατρίδος Ioseph. ant. 11, 3. 9. de patria post exilium babylonicum recuperata et instaurata, quam antea dixerat §. 8 τῶν Ἰουδαίων ἀποκατάστασιν. Philo de vita Mos. lib. 2 fin. p. 663 de telluris post diluvium instauratione; Cicero ad Attic. 4, 6 de restitutione dignitatis et felicitatis prioris; πάλιν γίνεσθαι LXX Iob. 14, 14 de vitae revirescentis et fortunae instauratione, pro hebr. חֲלִיפָה. Eodem sensu semel in N. T. Matth. 19, 28 ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, in restitutione s. instauratione. De cuiusnam autem rei instauratione sermo sit, dissentitur. Alii intelligunt instaurationem vitae hominum per resurrectionem, revocationem ad vitam, ut παλιγγ. dicitur Philoni de legat. ad Cai. p. 1037. Constitut. apost. lib. 7, c. 34. (coll. Marc. 10, 30 ubi leguntur: ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ, et Luc. 22, 30 ἐν τῇ βασιλείᾳ μου.) Alii „tempus Messiae, quo mutabitur totum opus creationis in melius, et redibit in statum suum perfectum ac purum, qualis fuerat tempore primi hominis, antequam peccasset," ut descripsit Rab. *Bechai* (in Schilchan Orba, fol. 9, c. 4) opinionem Iudaeorum satis notam de restitutione *mundi* et rerum naturae ad pristinam integritatem et perfectionem. Vid. *Bertholdt* Christologia sacr. p. 215 et supra Ἀποκατάστασις. Hanc emendationem omnium rerum Iustin. Mart. quaest. graecar. p. 204 ἀνάκτισιν appellat. De revolutionibus mundi; Philo quod mundus sit corruptib. p. 940 ὁ κόσμος μετὰ τῆς ἐκπυρώσεως παλιγγενεσίαις καὶ περιόδοις ἀθανατιζόμενος. Antonin. 11, 1 τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων. *.

Πάλιν, adv. 1) *retro*, et indicat reversionem ad id quod antea fuerat, fecerat aliquis; ubi Latini uti solent verbis cum *re* compositis; Io. 14, 3 πάλιν ἔρχομαι, redibo. Marc. 2, 1 πάλιν εἰσῆλθεν, rediit. Io. 10, 17. 18 πάλιν λάβω, recipiam. 16, 22 πάλιν ὄψομαι, revidebo. 2 Cor. 11, 16 πάλιν λέγω, repeto. vid. etiam Io. 13, 12. 16, 28. 18, 33. 19, 9. Act. 10, 16. 11, 10. 18, 21. 2 Cor. 1, 16. Phil. 4, 4. — 2 Cor. 13, 2 ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, si iterum venero, si rediero Phil. 1, 26 παρουσία πάλιν πρὸς ὑμᾶς, reditus ad vos. (Sic saepissime apud Homerum). — 2) indicat iterationem facti, ubi est a) *denuo, iterum*, Io. 13, 12 ἀναπεσὼν πάλιν. Io. 4, 13 διψήσει πάλιν. c. 12, 28. Rom. 8, 15. Gal. 2, 18. 5, 1. 3. 1 Cor. 7, 5. 2 Cor. 10, 7. Hebr. 5, 12. 2 Petr. 2, 20. Apoc. 10, 11 et passim. — iterum i. e. *altera, tertia vice*, diciturque in repetitione eius, quod statim fecerat vel dixerat aliquis, Matth. 4, 7. 8. 20, 5. 21, 36. 22, 1. (coll. 21, 45.) 22, 4. Marc. 8, 25. 10, 24. 14, 39 sq. 69. (coll. v. 67.) Luc. 13, 20. 23, 20. Io. 8, 8. 10, 19. 31. 39. Act. 27, 28 et saepius; unde etiam interdum pleonastice πάλιν ἐκ δευτέρου, Matth. 26, 42. Act. 10, 15. Narrat. Ioseph. ap. *Birch*. p. 186. — πάλιν δεύτερον, Io. 4, 54. 21, 16. πάλιν ἐκ τρίτου Matth. 26, 44. — in repetitione eius, quod solitus fuerat aliquis facere, Marc. 2, 13. 3, 1. 4, 1. 5, 21. 7, 31. Io. 4, 3. (coll. 2, 12.) 46. 6, 15. 8, 2. 9, 15 et passim. — b) iterum i. e. *alio tempore*, Io. 1, 35. 8, 12. 21. Act. 17, 32. Hebr. 1, 6. — *postea*, Iac. 5, 18. — c) iterum i. e. *porro, praeterea*, ubi sententiae nectuntur a scriptore,

Matth. 5, 33. 13, 44 sq. 18, 19. 19, 24. Io. 9, 17. 10, 7. 12, 22. 39. Rom. 15, 10—12. 1 Cor. 12, 21. Hebr. 1, 5. 1 Io. 2, 8 et saepius.

Παμπληθεί, (a παμπληθής [quod e πᾶς et πλῆθος] numerosus, 2 Macc. 10, 24. Ioseph. de bello 3, 4. 2. Xenoph. anab. 3, 2. 11.) adverb. *ab s. cum universa multitudine, ad unum omnes;* Luc. 23, 18 ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεί. *.

Πάμπολυς, παμπόλλη, πάμπολυ, (ex πᾶς et πολύς) *permultus;* Marc. 8, 1 παμπόλλου ὄχλου permagna hominum turba. (Symmach. Iob. 36, 31 pro מַכְבִּיר. Xenoph. cyrop. 1, 1. 3. Ioseph. c. Apion. 1, 34 παμπόλλων ἀνθρώπων. Idem ant. 7, 5. 3.) *.

Παμφυλία, ας, ἡ, *Pamphylia* (hodie *Menteseli*) provincia Asiae minoris, quae ab ortu habet Ciliciam, ab occasu Ciliciam et Phrygiam minorem, a septentrione Galatiam et Cappadociam, a meridie mare mediterraneum (ibi mare Pamphylicum dictum). Act. 2, 10. 13, 13. 14, 24. 15, 38. 27, 5. *.

Πανδοχεῖον, ου, τό, attice πανδοκεῖον, vid. Phrynich. p. 307. (a πανδοκεύς s. πανδόκος, qui omnia excipit, deversorii dominus, compositum ex πᾶς et δέχομαι) *deversorium, hospitium publicum*, ubi quicunque peregrini devertere solebant; Luc. 10, 34. (Polyb. 2, 15. 5. Epict. enchir. c. 11. Act. Thom. §. 48. 50 et ibidem §. 16 ξενοδοχεῖον.) *.

Πανδοχεύς, έως, ὁ, (vid. πανδοχεῖον) *dominus hospitii publici, hospes publicus;* Luc. 10, 35. (Polyb. 2, 15. 6. Plutarch. Tom. 6. p. 495 edit. *Reisk*. Attici ut pro πανδοχεῖον dicunt πανδοκεῖον, ita pro πανδοχεύς — πανδοκεύς. Vid. Phrynich. p. 307.) *.

Πανήγυρις, εως, ἡ, (ex πᾶς et ἀγείρω, colligo) *solemnis ac festivus populi conventus, coetus festivus, eine Festversammlung*, qui ludis, sacrificiis, cantibus, etiam nundinis (Sap. 15. 12) celebrabatur. (Pind. Ol. 9, 145. Philo de allegor. III, p. 1107. Ioseph. ant. 2, 4. 3. Act. Thom. §. 4. Apud Iosephum etiam de celebratione festi, ant. 5, 12. 1. et ib. 5, 8. 5.) In N. T. semel Hebr. 12, 23 ubi πανηγύρει ἀγγέλων (haec enim sunt coniungenda) est coetus angelorum Deum hymnis laudantium. vid. Apoc. 5, 11 sq. Dan. 7, 10. Ps. 103, 20. 148, 2. (Test. XII patr. p. 548 θρόνοι καὶ ἐξουσίαι, i. e. angeli, qui ἀεὶ ὕμνους τῷ θεῷ προσφέρουσι). — LXX pro מוֹעֵד Ezech. 46, 11. Hos. 2, 11. 9, 5. et pro עֲצָרֶת Amos. 5, 21. **.

Πανοικί, (ex πᾶς et οἶκος) adv. *cum tota familia, tota domo;* semel Act. 16, 34. — Repudiarunt hanc formam grammatici, docueruntque, meliores scriptores πανοικεσίᾳ scripsisse, (Thom. Mag. πανοικὶ οὐδεὶς τῶν δοκίμων, πανοικεσίᾳ δὲ, καὶ πανοικησίᾳ); legitur πανοικί eodem sensu apud scriptores recentiores, Ioseph. ant. 4, 4. 4. ib. 4, 8. 42. et 5, 1. 2. Philo (πανοικεί) de Ios. p. 562. et lib. I. de vita Mosis p. 603. 3 Macc. 3, 27. Diod. Sic. 14, 115. LXX Exod. 1, 1 pro בַּיִת — (Similiter formatum est πανεθνί cum universo populo, Sap. 19, 8. — πανδημεί, Ioseph. ant. 6, 14. 8. De controversia, utrum haec adverbia desinant in ι, an in ει, vid. *Win.* Gr. §. 5. p. 45.)

Πανοπλία, ας, ἡ, (a πάνοπλος. totus armatus, quod ex πᾶς et ὅπλον) omnis armatura militaris; *arma;* Luc. 11, 22. — metaphor. Eph. 6, 11. 13 πανοπλίαν θεοῦ, arma spiritus, a Deo suppeditata in doctrina et disciplina christiana, i. e. subsidia, quibus Christiani sese defendere possunt adversus diaboli insidias. — 2 Sam. 2, 21. Sap. 5, 18. Sir. 46, 6. 2 Macc. 3, 25. Ioseph. ant. 20, 5. 3. — etiam τὰς πανοπλίας Iudith. 14, 3. 2 Macc. 10, 30. 4 Macc. 3, 12. Ioseph. ant. 4, 5. 2. 13, 5. 3. *.

Πανουργία, ας, ἡ, (a πανοῦργος) — LXX pro עָרְמָה — *calliditas;* proprie in malam partem: *astutia, versutia,* Luc. 20, 23. 1 Cor. 3, 19. 2 Cor. 4, 2. 11, 3. Eph. 4, 14. (Sir. 19, 25. 21, 13. Ios. 9, 4.) — (Apud recentiores etiam in bonam partem: prudentia, dexteritas, quae omnia scite adgreditur, Prov. 1, 4. 8, 5. Sir. 31, 10. Moeris Attic. κομψεία, ἀττικῶς· πανουργία, ἑλληνικῶς.) *.

Πανοῦργος, ον, (ex πᾶν et stirpe ἔργω) propr. homo gnavus, qui omnia scit perficere, *callidus,* LXX pro עָרוּם — primum in malam partem, Iob. 5, 12. Prov. 12, 16. — Ioseph. de bell. 1, 11. 3 τὸ πανοῦργον, calliditas. — Recentiores etiam in bonam partem: *prudens, peritus, callidus;* semel in N. T. 2 Cor. 12, 16. saepius in versione alexandr. Prov. 14, 8. 18. 13, 17. Prov. 13, 1 pro חָכָם. ib. 28, 2 pro יוֹדֵעַ, מֵבִין. Sir. 6, 32. 37, 12. ib. 21, 20 ubi opponitur τῷ μωρῷ, et idem est q. v. 22 πολύπειρος. *.

Πανταχόθεν, adv. *undique, ex omni parte;* Marc. 1, 45 ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν. (4 Macc. 13, 1. 15, 32. Ioseph. ant. 4, 6. 7. Thucyd. 1, 17. Herodian. 8, 4. 14.) *.

Πανταχῇ, adv. *ubique*, i. q. πανταχοῦ, pro quo legitur in bonis libris; Act. 21, 28. (Sap. 2, 9. 2 Macc. 8, 7.)

Πανταχοῦ, adv. *ubique, ubique locorum;* Marc. 16, 20. Luc. 9, 6. Act. 17, 30. 21, 28. 24, 3. 28, 22. 1 Cor. 4, 17. (Ies. 42, 22. Ioseph. de bell. 1, 8. 4 πανταχοῦ γενναῖος φανείς. ib. ant. 5, 7. 4.) *.

Παντελής, ές, (ex πᾶς et τελέω s. τέλος) *ad finem perductus, perfectus;* (Ioseph. ant. 10, 9. 3 παντελὴς ἀπώλεια.) — εἰς τὸ παντελές, i. q. παντελῶς, plane, ut nihil desit, *perfecte, omnino;* bis: Luc. 13, 11. Hebr. 7, 25. Ioseph. ant. 6, 2. 3. ib. 3, 12. 1. — (παντελῶς, eodem sensu Ioseph. ant. 4, 6. 5. 2 Macc. 3, 12. 7, 40.) *.

Πάντῃ, (propr. dativ. a πᾶς) adv. ubique — *omnino, in omnibus,* Act. 24, 3 πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ i. e. in omnibus, quovis modo. — Sir. 50, 22. Xenoph. cyrop. 1, 1. 1. *.

Πάντοθεν, adv. *undique;* Luc. 19, 43. [Io. 18, 20.] Hebr. 9, 4 et Marc. 1, 45. c. 6, 6 in codd. pro πανταχόθεν. — Ier. 20, 9. 2 Sam. 24, 14. Sir. 51, 7. Hom. Iliad. 23, 689. 13, 28. Ioseph. de bell. 4, 10. 1. 7, 6. 1. *.

Παντοκράτωρ, ορος, ὁ, (ex πᾶς et κρατέω) propr. κρατῶν τῶν πάντων, qui summum tenet imperium, *summus dominus, omnipotens;* de Deo 2 Cor. 6, 18. Apoc. 1, 8. 4, 8. 11, 17. 15, 3. 16, 7. 14. 19, 6. 15. 21, 22. — LXX κύριος παντοκράτωρ pro אֱלֹהֵי sive יְהוָה צְבָאוֹת 2 Sam. 5, 10. 1 Chron. 11, 9. Ier. 5, 14. Amos. 3, 13. Zach. 1, 3 sq. Mal. 1, 4 sq. — ὁ παντοκράτωρ pro שַׁדַּי in Iob. libro e. g. c. 5, 17. 11, 7. 22, 17. 25. Sap. 7, 25. Sir. 42, 17. 2 Macc. 1, 25. *.

Πάντοτε, (pro quo meliores scriptores dixisse ἑκάστοτε, sive διαπαντός, monent Phrynich. et Phavor.) adv. 1) *semper*, i. e. a) ubicunque locorum et quovis tempore, Matth. 26, 11. Marc. 14, 7. Luc. 15, 31. Io. 12, 8. 2 Cor. 2, 14. 4, 10. — b) quovis tempore: de actionibus, Io. 7, 6. 8, 29. 11, 42. 1 Cor. 15, 58. 2 Cor. 5, 6. Gal. 4, 18. Phil. 1, 20 ὡς πάντοτε καὶ νῦν. et passim. — c) *saepe, saepenumero;* iteratis saepe vicibus; sensus: *instanter;* Luc. 18, 1 πάντοτε προσεύχεσθαι. Io. 18, 20. Rom. 1, 10. 1 Cor. 1, 4. Eph. 5, 20. Phil. 1, 4 et passim. — d) *continuo,* 1 Thess. 4, 17. 2 Tim. 3, 7. Hebr. 7, 25. — 2) i. q. παντελῶς sive πάντως, *omnino, prorsus,* 1 Thess. 2, 16 ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε. Eodem modo intelligendum videtur 2 Cor. 9, 8 ἐν παντὶ πάντοτε, in omnibus omnino. — Legitur etiam Sap. 19, 18. Test. XII patr. p. 624 πάντοτε ἔχαιρεν. ib. p. 671 ὁρῶ γὰρ πάντοτε. Loca e profanis recentioribus, in quibus rarius legitur, collegerunt *Kypk.* obss. I, p. 303. et *Sturz.* de dial. Maced. p. 188.

Πάντως, adv. 1) *omnino*, überhaupt, 1 Cor. 5, 10 οὐ πάντως, omnino non. ib. 16, 12 πάντως οὐκ ἦν θέλημα. (Hom. Iliad. 8, 450.) — *omni modo, prorsus,* Rom. 3, 9 οὐ πάντως, pro οὐκ ἐν πᾶσι, non per omnia. (Alii: minime.) — 2) *utique, certissime, profecto,* Luc. 4, 23 πάντως ἐρεῖτέ μοι, haud dubie, utique obiicietis. Act. 18, 21. 21, 22. 28, 4. 1 Cor. 9, 10. 22. (Hom. Od. 19, 91. Pind. Py. 4, 133. — Tob. 14, 8. 2 Macc. 3, 13. 3 Macc. 1, 15. Test. XII patr. p. 712. Ioseph. vit. §. 11. *.

Παρά, praepositio, cui universe inest notio *vicinitatis,* (das Verhältniss der unmittelbaren Nähe), indicatque, aliquid esse iuxta, prope aliquem, in eius vicinia. — LXX maxime usurpant pro hebr. עַל יַד, מִיַּד, בְּיַד, אֵצֶל, לִפְנֵי, בְּעֵינֵי.

I) cum *genitivo* indicat, 1) motum a latere alicuius, aliquid venire, prodire ab aliquo, qui illud habet, mittit, dat, profert, (das *Ausgehen* aus der unmittelbaren Nähe jemandes) et vertitur *a, ab,* i. e. *von Seiten eines;* παρά τινος ἔρχεσθαι, Luc. 8, 49. ἐξέρχεσθαι, Io. 16, 27. 28. 17, 8. ἐκπορεύ. Io. 15, 26 (mitti ab aliquo). — apud Ioannem etiam

εἶναι παρά τινος, ab aliquo mitti, c. 6, 46. 7, 29. 9, 16. 33. (Iob. 21, 2. 9.) — λαμβάνειν, Io. 5, 34. 41. 44. 10, 18. Act. 2, 33. 3, 5. Iac. 1, 7. παραλαμβ. Gal. 1, 12. 1 Thess. 2, 13. κομίζεσθαι, Eph. 6, 8. (Gen. 49, 32.) δέχεσθαι, Act. 22, 5. 26, 10. 22. — 2 Tim. 1, 18 εὑρίσκειν ἔλεος παρά τινος, er wird Erbarmen erlangen von Seiten des Herrn. — ἀκούειν, Io. 1, 41. 6, 45. 7, 51. Act. 28, 22. 2 Tim. 1, 13. πυνθάνεσθαι, Matth. 2, 4. 7. 16. Io. 4, 52. αἰτεῖν, Matth. 20, 20. Io. 4, 9. Act. 3, 2. ζητεῖν, Marc. 8, 11. Luc. 11, 16. 12, 48. vid. etiam 2 Tim. 3, 14. Act. 7, 16. 24, 8. παρ' οὗ, e quo (reo). Apoc. 3, 18. Act. 9, 14. 26, 12. Luc. 6, 34. Io. 1, 6. 2 Thess. 3, 8 ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος, et alia loca multa. — *ab*, de auctore, παρὰ κυρίου ἐγένετο, Matth. 21, 42. Marc. 12, 11. Matth. 18, 19. — Io. 1, 14 ὁ μονογενὴς παρὰ πατρός. Rom. 11, 27 ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη. vid. etiam Luc. 1, 45. 2, 1. Act. 22, 30. Io. 17, 7 πάντα παρὰ σοῦ ἐστιν, a te accepi. — τὰ παρά τινος, *quae aliquis donat, suppeditat, dona;* Luc. 10, 7 ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν. Phil. 4, 18 τὸ παρ' ὑμῶν, dona a vobis missa. (Sic παρά de auctore Iob. 13, 11. 19, 26. 20, 29. 25, 2. 27, 13. 34, 9. Ioseph. ant. 4, 8. 25 ἀμοιβὴ ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ γενησομένη. ib. 7, 4. 3.) — 2) apud nostros scriptores παρά cum genitivo ita quoque dicitur, ut non motum a latere alicuius indicet, sed pendere ex alicuius arbitrio, das abhängig sein von einem, et οἱ παρά τινος, non solum sunt *missi* ab aliquo, sed etiam qui mitti solent, ministri ab aliquo pendentes, *qui alicuius sunt, sui, die Seinen;* sic de militibus ducum 1 Macc. 7, 32. 41. 9, 44. 58. 13, 52. 16, 16. — Cohel. 8, 8 οὐ διασώσει ἀσέβεια τὸν παρ' αὐτῆς, eum qui ab eo pendet, ab eius parte, ei addictus est. 3 Esdr. 1, 15 ὁ παρὰ τοῦ βασιλέως, regis intimus, familiaris; in textu hebr. 2 Chron. 35, 15 est חוזה. Susann. v. 33 ἔκλαιον δὲ οἱ παρ' αὐτῆς, *sui*, familiares eius, i. e. parentes, liberi et cognati, ut e versu 30 intelligitur. Hinc Marc. 3, 21 οἱ παρ' αὐτοῦ sunt *sui*, die Seinen, familiares, i. e. fratres Iesu (vid. v. 31) qui Iesu manum volebant iniicere, opinati eum mentis inopem esse. Marc. 5, 26 τὰ παρ' αὐτῆς πάντα, *sua omnia*, i. e. suas opes, (ὅλον τὸν βίον, Luc. 8, 43.)

II) cum *dativo* indicat, aliquid esse in alicuius vicinitate, praesentia, societate, *apud, coram, inter; bei, neben, vor, unter;* — a) propr. *apud* Matth. 28, 15. (Gen. 31, 32.) — iuxta, i. e. *in vicinia*, Luc. 9, 47 ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ. Io. 19, 25 παρὰ τῷ σταυρῷ. (Iob. 10, 12. Ioseph. ant. 1, 11. 2 παρὰ τῇ θύρᾳ ἐκαθέζετο.) — *in societate, civitate, domo*, ξενίζεσθαι παρά τινι, Act. 10, 6. 21, 16. — εἶναι παρά τινι, in alicuius civitate, Matth. 22, 25. Apoc. 2, 6. 21, 6. — μένειν, Io. 1, 40. 4, 40. 14, 17. 25. Act. 18, 3. 20. 21, 7. 8. — καταλύειν, Luc. 19, 7. — ἀριστᾶν, Luc. 11, 37. — μονὴν ποιεῖν π. τ. Io. 14, 23. — Col. 4, 16 παρ' ὑμῖν, in coetu vestro. Io. 8, 38 ὃ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί, quae vidi, quum apud patrem versarer. ib. 17, 5 δόξασόν με παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον — παρὰ σοί. coll. Gen. 29, 25. 27. — 1 Cor. 16, 2 παρ' ἑαυτῷ, *domi;* (Philo de Cherub. p. 116 ταμιευσάμενοι δὲ παρ' ἑαυτοῖς φυλάττετε θησαυρόν. Id. de legat. ad Cai. p. 1090. coll. Iob. 34, 14.) — b) tropice; *apud*, i. e. α) *in;* de eo, quod proprium est alicui; Rom. 9, 14 μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; num iniuria in Deo est? iniustus est? Iac. 1, 17 παρ' ᾧ (Deo) οὐκ ἔνι παραλλαγή, in quo etc. Rom. 2, 11. οὐκ ἔστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ, Eph. 6, 9. (Iob. 12, 13 παρ' αὐτῷ σοφία καὶ δύναμις.) — β) in animo, Matth. 21, 25 διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς. — φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς, sensus: qui sibi ipsi videntur prudentes, Rom. 11, 25. 12, 16. — γ) in virtute, facultate alicuius, παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, Matth. 19, 26. Marc. 10, 27. Luc. 1, 37. 18, 27. — 2 Petr. 3, 8 μία ἡμέρα παρὰ κυρίῳ. 2 Cor. 1, 17 παρ' ἐμοί, in me, quae loquor vel ago. — δ) apud, i. e. iudicio alicuius, aliquo iudice; Matth. 6, 1 μισθὸν ἔχειν παρὰ τῷ θεῷ. — Luc. 1, 30 χάρις παρὰ τῷ θεῷ. — Luc. 2, 52. 1 Petr. 2, 20. 2 Petr. 2, 11. (Iob. 9, 2.) — Act. 26, 8 ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν. Rom. 2, 13 δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ. vid. etiam 1 Cor. 3, 19. 7, 24 παρὰ θεῷ, ex voluntate Dei. — Gal. 3, 11. 2 Thess. 1, 6. Iac. 1, 27. 1 Petr. 2, 4. Ioseph. ant. 7, 4. 2 εὐδαίμων γέγονε παρὰ πᾶσι τοῖς ὅροισι.

III) cum *accusativo* eandem vicinitatis retinet notionem, et significat 1) *ad, iuxta, prope; bei, zu, neben, an;* a) propr. de loco ubi; κάθημαι παρά τινα, Matth. 13, 1. 20, 30. Luc. 8, 35. 10, 39. Act. 22, 3. (Gen. 19, 1.) — Marc. 4, 1 διδάσκων παρὰ τὴν θάλασσαν. 5, 21. Luc. 7, 38 στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας. c. 5, 1. 2. Act. 10, 6. 32. — de loco ad quem, cum verbis motum indicantibus; παρὰ τοὺς πόδας τινος πίπτειν, τιθέναι τι, etc. Matth. 15, 30. Luc. 8, 41. 17, 16. Act. 4, 35. 37. 5, 2. 10. 7, 58. (Ioseph. ant. 6, 1. 1.) — ἔρχεσθαι παρά τι, Matth. 15, 29. Marc. 2, 13. Act. 16, 13. — b) metaphorice de causa et ratione; (proprie: quum prope sit, adsit aliquid, in der Nähe einer Sache, i. e. um ihrentwillen) *propter;* 1 Cor. 12, 15. 16 παρὰ τοῦτο, propterea, videlicet quod ita loquitur. (Deut. 23, 4 παρὰ τὸ μὴ συναντῆσαι αὐτοὺς ὑμῖν μετὰ ἄρτων, hebr. עַל־דְּבַר. Gen. 29, 20 ἦσαν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς ἡμέραι ὀλίγαι παρὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν αὐτήν, hebr. בּ. Iob. 4, 11. 20. 24, 8. Ioseph. de bell. 3, 3. 5 παρ' ὅ, qua de causa. Polyb. 1, 32. 4.) — 2) *secundum; praeter; längs hin; darüber hinaus;* a) propr. *secundum, iuxta, längs hin*, Matth. 4, 18. 13, 4. 19. Marc. 1, 16. 4, 4. 15. Luc. 8, 5. 12. Hebr. 11, 12. (1 Reg. 4, 29.) — b) metaph. *praeter*, i. e. α) darüber hinaus, *ultra*, Rom. 12, 3 ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν. — Rom. 4, 18 παρ' ἐλπίδα, praeter opinionem, über Verhoffen. (Ioseph. de vit. §. 29. Idem ant. 1, 18. 6 παρὰ τὴν γνώμην. ib. 14, 14. 3 παρὰ δύναμιν, ultra vires.) — c) ultra metam praescriptam, de transgrediente id, quod licitum est; *praeter, contra*, Act. 18, 13 παρὰ τὸν νόμον. Rom. 1, 26 παρὰ φύσιν. 11, 24. Rom. 16, 17. Gal. 1, 8. 9. Hebr. 11, 11. — Rom. 1, 25 λατρεύοντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, contra conditorem, neglecto creatore. — (Ioseph. ant. 6, 13. 2 παρὰ δίκην. ib. 4, 8. 21 ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιήσας. Ibid. 8, 13. 8.) — d) de aestumatione: *supra, über*, Luc. 13, 2 ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας, Sünder über alle andere, i. e. maiores peccatores quam caeteri omnes. v. 4. Rom. 14, 5 κρίνειν ἡμέραν παρὰ ἡμέραν, einen Tag über den andern schätzen, diem diei praeferre. Hebr. 1, 9 ἔχρισέ σε παρὰ τοὺς μετόχους. (Ps. 89, 27. Sir. 15, 5 ὑψώσει αὐτὸν παρὰ τοὺς πλησίον αὐτοῦ. coll. Ier. 43, 28.) — e) in comparatione: α) ubi auget: supra s. plus *quam*, darüber hinaus; Luc. 3, 13 πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον. Hebr. 1, 4 διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς ὄνομα. c. 3, 3 πλείονος δόξης παρὰ Μωϋσῆν. Hebr. 9, 23. 11, 4. 12, 24. (3 Esdr. 4, 35 ἰσχυρότερα παρὰ πάντα.) — β) ubi minuit: darunter hinweg; *infra, minus;* 2 Cor. 11, 24 τεσσαράκοντα παρὰ μίαν. (Ioseph. ant. 4, 8. 1 τεσσαράκοντα ἐτῶν παρὰ τριάκονθ' ἡμέρας.) Hebr. 2, 7. 9 βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. (Ps. 8, 6. coll. Ier. 9, 10. 33, 10. 12.) — γ) ubi ad aliud refertur; ἄλλον παρά, *alium ac*, 1 Cor. 3, 11. — In compositis haec praepositio easdem habet significationes, quas hic diximus, saepissime vero de eo dicitur, quod modum excedit, metam transgreditur.

Παραβαίνω, aor. 2. παρέβην, (ex παρά et βαίνω, gradior, incedo) LXX pro hebr. עָבַר, מִן seq. סוּר, עבר, שׁמם, — propr. iuxta gradior, iuxta consisto, Hom. Iliad. 2, 263. — *transscendo limites, excedo e via;* metaphorice: *transscendo* legem, praecepta, *violo* legem, negligo eam; seq. accusativo, Matth. 15, 2. 3. (τὴν διαθήκην Ezech. 16, 58. τὸ ῥῆμα Num. 14, 41. vid. etiam 1 Sam. 15, 24. Sir. 10, 19. Ioseph. ant. 9, 7. 4 παρ. τοὺς νόμους. ib. 4, 6. 5 τὰς συνθήκας. Antonin. 9, 1. ib. 3, 7 τὴν πίστιν, fidem fallere.) — *Excedo* seq. ἐκ, tropice, *desero*, Act. 1, 25 ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας, quod munus deseruit Iudas. 2 Io. v. 9 ὁ παραβαίνων (ἐκ τῆς διδαχῆς), qui deserit doctrinam. Ita LXX pro סור Exod. 32, 8 ἐκ τῆς ὁδοῦ. Deut. 9, 12. et seq. ἀπό, Deut. 17, 20 ἀπὸ τῶν ἐντολῶν. 28, 14. Sir. 23, 18. 1 Macc. 7, 18. *.

Παραβάλλω, aor. 2. παρέβαλον, (ex παρά et βάλλω) 1) proiicio, obiicio, (Ruth. 2, 16.) — in medio: obiicio me periculis, (παραβάλλειν ἑαυτὸν κακοῖς, 4 Macc. 6, 14.) audax sum, audacter ago, 2 Macc. 14, 38. Ioseph. de bell. 3, 8. 7. 6, 1. 5. cont. Apion. 1, 34. — 2) *admoveo*, proprie: παραβάλλειν (τὴν ναῦν) vel etiam intransitive: admoveo me ipsum, *venio ad*, quod de navigante: *appello*, Act. 20, 15 παρεβάλομεν εἰς Σάμον. (Ioseph. 18, 6. 4 εἰς Ποτιόλους παραβαλών. Id. c. Apion. 1, 22 παραβαλὼν εἰς αὐτοὺς τόπους. Polyb. 12, 5. 1.) — tropice: admoveo rem rei ut conferam: *comparo;* Marc. 4, 30. (Luc. 13, 18 ὁμοιώσω). (Ioseph. c. Apion. 2, 15 πρὸς ἐκεῖνον παραβαλλόμενοι, cum eo, Mose, comparati. Id. ant. 5, 1. 21. seq. dativo. Xenoph. mem. 2, 4. 5. Aeschin. Socr. dial. 2, 39. Herodian. 1, 1. 5.) *.

Παράβασις, εως, ἡ, (vid. παραβαίνω) transscendere limites; tropice *violatio* legis, pacti, praecepti, a) subiective: Rom. 2, 23 παράβασις τοῦ νόμου. 4, 15. Hebr. 2, 2. 1 Tim. 2, 14 ἐν παραβάσει γέγονε, i. e. παρέβη. — b) obiective: *peccatum, delictum*, Rom. 5, 14. Hebr. 9, 15. Gal.

3, 19 *τῶν παραβάσεων χάριν*, ut coercerentur scelera. — Ps. 101, 3. Sap. 14, 31. 2 Macc. 15, 10 *παράβ. τῶν ὅρκων*. Ioseph. ant. 18, 8. 2 *παράβ. τοῦ πατρίου νόμου*. ib. ant. 2, 15. 3. 5, 1. 27. *.

Παραβάτης, ου, ὁ, (a *παραβαίνω*) qui transscendit, — metam legis, *legis violator* s. *contemtor, improbus*, Rom. 2, 25 *παραβ. νόμου*. v. 27. Iac. 2, 9. 11. — officium, mandata ipsi data negligens, Gal. 2, 18. — (Symmach. פָּרִיץ, violentus, Ps. 17, 5. Ezech. 18, 10. et pro רָשָׁע Ps. 139, 19.) **.

Παραβιάζομαι, aor. 1. *παρεβιασάμην*, (ex *παρά* et *βιάζομαι*) verbum depon. med. 1) cogo vi adhibita, (Amos. 6, 10. Polyb. 22, 10. 7. — etiam passive: extorqueor, Ioseph. ant. 13, 4. 9 *οὐδὲν τούτων παραβιασθήσεται*); — 2) enixe laboro, Ion. 1, 13. — *παραβιάζεσθαί τινα*, *precibus urgere aliquem, precibus cogere*, Luc. 24, 29. Act. 16, 15. Ita LXX pro פָּצַר Gen. 19, 9. 2 Reg. 2, 17. 5, 16. et פָּרַץ 1 Sam. 28, 23. *.

Παραβολεύομαι, aor. 1. med. partic. *παραβολευσάμενος*, (a *παράβολος*, audax, temerarius, Ioseph. ant. 6, 14. 3. 14, 14. 1. quod a *παραβάλλω*) propr. *παράβολος* sum, *audacter me obiicio periculis*; Phil. 2, 30 *παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ*, propr. qui audacter egit ut in vitae discrimen veniret, i. e. *vitae periclitatus*. Apud profanos non legitur. Hesych. *παραβολευσάμενος· εἰς θάνατον ἑαυτὸν ἐκδούς*. Theophyl. explicat *ῥιψοκινδυνεῦν, τοῖς θανάτοις ἐπιπίπτειν παραβολώτερον*. Eodem sensu *παραβάλλεσθαι* apud Diod. Sic. 3, 36 *ἔκριναν παραβαλέσθαι ταῖς ψυχαῖς*. ib. 20, 7. — Textus vulg. male *παραβουλευσάμενος*. De discrimine utriusque copiose disputavit *Wolfius* in cur. phil. T. IV. p. 231—235. coll. Neues theol. Journ. ann. 1799. p. 504 sqq.

Παραβολή, ῆς, ἡ, (a *παραβάλλω*) 1) collocatio rei ad latus alterius, ut navium in acie (Diod. Sic. 14, 60. Polyb. 15, 2. 13.) — 2) *comparatio, similitudo*; Hebr. 11, 19 *ἐν παραβολῇ*, simili modo, i. e. quasi e mortuis resuscitatum; nam referenda sunt ad verba: *ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατός*. (Alii: in ipso praesentissimae mortis periculo, quia *παραβάλλομαι* sit: periculis me obiicio. Alii: i. q. *παρ' ἐλπίδας*, sive *παραδόξως*, praeter spem. Ita *Krebsius* in obss. Fl. p. 385 qui affert verba Iosephi de eadem re: *οἱ δὲ παρ' ἐλπίδας ἑαυτοὺς κεκομισμένοι*, ant. 1, 13. 4.) — Obiective: *imago*, i. e. res rei similitudinem referens, i. q. *τύπος*, Hebr. 9, 9 ubi tentorium sacrum dicitur *παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα*, imago, adumbratio sacrorum futurorum. — 3) *narratio comparativa, parabola, Gleichnissrede*, i. e. narratio ficta, rem notam sive claram per se describens, eo consilio, ut alia res obscurior, ignota, captuque difficilior adumbretur et illustretur. Ita in tribus prioribus evangeliis saepius, (non autem in Ioannis et Pauli scriptis), videlicet Matth. 13, 31. 33. 21, 33. 45. Marc. 4, 10. 13. 30. 7, 17. 12, 12. Luc. 5, 36. 6, 39. 8, 9. 11. 12, 16. 41. 13, 6. 15, 3. 18, 1. 9. 19, 11. 20, 9. 19. — *ἐν παραβολαῖς*, adhibitis narrationibus comparativis, Marc. 4, 11. coll. v. 34. Luc. 8, 10. — *διὰ παραβολῆς*, usus parabola, Luc. 8, 4. — *λαλεῖν ἐν παραβολαῖς*, docere per narrationes comparativas, Matth. 13, 3. 10, 13. 13, 34. 22, 1. Marc. 3, 23. 4, 2 *ἐδίδασκεν ἐν παραβ*. 12, 1. etiam omisso *ἐν* Marc. 4, 33. — *ἀπὸ τῆς συκῆς μάθετε παραβολήν*, Matth. 24, 32. Marc. 13, 28 i. e. *μάθετε τὴν παραβολὴν τῆς συκῆς*; ita enim obiectum parabolae per genitivum indicatur, Matth. 13, 18 *παραβολὴ τοῦ σπείροντος*. ib. v. 36 *παραβ. τῶν ζιζανίων*. vid. etiam Luc. 21, 29. — LXX pro hebr. מָשָׁל Ezech. 17, 2 sqq. 24, 3. Uno tantum loco, Luc. 14, 7 *παραβολή* de sermone doctoris, cui nulla inest comparatio, adhibetur, nisi tota Servatoris admonitio ad quaestionem de prima sede in regno Dei transferenda videatur. Eodem sensu legitur Matth. 13, 35. quanquam Ps. 78, 12., unde haec repetita sunt, *παραβολή* est — 4) *scite et aenigmatice dictum*, quo sensu in V. T. saepius pro hebr. מָשָׁל legitur et indicat sapientum dicta, maxime comparationem ingeniosam continentia, ideoque non statim omnibus clara sed obscuriora; Prov. 1, 6 *νοήσει παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον*. Sir. 39, 3 *ἐν αἰνίγμασι παραβολῶν*. vid. 1 Reg. 4, 32. Ps. 49, 4. Sir. 1, 24. 3, 29. 20, 26. — De oraculo Bileami, Num. 23, 7. 18. 24, 3. — Quum eiusmodi dicta facile in proverbia abirent, etiam est *proverbium, dicterium*, (1 Sam. 10, 12. 24, 14. 2 Chron. 7, 20. Ps. 44, 14. Deut. 28, 37. Tob. 3, 4); et ita semel Luc. 4, 23. *.

Παραβουλεύομαι, (ex *παρά* et *βουλεύομαι*) *male consulo*; Philipp. 2, 30 in textu vulgari. Vid. *παραβολεύομαι*. In libris profanorum non legitur.

Παραγγελία, ας, ἡ, (a *παραγγέλλω*) denuntiatio; — *mandatum, praeceptum*, 1 Thess. 4, 2. 1 Tim. 1, 18. — collective: *praecepta*; 1 Tim. 1, 5 *τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη*, nisi hic *παραγγ*. est institutio ipsa, quatenus praecepta continet. — *iussum*, Act. 16, 24. — vetantis est: interdictum; Act. 5, 28 *παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν*, vetando vetuimus, i. e. graviter vetuimus. (Xenoph. hist. gr. 2, 1. 3. Philo in Flacc. p. 985 D.) *.

Παραγγέλλω, aor. 1. *παρήγγειλα*, (ex *παρά* et *ἀγγέλλω*) denuntio, annuntio, LXX pro שָׁמַע Ier. 46, 14. Esdr. 1, 1. — (etiam convoco populum per publicum mandatum, 1 Sam. 15, 4. 1 Reg. 15, 22.) — De mandante s. praecipiente est: *praecipio, iubeo*; de vetante *veto, interdico*, legiturque cum dativo personae et accusativo rei, quare etiam verbum, mandatum continens, sequitur in infinitivo, (semel Marc. 6, 8. seq. *ἵνα*, et semel Matth. 10, 5 sequitur imperativus in oratione directa). Marc. 8, 6. Luc. 5, 14. 8, 29. 56. 9, 21. Act. 1, 4. 4, 18. 5, 28. 10, 42. 16, 18. 17, 30. 1 Cor. 7, 10. 1 Tim. 6, 13 *παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*. et passim. — (1 Sam. 23, 8. Ioseph. c. Apion. 1, 26.)

Παραγίνομαι, aor. *παρεγενόμην*, (*παρά, γίνομαι*) — LXX pro בּוֹא — 1) *advenio, venio*, Marc. 14, 43. Act. 5, 21. 22. 25. 9, 39. 11, 23. 15, 4. Io. 3, 23 *παρεγίνοντο* (*πρὸς αὐτόν*) et passim. — *εἰς* sequitur, ubi sermo est de loco, Matth. 2, 1. Io. 8, 2. Act. 9, 26. 13, 14. (Gen. 50, 10. Exod. 16, 35. Num. 20, 5. Ios. 24, 11. 3 Esdr. 6, 8.) — *πρός*, si sermo est de persona, Matth. 3, 13. Luc. 7, 4. 20. 8, 19. 11, 6. Act. 20, 18. (Exod. 2, 18. 18, 6. 15. 19, 9. Iud. 8, 15. Ioseph. ant. 3, 1. 7. ib. 6, 7. 1.) — *ἐπί* de adventu hostili, Luc. 22, 52. (Ios. 10, 9. 2 Macc. 4, 34. 15, 24.) — de redeunte, *redeo*, Luc. 14, 21. Act. 24, 17 *παραγενόμενος*, eo redii. (LXX pro שׁוּב Ios. 18, 8. Num. 14, 36. Philo leg. ad Cai. p. 1010.) — 2) *prodeo, progredior*, hervortreten, Luc. 19, 16. — de doctoribus: *in publicum prodeo*; de Ioanne, Matth. 3, 1. de Iesu, Luc. 12, 51. Hebr. 9, 11 *παραγενόμενος* (*ἐν σαρκί*), ut Test. XII patr. p. 745 *παραγενόμενος θεὸς ἐν σαρκί*. (1 Macc. 4, 45 *μέχρι τοῦ παραγενηθῆναι προφήτην*.)

Παράγω, aor. 2. *παρῆγον*, (*παρά, ἄγω*) — LXX pro עָבַר in Kal et Hiphil. — 1) transitive: adduco, produco, 1 Sam. 16, 9. 10. 2 Sam. 15, 18. 3 Esdr. 5, 55. (pro הָבִיא Esdr. 3, 7 ubi LXX *ἐνέγκαι*) Ioseph. ant. 5, 1. 25. 9, 7. 2. 20, 9. 1. (metaph. *παράγειν εἰς ἰσχύν*, Ioseph. de bell. 4, 9. 10.) — 2) intransitive: *praetereo*, a) propr. Matth. 20, 30. Marc. 2, 14. 15, 21. (Marc. 1, 16 in codd.) Ps. 129, 8. — *digredior, discedo*, Matth. 9, 9 *παράγων ἐκεῖθεν*. v. 27. Io. [8, 59.] 9, 1. (hebr. עָבַר Ios. 10, 29. 31.) — b) tropice: *intereo, evanesco*, de rebus caducis et inconstantibus; *τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου*, 1 Cor. 7, 31. *ἡ σκοτία*, 1 Io. 2, 8. *ὁ κόσμος*, ib. 2, 17. (Ps. 144, 5 *ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι*.) *.

Παραδειγματίζω, aor. 1. *παρεδειγμάτισα*, (a *παράδειγμα*, exemplum, quod ex *παρά* et *δείκνυμι*) exempli loco propono; deinde, quum *παράδειγμα* et profanis et nostris scriptoribus (Ier. 8, 2. 9, 22. Nah. 3, 6. 3 Macc. 2, 5) de poena, quae exempli loco alicui infligitur, publica et ignominiosa dicatur, est: *ignominiae publicae expono*; Matth. 1, 19. Hebr. 6, 6 *ἀνασταυροῦντες ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντες*, vid. *Ἀνασταυρόω*. Protev. Iacobi apud *Birch*. p. 230. Ita LXX Ier. 13, 22. Ezech. 28, 17 (ad quem posteriorem locum cf. Scholia *Rosenmülleri* in Ezech.) Polyb. p. 2, 60. vid. quae uberius habet *Raphel*. in Annotatt. e Polyb. p. 2 sqq. — LXX Num. 25, 4 de ignominia patibuli (ut Hebr. 6, 6) pro הוֹקַע נֶגֶד הַשָּׁמֶשׁ *παραδειγμάτισον αὐτοὺς κατέναντι ἡλίου*. (Psalt. Salom. 2, 14 *ἀπέναντι τοῦ ἡλίου παρεδειγμάτισαν ἀδικίας αὐτῶν*.) *.

Παράδεισος, ου, ὁ, *paradisus*. Vocabulum persicum, quod quum de *vivariis* regum et nobilium Persarum usurpabatur (*τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία*, Xenoph. cyrop. 1, 3. 12. ib. 1, 4. 5 et 8, 1. 38. Curt. 8, 1. 11 — „*magnis nemoribus saltibusque nobilium ferarum greges clausi. Spatiosas ad hoc eligunt sylvas, crebris perennium aquarum fontibus amoenas. Muris nemora cinguntur, turresque habent venantium receptacula.*“ coll. Gell.

noct. 2,19.) — tum vero etiam de eorundem hortis maioribus, aquis irriguis, multis arboribus densis aliisque plantis refertis. (Xenoph. oecon. 4, 13 ὅπως κῆποί τε ἔσονται, οἱ παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοὶ ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει. Diod. Sic. 16, 41 et 18, 36 ὁ παράδεισος φυτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις πολυτελῶς πεφιλοτεχνημένοις εἰς τρυφὴν καὶ τὴν ἐν εἰρήνῃ τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν.) — Transiit in linguam hebr. et dicebatur פַּרְדֵּס de hortis regum (Neh. 2, 8. Eccl. 2, 5. Cant. 4, 13. LXX παράδεισος) aliorumque maioribus et splendidioribus (Ioseph. ant. 7, 14. 4 et 8, 7. 3. ib. 10, 11. 1 et de bell. 6, 1. 1); quare LXX etiam posuerunt pro גַּן (Num. 24, 6. Sir. 24, 30. 40, 27. Susann. v. 4. 8. 15 sqq.) Hinc factum est, ut hortus protoplastorum Gen. 2, 8 sqq. Gen. 3, 1 sqq. Ioseph. ant. 1, 1. 3. Philo de opif. m. p. 35 diceretur παράδεισος, et ὁ παράδεισος τοῦ θεοῦ, quippe a Deo plantatus. (Gen. 13, 10. Ezech. 28, 13. 31, 8.) — Deinde a Iudaeis transferebatur a) ad *sedem animarum piarum usque ad resurrectionem*, quam vel partem hadis esse putabant (Luc. 16, 23), vel, ut Esseni (Ioseph. bell. 2, 8. 11), locum ultra oceanum amoenissimum. Ita legitur Luc. 23, 43. vid. *Kuinoelii* commentar. et *Wetsten.* ad h. l. Evang. Nicod. apud *Birch*. p. 35. — b) ad *sedem Dei et angelorum*, in quam pii quoque sint olim venturi, *paradisus coelestis*, describebaturque ad exemplum horti Genes. 2, 3. Ita 2 Cor. 12, 4. coll. v. 3 ἕως τρίτου οὐρανοῦ (vid. Οὐρανός); et Apoc. 2, 7. (Psalt. Salom. 14, 2. Test. XII patr. p. 586 αὐτός (filius Dei) ἀνοίξει τὰς θύρας τοῦ παραδείσου σου, καὶ — δώσει τοῖς ἁγίοις φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς.) *.

Παραδέχομαι, f. ἔξομαι verb. depon. med. (ex παρά et δέχομαι) *recipio, accipio, suscipio*; — metaph. *admitto, locum concedo*; κατηγορίαν, 1 Tim. 5, 19. (Exod. 23, 1 ἀκοήν) — λόγον, Marc. 4, 20. μαρτυρίαν, Act. 22, 18. — mores, s. dogmata, Act. 16, 21. — Ex hebraismo: *benevole suscipio aliquem*, eum, vota sacraque facientem, benigne suscipio; ita Hebr. 12, 6 ὃν παραδέχεται, quae sunt verba LXX interpretum Prov. 3, 12 ubi in hebr. est רָצָה, quod significat benevole accipere, velut dona, Gen. 33, 10. sacrificia Ps. 51, 18. Ezech. 20, 40. etiam benignum esse erga aliquem Ps. 77, 7. Amos. 5, 22. (Philo 3. de vita Mos. οὐ παραδέχεται ἱερουργίας ἀσεβῶν.) *.

Παραδιατριβή, ῆς, ἡ, (ex παρά et διατριβή) *inutilis s. inepta disputatio*. Tantum in N. T. 1 Tim. 6, 5 in textu vulg. e correctione. vid. Διαπαρατριβή.

Παραδίδωμι, f. παραδώσω, aor. 1. παρέδωκα, aor. 2. παρέδων, partic. παραδούς, perf. παραδέδωκα, plusquamperf. παρεδεδώκειν, [semel sine augmento Marc. 15, 10 παραδεδώκεισαν), perf. pass. παραδέδομαι, aor. 1. παρεδόθην, fut. 1. παραδοθήσομαι, (ex παρά et δίδωμι) — LXX maxime pro נָתַן — *trado*, propr. res in manus alterius, 3 Esdr. 2, 12. Esth. 2, 3. — Usus in N. T. a) *trado aliquem in potestatem alterius*, τῷ Σατανᾷ, 1 Cor. 5, 5. 1 Tim. 1, 20. quod alii de morbo foedo (Iob. 1, 6), alii de eiectione ex coetu maiori intellexerunt, qua quis a populo Dei prorsus separabatur. — εἰς φυλακήν, Act. 8, 3. 12, 4. 16, 4. παρεδόθη, in carcerem coniectus esset, Matth. 4, 12. Marc. 1, 14. — εἰς θλίψιν, Matth. 24, 10. — Act. 15, 26 ἀνθρώποις παραδεδωκόσιν τὰς ψυχὰς αὐτῶν, qui tradiderunt animas, i. e. mortis pericula libenter subierunt. 1 Cor. 13, 3 ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι. — De Deo homines suis cupiditatibus tradente, Act. 7, 42. Rom. 1, 24. 26. 28. (Sir. 23, 6 ψυχῇ ἀναιδεῖ μὴ παραδῷς με.) — παραδιδ. ἑαυτὸν τῇ ἀσελγείᾳ, dare se ipsum ἀσελγ. Eph. 4, 19. — aor. pass. seq. εἰς, tradi disciplinae, Rom. 6, 17. — In specie *sensu forensi*: *tradere aliquem iudici*, ut poenam luat, supplicium de eo sumatur, Matth. 27, 2. Marc. 15, 1. Luc. 20, 20. Act. 27. 1. Matth. 5, 25. Luc. 12, 58. — εἰς συνέδρια, Matth. 10, 17. Luc. 21, 12. — εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, Matth. 17, 22. Act. 21, 11. — τοῖς ἀρχιερεῦσι, Matth. 20, 18 sq. et saepius. — εἰς θάνατον, Matth. 10, 21. Marc. 13, 12. 2 Cor. 4, 11. — εἰς τὸ σταυρωθῆναι, Matth. 26, 2. 27, 26. Marc. 15, 15. Io. 19, 16. — Hinc etiam simpliciter de iis, qui iudici aliquem tradunt, Matth. 24, 10. Luc. 21, 16. Io. 18, 30. 35. 19, 11. (Ioseph. bell. 7, 3.) — et de iis, qui supplicio traduntur, ut de Iesu Rom. 4, 25. 8, 32. Gal. 2, 20. Eph. 5, 2. 25. (Ies. 53, 12. Test. XII patr. p. 730: ἄμωμος (Messias) ὑπὲρ ἀνόμων παραδοθήσεται, καὶ ἀναμάρτητος ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀποθανεῖται.) — Iudas igitur si dicitur ὁ καὶ παραδιδοὺς αὐτόν (Iesum) non est proditor, sed qui *tradidit* Iesum potestati synedrii, nostrum: *ausliefern*, Matth. 10, 4. 26, 15. 16. 46. 48. Marc. 3, 19. Luc. 22, 4. Io. 6, 64. 71 et al. (vid. Ier. 38, 20. 1 Macc. 7, 35. 2 Macc. 14, 33.) — b) trado alicui aliquid, ut possideat, eo utatur, illud agat i. e. *committo*, Matth. 11, 27 πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. Luc. 10, 22. cap. 4, 6. — τὰ ὑπάρχοντα, Matth. 25, 14. coll. Sir. 42, 7. — Act. 14, 26 ἦσαν παραδεδομένοι εἰς τὸ ἔργον, hoc munus eis commissum erat a Deo. — sensu *commendandi*, Act. 15, 40 παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ. (Act. Thom. §. 52.) — de eo, qui acceptum reddit: *reddo*, Io. 19, 30 παρέδωκε τὸ πνεῦμα (τῷ θεῷ.) (Cohel. 12, 7. coll. Luc. 23, 46.) 1 Cor. 15, 24. — c) reciproce, (vid. *Fritzschii* comment. ad Marc. 4, 29 et *Schaefer* ad *Bosii* ellips. p. 127) *me trado* i. e. *me offero*; Marc. 4, 29 παραδῷ ὁ καρπός, fructus, seges se offert metenti. 1 Petr. 2, 23 παρεδίδου, tradidit se, i. e. suam rem. (Ios. 11, 19 οὐκ ἦν πόλις, ἥτις οὐ παρέδωκε (ἑαυτὴν) τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, hebr. הִשְׁלִימָה. Ioseph. ant. 4, 6. 9 παραδόντες αὑτοὺς εἰς ἃ προεκαλοῦντο. Diod. Sic. 5, 36.) — d) *trado verbis*, narratione, i. e. *enarro, doceo, instituo*, Marc. 7, 13. Luc. 1, 2. Act. 6, 14. 1 Cor. 11, 2. 23. 15, 3. 2 Petr. 2, 21. Iud. v. 3. Passiv. παρεδόθητε, edocti estis. (Ioseph. c. Apion. 1, 12 ἡ κατὰ τοὺς νόμους παραδεδομένη εὐσέβεια. Diod. Sic. 1, 3. Polyb. 10, 28. 3.)

Παράδοξος, ον, propr. ὁ παρὰ δόξαν ὤν, qui praeter opinionem, mores, consuetudinem est: igitur *mirus, inopinatus, incredibilis*. Luc. 5, 26 εἴδομεν παράδοξα. (Iudith. 13, 13. Sap. 5, 2. 16, 17. 19, 5. 2 Macc. 9, 24. Ioseph. ant. 4, 4. 2. — etiam quae moribus, legibus adversantur, Ioseph. ant. 8, 13. 1.) *.

Παράδοσις, εως, ἡ, (a παραδίδωμι) *traditio*, i. e. a) subiective, actus tradendi; Ier. 32, 4. Esdr. 7, 26. Ioseph. de bell. 1, 8. 6 de traditione urbis. — de narratione, Ioseph. c. Apion. 1, 6. vita §. 65. — b) obiective, res narrata, *doctrina, institutio, praecepta*, alteri tradita; ita de dogmatibus et praeceptis Iudaeorum universe Gal. 1, 14 et de traditione legi mosaicae addita, ideoque a Iesu legi mosaicae scriptae opposita, Matth. 15, 2. 3. 6. Marc. 7, 3—9. 13. (Dicebant enim Iudaei (vid. Misehn. IV, 409) Mosen simul cum lege scripta accepisse a Deo praecepta non scripta, neque promulganda, quae a Mose presbyteris, Iosuae revelata, et ab his per presbyteros ad posteros ore propagata fuerint. coll. Ioseph. ant. 13. 10. 6.) — de doctrinis hominum vanis Col. 2, 8. — de praeceptis et institutione apostolorum, 1 Cor. 11, 2. 2 Thess. 2, 15. 3, 6. (Ioseph. ant. 10, 4. 1 τῇ πρεσβυτέρων πειθόμενος συμβουλίᾳ καὶ παραδόσει. Hesych. παραδόσεων· διδασκαλιῶν. Idem: παραδόσεις· ἀγράφους διδασκαλίας.) *.

Παραζηλόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. παρεζήλωσα, (ex παρά et ζηλόω) *ad ζῆλον provoco* aliquem (vid. ζῆλος); sequente accusativo personae; i. e. ad *aemulationem*, vel *invidiam excito aliquem*, Rom. 10, 19 παραζ. ὑμᾶς ἐπ᾽ οὐκ ἔθνει, ad invidiam excitabo vos per populum, quem nullum habetis. (Deut. 32, 21.) Rom. 11, 11. 14. — LXX hebr. קִנֵּא Deut. 32, 21. 1 Reg. 14, 22. Sir. 30, 3 ὁ διδάσκων τὸν υἱὸν αὐτοῦ παραζηλώσει τὸν ἐχθρόν. — ad *iram provoco*, 1 Cor. 10, 22. — LXX Ps. 37, 1. 7. 8 pro הִתְחָרָה. — (παραζήλωσις legitur apud Symmach. Ezech. 8, 3. Test. XII patr. p. 644.) *.

Παραθαλάσσιος, ία, ον, (a παρά et θάλασσα) *ad mare situs, maritimus*; Matth. 4, 13. (2 Chron. 8, 17. Ezech. 25, 9. 1 Macc. 7, 1. 11, 8. 2 Macc. 8, 11. Thucyd. 1, 5. — ἡ παραθαλασσία, littus maris, Ezech. 25, 16.) *.

Παραθεωρέω, ῶ, (ex παρά et θεωρέω) 1) τινὶ s. πρός τι, res iuxta se positas contemplor, Dinge gegen einander ansehen, comparo. (Xenoph. mem. 4, 8. 7 πρὸς τοὺς ἄλλους παραθεωρῶν ἐμαυτόν.) — 2) i. q. ὑπεριδεῖν, *non video, transmitto*; Act. 6, 1 παρεθεωροῦντο, posthabeantur i. e. nihil accipiant, übersehen werden. Hesych. παραθεωροῦντο· κατεφρονοῦντο. Demosth. 1414. 22.

Παραθήκη, ης, ἡ, i. q. παρακαταθήκη, quod Thom. Mag. atticum, παραθήκην vero hellenisticum esse censuit, a παρατίθημι, et παρακατατίθημι (Ioseph. ant. 10, 9. 3. 2 Macc. 3, 15), fidei alicuius committo; unde παραθήκη et παρακαταθήκη, *depositum, res deposita, res fidei alicuius commissa*. Ita παραθήκη Lev. 6, 2. 4. 2 Macc. 3, 10. Narratio Iosephi ap. *Birch*. p. 184. (Polyb. 33, 12. 4.) — παρακαταθήκη, Exod. 22, 8. Tob. 10, 13. 2 Macc. 3, 15 in

cod. Alex. 4 Macc. 4, 7. Ioseph. ant. 14, 14. 1. de bell. 1, 8. 9. ant. 4, 8. 38. 18, 9. 4. „*Παρακαταθήκη* defendunt Thucyd., Plato, Xenoph., Demosth., Lysias, ceteri clariores, quorum et verbum est *παρακατατίθεσθαι*. Contrariae partis caput est Plato Comicus, quem Photius p. 280 *παραθήκη* dixisse notat; hunc sequuntur praeter alios Sextus Hyp. 3, 25. Phot. Bibl. 59.“ *Lobeck.* ad Phryn. p. 313. — In N. T. usurpatur a) de munere doctoris Timotheo tradito, sive etiam de doctrina ipsa fidei eius commissa, 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 1, 14 ubi in utroque loco *Griesb.* restituit *παραθήκην* pro *παρακαταθήκην*, quod habet textus vulg. — b) *παραθήκη* de *anima*, quasi deposito a Deo dato homini, 2 Tim. 1, 12 ubi in varia lectione etiam est *παρακαταθήκη*. (Ita Iosephus de bell. 3, 8. 5 ut *αὐτοχειρίαν* grave esse delictum doceat, dicit animam esse *παρακαταθήκην τοῦ θεοῦ*, depositum Dei, quod e corpore eiicere nefas sit, eandemque animam paulo post appellat *τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ ληφθὲν χρέος*. — Philo, quis rer. divin. haer. p. 499 *τὴν ἱερὰν ὣν ἔλαβε παρακαταθήκην ψυχῆς — μὴ ἑαυτῷ, μόνῳ δὲ τῷ πεπιστευκότι, φυλάξαντος.* Hermae past. lib. 2, c. 3 anima dicitur *παραθήκη*, depositum a Deo acceptum eique reddendum. Alii 2 Tim. 1, 12 *παραθήκην* de munere apostolico, alii de doctrina ipsa intelligunt.) *.

Παραινέω, *ῶ*, imperf. *παρῄνεον*, (ex *παρά* et *αἰνέω*) *hortor*, *suadeo*; bis: Act. 27, 9. 22. (2 Macc. 7, 25. 26. Ioseph. vit. §. 49. bell. iud. 1, 10. 7. Xenoph. mem. 1, 3. 8.) *.

Παραιτέομαι, *οῦμαι*, aor. 1. med. *παρῃτησάμην*, partic. perf. pass. *παρῃτημένος*, verbum depon. med. (ex *παρά* et *αἰτέομαι*) 1) *deprecor*, i. e. a) precibus intercedo ut a poena liberem, Ioseph. ant. 11, 6. 1. 12, 4. 3. Test. XII patr. p. 562 *ἄγγελος ὁ παραιτούμενος τοῦ γένους Ἰσραήλ.* ib. p. 657 *τῷ ἀγγέλῳ τῷ παραιτουμένῳ ὑμᾶς.* Esth. 4, 8. — seq. *μή*, *precor*, *ne*, Hebr. 12, 19 *παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι τὸν λόγον*, precabantur, ne amplius vocem audirent. coll. 1 Sam. 20, 6. 28 ubi pro נִשְׁאַל. — Ex adiuncto: *excuso*, — b) de excusante id quod fecit, 3 Macc. 6, 27. Ioseph. ant. 15, 2. 7. — c) de excusante se, quod recusat; Luc. 14, 18. — ib. et v. 19 *ἔχε με παρῃτημένον*, excusatum (als einen der entschuldigt worden ist) me habe. (Perfect. passivum verborum deponentium etiam passive dici, monuit *Matthiae*, Gramm. §. 496. *Win.* Grammat. §. 39. n. 7. Alii, ut *Krebsius* in obss. Flav., hic latinismum agnoscendum esse putant. De excusante sese, quod invitatus ad coenam non venerit, *παραιτ.* legitur etiam Ioseph. ant. 7, 8. 2.) — 2) ut Latinor. *deprecor*, et nostrum *verbitten*: *recuso*; Act. 25, 11 *οὐ παραιτοῦμαι ἀποθανεῖν.* (Ioseph. vit. §. 29 *θανεῖν οὐ παραιτοῦμαι.* id. ant. 3, 8. 8. 5, 1. 26.) — *repudio* Hebr. 12, 25. (Ioseph. ant. 3, 8. 8 *παραιτησάμενος πᾶσαν τιμήν.*) — ex adiuncto: *fugio*, *devito*; 1 Tim. 4, 7 *παραιτοῦ* (qui imperativus contractus legitur etiam Dioscor. 1, 13. vid. *Matthiae* Gramm. §. 203. *Buttmann.* §. 94. not. 7) *μύθους*. 2 Tim. 2, 23 *ζητήσεις*. 1 Tim. 5, 11 *χήρας*. Tit. 3, 10 *αἱρετικὸν ἄνθρωπον*. vid. 2 Macc. 2, 32 et *Loesner*. obss. p. 404. *.

Παρακαθίζω, aor. 1. *παρεκάθισα*, (ex *παρά* et *καθίζω*) 1) iuxta me colloco, — 2) intransitive: *adsideo*, Luc. 10, 39. (Iob. 2, 13 *παρεκάθισαν αὐτῷ*, pro יָשַׁב. Hom. Odyss. 3, 469. Ioseph. ant. 8, 9. Xenoph. cyrop. 5, 5. 3 *καὶ καθίσας αὐτὸν καὶ παρακαθισάμενος ἤρετο ὧδε.*)

Παρακαλέω, *ῶ*, imperf. *παρεκάλουν*, aor. 1. *παρεκάλεσα*, perf. pass. *παρακέκλημαι* (2 Cor. 7, 13), aor. 1. *παρεκλήθην*, fut. 1. *παρακληθήσομαι*, (ex *παρά* et *καλέω*) 1) *advoco*, *convoco*; Act. 28, 20. (Test. XII patr. *μάγους παρεκάλεσα.* Xenoph. de rep. Laced. 6, 3. Polyb. 2, 20. 1.) — 2) advoco ad auxilium; *rogo*, *oro*, Matth. 8, 5. 31. Marc. 1, 40. Luc. 7, 4. 15, 28. Act. 16, 15. Phil. v. 10 et passim. Sequitur infinitivus, Marc. 5, 17. Luc. 8, 41. Act. 8, 31. 9, 38. 13, 42. 24, 4. — *ἵνα*, Matth. 14, 36. Marc. 5, 10, 18. 6, 56. 7, 32. 8, 22. Luc. 8, 31 sq. 1 Cor. 16, 12. 2 Cor. 12, 8. — *ὅπως*, Matth. 8, 34. Act. 25, 2. 3. (Act. Thom. §. 50.) — *καί*, ex hebraismo Matth. 26, 53. — (Ioseph. ant. 6, 2. 2 *παρακαλεῖ τὸν θεὸν ὑπερέχειν.* ib. 6, 7. 4. 8, 9. 1.) — 3) advoco aliquem, ut faciat aliquid; *hortor*, *adhortor*, *admoneo*, Luc. 3, 18. Act. 2, 40. 15, 32. 16, 9. 40. 19, 30. Rom. 12, 8. 1 Cor. 4, 13. 14, 31. 2 Cor. 5, 20. 1 Tim. 5, 1. Tit. 1, 9. Hebr. 3, 13 et passim. — seq. infinitivo Act. 11, 23. 14, 22. Rom. 12, 1. 15, 30. al. — seq. *ἵνα*, 1 Cor. 1, 10. 16, 15. 2 Cor. 8, 6. 9, 5 et al. — sensu *inculcandi*, 1 Tim. 1, 3. 2, 1. 6, 2. Tit. 2, 15. — 4) ex adiuncto ut nostrum *zureden*, hortor ut solatium aliquis admittat, *consolor*, 1 Thess. 4, 18. — passiv. *solatio erigor*, medium: *solatium admitto*, diciturque de consolatione et quae est in verbis, et quae cernitur in rebus, beneficiis; Matth. 2, 18. 5, 4. Luc. 16, 25. 2 Cor. 1, 4. 6. — sensu *recreandi*, Act. 20, 12. 28, 14. 2 Cor. 7, 6. 7. 13. 1 Thess. 3, 7. — LXX saepissime pro נִחַם Gen. 24, 67. 37, 35. Deut. 32, 36. coll. Ies. 49, 13 (pro רִחַם). Sir. 48, 24. — sensu *erigendi*, *confortandi*, 2 Cor. 2, 7. 13, 11. — *παρακαλεῖν τὰς καρδίας*, animum erigere Eph. 6, 22. Col. 2, 2. 4, 8. 2 Thess. 2, 17. — LXX pro אִמֵּץ Deut. 3, 28. Ies. 35, 3. Iob. 4, 3 *χεῖρας ἀσθενοῦς παρεκάλεσας* (hebr. חִזֵּק). — In scriptis Ioanneis non legitur. *.

Παρακαλύπτω, partic. perf. pass. *παρακεκαλυμμένος*, (ex *παρά* et *καλύπτω*) *obtego* aliquid; (Ezech. 22, 26 *παρεκάλυπτον τοὺς ὀφθαλμούς* pro הֶעְלִים; med. obtego me, *occulto* Ies. 44, 8 pro פָּחַד.) — Semel Luc. 9, 45 *παρακεκαλυμμένον*, de sententia obscura, cuius sensus non capitur.

Παρακαταθήκη, *ης*, *ἡ*. (a *παρακατατίθημι*, fidei alterius committo, Ioseph. ant. 10, 9. 3) *depositum*, *fidei alterius commissum*. Vid. *Παραθήκη*.

Παράκειμαι, (ex *παρά* et *κεῖμαι*) propr. adiaceo, vicinus sum, 2 Macc. 4, 41. 12, 16. 9, 25. — adpono, Sir. 30, 18. 34, 16. — ad manus sum, Hom. Odyss. 21, 416. — tropice *in promptu sum*, *in potestate alicuius sum*, Rom. 7, 18 *τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι οὐχ εὑρίσκω.* ib. v. 21. — coll. Iudith. 3, 2. 3.

Παράκλησις, *εως*, *ἡ*, (a *παρακαλέω*, quod vide) — LXX pro נֹחַם — 1) advocatio, das Herbeirufen; (Demosth. p. 257. 20 edit. *Reisk.* *οἱ μὲν ἐκ παρακλήσεως συγκαθήμενοι.*) — 2) *preces*, 2 Cor. 8, 4. 17 *τὴν παρακλ. ἐδέξ.* preces meas admisit. (1 Macc. 10, 24 *λόγοι παρακλήσεως*, literae petitoriae. Ioseph. ant. 3, 1. 5 *ἐφ' ἱκετείαν τοῦ θεοῦ καὶ παράκλησιν ἐλθεῖν.* ib. contra Apion. 2, 23 *παράκλησις πρὸς τὸν θεόν.*) — *exhortatio*; *adhortatio*, Rom. 12, 8. 1 Cor. 14, 3. 1 Tim. 4, 13. Hebr. 13, 22. (2 Macc. 7, 24. Ioseph. vit. §. 17. Philo de vit. Cont. p. 891.) — 3) *solamen*, *consolatio*, *recreatio*, qua aliquis vel in malis perferendis erigitur, vel post exantlatos labores recreatur, 2 Cor. 1, 4—7. 7, 4. 7. 13. Phil. 2, 1. Philem. v. 7. Hebr. 6, 18. 12, 5. (Nah. 3, 7. Ier. 16, 6. Hos. 13, 14. Iosephus ant. 3, 1. 3 arbores frugem non ferentes dicit *διὰ σπάνιν τῆς ἐξ ὕδατος ἀφορμῆς καὶ παρακλήσεως.*) — Rom. 15, 4 *ἡ παράκλησις τῶν γραφῶν*, per vaticinia de futura salute per Messiam paranda. *Ὁ θεὸς τῆς παρακλήσεως*, Deus a quo omnis recreatio miseris afflictisque speranda, Rom. 15, 5. 2 Cor. 1, 3. — *παράκλησις αἰώνιος*, solamen e futuri seculi contemplatione redundans, 2 Thess. 2, 16. — Ex metonymia causae pro effectu: *salus* ipsa, qua miseri recreantur et eriguntur; Luc. 6, 24 *ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν*, ea bona iam accepistis, quibus miseri recreandi olim erunt. (coll. Ps. 94, 19); — et *auctor salutis*; ita Luc. 2, 25 de Messia, quem Rabbini *κατ' ἐξοχήν*, מְנַחֵם *consolatorem*, eiusque aevum *dies* s. annos consolationis appellabant. Vid. *Lightfooti* hor. hebr. in Evang. p. 1102. — Denique nostri transferunt ad *institutionem* in religione, quatenus cernitur partim in admonitione ad virtutem christianam, partim in consolatione per spem salutis Christianis factam; Act. 9, 31 *τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου πνεύμ.* ecclesiae institutione s. directione Spiritus sancti fideliter usae, multiplicabantur. Act. 13, 15 *λόγος παρακλήσεως*, aliquid docendum, quod ad emendandam vel consolandam ecclesiam facere possit. ib. 15, 31. 1 Thess. 2, 3. *.

Παράκλητος, *ου*, *ὁ*, (a *παρακαλέω*, perf. pass. *παρακέκληται*) profanis *advocatus ad auxilium*, *adiutor*, *defensor*, potissimum sensu forensi, qui causam alicuius agit coram iudice, *defensor*. Etiam hortator, Philo de opif. m. p. 4 E. — (Symmach. et Aquil. Iob. 16, 2 pro מְנַחֵם consolator. Caeterum in V. T. non habetur.) In N. T. non nisi a Ioanne (quanquam iste verbis *παρακαλεῖν* et *παράκλησις* nunquam usus est) usurpatur a) de Iesu pro peccatoribus in coelo apud patrem deprecante, 1 Io. 2, 1 ubi est *defensor*, *deprecator*, i. q. aliis in locis *ὁ ἐντυγχάνων*. (Origen. *περὶ εὐχῆς*, §. 10. coll. Philo de execrat. p. 937 A: *τρισὶ χρησάμενοι παρακλήτοις τῶν πρὸς τὸν πατέρα καταλλαγῶν.* Id. in Flacc. p. 968 B. Ioseph. ant. 4, 8 3 ubi *παρακαλεῖν* is dicitur, qui deprecatur pro populo apud Deum.)

— b) de spiritu sancto, quem Iesus apostolis promittit tanquam suum vicarium; Io. 14, 16. 26. 15, 26. 16, 7 ubi alii enarrant *consolatorem*, alii *doctorem*, *interpretem*, alii simpliciter *adiutorem*. Puto et hic παράκλητον esse *defensorem*, qui causam apostolorum sit acturus eos docendo, quid faciendum, docendum sit, et quomodo sese defendere debeant coram iudicibus. Hoc non solum suadent loca parallela Matth. 10, 19. 20. Marc. 13, 11, Luc. 12, 11 sqq. 21, 15. sed etiam usus huius voc. apud Rabbinos (*Buxtorf.* lex. p. 1843) qui פְּרַקְלִיט s. פְּרַקְלִיטָא transtulerunt in suam linguam usurparuntque de *defensore*, *deprecatore*, quare Iob. 16, 20. 33, 23 מַלְאָךְ מֵלִיץ, *angelus tutelaris*, *deprecator* (minime enim מֵלִיץ est interpres, doctor) a paraphrastis chal. dicitur angelus פְּרַקְלִיט, quod graecus interpres Test. XII patr. vertit ἄγγελος παραιτούμενος. Vid. *Παραιτέομαι*. *.

Παρακοή, ῆς, ἡ, (ex παρά et ἀκοή) 1) auditio non iusta, das Verhören; — 2) nostris scriptoribus: *inobedientia*, quae dicto, quasi illud non audiverit, non obtemperat, Rom. 5, 19. (Iustin. Mart. de resurr. p. 213 ἀποθνήσκομεν τῇ τοῦ ἀνθρώπου παρακοῇ.) 2 Cor. 10, 6. Hebr. 2, 2. cf. *Παρακούω*. *.

Παρακολουθέω, ῶ, f. ήσω, perf. παρηκολούθηκα (ex παρά et ἀκολουθέω) 1) pone aliquem sequor, aequis passibus incedo cum aliquo; — *comitor*, *intersum*, Marc. 16, 17 σημεῖα τοῖς πιστεύσασι παρακολουθήσει, miracula comitabuntur fidem susceptam, i. e. miracula patrabunt, qui fidem Christo dederunt. (2 Macc. 8, 11 δίκη παρακολ. ἐπ' αὐτῷ. — Diod. Sic. 20, 29. Vid. *Raphel.* annot. e Polyb. ad Luc. 1, 3.) — 2) metaphorice: a) *sequor mente*, *investigo*, *perscrutor*; Luc. 1, 3 παρηκολουθηκότι πᾶσιν (rebus gestis) ἀκριβῶς, qui omnia bene examinavi. (Examinandi et perscrutandi notionem profanis esse frequentatam, docuerunt *Kypkius*, et *Raphelius* e Polyb. ad h. l. vid. Polyb. 1, 12. 7. Demosh. de corona, c. 53. Porphyr. de abstin. 1, 117.) — b) *sequor in agendo*, i. e. *amplector*, *obsequor*; τῇ διδασκαλίᾳ, 1 Tim. 4, 6. 2 Tim. 3, 10. (2 Macc. 9, 27 παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαιρέσει.) *.

Παρακούω, aor. 1. παρήκουσα (ex παρά et ἀκούω) 1) obiter, negligenter audio; Polyb. 2, 8. 3. — 2) *audire nolo*, *non pareo dicto*, *negligo*, *sperno*; Matth. 18, 17 παρακούειν τινος, alicui non obtemperare. Ioseph. ant. 1, 10. 4. Esth. 3, 3 τί παρακούεις τὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως λεγόμενα, pro עָבַר. — pro אֵין עֹשֶׂה Esth. 3, 8. Ies. 65, 12. Tob. 3. 4 παρήκουσαν τῶν ἐντολῶν σου. Ioseph. ant. 6, 7. 4. c. Apion. 1, 28. *.

Παρακύπτω, aor. 1. παρέκυψα, (ex παρά et κύπτω) propr. incurvo me ad aliquid, incurvo me ut contempler, conspiciam, *incurvato corpore*, s. *exserto capite introspicio*; — παρακύψας βλέπει, incurvato corpore introspiciens vidit, Luc. 24, 12. Io. 20, 5. — (παρακύπτειν διὰ τῶν θυρίδων, Cant. 2, 9. Gen. 26, 8. Prov. 7, 6. Sir. 21, 23. Act. Thom. §. 52 εἰς χάσμα. Lib. Henoch. p. 187 ἄγγελοι — παρέκυψαν ἐπὶ τὴν γῆν ἐκ τῶν ἁγίων τοῦ οὐρανοῦ.) — *introspicio* simpliciter; Iac. 1, 25 ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον, qui introspicit in legem perfectam quasi in speculum, (v. 23 sqq.), ut videat, quomodo debeat esse comparatus. — *perspiciendi* sensu 1 Petr. 1, 12 εἰς ἃ (παθήματα καὶ δόξαν Christi, v. 11) ἐπιθυμοῦσι ἄγγελοι παρακύψαι. (Ita Philo de Abrah. p. 366. de sacr. Abel. et Cain. p. 144 διακύπτειν et ἐρευνᾶν coniungit. Vid. *Loesner*. observ. e Phil. p. 472.) *.

Παραλαμβάνω, f. λήψομαι, aor. 2. παρέλαβον, fut. 1. pass. παραληφθήσομαι [Luc. 17, 34—36], (ex παρά et λαμβάνω) — LXX pro לָקַח, נָהַג. — 1) *sumo mihi aliquid*, *assumo*, *mecum duco*, *socium mihi adiungo*; παραλαμβάνειν γυναῖκα intell. εἰς τὴν οἰκίαν, velut uxorem domum ducere, Matth. 1, 20. 24. (Cantic. 8, 2 παραλήψομαί σε, εἰσάξω σε εἰς οἶκον μητρός μου.) — Matth. 26, 37. Marc. 4, 36. 10, 32. 14, 33. Luc. 9, 10. 28. 11, 26. 18, 31. Act. 15, 39. (Gen. 47, 2. 2 Macc. 5, 5. 1 Macc. 3, 37.) — Aliquoties μετά cum pronomine additur, ut Matth. 18, 16. 12, 45. (Gen. 22, 3.) semel sequitur πρὸς ἐμαυτόν, i. e. in locum, ubi ipse versor, Io. 14, 3. — τινά κατ' ἰδίαν, Matth. 20, 17. — Participium, ut participium verbi simplicis (vid. *Λαμβάνω*), aliis verbis activis, quae usum rei indicant, ita praefigitur, ut actio plenius describatur; Act. 16, 33 παραλαβὼν αὐτοὺς ἔλυσεν. Act. 21, 24 τούτους παραλαβὼν ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς. ib. v. 26. 21, 32. Saepius etiam παραλαμβάνω et alterum verbum per καί iunguntur; Matth. 2, 13 παράλαβε τὸ παιδίον καὶ φεῦγε, recipe puerum et aufuge, i. e. aufuge cum puero, ib. v. 20. c. 2, 20. 21. Io. 19, 16 παρέλαβον τὸν Ἰησοῦν καὶ ἤγαγον, Iesum traditum ipsis abduxerunt. Act. 23, 18. (1 Sam. 17, 31. Thren. 3, 2.) Marc. 5, 40. 9, 2. Matth. 17, 1. — *Παραλαμβ.* τινα εἰς, aliquem secum ducere in locum; εἰς πόλιν, Matth. 4, 5. 8. 27, 27. (Num. 23, 14. 27.) — tropice παραλαμβ. doctorem (εἰς οἶκον) i. e. *admittere*, eius doctrinam admittere, Io. 1, 11. — *Passivum* (quod etiam habes Num. 23, 30 et Sap. 16. 14) legitur Matth. 24, 40. 41. Luc. 17, 34—36 ubi παραλαμβάνεται est: *comes* (Messiae) *abducitur*, vel *recipitur* a Messia; sensus: servatur, ut παραλαμβάνειν apud profanos legitur (vid. *Elsner*. et *Munthii* obss. ad illa loca N. T.) — 2) *accipio*, a) propr. — διακονίαν Col. 4, 17. βασιλείαν, Hebr. 12, 28. (Dan. 5, 31. 7, 18 pro קַבֵּל. 2 Macc. 4, 7.) — b) *mente accipio*, doctrinam mihi traditam, Marc. 7, 4 ἃ παρέλαβον, quae traditione accepi. 1 Cor. 11, 23 παρέλαβον ἀπὸ κυρίου, traditum accepi a domino. vid. *Ἀπό*, II, 2. lit. d. 1 Cor. 15, 1. 3. Gal. 1, 9. 12. Phil. 4, 9. Col. 2, 6. 1 Thess. 2, 13 λόγον. 4, 1. 2 Thess. 3, 6 παράδοσιν ἣν παρελάβοσαν (text. vulg. παρέλαβε). (*Routh.* fragm. patr. I, 464 τὴν πίστιν, ἣν ἐξ ἀρχῆς παρελάβομεν.) Hesych. παρέλαβες· ἐπαιδεύθης. Exempla e profanis dedit *Kypk.* II, p. 222. *.

Παραλέγομαι, (ex παρά et λέγω) *praeterlego*, *praeternavigo*; Act. 27, 8. 13. (Diod. Sic. 13, 3.) Hesych. παρελέγετο· παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἔπλεεν. *.

Παράλιος, ον, (παρά et ἅλς) *ad mare vel littus situs*, *maritimus*, (Ios. 11, 2. 3. Gen. 49, 13.) — ἡ παράλιος (χώρα), *littus maris*; semel Luc. 6, 17 τῆς παραλίου Τύρου, ex regione maritima Tyri. Ita Deut. 33, 19 παράλιον κατοικοῦντες. Ioseph. c. Apion. 1, §. 12 τὴν παράλιον Φοινίκης κατοικοῦντες. id. de bell. 3, 9. 1 εἰς τὴν παράλιον Καισάρειαν. (Extat etiam forma παράλιος, ία, ον, Deut. 1, 7 παραλίαν γῆν. Inde ἡ παραλία (γῆ) littus, regio maritima, Ios. 9, 1. Iudith. 1, 7. 3, 6. 5, 2. 23. 7, 8. 1 Macc. 11, 8. 15, 38.) *.

Παραλλαγή, ῆς, ἡ, (a παραλλάσσω, transmuto, aor. 2. pass. παραλλαγῆναι) *mutatio*; *vicissitudo*; Iac. 1, 17 παρ' ᾧ (θεῷ) οὐκ ἔνι παραλλαγή, in quo nulla locum habet vicissitudo, ut in sideribus. — (Polyb. 6, 7. 5. 23, 3. 9.) *.

Παραλογίζομαι, (ex παρά et λογίζομαι) (propr. neben dem Ziele vorbei schliessen) male supputo, et sic decipio; male concludendo decipio; hinc etiam simpliciter: *decipio*, vel verbis vel factis, *fraude circumvenio*; bis: Col. 2, 4. Iac. 1, 22. — (LXX pro רִמָּה Ios. 9, 22. 1 Sam. 19, 17. 28, 12. 2 Sam. 19, 26. Psalt. Sal. 2, 14 παρελογίσατο ἐν λόγοις. Arrian. diss. epict. 2, 20. 7. Ioseph. ant. 11, 6. 12 et 17, 1. 1.) *.

Παραλυτικός, ή, όν, (a παραλύω) *paralyticus*, i. e. qui ex parte aliqua nervorum solutione laborat, membro quodam est captus, *gelähmt*; (vid. Celsus de medic. 2, 1 et 3, 27.) Matth. 4, 24. 8, 6. 9, 2. 6. Marc. 2, 3. 4. 5. 9. 10 et Luc. 5, 24 in codd. pro παραλελυμένῳ. (Act. Thom. §. 12 ubi daemones auctores paralyseos dicuntur.) *.

Παραλύω, partic. perf. pass. παραλελυμένος (ex παρά et λύω) propr. dissolvo a latere, sive ab una parte; dissolvo eo modo, quo dissolvi non debet, male dissolvo; de membris corporis: dissolvo ita, ut pessumdetur, tropice *enervo*, *debilito*; παραλελυμένα γόνατα, Hebr. 12, 12. (Ies. 35, 3. Sir. 25, 26. Psalt. Sal. 8, 5. — χεῖρες παραλ. Ezech. 7, 27. Ier. 6, 24. 50. 15, 43. Ioseph. de bell. 3, 8. 6 παρελύοντο αἱ δεξιαί pugnantium.) — παραλελυμένος Luc. 5, 18. 24. Act. 8, 7. 9, 33 i. q. παραλυτικός, quod vide. (1 Macc. 9, 55 παρελύθη (τὸ στόμα) καὶ οὐκ ἐδύνατο ἔτι λαλῆσαι λόγον. Aesch. dial. Socr. 3, 9.) *.

Παραμένω, f. μενῶ, aor. 1. παρέμεινα, (ex παρά et μένω) 1) propr. iuxta maneo, Hom. Iliad. 11, 402. — *permaneo*, a) propr. *maneo apud aliquem*; *commoror*, 1 Cor. 16, 6 πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, apud vos fortasse commorabor. (Iudith. 12, 7. Gen. 44, 33. Ioseph. vit. §. 28. Thucyd. I, 65.) — *maneo in aliqua re*, Phil. 1, 25 ubi codd. boni παραμενῶ pro συμπαραμενῶ. Hebr. 7, 23 παραμένειν in sacerdotio. (Artemid. 2, 27. Ioseph. ant. 11, 8. 2 ἱερατικῆς τιμῆς — ἐν τῷ γένει παραμενούσης.) — (permanere alicui, Prov. 12, 7. Sir. 11, 17.) — b) tropice: *persevero*

in aliqua re tractanda; Iac. 1, 25 *παραμείνας* (*τῷ νόμῳ*), qui perseverat, i. e. constanter legem observat. (Pind. Py. 1, 93 *μάχαις παρέμεινε*, fortiter stetit in proelio. Hom Iliad. 13, 151 *παραμένετε*, perdurate in pugna.) •.

Παραμυθέομαι, *οῦμαι*, aor. 1. med. *παρεμυθησάμην*, verb. depon. med. (ex *παρά* et *μυθέομαι*, loquor; narro; fabulam dico) propr. loquor ad aliquem, blande alloquor, *zureden*, suadeo (Hom. Iliad. 9, 684.) — *animum alicuius* loquendo *erigo*, *consolor*; seq. accusat. personae, Io. 11, 19. 31. 1 Thess. 2, 11. 5, 14. — (Symmach. pro hebr. נִחַם Iob. 2, 11. 2 Sam. 10, 2. 2 Macc. 15, 9. Ioseph. ant. 6, 3. 4. Xenoph. cyrop. 3, 1. 13. Thuc. 2, 44.) •.

Παραμυθία, *ας*, *ἡ*, (a *παραμυθέομαι*) blanda allocutio; adhortatio; — *solatium*; semel 1 Cor. 14, 3. (Sap. 19, 12. Ioseph. ant. 2, 3. 4. Aeschin. dial. Socr. 3, 3.)

Παραμύθιον, *ίου*, *τό*, (ab eodem) *solatium*, res quae solatio esse potest; semel Phil. 2, 1 *παραμύθιον ἀγάπης*, solatium quod ex meo in vos amore s. studio percepistis. (Sap. 3, 18 *οὐχ ἕξουσι ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως παραμύθιον*. Thucyd. 5, 103. Ioseph. bell. 6, 3. 1.)

Παρανομέω, *ῶ*, (a *παράνομος*, adversus legem agens), *legem*, *praecepta violo*; Act. 23, 3 *παρανομῶν κελεύεις* contra legem (vetantem) iubes. (4 Macc. 5, 17. Xenoph. mem. 4, 4. 4. Ioseph. bell. 7, 2. 1 *παρανομήσαντες εἰς αὐτήν*. LXX pro הֵלִיץ Ps. 119, 51. חָלַל Ps. 75, 4. נַעֲלָם Ps. 26, 4. עָוַל Ps. 71, 5.). •.

Παρανομία, *ας*, *ἡ*, (ab eodem) *legis violatio*; *scelus*, *impietas*; semel 2 Petr. 2, 16. — LXX pro מְזִמָּה Ps. 37, 7. עָוֹן Prov. 5, 22. 2 Macc. 3, 4. Ioseph. de bell. 1, 11, 4 et 4, 5. 4. ant. 18, 8. 2. (*παρανομήματα* Ioseph. ant. 8, 7. 5.)

Παραπικραίνω, aor. 1. *παρεπίκρανα*, (ex *παρά* et *πικραίνω*.) — LXX interpretes usi sunt hoc composito, quod apud profanos non legitur, maxime pro hebr. מָרָה, quod quidem est rebellem esse, sed etiam convenit cum מָרַר acerbum esse. Propr. enim *παραπικραίνω* est acerbi aliquid facio contra aliquem; quare passiv. acerbi quid patior, magno dolore afficior, Thren. 1, 20. — Deinde, et ita fere semper apud LXX *inobedientia alium ad iram excito*, *stomachum ei moveo*; ita de populo israelitico in deserto per inobedientiam Deum irritante, Deut. 31, 27. Ps. 78, 17. 40. 56. 106, 7. 33. 43. vid. etiam 1 Reg. 13, 21. Ps. 5, 12. Ezech. 20, 13. 21. Hinc *παραπικραίνων* in Ezech. saepius, ut c. 2, 5 sqq. rebellis, pro מְרִי. Semel inveni in Philonis libr. de allegor. II, p. 82 B: *οἱ φιλήδονοι, στερεούμενοι τῶν ἡδονῶν, ὀργίζονται καὶ παραπικραίνονται*. — In N. T. semel Hebr. 3, 16 *παρεπίκραναν* (*τὸν θεόν*) inobedientia Deum exacerbarunt. coll. 3 Esdr. 6, 15 ubi est pro רְגַז. Esdr. 5, 15.

Παραπικρασμός, *οῦ*, *ὁ*, (a *παραπικραίνω*) nec hoc apud profanos habetur; legitur vero in vers. alexandr. pro מְרִיבָה Ps. 95, 9 apud Symmach. Iob. 7, 11 pro מַר; Aquilam 1 Sam. 15, 23 pro מְרִי, estque inobedientia, *rebellio*, *qua alium ad iram moveo*, *eius mentem exacerbo*. Bis: Hebr. 3, 8. 15 *ἐν τῷ παραπικρασμῷ*, in magna illa rebellione adversus Mosen (Num. 16). Potest vero etiam *παραπ.* hic esse *locus* rebellionis, vid. Num. 20, 13. Ps. 95, 8.

Παραπίπτω, aor. 2. *παρέπεσον*, (ex *παρά* et *πίπτω*) 1) cado iuxta aliquem, non in iustum locum cado, praeterlabor; hinc: irritus fio, Esth. 6, 10. Ioseph. ant. 19, 5. 2 *βούλομαι μηδὲν τῶν δικαίων παραπεπτωκέναι*. — De homine: deflecto de via (Polyb. 3, 54. 5); tropice: *deflecto ab obsequio Deo praestando*, *ab eius cultu deficio*; Hebr. 6, 6 *παραπεσόντας*, deficientes ab obsequio Iesu praestando, LXX pro מָעַל, deficiendo a Iehova peccavit, Ezech. 14, 13. 15, 8. 18, 24. 20, 27. coll. Sap. 6, 9. 12, 2. •.

Παραπλέω, aor. 1. *παρέπλευσα*, (ex *παρά* et *πλέω*) *praeternavigo*, *praetervehor*; semel Act. 20, 16. (Xenoph. hist. gr. 1, 3. 2. Thucyd. 2, 24. Substantiv. *παράπλους* legitur 3 Macc. 4, 11 et Ioseph. de bell. 7, 2. 1.)

Παραπλήσιος, *ίου*, *ὁ*, *ἡ*, et *παραπλήσιος*, *ία*, *ιον*, (Ioseph. de bell. 6, 8. 3 *παραπλησίας λυχνίας*) ex *παρά* et *πλησίος*, vicinus, *qui vicinus est*, *qui prope accedit*; hinc *παραπλήσιον* adverbialiter *proxime*; Phil. 2, 27 *παραπλήσιον θανάτῳ*. — (Profani saepissime de *simili*, Ioseph. de bell. 3, 5. 2 *ναῷ παραπλήσιον*, templo simile.) •.

Παραπλησίως, (a *παραπλήσιος*) *proxime*, propr. de eo quod proximum est loco vel tempore; de similitudine: *similiter*, *pariter*, *eodem modo*, semel Hebr. 2, 14. (Ioseph. vit. §. 37 *τὰς κατὰ τὴν ἄνω Γαλιλαίαν κώμας ἐτείχισα παραπλησίως*, intellige ut Seleuciam. Ignat. ad Ephes. §. 15 *παραπλησίως αὐτῷ*. — Diod. Sic. 5, 45.)

Παραπορεύομαι, verb. depon. (ex *παρά* et *πορεύομαι*) — LXX pro עָבַר — 1) ad latus incedo; de facientibus iter (Gen. 37, 28), coniunctum cum *διά τινος*, est *pertransire*, iter facere trans, secundum longitudinem ire per aliquid, *des Wegs entlang durch etwas hindurch gehen*; Marc. 2, 23 *παραπορεύεσθαι διὰ τῶν σπορίμων*, transire per segetes, viam ab utraque parte circumdantes. (Alii: iuxta agros frugibus consitos.) Marc. 9, 30 *παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας*, transierunt per Galilaeam. (Alii: obiter profecti sunt per Galilaeam.) Deut. 2, 4 *παραπορεύεσθε διὰ τῶν ὁρίων*, transeundum vobis est per terras. ib. v. 18 *παραπορεύσῃ τὰ ὅρια Μωάβ*. vid. v. 27—30. — 2) *praetereo*, Matth. 27, 39. Marc. 11, 20. 15, 29. (Ios. 6, 7. 13. coll. Exod. 2, 5.) •.

Παράπτωμα, *τος*, *τό*, (a *παραπίπτω*, perf. *παραπέπτωκα*) 1) propr. casus, lapsus, (Sap. 10, 1); — tropice *aberratio a scopo*, qua aliqua re excidimus; Rom. 11, 11. 12 *τὸ παράπτωμα αὐτῶν*, quod Iudaei exciderunt salute ipsis destinata. (Sic LXX, sensum verborum secuti Zach. 9, 5 *ᾐσχύνθη ἀπὸ τοῦ παραπτ. αὐτῆς*, quod spe sua, ausis suis exciderat. coll. Ps. 22, 1.) — 2) *erratum*, *peccatum*, Matth. 6, 14. 15. Marc. 11, 25. 26. [Matth. 18, 35.] Rom. 4, 25. 5, 16. 2 Cor. 5, 19. Gal. 6, 1. Eph. 1, 7. 2, 1. 5. Col. 2, 13. Iac. 5, 16. — De primo Adami peccato, Rom. 5, 15. (v. 14 *παράβασις*) 17. 18. (etiam Sap. 10, 1.) — LXX pro מַעַל Ezech. 14, 13. 15, 8. 18, 24. 20, 27. עָוֶל Ezech. 3, 20. 18, 26. פֶּשַׁע Iob. 36, 9. Ezech. 14, 11. coll. Dan. 6, 22. Sap. 3, 13. Act. Thom. §. 38 et 56. •.

Παραῤῥέω, (quod tempora deducit a forma inusitata *παραῤῥύω*, ex *παρά* et *ῥέω*), aor. 2., flexus terminatione verborum in *μι* exeuntium *παρεῤῥύην*, praeterfluo, praeterlabor; LXX Ies. 44, 4. Xenoph. cyr. 4, 5. 2. Artemid. §. 27. — Aorist. 2 bis in scripturis de hominibus, qui dictorum, praeceptorum immemores sunt, et ad oblivionem eorum quae audiverunt, feruntur, ergo: *oblivioni aliquid dare*; Hebr. 2, 1 *δεῖ ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσιν, μήποτε παραῤῥυῶμεν*, ne (ut unda labens) praeterferamur, ne in oblivionem demus promissa. (Prov. 3, 21 *υἱέ, μὴ παραῤῥυῇς* [hebr. לוּז], *τήρησον δὲ ἐμὴν βουλήν*. Similiter Latini dicunt: *dicta praeterfluere aures*, ut Cic. Tusc. qu. 5, 33. Quinctil. inst. orat. 2, 5. Plin. hist. nat. praefat. fine. — Glossatores sensum potius quam tropum spectarunt. Hesych. *μὴ παραῤῥυῇς· μὴ ἐκπέσῃς*. Idem: *παραῤῥυῶμεν· ἐξολισθῶμεν*. Suidas: *παραῤῥυῶμεν· παραπέσωμεν*. Chrysost. interpretatur: *ἀπολώμεθα*, *ἐκπέσωμεν*. Lex. Cyrilli manuscr. Brem. (in Bielii thes. philol.) *μὴ παραῤῥυῇς· μὴ ἐκπέσῃς*, *ἢ παρασυρῇς*. — Symmach. Prov. 4, 21 de praeceptis: *μὴ παραῤῥυσάτωσαν* (hebr. יַלִּיזוּ) *ἐξ ὀφθαλμῶν σου*. Caeterum vid. de hoc verbo *Wolfii* curae philol. et *Carpzovii* exercitatt. sacrae ad Hebr. 2, 1 et *Kypkii* observatt. sacr. T. II, p. 384 sqq.

Παράσημος, *ον*, (ex *παρά* et *σῆμα*) signo notatus; signatus; in utramque partem dicitur, et est: insignis, nobilis (Herodian. 5, 8. 15), et vero etiam: male signatus, spurius, ut *νόμισμα παράσημον*, aes mali commatis, Demosth. 766. 6 *παράσημος ῥήτωρ*, malae notae orator; id. 307. 26. — Semel Act. 28, 11 *ἐν πλοίῳ παρασήμῳ Διοσκούροις*, signata imagine Dioscurorum, i. e. quae signi loco habebat Dioscuros. Solebant naves veterum in puppi habere imaginem eius numinis, in cuius tutelam navis tradita erat. Ita *παράσημ.* de insigni numinum 3 Macc. 2, 29. Philo leg. ad Cai. p. 1005. Diod. Sic. 3, 3. Ovid. trist. 1, 10. 1.

Παρασκευάζω, perf. pass. *παρεσκεύασμαι*, fut. med. *παρασκευάσομαι*, (ex *παρά* et *σκευάζω*, paro) *adparo*, *paro* ut in promptu, ut aptum sit; Act. 10, 10 *παρασκευαζόντων* (*τὸ δεῖπνον*), mensam struentes, coenam parantes. (2 Macc. 2, 28 *παρασκ. συμποσίου* Herodot. 9, 15.) — (efficio, Prov. 15, 19.) — Medium: *paro me* ad efficiendum aliquid; 1 Cor.

14, 8 *τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον*. (Ier. 50, 42. coll. c. 51, 11. 46, 9. Ioseph. ant. 5, 7. 5.) — perf. pass. *παρεσκεύασμαι* cum significatione medii (vid. *Matthiae* Gramm. §. 493) *paravi me, paratus sum;* 2 Cor. 9, 2 *ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι*, Achaiam iam superiori anno adparatam fuisse ad stipem erogandam; in Achaia collectam esse pecuniam. ib. v. 3 *ἵνα παρεσκευασμένοι ἦτε*, ut parati sitis, dass ihr geschickt gemacht seyd videl. ad stipem erogandam. — (Ioseph. de bell. 1, 10. 8 et 1, 12. 2. Xenoph. cyr. 1, 5. 9.) *.

Παρασκευή, *ῆς, ἡ*, (a *παρασκευάζω*) *adparatio, praeparatio;* (Ioseph. de bell. 1, 11. 8 *παρασκευὴ τοῦ δείπνου*. ib. 3, 8. 1. 2 Macc. 15, 21 *παρασκ. τῶν ὅπλων*). etiam obiective: apparatus, id quod paratum est, Iudith. 2, 18. Ioseph. ant. 11, 3. 2. bell. 7, 5. 6. — In N. T., ubi Matth. 27, 62. Marc. 15, 42. Luc. 23, 54. Io. 19, 14. 31. 42 legitur, dicitur *dies praeparationis*, i. e. dies, quo parabant Iudaei, quae necessaria erant ad sabbatum sive festum solemniter celebrandum, qui etiam Marc. 15, 42 et Iudith. 8, 6 *προσάββατον*, Philoni (de vita contempl. p. 899 B.) *προεόρτιον* dicebatur. Ioseph. ant. 16, 6. 2 *ἐν σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ, ἀπὸ ὥρας ἐννάτης*. *.

Παρατείνω, aor. 1. *παρέτεινα*, (ex *παρά* et *τείνω*, tendo) *protendo, extendo,* (Num. 23, 28. 2 Sam. 2, 29. Gen. 49, 13. Iudith. 7, 3.) — tropice: extendo, i. e. in longum protraho; Act. 20, 7 *παρέτεινε τὸν λόγον*, longius in noctem sermones extraxit. (*παρατ. χρόνον* Ioseph. ant. 1, 3. 9.) *.

Παρατηρέω, *ῶ*, aor. 1. *παρετήρησα*, (ex *παρά* et *τηρέω*) propr. *adstans observo aliquid* s. *aliquem, attendo;* in utramque partem, bonam (Antonin. 10, 2) — malam, ut Latinor. *observo;* Luc. 20, 20 *παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν*, attenti quid responsurus sit, miserunt. — *τινα* s. *τι*, *observo, insidiose observo* aliquem s. aliquid; Marc. 3, 2 *παρετήρουν αὐτόν*, ubi boni libri etiam medium habent *παρετηροῦντο*. (Dan. 6, 11. Ps. 130, 3. Susann. v. 12. 15. 16. Ioseph. ant. 2, 9. 2.) — Medium: *observo mihi*, ut nostri dicunt: ich beobachte mir etwas; Luc. 6, 7 *παρετηροῦντο*, [text. rec. *παρετήρουν αὐτόν*]. Act. 9, 24 ubi pro *παρετήρουν τε* cum *Griesb.* et *Lachmanno* legendum est *παρετηροῦντο δὲ καί*. — superstitiose observo, Gal. 4, 10 *ἡμέρας παρατηρεῖσθε*. — (Pilati relat. apud *Birch*. p. 163 *τὸν σάββατον ἐν σχολῇ παρατηρεῖσθαι*. — Ioseph. ant. 3, 5. 5. *παρατηρεῖν τὰς ἑβδομάδας*. — Ps. 37, 12 *παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλός τὸν δίκαιον*.) *.

Παρατήρησις, *εως, ἡ*, (a *παρατηρέω*, perf. pass. *παρατετήρησαι*) *accurata observatio;* (Polyb. 16, 22. 8. Antonin. 3, 4. Ioseph. ant. 8, 3. 9.) — semel Luc. 17, 20 *μετὰ παρατηρήσεως*, ita ut eius adventus, initia oculis possint observari. (Alii: cum externa pompa, externo adparatu; alii [*Kypke* ad h. l.] „ita ut illud velut rem obscuram et oculos hominum effugientem valdequam solicite speculari et attentius vel longius quaerere necesse sit;" alii: secundum expectationem hominum.)

Παρατίθημι, fut. *παραθήσω*, aor. 1. *παρέθηκα*, aor. 2. *παρέθην*, aor. 2. med. *παρεθέμην*, imperativ. *παράθου* [2 Tim. 2, 2] pro *παράθεσο*, fut. med. *παραθήσομαι*, (ex *παρά* et *τίθημι*), LXX pro שׂוּם et פָּקַד — 1) iuxta aliquem pono, *propono, appono;* — *τράπεζαν*, mensam, i. e. cibos mensae impositos, Act. 16, 34. (*ἄρτον*, 2 Sam. 12, 20. Gen. 24, 33. 43, 31. Ioseph. ant. 8, 9. 1 *παραθέσθαι τινὶ τράπεζαν*.) — *τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν*, cibos vobis appositos, Luc. 10, 8. 1 Cor. 10, 27. — *porrigo*, de cibis, qui distribuuntur, porriguntur ad comedendum, nostrum *vorlegen, opponere;* Marc. 6, 41. 8, 6. 7. Luc. 9, 16. 11, 6. (Gen. 18, 8 *καὶ παρέθηκεν* (נָתַן) *αὐτοῖς, καὶ ἔφαγον*.) — *trado*, propono verbis; Matth. 13, 24. 31 *παραβολήν*. (Exod. 19, 7. 21, 1.) — *trado* i. e. a) trado alicui, ut utatur re, eam administret, *concredo, committo*, Luc. 12, 48. (Lev. 6, 4. Tob. 4, 1. 20.) — b) trado ut curet, tueatur; *commendo;* aliquem Deo, Act. 14, 23. 20, 32. (Ioseph. ant. 7, 15. 1. Sic Ioseph. ant. 4, 8. 32 Moses moriturus Israelitis valedicens *παραθέμενος ὑμᾶς*, inquit, *νόμῳ σωφροσύνης*.) — *τὸ πνεῦμα εἰς χεῖρας τοῦ θεοῦ*, animum Deo tradere, eius tutelae commendare, Luc. 23, 46. 1 Petr. 4, 19. (Ps. 31, 5.) — c) *trado*, ut intelligat, teneat; de doctoribus: Act. 17, 3. 2 Tim. 2, 2. 1 Tim. 1, 18. *.

Παρατυγχάνω, (ex *παρά* et *τυγχάνω*) *adsum, advenio, obvius sum;* *ὁ παρατυγχάνων*, praesens, qui adest, obvius; Act. 17, 17. (Ioseph. ant. 2, 9. 5 *παρατυγχάν. τοῖς γενομένοις*, rebus interesse, ipse videre res gestas. ant. 3, 5. 8 *παρατυγχάνων ταῖς εὐχαῖς*, precibus praesens.) *.

Παραυτίκα, (ex *παρά* et *αὐτίκα* statim, statim postea, in praesenti) adverb. i. q. *παραυτά* (i. e. *παρ' αὐτὰ γιγνόμενα*) proprie statim simul cum alio, diciturque de re, quae simul cum alia evenit, vel statim eam subsequitur, *in praesenti, statim;* Tob. 4, 14 *μισθὸν ἀπόδος αὐτῷ παραυτίκα*, i. e. statim postquam meruit. Ioseph. ant. 12, 3. 3. ib. 9, 7. 2. Ps. 70, 3. — in N. T. semel; 2 Cor. 4, 17 *τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως*, leves quae nunc sunt, non duraturae sed cito transiturae calamitates. Vid. quae *Hermannus* ad *Viger*. p. 781 de *αὐτίκα* et eius discrimine a *τὸ νῦν, τὸ παρόν* dixit. (Xenoph. cyrop. 1, 5. 9 *αἱ παραυτίκα ἡδοναί*. Thucyd. 4, 54 *τό τε παραυτίκα καὶ τὸ ἔπειτα*.) *.

Παραφέρω, aor. 2. *παρήνεγκον*, imperat. aor. 2. *παρένεγκε* (ex *παρά* et *φέρω*) — 1) adpono, adporto; cibos, Xenoph. cyrop. 1, 3. 6. — 2) *praeterfero*, vorbeiführen, *subito transire facio*, *τὸ ποτήριον* i. e. mala acerbissima removere, Marc. 14, 36. Luc. 22, 42. (Matth. 26, 39. 42 legitur *παρέρχεσθαι*.) — *abripio, subito abduco*, propr. Iud. v. 12 *νεφέλαι ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι* (textus vulg. *περιφερ.*). — tropice, Hebr. 13, 9 *διδαχαῖς παραφέρεσθε* (text. vulg. et hic *περιφ.*). — vid. Plutarch. Timol. 6 *αἱ κρίσεις σείονται καὶ παραφέρονται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων ἐπαίνων καὶ ψόγων*. Marc. Anton. 4, 43. Herodian. 8. 4. 7 et *Kypkii* obss. II, p. 417. — passivum etiam est: impetu insano ferri, 1 Sam 21, 14 pro הִתְהֹלֵל. *.

Παραφρονέω, *ῶ*, (a *παράφρων*, amens, desipiens) *demens sum, desipio, deliro;* 2 Cor. 11, 23 *παραφρονῶν λαλῶ*, tanquam desipiens ex vestra opinione, dico. Xenoph. mem. 4, 7. 6. — In V. T. semel Zach. 7, 11 pro סָרַר.

Παραφρονία, *ας, ἡ*, (a *παράφρων*, amens, desipiens; etiam impius Sap. 5, 20): *amentia, insipientia, dementia;* semel 2 Petr. 2, 16 *τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν*, vesaniam vel impietatem. Apud profanos non legitur, qui potius *παραφροσύνην* usurpant, quare quidam codd. in loco Petrino *παρανομίαν* et *παραφροσύνην* habent ex interpretamento.

Παραφροσύνη, *ης, ἡ*, (a *παράφρων*) *dementia, vesania*. Vid. *παραφρονία*.

Παραχειμάζω, f. *άσω*, aor. 1. *παρεχείμασα*, perf. *παρακεχείμακα*, (ex *παρά* et *χειμάζω*) *hiemem transigo in aliquo loco sive apud aliquem; hiberno, hiemem ago;* Act. 27, 12. 28, 11. 1 Cor. 16, 6. Tit. 3, 12. (Demosth. p. 909. 14 *παραχειμάζοντι ἐκεῖ*. Polyb. 2, 64. 1.)

Παραχειμασία, *ας, ἡ*, (a *παραχειμάζω*) *hiematio, hibernatio;* Act. 27, 12 *πρὸς παραχειμασίαν*, ad hibernandum. (Polyp. 3, 34. 6.)

Παραχρῆμα, adverb. propr. *παρὰ τὸ χρῆμα*, in ipsa re, in ipso momento, auf der Stelle, *statim, protinus, illico, confestim;* Matth. 21, 19 sq. Luc. 1, 64. 4, 39. 5, 25. 8, 44. 47. 55. 13, 13. 18, 43. 19, 11. 22, 60. Act. 3, 7. 5, 10. 9, 18. 12, 23. 13, 11. 16, 26. 33. — (LXX pro פִּתְאֹם Num. 6, 9. Ies. 30, 13. Sap. 18, 17. 2 Macc. 4, 34. 4 Macc. 4, 19. Thucyd. 2, 17. (Ioseph. ant. 15, 3. 5. de bell. 4, 6. 1. 6, 8. 5.)

Πάρδαλις, *εως, ἡ*, *pardalis*, pardi femella, (Felis pardus *Linn.*) vid. Aristot. hist. anim. 9, 1. Plinii hist. nat. 11, 49. Semel Apoc. 13, 2. (Dan. 7, 6.) — LXX pro נָמֵר Cant. 4, 8. Ies. 11, 6. Ier. 5, 6. 13, 23. Sir. 28, 23.

Παρεδρεύω, (a *πάρεδρος*, qui adsidet, Sap. 6, 14. 9, 4) *adsideo;* — versor in aliquo loco, Prov. 8, 3. — in aliqua re, *occupatus* in ea sum, ita semel 1 Cor. 9, 13 in codd. *παρεδρεύοντες* pro *προσεδρεύ.* habentibus. (Etymol. M. 699. 25. Demosth. 572. 10. Origen. exhort. ad Martyr. §. 28 *ψυχαὶ τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρεύουσαι*. — insidior; Test. XII patr. p. 653 *παρεδρεύειν τοῖς υἱοῖς Λευΐ*.) *.

Πάρειμι, imperf. *παρῆν*, (ex *παρά* et *εἰμί*) — LXX maxime pro בּוֹא — *adsum, advenio;* — Matth. 26, 50. Luc. 13, 1. Io. 7, 6. 11, 28. Act. 10, 21. 33. 12, 20. 17, 6. Apoc. 17, 8 *πάρεσται* iterum aderit. (textus vulg. *καίπερ ἐστίν*.) (Num. 22, 20. Thren. 4, 18. 1 Macc. 12, 45. Ioseph. vit. §. 24.) — *παρεῖναι ἐπί τινος*, adversus aliquem *prodire* (in foro), Act. 24, 19. — *παρεῖναι εἰς*, *pervenire ad*, Col. 1, 6. (Ioseph. ant. 1, 19. 4. *παρῆν εἰς τὴν Χαρράν*. ant. 21, 1

εἰς Σίμωνα παρῆν. Poly. 18, 1. 1.) — *πάρεστί τινί τι, in promptu est alicui aliquid, habet aliquid,* 2 Petr. 1, 9. (Sap. 13, 1 οἷς παρῆν θεοῦ ἀγνωσία. ib. 11, 21 τὸ ἰσχύειν πάρεστί σοι πάντοτε. Xenoph. symp. 4, 43. — etiam: imminet alicui aliquid, Ies. 30, 13.) — *Παρών, praesens,* 1 Cor. 5, 3. 2 Cor. 10, 2. 11. 13, 2. 10. (Sap. 11, 11. 14, 17.) — παρὼν πρὸς ὑμᾶς, versatus apud vos; 2 Cor. 11, 8. Gal. 4, 18. 20. — ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ, in doctrina, quae ad vos pervenit (Sap. 19, 14 παρόντες advenae); vel quae vobis nunc est, qua nunc imbuti estis, 2 Petr. 1, 12. — τὸ παρόν, *praesens tempus;* Hebr. 12, 11 πρὸς τὸ παρόν, quod attinet ad praesens tempus, für den gegenwärtigen Augenblick. (Ioseph. ant. 6, 5. 1. Plutarch. de discr. c. 18 εἰς τὸ παρόν, Xenoph. symp. 4, 43.) — τὰ παρόντα, *quae in promptu sunt* alicui, quae pro ratione habet et habere potest; Hebr. 13, 5 ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. (Phocylides: ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. Xenoph. symp. 4, 42.) *.

Παρεισάγω, f. άξω, (ex παρά a latere i. e. clam, inscio altero, et εἰσάγω) *clam, subdole introduco;* 2 Petr. 2, 1. (Polyb. 1, 18. 3. vid. *Raphelii* annot. e Polyb. p. 704.)

Παρείσακτος, ον, (a παρεισάγω) *clam introductus;* in N. T. semel Gal. 2, 4 παρεισάκτους ψευδαδέλφους, subdole inductos in coetum nostrum fratres falsos (pietatem simulantes). — Hesych. παρείσακτον· ἀλλότριον.

Παρεισδύω, aor. 1. παρεισέδυσα (ex παρά a latere, i. e. clam, furtim, subdole, et εἰσδύω) *clam intro, irrepo.* Semel Iud. v. 4. (Herodian. 7, 9. 18 παρεισδῦναι σπουδάζοντες ἑκάστου. id. 1, 6. 2.)

Παρεισέρχομαι, aor. 2. παρεισήλυθον, per syncopen παρεισῆλθον, (ex παρά a latere, i. e. dolose, clam, et εἰσέρχομαι) 1) *clam, subdole intro, irrepo;* Gal. 2, 4. (Polyb. 1, 7. 3. vid. *Raphel.* p. 511 sq. Polynaeus, 2, 55. — 2 Macc. 8, 1.) — 2) (παρά, ad, praeterea) *insuper intro;* — intellige εἰς τὸν κόσμον, *insuper existo*, (vid. εἰσέρχομαι.) Ita Rom. 5, 20 νόμος δὲ παρεισῆλθεν (εἰς τὸν κόσμον) lex mosaica insuper (post peccatum et ad illud) extitit, data est. (Sic Test. XII patr. p. 608 γίνεται μέθη, καὶ παρεισέρχεται ἡ ἀναισχυντία. Philo de opific. p. 34 μηδενὸς πάθους παρεισεληλυθότος. de temulent. p. 263 ὕγνοια — μήτε φῶς μήτε λόγον παρεισελθεῖν ἐῶσα. — Alii παρεισῆλθεν Rom. l. l. clam, i. e. insciis gentilibus, intravit.) *.

Παρεισφέρω, aor. 1. παρεισήνεγκα, (ex παρά, praeterea, et εἰσφέρω) *praeterea infero, s. affero;* (Demosth. 484. 1) tropice: *confero ad aliquid, adhibeo;* 2 Petr. 1, 5 καὶ (εἰς) αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, et propterea omne studium adhibentes. (Ioseph. 20, 9. 2 πᾶσαν εἰσηνέγκατο σπουδὴν καὶ πρόνοιαν.)

Παρεκτός, (ex παρά et ἐκτός) adverb. genitivum ut ἐκτός secum habens, *praeter, praeterquam, excepto;* ter in N. T. Matth. 5, 32 παρεκτὸς λόγου πορνείας. (Matth. 19, 9 in varia lect.) Act. 26, 29. — τὰ παρεκτός, *quae praeterea sunt;* 2 Cor. 11, 28 χωρὶς τῶν παρεκτός, intell. τυγχανόντων, s. γινομένων, i. e. „ut taceam quae praeterea eveniunt, videlicet“ etc. — Semel in Aquilae reliquiis pro זוּלָתִי Deut. 1, 36. Test. XII patr. p. 631 ubi παρεκτὸς ἐννοίας est. i. q. πλὴν τὴν ἄγνοιαν, excepta malevolentia. Period. Ioann. ap. *Birch.* p. 279 παρεκτὸς τοῦ σου ἑταίρου; et p. 298 παρεκτὸς τοῦ πλάνου. — (In profanorum libris vix reperitur, et est formatum ut ἀπέμπροσθεν, Act. Thom. §. 14 et similia.)

Παρεμβολή, ῆς, ἡ, (a παρεμβάλλω, interiicio, Iud. 19, 21. tentoria figo, castra loco, 1 Macc. 5, 42. Iudith. 7, 3. 13) propr. interpositio, immissio, das Einschieben zwischen andere; hinc in dialecto Macedonica (vid. *Sturz.* p. 30. Phrynich. p. 377) 1) *acies,* die Schlachtordnung, et ut Latinor. acies: *exercitus instructus;* — LXX pro מַחֲנֶה — Hebr. 11, 34 (vid. Κλίνω). Apoc. 20, 9. (Exod. 14, 19. 20. Iud. 8, 11. Sir. 48, 24. 1 Macc. 5, 45. 1 Sam. 14, 16 pro הָמוֹן. Aelian. V. hist. 14, 46.) — 2) *castra,* (Joseph. bell. 3, 4. I. ant. 7, 4. 1.) — *castra stativa,* i. e. domicilia militum iuncta, nostrum: *Casernen, Hauptwache;* ita de castris stativis militum romanorum Hierosolymae, quae erant in arce Antonia, Act. 21, 34. 37. 22, 24. 23, 10. 16. 32. — *castra Israelitarum* in deserto, Hebr. 13, 11. (Exod. 29, 14. 32, 17. 19, 17. coll. Gen. 32, 7. 8.) ib. 13, 13 ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν (Χριστὸν) ἔξω τῆς παρεμβολῆς, „extra urbem Hierosolymam (quae erat Iudaeis, quod olim in deserto castra fuerant)“ i. e. mittamus ecclesiam et sacra Iudaeorum, qui Iesum cum ignominia expulerunt. Fortasse vero παρεμβολή hic transfertur ad *instabiles sedes huius vitae,* quum auctor τῇ παρεμβολῇ opponat v. 14 τὴν μένουσαν πόλιν, ut sensus sit: parati simus aeque ad contumeliosam mortem, pati eadem ac Christus passus est. coll. cap. 11, 13. Similiter Philo (3 leg. Allegor. p. 89) in verbis Deut. 23, 12 παρεμβολήν corpus, e quo exeundum sit animae, explicat. *.

Παρενοχλέω, ῶ, (ex παρά et ἐνοχλέω) i. e. ἐνοχλέω τινὶ παρά τινι πράγματι, in negotio alicui *molestias creo;* iungitur dativo personae ut ἐνοχλεῖν; semel Act. 15, 19 παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν θεόν, i. e. ἐνοχλεῖν τοῖς ἔθνεσι παρὰ τῷ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τ. θ. — Arrian. diss. epict. 1, 9. Diod. Sic. 14, 27. — LXX pro הֶלְאָה Mich. 6, 3. הִמְרִיץ Iob. 16, 3. 1 Macc. 10, 35. 63. 12, 14. — etiam seq. accusativo personae Ier. 46, 26. Iud. 14, 17. 1 Sam. 28, 15.

Παρεπίδημος, ον, (ex παρά et ἐπίδημος, versans in populo, advena, peregrinus) *peregre versans cum aliis in aliquo loco, peregrinus;* Hebr. 11, 13 παρεπίδημοι ἐπὶ τῆς γῆς. (Aeschin. dial. Socr. 3, 3 παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος. — hebr. מָגוֹר Gen. 47, 9. et גֵּר Lev. 25, 23. 1 Chron. 29, 15. Ps. 39, 12.) 1 Petr. 1, 1 ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις, Christianis extra Palaestinam viventibus, exulibus. ib. 2, 11. (Polyb. 32, 22. 4.) — LXX pro תּוֹשָׁב Gen. 23, 4. Ps. 39, 13. *.

Παρέρχομαι, f. παρελεύσομαι, pf. παρελήλυθα, aor. 2. παρῆλθον, (ex παρά et ἔρχομαι) verb. depon. med. — LXX maxime pro עָבַר — 1) *advenio, accedo,* Luc. 17, 7 παρελθὼν ἀνάπεσαι, accede et accumbe. ib. 12, 37 παρελθών ad mensam. (Sir. 29, 26 πάρελθε, πάροικε, κόσμησον τράπεζαν.) Act. 24, 7. (Exod. 3, 3. 12, 23. Ioseph. bell. 3, 8. 2.) — 2) *praetereo, transeo;* (Hom. Odyss. 5, 429. 16, 357) a) proprie, de iter facientibus; Marc. 6, 48 ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς, volebat praeterire eos: i. e. videbatur apostolis velle praeterire. Luc. 18, 37. Act. 16, 8 τὴν Μυσίαν. (Exod. 12, 23. 34, 6.) — παρέρχεσθαι διά, transire, s. proficisci per, Matth. 8, 28. (Num. 20, 17. 21. 21, 22. Deut. 2, 27. 29. Ios. 24, 17.) — de tempore, quod finitur, praeterlapsum est, Matth. 14, 15 ἡ ὥρα. Act. 27, 9 νηστεία. 1 Petr. 4, 3 ὁ παρεληλυθὼς χρόνος. (Iob. 17, 11. Gen. 50, 4. Cant. 2, 11. Sir. 42, 19.) — b) ex hebraismo (עָבַר Ps. 37, 36. Nah. 1, 12. Iob. 34, 20) tropice: *evanesco,* vergehen, *intereo, aboleor;* ὁ οὐρανός, Matth. 5, 18. 24, 35. Luc. 16, 17. 21, 33. 2 Petr. 3, 10. [Apoc. 21, 1 ubi aor. παρῆλθε pro plusquamperfecto, ut etiam apud profanos; vid. *Matth.* Gramm. §. 497. p. 939, sed *Griesb.* dedit e codd. ἀπῆλθον] (Ps. 102, 26 in eadem re: ἀπολοῦνται.) — ἡ γενεὰ αὕτη, Matth. 24, 34. Marc. 13, 30. Luc. 21, 32. — 2 Cor. 5, 17 τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν. Iac. 1, 10 ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται. (Ps. 37, 36 παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν. Dan. 7, 14 ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται. coll. Ps. 57, 1.) — de legibus, praeceptis: *irritus reddor;* Matth. 24, 35. Marc. 13, 31. Luc. 21, 33. — c) *praetereo* aliquid; de praeceptis: *negligo, violo,* Luc. 11, 42 παρέρχ. τὴν κρίσιν (in lege praescriptam). Luc. 15, 29 τὴν ἐντολήν. (Deut. 26, 13. — τὸν λόγον τινος, Iudith. 11, 10. τὴν διαθήκην, Deut. 17, 2. Ier. 34, 18. Ps. 149, 6. Dan. 6, 12. Ioseph. ant. 14, 4. 3 παρελθεῖν τι τῶν νομίμων.) — 3) *abeo, discedo,* seq. ἀπό, a) propr. Cant. 3, 4. — b) tropice: de calamitate quae removetur ab aliquo, Matth. 26, 39. 42 παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. Marc. 14, 35 παρέλθῃ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ ὥρα. (Ioseph. ant. 5, 1. 8 τῆς δὲ πόλεως εἰ καί τι παρέλθοι τὸ πῦρ, κατέσκαπτε.) — *excido;* Matth. 5, 18 ἰῶτα ἓν οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου (Luc. 16, 17 πεσεῖν). Dan. 4, 28 ἡ βασιλεία σου παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ. coll. 2 Chron. 9, 2 οὐ παρῆλθε (hebr. נֶעְלַם abscondor) λόγος ἀπὸ Σολομῶντος. Sir. 42, 20. *.

Πάρεσις, εως, ἡ, (a παρίημι) profanis est 1) *praetermissio, transmissio,* das Vorbeilassen; Dionys. Halicarn. 7, 37. — 2) relaxatio, das Nachlassen, Erschlaffen. Philo de execrat. p. 933 C. In N. T. semel Rom. 3, 25 ubi non recte vertunt: *remissionem, condonationem.* Nam etiam hic est *praetermissio*, i. e. non quod condonavit Deus peccatum, sed quod *toleravit*, non punivit; coniungenda enim sunt διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων

ἁμαρτημάτων ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ, ut etiam recte edidit *Griesbachius*; sensus: Deus Iesum piaculum esse voluit, quum ut probaret suam iustitiam ratione habita praeteritorum (ante Christum) peccatorum, quae pro sua lenitate non punivit (in piis maioribus, quos, quanquam peccato obnoxios, absque redemtore transtulit post mortem in sedes beatas), tum ut eandem demonstraret hoc tempore (post Christum i. e. ratione habita peccatorum, quae nunc committuntur), ut omnino iustus appareret. (Sic οὐ μὴ παρῇ τὰ ἁμαρτήματα, non poena deficiet peccatis, Sir. 23, 2.)

Παρέχω, f. έξω, imperf. παρεῖχον, aor. 2. παρέσχον, partic. παρασχών, (fut. med. παρέξομαι, Luc. 7, 4 in codd.) (ex παρά et ἔχω) propr. iuxta aliquid colloco s. teneo, ich halte daneben; — *admoveo alicui aliquid*. Varie usurpatur, varieque verti potest; *porrigo*, σιαγόνα, Luc. 6, 29. — *praesto, exhibeo* alicui aliquid, nostrum *erweisen, erzeigen*, Luc. 7, 4 ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξει [boni libri medium, παρέξῃ] τοῦτο, dignus est, cui hoc, quod petiit, praestes. Act. 28, 2 φιλανθρωπίαν. Col. 4, 1 τὸ δίκαιον. 1 Tim. 6, 17 πάντα. (Test. XII patr. p. 641 ἃ παρέχει ὑμῖν ὁ θεός. Ioseph. ant. 1, 3. 1 παρέχειν τιμὰς τῷ θεῷ. ib. 8, 2. 6 μισθόν. Ioseph. c. Apion. 1, 29.) — *medium: praesto ex mea parte;* Act. 19, 24 παρείχετο [boni quidam libri παρεῖχε] τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν. Col. 4, 1 τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε [plures codd. παρέχετε], praestate a vestra parte. Tit. 2, 7 σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον. (De pronom. reciproco cum medio vid. *Wineri* Gr. p. 235. Xenoph. cyrop. 8, 1. 39 παράδειγμα — τοιόνδε ἑαυτὸν παρείχετο. Plutarch. de educ. pueror. fin. ἑαυτοὺς (parentes) παράδειγμα τοῖς τέκνοις παρέχειν. — *efficio, facio, auctor sum;* Act. 22, 2 ἡσυχίαν. (Iob. 34, 29 pro יַשְׁקִט). 1 Tim. 1, 4 ζητήσεις. (Test. XII patr. p. 538 ὀργὴν παρέχει τῷ διαβουλίῳ. Sap. 17, 13 αἰτία παρέχουσα τὴν βάσανον. Ioseph. ant. 1, 4. 2 τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ταῦτα παρέχειν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι.) — Act. 17, 31 πίστιν παρασχών, Latinor. fidem faciens videl. argumentis, eo nimirum quod Christum in vitam revocavit. Ita πίστιν παρέχειν τινὶ Ioseph. ant. 2, 9. 4. Polyb. 4, 33. 7. (vid. *Raphel.* annot. e Polyb. ad h. l.) — Κόπους παρέχειν τινί, negotium facessere alicui, Matth. 26, 10. Marc. 14, 6. Luc. 11, 7. 18, 5. Gal. 6, 17. (πόνον Sir. 29, 4. ἀγῶνα Ies. 7, 13 pro הַלְאוֹת, fatigare. Polyb. 1, 20. 10 δυσχέρειαν τινί.) *.

Παρηγορία, ας, ἡ, (a παρηγορέω, hortor; admoneo, consolor, 4 Macc. 12, 2.) adhortatio; *solatium, levamen*, Col. 4, 11. (4 Macc. 5, 12. 6, 1. Hierocl. de nuptiis apud Stobaeum, serm. 65 ἡ γυνὴ παρουσα μεγάλη γίνεται καὶ πρὸς ταῦτα παρηγορία. Plutarch. de superstit. c. 7. Ioseph. ant. 4, 8. 3. — παρηγορέω pro נִחַם Symmach. Eccl. 4, 1. Iob. 7, 13. 16, 2.) *.

Παρθενία, ας, ἡ, (a παρθένος) poetae et recentiores scriptores pro παρθένεια, *virginitas;* Luc. 2, 36 ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ παρθενίας αὐτῆς, quae cum *primo* marito, cui virgo nupserat, septem vixerat annos, igitur secundas nuptias non experta erat. (Ita ἀνὴρ παρθενίας μου Test. XII p. 621. coll. Sir. 15, 2. Ioseph. ant. 4, 8. 23. — Ier. 3, 4. Sir. 42, 10. De signis virginitatis Deut. 22, 14. 17. 20.) *.

Παρθένος, ου, ἡ, — LXX pro בְּתוּלָה, נַעֲרָה, (bis etiam pro עַלְמָה Gen. 24, 43. Ies. 7, 14.) — 1) *virgo*, Matth. 1, 23. 25, 1. 7. 11. Luc. 1, 27. Act. 21, 9. 1 Cor. 7, 25 ἡ παρθένος αὐτοῦ, virgo filia eius. ib. v. 28. 34. 36 sq. (Exod. 22, 16 sq. Gen. 24, 14. 16.) — 2 Cor. 11, 2 παρθ. ἁγνή virgo immaculata. (4 Macc. 18, 7 παρθ. ἁγνή. v. 8 τὰ ἁγνὰ τῆς παρθενίας.) — 2) adiective: *virgineus*, i. e. adhuc intactus, (Ioseph. ant. 1, 1. 2 παρθένον γῆν terram recens creatam appellat; παρθένος πηγή, Aeschyl. Pers. 615. cf. Ier. 46, 11 τῇ παρθένῳ θυγατρὶ Αἰγύπτου. Thren. 1, 4. Ies. 47, 1.) Ita ὁ παρθένος, caelebs; semel Apoc. 14, 4 παρθένοι sunt vel ii, qui in matrimonio quidem viventes, tamen sponte a concubitu cum suis coniugibus abstinuerunt, vel, quod praeferendum, i. q. ἄγαμοι, qui, ut animum eo minus abstraherent ab amore in Iesum (1 Cor. 7, 33 sqq.), a matrimonio abstinuerunt (Suid. Ἄβελ· οὗτος παρθένος καὶ δίκαιος ὑπῆρχε. Idem: Μελχισεδὲκ ἐτελεύτησε δίκαιος καὶ παρθένος. Eodem sensu de Iosepho in libro Asseneth apud *Fabric.* cod. pseudep. V. T. II, p. 92 et 98.) *.

Πάρθος, ου, ὁ, *Parthus*, incola Parthiae, provinciae Asiae, ab occasu Media, ab aquilone Hyrcania, ab ortu Ariana, a meridie Carmaniae desertis terminata. (Strabo 10, 354. Curt. 6, 11. Iustin. lib. 41, prooem.) Act. 2, 9 Πάρθοι καὶ Μῆδοι, i. e. Iudaei ibi degentes. *.

Παρίημι, passiv. παρίεμαι, perf. παρεῖμαι (ex παρά et ἵημι, mitto) 1) praetermitto; (transeo, Prov. 15, 11. 1 Sam. 2, 5. Ioseph. c. Apion. 1, 27. — negligo, non curo, Sir. 23, 2.) — 2) *relaxo, remitto;* (Ioseph. bell. 5, 2. 4. ant. 6, 3. 3. LXX pro נִבְהַל 2 Sam. 4, 1. נִלְאָה Ier. 20, 9.) — χεῖρες παρειμέναι, Hebr. 12, 12. (Zeph. 3, 16. Ier. 4, 31. Sir. 2, 13. 25, 23 manus remissae, labore fatigatae. Ioseph. ant. 8, 8. 5 ἐκτεταμμένη ἡ χεὶρ εὐθὺς παρείθη, καὶ οὐκ ἔτι ἴσχυσεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν ἀναγαγεῖν, ἀλλὰ νεναρκηκυῖαν καὶ νεκρὰν εἶχεν ἀπηρτημένην.) *.

Παριστάνω, vid. Παρίστημι.

Παρίστημι, et apud recentiores (in N. T. Rom. 6, 13. 16) παριστάνω, f. παραστήσω, aor. 1. παρέστησα, aor. 2. παρέστην, perf. παρέστηκα, partic. παρεστηκώς et παρεστώς, plusqpf. παρειστήκειν [Act. 1, 10], fut. 1. med. παραστήσομαι, (ex παρά et ἵστημι) — LXX pro נִצַּב Niph. et Hiph. et pro עָמַד Kal. et Hiph. — I) praes. imperf. futur. et aor. 1. activi: 1) propr. *iuxta aliquem sisto s. colloco*, seq. dativo personae; — in praesidium, Matth. 26, 53 παραστήσει μοι. — 2) *praesto sisto, praesto, exhibeo, praebeo*, darstellen, a) propr. 2 Cor. 4, 14 παραστήσει (ἡμᾶς τῷ βήματι τοῦ Χρ.) σὺν ὑμῖν. Luc. 2, 22 τῷ κυρίῳ, in templo coram Deo sistere. Act. 23, 33. — Act. 1, 3 παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα. 9, 41. Rom. 6, 13 παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ θεῷ. ib. v. 16. 19. 12, 1. 2 Cor. 11, 2. Eph. 5, 27. Col. 1, 22. 28. 2 Tim. 2, 15. — *acquirendi*, vel *parandi* sensu, Act. 23, 24 κτήνη παραστῆσαι (2 Macc. 12, 3 τὰ παρασταθέντα σκάφη.) — *commendandi* sensu, 1 Cor. 8, 8 ὑμᾶς οὐ παρίστησι [nisi legendum παραστήσει] τῷ θεῷ. (Ioseph. ant. 15, 7. 3.) — b) tropice: argumentis aliquid praesto, *demonstro, documentis probo, darthun;* Act. 24, 13. (Ioseph. vit. §. 6 βουλόμενος παραστῆσαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν, ὅτι οὐ προαίρεσις ἐγένετο. ant. 4, 3. 2 παράστησον καὶ νῦν, ὅτι πάντα σῇ προνοίᾳ διοικεῖται. ib. 8, 2. 5. Polyb. 4, 30 πίστιν παριστάναι τοῖς ἀκούουσι. Alia exempla dederunt *Kypkius* et *Loesn.* ad h. l.)

II) medium, et perfect. plusquamperf. itemque aor. 2. activi: 1) me sisto iuxta aliquem, i. e. a) *adsum*, Marc. 4, 29 παρέστηκεν ὁ θερισμός advenit, adest, instat messis. (Hom. Iliad. 16, 853 παρέστηκεν ὁ θάνατος.) — b) *adsto, circumsto, cingo;* Act. 9, 39 παρέστησαν αὐτῷ, eum cingebant. Hinc οἱ παρεστηκότες, sive οἱ παρεστῶτες, qui aliquem circumstant, alicui adstant, *die Umstehenden;* Marc. 14, 47. 69. 70. 15, 35. Io. 18, 22. Act. 23, 2. 4. — Marc. 15, 39 παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας, ex adverso adstans. Io. 19, 26. Gen. 45, 1. 1 Sam. 4, 20. 22, 6. 7. Exod. 18, 14. — sensu hostili: *consurgo* adversus aliquem, Act. 4, 26 παρέστησαν οἱ βασιλεῖς. (Ps. 2, 2. Sir. 51, 3 Hom. Iliad. 6, 43.) — adsto ad auxilium ferendum, nostrum *beistehen, auxilio sum, opitulor* Rom. 16, 2. 2 Tim. 4, 17. (Hom. Iliad. 5, 116. 10, 290. Ioseph. bell. 2, 12. 7 Κουμάνῳ πολλοὶ τῶν δυνατῶν παρίσταντο; unde παραστάτης adiutor, Ioseph. ant. 1, 13. 3.) 2) *me sisto coram aliquo;* i. e. a) sensu forensi: me sisto coram iudice, Act. 27, 24 Καίσαρι παραστῆναι. Rom. 14, 10 παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. — b) *compareo*, Act. 4, 10 παρέστηκεν ἐνώπιον (1 Sam. 16, 21. 22) ὑμῶν ὑγιής. — de angelis, Act. 1, 10. 27, 23. (Iob. 1, 6. 2, 1.) Luc. 1, 29 παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, i. e. angelus interioris admissionis, ἄγγελος τοῦ προσώπου τοῦ θεοῦ. (Vid. Ἄγγελος, et cf. Dan. 7, 10.) — de *famulis;* Luc. 19, 24 παρεστῶτες, famuli. (LXX pro שֵׁרֵת Gen. 40, 4. Exod. 24, 13. Deut. 21, 5. 2 Sam. 13, 17.) *.

Παρμενᾶς, ᾶ, ὁ, *Parmenas*, nom. pr. unius e septem diaconis ecclesiae Hierosolymitanae; Act. 6, 5.

Πάροδος, ου, ἡ, (ex παρά et ὁδός) 1) via, quae ad aliquem locum ducit, (Gen. 38, 14. pro דֶּרֶךְ) — aditus, accessus; — 2) *transitus*, i. e. a) locus, per quem transitur (Ioseph. bell. 1, 1. 5. 3, 2. 3); — b) *transitio, das Vorüber-Vorbeigehen;* semel 1 Cor. 16, 7 οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἐν παρόδῳ (transeundo, i. e. obiter) ἰδεῖν. — (Sap. 2, 5 σκιᾶς γὰρ πάροδος ὁ βίος ἡμῶν. ib. 17, 9. Thucyd. 1, 126. Polyb. 5, 68. 8.)

Παροικέω, ῶ, aor. 1. παρῴκησα, (ex παρά et οἰκέω) 1) propr. iuxta aliquem habito, accolo; — 2) *habito* in

aliquo loco *advena, sum peregrinus*, (LXX pro גּוּר, etiam pro יָשַׁב Gen. 12, 10. 19, 9. Ios. 24, 2.) — Bis in N. T. Luc. 24, 18 σὺ μόνος παροικεῖς [ἐν] Ἱερουσαλήμ. (Sequi solet in LXX versione maxime ἐν, Gen. 20, 1. 21, 34. 26, 3. Exod. 12, 40. Levit. 18, 3. Num. 20, 15. etiam μετά τινος, Gen. 32, 4. 2 Chron. 15, 9. — etiam cum accusativo, Gen. 17, 8 τὴν γῆν ἣν παροικεῖς. Exod. 6, 4.) — Hebr. 11, 9 πίστει παρῴκησεν εἰς τὴν γῆν, i. e. advenit in terram et ibi habitavit, vid. *Εἰς* num. 5. c.

Παροικία, ας, ἡ, (a παροικέω) proprie: habitatio in vicinia, ut legitur Psalt. Sal. 12, 3. deinde: *peregrinatio, peregrinum esse*; propr. Act. 13, 17 ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτου. — tropice de vita hisce in terris (Gen. 49, 9.) 1 Petr. 1, 17 τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον. (Philo quis rer. div. her. p. 518 τῷ φιλαρέτῳ κατοικεῖν οὐ δίδωσιν ὁ θεὸς, ὡς ἐν οἰκείᾳ γῇ, τῷ σώματι, ἀλλὰ παροικεῖν ὡς ἐν ἀλλοδαπῇ μόνον ἐπιτρέπει χώρᾳ.) — LXX pro גּוּר, מָגוֹר, commoratio in terra peregrina, Ps. 120, 5. Ps. 54, 17. 119, 54. גּוֹלָה Esdr. 8, 34 οἱ υἱοὶ τῆς παροικίας, exules. — etiam pro familia, בַּיִת Gen. 50, 8. 22. Iudic. 18, 21. *.

Πάροικος, ον, (ex παρά et οἶκος) propr. qui παρὰ τὸν οἶκόν τινος habitat, accola, vicinus; — incola, Ioseph. ant. 7, 14. 1. — *peregrinus, advena, quum* qui exul est extra patriam in alia regione, Act. 7, 6 πάροικος ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. v. 29. 1 Petr. 2, 11 πάροικοι exules e patria, de Christianis e Iudaeis extra Palaestinam degentibus. (ita LXX pro גֵּר Gen. 15, 13. Exod. 2, 22. 18, 1.) — *tum* qui advena advenit in terram, Eph. 2, 19 ubi πάροικοι opponuntur τοῖς οἰκείοις, inquilinis, et ita dicuntur Christiani e paganis olim a familia Dei alieni, nunc vero in eam recepti. Ita LXX pro תּוֹשָׁב Exod. 12, 45. Lev. 22, 10. 25, 6. 23. 35. 40 sq. Num. 35, 15. cf. etiam παροικέω. *.

Παροιμία, ας, ἡ, (a πάροιμος, qui in via est, ex παρά et οἶμος, via, modus, modulatio) 1) vi etymi propr. quod cantando enuntiatur, cantilena; deinde, quia proverbia veterum solebant enuntiari oratione numeris stricta: *proverbium*; ita apud profanos et semel in N. T. 2 Petr. 2, 22. Symmach. pro מָשָׁל Ezech. 12, 22. — 2) ex usu hebr. מָשָׁל quod non solum proverbium significat sed etiam *scite dictum*, ἀπόφθεγμα; ita apud LXX Prov. 1, 1. 25, 1. Sir. 6, 35. 8, 9. 18, 29. 39, 3. 47, 17 ἐν ᾠδαῖς καὶ παροιμίαις καὶ παραβολαῖς. — 3) in evang. Ioannis (ubi παραβολή non legitur) i. q. παραβολή, Io. 10, 6. 16, 25. 29. vid. *Παραβολή*. **.

Πάροινος, ον, (ex παρά et οἶνος) 1) ad vinum s. compotationes pertinens; — 2) *vinolentus, vinosus*, 1 Tim. 3, 3. Tit. 1, 7 ubi σώφρων opponitur τῷ παροίνῳ, ut Ioseph. ant. 4, 6. 10 σωφρονεῖν τῷ παροινεῖν. (Alii in utroque loco πάροινον explicare malunt: petulans, temerarius, insolens, ut ex adiuncto πάροινος et παροινία apud profanos legitur, Ioseph. ant. 17, 10. 2. 19, 3. 3. Xenoph. sym. 6, 2. vid. quae collegerunt *Loesner*. in observ. p. 396. et *Kypktus* II, p. 355. Hesych. παροινία· ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις καὶ οἷα δήποτε ἁμαρτία.

Παροίχομαι, perf. παρῴχημαι (ex παρά et οἴχομαι, abeo, discedo) *praetereo*; semel Act. 14, 16 ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς. (Ioseph. ant. 8, 12. 3 τῶν παρῳχημένων καιρῶν. Hom. Iliad. 4, 272. Xenoph. anab. 2, 4. 1.)

Παρομοιάζω, f. άσω, (a παρόμοιος) i. e. παρόμοιός εἰμι, *similis sum*; semel Matth. 23, 27. (4 Macc. 18, 16 transitive: verbis depingo: τὸν Σαλωμῶντα ἐπαροιμίαζεν ἡμῖν.) Apud profanos non legitur.

Παρόμοιος, ον, (ex παρά et ὅμοιος) ad similitudinem cum alio accedens, *similis, eiusdem generis*; Marc. 7, 8 καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα. Ib. v. 13. (Polyb. 6, 3. 11. Xenoph. hist. gr. 3, 4. 13.)

Πάρον, τό, vid. *Πάρειμι*.

Παροξύνω, (ex παρά et ὀξύνω, acuo) acutum reddo, propr. Deut. 32, 41 τὴν μάχαιραν. — tropice: animum acuo, i. e. excito, impello, instigo, (Ioseph. ant. 15, 3. 5. bell. 4, 4. 1 παρώξυνε τὸν πόλεμον. ib. 3, 4. 1. Test. XII patr. p. 538 εἰς αἵματα [ad caedes] παροξύνει.) — *ad iram excito, ad iram provoco*, (LXX pro הִכְעִיס Deut. 9, 18. Ps. 106, 29. Ies. 65, 3. Deut. 32, 16.) — in passivo: *animo moveor* (Ioseph. ant. 7, 1. 5), *ira, indignatione incendor*; Act. 17, 16 παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ. 1 Cor. 13, 5 οὐ παροξύνεται, ad iram, indignationem abripi non patitur. (LXX pro חָרָה Hos. 8, 5. Zach. 10, 3. קָצַף Deut. 1, 34. 9, 19. Antonin. 9, 42. Ioseph. ant. 8, 8. 5 παροξυνθείς.) *.

Παροξυσμός, οῦ, ὁ, (a παροξύνω quod vide) *incitatio, excitatio*, Hebr. 10, 24 εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης. — *ira, exacerbatio, acerba disputatio*; Act. 15, 39. (Ignat. ad Polycarp. §. 2. — Apud LXX bis: Deut. 29, 28. Ier. 32, 37 pro קֶצֶף ira fervens. (Demosth. p. 1105. 24 edit. *Reisk*.)*.

Παροργίζω, f. ίσω, attice ιῶ, (ex παρά et ὀργίζω) *ad iram*, s. indignationem *provoco, exacerbo*; bis: Rom. 10, 19 παροργιῶ, de indignatione ex invidia orta. (Deut. 32, 21.) Eph. 6, 4. et praeterea in bonis codd. Coloss. 3, 21 παροργίζετε pro ἐρεθίζετε. — LXX pro הִכְעִיס Deut. 31, 29. Iud. 2, 12. 1 Reg. 14, 9. 15. 16, 7 et saepius. Sir. 3, 16. 4, 2. 3.

Παροργισμός, οῦ, ὁ, (a παροργίζω, perf. pass. παρώργισμαι) *ira, indignatio*; semel Eph. 4, 26. (LXX pro כַּעַס 1 Reg. 15, 30. 2 Reg. 23, 26. נְאָצָה 2 Reg. 19, 3. Neh. 9, 18. — Psalt. Sal. 8, 9.) Apud profanos non legitur.

Παροτρύνω, aor. 1. παρώτρυνα, (ex παρά et ὀτρύνω, instigo) *instigo ad aliquid, incito, concito*; semel Act. 13, 50 οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας. (Ioseph. ant. 7, 6. 1 παρώτρυναν τὸν βασιλέα. Lucian. deor. concil. §. 4. Plutarch. T. VIII, p. 153 ed. *Reisk*. Suidas et Hesych. παρώτρυναν· παρώξυναν.) Est apud antiquiores poeticum.

Παρουσία, ας, ἡ, (a παρών, παροῦσα, παρόν, quod a πάρειμι) 1) *praesentia*, 1 Cor. 16, 17. 2 Cor. 10, 10 ἡ παρουσία τοῦ σώματος i. e. σωματική. Phil. 2, 12. (Philo de nomin. mutat. p. 1070 B.) — 2) *praesentem sive conspicuum fieri, adventus*; 2 Cor. 7, 6. 7. Phil. 1, 26 παρουσία πάλιν πρὸς ὑμᾶς, i. e. reditus ad vos. (Polyb. 23, 10. 14.) — 2 Thess. 2, 9 οὗ ἐστιν ἡ παρουσία etc. cuius adventus conspicuus erit miraculis, coniunctus cum miraculis etc. — De Christi adventu a) priori per nativitatem, 2 Petr. 1, 16 ubi δύναμις καὶ παρουσία, ut loci natura suadet, ad ea spectant, quae Iesus quum viveret his in terris peregit. (Test. XII patr. p. 614 sq. ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸ σωτήριον τῷ Ἰσραήλ, ἕως παρουσίας τοῦ θεοῦ τῆς δικαιοσύνης.) — b) de adventu Christi e coelo ad iudicium habendum, Matth. 24, 3. 1 Cor. 15, 23. 2 Thess. 2, 8. 1 Io. 2, 28. — παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, Matth. 24, 37. 39. παρ. τοῦ κυρίου, 1 Thess. 2, 19. 3, 13. 4, 15. 5, 23. 2 Thess. 2, 1. 8. Iac. 5, 7. 8. 2 Petr. 3, 4. ib. v. 12 παρ. τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας. (παρουσία adventus 2 Macc. 8, 12. Ioseph. ant. 3, 8. 5. vit. §. 17. bell. 4, 5. 5 τοῖς Ἰδουμαίοις ἤδη τῆς παρουσίας μετέμελε, se venisse poenitebat.) **.

Παροψίς, ίδος, ἡ, (ex παρά et ὄψον, vid. ὀψώνιον) propr. cibus delicatior, cupediae, appositae cibis solidioribus non ad satiandum sed ad delectandum, eine *Nebenschüssel* mit einer ausgesuchten Speise; et ita maxime legitur apud scriptores atticos. Xenoph. cyrop. 1, 3. 4. — 2) ex recentiorum usu: patina ipsa, in qua obsonia opponuntur, *paropsis*; Matth. 23, 25. (Luc. 11, 39 πίναξ) ib. v. 26. (Ita legitur etiam Arrian. diss. epict. 2, 20. Alciphr. 2, 20. Artemid. 1, 76. Plutarch. T. I, p. 173. Phrynichus: παροψίς· τὸ ὄψον, οὐχὶ δὲ τὸ ἀγγεῖον, ὥς τινες. Moeris Att. παροψίδα· τὴν ποιὰν μάζαν, ἀττικῶς. παροψίδα· τὸ σκεῦος, ἑλληνικῶς. Vid. *Lobeck*. ad Phrynich. p. 176.

Παῤῥησία, ας, ἡ, (ex πᾶν et ῥῆσις, sermo, loquela) libertas in loquendo, qua omnia, quae cogitamus, intrepide proloquimur; deinde, quum loqui etiam sit agere, utrumque saepissime in unum coalescit: *libertas, animus intrepidus et fidens* in loquendo et agendo; Act. 4, 13. Eph. 3, 12. Phil. v. 8. 2 Cor. 3, 12 πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα, confidentissime loquor. 7, 4 πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς, intrepide vobiscum agere et loqui possum. (Iob. 27, 10. Prov. 13, 5. Ioseph. ant. 4, 8. 2. 7, 1. 3. 9, 10. 4. 15, 2. 7.) — 2) *fiducia spei*, Hebr. 3, 6. 10, 19. 35. 1 Io. 2, 28. 3, 21. 4, 17. 5, 14. — 3) fiducia aliis imperandi, *auctoritas*, Io. 7, 4 ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, nemo facta sua praeclara abscondet et tamen cupiet auctoritatem habere in alios. 1 Tim. 3, 13 περιποιοῦνται πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει, sibi comparabunt magnam auctoritatem per fidem suam, vel in rebus ad religionem spectantibus. (Alii: animum intrepidum in munere, quod ad fidem spectat; alii: sibi comparabunt aliorum fiduciam per fidem suam.) Ita Ioseph. ant. 4, 8. 12

παῤῥησίαν ἔξουσι οἱ νόμοι πρὸς ἁμαρτάνοντας, auctoritatem in peccatores. Sir. 6, 11 ἐπὶ τοὺς οἰκέτας σου παῤῥησιάσεται, auctoritatem sibi arrogabit. — Locutiones, quae adverbiorum loco sunt: a) παῤῥησίᾳ εἰπε, s. λάλει, *libere, aperte, palam*, unverhohlen, freimüthig, gerade heraus, Marc. 8, 32. Io. 7, 13. 26. 10, 24. 18, 20. — sine imagine, *clare, distincte*, Io. 11, 14. 16, 25. 29. — περιπατεῖν, palam, in omnium conspectu Io. 11, 54. — b) ἐν παῤῥησίᾳ, intrepido animo, Eph. 6, 19. Phil. 1, 20. (Sap. 5, 1.) Col. 2, 15 ubi vel est: intrepide, vid. Δειγματίζω, vel etiam: sua auctoritate usus, graviter. — c) μετὰ παῤῥησίας, *libere, palam*, Act. 2, 29 *intrepide, fidenti animo*, Act. 4, 29. 31. 38, 31. Hebr. 4, 16. (Antonin. 3, 4. Ioseph. ant. 6, 12. 5 μετὰ παῤῥησίας ὡμολόγει. 1 Macc. 4, 18 λήψεται σκῦλα μετὰ παῤῥ.) *.

Παῤῥησιάζομαι, aor. 1. med. ἐπαῤῥησιασάμην, (a παῤῥησία) verbum depon. med. 1) παῤῥησίαν, i. e. *animum mihi sumo*, den Muth fassen; ita Paulus: Eph. 6, 20 ἵνα ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι ὡς δεῖ λαλεῖν, ut animum sumam, quo decet me loqui, tanta discam per illum fiducia loqui, quanta decet. 1 Thess. 2, 2 ἐπαῤῥησιασάμεθα λαλῆσαι. coll. Sir. 6, 11. Phil. de discr. amici et adulat. c. 26. — 2) *libere, intrepide loquor, profiteor*, Act. 18, 26. 19, 8. — Act. 9, 27. 28 ἐπαῤῥησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, libere professus sit Christum. παῤῥησιασάμενος, intrepidus, intrepide locutus, Act. 13, 46. 26, 26. — Act. 14, 3 παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ κυρίῳ, libere docentes freti Deo. — (LXX Ps. 11, 6. 93, 1. Iob. 22, 26. Prov. 20, 9. Philo de legat. ad Cai. p. 998 πεπαῤῥησιασμέναις ἐχρῆτο ταῖς νουθεσίαις.) **.

Πᾶς, πᾶσα, πᾶν, hebr. כֹּל, Latinor. *omnis*, de plenitudine numeri — 1) *extendit* notionem diciturque de genere et numero: *omnis*. — a) de numero *certo* et *definito*, α) sine articulo, sequente vel praecedente relativo definito; οὗτοι πάντες, ταῦτα πάντα, Matth. 4, 9. 6, 32. 33. Luc. 24, 21. Act. 1, 14. 2, 7. Rom. 8, 37. Hebr. 11, 13. 39. — Etiam ubi οὗτοι intelligendum est, Matth. 22, 27 ὕστερον δὲ πάντων. Marc. 12, 22. Luc. 20, 32. Matth. 22, 28 (οὗτοι) πάντες γάρ. — β) οἱ πάντες, cum articulo, absolute dictum semper indicat multitudinem definitam, omnes eiusdem generis, loci, conditionis; 1 Cor. 9, 22 τοῖς πᾶσι, videlicet quos docui. 2 Cor. 5, 15 ἄρα οἱ πάντες (intell. ἡμεῖς) ἀπέθανον, quum sequens ὑπὲρ πάντων de indefinito numero omnium, qui futuri sint, simul dicatur. Eph. 4, 13 οἱ πάντες (ἡμεῖς). Phil. 2, 21 οἱ πάντες, omnes, qui mecum in tradenda doctrina laborant. (Πάντες sine articulo essent: omnes omnino homines.) — Τὰ πάντα, omnia, videlicet quae necessaria erant; 1 Cor. 9, 22 γέγονα τὰ πάντα, omnia ea feci, quae necessaria erant, ut eos ad disciplinam christianam adducerem. (Sine articulo, ut apud profanos haud raro γίνεσθαι πάντα legitur, est: quamvis personam induere.) Rom. 11, 36 τὰ πάντα, omnia quae sunt. 1 Cor. 8, 6 τὰ πάντα, quae creata sunt. Eph. 3, 9. 4, 10. Col. 1, 16. Hebr. 1, 3. Apoc. 4, 11. — γ) οἱ πάντες cum numero definito, nostrum: *in allem, alles in allem*; bis: Act. 19, 7 ἦσαν δὲ οἱ πάντες ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο. (Ioseph. ant. 6, 12. 3 ἐγένοντο δὲ οἱ πάντες ὡς τετρακόσιοι. Aelian. V. H. 12, 35 ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα.) Act. 27, 37 ἦμεν δὲ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσιαι. (Iudith. 4, 7 ἄνδρας τοὺς πάντας δύο. Ioseph. ant. 4, 7. 1 τοὺς πάντας δισχιλίους. Cicer. de invent. 1, 9: „relinquitur ergo, ut *omnia tria* genera sint causarum.") — δ) πᾶς seq. nomine aut participio cum articulo; Matth. 1, 17 πᾶσαι αἱ γενεαί. 2, 16 πάντας τοὺς παῖδας. Luc. 1, 6. v. 10 πᾶν τὸ πλῆθος, multitudo ibi congregata. Matth. 2, 4 πάντες οἱ ἀρχιερεῖς. 4, 8 πάσας τὰς βασιλείας et saepissime, (Vid. Ὁ, ἡ, τό, sub A, 5.) — Matth. 5, 22 πᾶς ὁ ὀργιζόμενος. Luc. 16, 18 πᾶς ὁ ἀπολύων. 18, 14. Io. 3, 15. 18, 37 et saepissime. Matth. 5, 15 πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ (οὖσι). Vide omnino Ὁ, ἡ, τό.

b) de *numero* et *genere indefinito*, ubi articulo semper caret, α) absolute: *omnis, quicunque est*; πάντες, Matth. 21, 26. 22, 28. Luc. 20, 38. Act. 1, 24. Rom. 5, 18. 14, 10. 1 Cor. 15, 22. Eph. 3, 9. Phil. 2, 17 et saepius; — πάντα, omnia quaecunque, ubi e contexta oratione definiendum est, ad quid sit referendum; Matth. 8, 33. 11, 27. 17, 11. 19, 26. 22, 4. Marc. 4, 34. 7, 37. 9, 12. 23. 11, 11. 12, 29 ubi lectio πασῶν pro πάντων debetur correctioni et πρώτη πάντων ἐντολῶν est: omnino primum praeceptum. Luc. 1, 3. 10, 22. Io. 1, 3. 3, 35. 4, 25. 5, 20. 19, 28. 21, 17. Act. 3, 21. Rom. 8, 28. 1 Cor. 2, 10. 3, 21. 12, 19. 15, 27. 2 Cor. 5, 17. Apoc. 21, 5 et passim. — Hinc εἰς πάντα, *in omni re*, 2 Cor. 2, 9. — διὰ παντός (χρόνου), *semper, continuo*, Matth. 18, 10. Hebr. 2, 15. (Ioseph. c. Apion. 2, 23. Vid. etiam Διαπαντός). — Ἐν πᾶσι, *omnino*, Hebr. 13, 4. 18. 1 Petr. 4, 11. πάντα ἐν πᾶσι, *omnia omnino*, Eph. 1, 23. Col. 3, 11. — ἐν παντί (πράγματι) 2 Cor. 4, 8. 6, 4. 7, 5. 11. 16. 8, 7. 9, 8. 11. 11, 6. 9. Eph. 5, 24. Phil. 4, 12. 1 Thess. 5, 18. — ἐπὶ πᾶσιν, *praeter omnia*, Eph. 6, 16. Col. 3, 14. Vid. Ἐπί. — Κατὰ πάντα, *per omnia, prorsus*, Act. 17, 22. Col. 3, 20. 22. Hebr. 2, 17. 4, 15. (2 Macc. 1, 17 κατὰ πάντα εὐλογητὸς ἡμῶν ὁ θεός.) — πάντα, accusativus absolutus, *per omnia, omnino, in jeder Hinsicht*; Act. 20, 35. 1 Cor. 9, 12. 25. 10, 33 πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, omnibus in omni re placere studeo. (Ioseph. ant. 9, 8. 3 δίκαιος καὶ πάντα χρηστὸς γενόμενος. Aelian. V. H. 12, 25 οἱ Ἀθηναῖοι πάντα ἂν ἐγένοντο εὐδαίμονες. Theogn. v. 441 et 1159 οὐδεὶς τοι πάντ' ἐστὶ πανόλβιος.) — β) cum nomine: omnis i. e. *quivis*, Matth. 3, 10 πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν. 4, 23 πᾶσαν νόσον. 5, 11 πᾶν πονηρὸν ῥῆμα. 15, 13 πᾶσα φυτεία, ἣν. Act. 15, 21 κατὰ πᾶν σάββατον. Vid. etiam Matth. 7, 8. 17. 12, 25. 31. 23, 27. Marc. 7, 18. Luc. 2, 23. 14, 33. Io. 2, 10. 3, 8. Act. 13, 10. 27, 20. Rom. 14, 23. 15, 13. 14 et saepissime. — γ) πᾶς sequente relativo, πᾶς, ὅς, [Matth. 19, 29.] Luc. 12, 8. 10. Act. 2, 21. — πᾶς, ὅστις, Matth. 7, 24. 10, 32. 19, 29. — πάντα ὅσα, Matth. 7, 12. 13, 44. 46. — Neutrum πᾶν, ὅ collective pro πάντες οἵ, Io. 6, 39 πᾶν, ὃ δέδωκέ μοι. 17, 2. Eph. 5, 13. 1 Io. 5, 4. Apoc. 21, 27. (Etiam apud profanos; Ioseph. ant. 5, 6. 1 πᾶν, ὅ, τι τοὺς πολεμίους διέφυγεν, quotquot ex hostium manibus evaserant. Id. de bell. 3, 2. 1 πᾶν γοῦν, ὅσον ἦν μαχιμώτατον αὐτῶν. Xenoph. mem. 1, 1. 19.) — δ) cum *negatione*; ut apud profanos: *non omnis*, Matth. 7, 21. 19, 11. Rom. 9, 6. 10, 16. — Ex usu hebr. לֹא כֹּל, (ubi negatio non ad כֹּל sed ad verbum referenda est, ut Gen. 11, 7. Levit. 25, 17. Deut. 34, 6. Ps. 25, 3.) pro Graecorum οὐδεὶς οὐ, μηδεὶς μή, nostri dicunt οὐ — πᾶς, *non ullus*, i. e. *nullus*, Matth. 24, 22 οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ. Marc. 13, 20. Luc. 1, 37 οὐκ ἀδυνατον πᾶν ῥῆμα. Rom. 3, 20. Gal. 2, 16. Act. 10, 14. [11, 8.] (Deut. 16, 8 οὐ ποιήσεις πᾶν ἔργον. Ps. 143, 2.) — οὐδὲ πᾶν, Apoc. 7, 16. 9, 4. 21, 27. — μή — πᾶς, *ne — ullus*, 1 Cor. 1, 29 ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σάρξ. 1 Io. 4, 1 μὴ παντὶ πνεύματι, ne ulli doctori. Apoc. 7, 1. (1 Macc. 5, 42 μὴ ἀφῆτε πάντα ἄνθρωπον παρεμβαλεῖν. Sir. 30, 20 μὴ ἀλλάξῃς σεαυτὸν πάσῃ σαρκί.) — πᾶς — οὐκ, vel μή, *nullus, nemo*; Io. 6, 39. Act. 5, 42. Eph. 5, 5. Apoc. 22, 3. (Dan. 6, 4. 11, 37. Sir. 21, 14 πᾶσαν γνῶσιν οὐ κρατήσει. c. 42, 12 παντὶ ἀνθρώπῳ μὴ ἔμβλεπε ἐν κάλλει.)

2) *intendit*, diciturque de toto: omnis, i. e. a) *totus, universus*, i. q. ὅλος, ut rem secundum omnes suas partes indicet; Matth. 6, 29 ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ. c. 28, 18 πᾶσα ἐξουσία. Marc. 5, 33 πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, totam rem. Io. 16, 13. Matth. 3, 15 πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Luc. 2, 1 πᾶσα ἡ οἰκουμένη. Act. 1, 21 ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ, toto illo tempore, quo. c. 2, 36 πᾶς οἶκος Ἰσραήλ. 7, 22. 20, 27. 22, 5 πᾶν τὸ πρεσβυτέριον. Eph. 2, 21 πᾶσα ἡ οἰκοδομή. 4, 16. Col. 1, 6. 2, 19 et saepius. (Sir. 1, 1. Ioseph. ant. 4, 5. 1 ποταμὸς διὰ πάσης ἐρήμου ῥέων. Herodot. 9, 7 φάτνην — χαλκέην πᾶσαν) — ut Latinor. omnis est — b) omnis, quae esse potest, jeder mögliche, i. e. *summus, maximus*; de animi studiis, dotibus; Act. 4, 29 μετὰ παῤῥησίας πάσης. 17, 11 μετὰ πάσης προθυμίας. 23, 1. Act. 20, 19. 24, 3. 28, 31. 2 Cor. 8, 7. 12, 12. 1 Tim. 1, 15. 6, 1. Tit. 3, 2. Iac. 1, 2. (Polyb. 1, 39. 3 εἰς πᾶσαν ἦλθον ἀπορίαν. ib. 3, 77. 4 ἐν τῇ πάσῃ φιλανθρωπίᾳ. Plutarch. Timol. 5. Et saepissime in compositis ut παναγαθός, πανάγιος.)

Πάσχα, τό, *Pascha*, nomen indeclinab. (quod nec a Iosepho flectitur), hebr. פֶּסַח, forma aramaea פַּסְחָא, πάσχα, (LXX πάσχα, in 2 libr. Chronic. φασέκ. Ioseph. ant. 5, 1. 4 τὴν φάσκα ἑόρταζον) i. e. transitus (Ioseph. ant. 2, 14. 6 πάσχα σημαίνει ὑπερβασίαν.) Quum enim in eo essent Israelitae, ut ex Aegypto exirent, agnum Deo in sacrificium (unde dicitur πάσχα τῷ θεῷ) mactare et comedere, eiusque sanguine limina sua notare iussi sunt, ut angelus perditor ea *praeteriret*. Hinc nomen. Est igitur 1) *hostia* Deo oblata, i. e. agnus in Dei honorem mactatus et comestus. Ita in N. T. Hebr. 11, 28 ubi Moses dicitur πεποιηκέναι τὸ πάσχα, instituisse sacrificium s. hostiam transitus, et in locutione θύειν τὸ πάσχα, mactare hostiam, i. e. agnum, Marc. 14, 16. Luc. 22, 7. (Esdr. 6, 21. 3 Esdr. 1, 1. Deut. 16, 2.) Eadem notio hostiae locum habet in locis Exod.

12, 11. 21. 27. Lev. 23, 3. (Ioseph. ant. 3, 10. 5 τὴν θυσίαν, πάσχα λεγομένην.) — Hoc sensu Paulus 1 Cor. 5, 7 Iesum nominat *πάσχα*, quatenus fuerit hostia pro hominum peccatis. Vid. etiam Ἀρνίον. — Quum deinde in illius rei memoriam Israelitae iuberentur quotannis hoc epulum sacrum repetere (Exod. c. 12. Lev. 23, 4—8. Num. 9. Deut. 16), πάσχα — 2) est: *coena paschalis.* Celebrabatur haec coena quarta decima die mensis Nisan, (qui Aegyptiis φαρμουθί, Macedonibus ξανθικός dicebatur, Ioseph. ant. 2, 14. 6.) et primus anni mensis erat, (Exod. 12, 1. 3 Esdr. 1, 1) hunc in modum. Versus vesperam, sole vergente (Exod. 12, 6. 8. Num. 9, 11. Deut. 16, 6. Iosephus bell. 6, 9. 3 a nona hora usque ad undecimam) agnum marem, integrum, uniusque anni (Exod. 12, 5) mactabant (suo tempore 256,000 hostias mactatas esse tradidit Ioseph. bell. 6, 9, 3), quem assatum paterfamilias cum suis, postquam nox facta erat, comedebat ita, ut nil residuum relinqueretur (Exod. 12, 10. Num. 9, 12). Ubi autem domesticorum ad minimum decem numero non aderant, alii admittebantur (Exod. 12, 4), formabanturque φρατρίαι (ut loquitur Ioseph. bell. 6, 9. 3. ant. 3, 10. 5) i. e. contubernia s. sodalitia, quae saepe viginti constabant hominibus (Ioseph. l. l.). Omnes vestiti atque cincti erant, quasi iter facturi (Exod. 12, 11). Ad quam coenam accedere non licuit nisi ex Levitarum lege puris, non vero leprosis, nec quibus genitura flueret, nec menstruis mulieribus, nec alio modo inquinatis (Io. 18, 28), nec vero etiam exteris (ἀλλοφύλοις). cf. Num. 9, 6 sqq. et loca uberiora Ioseph. ant. 2, 14. 6. ib. 3, 10. 5. 17, 9. 3. bell. 6, 9. 3. — De coena paschali legitur πάσχα in N. T. Matth. 26, 2. Marc. 14, 1 τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα, et in locutionibus: φαγεῖν τὸ πάσχα, Matth. 26, 17. Marc. 14, 12. 14. Luc. 22, 11. 15. Io. 18, 28. — ἑτοιμάζειν τὸ π. Matth. 26, 19. Marc. 14, 16. Luc. 22, 8. 13. — ποιεῖν τὸ πάσχα, celebrare coenam paschalem, Matth. 26, 18. (Num. 9, 2. 6. 10. Esdr. 6, 20.) — 3) *festum paschale, inclusis diebus azymorum,* (πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα, Marc. 14, 1) quod per septem dies celebrabatur. Iam in coena paschali panibus non fermentatis utebantur (Exod. 12, 18. Num. 9, 11.) itemque per sex dies sequentes, et quovis die (Lev. 23, 10 sqq.) immolabantur ταῦροι δύο, καὶ κριὸς μὲν εἷς, ἑπτὰ δὲ ἄρνες (Ioseph. ant. 3, 10. 5), unde etiam festum sex dierum (Deut. 16, 8) maxime vero septem (inclusa die coenae paschalis) esse dicitur, (Ioseph. l. l. Esdr. 6, 22.) vid. Exod. 12, 15. Lev. 23, 5. 6. Deut. 16, 3. — Ita in N. T. Luc. 2, 41. 22, 1 ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα, Io. 2, 13. 23. 6, 4. 11, 55. 12, 1. 13, 1. 18, 39. 19, 14. Act. 12, 4. Ioseph. bell. 2, 1. 3 τῆς τῶν ἀζύμων ἐνστάσης ἑορτῆς, πάσχα παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις καλεῖται. Idem ant 14, 2. 1. 17, 9. 3. — Unde etiam totum festum dicebatur ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, Ioseph. bell. 5, 3. 1. Matth. 26, 17. Marc. 14, 12. Luc. 22, 7. *.

Πάσχω, perf. πέπονθα [Luc. 13, 12. Hebr. 2, 18 a themate πένθω] aor. 2. ἔπαθον (a themate πάθω), *patior, sentio, sensu experior, contigit mihi,* diciturque in utramque partem, et de iucundis et de iniucundis rebus; ita Esth. 9, 4 pro רָאָה, ὅσα πεπόνθασι, καὶ ὅσα αὐτοῖς ἐγένετο, ubi aeque ad pericula ac ad liberationem e periculis refertur. Unde εὖ πάσχειν, ἀγαθὰ πάσχειν, ut apud profanos (Xenoph. hist. gr. 6, 5. 48.) — κακῶς πάσχειν, male vexari; de aegrotis, Matth. 17, 15. (Sap. 18, 19.) Act. 28, 5 οὐδὲν κακὸν ἔπαθεν, nil mali sensit. — πάσχειν παθήματα, 2 Cor. 1, 6. (Sir. 38, 16 δεινὰ πάσχειν.) — absolute positum e contexta oratione definiendum est, utrum de iucundis an de iniucundis rebus sit intelligendum; — α) de iucundis semel in N. T. Gal. 3, 4 τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ; tanta beneficia (spiritum sanctum eiusque dona) frustra experti estis? (Ioseph. ant. 3, 15. 1 ὑπομνῆσαι, ὅσα παθόντες ἐξ αὐτοῦ (θεοῦ), καὶ πηλίκων εὐεργεσιῶν μεταλαβόντες ἀχάριστοι πρὸς αὐτὸν γένοιντο. Arrian. diss. epict. 2, 1. vid. *Elsneri* obss. ad h. l.) — β) de malis, calamitatibus, quibus aliquis vexatur; *patior, experior, vexor,* πολλὰ πάσχειν ὑπό τινος, Matth. 17, 12. Marc. 5, 26. semel ἀπό τινος Matth. 16, 21. — πολλὰ παθεῖν, Marc. 8, 31. 9, 12. Luc. 9, 22. 17, 25. Matth. 27, 19. — ταῦτα i. e. mortem violentam, Luc. 13, 2. — πάσχειν simpliciter, mala, calamitates patior; Act. 9, 16. Phil. 1, 29. 1 Thess. 2, 14. 2 Thess. 1, 5. 2 Tim. 1, 12. 1 Petr. 2, 19. 20. 3, 14. 17. 4, 15. 19. 5, 10. Apoc. 2, 10. (Sap. 18, 2. 11. 19, 13.) — *mortem, supplicium patior,* Luc. 22, 15. 24, 26. 46. Act. 1, 3. 3, 18. 17, 3. Hebr. 5, 8. 9, 26. 13, 12. 1 Petr. 2, 21. 23. 3, 18. 4, 1. (Sic saepius etiam apud profanos, Diog. Laert. 5, 61. Herodian. 1, 17. 22.) — *male afficior,* 1 Cor. 12, 26. Hebr. 2, 18 ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς. 1 Petr. 4, 1 παθὼν ἐν σαρκί. — (Profanis etiam: animo male affici, misericordia tangi, ut Ezech. 16, 5.) *.

Πάταρα, ἄρων, τά, *Patara*, urbs nobilis Lyciae, oraculo Apollinis clara (Horat. od. 3, 4. Aeneid. 4, 143.) portuque instructa (Liv. 37, 17 et 38, 39.) — Semel Act. 21, 1.

Πατάσσω, f. άξω, aor. 1. ἐπάταξα, — LXX pro הִכָּה — propr. pulso, cum strepitu, sonu pulso; (de corde Hom. Iliad. 7, 216.) — 1) *pulso* simpliciter, Act. 12, 7 τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, latus Petri fodit. (impingo, allido, Dan. 2, 34. 35.) — 2) *ferio;* gladio, Matth. 26, 51. Luc. 22, 49. 50. (baculo, lapide, Exod. 17, 5. 6. Num. 22, 32. Exod. 21, 12. 18.) — ferio ut concidat, *occido,* Matth. 26, 31. Marc. 14, 27. Act. 7, 24. Apoc. 19, 15. (Gen. 8, 21. 14, 15. Exod. 2, 12. 12, 12. 23. 2 Chron. 33, 4. — expugnandi, vastandi sensu, 1 Macc. 1, 20. 13, 43. coll. Exod. 9, 26.) — 3) ex hebraismo tropice: plagis, malis afficio, Apoc. 11, 6 πατάξαι τὴν γῆν ἐν πάσῃ πληγῇ. (Num. 11, 33. Ps. 105, 32. Ies. 11, 4) *morbo lethali afficio,* Act. 12, 23 ἐπάταξεν αὐτὸν (πληγῇ.) (1 Sam. 25, 38. 2 Chron. 13, 15. 20. 2 Macc. 9, 5 ἐπάταξεν αὐτὸν ἀνιάτῳ καὶ ἀοράτῳ πληγῇ.) *.

Πατέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. pass. ἐπατήθην, — LXX maxime pro דָּרַךְ — *calco,* i. e. a) *pedibus tero, conculco,* (Ioseph. ant. 2, 9. 7.) — τὴν ληνόν, Apoc. 14, 20. 19, 15. (Iud. 9, 27. Neh. 13, 15. Ier. 48, 33. Thren. 1, 15. Ioel. 3, 13. — πηλόν, Zach. 10, 5.) — b) metaph. urbem sacram conculco, i. e. *profano et devasto,* devastando profano; ita Luc. 21, 24 πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν. Apoc. 11, 2. (1 Macc. 4, 60 eodem sensu καταπατέω; vid. etiam Ies. 43, 6. 1 Macc. 3, 45. 51.) — c) *ambulando* calco, i. e. *ambulo,* Luc. 10, 19 πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, sensus: diaboli molimina irrita facere, mala ab eo excitata superare. (Test. XII patr. p. 587 δώσει (ὁ κύριος) ἐξουσίαν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ πατεῖν ἐπὶ τὰ πονηρὰ πνεύματα.) — Ambulandi notione LXX Ies. 42, 5 pro הֹלֵךְ. Deut. 11, 24. Ies. 42, 16 pro דָּרַךְ. *.

Πατήρ, τέρος, s. τρός, ὁ, LXX pro אָב, — Latinor. *pater.* — In N. T. a) sensu proprio: i. q. *genitor,* α) de genitore proximo, Matth. 2, 22 ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. c. 10, 21 πατὴρ τέκνον. 19, 5. Luc. 2, 48 et saepius. — οἱ πατέρες, Eph. 6, 4. Col. 3, 21 de utroque parente; et 1 Io. 2, 13. 14 de patribus familias. — β) de genitore s. genitoribus remotis: *auctor stirpis,* Matth. 3, 9 πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. Luc. 1, 32. 73. 3, 8. 16, 24. 27. 30. Io. 4, 12. 8, 39. 53. Act. 7, 32. Rom. 9, 10. ib. 4, 17. 18 πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν. et passim. (Gen. 17, 4. 5. 19, 37.) — οἱ πατέρες, *maiores,* Matth. 23, 30. 32. Luc. 1, 55. 72. 6, 23. Io. 4, 20. 6, 31. 7, 22. Act. 3, 22 et saepius. (Deut. 1, 11. 21. Ps. 22, 4. Dan. 2, 23. Ioseph. c. Apion. 1, 31.) — etiam de uno e maioribus, Marc. 11, 10 τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυΐδ.

b) sensu translato: α) *auctor rei,* Rom. 4, 12 Abrahamus πατὴρ τῆς περιτομῆς. (Gen. 4, 20 πατὴρ τῶν οἰκούντων ἐν σκηναῖς.) Idem Rom. 4, 11. 12. 16 dicitur πατὴρ πάντων τῶν πιστευόντων, i. q. qui aliis auctor est fidei, fide praeivit. (1 Macc. 2, 54 Φινεὲς ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐν τῷ ζηλῶσαι ζῆλον.) Diabolus πατὴρ τοῦ ψεύδους, Io. 8, 44. Idem πατὴρ inimicorum Iesu, i. e. qui auctor est eorum impietatis, Io. 8, 38. 41. 44. — Deus πατὴρ τῆς δόξης, auctor luminis i. e. cognitionis veritatis, Eph. 1, 17. πατὴρ τῶν φώτων, auctor, creator lucis et astrorum, Iac. 1, 17. (vid. Iob. 38, 28 πατὴρ τοῦ ὑετοῦ ubi i. q. τετοκὼς in altero membro. Ier. 2, 27. Ioseph. bell. 3, 8. 5 ὁ δὲ τούτων (scil. ψυχῶν) πατὴρ θεός. Philo de opif. m. p. 16 τῷ πάντων πατρὶ θεῷ.) — β) qui *patris loco est,* paterno modo alicui prospicit, (Iob. 29, 16. Ps. 68, 5) paternam habet auctoritatem, paterno modo docet, castigat, imperat; unde dicitur ut *patres* Latinor. de *senatoribus, assessoribus synedrii,* Act. 7, 2. 22, 1. de *doctoribus,* 1 Cor. 4, 15. Matth. 23, 9. coll. Phil. 2, 22. 2 Thess. 2, 11. (2 Reg. 2, 12. coll. *Schoettgenii* hor. hebr. et Talm. T. I, p. 745.) quo et referendus est locus Hebr. 12, 9 ubi Deus dicitur πατὴρ τῶν πνευμάτων, quod vi oppositionis (τῶν πατέρων τῆς σαρκός) est: qui animum castigat, emendat, docet.

c) *Deus* dicitur pater, maxime sensu praegnante, ita ut, quum rarius aliquid additum sit, quod notionem ad cer-

tum quid restringat (ut 1 Io. 2, 16. 2 Thess. 2, 16), perdifficile sit definire, utrum creatoris sive genitoris, an summi domini, an vero etiam tutoris, adiutoris paterno amore erga nos affecti, notio praevaleat. (Sic Deus Ioseph. ant. 4, 8. 24 dicitur πατὴρ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους, tum tanquam auctor, tum tanquam tutor et nutritor.) Ita Deus dicitur πατήρ α) Israelitarum, Io. 8, 41. 42. 2 Cor. 6, 18. (2 Sam. 7, 14. Ier. 31, 9. Ies. 63, 16. 64, 8. Sap. 2, 16.) — β) Christianorum omniumque piorum, Rom. 8, 15. Gal. 4, 6. Eph. 2, 18. 6, 23. Phil. 2, 11. Col. 1, 12. 1 Io. 2, 1. 15. 16. 3, 1. (Ps. 89, 26.) — Phil. 4, 20. Iac. 1, 27. 3, 9. 2 Cor. 1, 3 πατὴρ οἰκτιρμῶν ex hebraismo: pater summe misericors. 1 Petr. 1, 17. — diserte apostoli eum appellant πατέρα ἡμῶν, Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 3. 2 Cor. 1, 2. Gal. 1, 4. Eph. 1, 2. Phil. 1, 2. 4, 20. Col. 1, 2. 1 Thess. 1, 1. 3. 3, 11. 13. 2 Thess. 1, 12. 2, 16. 1 Tim. 1, 2. Phil. v. 3. (Dubium videri potest, utrum in locutione in his locis obvia: ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπό repetendum sit ante κυρίου, an vero genitivus κυρίου pendeat a πατρός.) — Eodem modo Iesus in Evangeliis, ubi cum discipulis loquitur, Deum πατέρα αὐτῶν, πατ. αὐτ. τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς appellat, Matth. 5, 16. 45. 48. 6, 1. 3. 4. 6. 8. 9. 14. 15. 18. 14, 26. 32. 7, 11. 10, 20. 29. 13, 43. 18, 14. 23, 9. Marc. 11, 25 sq. Luc. 6, 36. 11, 2. 13. 12, 30. 32. et semel apud Ioannem c. 20, 17. — γ) *Iesus Deum* appellat in sermonibus suis πατέρα, maxime *sui ipsius*, Matth. 24, 36. 11, 25. Marc. 14, 36. Luc. 10, 21. 22, 42. 23, 34. 46. et saepissime in Evang. Ioannis, ut 4, 21. 23. 6, 27. 37. 44—46. 57. 8, 16. 18. 27. c. 10, 36. 11, 41. cap. 12. c. 13. c. 15, 16. 26. cap. 16 et 17. vid. etiam Act. 1, 4. 7. 2, 33. Rom. 6, 4. et diserte: *suum* patrem, Matth. 7, 21. 10, 32 sq. 11, 26 sq. 12, 50. 15, 13. 16, 17. 27. 18, 10 et passim. Marc. 8, 38. Luc. 2, 49. 10, 21 sq. etc. Io. 10, 15. 17. 18. 25. 29 et saepissime. Apoc. 2, 28. 3, 5. 21. 14, 1. — Apostoli Deum dicunt *patrem*, ubi eum insigni modo coniungunt cum *Christo eius filio*, 1 Cor. 8, 6. 15, 24. Eph. 5, 20. Gal. 1, 1. 3. [Col. 2, 2.] Col. 3, 17, 1 Thess. 1, 1. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. 2 Petr. 1, 17. 2 Io. v. 3. Iud. v. 1. eumque appellant θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρ. Rom. 15, 6. 2 Cor. 1, 3. 11, 31. Eph. 1, 3. (coll. v. 17 ubi simpliciter θεός.) Eph. 3, 14. Col. 1, 3. 1 Petr. 1, 3. Apoc. 1, 6. coll. 3, 21. Quanquam ex his locis non satis clare perspicitur, quonam sensu *Deum* dixerint *Christi patrem*, ex aliis tamen intelligitur, eum ita dici, quia Christus sit eius filius; vid. Matth. 28, 19. coll. 24, 36. c. 11, 27. Marc. 13, 32. Luc. 9, 26. 10, 22. Io. 1, 14. 18. 3, 35. 5, 17—23. 26. 30. 36 sq. 43. 45. 14, 9—13. 20. 28. 17, 21. 1 Cor. 8, 6. Hebr. 1, 5. 1 Io. 1, 2. 3. 2, 22—24. 4, 14. [5, 7.] 2 Io. v. 3. 9. coll. 1 Petr. 1, 2.

Πάτμος, ου, ἡ, *Patmus*, insula maris Aegaei, in Sporadibus numerata, in quam Ioannes Apostolus a Domitiano Caesare relegatus dicitur Apoc. 1, 9. (Euseb. hist. eccl. 3, 18.) — Plin. hist. nat. 4, 11. Strabo in fine libri 10.

Πατραλῴης, ου, ὁ, (attice πατραλοίας, a πατήρ et ἀλοιάω i. q. ἀλοάω quod vide) *patrem percutiens, patricida*; semel 1 Tim. 1, 9. (Demosthen. 732. 14 et 24 ed. *Reisk.* πατραλοίας.) — Hesych. πατραλοίας· ὁ τὸν πατέρα ἀτιμάζων, τύπτων, ἢ κτείνων.

Πατριά, ᾶς, ἡ, (a πατήρ) quod profanis est genus, Abkunft, Herodot. 3, 58. et gens, familia, LXX interpretibus maxime pro אָב, etiam pro מִשְׁפָּחָה dicitur de *stirpe* sive *genere*, et distinguitur ab οἴκῳ et φυλῇ ita, ut φυλή sit tribus, cuius auctor fuit unus filiorum Iacobi, πατριά, stirps, in quarum plures dividebatur eiusmodi φυλή, et οἰκία singulae familiae, e quibus constabat stirps s. πατριά. vid. Exod. 6, 15 αὗται αἱ πατριαὶ τῶν υἱῶν Συμεών. ib. v. 17. 19. 1 Sam. 9, 21. — κατ' οἴκους πατριῶν secundum familias stirpium, Exod. 12, 3. Num. 1, 2. 4. 20 sq. 2, 2. 2 Chron. 17, 14. Ios. 22, 14. 2 Chron. 17, 14. Exod. 6, 17. 19 οἱ οἶκοι πατριᾶς αὐτῶν. vid. etiam Num. 1, 16. 17, 3. — Ita etiam in libris apocryphis πατριά de partibus τῆς φυλῆς, Iudith. 8, 2 ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Μανασσῆς, τῆς φυλῆς αὐτῆς καὶ τῆς πατριᾶς αὐτῆς. 3 Esdr. 1, 4. et apud Ioseph. ant. 6, 4. 1. ib. 7, 15. 7 et 11, 3. 10. — Hinc in N. T. Luc. 2, 4 ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυΐδ est: ex familia (quae a Davide descendit) et stirpe (ad quam Davides eiusque familia pertinuit) Davidis. — Paulus Eph. 3, 15 ad *genera* naturarum creatarum transfert, eaque πατριὰς τοῦ θεοῦ dicit, i. e. familias naturarum a Deo creatarum. (Test. XII patr. p. 646 πατριά de filiis filiorumque filiis.) — 2) sensu latiori: *gens*, i. q. ἔθνη, quatenus distinguitur ab aliis suo parente, Act. 3, 25 (coll. Gen. 12, 3. 18, 18.) πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. 1 Chron. 16, 28 αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Ps. 22, 27. 96, 7. *.

Πατριάρχης, ου, ὁ, (ex ἄρχω et πατριά quod vide) *patriarcha*, i. e. a) *auctor generis, auctor stirpis*; (LXX pro רֹאשׁ אָבוֹת 1 Chron. 9, 9. 24, 31. 2 Chron. 19, 8. coll. 1 Chron. 27, 22.) Semel Act. 2, 29 de Davide tanquam conditore familiae Davidicae. — b) *auctor* s. *conditor gentis*; ita Abrahamus Hebr. 7, 4. et duodecim filii Iacobi, Act. 7, 8. 9. (De iisdem in Pilati relat. apud *Birch* p. 166. — 4 Macc. 7, 19 de Abrahamo, Isaaco et Iacobo.) *.

Πατρικός, ή, όν, (a πατήρ) *paternus*, i. e. a patre s. patribus traditus, Gal. 1, 14 τῶν πατρικῶν παραδόσεων. — LXX pro אָב, οἶκος πατρικός, Lev. 22, 13. Ios. 6, 25. 1 Chron. 12, 28. 26, 6. coll. Sir. 42, 10. Gen. 50, 8. — φωνὴ πατρική Test. XII patr. p. 586 dicitur vox coelestis, Messiam filium Dei declarans. *.

Πατρίς, ίδος, ἡ, (a πατήρ) *patria*, i. e. a) *patria terra*, Io. 4, 44 ubi πατρίς est Iudaea et Galilaea et opponitur Samariae. (2 Macc. 4, 1. 5, 8. 15. 13, 3. 11. 14. Ioseph. bell. 1, 12. 7. 4, 10. 2.) — b) *patria urbs*, Matth. 13, 54. 57. Marc. 6, 1. 4. Luc. 4, 23 εἰς Καπερναοὺμ — ἐν τῇ πατρίδι σου, v. 24 ubi Capernaum patria Christi dicitur, non quod ibi natus sit, sed quia sedem in illa urbe fixerat. Hebr. 11, 14 transfertur ad patriam coelestem, s. sedes fixas et quietas coeli, quae πατρίς dicuntur, quoniam vita comparatur cum peregrinatione Israelitarum in deserto. (Ita de patria urbe Ioseph. ant. 10, 7. 3 πατρίδα, λεγομένην Ἀναθώθ. ib. 6, 4. 6 εἰς Ῥαμαθὰν πόλιν· πατρὶς γὰρ ἦν αὐτῷ. Ib. 5, 8. 12. Philo de virtut. T. II, p. 587 Ἱεροσόλυμα ἐμὴ μέν ἐστι πατρίς — LXX pro מוֹלֶדֶת, patria gens, Esth. 8, 6. Ier. 22, 10 τὴν γῆν πατρίδος αὐτοῦ. Ezech. 23, 15. Ier. 46, 16.) *.

Πατρόβας, α, ὁ, *Patrobas*, nomen viri, Rom. 16, 14.

Πατροπαράδοτος, ου, (ex πατήρ et παραδίδωμι) *a patribus traditus, a maioribus acceptus*; semel 1 Petr. 1, 18. (Diod. Sic. 17, 4. Dionys. Halic. 4, 8. 5, 48.)

Πατρῷος, ῴα, ῷον, (a πατήρ) *paternus*; i. e. a) patri competens, patri proprius; (Hom. Od. 2, 22. Ioseph. bell. 3, 1. 3 πατρῴα σύνεσις. 2 Macc. 5, 10. 12, 39 τοὺς πατρῴους τάφους.) — b) *patrius*, i. e. *a patribus acceptus*, Act. 22, 3 πατρῷος νόμος. (2 Macc. 6, 1.) c. 24, 14 πατρῴῳ θεῷ, Deo, cuius cultum a maioribus accepi, Deum, quem maiores coluere. (Ita πατρῷος θεός Ioseph. ant. 2, 13. 1. 9, 12. 3 et saepius. Thucyd. 7, 69.) — Act. 28, 17 τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις. (Hom. Iliad. 2, 46. Ioseph. bell. 1, 12. 5 ἦν γὰρ ξένος αὐτοῖς πατρῷος, hospes a patre. Prov. 27, 10 φίλον σὸν ἢ φίλον πατρῷον. 2 Macc. 4, 15 πατρῴους τιμάς) *.

Παῦλος, ου, ὁ, nom. propr. latinum: *Paulus*. Commemorantur in N. T. duo huius nominis: 1) *Sergius Paulus*, propraetor romanus, qui auctore Paulo apostolo Iesu nomen dedit; Act. 13, 7. — 2) *Paulus apostolus*, antequam religioni christianae se addixerat, *Saulus* dictus (vid. Σαῦλος). Quidam opinantur, illum nomen Pauli accepisse ut civem romanum; alii putant, eum hoc nomine se appellasse in honorem Sergii Pauli, quem Christianum fecerat; alii rectius putant, eum secutum esse morem Iudaeorum illius aevi, qui praeter nomen a patre acceptum etiam, inde a tempore Seleucidarum nomina graeca, et postea, quum Romanis parerent, latina quoque gerere solebant. Fuit vero apostolus gente Iudaeus e tribu Beniamin (Phil. 3, 5), Tarsi in Cilicia natus (Act. 9, 11. 21, 39. 22, 3) a patre Iudaeo quidem sed etiam cive romano, unde et apostolus ius civitatis romanae habebat (Act. 16, 37. 22, 27 sq.), educatus Hierosolymis, Gamalielis institutione usus (Act. 5, 34. 22, 3) et sectae Pharisaeorum addictus, opificio σκηνοποιός (solebant enim doctores Iudaeorum etiam opificio alicui operam dare, quo victum sibi pararent); primum Christianorum et rei christianae acerrimus inimicus, postea (Act. 9) eius fervidissimus defensor et intrepidus nuntius ad Graecos et exteros, quorum permultos ad sacra christiana perduxit. Eminuit cognitione theologiae iudaicae, (cuius specimen dedit Rom. capp. 1—11), acumine ingenii, ardente et constante studio propagandae disciplinae christianae et docendi genere liberiore. Quare, et quum praeterea auctoritatem legis mosaicae in Christianos

feliciter impugnaret, a Iudaeis maximo odio infestatus et in carcerem adeo coniectus, postea Romam captivus adductus, ibique, ut videtur, mortuus, vel secundum patrum traditionem simul cum Petro cruci affixus est. Plura et docte exposita habet *Winert* bibl. Realwörterb. s. v. *Paulus.* Commemoratur saepissime in Actis Apostol. quae de illius fatis rebusque gestis uberius exponunt, v. c. 13, 9 sqq. 14, 9 sqq. 15, 2. 12. 25. 35 sqq. 16, 3 sqq. 17, 1 sqq. et al. et in epistolis ab ipso conscriptis, praetereaque 2 Petr. 3, 15.

Πίστις, *εως, ἡ*, (a *πείθω*, perf. pass. *πέπεισται*), LXX pro אֱמוּנָה, אֱמֻנָה et אֱמֶת, 1) *persuasio certa* de veritate rei; Act. 17, 31 *πίστιν παρασχών.* vid. *Παρέχω.* Rom. 14, 22 *σὺ πίστιν ἔχεις,* tibi persuasum est, hoc licitum esse. v. 23. 2 Cor. 5, 7 *διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους,* persuasionem, spem futurae felicitatis nunc habemus, non rem ipsam. vid. *διὰ*, 1, 2 fin. Hebr. 11, 3. 1 Petr. 1, 5. 7. 9. 21. 5, 9. — *fides, persuasio cum fiducia*, qua aliquid pro vero habemus, alicuius dictis assentimur, aliquem pro tali habemus, qualem esse se dicit, *πίστις ἀληθείας,* 2 Thess. 2, 13 fides verae doctrinae habita. Hebr. 6, 1 *πίστις ἐπὶ θεόν,* fides, quae habetur testimoniis Dei de Iesu. c. 10, 38 *ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.* (ex Hab. 2, 4 ubi אֱמוּנָה fidelitas, sinceritas) ib. v. 39. cap. 11, 1 *ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.* Eodem sensu, ut sit fides, qua credimus res invisibiles esse veras, futuras certissime eventuras, *πίστις* legitur ib. v. 3 sqq. 12, 2. — Nominatim *fides in Christum, πίστις Ἰησοῦ*, (ut Ioseph. c. Apion. 2, 26 *πίστις τοῦ θεοῦ*, fides, qua quis Deum esse credit) *ἐν Χριστῷ, εἰς Χριστόν*, hisce enim modis is, cui fides habetur, indicatur, vel etiam *πίστις* simpliciter, i. e. a) persuasio, Iesum esse Messiam, Luc. 18, 8. (nisi hic est, animi sinceritas, probitas.) Act. 20, 21. 26, 18. Col. 1, 23. 2, 5. 7. 1 Tim. 1, 14 *μετὰ πίστεως*, vid. *Μετά* no. 3 in fine. c. 1, 19. 6, 21. 2 Tim. 2, 18. 3, 15. Tit. 1, 1 *κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν* i. e. ut ad fidem ducam electos. Phil. v. 6. vid. *Κοινωνία.* Apoc. 2, 13 *τὴν πίστιν μου*, fidem mihi debitam. c. 14, 12. — in specie b) ea fides in Christum, qua eum esse Messiam et auctorem salutis aeternae credimus, ideoque ei, ut domino nostro, nomen damus et adhaeremus; Rom. 1, 17. c. 3, 22 *διὰ πίστεως Ἰησοῦ* (coll. v. 24 *διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησ.*) v. 25 *ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ.* v. 26. 27. 28. 30. 31. c. 4, 11. 14. 16. 5, 1. 2. 9, 30. 32. 10, 6. 17. 1 Cor. 15, 14. 17. Gal. 2, 16. 20. c. 3. c. 5, 5. 6. Eph. 2, 8. 3, 12. Phil. 3, 9. — Eandem ex analogia Paulus tribuit *πίστιν* Abrahamo, videlicet persuasionem, beneficium gratiae Dei, qua salutem aeternam omnibus, et Iudaeis et gentilibus, destinaverit, per sobolem promissam et ex ipso nascituram hominibus eventuram esse. vid. Rom. 4, 9 sqq. Gal. 3, 8. 9. 16. Hinc Rom. 4, 16 *ὁ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ*, filius Abrahami secundum fidem, dicitur homo gentilis, quatenus ad illum quoque spectat promissio Abrahamo data, per sobolem eius omnes gentes servatum iri. vid. Gal. 3, 7—9. — c) persuasio de rebus ad religionem christianam pertinentibus, quatenus est in intellectu, *cognitio christiana;* ita in scriptis Paulinis, Rom. 12, 3 *μέτρον τῆς πίστεως.* v. 6. vid. *Ἀναλογία.* cap. 14, 1 *ἀσθενῶν τῇ πίστει.* 1 Cor. 12, 9. 13, 2. 13. Tit. 1, 13 et in epistola Iacobi, ubi *πίστις* opponitur *τοῖς ἔργοις*, exercitio pietatis christianae; Iac. 2, 1 *ἔχειν τὴν πίστιν*, (vid. *Ἔχω* sub no. 7. Ier. 15, 18 *ὕδωρ ψευδὲς, οὐκ ἔχον πίστιν.*) v. 5. 14. 17. 18—24. 2 Petr. 1, 5 (*πίστις*, quae Iac. 2, 22. 23 Abrahamo tribuitur, est cognitio veri Dei, religio eius, quatenus continebatur scientia Dei eiusque sapientiae et benignitatis.) — d) porro *πίστις* de fide christiana dicitur ita, ut notiones adiunctae spectentur variae, eaeque non ubique satis certo distinguendae, nec in mente scriptorum, ut videtur, semper distinctae, quum haud raro sensu praegnante hoc vocabulo usi sint. Ita *πίστις* de *professione* fidei christianae, Act. 13, 8. 14, 22. 15, 9. 16, 5. 1 Cor. 16, 13. 2 Cor. 1, 24. Gal. 6, 10. 1 Tim. 2, 15. — de *studio pietatis christianae*, Rom. 1, 8. 11, 20. 2 Cor. 8, 7. 10, 15. 13, 5. Ephes. 4, 13. 6, 23. Col. 1, 4. Phil. 1, 25. 27. 2, 17. 1 Thess. 1, 3. 1 Tim. 3, 13. — de *amore e fide nato* in Christum et Christianos, Rom. 1, 12 *ἡ ἐν ἀλλήλοις πίστις.* 1 Thess. 1, 8 *ἡ πίστις ἡ πρὸς τὸν θεόν.* 2 Thess. 1, 3. 4. 11 *ἔργα πίστεως.* 2 Tim. 1, 5. 13 *ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ.* 2, 22. 3, 10. 4, 7. Tit. 2, 10. Philem. v. 5 *πίστιν ἣν ἔχεις πρὸς τὸν κύριον καὶ πάντας τοὺς ἁγίους.* Hebr. 6, 12. — de *disciplina* chr.; *moribus* christ., 1 Tim. 4, 12. 5, 8. 6, 10—12. — de *fidelitate, constantia in fide,* Ephes. 1, 15. 3, 17. 1 Thess. 3, 2—10. Hebr. 13, 7. Iac. 1, 3. — e) abstractum pro concreto *πίστις* pro *πιστεύοντες*, semel Rom. 1, 17 *δικαιοσύνη ἐκ πίστεως εἰς πίστιν*, quod c. 3, 22 ita dicitur: *δικαιοσύνη διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χρ. εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας.*

2) dicitur de *obiecto* fidei, et est a) universe: *religio christiana*, quatenus traditur et fide suscipitur, Act. 6, 7 *ὑπήκουον τῇ πίστει*, religionem traditam admiserunt. Rom. 1, 5 *εἰς ὑπακοὴν πίστεως*, ut religioni traditae morem gererent. c. 14, 26. Act. 14, 27 *θύρα πίστεως*, aditus ad relig. chr. Act. 24, 24. 2 Petr. 1, 1. 1 Io. 5, 4. Iud. v. 3. 20. Tit. 3, 15 *φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει* tanquam Christiani. 1 Tim. 1, 4 *οἰκονομία ἡ ἐν πίστει*, quae ad religionem pertinet. 1 Tim. 1, 2 *τέκνον ἐν πίστει.* Tit. 1, 4 *τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν.* b) *credenda, doctrina chr.* 2 Cor. 1, 24 *κυριεύειν τῆς πίστεως*, praescribere doctrinam credendam. Gal. 1, 23. 1 Tim. 3, 9. — *vera doctrina,* 2 Thess. 3, 2. 1 Tim. 4, 1. 6. 2 Tim. 3, 8. (Ignat. ad Ephes. §. 16 *πίστιν θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ φθείρειν.* Origen. *περὶ ἀρχῶν*, praef. §. 3: „apostoli *fidem* (*πίστιν*) Christi praedicantes.")

3) *fiducia* ex fide alicui habita nata, *Vertrauen;* ita de fiducia aegrotorum, se sanatum iri, Matth. 8, 10. 9, 2. 22. 9, 29. 15, 28. Marc. 2, 5. 5, 34. 10, 52. Luc. 5, 20. 7, 9. 50. 8, 48. 17, 19. 18, 42. Act. 3, 16. 14, 9. Iac. 5, 15. — de fiducia, qua miracula ab apostolis possint patrari, Matth. 17, 20. 21, 21. Luc. 17, 5. 6. — fiducia in Deum, Marc. 11, 22. Eph. 6, 16. Col. 2, 12. 1 Thess. 5, 8. Iac. 1, 6. — de *animo forti* et *constanti*, Marc. 4, 40. Luc. 8, 25. 22, 32. Act. 6, 5. [8.] 11, 24. 2 Cor. 4, 13.

4) *fides, religio*, i. e. a) *fides data, promissum,* 1 Tim. 5, 12 *τὴν πρώτην πίστιν,* fidem primo marito datam. 2 Tim. 4, 7 *τὴν πίστιν τετήρηκα*, fidem Christo datam servavi. (Thucyd. 4, 86. Sir. 14, 15.) — b) fides quae promissis stat, mandata exsequitur, *fidelitas, sinceritas,* Matth. 23, 23. Rom. 3, 3. Gal. 5, 22. 1 Tim. 1, 5. 19 *ἔχων πίστιν,* fidus, sincerus sis. c. 2, 7. 4, 12. Apoc. 2, 19. 13, 10. (Prov. 12, 22. Sir. 1, 26. 40, 12. 15, 15. 1 Sam. 26, 23.)

Πιστός, *ή, όν*, (a *πείθεσθαι*, quasi *πειστός*, cui fides haberi potest) — LXX maxime pro נֶאֱמָן, etiam pro אָמוּן — 1) *cui fides haberi potest, fide dignus;* 1 Cor. 7, 25. 2 Tim. 2, 2. 1 Petr. 4, 19. Apoc. 19, 11. 21, 5. 22, 6. (1 Macc. 14, 41. Hom. Iliad. 2, 124. Odyss. 24, 483. Ioseph. vit. §. 47.) — *πιστός τινι*, qui fidem apud aliquem habet, pro fido habetur ab illo; Act. 16, 15 *πιστὴν τῷ κυρίῳ*, i. e. domino acceptam, gratam. (Ioseph. bell. 5, 13. 1 *τῷ δήμῳ πιστὸς καὶ τίμιος.*) — *verus, certus,* 1 Tim. 1, 15. 3, 1. 4, 9. 2 Tim. 2, 11. Tit. 3, 8. Act. 13, 34 *τὰ ὅσια Δαυῒδ τὰ πιστά.* vid. *Ὅσιος.* — 2) *fidus, fidelis, fidem servans,* *ἀδελφός*, Col. 4, 9. 1 Petr. 5, 12. Apoc. 2, 10. — de eo qui promissis suis stat; 1 Cor. 1, 9 *πιστὸς ὁ θεός.* 10, 13. 1 Thess. 5, 24. 2 Thess. 3, 3. 2 Tim. 2, 13. Hebr. 10, 23. 11, 11. 1 Io. 1, 9. (Deut. 32, 4. 7, 9.) — 2 Cor. 1, 18 *πιστὸς ὁ θεός, per Dei fidem!* contestantis est, ut בֵּאלֹהֵי אָמֵן Ies. 65, 16. — In specie de ministris, qui officio satisfaciunt, mandata fideliter exsequuntur, neque suum commodum sed rem domini curant; Matth. 24, 45. 25, 21. (1 Sam. 22, 14.) Luc. 12, 42. 1 Cor. 4, 2. Eph. 6, 21. Col. 1, 7. 4, 7. 1 Tim. 1, 12. 3, 11. Hebr. 2, 17. 3, 2. 5. (1 Sam. 2, 35. Num. 12, 7.) *πιστὸς ἐπ' ὀλίγα*, Matth. 25, 23. *ἐν ὀλίγῳ*, Luc. 16, 10—12. 19, 17. — Iesus, ut Dei minister, vocatur *ὁ μάρτυς ὁ πιστός*, fidelis, qui adeo mortem in ministerio suo passus est; Apoc.

1, 5. 2, 13. 3, 14. (coll. Prov. 14, 5. Ps. 89, 37.) — 3) *qui persuaderi sibi patitur, qui fidem habet, glaubend,* Io. 20, 27. Gal. 3, 9. — Hinc οἱ πιστοί vel ut 1 Cor. 4, 17. Eph. 1, 1. Col. 1, 2 plenius dicitur πιστοὶ ἐν κυρίῳ, qui Christo fidem habent, *cultores Christi*, Christiani, Act. 10, 45. 16, 1. 2 Cor. 6, 15. 1 Tim. 4, 3. 10. 12. 5, 16. 6, 2. Tit. 1, 6. Apoc. 17, 14. (Ita de Iudaeis legi mos. adhaerentibus, 1 Macc. 3, 13. et πιστός pius Dei cultor, Sir. 1, 14. Neh. 9, 8. Ps. 101, 6.) — πιστόν adverbialiter: quod fidei christianae convenit, cultore Christi dignum est; 3 Io. v. 5 πιστὸν ποιεῖς, pie agis; sive etiam: fideliter, praecepto convenienter. *.

Πιστόω, ῶ, aor. 1. pass. ἐπιστώθην, (a πιστός) fidem facio, (medium Ioseph. ant. 6, 11. 4 et 7) *firmo, confirmo*, (1 Reg. 1, 36. 1 Chron. 17, 14. 2 Sam. 7, 25. 2 Macc. 7, 24) passivum *persuadeor, confirmor;* 2 Tim. 3, 14 ἐν οἷς ἐπιστώθης, propr. worin du gläubig gemacht worden bist, i. e. quae firma fide suscepisti. (Ps. 78, 41 ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ. — Caeterum pro confirmari, stabiliri LXX pro hebr. נֶאֱמַן, 2 Sam. 7, 16. 1 Reg. 8, 26. 1 Chron. 17, 24. 2 Chron. 1, 9. 6, 17. Ps. 93, 5.)

Πλανάω, ῶ, fut. ήσω, aor. 1. ἐπλάνησα, perf. pass. πεπλάνημαι, aor. 1. pass. ἐπλανήθην, — (a πλάνη) — LXX potissimum pro תָּעָה in Kal et Hiph. — *errare facio, a recta via abduco,* a) propr. (Deut. 27, 18.) — Passivum πλανάομαι, *erro, aberro, a recta via abducor,* Matth. 18, 12. 13. 1 Petr. 2, 25. (Exod. 23, 4. Ps. 119, 176.) — *oberro, circumvagor, peragro,* Hebr. 11, 38 ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι. (Gen. 21, 14 ἐπλανᾶτο τὴν ἔρημον. Gen. 37, 15 πλανώμενον ἐν τῷ πεδίῳ. Ioseph. bell. 7, 5. 7 περὶ πᾶσαν ἐπλανῶντο οἰκουμένην.) — b) tropice: πλανάω, *a via veritatis, pietatis abduco, et in errores, vitia induco,* (Ies. 63, 17. Sir. 15, 12.) 1 Io. 2, 26. — adduco ad idololatriam Apoc. 2, 20. 12, 9. 13, 14. 19, 20. 20, 3. (Deut. 13, 5. Ezech. 44, 10. 15. Hos. 4, 12.) — πλανάω populos i. e. ad rebellionem, ad bella impello, (2 Reg. 21, 9.) Io. 7, 12. Apoc. 20, 8. 10. — *fallo, ich täusche, betrüge,* Matth. 24, 4. 5. 11. 24. Marc. 13, 5. 6. 2 Tim. 3, 13. 1 Io. 3, 7. (Ier. 23, 32. Prov. 12, 26. Mich. 3, 5.) — ἑαυτὸν πλανᾶν, falli, 1 Io. 1, 8. (Ies. 47, 15 ἄνθρωπος κατ' ἑαυτὸν ἐπλανήθη.) — Pass. πλανάομαι, *a vero, a pietate abducor, decipior, pecco,* Io. 7, 47. 1 Cor. 15, 33. 2 Tim. 3, 13. Tit. 3, 3. Hebr. 3, 10 πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. (Ps. 95, 10. coll. Ies. 29, 24 οἱ πλανώμενοι τῷ πνεύματι.) Hebr. 5, 2. Iac. 5, 19. 2 Petr. 2, 15. Apoc. 18, 23. (Ps. 119, 110. Prov. 21, 16. Ies. 46, 8. Ioseph. bell. 6, 5. 4.) — *fallor, fraude decipior,* — iudicio, Matth. 22, 29. Marc. 12, 24. 27. Luc. 21, 8. Iac. 1, 16. (Ioseph. ant. 10, 1. 4.) — spe, exspectatione, 1 Cor. 6, 9. Gal. 6, 7. (Sap. 2, 21. 5, 6.) *.

Πλάνη, ης, ἡ, 1) aberratio — tropice: *error mentis*, aberratio a vero et recto, perversa, falsa opinio, 1 Thess. 2, 3. 2 Thess. 2, 11. — de moribus: *perversa sentiendi agendique ratio, peccatum, scelus,* Rom. 1, 27. Iac. 5, 20. Iud. v. 11. 2 Petr. 2, 18. (Sap. 1, 12 πλάνη ζωῆς, vita perversa; — de defectione a vero Dei cultu, Ezech. 33, 10 pro פֶּשַׁע. Sap. 12, 24. Ier. 23, 17. In Actis Thomae saepe de idololatria gentium, ut §. 38. 45.) — 2) *fraus;* Matth. 27, 64. Ephes. 4, 14 μεθοδεία τῆς πλάνης pro τῶν πλανώντων. 2 Petr. 3, 17. 1 Io. 4, 6 τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης, i. e. doctorem in errores inducentem. (Prov. 14, 8 pro מִרְמָה.) Hesych. πλάνη· ἀπάτη. cf. *Πλανάω*. *.

Πλανήτης, ου, ὁ, (a πλανάομαι) erraticus, vagabundus, (Hos. 9, 17 pro נֹדֵד, ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.) — ἀστὴρ πλανήτης *stella erratica, sidus errans;* (Xenoph. mem. 4, 7. 5. Ioseph. ant. 3, 6. 7.) — in N. T. semel de falsis doctoribus, Iud. v. 13. vid. *Ἀστήρ*.

Πλάνος, ου, ὁ, ἡ, etiam πλάνος, η, ον, 1) vagus, vagabundus. — 2) transitive: *corruptor, impostor,* qui alios inducit in errores; ita substantive in N. T. Matth. 27, 63. (Lib. Hen. p. 162 ἄνδρα — ἐν δυνάμει ὑψίστου πλάνον προσαγορεύσετε. Ignat. ad Ephes. §. 9 πλάνον πνεῦμα.) 2 Cor. 6, 8. 1 Tim. 4, 1. 2 Io. v. 7. (Ioseph. bell. 2, 13. 4 πλάνοι ἄνθρωποι καὶ ἀπατεῶνες, προσχήματι θειασμοῦ νεωτερισμοὺς πραγματευόμενοι. Act. Thom. §. 45 ὁ καλούμενος πλάνος, impostor. Period. Ioann. apud *Birch.* p. 298.) *.

Πλάξ, ακός, ἡ, *tabula, tabula lata,* maxime e lapide aut alia materia duriore confecta; Hebr. 9, 4 αἱ πλάκες τῆς διαθήκης (1 Reg. 8, 9) duae tabulae, quibus inscriptae erant leges mosaicae, igitur tabulae, quibus inscriptum erat foedus Deum inter et Israelitas; erant λίθιναι, 2 Cor. 3, 3. (LXX pro לוּחַ Exod. 31, 18. 32, 14. 15. 34, 1. 4. Deut. 4, 13. 10, 1 sqq. Ioseph. ant. 3, 5. 4.) — 2 Cor. 3, 3 ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις (ubi σαρκίν. otiosum est et appositum tantum oppositionis gratia, i. e. leges inscriptae in cor, tanquam in tabulam. (Prov. 3, 4 γράψον αὐτὰς ἐπὶ πλακὸς καρδίας. Ier. 17, 1. Rom. 2, 15 ἔργον νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.)

Πλάσμα, τος, τό, (a πλάσσω, perf. pass. πέπλασμαι) *res a figulo formata, figmentum;* Rom. 9, 20. (Ies. 29, 16. מַעֲשֶׂה — pro יֵצֶר Ps. 103, 13. Hab. 2, 18. — commentum. Ioseph. c. Apion. 1, 28.) *.

Πλάσσω, atticè πλάττω, aor. 1. ἔπλασα, aor. 1. pass. ἐπλάσθην, *fingo;* — proprie de *figulo*, Rom. 9, 20. (Ies. 29, 16 pro עָשָׂה. Sap. 15, 7. 8.) — de *Deo creante* homines, 1 Tim. 2, 13. (pro יָצַר Gen. 2, 7. 8. 2 Macc. 7, 23. — terram Ps. 95, 5. Ier. 33, 2. τὰ πάντα Ier. 51, 19. — τὸ πνεῦμα ἀνθρώπου Zach. 12, 1. — Ἰσραήλ Ies. 43, 1. — sermones fingo, Ioseph. c. Apion. 1, 33.) *.

Πλαστός, ή, όν, (a πλάσσω, perf. pass. πέπλασται) *fictus*, formatus; — trop. *fictus, commentitius,* 2 Petr. 2, 3 πλαστοῖς λόγοις. (Test. XII patr. p. 523 πνεῦμα ψεύδους, ἐν ἀπωλείᾳ καὶ ζήλῳ τοῦ πλάττειν λόγους αὐτοῦ. Demosth. 602. 1. vid. etiam *Πλάσσω* et *Πλάσμα*.) *.

Πλατεῖα, ας, ἡ, (feminin. a πλατύς) intell. ὁδός, via latior, *platea*, Matth. 6, 5. 12, 19. Luc. 10, 10. 13, 26. 14, 21. Act. 5, 15. Apoc. 11, 8. 21, 21. 22, 2. (LXX maxime pro רְחוֹב Iud. 19, 15. 17. Zach. 8, 4. — etiam pro חוּצוֹת Ps. 18, 46. Ies. 15, 3. Tob. 13, 17.) *.

Πλάτος, εος, contr. ους, τό, (a πλατύς) *latitudo*, Eph. 3, 18. (vid. *Μῆκος*) Apoc. 21, 16. (LXX pro רֹחַב Gen. 6, 15. Exod. 25, 10. 17.) — πλάτος τῆς γῆς, terra lata, i. e. plana, planities, ut videbatur hominibus priscis, Apoc. 20, 9. Hab. 1, 6 pro מֶרְחָב. *.

Πλατύνω, perf. pass. πεπλάτυμμαι, aor. 1. pass. ἐπλατύνθην, (a πλατύς) *latum facio, amplifico;* a) propr. Matth. 23, 5 πλατυν. τὰ φυλακτήρια. Ies. 54, 2. Ier. 51, 58. 1 Macc. 14, 6. — b) metaphorice ex hebraismo, ubi similiter הִרְחִיב Deus dicitur πλατύνειν τινί (Ps. 4, 1), quum illum a malis, quibus constringitur, liberat, et καρδίαν τινός, (Ps. 119, 32) quum cor curis constrictum levat. In N. T. bis: 2 Cor. 6, 11 ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται, propr. cor meum dilatatum est (erga vos), i. e. vel: animum meum effudi erga vos, neque ulla indignatione amplius constringor; vel: animus meus amplus factus est ad vos recipiendos veteri amore, i. e. omnem indignationem missam feci; quod ut item faciant Corinthii quasi in praemium sui amoris, hortatur versu 13 τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. Vid. *Ἀντιμισθία*. (coll. 1 Macc. 3, 3 ἐπλάτυνε δόξαν τῷ λαῷ.) *.

Πλατύς, εῖα, ύ, *latus, spatiosus;* semel Matth. 7, 13. (LXX pro רָחָב Neh. 9, 35. Ezech. 23, 32. Neh. 7, 4. Hom. Iliad. 5, 796.) *.

Πλέγμα, τος, τό, (a πλέκω) quod nexum, contextum est, *ein Geflecht;* (Ioseph. ant. 2, 9. 4 πλέγμα βύβλινον, cui impositus fuerat Moses infans.) — semel de ornatu mulierum 1 Tim. 2, 9 ubi alii explicant: *cincinni, crines intorti,* künstliche Haarlocken, alii: *vittae* crinibus innexae. (1 Petr. 3, 3 ἐν ἐμπλοκῇ τριχῶν.) — Aquila et Theod. Ies. 28, 5 pro צְפִירָה, diadema, corona.

Πλεῖστος, η, ον, (superlat. a πολύς) *plurimus, maximus;* Matth. 21, 8 ὁ πλεῖστος ὄχλος, tota turba, quanta erat. cap. 11, 20 αἱ πλεῖσται δυνάμεις. — (πλεῖστον λαόν, Hom. Iliad. 16, 377. ib. 2, 577 πλεῖστοι λαοί.) — τὸ πλεῖστον, ad summum, 1 Cor. 14, 27.

Πλείων, ονος, ὁ, ἡ, neutr. πλεῖον etiam πλέον [Luc. 3, 13. Act. 15, 28], nom. plur. πλείονες et πλείους [Act. 19, 32. 27, 12. 1 Cor. 15, 16], accus. πλείονας et πλείους, de qua diversitate vid. *Rostii* Gr. p. 117. 153. 402. *Buttm.* Gr. ampl. I, §. 68. *Matth.* Gr. §. 259. — (comparat. a πολύς) LXX pro רַב, רַבִּים, seq. genitivo, seq. ἤ, et seq. παρά, 1) *maior quantitate, copiosior, abundantior;* Io. 15, 2 πλείονα καρπόν, largiorem fructum. Act. 18, 20 ἐπὶ πλείονα χρόνον,

diutius. Hebr. 3, 3 πλείονος δόξης. — Neutrum πλεῖον et πλέον, *plus*. Matth. 5, 20 ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων. Marc. 12, 43. Luc. 21, 3. Io. 21, 15. — πλέον παρά, plus quam, ultra quod praescriptum est, Luc. 3, 13. — πλεῖον ἀγαπήσει, magis, impensius amabit, Luc. 7, 42. — Luc. 9, 13 πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι. Luc. 7, 43 τὸ πλεῖον, plus quam alii. Act. 15, 28 μηδὲν πλέον πλήν, nihil amplius. — ἐπὶ πλεῖον, *diutius, ulterius*, Act. 4, 17. 20, 9. 24, 4. 2 Tim. 2, 16. 3, 9. (Ier. 2, 12. Ps. 62, 2.) — plur. πλείονες, contr. πλείους, *plures*, Matth. 26, 53 πλείους ἢ δώδεκα. Io. 4, 1. Act. 25, 6. (Ion. 4, 12.) — πολλῷ πλείους, multo plures, Io. 4, 41. — seq. genitivo, Act. 4, 22. 23, 13. 21. 24, 11. — πλείονα, *plura* (quam alii) Matth. 20, 10. — sine comparatione: *plures*, πλείους ἡμέρας, Act. 13, 31. 21, 10. 25, 14. 27, 20. (Num. 9, 19.) — Act. 24, 17 δι' ἐτῶν πλειόνων. Luc. 11, 53 περὶ πλειόνων de rebus quibusdam. — *multi*, Act. 2, 40. Act. 28, 23. — οἱ πλείονες, et οἱ πλείους cum articulo: *quam plurimi, plerique* exceptis paucis, Act. 19, 32. 27, 12. 1 Cor. 9, 19. 10, 5. 15, 6. 2 Cor. 2, 6. 4, 15. 9, 2. Phil. 1, 14. Hebr. 7, 23. (Ioseph. ant. 1, 3. 5 et ant. 10, 7. 3. vid. *Krebs*. obss. p. 401.) — 2) maior *qualitate*, i. e. *praestantior, -us, melior, -us*, Matth. 6, 25 ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς. Marc. 12, 33. Luc. 12, 23. — Matth. 12, 41 πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε, Iona praestantiorem hic habetis. ib. v. 42. Luc. 11, 31. 32. (Ps. 90, 10.) — Matth. 21, 36 πλείονας τῶν πρώτων. Hebr. 11, 4. Apoc. 2, 19. coll. Ezech. 29, 15. *.

Πλέκω, aor. 1. ἔπλεξα, *connecto, contexo*, Matth. 27, 29. Marc. 15, 17. Io. 19, 2. (LXX Ies. 28, 5. Exod. 28, 14.) *.

Πλέον, vid. Πλείων.

Πλεονάζω, aor. 1. ἐπλεόνασα, (a πλέον) *copiosior sum, copiose adsum*, 2 Petr. 1, 8. 2 Chron. 24, 11. — *augeor, incrementa capio, cresco;* 1 Thess. 3, 12 ὁ κύριος (δῴη ὑμῖν) πλεονάσαι καὶ περισσεῦσαι τῇ ἀγάπῃ. 2 Thess. 1, 3 ὅτι πλεονάζει, quod crescit semper amor mutuus. Rom. 5, 20 ἡ ἁμαρτία, (2 Sam. 18, 8. 3 Esdr. 8, 15. Sir. 23, 3.) — augeor divitiis, *plus habeo*, 2 Cor. 8, 15. — *magis me exsero*, Rom. 6, 1 ἡ χάρις. 2 Cor. 4, 15. Phil. 4, 17 καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν, fructus rediturus in vestram rationem. (τὸ πλεονάζον, pro סָרַח Exod. 26, 12.) — LXX pro עָדַף, רָבָה et הִרְבָּה; etiam transitive, ut Num. 26, 54. Ps. 71, 21. 1 Macc. 4, 35. *.

Πλεονεκτέω, ῶ, aor. 1. ἐπλεονέκτησα, aor. 1. pass. ἐπλεονεκτήθην, (πλέον et ἔχω) 1) πλέον ἔχω, plus habeo, quam alius. (Xenoph. hist. gr. 2, 3. 11.) — plus valeo, einen Vortheil voraus haben, excello, (Ioseph. prooem. bell. §. 5 λόγῳ πλεονεκτεῖν. Id. bell. 4, 9. 11 milites πλεονεκτοῦντες τῷ τόπῳ.) — superior sum in pugna, (κατὰ τὴν μάχην Ioseph. bell. 2, 19. 2. ib. 6, 1. 2 et 7.) — 2) plus iusto, lucrum iniustum quaero, (Ioseph. ant. 2, 11. 2.) LXX Ezech. 22, 27. Hab. 2, 9 pro בָּצַע. — In N. T. a) transitive: *lucri causa decipio aliquem, lucrum iniustum quaero in aliquo*, einen *übervortheilen;* 2 Cor. 7, 2 οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. c. 12, 17. 18. 1 Thess. 4, 6. (Test. XII patr. p. 625 ὁ ἁπλοῦς χρυσίον οὐκ ἐπιθυμεῖ, τὸν πλησίον οὐ πλεονεκτεῖ. Act. Thom. §. 12 ὀρφανοὺς δέροντες, χήρας πλεονεκτοῦντες.) — passivum: *fraude decipior*, 2 Cor. 2, 11 ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. *.

Πλεονέκτης, ου, ὁ, (πλεονεκτέω) propr. qui plus habet quam alter; deinde qui plus quam ei competit habere studet; — *lucri iniusti cupidus, lucrum fraude quaerens*. 1 Cor. 5, 10 ubi πλεονέκτης et ἅρπαξ ita differunt, ut ille fraude, hic vi aliorum bona petere dicatur. v. 11. 6, 10. (Antonin. 11, 18. Xenoph. mem. 1, 5. 3.) — Ephes. 5, 5 πόρνος, ἀκάθαρτος ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, qui idololatrae similis est, aurum tanquam idolum adorat; vel etiam, si ὅς ad praecedentia omnino refertur: *quales* esse solent idololatrae, gentiles. Act. Thom. §. 12 ἅρπαγες καὶ πλεονέκται. (In V. T. legitur Sir. 14, 9 eodem sensu; coll. Πλεονεκτέω. Ioseph. ant. 1, 2. 2.) *.

Πλεονεξία, ας, ἡ, (πλεονεκτέω, quod vide) propr. plus habere, das Mehrhaben, maior portio, Xenoph. mem. 1, 6. 12. — tropice: plus valere quam alii auctoritate, potestate, robore, vi, *das Uebergewicht;* ita in re militari Ioseph. ant. 5, 1. 20 τῇ φυσικῇ τῶν πόλεων πλεονεξίᾳ, firmitate e naturali situ urbium orta. de bell. 4, 3. 10 ἡ ἐκ τοῦ τόπου πλεονεξία. — 2) *iniusti lucri studium, lucrum fraude quaesitum*, Marc. 7, 22. Luc. 12, 15. Rom. 1, 29. 2 Cor. 9, 5 ὡς εὐλογίαν καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν, liberali modo, neque ita, ut lucrum quaeratis, videlicet parce dando, largiter autem *accipiendo*, coll. v. 10. 11. (Alii πλεονεξίαν hic interpretantur *avaritiam*, et vertunt: non ita ut donum avaritiam prodat.) — Ephes. 4, 19. 5, 3. Col. 3, 5 πλεονεξία ἥτις ἐστὶν εἰδωλ. vid. Πλεονέκτης. 1 Thess. 2, 5 οὔτε ἐγενήθημεν — ἐν προφάσει πλεονεξίας, i. e. in ministerio meo non ostendi lucri studium. 2 Petr. 2, 3. 14. (Eodem sensu LXX pro בֶּצַע Iudic. 5, 19. Ps. 119, 36. Ier. 22, 17. Ezech. 22, 27. Hab. 2, 9. Sap. 10, 11. 2 Macc. 4, 50. coll. v. 45. Xenoph. cyr. 1, 6. 28. Philo de praem. p. 912 D. Ioseph. ant. 3, 4. 1. *.

Πλευρά, ᾶς, ἡ, *latus corporis;* Io. 19, 34. Act. 12, 7. (LXX pro צֵלָע Gen. 2, 21 sq. צַד Num. 33, 55. 2 Sam. 2, 16. Ezech. 34, 21. Sir. 30, 11. 42, 5. 4 Macc. 18, 7.) *.

Πλέω, *navigo, navi vehor*, Luc. 8, 23. Act. 27, 24. Ion. 1, 3. — εἰς τόπον, Act. 21, 3. 27, 6. (Hom. Odyss. 15, 553.) — ἐπὶ τόπον; Apoc. 18, 17 in textu *Griesb*. — *navigando obeo*, seq. accusativo loci, Act. 27, 2 πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους. (πλέοντες τὴν θάλασσαν Ies. 42, 10. Sir. 43, 24. 1 Macc. 13, 29. Hom. Odyss. 3, 71.) *.

Πληγή, ῆς, ἡ, (a πλήσσω, perf. med. πέπληγα) 1) *ictus, verber*, Luc. 12, 48. 2 Cor. 6, 5. 11, 23. (Intelligendum est in locis Luc. 12, 47. 2 Cor. 11, 24 ut saepius etiam apud profanos. Aristoph. nub. 971. Aelian. V. H. 10, 21.) — (LXX pro שֵׁבֶט Prov. 29, 15. Sap. 5, 11. Sir. 28, 17. Hom. Iliad. 2, 264. Odyss. 4, 244.) — 2) *vulnus* ex ictu, Luc. 10, 30. Act. 16, 23, 33. Apoc. 13, 3. 12. 13, 14 πληγὴν μαχαίρας, vulnus gladio factum. (Ioseph. ant. 10, 5. 1.) — 3) tropice: *calamitas publica, afflictio gravis, clades*, qua hominum corpora vexantur, vel etiam necantur, ut fames, pestis, hostium vel ferarum impetus, morbi vehementes et quae sunt his similia, quibus instar flagellorum corpus vulneratur; etiam clades in bello. Ita in N. T. Apoc. 9, 18. 20. 11, 6. 15, 1. 6. 8. 16, 9. 21. 18, 4. 8. 21, 9. 22, 18. LXX saepissime pro מַכָּה Num. 11, 33. Deut. 28, 59. Iud. 11, 33. 1 Sam. 4, 8. Ies. 14, 6. etiam pro מַגֵּפָה Num. 14, 37. 25, 8. 9. 1 Sam. 4, 17. vid. etiam 1 Macc. 13, 32. 3, 29. 5, 3. 7, 22. 8, 4. — (Philo l. de vita Mos. p. 617. 622. 624 et Ioseph. ant. 2, 14. 2 et 4 usurpant de afflictionibus Aegyptiorum Mosis tempore; Ioseph. ant. 6, 5. 6. ib. 8, 4. 3 et 14, 13. 8 de calamitate, clade, et de clade in proelio. de bell. 1, 19. 3. 3, 2. 1.) *.

Πλῆθος, εος, ους, τό, (a πλήθω) — LXX saepissime et plerumque pro הָמוֹן et רֹב — *multitudo*, i. e. a) *magnus numerus, copia:* rerum, Luc. 5, 6 πλῆθος ἰχθύων πολύ. Io. 21, 6. Hebr. 11, 12. Iac. 5, 20. 1 Petr. 4, 8. — *caterva*, Act. 28, 3 φρυγάνων πλῆθος. hominum: magnus numerus, permulti, *turba;* Marc. 3, 7. 8. Luc. 6, 17. 8, 37. 23, 27. Io. 5, 3. Act. 21, 36. Act. 2, 6. 5, 14. 16. 14, 1. 17, 4. 25, 24. — Act. 14, 4 τὸ πλῆθος τῆς πόλεως, *plebs* urbis. (Sir. 7, 7.) — b) de multitudine *definita* aut loco aut numero est: *coetus, concio;* Luc. 1, 10 πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, concio populi in templo congregata. c. 19, 37 ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν. c. 23, 1 ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, coetus assessorum in synedrio. Ita etiam Act. 4, 32. 6, 2. 5. 15, 12. 30. 19, 9. 21, 22. 23, 7. (Exod. 12, 6. Sir. 6, 34. 7, 14. 16.) *.

Πληθύνω, f. υνῶ, aor. 1. ἐπλήθυνα [2 Cor. 9, 10 in textu vulg. πληθύναι, ubi *Griesb*. reposuit πληθυνεῖ], aor. 1. pass. ἐπληθύνθην, (a πληθύς, ἡ, copia, multitudo) — LXX pro רָבַב, הִרְבָּה, a) transitive: *multiplico, augeo, crescere facio*, seq. accusat. 2 Cor. 9, 10. Hebr. 6, 14 πληθύνων πληθυνῶ σε, ex hebraismo (Gen. 3, 16. 16, 10.) quam maxime copiosam largiar tibi sobolem. — Passiv. πληθύνομαι: *augeor, multiplicor, cresco;* Matth. 24, 12. Act. 6, 7. 7, 17. 9, 31. 12, 24. (Gen. 6, 5. Ier. 5, 6. Ps. 3, 1. 25, 19.) — πληθύνεσθαί τινι, largiter contingere alicui, 1 Petr. 1, 2 χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη. 2 Petr. 1, 2. Iud. v. 2. — b) intransitive: πληθύνω, multiplico me, *cresco*, Act. 6, 1 πληθυνόντων τῶν μαθητῶν. (Sir. 43, 30. 1 Macc. 1, 9 ἐπλήθυναν κακὰ ἐν τῇ γῇ.) *.

Πλήθω, vid. Πίμπλημι.

Πλήκτης, ου, ὁ, (a πλήσσω, perf. pass. πέπληκται)

percussor; — ex adiuncto: *pugnax, litigator;* ein Händelsüchtiger; bis: 1 Tim. 3, 3. Tit. 1, 7. — Hesych. πλήκτης· μάχιμος, ὑβριστής. (Plutarch. vit. Marcell. c. 1 et vit. Pyrrh. c. 30. Diog. Laert. 6, 38.)

Πλημμύρα, s. πλημύρα, ας, ἡ, (a πλήμμη s. πλήμη fluctus maris) accessus, aestus maris, mare aestuans (Hom. Odyss. 9, 486); — *inundatio, exundatio aquarum;* Luc. 6, 48 πλημμύρας δὲ γενομένης. (Matth. 7, 25 ἦλθον οἱ ποταμοί.) (LXX Iob. 40, 23 ἐὰν γένηται πλημμύρα, pro יַעֲשֹׁק נָהָר. Aquila Deut. 33, 19 pro שֶׁפַע יַמִּים. Ioseph. ant. 2, 10. 2. Philo de opif. mundi p. 12 ποταμῶν πλημμύρας. Idem lib. 1. vit. Mos. p. 634 de inundationibus Nili.) *.

Πλήν, ex πλέον, cuius significationem semper sequitur: *plus, ultra, praeter,* nostrum: *mehr, darüber hinaus;* (Hom. Od. 8, 207.) — LXX plerumque pro אַךְ, אֶפֶס, זוּלַת, רַק et מִלְּבַד, לְבַד). Est autem 1) praepos. cum genitivo, in *media oratione* post negationem: *non plus,* i. e. *non nisi, non praeter,* Marc. 12, 32 οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ. (Ies. 45, 14. 46, 9. Ioseph. ant. 1, 10. 2 ὠφέλεια οὐκ ἄλλη, πλήν.) Io. 8, 10 μηδένα πλὴν τῆς γυναικός. Act. 15, 28 μηδὲν πλέον, πλὴν τῶν ἐπαν. τούτων. Act. 27, 22 ἀποβολὴ οὐδεμία, πλὴν τοῦ πλοίου. — Act. 20, 23 μὴ εἰδώς, πλὴν ὅτι. (2 Reg. 24, 14 οὐχ ὑπελείφθη πλὴν οἱ πτωχοί. Ies. 64, 4.) Etiam praecedente πᾶς ubi πλὴν excipit; Act. 8, 1 πάντες πλὴν τῶν ἀποστόλων. (Num. 31, 22. 23. Deut. 3, 5.) — 2) initio orationis adverbialiter ponitur ut nostrum *vielmehr,* et quidem ubi oratio subsequens sententiam praecedentem vel auget, vel accuratius definit, vel adversus dubitationem (aut prolatam aut tacitam) adserit; verti igitur potest pro ratione orationis contextae: *verum, veruntamen, at, potius, imo;* Matth. 11, 22. 24. 18, 7. 26, 39. 64. Luc. 6, 24. 35. 10, 11. 14. 20. 11, 41. 12, 31. 13, 33. 18, 8. 19, 27. 22, 21. 22. 42. 23, 28. 1 Cor. 11, 11. Ephes. 5, 33. Phil. 1, 18. 3, 16. 4, 14. Apoc. 2, 25. (Num. 22, 35. Iud. 4, 9. 2 Chron. 33, 17. Amos. 9, 8. Eccles. 7, 30. Iob. 6, 27. 9, 21. 14, 18. 33, 8.) *.

Πλήρης, εος, contr. ους, ὁ, ἡ, — πλῆρες, τό, (a πλέος, plenus), LXX pro מָלֵא, מְלֹא, שָׂבֵעַ, שָׁלֵם, — 1) *plenus,* — a) proprie, α) de mensuris et vasis cavis, *repletus, impletus,* vollgefüllt, Matth. 14, 20 κοφίνους πλήρεις. c. 15, 37. Marc. 6, 43. 8, 19. (Num. 7, 20. 26. 32. Deut. 6, 11. Ps. 75, 7.) — β) de superficie: *tectus, refertus,* ganz bedeckt; Luc. 5, 12 ἀνὴρ πλήρης λέπρας, lepra totus infectus. (2 Reg. 7, 15 ἡ ὁδὸς πλήρης ἱματίων. 6, 17. Ezech. 10, 12. Ies. 1, 15 χεῖρες αἵματος πλήρεις.) — b) tropice: *plenus, refertus, copiose instructus;* de homine: πλήρης πνεύματος ἁγίου, Luc. 4, 1. Act. 6, 3. 7, 55. 11, 24. — πλήρης πίστεως Act. 6, 5. 8. vid. etiam Act. 9, 36. 13, 10. 19, 28. (Ies. 1, 4. 51, 20. Ier. 5, 27. Sir. 19, 22.) — de rebus, Io. 1, 14 δόξα πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. (Sap. 3, 4 ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης. Sir. 42, 16 τῆς δόξης κυρίου πλῆρες τὸ ἔργον αὐτοῦ i. e. τὸ πᾶν. coll. Hab. 3, 2. Ps. 33, 5.) — 2) *plenus,* i. e. *completus,* cui nil deest, cui omnes adsunt partes, qui habet iustam magnitudinem, nostrum: *völlig;* a) propr. Marc. 4, 28 πλήρη σῖτον, plenum frumenti granum, i. e. granum quod totam folliculi, quo continetur, cavitatem explet, ut recte explicat *Kypk.* I, p. 158. (Gen. 41, 7 στάχυας τοὺς πλήρεις. ib. v. 22. Sap. 5, 22 πλήρεις χάλαζαι. Sir. 50, 6 σελήνη πλήρης.) — b) tropice: *perfectus, completus, integer,* 2 Io. v. 8 μισθὸν πλήρη ἀπολάβ. (Ruth. 2, 12 μισθὸς πλήρης. — καρδίᾳ πλήρει, integro, toto animo, 2 Reg. 20, 3. 1 Chron. 29, 9. 2 Chron. 16, 9. 1 Macc. 8, 25. — Philo de legat. ad Cai. p. 1000 ἡγεμονία πλήρης καὶ ἄρτιος. Ita de migr. Abr. p. 399 χαρίζεται ὁ θεὸς τοῖς ὑπηκόοις ἀτελὲς οὐδὲν, πλήρη δὲ καὶ τέλεια πάντα. coll. Iac. 1, 17.) *.

Πληροφορέω, ῶ, aor. 1. ἐπληροφόρησα [Rom. 15, 13], partic. perf. pass. πεπληροφορημένος, aor. 1. pass. ἐπληροφορήθην, ab adiectivo inusitato πληροφόρος, quod factum est ex πλήρης et φορέω) — 1) plenum fero, ich trage etwas voll, *compleo,* ich fülle ganz; sic in N. T. Rom. 15, 13 ubi boni quidam libri pro πληρώσαι habent πληροφορήσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς, compleat vos omni gaudio, quae lectio fortasse praeferenda est. — (Passivum: plenus sum, totus occupor, feror; LXX Eccles. 8, 11 ἐπληροφορήθη ἡ καρδία τοῦ ποιῆσαι, ferebatur animus totus etc., hebr. מָלֵא לֵב לַעֲשׂוֹת, quae etiam habes Esth. 7, 5 ubi LXX verterunt τολμᾶν. Test. XII patr. p. 677 ἐπληροφορήθην τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ, totus cogitatione tenebar, quomodo eum occiderem.) — 2) plenum, absolutum facio, ich mache völlig, vollständig, i. e. *absolvo, perficio;* 2 Tim. 4, 5 τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον prorsus perfice quae ministerii tui sunt. ib. v. 17 ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, ut per me praedicatio de Messia absolvatur, in quemque locum perferatur. — πεπληροφορημένος, α) de homine: *absolutus,* Col. 4, 12 ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληροφορημένοι [sic enim cum codd. et *Lachmanno* scribendum pro πεπληρωμένοι) ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ. — β) de rebus gestis: consummatus, *peractus,* ut in nostro *vollbringen, vollbracht,* expressa est utraque notio et τοῦ πλήρους et τοῦ φορεῖσθαι; Luc. 1, 1 περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, rerum inter nos peractarum. (Alii vertunt: de quorum veritate nobis certissime persuasum est.) — 3) Transfertur ad iudicium, cogitationem, et est: *certiorem aliquem facio ab omni parte,* absolvo eius iudicium, *et persuadeo* argumentis allatis; sic activum Period. Ioann. ap. *Birch.* p. 294: αἰτούμεθά σε, ὅπως τελείως πληροφορήσῃς ἡμᾶς, ὅτι εὐθύτης ἐν τῇ καρδίᾳ σου. — Passivum; *certo persuasus sum;* Rom. 4, 21 πληροφορηθεὶς ὅτι, fest überzeugt, dass. ib. 14, 5 ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω, quisque habeat certam mentis suae persuasionem. Hesych. ἐπιστώθη· ἐπείσθη, ἐπληροφορήθη. (Eodem sensu apud Ignat. ad Magnes. §. 8 εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς θεός ἐστιν. Clem. Rom. Homil. 11. §. 17 πληροφορηθέντες περὶ τῶν ἐπαγγελμάτων. coll. Isocrat. or. Trapezit. p. 360 edit. Steph. ἐμὲ δὲ πολλῶν ἀκουόντων ἔξαρνον πληροφορηθεὶς γεγενῆσθαι μηδὲν κεκτῆσθαι, ubi autem *Wolfius* πληροφορ. e textu eiecit.) *.

Πληροφορία, ας, ἡ (πληροφόρος, vid. πληροφορέω) apud profanos non legitur. Est autem vel: *abundantia,* die Fülle; et sic intelligendum est Rom. 15, 29 ubi in bonis libris legitur ἐν πληροφορίᾳ (pro πληρώματι) εὐλογίας. Vel: *certa* et *plena persuasio;* Col. 2, 2 εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, i. e. τῆς συνέσεως πεπληροφορημένης, vel cognitionis abundantis, vel cognitionis certissimae, firmissimae. 1 Thess. 1, 5 τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς — ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, multis, certis argumentis. Hebr. 6, 11 σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους, studium confirmandi spem usque ad finem vitae et rerum. c. 10, 20 ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, certa fiducia; vel pleni fiducia. (Ignat. ad Magnes. §. 11 ταῦτα ὁ γνοὺς ἐν πληροφορίᾳ (vel abundanter, vel certo), καὶ πιστεύσας.) Constitut. apost. 7, 39 παιδευέσθω τὴν περὶ τοῦ ἀγεννήτου γνῶσιν, τὴν περὶ τοῦ υἱοῦ ἐπίγνωσιν, τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πληροφορίαν. *.

Πληρόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ἐπλήρωσα, perf. πεπλήρωκα, perf. pass. πεπλήρωμαι, aor. 1. ἐπληρώθην, fut. 1. pass. πληρωθήσομαι, [fut. 1. med. πληρώσονται, Apoc. 6, 11 in textu vulg. ubi vero aut πληρώσωσι, aut πληρωθῶσι legendum est], — (a πλήρης), LXX pro מָלֵא Kal et Niphal — 1) *impleo, compleo* ut nihil desit, *plenum facio,* a) proprie, α) de *vacuis* vel rebus *cavis,* Matth. 13, 48 ἐπληρώθη rete piscibus. — μέτρον, Matth. 23, 32 πληρώσατε (imperativus permissivus, füllet immer hin, nisi legendum est ἐπληρώσατε) τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν, sensus: quod maiorum impietati deest additis, cumulum additis sceleribus maiorum. (2 Macc. 6, 14 μακροθυμῶν ὁ δεσπότης, μέχρι τοῦ καταντήσαντας αὐτοὺς πρὸς ἐκπλήρωσιν ἁμαρτιῶν, κολάσαι. Dan. 8, 23.) — Luc. 3, 5. (Ies. 40, 4 ubi נִשָּׂא.) — β) de *spatio, quod permeo,* per quod diffundor, durch Verbreitung erfüllen; *impleo,* Act. 2, 2 ἦχος ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον. Io. 12, 3 ὁ οἶκος ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς. (Ios. 3, 15.) — b) tropice, α) *abundare facio, largiter do,* Act. 2, 28 πληρώσεις με εὐφροσύνης. Rom. 15, 13. et seq. accusativo Phil. 4, 19 πᾶσαν χρείαν ὑμῶν. 2 Thess. 1, 11. — passiv. *largiter accipio,* Phil. 4, 8. (Polyb. 7, 15. 9) — *plenus,* largiter instructus sum; seq. genitivo Act. 13, 52. Rom. 15, 14. 2 Tim. 1, 4. Luc. 2, 40. (1 Reg. 7, 14.) seq. dativo Rom. 1, 29. 2 Cor. 7, 4. seq. ἐν cum dativo Ephes. 5, 18. seq. accusativo, Phil. 1, 11. Col. 1, 9. Vid. *Winert* Gramm. §. 32. no. 5. — β) ex notione se *diffundendi* per spatium: *diffundo,* i. e. *diffundo aliquid per locum, late propago* s. *spargo;* Act. 5, 28 πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλ. τῆς διδαχῆς. Rom. 15, 19 πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον. Col. 1, 25 τὸν λόγον. coll. Sir. 24, 26. — *diffundo me,* adiecta notione operandi, ut sit: *occupo* aliquem s. aliquid *totum, per-*

meo aliquid ita, ut illud totum habeam in mea potestate; Io. 16, 6 ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν, Act. 5, 3 ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου. Ephes. 1, 23 τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν πληρουμένου, eius qui omnia omnino imperio suo tenet. ib. 4, 10 ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. (Sap. 1, 7 πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα κ. τ. λ. Ier. 23, 24 οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; vid. etiam Ps. 139, 7 sqq.) — Ita in scriptis Paullinis etiam passivum usurpatur, dicunturque πληροῦσθαι Christiani, *impleri Dei operatione,* i. e. *prorsus teneri* a Deo et Iesu, quatenus ecclesia Dei consideratur tanquam πλήρωμα Dei et Christi, i. e. locus, quem uterque inhabitat, in quo operatur. Vid. Πλήρωμα. Eph. 3, 19 ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ θεοῦ, ut impleamini, pleni sitis Deo, i. e. mens vestra a Deo tota regatur, ita, ut sitis verum πλήρωμα, quasi templum Dei, in quo conspicua sit eius maiestas. (Alii: ut impleamini bonis divinis quibuscunque.) Col. 2, 10 καὶ ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, et sitis pleni Christo, prorsus ab eo regamini.

2) *compleo, plenum facio ut nihil desit, vollständig machen,* i. e. a) *perfectum, omnibus numeris absolutum facio;* χαράν Io. 3, 29. 15, 11. 16, 24. 17, 13. 1 Io. 1, 4. 2 Io. v. 12. Phil. 2, 2. — ὑπακοήν 2 Cor. 10, 6. — ἔργον Apoc. 3, 2. — Col. 4, 12 τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι (sed scribe πεπληροφορημένοι) ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ, perfecti omnibusque numeris absoluti in obsequio erga Dei voluntatem. — b) *ad finem perduco, finio, absolvo;* Luc. 7, 1 ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα. (1 Macc. 4, 19.) Act. 12, 25 τὴν διακονίαν, distributionem. Act. 19, 21 ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, quibus ita peractis. Act. 13, 25 πληρ. τὸν δρόμον, vitae cursum. (alii: munus, officium.) Rom. 8, 4 ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, ut sententia legis damnatoria finem habeat quod ad nos attinet. Apoc. 6, 11 ἕως πληρώσωσι, intellige τὸν δρόμον, vel τὸν χρόνον, nisi ibi potius legendum πληρωθῶσι. (Sap. 4, 12 ὁ τελειωθὴς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνους μακρούς.) — Ita etiam tempus dicitur πληροῦσθαι, absolvi, *prorsus finiri,* Marc. 1, 15. Luc. 21, 24. Io. 7, 8. Act. 7, 23. 30. 9, 23. 24, 27. (Gen. 25, 24. 29, 21. Lev. 12, 4. 25, 30. Ioseph. ant. 4, 4. 6. ibid. 6, 4, 1 πληρωθέντος τοῦ χρόνου.) Nec aliter Luc. 22, 16 ἕως ὅτου πληρωθῇ (ὁ καιρὸς) ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, usque dum tempus ad inaugurationem regni Dei absolutum fuerit; vel: usque dum hoc tempus (αἰὼν οὗτος) finitum fuerit per regnum divinum. vid. v. 28. Vocabula tempus indicantia, ut χρόνος, quippe facillime intelligenda, saepe taceri, satis notum est. (Alii intelligunt τὸ πάσχα, et vertunt: usque dum perfectior coena instituta fuerit in regno Dei.) — c) *praesto, perago,* quae sunt mandati, officii; Matth. 3, 15 πλ. πᾶσαν δικαιοσύνην. Act. 14, 26. Rom. 13, 8. Gal. 5, 14. Col. 4, 17. (1 Reg. 1, 14. 8, 15. 24. Ps. 20, 4. 1 Macc. 2, 55. 4 Macc. 12, 14. Ioseph. ant. 5, 2. 8 πληρώσειν τὴν ἐπιθυμίαν. c. Apion. 2, 40.) — *perago, ratum facio;* Matth. 5, 17 ἦλθον πληρῶσαι (τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας,) veni ut peragam omnia, quae de Messia perscripta sunt; (alii: ut legem observem ipse.) Act. 13, 27 ἐπλήρωσαν (Iudaei eo, quod Iesum cruci affixerunt) τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν. Act. 3, 18 ὁ θεὸς ἐπλήρωσεν οὕτω, hoc peregit, evenire iussit. Luc. 9, 31 ἔξοδον, ἣν ἔμελλε πληροῦν, fata ultima, quae passurus erat secundum vaticinia et voluntatem Dei. (Philo de praem. et poen. p. 923 B: πληρῶσαι τοὺς λόγους ἔργοις ἐπαινετοῖς. ib. p. 927 C: νόμον ἐκπληρώσουσι φύσεως.) — Passivum de promissionibus, dictis quibuscunque, potissimum de vaticiniis: *ratum fieri, eventum habere;* Matth. 1, 22. 2, 15. 17. 23. 4, 14. 8, 17. 12, 17. 13, 35. 21, 4. 26, 54. 56. 27, 9. 35. Marc. 14, 49. 15, 28. Luc. 1, 20. 4, 21. [21, 22.] 24, 44. Io. 12, 38. 13, 18. 15, 25. 17, 12. 18, 9. 32. 19, 24. 36. Act. 1, 16. Iac. 2, 23. (1 Reg. 2, 27. 2 Chron. 36, 21.) *.

Πλήρωμα, τος, τό, (a πληρόω, perf. pass. πεπλήρωμαι) LXX pro מְלֹא — 1) fartum, fartura, *id quo impletum est aliquid,* die *Füllung;* ita πληρώματα νηῶν dicuntur omnia, quibus onusta est navis, et Philo (II. de vita Mos. p. 451) animalia in arca Noachi appellat τὸ πλήρωμα eius. Idem (quod omnis probus lib. p. 871) usurpat de saburra qua navis recta stat, et transfert ad virtutem: ὁ σοφὸς ἕρμα καὶ πλήρωμα καλοκἀγαθίας ἐπιφερόμενος. — Hinc *copia, abundantia, plenitudo,* i. e. a) omnia, quae continet aliquid; ita in locutione: ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, 1 Cor. 10, 26. [28.] Ps. 50, 12. 96, 11. Ier. 47, 2. Ezech. 12, 19. 19, 7. 30, 12. coll. 1 Chron. 16, 32. Ps. 24, 1. — *copia bonorum,* quae aliquis possidet; Io. 1, 16 ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ. Rom. 15, 29 ἐν πληρώματι εὐλογίας Χριστοῦ ἐλεύσομαι, in copia beneficiorum Chr. — Col. 1, 19 πλήρωμα nempe θεότητος quod addatur c. 2, 9 copia, plenitudo perfectionis divinae. — b) *copia, quae implet, multitudo,* Marc. 8, 20 πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων, i. e. πόσας σπυρίδας πεπληρωμένας κλασμάτων. Rom. 11, 25 τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, (Ies. 43, 19.) ib. 11, 12 ubi opponitur τῷ ἡττήματι et est: multitudo accedens. — Hinc etiam — c) *complementum,* id quo expletur lacuna, Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. — Quum πληροῦν etiam dicatur de iis, quae se *diffundunt* per spatium, idque implent et tenent, πλήρωμα — 2) transfertur ad *locum s. spatium impletum ab aliquo,* locum, quem aliquis occupat, ubi habitat, quem occupatum tenet totumque regit. Sic sensu metaph. Paulus a) quemcunque Christianum appellat πλήρωμα τοῦ θεοῦ vel Χριστοῦ, quatenus plenus esse debet Deo s. Christo, quatenus eius animus totus occupatur regiturque a Christo vel Deo; Ephes. 3, 19 ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ θεοῦ. vid. Πληρόω. ib. 4, 13 εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ad mensuram staturae πληρώματος Christi, i. e. ut aequetis modum animi, qui vere est πλήρωμα, templum Christi; sensus: ut veri sitis Christiani et a Iesu regamini. (Philo de praem. et poen. p. 920: γενομένη δὲ πλήρωμα ἀρετῶν ἡ ψυχή.) — b) ecclesia dicitur πλήρωμα Christi, quasi templum, in quo habitat, quod occupat et regit, ut anima corpus; Ephes. 1, 23. — Notandum est, causam huius dicendi rationis quaerendam esse in locis V. T., ubi Deus dicitur δόξῃ sua tabernaculum vel templum hierosolymitanum implere (Ezech. 43, 5. 44, 4. Ies. 6, 1. 2 Chron. 7, 1) et notionem τοῦ πληρώματος cognatam esse notioni τοῦ שְׁכִינָה (*Buxtorf.* lex. talm. p. 2394) Dei, verbisque οἰκεῖν et ἐνοικεῖν, ἀναπαύειν Deo tributis. coll. Μονή. Non igitur simpliciter est habitatio, sed simul locus plenus maiestate, et adiuncta semper est notio cultus Dei s. Christi, quo eum agnoscimus et eius potentiam et beneficia colimus. Ubi igitur vis vertere, recte vertes: *templum* Dei s. Christi. Vid. etiam Ναός. — Quum πληροῦν etiam sit complere, finire, perficere, πλήρωμα 3) est i. q. πλήρωσις, diciturque de eo quod *perficitur, absolvitur.* Rom. 13, 10 πλήρωμα τοῦ νόμου ἡ ἀγάπη, amor totam legem implet, i. e. *praestat* omnia quae sunt legis. (Ita Philo de Abr. p. 387 πλήρωμα ἐλπίδων, quod praestantur sperata.) — Gal. 4, 4 τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, Ephes. 1, 10 τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν, tempus constitutum et iam elapsum. (Ita πλήρωσις τῶν ἡμερῶν, Ezech. 5, 2. Dan. 10, 3. Test. XII patr. p. 531 μέχρι τελειώσεως χρόνων ἀρχιερέως Χριστοῦ.) *.

Πλησίον, (propr. neutrum a πλησίος, α, ον, proximus, vicinus), adv. *prope, iuxta;* a) absque articulo cum genitivo nominis; Io. 4, 5 πλησίον τοῦ χωρίου. (Test. XII patr. p. 523 ἐκ Γαδὲρ, πλησίον Ἐφραθά. — LXX pro אֵצֶל Deut. 11, 30 πλησίον τῆς δρυός. vid. etiam Deut. 1, 1. Ios. 8, 33. 19, 45. Num. 33, 37. Ioseph. ant. 5, 6. 5 γίνεσθαι πλησίον τῶν πολεμίων.) — Sine articulo etiam legitur Luc. 10, 29. 36, quanquam ibidem haud dubie positum est ut πλησίον cum articulo, ut sit: *proximus.* — b) cum articulo: ὁ, ἡ, τὸ πλησίον, οἱ, αἱ, τὰ πλησίον, *proximus, proximi,* i. e. α) vicinus (Ioseph. ant. 4, 8. 16 τῶν πόλεων τῶν πλησίον τῇ χώρᾳ. ib. 14, 13. 3 εἰς τὰς πλησίον οἰκίας. Id. bell. 3, 8. 8 οἱ μὲν πόῤῥωθεν — οἱ δὲ πλησίον, LXX Ezech. 41, 16.) — β) qui *est eiusdem gentis* et *reipublicae,* civis, Matth. 5, 43. Act. 7, 27. [Hebr. 8, 11.] LXX maxime pro רֵעַ Exod. 2, 13. 20, 17. 21, 14. Deut. 5, 18 sqq. et עָמִית Lev. 6, 2. 18, 20. 19, 15. — In praecepto legis ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, e Lev. 19, 18 petito, quanquam in V. T. de cive, homine eiusdem gentis cogitandum est, tamen Iesus et Apostoli, ut patet e Luc. 10, 29. 36 de homine quovis, qui nobis est obvius, loquuntur; Matth. 19, 19. 22, 39. Marc. 12, 32 sqq. Luc. 10, 27. Rom. 13, 9. 10. Gal. 5, 14. Iac. 2, 8. — *hominem christianum* indicat Rom. 15, 2. Ephes. 4, 25. *.

Πλησμονή, ῆς, ἡ, (a πλῆσμα, id quod implet, satiat) *repletum, satiatum esse;* — cibis, Col. 2, 23 πρὸς πλησμονὴν σαρκός, ad satiandum corpus. — LXX pro שֹׂבַע Exod. 16, 8 φαγεῖν ἄρτους εἰς πλησμονήν. Exod. 16, 3. Lev. 25, 19. 26, 5. coll. Hab. 2, 16. Sir. 18, 25. Ps. 78, 26. *.

Πλήσσω, attice πλήττω, aor. 2. pass. ἐπλήγην, *percutio, ferio*; (Hom. Iliad. 2, 266.) — armis, Ioseph. bell. 6, 2. 6. — ex usu hebr. הִכָּה *percutio*, i. e. morbo, aliove flagello afficio; (vid. *Πατάσσω*.) Apoc. 8, 12 de astris, quae a Deo percutiuntur, ut luce priventur, et caligine, quasi morbo, tegantur. — Exod. 9, 31. 32. Ps. 102, 4. Sap. 19, 16 ἐπλήγησαν ἀορασίᾳ. *.

Πλοιάριον, ίου, τό, (deminutiv. a πλοῖον) *navicula*; Marc. 3, 9. [4, 36. Io. 6, 22.] Io. 6, 23. 21, 8 τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον, naviculâ (vermittelst des Fahrzeugs, auf ihm) venerunt. (Diod. Sic. 2, 55.)

Πλοῖον, οίου, τό, (a πλέω, perf. med. πέπλοα) *navigium*, navis minor, ut oneraria, piscatoria; Matth. 4, 21 sq. 8, 23. 14, 29. Marc. 1, 19. 4, 36. Luc. 5, 2. 3. 11. Io. 6, 21. 22. 21, 3. Act. 20, 13. 21, 2. 27, 2. 6. 10. Iac. 3, 4. Apoc. 8, 9. 18, 17 et passim. — LXX pro אֳנִיָּה Gen. 49, 13. Deut. 28, 68. Ion. 1, 3. 4 et saepius.

Πλόος, contr. πλοῦς, όου, contr. οῦ, ὁ, apud recentiores scriptores genitivus etiam habet πλόος, ut Act. 27, 9. vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 453 sq. et *Win*. Gramm. p. 62. — (a πλέω) *navigatio*, Act. 21, 7. 27, 9. 10. — (Sap. 14, 1. Xenoph. mem. 4, 7. 4.) *.

Πλούσιος, ία, ον, (a πλοῦτος) — LXX pro עָשִׁיר, 1) *dives*; a) propr. abundans opibus, opulentus; ἄνθρωπος πλούσιος, Matth. 27, 57. Luc. 12, 16. 16, 1. 19. vid. etiam Luc. 14, 12. 18, 23. 19, 2. — ὁ πλούσιος substantive, intell. ἄνθρωπος, dives, Matth. 19, 23 sq. Marc. 10, 25. 12, 41. Luc. 18, 25. 21, 1. 1 Tim. 6, 17. Apoc. 13, 16 et passim. (2 Sam. 12, 1. 2. Prov. 14, 20.) — b) tropice: dives, α) absolute, Apoc. 2, 9. 13, 17 ubi πλούσιος dicitur is, qui abundat cognitione, spe salutis, — β) seq. ἐν τινι, aliqua re abundare, abunde instructum esse aliqua re; Ephes. 2, 4 θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει. Iac. 2, 5 πλουσίους ἐν πίστει. — Ex adiuncto: 2) *potens*, vir *spectatus*, *eminens*; 2 Cor. 8, 9 (quae ex loco Philipp. 2, 1 sqq. illustranda sunt). Iac. 1, 10. 11. 2, 6. Apoc. 6, 15. (Ps. 45, 12. Ies. 5, 14.)

Πλουσίως, adv. (a πλούσιος) *abunde, large*; Col. 3, 16. 1 Tim. 6, 17. Tit. 3, 6. 2 Petr. 1, 11. (Philo de alleg. II, p. 100.) *.

Πλουτέω, ῶ, aor. 1. ἐπλούτησα, perf. πεπλούτηκα, (a πλοῦτος) 1) *dives sum, opibus gaudeo*, propr. Luc. 1, 53. — tropice: *abundo* bonis, Rom. 10, 12 ὁ θεὸς πλουτῶν εἰς πάντας, beneficiis diffluens in commodum omnium. Alii intelligunt χάριτι; alii πλουτῶν accipiunt transitive pro πλουτίζων. 1 Cor. 4, 8 ἐπλουτήσατε, divites facti estis bonis ad animum spectantibus. 2 Cor. 8, 9. Apoc. 3, 17. 18. (Prov. 31, 28 pro אִשֵּׁר.) — 1 Tim. 6, 18 πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς. — 2) *ditesco, copias colligo*, Luc. 12, 21 ubi πλουτεῖν respondet τῷ θησαυρίζειν. 1 Tim. 6, 9. Apoc. 18, 3. 19. — ἀπό τινος, ab aliquo quaestum habeo, per eum ditesco, Apoc. 18, 15. Sir. 11, 16 ἔστι πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς. — LXX pro עָשַׁר Prov. 28, 22. Ps. 49, 17. *.

Πλουτίζω, f. ίσω, (a πλοῦτος) *divitem facio*, a) propr. abundare facio bonis externis, (LXX pro הֶעֱשִׁיר Gen. 14, 23. 1 Sam. 2, 7. Sap. 10, 11. Sir. 11, 21.) — b) abundare facio bonis internis, 2 Cor. 6, 10. — ἐν παντί, quovis vero bono, 1 Cor. 1, 5. 2 Cor. 9, 11. (Prov. 13, 7 εἰσὶν οἱ πλουτίζοντες ἑαυτοὺς μηδὲν ἔχοντες, καὶ εἰσὶν οἱ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς ἐν πολλῷ πλούτῳ.)

Πλοῦτος, ου, ὁ, (et in bonis codicibus Eph. 2, 10. 3, 16. Phil. 4, 19. Col. 2, 2 τὸ πλοῦτος, neutrum, quod *Winerus* Gramm. p. 64 vulgari sermoni proprium fuisse opinatur) — (a πλέος, plenus) LXX pro עֹשֶׁר, etiam pro חַיִל, הָמוֹן, הוֹן, 1) *divitiae, opes*, a) *externae*, 1 Tim. 6, 17. Iac. 5, 2. (1 Reg. 3, 11. Prov. 28, 8. Ps. 37, 16. Ies. 60, 5.) — studium ditescendi, cura divitiarum colligendarum, Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. Luc. 8, 14. — b) bona quaecunque, Ephes. 3, 8 πλοῦτος τοῦ Χριστοῦ, larga, quae Christus hominibus affert bona. Hebr. 11, 26. — 2) *copia, multitudo, magnitudo*; Rom. 11, 12 πλοῦτος κόσμου, multitudo — πλοῦτος ἐθνῶν (ἐστι) i. e. efficit (vid. *Εἰμί*.) ut copia gentilium ad societatem Christi accedat. (Ies. 29, 7. 8.) Caeterum hoc sensu in N. T. legitur cum genitivo, πλοῦτος τῆς χάριτος, Rom. 2, 4. Ephes. 1, 7. 2, 7. Apoc. 18, 16. — πλοῦτος τῆς δόξης, Rom. 9, 23. Ephes. 1, 18. 3, 16. — πλοῦτ. σοφίας Rom. 11, 33. Col. 2, 2. — ἁπλότητος 2 Cor. 8, 2 et semel seq. ἐν, Phil. 4, 19. quibus in locis vel *copia* verti, vel in adiectivum: *summus, largissimus* resolvi potest. — Ex adiuncto; — 3) *honor, dignitas, auctoritas*, quae cum divitiis coniuncta esse solet, Apoc. 5, 12. (Ps. 76, 5. Prov. 31, 3. Ies. 61, 6 ubi pro כָּבוֹד. coll. Esth. 10, 2. Sir. 24, 17. Psalt. Sal. 1, 4 ὁ πλοῦτος αὐτῶν διέλθοι εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἡ δόξα αὐτῶν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.) *.

Πλύνω, aor. ἔπλυνα, conspergo; *lavo, abluo*, dicitur de vestimentis. Ita πλύνειν τὰς στολὰς αὐτῶν, Apoc. 7, 14. (et c. 22, 14 in codd. pro ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ubi *Griesb*. commendavit, *Lachmannus* recepit) dicuntur Christiani, qui se induunt candore pietatis et obsequii. coll. Ps. 51, 2. 7. (Legitur etiam Luc. 5, 2 ἔπλυναν in varia lect. pro ἀπέπλυναν.) — LXX pro כִּבֵּס Gen. 49, 11 πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ. Exod. 19, 10. 14. Lev. 13, 6. 34. *.

Πνεῦμα, τος, τό, (a πνέω) hebr. רוּחַ et Latinor. *spiritus*. — Est, ut Latinor. *spiritus*, 1) *halitus, spiramen*, a) venti; igitur *ventus flans*, et plerumque dicitur de vento vehementiore, Io. 3, 8. 1 Reg. 18, 45. 19, 11. 2 Reg. 3, 17. Iob. 1, 19. Sap. 5, 24. Ioseph. ant. 2, 16. 3 et 6.) — b) narium, oris, *halitus*, et haustus et emissus; 2 Thess. 2, 8 τὸ πνεῦμα τοῦ στόματος αὐτοῦ. (2 Sam. 22, 16. Ps. 33, 6.) — Hinc quum in aëre hausto et emisso per pulmones vita animantium sit, — c) *halitus vitalis, anima* corpus animans, Matth. 27, 50 ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. Luc. 8, 55. 23, 46. Io. 19, 30. Act. 7, 59. Iac. 2, 26. Apoc. 13, 15. ib. 11, 11 πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ θεοῦ, halitus vitalis Dei. (Ezech. 1, 21. Gen. 6, 17. 7, 15. Iud. 15, 19. Iudith. 14, 6. — de anima hominum et animalium Ps. 104, 20. 30. Eccles. 3, 21. — Etiam pro vita animali ipsa Iob. 10, 12. Ps. 31, 5. 2 Macc. 7, 22. 23. 3 Macc. 6, 24 et πνεῦμα Dei: vis Dei vivificans, Gen. 6, 3. Iob. 33, 4. Ezech. 37, 10. 14. Sap. 12, 1.) — Io. 6, 63 τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν κ. τ. λ. i. e.: ut spiritus in homine is est, qui corpus animat, quum caro in se nihil valeat; ita verba mea spiritus sunt, vita (animo) dans.

2) *spiritus* in homine, *animus, mens*, anima rationalis, quae cogitat, vult, sentit, quamquam prisci homines halitum vitalem, sive naturam tenui aëre constantem cogitabant. Opponitur corpori, quippe visibili et ex materia sensibus subiecta constanti. Ita a) universe, Rom. 8, 10. 16. 1 Cor. 2, 12. 5, 3. 4. 5. Col. 2, 5. 1 Petr. 3, 18. 4, 6. [1 Cor. 6, 20.] Io. 4, 23. 24 προςκυνεῖν τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι. Rom. 1, 9. (Sap. 2, 3. 16, 14. Susann. v. 45.) — b) mens, quatenus cogitat, Marc. 2, 8. Luc. 1, 80. 2, 40. — quatenus proponit, decernit, studet, Matth. 26, 41 τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. Marc. 14, 38. — πνεῦμα πρᾳότητος i. e. πρᾶον, lenitas s. studium lenitatis, 1 Cor. 4, 21. Gal. 6, 1. 1 Petr. 3, 4. de animi studiis etiam Ephes. 4, 3. 4. 23. Phil. 1, 27. Ephes. 2, 18. [1 Tim. 4, 12.] — quatenus sentit, sensorumque est sedes, ubi est i. q. alias καρδία, *Gemüth*, Matth. 5, 3 πτωχοὶ τῷ πνεύματι, qui miseros se sentiunt, animo miseri. (Ps. 34, 18.) (Alii: animo pauperes, h. e. homines ingenio et eruditione parum florentes.) Marc. 8, 12 ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ. Luc. 1, 47. 10, 21. Io. 11, 33. 13, 21. Act. 17, 16. 1 Cor. 16, 18. 1 Cor. 14, 2. 14. 15. 16 ubi πνεῦμα, ut commotionum acriorum sedes, et νοῦς, mens intelligens, distinguuntur. (Sap. 5, 3. Deut. 2, 30. Num. 5, 30.) — Ponitur etiam πνεῦμά μου pro reciproco, sive pro homine ipso quatenus sentit, ut Act. 19, 21 ἔθετο ἐν τῷ πνεύματι, constituit, in animum induxit, beschloss bei sich. 2 Cor. 2, 12 τῷ πνεύματί μου, mihi. ib. 7, 13. Gal. 6, 18 μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, Philem. v. 25 i. q. μεθ' ὑμῶν ut 1 Thess. 5, 23. (1 Reg. 21, 5. Ps. 139, 7.) — Ubi ψυχή et πνεῦμα hominis coniunctim commemorantur, ut 1 Thess. 5, 23 et Hebr. 4, 12, describitur spiritus pro diversa ratione, qua est et anima rationalis et anima vitalis. cf. *Loesner*. obss. e Phil. p. 381. — Σὰρξ καὶ πνεῦμα s. σῶμα καὶ πν. hominem per partes describunt, 1 Cor. 7, 34. 2 Cor. 7, 1. — 1 Cor. 6, 17 ἓν πνεῦμά ἐστι, mente, studiis unitus est cum Deo.

3) spiritus, i. e. *natura spiritualis, intellectu et voluntate praedita*, involucro crassioris corporis, quod in sensus incurrat, carens, sed natura, ut prisca aetas putabat, aetherea, maximeque tenuis (Sap. 7, 22 πνεῦμα λεπτόν). Ita a) de spiritu *humano* corpore suo exuto, de *manibus*, Hebr. 12, 23. 1 Petr. 3, 19. coll. Act. Thom. §. 32 et *Αἰχμαλωσία*. — b) de spiritibus universe, Luc. 24, 37 ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν. v. 39 πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ

ἔχει. Act. 23, 8. 9. Hebr. 12, 9 πατὴρ τῶν πνευμάτων. (Num. 27, 16. — Sap. 7, 22. Iob. 4, 15.) — c) de *spiritibus, qui Deum intersunt et homines,* vel quorum ministerio Deus utitur, vel qui etiam sine mandato Dei in animo, vel etiam in corpore hominis operantur, hominemque vi sua occupant. Ita in N. T. angeli, Hebr. 1, 7. (e Ps. 104, 5 ubi sunt venti) et v. 14, et in V. T. etiam missi dicuntur a Deo spiritus fallaces, qui homines in errores inducant, eosque malis vexent (Iud. 9, 23. 1 Sam. 16, 14. 15. 23. 1 Reg. 22, 19—25. 2 Chron. 18, 19 sqq. Ies. 19, 14. 1 Sam. 18, 10. 19, 9. Ioseph. ant. 4, 6. 3 θεῖον πνεῦμα, de angelo; quare passim, ubi bonus a Deo missus spiritus cogitandus est, additur τὸ ἀγαθόν, Neh. 9, 20. Ps. 143, 10.) Etiam in N. T. dicitur πνεῦμα hoc sensu in utramque partem; 1 Cor. 12, 10 διακρίσεις τῶν πνευμάτων per homines vaticinantium, docentium, utrum veraces an fallaces sint. 2 Thess. 2, 2. 1 Io. 4, 1. 2. 3. 6. plerumque autem ita de fallacibus spiritibus, Act. 16, 16. 18 πνεῦμα πύθωνος. Rom. 11, 8 πνεῦμα κατανύξεως. (Ies. 29, 10.) 1 Tim. 4, 1 πνεῦμα πλάνης in errorem inducens. (Test. XII patr. p. 535.) Iac. 4, 5. — de daemonibus sive geniis malis, Matth. 8, 16. 12, 45. Marc. 9, 17. 20. 25. Luc. 9, 39. 10, 20. 11, 26. 13, 11. πνεῦμα ἀσθενείας, daemonem qui aegrotare faciebat hominem. Eph. 2, 2. — πνεῦμα ἀκάθαρτον, Luc. 4, 33. Apoc. 16, 13. 14. (vid. Ἀκάθαρτος et *Πονηρός.*) (Test. XII patr. p. 657 ἀπὸ τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν πνευμάτων αὐτοῦ. p. 729 τὰ πνεύματα τοῦ Βελιάρ. ib. τὸ ἀέριον πνεῦμα τοῦ Βελιάρ.) — d) de Deo, qui Io. 4, 24 et ipse πνεῦμα natura spiritualis, corpore carens dicitur. — e) de *spiritu divino, qui in Deo est, ex eo egreditur, in hominibus bona quaevis efficit, et quo pii homines, sapientes, et potissimum prophetae aguntur.* Dicitur α) πνεῦμα κυρίου s. τοῦ θεοῦ, Matth. 3, 16. 10, 20. 12, 18. 28. Luc. 4, 18. Act. 2, 17 sqq. 5, 9. 8, 39. Rom. 8, 9. 11. 14. 1 Cor. 2, 10. 12 οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ θεοῦ, non spiritum, quo homines perversi reguntur, sed spiritum a Deo venientem. ib. v. 14. 3, 16. 6, 11. 7, 40. 12, 3. 2 Cor. 3, 3. 8. 17 ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν, dominus spiritum suppeditat. (Vid. *Εἰμί,* 1, b.) ib. v. 18. Ephes. 3, 16. Phil. 3, 3. 1 Thess. 4, 8. 1 Petr. 4, 14. 1 Io. 4, 2. — β) πνεῦμα ἅγιον, *spiritus* quum natura sua *sanctus,* tum *colendus, venerandus,* Matth. 1, 18. 20. 3, 11. 12, 32. 28, 19. Marc. 1, 8. 3, 29. 12, 36. 13, 11. Luc. 1, 15. 35. 41. 67. 2, 25. 26. 3, 16. 22. 4, 1. 11, 13. 12, 10. 12. Io. 1, 33. 7, 39. 14, 26. 20, 22. Act. 1, 2. 5. 8. 16. 2, 4. 33. 38. 4, 8. 31. 5, 3. 32. 6, 3. 5. 7, 51. 55. 8, 15. 17. 18. 19. 9, 17. 31. 10, 38. 44 sqq. 47. 11, 15 sqq. 24. 13, 2. 4. 9. 52. 15, 8. 28. 16, 6. 19, 2. 6. 20, 23. 28. 21, 11. 28, 25. Rom. 5, 5. 15, 13. 19. 1 Cor. 6, 19. 12, 3. 2 Cor. 6, 6. 13, 13. Ephes. 1, 13. 4, 30. 1 Thess. 1, 5. 6. 2 Tim. 1, 14. Tit. 3, 5. Hebr. 2, 4. 3, 7. 6, 4. 9, 8. 10, 15. 1 Petr. 1, 12. 2 Petr. 1, 21. [1 Io. 5, 7.] Iud. v. 20. (Ps. 51, 12 sq. Ies. 63, 10. 11. Dan. 4, 5. 6. 15. Sap. 1, 4 sq. 9, 17. 7, 7. A Iosepho plerumque appellatur τὸ θεῖον πνεῦμα, τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα.) — γ) τὸ πνεῦμα ἁγιωσύνης i. q. ἅγιον Rom. 1, 4. *Πνεῦμα* absolute et κατ' ἐξοχήν, Matth. 4, 1. 12, 31. 22, 43. Marc. 1, 10. 12. Luc. 2, 27. 4, 1. 14. 9, 55 οἵου πνεύματός (scil. υἱοί) ἐστε i. e. vos duci a spiritu sancto, bona semper efficiente, nunquam mala. Io. 1, 32 sq. 3, 5. 6. 8. 34. 7, 39. 14, 17 τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθ. verissima docens. 15, 26. 16, 13. Act. 8, 29. 10, 19. 11, 12. 28. 18, [5.] 25. 20, 22. 21, 4. Rom. 8, 10 τὸ δὲ πνεῦμα ζωή, efficit, dat vitam, cf. v. 11. ib. 8, 16. 23. 26. 15, 30 ἀγάπη τοῦ πν. amor qualem spiritus instillat. 1 Cor. 2, 4. (vid. Ἀπόδειξις) 10. 13. 12, 4. 7—13. 2 Cor. 1, 22. 5, 5. 11, 4. Gal. 3, 2. 5. 14. 5, 5. 17. 18. 22. Eph. 2, 22. [3, 9.] 6, 17. Phil. 2, 1. 1 Thess. 5, 19. 2 Thess. 2, 13. 1 Tim. 3, 16. 4, 1. 1 Petr. 1, 2. 22. 1 Io. 3, 24. 4, 13. 5, 6. 8. Iud. v. 19. Apoc. 17, 3. 19, 10 τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας. c. 22, 17 τὸ πνεῦμα in vate, Ioanne. — δ) spiritus Christi, quatenus a Iesu post eius adscensum de coelo mittitur; τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ, Act. 16, 7. Χριστοῦ, Rom. 8, 9. Ἰησοῦ Χριστ. Phil. 1, 19. 2 Tim. 4, 22. 1 Petr. 1, 11 τοῦ υἱοῦ θεοῦ, Gal. 4, 6. (E V. T. vide loca Gen. 41, 38. Exod. 31, 3. 35, 31. Num. 24, 2. 27, 18. Iud. 3, 10. 6, 34. 11, 29. 14, 6. 19. 1 Sam. 10, 6. 10. 16, 13. 19, 20. 2 Sam. 23, 2. 1 Reg. 18, 12. 2 Chron. 24, 20. Ezech. 3, 12 sqq. 11, 1. Dan. 5, 11 sqq. Ioel. 2, 28 sqq.) — Locutio ἐν πνεύματι s. ἐν πν. ἁγίῳ, est: *actus, edoctus* a spiritu divino, (in *statu inspirationis,* ut Theologi loquuntur) Matth. 22, 43. Marc. 12, 36. Apoc. 1, 10. 4, 2. 17, 3. 21, 10. — in scriptis Pauli: *ut docet, testatur spiritus S., per eius ministerium,* Rom. 9, 1. 14, 17. Ephes. 3, 5. 6, 18. Col. 1, 8. — Caeterum notandae sunt *locutiones in Pauli epistolis obviae* πνεύματι, vi divini spiritus adiuti, Rom. 8, 13. 12, 11. — τὰ τοῦ πνεύματος, quae iubet s. praecipit spiritus, Rom. 8, 5. — περιπατεῖν κατὰ πνεῦμα, Rom. 8, [1.] 4. 5. 6. πνεύματι, Gal. 5, 16. 2 Cor. 12, 18 a spiritu S. duci, regi. Opponitur dictamini spiritus S. σάρξ, dictamen cupiditatis, Gal. 5, 17. 18. 22. 6, 8 et ἁμαρτία Rom. 8, 2. — ὁ κατὰ πνεῦμα, qui a spiritu Dei regitur, Gal. 4, 29. — εἶναι ἐν πνεύματι, Rom. 8, 9 regi a spiritu Dei, ζάω πνεύματι, idem, Gal. 5, 25. — Opponitur πνεῦμα, dictamen spiritus, τῷ γράμματι, literae legis mos. Rom. 2, 29. 7, 6. 2 Cor. 3, 6. vid. *Γράμμα.* — πνεῦμα δουλείας — υἱοθεσίας, spiritus qui sensum servilem — sensum filiorum animo instillat, Rom. 8, 13. 2 Tim. 1, 7. — πνεῦμα τῆς πίστ. qui docet, quae ad fidem spectant, s. fidem excitat, 2 Cor. 4, 13. — Gal. 3, 3 ἐναρξ. τῷ πνεύματι. vid. *Ἐνάρχω.* 1 Cor. 15, 45 ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν, ubi in πνεῦμα non argutandum est; est enim hic *natura,* et usus est eo apostolus ob praecedens ψυχὴ ζῶσα, prior Adam fuit tantum vivus, alter vivificans. 2 Cor. 3, 3 Corinthios appellat epistolam scriptam ἐν πνεύματι θεοῦ, i. e. coetum collectum ope spiritus divini. Gal. 6, 8 σπείρειν εἰς τὸ πνεῦμα, felicitatem quaerere in obedientia erga spiritum divinum. Eph. 1, 17 πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλ. i. e. σοφίαν καὶ ἀποκάλυψιν τοῦ πνεύματος. Eph. 5, 18 πληροῦσθε ἐν πνεύματι, largiter instructi sitis spiritu divino, i. e. penitus ab eo regamini. Sic etiam in scriptis Lucae bis πνεῦμα de mensura, qua quis accepit spiritum, Luc. 1, 17. Act. 6, 10. (vid. Sir. 48, 24 πνεύματι μεγάλῳ. Dan. 5, 12 πνεῦμα περισσόν. ib. 6, 3. 2 Reg. 2, 9. Ioel. 2, 28. 29 ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου. vid. etiam Num. 11, 17. 25. 26. 29. Ioseph. ant. 6, 11. 5 Σαοῦλος ὑπὸ πολλοῦ πνεύματος ἐλαυνόμενος ἔκφρων γίνεται.) — Metonymice: *dona spiritus* Dei, 1 Cor. 14, 12 ζηλωταὶ πνευμάτων. 1 Cor. 14, 32 et Apoc. 22, 6 in textu *Griesb.* πνεύματα προφητῶν, donum propheticum; — et apud Ioannem i. q. πνευματικός, Io. 3, 6. — f) denique auctor epistolae ad Hebraeos cap. 9, 14 πνεῦμα αἰώνιον, spiritum aeternum, tribuit filio Dei et haud dubie cogitavit de eius natura, qua ante mundum conditum adfuerit et mundum ipsum condiderit coll. cap. 10, 29. Eandem naturam Ioannes c. 1, 1 λόγον appellat, et Io. 6, 63 τὸ πνεῦμα de eadem natura intelligendum esse videtur; non enim satis certa est *Eichhornii* sententia, τὸ πνεῦμα de Christo πνεῦμα ἔχοντι dici in locis Apoc. c. 2, 7. 11. 17. 29. 3, 6. 13. 22. 14, 13. quum hic τὸ πνεῦμα etiam esse possit spiritus propheticus, Dei voluntatis nuntius. — Ἑπτά autem πνεύματα, quae coram Deo versari dicuntur Apoc. 1, 4. 3, 1. 4, 5. 6 aut sunt septem angeli, qui alias ἄγγελοι τοῦ προσώπου dicuntur, aut (ut *Eichhornius* mavult) septem virtutes Dei, quas Rabbini secundum Ies. 11, 2 Deo tribuerint. Simili modo in Test. XII patr. p. 522 homini tribuuntur septem spiritus, videlicet πνεῦμα ζωῆς, ὁράσεως, ἀκοῆς, ὀσφρήσεως, λαλιᾶς, γεύσεως et πνεῦμα σπορᾶς καὶ συνουσίας; eidemque septem spiritus alii, ad mala eum excitantes, πνεῦμα τῆς πορνείας, ἀπληστίας, μάχης, ἀρεσκείας, ὑπερηφανίας, ψεύδους et πν. ἀδικίας.

Πνευματικός, ή, όν, (a πνεῦμα) propr. ad spiritum pertinens vel spectans, *spiritualis,* i. e. a) sua natura spiritualis, qui oculis cerni non potest, non constat carne, 1 Cor. 15, 44. 46 σῶμα πνευματικόν. 1 Petr. 2, 5 οἶκος πνευματικός, et ibid. θυσία πνευμ. — Ephes. 6, 12 τὰ πνευματικὰ pro τὰ πνεύματα ex recentiorum scriptorum usu loquendi, de quo vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 242. *Winer.* Gramm. p. 213. *Matth.* gr. Gramm. §. 445. — b) qui sub externo quodam involucro invisibilis latet, ut anima in corpore; ita, qui sensu tropico aliquid est, vel dicitur. 1 Cor. 10, 3. 4 βρῶμα πνευματικόν; Christus πνευματικὴ πέτρα, i. e. qui latuit in cibo, petra. — c) a spiritu divino vel sancto veniens, ei conveniens, ab eo suppeditatus; ita in scriptis Pauli, Rom. 1, 11 χάρισμα πνευματικόν, donum suppeditatum a spiritu. Rom. 7, 14 ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν, lex, quae ea, quae spiritui sancto conveniunt, docet, eadem praecipit. Ephes. 1, 3 εὐλογία πνευμ. Ephes. 5, 19. Col. 3, 16 ᾠδαὶ πνευμ. cantiones, quas spiritus inspirat. Col. 1, 9 σύνεσις πνευμ. Hinc πνευματικοί, *a spiritu Dei edocti et emendati, qui reguntur a spiritu,* 1 Cor. 2, 13. 15. 3, 1. 14, 37. Gal. 6, 1. (Protevang. Iacobi apud *Birch.* p. 242 γράψαι ἡμῖν τοῖς πνευματικοῖς, καὶ ἀγαπῶσι τὸν θεόν. — et τὰ πνευματικά, quae spiritus divinus suppeditat, donat,

Rom. 15, 27. 1 Cor. 2, 13. (coll. v. 14. ubi idem τὰ τοῦ πνεύματος) cap. 9, 11. 12, 1. 14, 1. *.

Πνευματικῶς, (a πνευματικός) adv. *spiritualiter*, (ut scriptores ecclesiastici loquuntur), *animo*, *spiritu*, i. e. a) sensu translato, arcano, Apoc. 11, 8 ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα. (vid. Πνευματικός.) — b) spiritui sancto convenienter, 1 Cor. 2, 14. (Clem. Rom. ep. ad Cor. 1, §. 47. Paulus πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν.) *.

Πνέω, aor. 1. ἔπνευσα, *spiro*, *flo*; de vento, Matth. 7, 25. 27. Luc. 12, 55. Io. 3, 8. 6, 18. Apoc. 7, 1. Act. 27, 40. τῇ πνεούσῃ scil. αὔρᾳ, ad flatum venti. — Ps. 147, 18. Ies. 40, 24. Sir. 43, 16. 20. 2 Macc. 9, 7. *.

Πνίγω, propr. 1) *suffoco*; de iis, qui merguntur, aquis enecantur, Marc. 5, 13. (Xenoph. anab. 5, 7. 25. Ioseph. ant. 10, 7. 5.) — 2) *ango*, *collum alicui torqueo*, ich würge; Matth. 18, 28 κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, manu iniecta obtorto collo eum ad iudicem pertraxit. (LXX 1 Sam. 16, 14 pro בִּעֵת. Profani meliores hoc sensu usurparunt ἄγχειν. Polluc. onomast. 3, 23. s. 116: ἄγχων τοὺς χρήστας, ἀποπνίγων τοὺς ὀφείλοντας.) *.

Πνικτός, ή, όν, (a πνίγω, perf. pass. πέπνικται) *suffocatus*, *strangulatus*. — In N. T. τὸ πνικτόν, Act. 15, 20. 29. 21, 25. sunt carnes animalium non mactatorum, sed suffocatorum, quae igitur exspirarunt sanguine non profuso, a quibus abstinendum erat Iudaeis, Lev. 17, 13. 14. c. 7, 26 sq. Gen. 9, 4. Deut. 12, 16. 23. *.

Πνοή, ῆς, ἡ, (a πνέω, perf. med. πέπνοα) *halitus*, *spiritus vitalis*, Act. 17, 25. (Pind. Ne. 10, 140. LXX נְשָׁמָה Gen. 2, 7. Sap. 2, 2. Sir. 30, 20. coll. 2 Macc. 3, 31. 7, 9.) — *ventus*, Act. 2, 2. (Hom. Iliad. 5, 697. 12, 207. Iob. 37, 10.) *.

Ποδήρης, εος, contr. ους, ὁ, ἡ, — ρες, τό, (a πούς, et ἄρω, necto, apto) ad pedes pertingens; — ὁ ποδήρης (χιτών), sive ἡ ποδήρης (ἐσθής) sive etiam τὸ ποδῆρες (ἔνδυμα) *vestimentum ad pedes usque pertingens*, *talaris*; de veste talari pontificis summi apud Iudaeos, Apoc. 1, 13. Exod. 25, 7. 28, 31. 38, 8. Sir. 45, 8. Test. XII patr. p. 565. Ioseph. ant. 8, 3. 8. de bell. 5, 5. 7. ποδῆρες ἔνδυμα. coll. Zach. 3, 4. Sap. 18, 24. Sir. 27, 8. *.

Πόθεν, adv. (a ποῦ) 1) *unde*, a) de *loco*, Matth. 15, 33 πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι. Io. 6, 5. (Num. 11, 13 πόθεν μοι κρέα δοῦναι παντὶ τῷ λαῷ τούτῳ.) — Luc. 13, 25. 27. Io. 3, 8. 7, 27. 28. 8, 14. 9, 29. 30. 19, 9. Apoc. 7, 13. — de loco metaphorico i. e. *statu*, conditione; Apoc. 2, 5 μνημόνευε πόθεν πέπτωκας. — b) de *auctore* et *origine*; Matth. 13, 27. 13, 54. 56. 21, 25. Marc. 6, 2. Luc. 20, 7. Io. 2, 9. Iac. 4, 1. — 2) in interrogatione dubitantis, admirantis: *quo tandem modo*, *qua ratione*, *quomodo fieri potest*, *ut*, Marc. 8, 4. 12, 37. Luc. 1, 43. Io. 1, 49. 4, 11. (Ier. 15, 18.) — LXX pro מֵאַיִן, אֵי מִזֶּה, plerumque de loco, Gen. 16, 8. 29, 4. 1 Sam. 25, 11. Iob. 28, 12. 2 Sam. 1, 13. Ion. 1, 8. *.

Ποία, ας, ἡ, *herba*, *gramen*; Hom. Iliad. 14, 347. Od. 9, 449. (LXX Ier. 2, 22. Mal. 3, 2 pro hebr. בֹּרִית lixivium, sal ad purgandum ex herbis combustis paratum.) — Ita multi ποία accipiunt Iac. 4, 14. rectius autem habetur pro femin. a ποῖος (quod vide) *qualis*.

Ποιέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐποίησα, (de 3. plur. optat. ποιήσειαν Luc. 6, 11 vid. *Win*. Gr. p. 73) perf. πεποίηκα, plusqpf. πεποιήκειν (sine augmento, Marc. 15, 7), aor. 1. med. ἐποιησάμην, particip. perf. pass. πεποιημένος, (semel Hebr. 12, 27. saepius in V. T. Eccl. 1, 9. 2, 17. 4, 3. 8, 9, 16. etc.) — hebr. עָשָׂה (pro quo saepissime posuerunt LXX) Latinor. *facio*, nostrum: *machen*, *thun*. *Medium* idem significat, sed indicat simul, efficaciam ad nos, nostrum commodum, statum, s. nostram causam referri. Non autem ubique servatur hoc discrimen, neque apud profanos, et nostri posuerunt medium etiam ubi activum ponere poterant, ut Hebr. 1, 3 καθαρισμὸν ποιησάμενος, saepius autem activum, ubi profani medium ponere solent, ut Act. 23, 13 συνωμοσίαν ποιεῖν, Io. 14, 23 μονὴν ποιεῖν. — Duplex notio huic verbo inest, ad quam omnis eius usus potest revocari; I) notio *efficiendi*, *producendi*, *machen*; et dicitur a) de *producente* aliquid, ubi est α) de Deo: *creo*, Matth. 19, 4. Marc. 10, 6. Luc. 11, 40. Act. 4, 24. 7, 50. 14, 15. 17, 24. Rom. 9, 20. Hebr. 1, 2. Apoc. 14, 7. (LXX pro עָשָׂה Gen. 1, 7. 16. 25. 31. et בָּרָא Gen. 1, 21. 27. 5, 1. 2. Ies. 42, 5. 45, 7. 18.) — β) de hominibus: *opus facio*, *laboro*, Matth. 20, 12 μίαν ὥραν ἐποίησαν, unam horam laboraverunt in vinea. (Ita ποιέω Ruth. 2, 19. et ἔργον ποιέω Exod. 20, 9. 10. Lev. 23, 7.) — *facio*, *fabricor*, *compono*, Matth. 17, 4 σκηνὰς ποιήσωμεν. Io. 2, 15 ποιήσας φραγέλλιον. c. 9, 6 ἐποίησε πηλόν. ib. 11, 14. 18, 18. 19, 23 τέσσαρα μέρη. Act. 7, 40 θεούς. v. 43. 44. c. 9, 39 ἱμάτια. c. 19, 24. Hebr. 8, 5. Apoc. 13, 14. (Gen. 6, 14 sqq. Exod. 25, 1 sqq. — etiam pro בָּנָה Gen. 33, 17 οἰκίας. 1 Reg. 22, 39. πόλεις Sap. 14, 8. Lib. Henoch. p. 183 ποιεῖν τὰ μέταλλα τῆς γῆς.) Ita etiam passivum semel in N. T., Hebr. 12, 27 ὡς πεποιημένων utpote fabricatorum, nempe ab hominibus ad exemplar templi coelestis; coll. 2 Reg. 23, 4. Eccl. 8, 17. Iob. 40, 18. (alii: utpote ad finem perductorum; alii (Lamb. Bosii exercit. sacr. p. 261) putarunt, πεπονημένων scribendum esse, qua coniectura minime opus est.) — *laborando lucror*, Matth. 25, 16 ἐποίησε πέντε τάλαντα. Luc. 19, 18. — γ) de terra, plantis, fontibus etc. ubi est: *produco*, *profero*, *gigno*; ποιεῖν καρπούς proprie de arboribus, Matth. 3, 10. 7, 17. 18. 19. 13, 26. Luc. 3, 9. tropice de hominibus: ποιεῖν καρποὺς μετανοίας, Matth. 13, 23. 21, 43. Luc. 3, 8. — ποιεῖν κλάδους Marc. 4, 32. Iac. 3, 12 μὴ δύναται συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι. — οὔτε ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ. Apoc. 22, 2. (Gen. 1, 11. 12. Ies. 5, 2. 4. Ioseph. ant. 11, 3. 5 ἀμπέλους αἱ ποιοῦσι τὸν οἶνον.) — — b) de *parante*, *praeparante*, *instituente* aliquid, ubi est *paro*, *apparo*, de epulis, Matth. 22, 2. Marc. 6, 21. Luc. 5, 29. 14, 12 sqq. 16. (Gen. 27, 7. 9 ποιεῖν ἐδέσματα. Gen. 21, 8. Dan. 5, 1. 1 Sam. 25, 18. Esth. 2, 18.) — cum reciproco: *paro mihi*, *acquiro*, Luc. 12, 33 ποιήσατε ἑαυτοῖς. Luc. 16, 9. Io. 4, 1 πλείονας μαθητὰς ποιεῖ (ἑαυτῷ). cf. Gen. 11, 4 ποιήσωμεν ἑαυτοῖς ὄνομα. Gen. 31, 18 pro רָכַשׁ acquiro. — *instituo*, ich stifte, Hebr. 1, 3 καθαρισμὸν ποιησάμενος. (Esth. 2, 18 ἄφεσιν ἐποίησε, hebr. נָתַן.) Hebr. 8, 9 διαθήκην, ἣν ἐποίησα, (LXX pro בְּרִית Ies. 28, 15. Ier. 34, 18.) — c) de eo, *qui causa* est, ut: *efficio ut*, *curo ut*, *facio ut*, ita α) ποιέω seq. ἵνα, Io. 11, 37. Col. 4, 16. Apoc. 3, 9. 13, 12. 15. 16. sensu *eligendi* ad aliquid, Marc. 3, 14 καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, coll. Io. 15, 16 ubi est ἔθηκα ἵνα. — β) ποιέω seq. infinitivo, Matth. 5, 32 ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι. Marc. 7, 37 κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν. c. 8, 25. Luc. 5, 34. Io. 6, 10. Act. 5, 34 ἐκέλευσεν ἔξω τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι, iussit abduci, (Xenoph. cyrop. 4, 1. 3. Vid. Viger. p. 283 et quae ad h. l. e profanis attulerunt *Kypkius* et *Krebsius* in obss.) c. 7, 19. 17, 26. Apoc. 13, 13. (Ioseph. ant. 2, 9. 5 ποιεῖν ἀχθῆναι, accersi iubere. ib. 6, 8. 2 ποιεῖν ψάλλειν. Test. XII patr. p. 640 ὁ κύριος πολὺν ἰχθὺν ἐποίησέ μοι θηρεῦειν.) — semel seq. τοῦ cum infinitivo, Act. 3, 12 πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν. (Alii hic post πεποιηκόσι interpungunt et τοῦ περιπατεῖν nectunt cum ἀτενίζετε: „cur in nos intuemini propterea quod ille incedit, tanquam nostra sive facultate sive pietate (id) effecerimus." Vid. *Fritzsch*. comment. in Evv. I, p. 846.) — γ) seq. accusativo vel substantivi, vel adiectivi: *facio*, *efficio*, *reddo*, ubi ποιέω et medium ποιέομαι saepius facit περίφρασιν verbi cum substantivo vel adiectivo cognati. Matth. 3, 3 εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους. Luc. 3, 4. Marc. 3, 12 ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσι. Matth. 20, 12 ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας. Matth. 26, 73 δῆλόν σε ποιεῖ, pro δηλοῖ σε. c. 28, 14 ἀμερίμνους ὑμᾶς ποιήσωμεν. Io. 5, 11 ὁ ποιήσας με ὑγιῆ. c. 16, 2 ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. Rom. 9, 28. Matth. 5, 36. 2 Petr. 1, 10. — εἰρήνην ποιεῖν Eph. 2, 15. (Test. XII patr. p. 596 ἐποίησαν εἰρήνην μετ' αὐτῶν. ib. p. 597.) — σκάνδαλα Rom. 16, 17. — 1 Cor. 10, 13. vid. Ἔκβασις. Eph. 4, 16 τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται. (Ies. 45, 11 ὁ ποιήσας τὰ ἐπερχόμενα.) — δ) ποιεῖν τινά τι, *facere*, *reddere aliquem aliquid*, *einen zu etwas machen*; Matth. 4, 19 ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς (Marc. 1, 17 ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς.) Matth. 21, 13. 23, 15. Marc. 11, 17. Luc. 19, 46. Io. 2, 16. 4, 46 ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. c. 6, 15 ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα. Act. 2, 36 κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε. 1 Cor. 6, 15. Eph. 2, 14. Apoc. 1, 6. 3, 12. 5, 10. — Hebr. 1, 7. (Ps. 104, 4.) c. 3, 2 τῷ ποιήσαντι αὐτὸν ἀρχιερέα. (Deut. 16, 18. Gen. 12, 2. — Exod. 18, 25. Gen. 27, 37 pro נָתַן.) — In scriptis Ioannis: *aliquem aliquid declarare*, vel factis vel sermone; Io. 5, 18 ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ. Io. 8, 53. c. 10, 33 ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. c. 19, 7. 12. 1 Io. 1, 10 ψεύστην ποιοῦμεν αὐτόν. c. 5,

10. (Ioseph. ant. 2, 11. 2 *ποιεῖται αὐτὸν υἱόν*, filium esse declarat, adoptat. coll. ib. lib. 2, 9. 7 *παῖδα ποιήσασθαι*.) — Inest huic verbo:

II) notio *agendi, thun*, usurpaturque minus de actione absoluta, quam de actione continuata et iis, quae fieri solent. — Est a) facio i. e. *ago, ich thue, handele;* ita α) universe; Matth. 6, 2 *ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσι*, ut simulatores faciunt. Matth. 23, 3 *κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε*. Marc. 2, 25 *οὐδέποτε ἀνέγνωτε, τί ἐποίησε Δαυΐδ*. Marc. 14, 9 *ὃ ἐποίησεν αὕτη λαληθήσεται*. Marc. 11, 3. Luc. 3, 10 *τί οὖν ποιήσομεν*, quid nobis est faciendum, quomodo agendum? v. 12. 14 (futurum saepe indicat quod officii, rei est, et agi debet.) 1 Cor. 7, 36 *ὃ θέλει ποιείτω*. v. 37 *καλῶς ποιεῖ*, recte agit. v. 38 *κρεῖσσον ποιεῖ*. 1 Cor. 10, 31. — *ἀνομίαν*, Matth. 13, 41. *κακόν*, Luc. 23, 22. *φόνον*, Marc. 15, 7. et sic sexcenties. — Notandum, *ποιεῖν* et medium *ποιεῖσθαι* cum substantivo saepius facere periphrasin verbi substantivo cognati, ut *ποιεῖν ἐκδίκησιν* pro *ἐκδικεῖν*, Luc. 18, 7 sqq. Act. 7, 24. (Iud. 15, 7. Mich. 5, 15.) — *κρίσιν*, Io. 5, 27. Iud. v. 15. (Gen. 18, 25.) *μονήν*, Io. 14, 23. *συμβούλιον*, pro *συμβουλεύεσθαι*, Marc. 3, 6. 15, 1. — Marc. 2, 23 *ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες*, vid. *Ὁδός*. — *πόλεμον*, pro *πολεμεῖν*, Apoc. 11, 7. 12, 17. (Dan. 7, 21. Gen. 14, 2.) — *ποιεῖσθαι δεήσεις* pro *δεῖσθαι*, Luc. 5, 33. Phil. 1, 4 *σπουδήν* pro *σπουδάζειν*, i. e. *σπουδήν* factis vel verbis declarare, Iud. v. 3. (Ioseph. ant. 4, 8. 3 *ἐποιοῦντο πολλὴν ἐπιζήτησιν*.) — *μνείαν ποιεῖσθαι* pro *μιμνήσκεσθαι*, Rom. 1, 9. Eph. 1, 16. *μνήμην* 2 Petr. 1, 15. *λόγον ποιεῖσθαι* pro *λέγειν*, loqui, narrare, Act. 1, 1. (Ioseph. ant. 4, 2. 4 *ποιεῖν λόγον πρός τινα*. Prolog. Sir. *ποιεῖν ἀνάγνωσιν*.) *πορείαν* pro *πορεύεσθαι*, Luc. 13, 22 et similia multa. — Etiam cum participiis, ut Act. 21, 13 *τί ποιεῖτε κλαίοντες* pro *τί κλαίετε*. Marc. 11, 5 *τί ποιεῖτε λύοντες* pro *τί λύετε*. (coll. Luc. 19, 33.) 1 Cor. 15, 29 *τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι* pro *τί βαπτίζονται*. — β) *ago cum aliquo, tracto aliquem, et exhibeo* vel bona vel mala; ita: *ποιεῖν τινα ὡς*, habere instar, eo uti instar, Luc. 15, 19. (Gen. 45, 8 *ἐποίησέ με ὡς πατέρα Φαραώ*, c. 48, 20.) — *ποιεῖν* absolute sequente accusativo personae: facere quod attinet ad aliquem; Matth. 27, 22 *τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν*; quid igitur faciam quod attinet Iesum, i. e. Iesu; nostrum: mit ihm anfangen. Marc. 14, 7 *αὐτοὺς εὐποιῆσαι*, i. e. iis benefacere. — Ex hebraismo: *ποιεῖν μετά τινος*, pro *τινί*, Luc. 1, 72 *ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων*. Luc. 10, 37. Act. 14, 27. 15, 4. (Dan. 1, 13. 11, 17. Tob. 12, 6. Iudith. 8, 26.) — Plerumque cum dativo vel commodi vel incommodi, *ποιεῖν τινι*, cum aliquo agere, alicui exhibere, Matth. 7, 12. 17, 12. 20, 15. 21, 36. 40. 25, 40. 45. Marc. 9, 13. 12, 9. 5, 19. 20. 7, 12. 10, 51. Luc. 1, 25. 49. 2, 48. 6, 23. 26. Act. 15, 3. Hebr. 13, 6 et saepissime. Vid. exempla e profanis apud *Viger*. p. 289. Etiam *ποιεῖν ἔν τινι*, pro *τινί*, Matth. 17, 12. 20, 15. (Gen. 20, 9.) — De beneficiis, bonis, *dandi* sensu, ut Matth. 6, 1. 2. 3 *δικαιοσύνην, ἐλεημοσύνην*, Act. 9, 36. Rom. 15, 26. — Marc. 14, 8 *ὃ ἔσχεν αὕτη, ἐποίησε*, quae potuit praestitit. — γ) ut Latinor. *facio*, transfertur ad id, quod agimus iudicio; *λόγον τινὸς ποιεῖσθαι*, *rationem habere, magni facere*, Act. 20, 24. vid. *Λόγος*. (Ioseph. ant. 1, 3. 1. Antonin. 4, 47 *οὐκ ἔτ' ἂν παρὰ μέγα ἐποίου*, haud in magno poneres.) — δ) refertur ad iudicium sive iudicandi actionem: facio cogitando, i. e. *pono, sumo*, ich setze den Fall. (Xenoph. anab. 5, 7. 9 *ποιῶ δ' ὑμᾶς — ἥκειν εἰς φᾶσιν*. Vid. *Herm*. ad Viger. p. 761); ita plerique Matth. 12, 33 *ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ*, quod vertunt: aut putatis s. ponitis, arborem esse bonam, unde etiam statuendum erit fructum esse bonum. Sed *ποιεῖν τινα* hic fortasse est: agere alicuius personam, agendo exprimere alicuius naturam: *entweder macht den guten Baum, wo ihr dann auch gute Früchte zeigen müsst, oder etc.* — b) facio, i. e. *perago, agendo perficio, ich verrichte;* α) universe, Matth. 8, 9 *λέγω τῷ δούλῳ μου· ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ*. Matth. 23, 3 *λέγουσι γὰρ καὶ οὐ ποιοῦσι*. v. 23 *ταῦτα δὲ ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι*. Marc. 6, 20. Luc. 2, 27. Io. 7, 19 *οὐδεὶς ποιεῖ τὸν νόμον*, peragit quae lex iubet. vid. Matth. 5, 46. 47. 12, 2. 3 et alia loca multa. — Ita etiam de peragente mandata, *τοὺς λόγους*, Matth. 7, 24. 26. *τὸ θέλημα* Matth. 7, 21. Marc. 3, 35. *πρὸς τὸ θέλημα* Luc. 12, 47. — *δυνάμεις* facta eximia, miracula, Matth. 7, 22. 9, 28. Marc. 6, 5. Io. 2, 23. (Dan. 3, 3. Exod. 4, 17.) Apoc. 13, 12 *ἐξουσίαν τινὸς ποιεῖν*, eandem auctoritatem exercere. Luc. 1, 51 *ἐποίησε κράτος*. Saepius. — Post verba precandi, promittendi: *praesto*, Marc. 10, 35. Rom. 4, 21. Eph. 3, 20 etc. — de voluntate: *perficio, perago*, 2 Cor. 8, 10. 11. (coll. Gal. 5, 17.) 1 Thess. 5, 24. Eph. 3, 11 *πρόθεσιν ἣν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ*. (Gen. 21, 1. 41, 32. Ezech. 24, 14.) — β) de diebus festis, ceremoniis: propr. *perago quae sunt ceremoniae*, i. e. *ago, celebro;* Matth. 26, 18 *ποιῶ τὸ πάσχα*. Act. 18, 21 *τὴν ἑορτήν*. Hebr. 11, 28 *τὸ πάσχα*. (Deut. 16, 1. 2. 10. 13. — Num. 4, 23 *ποιεῖν* [עָבַד] *τὰ ἔργα ἐν τῇ σκηνῇ*. Exod. 12, 17. Esdr. 6, 19. 22. Ioseph. ant. 2, 15. 3 *ποιεῖν θυσίας*. Id. ant. 3, 7. 3 *ποιοῦντες* [*τὰ*] *περὶ τὴν ἱερουργίαν*.) — γ) de tempore, proprie: *agere, negotia peragere per aliquod tempus*, ut Apoc. 13, 5 *ἐξουσία ποιῆσαι μῆνας δύο*, potestas agendi, licuit *τῷ θηρίῳ* efficaci esse. — *versor, commoror;* Act. 15, 33 *ποιεῖν χρόνον* (*τινά*, ut additur c. 18, 23) aliquamdiu versari. c. 20, 3 *μῆνας τρεῖς*. 2 Cor. 11, 25 *ἐν τῷ βυθῷ ἐποίησα*, in profundo versatus sum. Iac. 4, 13. (Ioseph. ant. 6, 1. 4 *ποιήσας παρὰ τοῖς Παλαιστίνοις μῆνας τέσσαρας*. ant. 8, 13. 2 *ποιεῖσθαι τὴν διατριβήν*. Test. XII patr. p. 600 *ποιεῖν ἐνιαυτὸν σύν τινι*. ib. p. 535 *ποιεῖν μῆνας πέντε ὀργιζόμενος*. coll. Cohel. 6, 12. Prov. 13, 23. et exempla e profanis in *Kypkii* obss. 2, 77. Hunc verbi usum macedonicae dialecti esse putat *Sturz*. p. 189.)

Ποίημα, *τος, τό*, (a *ποιέω*, perf. pass. *πεποίημαι*), LXX pro מַעֲשֶׂה, semel Ies. 29, 16 pro יֵצֶר — id quod factum, effectum est, *opus;* de operibus Dei creatoris, Rom. 1, 20. — de formatione animi ad pietatem Eph. 2, 10. — LXX Eccles. 3, 11. 7, 13. 8, 17. 9, 7. *.

Ποίησις, *εως, ἡ*, (a *ποιέω*, perf. pass. *πεποίησαι*), 1) operatio, fabricatio, LXX pro מַעֲשֶׂה (Exod. 28, 8. 39, 4. 2 Reg. 16, 10. Ioseph. ant. 18, 3. 1 *ποίησις εἰκόνων*. — creatio Sir. 16, 26.) — 2) *peragere aliquid, das Vollbringen;* semel Iac. 1, 25 *ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ*, in *obsequio* suo erga legem. (Sir. 19, 20 *ἐν πάσῃ σοφίᾳ ποίησις νόμου*. Test. XII patr. p. 681 *ὁ γὰρ δίκαιος αἰδεῖται ποιήσει ἄδικον* [*ἀδίκου*.]) *.

Ποιητής, *οῦ, ὁ*, (a *ποιέω*, perf. pass. *πεποίηται*), 1) qui facit aliquid, i. e. a) efficit ut sit, auctor (Xenoph. cyrop. 1, 6. 19 *ποιητὴς μηχανημάτων*. Philo de opif. m. p. 2 de Deo conditore.) — b) *qui agit, peragit aliquid;* Rom. 2, 13 *οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου*, qui legis praecepta faciunt, peragunt quae lex iubet. Iac. 1, 22 *ποιηταὶ λόγου*. v. 23. 25. c. 4, 11. (1 Macc. 2, 6) *τοὺς ποιητὰς τοῦ νόμου*. Ioseph. ant. 18, 3. 1 *ἔργων παραδόξων ποιητής*. — 2) narrando aliquid fingens, carminum auctor, *poeta*, Act. 17, 28. (Xenoph. mem. 1, 2. 56.) *.

Ποικίλος, *η, ον*, 1) coloratus, variegatus, pictus, bunt, gefleckt, gestickt; ita LXX maxime pro נָקֹד Gen. 31, 8. 10. 12. pro פַּסִּים Gen. 37, 3. 23. 32. et רִקְמָה 1 Chron. 29, 2. Ezech. 16, 10. 13. 18. coll. Zach. 1, 8. — 2) *varius, diversus, varii generis;* *ποικίλαις νόσοις*, Matth. 4, 24. Marc. 1, 34. Luc. 4, 40 *ἐπιθυμίαις ποικ*. 2 Tim. 3, 6. *ἡδοναῖς*, Tit. 3, 3. vid. etiam Hebr. 2, 4. 13, 9. Iac. 1, 2. 1 Petr. 1, 6. 4, 10 *οἰκόνομοι ποικίλης χάριτος θεοῦ*, diversorum beneficiorum s. donorum Dei. (2 Macc. 15, 21 *τῶν ὅπλων τὴν ποικίλην παρασκευήν*. Ioseph. ant. 7, 4. 2 *σὺν ἤχῳ ποικίλῳ*. Ibid. 10, 8. 3. Id. bell. 3, 8. 8 *ποικίλος θόρυβος*, tumultus diversa clamantium. Ps. Sal. 4, 3 *ἐν ποικιλίᾳ ἁμαρτιῶν*.) *.

Ποιμαίνω, f. *ανῶ*, aor. 1. *ἐποίμανα*, (a *ποιμήν*), LXX pro רָעָה — 1) *pasco, gregem duco*, a) propr. de pastoribus, Luc. 17, 7. 1 Cor. 9, 7. (Gen. 30, 31. 36. Exod. 3, 1. 1 Sam. 25, 16. 17, 34. Gen. 37, 12.) — b) tropice de regibus populorum; *rego, impero*, Matth. 2, 6. Apoc. 2, 27. 12, 5. 19, 15. (Mich. 5, 6. 7, 14. Ps. 49, 14. 2 Sam. 5, 2. 1 Chron. 11, 2. Hom. Iliad. 6, 25. 11, 106.) — de praefectis ecclesiae, Io. 21, 16. Act. 20, 28. 1 Petr. 5, 2. — 2) ex adiuncto, *pasco*, i. e. *pascua do, alo, nutrio*, i. q. *βόσκω;* (Prov. 28, 7. 29, 3.) Iud. v. 12 *ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες*, corpus suum alentes. (coll. Ezech. 34, 2. 8 *ἐβόσκησαν οἱ ποιμένες ἑαυτούς*.) — tropice, ubi sensus est: quae ad salutem spectant suppedito, *saluti prospicio;* Apoc. 7, 17. (Ps. Sal. 17, 45.) *.

Ποιμήν, *ένος, ὁ*, (deducunt a stirpe *πάω*, med. *πάομαι*, manducandum praebeo; rectius fortasse a *ποία*, herba, et themate *μάω*, cupidus sum, curo) — LXX pro רֹעֶה, 1) *pastor* gregis (Gen. 13, 7.) in specie ovium, Matth. 9, 36. 25, 32. Marc. 6, 34. Luc. 2, 8. 15. 18. 20. (Gen. 4, 2. Num. 27, 17.) — Transfertur ad Christum, quatenus coetus

Christianorum comparatur cum grege, ubi quod sensum attinet est: dux, dominus qui ad salutem suos ducit, Io. 10, 2. 11 12. 14. 16. (Act. Thom. §. 25 ποιμὴν ἀγαθός, de Christo.) Matth. 26, 31. Marc. 14, 27. Hebr. 13, 20. 1 Petr. 2, 25. (Ezech. 34, 23 ἀναστήσω ἐπ' αὐτοὺς ποιμένα ἕνα, καὶ ποιμανεῖ αὐτούς, τὸν δοῦλόν μου Δαυίδ, καὶ ἔσται αὐτῶν ποιμήν. ib. c. 37, 24. Apud Homerum saepe de principibus, ut Iliad. 3, 11.) — 2) tropice: *praefectus, curam gerens;* de praefectis coetuum, Eph. 4, 11. (Ier. 2, 8. 3, 15. Ezech. 34, 2. Nah. 3, 18. Eurip. Phoen. 1147 de ductoribus ordinum.) *.

Ποίμνη, ης, ἡ, (a ποιμαίνω) *grex*, in specie ovium, Luc. 2, 8. 1 Cor. 9, 7. Matth. 26, 31 τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης i. e. τὴν ποίμνην τῶν προβάτων. (LXX pro עֵדֶר Gen. 32, 17.) — Transfertur ad *coetum* cultorum veri Dei, Io. 10, 16. Act. Thom. §. 25. *.

Ποίμνιον, ου, τό, *grex*, in specie ovium, LXX pro עֵדֶר Gen. 29, 2. 3. Ezech. 34, 12. et צֹאן Gen. 31, 4. 1 Sam. 14, 32. — In N. T. non nisi sensu translato de *coetu* s. *caterva* cultorum veri Dei, societate Christianorum, Luc. 12, 32. Act. 20, 28. 29. 1 Petr. 5, 2. 3. (coll. Ier. 13, 17 τὸ ποίμνιον κυρίου. Zach. 10, 3. Ezech. 34, 31. Ps. Sal. 17, 45 ποιμαίνων τὸ ποίμνιον κυρίου ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ.) *.

Ποῖος, οἷα, οἷον, (οἷος, praefixa litera π, ut πόσος ab ὅσος.) — LXX pro אֵי זֶה — nostrum: *welcher?* et quaerit 1) *qualitatem rei in se spectatam: qualis, cuius generis?* Luc. 6, 32—34. Io. 12, 33. 18, 32. 21, 19. Act. 7, 49. Rom. 3, 27. 1 Cor. 15, 35. Iac. 4, 14. (vid. etiam *Ποῖα*.) 1 Petr. 1, 11 εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρόν. ib. 2, 20. (1 Reg. 22, 24.) — 2) quaerit, quis e numero, ratione qualitatis, sit eligendus: *quis? quisnam?* Matth. 19, 18. 22, 36. 24, 42 sqq. Marc. 12, 28. Luc. 12, 39. 24, 19. Io. 10, 32. Act. 23, 34. Apoc. 3, 3. (2 Sam. 15, 2. 1 Reg. 13, 12. 2 Chron. 18, 23. Ion. 1, 8. 1 Macc. 2, 10.) — Luc. 5, 19 ποίας [text. vulg. διὰ ποίας] alii accipiunt adverbialiter: qua ratione, quo modo; alii intelligunt ὁδοῦ, qua via, i. e. qua ratione? — ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ s. δυνάμει, pro ἐν τίνος ἐξουσίᾳ, cuiusnam auctoritate, potestate, Matth. 21, 23. 24. 27. Marc. 11, 28. 29. 33. Luc. 20, 2. 8. Act. 4, 7. Ita etiam Marc. 4, 30 ἐν ποίᾳ παραβολῇ. *.

Πολεμέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐπολέμησα, (a πόλεμος) LXX plerumque pro מִלְחָמָה et נִלְחַם, 1) *pugno*, a) armis, Apoc. 12, 7. — μετά τινος, Apoc. 2, 16. 12, 7. ὁ Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ (intell. ἦλθον, ut 1 Chron. 19, 7. 2 Chron. 35, 22. vel etiam συνήχθησαν; alii intelligunt ἦσαν et accipiunt pro ἐπολέμησαν), τοῦ πολεμῆσαι μετὰ τοῦ δράκ. [text. vulg. ἐπολέμησαν κατὰ τοῦ δρ.] c. 13, 4. 17, 14. (Ita seq. μετά 1 Sam. 17, 19. 32 sqq. 2 Sam. 11, 17. — etiam sequente πρός Ios. 24, 11. Num. 21, 1. — Ioseph. c. Apion. 1, 29 πολ. τοῖς ἀνθρώποις καὶ εἰς τοὺς θεούς. — πολεμεῖν τινα, aliquem aggredi, impugnare, Ios. 11, 5. Iob. 11, 19. Ies. 29, 1. Num. 21, 26.) — b) verbis factisque: *hostiliter insector*, Iac. 4, 2. (Ps. 35, 1. 56, 1. 2. Ies. 19, 2.) — 2) ex adiuncto: *vinco*, et de Deo: *vindictam sumo, punio;* ita videtur Apoc. 19, 11 accipiendum; coll. Ier. 21, 5. Addit. Esth. 8, 13 in fine. Ps. 35, 1. 1 Macc. 3, 14 πολεμήσω τὸν Ἰούδαν.) *.

Πόλεμος, ου, ὁ, (a πέλομαι, moveor.) — LXX pro מִלְחָמָה — 1) *pugna*, a) qua armis certatur, *pugna*, 1 Cor. 14, 8. Hebr. 11, 34. Apoc. 9, 7. 9. (Ps. 24, 8. 144, 1.) Ita etiam ἀκοαὶ πολέμων, rumores de pugnis, Matth. 24, 6. Marc. 13, 7, coll. Luc. 21, 9. — *proelium*, potissimum proelium, quo decernitur, Apoc. 12, 7. 16, 14. 20, 8. — ποιῆσαι πόλεμον μετά τινος, proelium committere cum aliquo, proelio decernere, Apoc. 11, 7. 12, 17. 13, 7. 19, 19. — b) pugna, qua verbis et factis aliquem insector: *contentio, lis*, Iac. 4, 1. (Herodian. 1, 11. 4. Plat. Phaed. §. 11.) — 2) *bellum*, Matth. 24, 6. Marc. 13, 7. Luc. 14, 31. 21, 9. (Gen. 14, 2. Eccles. 3, 8.) *.

Πόλις, εως, ἡ, (a πέλομαι, moveor) — LXX pro עִיר, etiam pro קִרְיָה et שַׁעַר — Latinor. *urbs*, — in N. T. α) de urbe, etiam de oppido, Matth. 5, 35. 10, 5. 23, 24. Luc. 10, 1. Matth. 2, 23. Luc. 1, 26. 39. 23, 51. Act. 11, 5 et saepissime. — 2 Cor. 11, 26 ἐν πόλει pro ἐν πόλεσι, in urbibus. — πόλεις καὶ κῶμαι, Matth. 9, 35. 10, 11. Marc. 6, 56. Luc. 8, 1. 13, 22. vid. *Κώμη*. — β) ἰδία πόλις, i. e. Capernaum, Matth. 9, 1. vid. Ἴδιος. — γ) κατὰ πόλιν, vid. *Κατά*. — δ) πόλις τινός, *urbs patria* alicuius, Luc. 2, 4. 11. (2 Chron. 8, 11.) Io. 1, 45. (Ioseph. ant. 10, 5. 2 Ἰωάχαζος, μητρὸς Ἀμιτάλης καὶ πόλεως Λοβάνης. Ios. 15, 10.) — ε) πόλις dicitur κατ' ἐξοχὴν *Hierosolyma*, Matth. 21, 17. 18. 26, 18. 28, 11. Marc. 11, 19. 14, 13. Luc. 19, 41. 24, 49 (ubi textus vulg. e glossemate addit Ἱερουσαλήμ.) Io. 19, 20. (Ita etiam Iosephus ant. 10, 3. 1 et 2. et ant. 10, 5. 1. prooem. ad bell. §. 4 et 10. saepissime.) Appellatur etiam ἡ ἁγία πόλις, quatenus templum et sacra veri Dei ibi erant, Deusque in ea sedem fixisse putabatur; Matth. 4, 5. 27, 53. Apoc. 11, 2. 21, 2. 22, 19. — etiam ἡ ἠγαπημένη, a Deo, ei cara civitas, Apoc. 20, 9. — ζ) Hierosolyma coelestis, olim demittenda de coelis in terram, quae etiam ἡ πόλις τοῦ θεοῦ dicitur, Hebr. 11, 10. 16. 12, 22. Apoc. 3, 12. 21, 2. 10—23, 22, 14. 19. — Hebr. 13, 14 ubi ἡ ὧδε πόλις, Hierosolyma terrestris, sive huius aevi, cui opponitur ἡ μέλλουσα, coelestis, futura, est imago vitae hisce in terris, salutis in hac vita sperandae. — η) metonymice: *incolae urbis*, Matth. 8, 34. 12, 25. 21, 10. Marc. 1, 33. Act. 8, 40. 13, 44. 14, 21. 21, 30. (Ioseph. ant. 5, 11. 3. Philo in Flacc. p. 985 D. et apud profanos.)

Πολιτάρχης, ου, ὁ, i. e. ὁ ἄρχων τῶν πολιτῶν, *praefectus civitatis* s. *civium*, Act. 17, 6. 8. (Period. Ioann. apud *Birch*. p. 278.) (Apud profanos πολίταρχος) *.

Πολιτεία, ας, ἡ, (a πολιτεύομαι) 1) conditio eius qui civis est; *civitas*, i. e. *ius civitatis*, Act. 22, 28. (3 Macc. 3, 21. 23. Ioseph. bell. 1, 9. 5. vit. §. 76. Polyb. 6, 2. 12.) — 2) *respublica, quatenus legibus, ordine continetur; rei publicae forma* s. *constitutio*, Eph. 2, 12. (2 Macc. 4, 11. 8, 17. 13, 14. 4 Macc. 8, 6. 17, 9. Ioseph. ant. 4, 8. 17.) *.

Πολίτευμα, τος, τό, (a πολιτεύομαι) propr. ratio administrandae rei publicae; porro i. q. πολιτεία, *res publica, civitas*, (Ioseph. ant. praef. §. 3. Antonin. 4, 4. Polyb. 4, 41. 6. — metonymice, cives rei publicae, 2 Macc. 12, 7.) — Phil. 3, 20 ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ubi τὸ πολίτευμα videtur esse *civitas, patria*, ut πόλις; urbs patria, et referendum est ad civitatem coelestem, sedem beatorum. Vid. *Πόλις*.

Πολιτεύω, perf. pass. πεπολίτευμαι, (a πολίτης) civem facio, (Diod. Sic. 11, 72.) — In medio: civis sum (Xenoph. anab. 3, 2. 26), civitatem administro. (Ioseph. ant. 4, 2. 1. de vita, §. 49. Polyb. 4, 76. 2.) *Πολιτεύομαι*, verb. deponens: *civem me gero, legibus utor, institutis convenienter vivo;* ita πολιτεύεσθαί τινι, alicuius legibus convenienter ago; Act. 23, 1 ἐγὼ πεπολίτευμαι τῷ θεῷ. (2 Macc. 6, 1 τοῖς νόμοις πολιτεύεσθαι. 4 Macc. 2, 8 τῷ νόμῳ πολιτευόμενος. Ioseph. ant. 17, 3. 3 τοῦ ἀρετῇ πολιτεύεσθαι ἐπὶ πᾶσιν.) — cum adverbio: Phil. 1, 27 ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου πολιτεύεσθε. (Ioseph. vit. §. 2 ἠρξάμην τε πολιτεύεσθαι τῇ Φαρισαίων αἱρέσει κατακολουθῶν. — etiam πολιτεύεσθαι κατά τινα, eodem sensu, 4 Macc. 2, 23 νόμον, καθ' ὃν πολιτευόμενος βασιλεύσει. 2 Macc. 11, 25. Ioseph. ant. 3, 5. 8. et apud Philon. vid. *Loesn*. p. 226.) *.

Πολίτης, ου, ὁ, (a πόλις) 1) *civis*, i. e. a) *incola urbis*, Act. 21, 39. (Ioseph. bell. 2, 18. 6. 2 Macc. 5, 23. 24.) Luc. 15, 15 ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης, incolae cuidam eius regionis. — b) *civis*, i. e. qui iure civitatis in republica utitur, Luc. 19, 14 οἱ πολῖται αὐτοῦ. (Ioseph. c. Apion. 2, 16. LXX pro רֵעַ Prov. 11, 9. 11. 2 Macc. 4, 5. 50. 5, 6. — etiam de subditis, quum rex loquitur, Gen. 23, 11. 2 Macc. 9, 19. et ubi a ducibus distinguuntur, Zach. 13, 7.) — 2) i. q. ὁ πλησίον, ὁ ἀδελφός, alius quivis nobiscum versans in republica, *socius, proximus;* Hebr. 8, 11. ubi *Griesb*. recte πολίτην pro πλησίον. Ita LXX pro רֵעַ Ier. 31, 34. Prov. 24, 28. *.

Πολλάκις, (a πολλά, πολύς) adv. *saepe, frequenter*, Matth. 17, 15. Marc. 5, 4. 9, 22. Io. 18, 2. Act. 26, 11. Rom. 1, 13. 2 Cor. 8, 22. 11, 23. 26. 27. Phil. 3, 18. 2 Tim. 1, 16. Hebr. 6, 7. 9, 25. 26. 10, 11. *.

Πολλαπλασίων, ον, (a πολύς) *multiplex, multo plus;* Luc. 18, 30 ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα. (Test. XII patr. p. 640 ὁ γὰρ μεταδιδοὺς τῷ πλησίον, λαμβάνει πολλαπλασίονα παρὰ κυρίου. — Usitatius est πολλαπλάσιος, quod idem significat, Ioseph. bell. 5, 13. 5. Thucyd. 2, 100.) *.

Πολυεύσπλαγχνος, ον, (ex πολύς et εὔσπλαγχνος

quod vide) *admodum misericors;* codd. Iac. 5, 11. vid. *Πολύσπλαγχνος.* Caeterum non legitur in ullo scriptore.

Πολυλογία, ας, ἡ, (a πολυλόγος, multa loquens, loquax) *loquacitas, verbositas;* semel Matth. 6, 7 ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν, eo, quod multa verba faciunt. Praeterea Luc. 11, 2 in varia lect. (LXX pro רֹב דְּבָרִים Prov. 10, 19. Plut. de educ. puer. 9, 10. Aristot. Polit. 4, 10.)

Πολυμερῶς, (a πολυμερής, multis ex partibus constans, porro: vario modo sese exserens, ut σοφία Sap. 7, 22 dicitur πνεῦμα πολυμερές.) adv. multis partibus, *multis modis;* semel Hebr. 1, 1 ubi utrum vertendum sit: multis s. variis temporibus, an: multis modis, incertum videtur. Recte autem *Kypkius* ad h. l. πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως (ut etiam de revelatione loquitur Clem. Alex. strom. 6, 7) utrumque explicat: „variis temporibus, per varias personas, variis legibus et doctrinis, — sub variis umbris, typis, figuris, variis revelandi modis." (Ioseph. ant. 8, 3. 9 ταῦτα πάντα (in exornando templo) ὁ Σολομὼν εἰς τὴν θεοῦ τιμὴν πολυμερῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς κατεσκεύασε. Maxim. Tyr. diss. 37.) *.

Πολυπληθία, ας, ἡ, (a πολυπληθής, numerosus) *multitudo, magnus numerus;* Act. 14, 7 in varia lectione, ubi quidam libri post εὐαγγελιζόμενοι addunt: τὸν λόγον τοῦ θεοῦ· καὶ ἐξεπλήσσετο πᾶσα ἡ πολυπληθία ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτῶν. (2 Macc. 8, 16.)

Πολυποίκιλος, ον, (πολύς ποικίλος) *admodum varius, multiplex;* Eph. 3, 10 ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ, sensus: sapientia res diversissimas, omnes complexa, et diversimode sese exserens.

Πολύς, πολλή, (a forma antiquiore, frequente apud Homerum, πολλός multus) πολύ, — LXX pro רַב, רַבָּה et derivatis, passim etiam pro גָּדוֹל — de eo quod *copiosum, largum, numerosum est*, et dicitur 1) de quantitate *extensiva,* ubi est: *multus, numerosus;* Matth. 3, 7 πολλοὺς τῶν Φαρισαίων. 4, 25. 8, 30. Io. 12, 24 et saepissime. — de tempore; Matth. 24, 19 μετὰ χρόνον πολύν. Luc. 8, 29 πολλοῖς χρόνοις. Io. 5, 6. Marc. 6, 35 ὥρας πολλῆς γενομένης, praeterlapsa multa hora diei. — θερισμὸς πολύς, amplus ager demetendus, Matth. 9, 37. Luc. 10, 2. — γῆν πολλήν, multum terrae foecundae, Matth. 13, 5. Marc. 4, 5. (Test. XII patr. p. 640 πολὺν ἰχθύν, multos pisces.) Hebr. 5, 11 πολὺς ὁ λόγος, prolixa oratio. — τὸ πολύ, multum, 2 Cor. 8, 15. (Exod. 16, 17.) — οἱ πολλοί, die Vielen, multitudo, etiam vulgus in civitate; i. e. a) *omnes,* non vero de multitudine absoluta, sed de multitudine definita; Rom. 12, 5 οἱ πολλοὶ (Christiani) ἓν σῶμα. 1 Cor. 10, 17. Rom. 5, 15 οἱ πολλοί, omnes qui inde ab Adamo vixerunt; et postea: omnes, qui post Christum vivunt. Rom. 5, 19. 1 Cor. 10, 33 τῶν πολλῶν, omnium quibus trado doctrinam. (Ioseph. ant. 3, 8. 8 Moses μηδὲν βουλόμενος τῶν πολλῶν διαφέρειν.) — b) *plurimi, plerique,* paucis exceptis, Matth. 24, 12. 2 Cor. 2, 17 οἱ πολλοί, plurimi. Marc. 12, 37 ὁ πολὺς ὄχλος, maxima pars populi. Xenoph. anab. 5, 6. 19. Cyrop. 5, 2. 2 Macc. 1, 36. coll. *Hermann.* ad Viger. p. 728. Polybio saepius οἱ πολλοί, ubi distinguuntur a senatu, sunt *populus,* ut 1, 11. 1. ubi a duce, sunt *milites*, 1, 33. 4. Lucian. Nigrin. 6. T. I. p. 44. ed. *Reitz.* μάρτυρα γάρ σε παραστήσασθαι πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐθέλω. Vid. etiam *Πλείων.*) — c) ubi πολλοί cum articulo sequitur substantivum est: *qui multi sunt;* Luc. 7, 47 αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί. Apoc. 17, 1 ἐπὶ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν.

2) de quantitate *intensiva* est: *magnus, insignis, vehemens;* Matth. 2, 18 ὀδυρμὸς πολύς. c. 5, 12 μισθὸς πολύς, Luc. 6, 23. 35. (Gen. 15, 1.) — δόξα πολλή, Matth. 24, 30. Marc. 13, 26. Luc. 21, 27. vid. etiam Act. 15, 7. 21, 40 πολλὴ σιγή, altum silentium. c. 23, 10. 24, 3. 7. 26, 24. 28, 29. Rom. 9, 22. 1 Cor. 2, 3. 2 Cor. 3, 12. 6, 4 et passim. (Eccl. 5, 16. 1 Chron. 21, 13. Dan. 11, 28. 44. Sir. 15, 18. Sap. 5, 1.)

3) Neutrum dicitur adverbialiter; a) πολύ, *multum,* Marc. 12, 27 πολὺ πλανᾶσθε. Luc. 7, 47 ἠγάπησε πολύ. Act. 18, 27. 27, 14. Rom. 3, 2. (Dan. 6, 14. 23.) — πολὺ σπουδαιότερος, multo diligentior, 2 Cor. 8, 22. [1 Petr. 1, 7. vid. *Πολυτιμότερον.*] — ἐπὶ πολύ, *diutius,* Act. 28, 6. (Ies. 55, 7. 2 Sam. 3, 1. Sap. 18, 20.) — b) πολλοῦ, multi pretii, Matth. 26, 9. — c) πολλῷ, *multo;* πολλῷ μᾶλλον, multo magis, Matth. 6, 30. Marc. 10, 48 et saepius. — πολλῷ πλείους; multo plures, Io. 4, 41. — ἐν πολλῷ, Act. 26, 29. vid. *Ὀλίγος.* — d) πολλά, *multum, saepe, graviter;* Matth. 9, 14 νηστεύομεν πολλά. — ἐλάλησεν πολλά, i. e. iteratis vicibus, prolixius, Matth. 13, 3. Marc. 4, 2. 6, 34. Marc. 3, 12 πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς. c. 5, 23 παρεκάλει αὐτὸν πολλά (i. e. διὰ πολλοῦ λόγου. Act. 15, 32. vel λόγῳ πολλῷ Act. 20, 2.) Marc. 5, 38. 43. 9, 26 πολλὰ σπαράξαν. c. 15, 4 κατηγόρουν αὐτοῦ πολλά, graviter eum incusarunt. 1 Cor. 16, 12. 19. Rom. 16, 12 πολλὰ ἐκοπίασαν. Iac. 3, 2. Apoc. 5, 4 ἔκλαιον πολλά. (2 Reg. 10, 18. Ies. 23, 16. Test. XII patr. p. 632 πολλὰ διεμαρτυράμην αὐτοῖς τοῦ μὴ ποιῆσαι.) — τὰ πολλά, *crebro, saepe,* Rom. 15, 22. (Act. Thom. §. 8 εἰς αὐτὸν τὰ πολλὰ ἀπέβλεπε.)

Πολύσπλαγχνος, ον, (ex πολύς et σπλάγχνον, quod vide) *admodum misericors;* tantum in N. T.; Iac. 5, 11 ubi multi libri exhibent πολυεύσπλαγχνος. (LXX πολυέλεος pro רַב חֶסֶד, Ps. 86, 5. 15. 103, 8. Ion. 4, 2.)

Πολυτελής, ές, (ex πολύς et τέλος sumtus) 1) sumtus magnos faciens (Ioseph. ant. 15, 4. 1), splendide vivens; — 2) intransitive: qui sumtus magnos requirit, *pretiosus, splendidus,* a) propr. de sumtu, Marc. 14, 3 νάρδου πολυτελοῦς. 1 Tim. 2, 9 ἱματισμῷ πολυτελεῖ. (Prov. 1, 13. 3, 15. 8, 12. Ies. 28, 16. Sap. 2, 7. Sir. 50, 10. Ioseph. ant. 17, 8. 3 πολυτελεστάτην γενέσθαι τὴν ἐκκομιδὴν τοῦ πατρός. Id. c. Apion. 2, 22 πᾶσα ὕλη πρὸς εἰκόνα τοῦ θεοῦ, κἂν ᾖ πολυτελής, ἄτιμος.) — b) tropice *qui magni aestumatur, pretiosus,* 1 Petr. 3, 4 ὅ ἐστι ἐνώπιον θεοῦ πολυτελές. *.

Πολύτιμος, ον, (ex πολύς et τιμή) *valde pretiosus, magni pretii,* Marc. 13, 46. Io. 12, 3. 1 Petr. 1, 7 πολυτιμότερον. (text. vulg. πολὺ τιμιώτερον.) *.

Πολυτρόπως, (a πολύτροπος, varie versatus, 4 Macc. 1, 25. Hom. Od. 1, 1. 10, 330.) *vario modo, diversa ratione,* Hebr. 1, 1. Vid. *Πολυμερῶς.* — Hesych. πολυτρόπως· διαφόρως, ποικίλως. *.

Πόμα, ατος, τό, (a πίνω, perf. pass. πέπομαι) *potus,* 1 Cor. 10, 4 πόμα πνευματικόν. Vid. *Πνευματικός.* Hebr. 9, 10 ἐπὶ πόμασι, de potu secundum legem mos. impuro; alii βρώματα καὶ πόματα habent pro descriptione epularum sacrificalium. (4 Macc. 3, 16 ἔσπεισεν τὸ πόμα τῷ θεῷ, aquam ad potum haustam Deo libavit. LXX Dan. 1, 16. pro מִשְׁתֶּה et Ps. 102, 9. pro שִׁקּוּי 3 Macc. 5, 2. 45.) *.

Πονηρία, ας, ἡ, (a πονηρός quod vide) — LXX pro רַע, רֹעַ, רָעָה — propr. ea rei natura, qua laborem s. dolorem excitat, et intransitive, qua ipsa laborat, corrupta, inutilis, noxia rei ratio, schlechte Beschaffenheit; Ier. 24, 8. — de conditione externa: aerumna, molestia, Ies. 10, 1. Neh. 1, 13. — Hinc: nocendi aliis cupiditas, *malignitas, malitia,* Matth. 22, 18. Luc. 11, 39. Rom. 1, 29. 1 Cor. 5, 8. Eph. 6, 12 πνεύματα τῆς πονηρίας pro τὰ πονηρά. (Exod. 32, 12. Ps. 28, 4. Sir. 19, 18. 19. Ioseph. ant. 10, 3. 1.) — πονηρίαι, maligna consilia, Marc. 7, 22. — *mores perversi,* morum depravatio, Act. 3, 26. (Ies. 1, 16. coll. Ier. 32, 32. Act. Thom. §. 53 πονηρίαι ἄτακτοι.) *.

Πονηρός, ά, όν, (a πόνος) — LXX pro רַע, רָעָה — 1) *laboris plenus, — miseria plenus, calamitosus,* ἡμέραι, Eph. 5, 16. 6, 13. (Gen. 47, 9. Sir. 51, 12. coll. Eccles. 9, 12. Sir. 28, 21. 29, 24. Ps. Sal. 2, 6 πονηρὰ αἰχμαλωσία. Test. XII patr. p. 531 θανατὸς πονηρός.) — τὸ πονηρόν, miseria, calamitas, Gal. 1, 4. — *perniciosus, noxius,* Matth. 5, 11. πονηρὸν ῥῆμα εἰπεῖν κατά τινος, criminari aliquem, 3 Io. v. 10. Apoc. 16, 2. (Ies. 35, 9. 2 Chron. 21, 15. Gen. 37, 20. 33. Lev. 26, 6.) — τὸ πονηρόν, *noxa,* Luc. 6, 45. (Gen. 2, 9. 17.)

2) aliis nocendi cupidus, *malignus, malevolus, iniuria alios afficiens, eos laedens;* Matth. 5, 39. 45. 7, 11. 12, 34. 35 πονηρὸς θησαυρός pro θησ. τῆς πονηρίας. 13, 49. 15, 19. 18, 32. Luc. 6, 35. 45. 11, 13. Act. 17, 5. 1 Thess. 5, 22 vid. εἶδος. 2 Thess. 3, 2. Iac. 2, 4. (vid. *Διαλογισμός.*) (Esth. 7, 6. Deut. 28, 20. Sir. 14, 5. 25, 16. 25. Ioseph. ant. 2, 3. 1.) — πνεύματα πονηρά, genii malevoli, homines vexantes, iis nocendi cupidi, Matth. 12, 45. Luc. 7, 21. 8, 2. 11, 26. Act. 19, 12. 13. 15. 16. (1 Sam. 16, 14—23. 18, 10. 19, 9. Hos. 12, 1.) — Hinc ὁ πονηρός dicitur κατ' ἐξοχὴν *Satanas,* quatenus hominum miseriae est studiosissimus, Matth. 5, 12 ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν, malignum illum, quem nostis, habet auctorem. cap. 13, 19. 38. coll. v. 39. Eph. 6, 16. 1 Io. 2, 13. 14. 3, 12. 5, 18. 19. (Act. Thom. §. 45. Bar-

nab. epist. c. 21.) — Io. 17, 15 ἐκ τοῦ πονηροῦ, a Satanae insidiis; alii: a peccato; alii: a miseria; eademque explicationis diversitas est in verbis ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, Matth. 6, 13. [Luc. 11, 47.] — τὸ πονηρόν, *malevolentia, malignitas*, Rom. 12, 9. 2 Thess. 3, 3. — ὀφθαλμὸς πονηρός, *invidia*, quae aliis male cupit, bona eis invidet, Matth. 20, 15. Marc. 7, 22. (Sir. 34, 24 πονηρὸς ἐπ' ἄρτῳ. ib. 14, 10. Test. XII patr. p. 624 οὐδὲ πονηρὸς καὶ βάσκανος τῷ πλησίον μου.)

3) significatione reflexiva: *sua natura inutilis, pravus, malus;* de rebus physicis, ὀφθαλμὸς πονηρός, Matth. 6, 23. Luc. 11, 34. — καρποί, Matth. 7, 17. 18. — de moribus: corruptus, malus, depravatus, malae indolis, γενεὰ πονηρά, Matth. 12, 39. 45. 16, 4. 22, 10. Luc. 11, 29. Iac. 4, 16. (Ies. 1, 4. 9, 17. 14, 20.) — ὁ πονηρός, *scelestus, flagitiosus*, 1 Cor. 5, 13. 2 Tim. 3, 13. (Deut. 21, 21.) — συνείδησις πονηρά i. e. πονηρίας, conscientia delictorum commissorum, Hebr. 10, 22. — ἔργα πονηρά, facta iniqua, Io. 3, 19. 7, 7. Col. 1, 21. 2 Tim. 4, 18. 1 Io. 3, 12. 2 Io. v. 11. coll. Act. 18, 14. 1 Tim. 6, 4. — τὰ πονηρά, *iniqua*, Matth. 9, 4. scelera, Marc. 7, 23. Luc. 3, 19. Act. 28, 21. (Num. 14, 36. Iudith. 8, 7. Gen. 6, 5. 8, 21. Deut. 17, 2. 2 Reg. 21, 2. 20.) — Luc. 6, 22 ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρόν, vid. Ἐκβάλλω fine. — De officio: *ignavus, officium deserens*, Matth. 25, 26. Luc. 19, 22. — Hebr. 3, 12 καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, mens ignava, prona ad deficiendum a Deo. (Sir. 42, 6.) *.

Πονηρότερος, έρα, ον, (compar. a πονηρός) *malignior*, Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. vid. Πονηρός.

Πόνος, ου, ὁ, (a πένομαι, perf. πέπονα, laboro) — LXX pro עָמָל, יְגִיעַ, אָוֶן — 1) *labor* cum molestia coniunctus, labor i. e. *aerumna, molestia*, (Hab. 1, 3. Ps. 90, 10. Ier. 20, 18.) — *dolor*, Apoc. 21, 4. (Ies. 65, 14. Gen. 41, 51. ib. 34, 25 εἶναι ἐν πόνῳ, dolere, pro כְּאֵב. Test. XII patr. p. 707.) — *cruciatus*, Apoc. 16, 10. 11. (Iob. 4, 5. coll. Ies. 1, 5. Ier. 6, 7 ubi pro חֳלִי. 4 Macc. 1, 9 ἕως θανάτου πόνον (cruciatum) ὑπεριδόντες.) — 2) *labor*, i. e. *studium* cum molestia et laboribus coniunctum; Col. 4, 13 πολὺν πόνον ἔχει ὑπὲρ ὑμῶν, magno fertur studio in vos, quo laborat in vestrum commodum. (Textus vulg. habet ζῆλον pro πόνον, ex interpretamento.) Hesych. πόνος· σπουδή, ἐπίτασις. Hom. Iliad. 2, 291. 6, 355. Aesch. Socr. dial. 1, 11. coll. Sap. 3, 15. Ioseph. ant. 3, 2. 3. ib. 2, 16. 1.) *.

Ποντικός, ή, όν, *Ponticus, Ponto oriundus*, Act. 18, 2. *.

Πόντιος, ίου, ὁ, *Pontius*, praenomen familiae procuratoris Iudaeae, cui cognomen erat *Pilatus*, vid. Πιλάτος. — Matth. 27, 2. Luc. 3, 1. Act. 4, 27. 1 Tim. 6, 13. *.

Πόντος, ου, ὁ, *Pontus*, provincia in Asia minori orientali, terras ad Pontum Euxinum iacentes complexa, sub Augusto in tres partes (Pontum Galaticum, Polemoniacum et Cappadocium) divisa, a Nerone postea (Sueton. Ner. 18) in provinciam redacta. — Act. 2, 9. 1 Petr. 1, 1. *.

Πόπλιος, ίου, ὁ, *Publius*, nom. pr. viri. Act. 28, 7. 8 commemorati, praeterea ignoti.

Πορεία, ας, ἡ, (a πορεύω) 1) *iter, via;* — (Nah. 2, 5. Ier. 18, 15. Tob. 7, 8. Ion. 3, 3. 4.) — ποιεῖν πορείαν, iter facere, Luc. 13, 22. (2 Macc. 3, 8. 12, 10. Ioseph. vit. §. 11 et 52.) — 2) ex hebraismo, ubi verba eundi migrandique ad vitam transferuntur: *vita;* πορεῖαι, vitae vicissitudines, vel: opera, quae aliquis peragit, Iac. 1, 11. vid. Ὁδός. (Evang. Nicod. p. 81 ἄνδρες εὐπορείας, viri bene morati.) *.

Πορεύω, (a πόρος, vadum, transitus per fluvium, mare; hinc iter per mare, transitus in alium locum; iter, via) transporto. Eurip. Med. v. 180. Aelian. V. H. 8, 2. — Πορεύομαι, fut. med. πορεύσομαι, aor. 1. med. ἐπορευσάμην (semel Iac. 4, 13 ubi *Griesb.* ex optimis libris reposuit πορευσώμεθα, pro vulg. πορευσόμεθα, partic. perf. pass. πεπορευμένος, aor. 1. pass. ἐπορεύθην, LXX pro הָלַךְ Kal et Hithp. et יָלַךְ — proprie: transporto me, i. e. 1) *confero me*, seq. εἰς, Matth. 28, 16. Luc. 1, 39. 2, 41. 4, 42. 7, 11. 9, 51. 56. 57. 22, 39. 24, 13. Io. 7, 35. 8, 1 et passim. Luc. 9, 53 τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερ. (2 Sam. 17, 11.) vid. v. 53 ubi τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερ. — *iter facio*, Matth. 12, 1. Luc. 17, 11. 19, 12. Act. 9, 3. 16, 7. — *iter continuo*, Luc. 19, 36. Act. 8, 36. 39 et passim. — πορεύομαι πρός τινα, me confero ad aliquem, Matth. 10, 6. 23, 14. Luc. 11, 5. 15, 18. 16, 30. Io. 14, 12. 28. Act. 27, 3. 28, 26. (Gen. 26, 26.) — seq. ἐπί Matth. 22, 9. Luc. 15, 4. Act. 9, 11. 17, 14. 23, 12. (Ies. 22, 15.)

2) *eo, vado*, Act. 8, 26. — ἔμπροσθέν τινος, Io. 10, 4. (Ios. 3, 6.) — *discedo, abeo, fortgehen, hingehen*, Matth. 8, 9. 19, 15. 22, 15. Luc. 4, 30. 13, 31. 17, 19. Io. 4, 50. Act. 24, 25 et saepius. — seq. εἰς Matth. 17, 27. 21, 2. Marc. 16, 12. 16, 15. abire in coelum, Act. 1, 10. 11. 1 Petr. 3, 22. in infernum, Act. 1, 25. sive etiam e vita, εἰς θάνατον, ut Luc. 22, 22. 23. coll. Sap. 3, 3. et hebr. הָלַךְ Ps. 39, 14. Gen. 15, 2. — seq. infinitivo, Matth. 28, 9. Luc. 2, 3. 14, 19. 31. Io. 14, 2. (Gen. 23, 32. 37, 25.) semel seq. ἵνα Io. 11, 11. — Hebraicum: πορεύου εἰς εἰρήνην, Luc. 8, 48. (1 Sam. 20, 13.) sive ἐν εἰρήνῃ, Act. 16, 36. vid. Εἰρήνη. — *exeo*, Matth. 10, 7. 12, 45. 28, 19. (LXX pro בּוֹא Num. 32, 6.) — Ex hebraismo verbo activo, in quo est motus personae, ut actio plenius describatur, iungitur participium πορευόμενος s. πορευθείς, Matth. 2, 8. 11, 4. 27, 66. 25, 16. 28, 7. Luc. 8, 14. 9, 13. 52. 14, 10. 15, 15. 17, 14. 1 Petr. 3, 19. (Ioseph. ant. 7, 13. 1 προσέταξεν Ἰωάβῳ πορευθέντι τὸν ὄχλον ἐξαριθμῆσαι.) Hoc participium s. imperativus πορεύου καί est etiam adhortantis: *age;* Matth. 9, 13 πορευθέντες δὲ μάθετε. Luc. 10, 37 πορεύου καὶ σὺ ποίει ὁμοίως. (2 Reg. 5, 10. Ios. 23, 16. 2 Sam. 3, 1. 1 Reg. 9, 6. Sir. 31, 26.)

3) ex hebraismo: πορευ. ὀπίσω τινός, pro ἀκολουθεῖν, ἕπεσθαί τινι, *sequi aliquem*, Luc. 21, 8. vid. Ὀπίσω. — *vivo, vitam instituo, ago*, seq. ἐν, Luc. 1, 6 ἐν ταῖς ἐντολαῖς. 1 Petr. 4, 3 πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις. 2 Petr. 2, 10. (Dan. 4, 34. 1 Reg. 11, 33. 38. Prov. 28, 6. Deut. 29, 19.) — seq. dativo absque praepositione; Act. 9, 31 τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου. Act. 14, 16 ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, vivere suo more. Iud. v. 11. (Prov. 28, 26. 1 Macc. 6, 59.) — seq. κατά, 2 Petr. 3, 3. Iud. v. 16. 18. (Num. 24, 1. Sir. 25, 26. Sap. 6, 4.) — *ago, negotia, officia perago;* ita videtur Luc. 13, 33 accipiendum esse. Alii: obambulo et doceo.

Πορθέω, ῶ, aor. 1. ἐπόρθησα, (a πέρθω, perf. πέπορθα, Latinor. perdo) *everto, devasto;* Act. 9, 21 πορθήσας τοὺς ἐπικαλ. qui e medio tollere studuit pios cultores. Gal. 1, 13. (Hom. Iliad. 4, 308. Od. 14, 264. Ioseph. ant. 10, 8. 2 πορθήσαντες τὰ Ἱεροσόλυμα. id. de bell. 4, 9. 9.) *.

Πορισμός, οῦ, ὁ, (a πορίζω, efficio, comparo, acquiro) *acquisitio, quaestus, lucrum*, Sap. 13, 19. 14, 2. Philo de opif. m. p. 29. Test. XII patr. p. 625. — in N. T. *lucri fons;* bis: 1 Tim. 6, 5. 6. *.

Πόρκιος, ίου, ὁ, *Porcius*, nomen *Festi* praesidis Iudaeae; Act. 24, 27. vid. Φῆστος. *.

Πορνεία, ας, ἡ, (a πόρνη) — LXX pro זְנוּת, זְנוּנִים, תַּזְנוּת — 1) *scortatio, stuprum;* — de *venere illicita* universe, Matth. 15, 19. Marc. 7, 21. Rom. 1, 29. 1 Cor. 6, 13. 18. 7, 2 διὰ τὰς πορνείας, ad vitandas scortationes. 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. Eph. 5, 3. Col. 3, 5. 1 Thess. 4, 3. Apoc. 9, 21. — de adulterio, Matth. 5, 32. 19, 9. (Sir. 23, 23.) Io. 8, 41 ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα, non adulterini, i. e. non geniti sumus ab Abrahamo ex ancilla, nec igitur destituti favore et promissionibus Dei. — *de incestu* sive rectius de matrimonio incesto, (vid. Γυνή) in quo concubitus est sua natura illegalis, 1 Cor. 5, 1. — Ita etiam de venere, quae *sua natura* illicita et turpis habetur Act. 15, 20. 29. 21, 25. ubi sermo est de praeceptis legis mosaicae, quae leguntur Lev. 18. de matrimonio in gradu prohibito, et ibid. cap. 20, 10—23 de adulterio, incestu, paederastia, concubitu cum brutis etc. Referendum enim est decretum apostolicum ad legem mosaicam et ea eiusdem praecepta, quae Apostoli voluerunt a Christianis e gentibus quoque observari. Alii πορνείαν hic de idololatria, matrimonio cum homine idololatriae dedito, scortationibus in sacris gentilium, venere illicita universe, alioque modo interpretati sunt. — 2) ex hebraismo, ubi gens israelitica sponsa sive uxor Dei cogitatur, fide sanctissima ad Deum colendum adstricta, tropice: *idololatria*, quia per eam fides Deo data fallatur, ut in adulterio fides marito data. Apoc. 2, 21. coll. v. 20. ib. cap. 14, 8. 17, 2. 4. 18, 3. 19, 2 ubi autem vitia cum idololatria coniuncta, potissimum scortationes non excluduntur. vid. e V. T. Hos.

2, 3—5. 5, 3. Ier. 2, 20. Mich. 1, 7. Ezech. 23. Sap. 9, 5. c. 14, 12 ἀρχὴ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων. *.

Πορνεύω, aor. 1. ἐπόρνευσα, (a πόρνη) — LXX pro זָנָה — 1) *scortor, fornicor*, 1 Cor. 6, 18. — 2) ex hebraismo tropice: *idololatria me inquino*, 1 Cor. 10, 8. (Num. 25.) Apoc. 2, 14. 20. 17, 2. 18, 3. 9. (1 Chron. 5, 25. Ps. 73, 27. Ier. 3, 6. Ezech. 23, 19. Hos. 9, 1.) vid. Πορνεία.

Πόρνη, ης, ἡ, (a περνάω s. πέρνημι, vendo) propr. quae lucri causa stuprum patitur; *prostibulum, scortum muliebre, meretrix*; hebr. זוֹנָה Luc. 15, 30. (Prov. 29, 3.) 1 Cor. 6, 15. 16. Hebr. 11, 31. Iac. 2, 25. (Ios. 2, 1. 6, 17. 23. 25.) — Matth. 21, 31. 32 οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι, sensus: homines utriusque sexûs abiectissimi perditissimique. — (Gen. 34, 31. 38, 15. 21. Iud. 16, 1.) — Ex hebraismo Babylon dicitur Apoc. 17, 1. 5. 15. 16. 19, 2 ἡ πόρνη μεγάλη, i. e. sedes primaria idololatriae; vid. Πορνεία et Πορνεύω.

Πόρνος, ου, ὁ, vi etymi (vid. Πόρνη) proprie is, qui lucri causa corpus suum libidini alterius prostituit; — *scortator*; — *homo veneri illicitae indulgens*, 1 Cor. 5, 9. 10. 11. 6, 9. Eph. 5, 5. 1 Tim. 1, 10. Hebr. 12, 16. 13, 4. Apoc. 21, 8. 22, 15. (Sir. 23, 16. 17.) **.

Πόῤῥω, adv. Latin. porro; — *porro, longe, procul*; πόῤῥω ἀπέχει, procul abest; sensus: me plane non veneratur, Matth. 15, 8. Marc. 7, 6. Ies. 29, 13 ubi רָחַק. vid. etiam Ies. 65, 5. Iob. 22, 18. — πόῤῥω ὤν, Luc. 14, 32. (LXX pro רָחוֹק Ies. 66, 19. coll. Ies. 25, 26. Iob. 5, 4. 11, 14. Ioseph. ant. 7, 4. 1 οὐ πόῤῥω τῆς πόλεως.) *.

Πόῤῥωθεν, (a πόῤῥω) adv. *e longinquo, procul*; Luc. 17, 12 ἔστησαν πόῤῥωθεν. Hebr. 11, 13 πόῤῥ. αὐτὰς (ἐπαγγελίας) ἰδόντες. — (Iob. 2, 12. Ies. 43, 6. 49, 12. 33, 17. Ier. 23, 23. Ioseph. de bell. 3, 6. 1 πόῤῥωθεν βάλλειν (τὰ βέλη.) *.

Ποῤῥωτέρω, (comparat. a πόῤῥω) *ulterius, longius*; Luc. 24, 28 ποῤῥωτέρω πορεύεσθαι, ulterius progredi, iter continuare. (Ioseph. bell. prooem. §. 2 τοὺς ποῤῥωτάτω, remotissimos.) *.

Πορφύρα, ας, ἡ, 1) purpura, murex, die Purpurschnecke; Arist. hist. an. 5, 25. — 2) color purpureus, qui ex purpura comparatur; — *pannus purpureo colore tinctus*, LXX pro אַרְגָּמָן, chald. אַרְגְּוָנָא Apoc. [17, 4.] 18, 12. (Exod. 25, 4. 26, 1. 31. 1 Macc. 4, 23 πορφύρα θαλάσσια. Ioseph. bell. 6, 8. 3.) — *vestimentum purpureum*; ἐνδύειν πορφύραν Marc. 15, 17. 20. Luc. 16, 19 ubi autem color purpureus cum *coccineo* permutatus esse videtur. (Dan. 5, 7. 18. 31. 2 Macc. 4, 38. 3 Esdr. 3, 6.) *.

Πορφύρεος, οῦς, έα, ᾶ, εον, οῦν, (a πορφύρα) *purpureus, purpura tinctus*, Apoc. 17, 4 περιβεβλημένη πορφυροῦν intell. περιβόλαιον. ib. 18, 16. — *coccineus*, ob similitudinem coloris, Io. 19, 2. 5. coll. Matth. 17, 28. 31. — LXX pro אַרְגָּמָן Iud. 8, 26. Esth. 1, 6. 8, 15. Epist. Ier. v. 12. *.

Πορφυρόπωλις, εως, ἡ, (ex πορφύρα et πωλέω) *purpurae, s. panni purpureo colore tincti venditrix*; Act. 16, 14. *.

Ποσάκις, adv. *quoties*; Matth. 18, 21. 23, 37. Luc. 13, 34. (2 Chron. 18, 15. Sir. 20, 17.) *.

Πόσις, εως, ἡ, (a πίνω, perf. pass. 2. pers. πέποσαι) *potus*; Io. 6, 55 ἀληθῶς ἐστι πόσις pro πόσις ἀληθινή, verus, salutaris potus est, vitam aeternam efficiens. — βρῶσις et πόσις, Rom. 14, 17. Col. 2, 16 cibus et potus, de nutrimentis omnibus. — (Dan. 1, 10 pro מִשְׁתֶּה. Hom. Iliad. 1, 496.) **.

Πόσος, η, ον, (ab ὅσος) *quantus*, a) de quantitate: *quot, wie viel?* Matth. 15, 34 πόσους ἄρτους ἔχετε. 16, 9. 10. Marc. 6, 38. 8, 5. 19. 20. 9, 21 πόσους χρόνους, quot tempus, quamdiu. Luc. 15, 17. Act. 21, 20. (2 Sam. 19, 34.) — πόσον, quot? Luc. 16, 5. 7. (3 Esdr. 8, 78.) — b) de qualitate: *quantus*, i. e. *quam magnus, wie gross?* Matth. 6, 23. 2 Cor. 7, 11. (Sap. 12, 21 μετὰ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας.) — πόσα, quanta, quam gravia. Matth. 27, 13. Marc. 15, 4. — πόσῳ, *quanto*, Matth. 12, 12. — πόσῳ μᾶλλον, *quanto magis*, Matth. 7, 11. 10, 25. Luc. 11, 13. 12, 24. 28. Rom. 11, 12. 24. Phil. v. 16. Hebr. 9, 14 et 10, 29 ubi μᾶλλον intelligendum est. *.

Ποταμός, οῦ, ὁ, (a ποτάζω, bibendum praebeo) — LXX pro יְאֹר, נָהָר et passim pro נַחַל — 1) aqua fluens et quidem potabilis (Ioseph. ant. 3, 1. 7); de aquis maris enim vix dicitur, sed de aquis fluviorum et fontium; nostrum *Gewässer*. (Ios. 1, 4.) Ita ποταμός Luc. 6, 48. 49. et ποταμοί Matth. 7, 25. 27 de aquis inundantibus ex imbre ortis. (Ies. 59, 19.) Neque aliter videtur esse intelligendum 2 Cor. 11, 26 κινδύνοις ποταμῶν, periculis quae in itineribus terrestribus a fluviis eorumque exundationibus passus sum. (Alii de navigationibus apostoli cogitant, ut ποταμοί essent fluctus maris; coll. Sap. 5, 22.) — Tropice Io. 7, 38 ποταμοί, aqua potabilis promanans, imago doctrinae salutaris vel ratione naturae suae (Ies. 55, 1. Zach. 14, 8) salutaris, vel copiae et multitudinis (Sir. 39, 22. 47, 14. Ier. 46, 7.) — coll. Sir. 24, 30 sqq. — 2) *fluvius, flumen*, Marc. 1, 5. Act. 16, 13. Apoc. 8, 10. 9, 14. 12, 15. 16. 16, 4. 12. 22, 1. 2. (Gen. 2, 10. 13. 14. 41, 1. 2. 3.) *.

Ποταμοφόρητος, ον, (ex ποταμός et φορέω i. q. φέρω) *qui ab aquis fluvii, a flumine fertur, abripitur*; ἅπαξ λεγόμενον N. T. Apoc. 12, 15.

Ποταπός, ή, όν, (melioris notae Graeci ποδαπός scripserunt, (vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 56. et *Fritzch.* in Comment. II, p. 554 sq. quod est pro ἐκ ποίου δάπου, e quanam terra s. regione, cuias; seriores Graeci etiam ποταπός, mutata δ in τ, neque solum usurparunt de loco et genere, sed etiam de qualitate et indole rei, pro ποῖος, igiturque in N. T. est: *qualis*, i. e. a) *cuius generis*, s. *qualitatis*, Luc. 1, 29. Luc. 7, 39. (Ioseph. ant. 7, 4. 1 ποδαπὸν ἔσται τὸ τῆς μάχης τέλος; et ποταπός, Ioseph. ant. 17, 9. Dionys. Halic. ant. 4. 66.) — b) *quantus*, Matth. 8, 27 ποταπός ἐστιν οὗτος. Marc. 13, 1 ποταποὶ λίθοι (vid. Λίθος.) 1 Io. 3, 1. (Demosthen. 1309, 6. eodem sensu ποδαπὴ ἦν et cum τ, Ioseph. c. Apion. 1, 28 ποταποί τινές εἰσι.) 2 Petr. 3, 11. 12 ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς, quanti debetis iam esse in sanctitate morum, i. e. quantopere necesse est ut studeatis sanctitati vitae. — (In V. T. non legitur. Dion. Halic. Ant. 4, 66. Diog. Laert. 6, 55.) *.

Πότε, adv. 1) interrogandi: *quando?* — de futuro Matth. 24, 3. Marc. 13, 4. 33. 35. Luc. 12, 36. 17, 20. 21, 7. Apoc. 6, 10. de praeterito, Matth. 25, 37. 38. 39. 44. Io. 6, 25. (LXX pro עַד־מָתַי 1 Sam. 1, 14. 2 Sam. 2, 26.) — ἕως πότε, *quousque*, Matth. 17, 17. Marc. 9, 19. Luc. 9, 41. Io. 10, 24. (LXX pro עַד־מָתַי Ps. 80, 5. 90, 13.) — 2) determinationis: *quo tempore, quando*, Luc. 12, 36 προσδεχόμενοι τὸν κύριον, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων. Ioseph. ant. 7, 10. 1 μένειν, πότ᾽ ἐπ᾽ αὐτὸν ὁ Ἀβεσσάλωμος ἔλθῃ.) *.

Ποτέ, 1) adv. *aliquando, olim*; de praeterito, Io. 9, 13. Rom. 7, 9. 11, 30. Gal. 1, 13. 23. Eph. 2, 2. 3. 11. 13. 5, 8. Col. 1, 22. 3, 7. Tit. 3, 3. Phil. v. 11. 1 Petr. 2, 10. 3, 5. 20. — de futuro, Luc. 22, 32. Rom. 1, 10. — 2) particula enclitica, respondens Latinorum: *tandem, unquam, demum*, nostro: *wohl, je, endlich*; 1 Cor. 9, 7 τίς στρατεύεται ποτέ, quis unquam etc. Gal. 2, 6 ὁποῖοί ποτε ἦσαν, quanticunque demum sint. Eph. 5, 29. Phil. 4, 10 ἤδη ποτέ, nunc tandem. 1 Thess. 2, 5 οὔτε γάρ ποτε. Hebr. 1, 5. 13. 2 Petr. 1, 10. 21. (4 Macc. 1, 14 διακρίνωμεν δέ, τί ποτέ ἐστιν λογισμός. Ioseph. c. Apion. 1, 29 διὰ τί ποτ᾽ ἄν, cur tandem? Idem ant. 1, 11. 2. 3 Esdr. 8, 72.)

Πότερος, έρα, ον, *uter*; — neutr. πότερον, *utrum*; — πότερον — ἤ, *utrum — an*, Io. 7, 17. (Ioseph. ant. 6, 5. 1.) (LXX pro הֲ *num?* Iob. 7, 12. 13, 7. 11. 15, 2.) *.

Ποτήριον, ίου, τό, (neutrum a ποτήριος, ad poculum spectans, quod a πίνω) hebr. כּוֹס, *poculum* e quo bibitur, quod ad bibendum porrigitur; Matth. 10, 42. (Ier. 16, 6.) 23, 25 sqq. 26, 27. Marc. 7, 4. 8. 9, 41. 14, 23. Luc. 11, 39. 22, 17. 20. 1 Cor. 10, 16. 11, 25. 28. Apoc. 17, 4. — metonymice de vino, quod in poculo est, Luc. 22, 20. 1 Cor. 11, 25. 26. (Prov. 23, 31.) 1 Cor. 10, 21 ποτήρ. κυρίου et ποτήρ. δαιμον., vinum e poculo bibere in Dei — in idolorum honorem. ib. v. 27. — Ex hebraismo poculum a Deo hominibus porrectum est *sors* homini a Deo definita, (Ier. 23, 32 sqq.) diciturque in utramque partem, quum de sorte bona (Ps. 16, 5. 23, 5. Ps. 116, 13. ποτήριον σωτηρίου) tum de mala (Ps. 11, 6. 75, 8. Ies. 51, 17. 22. Ier. 25, 15.) — Ita in N. T. de sorte acerba, morte violenta Christi, Matth. 20, 22. 23. 26, 39. 42. Marc. 10, 38 sqq. 14, 36. 22, 42. Io.

18, 11. — et de poenis divinis, Apoc. 14, 10. 16, 19. 18, 6 vid. Θυμός et Ὀργή. *.

Ποτίζω, aor. 1. ἐπότισα, perf. πεπότικα [Apoc. 14, 8.] aor. 1. pass. ἐποτίσθην [1 Cor. 12, 13], (a πότος) LXX pro הִשְׁקָה, *bibendum do, poto*, cum duplici accusativo et rei, et personae; Matth. 10, 42. 25, 35. 37. 42. 27, 48. Marc. 9, 41. 15, 36. Luc. 13, 15. Rom. 12, 20. Apoc. 14, 8. (Gen. 19, 32 sqq. 24, 16 sqq. 29, 2.) — tropice de institutione salutari, 1 Cor. 3, 2 γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα, (ubi zeugma agnoscendum est, quum ποτίζειν tantum de lacte, non de cibo dici possit, vid. *Win.* Gr. p. 540.) (Sir. 15, 3 ὕδωρ σοφίας ποτίσει αὐτόν.) — *irrigo*, de aquis, quae plantas alunt, (proprie Gen. 2, 6. 10. Ezech. 17, 7. 32, 6.) tropice: de institutione salutari, qua crescit ecclesia tanquam planta, (Ps. 1, 3.) 1 Cor. 3, 6 — 8. 1 Cor. 12, 13 εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν, i. e. uno eodemque spiritu imbuti sumus, ab eodem regimur. (coll. Ies. 29, 10.) *.

Ποτίολοι, ων, οἱ, *Puteoli*, *orum*, urbs Campaniae in Italia ad mare tyrrhenum sita, antea Δικαιάρχεια, postea Puteoli, nunc *Puzzuolo* appellata; Act. 28, 13.

Πότος, ου, ὁ, (a πίω, bibo) potio, (Hom. Iliad. 11, 630); potatio, (Ioseph. ant. 7, 7. 5.) — *compotatio*, *convivium*, 1 Petr. 4, 3. (LXX pro מִשְׁתֶּה Gen. 19, 3. 40, 20. Iud. 14, 10. 12. 17. Esth. 1, 5. 9. 2, 18. Ioseph. ant. 5, 8. 6.) *.

Πού, particula enclitica, quae scribitur sine accentu, 1) *usquam*, *alicubi*; Hebr. 2, 6 διεμαρτύρετο δέ πού τις. ib. 4, 4. 4. Hom. Od. 1, 197. 8, 255. Ioseph. de bell. 6, 3. 3.) — 2) numeralibus additum est: *fere*, *circiter*, Rom. 4, 19. (Aelian. V. H. 13, 4.)

Ποῦ, ad initium orationis, adverb. interrogandi: *ubi*, *quo*, i. e. a) *quonam in loco*, *wo?* Matth. 2, 2. 4. 8, 20. 26, 17. Marc. 14, 12. 14. Luc. 9, 58. 17, 17. 12, 9. 22, 11. Io. 1, 39. 40. 9, 12. 11, 57. 1 Petr. 4, 18. Apoc. 2, 13. (LXX pro אֵי, אַיֵּה Gen. 4, 9. 18, 9.) — ποῦ ἐστι, quaerit proprie de eo, qui non adest; tum etiam de eo, qui nullus est, non praestat, quod praestare debet, nostrum: *wo bleibt?* Luc. 8, 25 ποῦ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν, ubi est i. e. cur nulla nunc est vestra fides? Luc. 17, 37 ποῦ intell. ἔσται, ubi erit s. eveniet, i. e. nunquam hoc eveniet. Io. 7, 11 ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος, cur iste non adest? c. 8, 10. v. 19 ποῦ ἐστιν ὁ πατήρ σου, ubi est μαρτυρία patris tui, i. e. nullum adest, nullum conspicitur testimonium Dei. (coll. 2 Reg. 2, 14. 18, 34. Ps. 42, 3.) Rom. 3, 27. 1 Cor. 1, 20. 12, 17. 19. 15, 55. (Hos. 13, 14.) 2 Petr. 3, 4. (Iudic. 9, 38. Iob. 17, 15. Ioel. 2, 17. Mal. 1, 6. 2, 17.) — b) cum verbis motum indicantibus pro ποῖ, *quem in locum*, *wohin?* Luc. 12, 17. Io. 3, 8. 7, 35. 8, 14. 11, 34. 12, 35 sqq. 14, 5. 16, 5. 20, 2. 13. 15. Hebr. 11, 8. 1 Io. 2, 11. (LXX pro אָנָה Gen. 16, 8. 32, 17. Deut. 1, 28. 2 Sam. 2, 1. Cant. 5, 17.) *.

Πούδης, εντος, ὁ, *Pudens*, nomen pr. viri, 2 Tim. 4, 21 commemorati.

Πούς, [non ποῦς scribendum est, vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 765. *Win.* Gr. §. 6] ποδός, ὁ, hebr. רֶגֶל, *pes*; de pedibus hominum, Matth. 18, 8. 22, 13. Luc. 15, 22. et brutorum Matth. 7, 6. tribuunturque ἀνθρωποπαθικῶς quoque Deo, Matth. 5, 35. (Ies. 66, 1) vid. Ὑποπόδιον. — Παρὰ τοὺς πόδας τινός reponi dicuntur, quae alicuius traduntur curae vel potestati, Matth. 15, 30. Act. 4, 35. 37. 5, 2. 7, 58. (Ies. 41, 2.) — παρὰ τοὺς πόδας τινός sedere dicuntur discipuli, magistrum audientes, Luc. 8, 35. 10, 39. Act. 22, 3. — Ὀπίσω παρὰ τοὺς πόδας, Luc. 7, 38 a tergo ad pedes. (Solebant enim ita iacere in tricliniis, ut, versus mensam cubitis sinistris innixi, dextera manu cibos caperent, pedes vero in exteriorem partem protenderent.) — ad pedes alicuius procidere, ex more orientalium et supplicantis est, Matth. 18, 29. Marc. 5, 22. 7, 25. et gratias agentis Luc. 17, 16. et venerantis, Io. 11, 32. Apoc. 3, 9. 19, 10. 22, 8. pedes autem amplecti, osculari (Esth. 3, 2.) amantis et colentis; Matth. 28, 9. Luc. 7, 38. Io. 11, 2. 12, 3. — Advenis, hospitibus et dominis pedes vel a puero vel ab hero lavabantur, Luc. 7, 44. Io. 13, 5 — 14. 1 Tim. 5, 10. (Gen. 18, 4. 19, 2. 24, 32.) — Ὑπὸ τοὺς πόδας τινός dicuntur dari, quae alicui subiiciuntur, Rom. 16, 20. 1 Cor. 15, 25. 27. Eph. 1, 22. Hebr. 2, 8. 10, 13. (Ios. 10, 24. Ps. 8, 7. 110, 2.) — Ex hebraismo οἱ πόδες τινός dicuntur pro homine eunte, currente, quod iterum pro agente, peragente aliquid, vivente; Luc. 1, 79 κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης, pedes i. e. nos euntes dirigere in viam salutis; sensus: nos ducere ad salutem. (Ps. 119, 101. Sir. 51, 15.) — Act. 5, 9 οἱ πόδες τῶν θαψάντων, i. e. sepelientes accedentes, properantes. Rom. 10, 15 οἱ πόδες τῶν εὐαγγ. Rom. 3, 15 ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα, proni sunt ad caedes. (1 Reg. 18, 41. 14, 12. Ios. 3, 15. Prov. 1, 16. Iob. 31, 5. Ies. 52, 7.) Hebr. 12, 13 τροχιὰς ποιεῖν τοῖς ποσίν. (Prov. 4, 26.)

Πρᾶγμα, τος, τό, (πράσσω, perf. pass. πέπραγμαι) — LXX pro דָּבָר, proprie: *id quod peractum est*, *factum*, die That; Iac. 3, 16. 1 Chron. 21, 7. 8. 1 Macc. 7, 3. 2 Macc. 1, 33. 34.) — *res in facto posita*, *die Thatsache*, *Sache*, Hebr. 6, 18 διὰ δύο πραγμάτων videlicet factam promissionem et datum iusiurandum. Hebr. 10, 1. 11, 1. (Gen. 24, 50. Lev. 5, 2. Iud. 19, 19. Sir. 11, 9. Test. XII patr. p. 565.) — *res gesta*, *Begebenheit*, Luc. 1, 1. — Deinde — 2) *res quae peragitur adhuc*, vel *peragenda est*, Matth. 18, 19. Act. 5, 4. (Pind. Ol. 7, 84.) — *negotium*, Rom. 16, 2. 2 Cor. 7, 11. 1 Thess. 4, 6. (Eccles. 3, 1. Xenoph. de rep. 3, 2.) — sensu forensi: *res* i. e. *causa*, 1 Cor. 6, 1. (Xenoph. mem. 2, 9. 1.) *.

Πραγματεία, ας, ἡ, (a πραγματεύομαι) rei tractatio, peragere rem, ea occupari; (ut opere scribendo Ioseph. ant. prooem. §. 2. Xenoph. mem. 4, 7. 8.) — *negotium*, 2 Tim. 2, 4 ubi de mercatura videtur intelligendum, quo sensu etiam Rabbini hanc vocem suam fecerunt. — (LXX pro דָּבָר 1 Reg. 9, 15. חֵשֶׁק desiderium, 1 Reg. 9, 1. 19. 2 Macc. 2, 31.)

Πραγματεύομαι, aor. 1. med. ἐπραγματευσάμην, (a πρᾶγμα) verb. depon. med. occupatus sum in aliqua re, eam tracto, perago; (Ioseph. ant. 4, 6. 11 πραγματεύεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Aesch. dial. 2, 18.) — *negotior*; de eo qui pecuniam foenore agit, Luc. 19, 13.

Πραιτώριον, ιου, τό, latinum *praetorium*, (quod a *praetor*, propr. dux exercitus, belli dux;) 1) praetorium (intell. tentorium), tabernaculum ducis in castris. Porro, quum praetoris nomen etiam de magistratibus ius dicentibus, de praesidibus provinciarum, propraetoribus, diceretur. — 2) praetorium (intell. palatium): *domus*, *palatium*, *in quo propraetores et praesides provinciarum habitabant et ius dicebant*. Ita in N. T. Io. 18, 28. 33. 19, 9. (Evang. Nicod. apud *Birch.* p. 23. Fuit autem praetoris sedes in regia ab Herode M. exstructa in superiori urbis parte, quare etiam Act. 23, 35 πραιτώριον τοῦ Ἡρώδου dicitur. (Protevang. Iacobi apud *Birch.* p. 233. Vid. Παρεμβολή, et de regia Herodis, Ioseph. ant. 15, 9. 3. bell. 1, 21. 1 et 5, 4. 3. Act. Thom. §. 3 πραιτώρια βασιλικά. Ibid. §. 17. 18. 19 ubi modo πραιτώριον, modo παλάτιον.) — 3) transferebatur denique ad *castra cohortis praetorianae*, i. e. primae, cui praeire solebat praetor; et ita de castris ante praetorium Pilati Matth. 27, 27. Marc. 15, 16. — et de castris praetorianorum Romae Phil. 1, 13. — (*E. A. Schulze* diss. de praetorio Pilati. Francof. ad Viadr. 1756. 4. *Perizonii* diss. de origine, significatione et usu vocum Praetoris et Praetorii. Franequ. 1690. 8.) *.

Πράκτωρ, ορος, ὁ, (a πράσσω, perf. pass. 3. pers πέπρακται) 1) *factor*, der Thäter, (Sophocl. Trach. 862); — 2) *exactor*, qui debita a debentibus exigit, Luc. 12, 58. (Demosth. 778, 18 et 1337, 26. — LXX pro נֹגֵשׂ Ies. 3, 12. πράκτορες αἵματος, Aeschyl. Eumenid. v. 320. — ἀναπράξαι δίκας s. τιμωρίαν, Philo lib. 1. vit. Mos. p. 682. de Fort. p. 742.) *.

Πρᾶξις, εως, ἡ, (a πράσσω) 1) quod factum, peractum est, *factum*, *facinus*, in utramque partem, Matth. 16, 27. (Sir. 32, 19 ἕως ἀνταποδῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ. cap. 37, 16. Ioseph. bell. 1, 11. 6 πρᾶξις δεινή. Sap. 9, 11.) saepius in malam partem: *scelus*, Luc. 23, 51. (Ioseph. ant. 2, 3. 1.) Rom. 8, 13 τὰς πράξεις τοῦ σώματος. Col. 3, 9. (Ioseph. ant. 10, 4. 5 τὰς ἀσεβεῖς πράξεις. De coitu Test. XII patr. p. 530. coll. p. 524.) — *res gestae*, Act. 19, 18. — πράξεις τῶν ἀποστόλων, in inscriptione Actor. Apost. (LXX pro דֶּרֶךְ 2 Chron. 13, 22. 27, 7. 28, 26. Thucyd. 3, 114.) — 2) *negotium*, *opus*, *Verrichtung*, Rom. 12, 4. (Sir. 11, 10 μὴ περὶ πολλὰ ἔστωσαν αἱ πράξεις σου.) *.

Πρᾷος, ία, ον, (alii πρᾶος cum Iota subscr. scribi volunt, vid. *Win.* Gr. p. 48. §. 5. *Buttmanni* Gr. ampl. I, 261) i. q. πραΰς, quod deducunt a παρά et ἐΰς, bonus, ergo:

qui affinis est bono; *mitis, mansuetus, lenis,* Matth. 11, 29. (2 Macc. 15, 12. Ioseph. c. Apion. 1, 29.) *.

Πραότης, ητος, ἡ, (a πρᾶος) *lenitas, mansuetudo, moderatio, patientia,* 1 Cor. 4, 21. 2 Cor. 10, 1. Gal. 5, 23. 6, 1. Eph. 4, 2. Col. 3, 12. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 25. Tit. 3, 2. (LXX πραΰτης, Ps. 90, 10. et pro עֲנָוָה Ps. 45, 4. — Sir. 1, 26. 3, 17. Ioseph. bell. 6, 8. 2. Xenoph. cyrop. 2, 2. 9.) *.

Πρασιά, ᾶς, ἡ, *areola* in hortis, ein *Beet;* (Hom. Od. 7, 127. Aquila et Symm. Cant. 5, 14. 6, 1 pro עֲרוּגָה. Sir. 24, 31. Theophr. hist. plant. 4, 4.) Marc. 6, 40 ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαί, discubuerunt areolatim, per ordines formam areolarum habentes. Repetitio vocis ex hebraismo (Exod. 8, 10. 2 Reg. 3, 16. Iud. 5, 22) distributionem indicat, et πρασιαὶ πρασιαί est pro ἀνὰ πρασιάς. *.

Πράσσω, s. πράττω, aor. 1. ἔπραξα, perf. πέπραχα, partic. perf. pass. πεπραγμένος, (LXX pro עָשָׂה et פָּעַל). (Deducunt a περάω, transfero in aliam terram vendendi causa); 1) lucror, proficio, efficio aliquid in meum commodum, ut apud Homer. Iliad. 1, 562. 11, 552. 18, 357. 24, 550. — 2) *perago, ich verrichte, perficio;* utroque sensu 2 Cor. 5, 10. (Ios. 1, 7.) — quum de *honestis* actionibus, Act. 26, 20. Rom. 7, 15. 9, 11. Phil. 4, 9. (Prov. 13, 16.) — νόμον πράσσειν, praecepta legis peragere, Rom. 2, 25. — quae officii sunt, 1 Cor. 9, 17. 1 Thess. 4, 11 πράσσειν τὰ ἴδια, sua negotia agere, res suas curare. (Xenoph. mem. 2, 9. 1 πράττειν τὰ ἑαυτοῦ.) — πεπραγμένον, quod peractum est, res gesta, Act. 26, 26. — tum potissimum de actionibus *inhonestis; committo,* Luc. 22, 23. 23, 41. c. 23, 15 ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ, scelus ab eo commissum. Io. 3, 20. 5, 29. Act. 3, 17. 5, 35. 16, 28 σεαυτῷ κακόν. 17, 7. c. 19, 19 τὰ περίεργα πραξάντων. v. 36. 25, 11. 25. 26, 9. 31. Rom. 1, 32. 2, 1 - 3. 7, 19. 13, 4. 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 21. (Prov. 13, 10. 30, 20. Iob. 36, 23.) — *Πεπραγμένον ἐστὶ ἐμοί, commisi;* Luc. 23, 15. (Act. Thom. §. 48 κακὸν πρᾶγμα πέπρακταί μοι, commisi.) — 2) ut nostrum *machen* pro: *sich befinden, me habeo;* τί πράσσω, quomodo me habeam, quo fortuna utar, Eph. 6, 21. (Aelian. V. H. 2, 35. Ioseph. ant. 6, 9. 2.) — εὖ πράξετε, bene vobis erit, salvi eritis, Act. 15, 29. (2 Macc. 9, 19. 12, 43. Xenoph. mem. 1, 6. 8.) — 3) *exigo,* de vectigalibus, usura, Luc. 3, 13. 19, 23 σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό, cum usura eam recepissem. (Ioseph. ant. 9, 11. 1. et πράττειν ἀργύριον, τόκον saepissime apud profanos.) *.

Πραϋπάθεια, ας, ἡ, (ex πραΰς et πάσχω) *animi lenitas, mansuetudo;* semel 1 Tim. 6, 11 in optimis codd. πραϋπάθειαν pro πραότητα. Commendavit *Griesbachius,* receperunt *Lachmannus* et *Scholzius.* (Legitur etiam apud Philon. de Abrahamo p. 379. *Zonaras* Lex. c. 1576 πραϋπάθεια· ἡσυχία, πραΰτης.)

Πραΰς, εῖα, ΰ, genit. έος, είας, έος, (i. q. πρᾶος, quod vid.) *lenis, mitis, mansuetus, sanftmüthig;* Matth. 5, 5. 21, 5. 1 Petr. 3, 4. (LXX pro עָנִי Iob. 24, 4. Ies. 26, 6. Zach. 9, 9. et עָנָו Num. 12, 3. Ps. 37, 11. Sir. 10, 14. Polyb. 18, 20. 7.) *.

Πραΰτης, ητος, ἡ, (a πραΰς) *lenitas, mansuetudo, modestia,* Iac. 1, 21. 3, 13. 1 Petr. 3, 15. (Sir. 3, 17. 4, 8. 10, 28. 45, 4. — Ps. 45, 4 pro עֲנָוָה.) *.

Πρέπω, propr. emineo, conspicuus, excellens sum, (Aeschyl. Agam. 329. Choëph. 10.) — Deinde maxime impersonaliter: πρέπει, partic. πρέπον, impf. ἔπρεπε, *decet, convenit, decorum est,* seq. dativo Eph. 5, 3. 1 Tim. 2, 10. Tit. 2, 1. Hebr. 2, 10. 7, 26. (Ps. 33, 1. 93, 7.) — particip. πρέπον *honestum, decorum;* πρέπον ἐστί i. q. πρέπει, Matth. 3, 15. 1 Cor. 11, 13. (1 Macc. 12, 11 ὡς δέον ἐστὶ καὶ πρέπον μνημονεύειν ἀδελφῶν. 3 Macc. 7, 13.) *.

Πρεσβεία, ας, ἡ, (a πρεσβεύω) 1) dignitas, auctoritas; 2) praerogativa aetatis, aetas primogeniti, primogenitura, Pausan. 3, 1. 4 et 3, 3. 8. (Iosephus τὸ πρεσβεῖον, ant. 2, 1. 1.) — 3) *legatio,* et metonymice: *legati,* Luc. 14, 32. 19, 14. (2 Macc. 4, 11. Ioseph. de bell. 4, 11. 1. Xenoph. de Republ. Laced. 13, 10. Thucyd. 4, 118.) *.

Πρεσβεύω, (a πρέσβυς s. πρεσβεύς, quod est a πρέπω; propr. excellens dignitate, conspicuus auctoritate; deinde conspicuus aetate, aetate gravis, senior; denique quia ad legationes eligebantur homines aetate et auctoritate conspicui, legatus); 1) natu maior, senior sum, Herodot. 7, 2. — 2) *legatus sum, legatione fungor,* 2 Cor. 5, 20. Eph. 6, 20. (Ioseph. ant. 12, 4. 2 πρεσβεύειν πρὸς τὸ Πτολεμαῖον. ib. 3, 2. 1. Xenoph. cyrop. 5, 1. 1. Demosth. 421, 17.) *.

Πρεσβυτέριον, ίου, τό, (a πρέσβυς, compar. πρεσβύτερος) collegium τῶν πρεσβυτέρων, aetate gravium, et auctoritate pollentium, *presbyterium, senatus.* Ita a Luca, Evang. 22, 66. Act. 22, 5 synedrium magnum dicitur, ex sacerdote summo, viris pontificiis (vid. Ἀρχιερεύς) et legis peritis constans. — Transfertur 1 Tim. 4, 14 ad collegium seniorum in ecclesia aliqua christiana; vid. Πρεσβύτερος. (In V. T. legitur Susann. v. 50 in quibusdam editionibus pro πρεσβεῖον, munus seniorum, facultas iuris dicendi.)

Πρεσβύτερος, έρα, ον, (a πρέσβυς, gravis, senex, in honore constitutus) 1) *senior, aetate provectior,* i. e. a) *natu maior,* Luc. 15, 25 ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος. (LXX pro בְּכוֹר Gen. 19, 31. 33. Iob. 1, 13. 18. et גָּדוֹל Gen. 27, 1. 15. 42. Ioseph. ant. 6, 3. 2. bell. 1, 10. 4. c. Apion. 1, 26.) — *maiores,* i. q. οἱ πατέρες, Matth. 15, 2. Marc. 7, 3. 5. Hebr. 11, 2. — b) *senior aetate, senex,* Act. 2, 17. 1 Tim. 5, 1. 2. 1 Petr. 5, 5. (LXX pro זָקֵן Gen. 18, 11. 24, 1. pro גָּדוֹל 2 Chron. 15, 13. Ioseph. c. Apion. 2, 27.) — c) οἱ πρεσβύτεροι, *senatores, seniores,* nomen dignitatis eorum, qui ob annorum gravitatem, multamque experientiam ad administrandam rempublicam et ius dicendum idonei habebantur. Ita (in V. T. de senioribus a Mose electis, Exod. 18, 12. 19, 7. 24, 1. 9. Lev. 4, 15. Num. 11, 16. coll. Gen. 50, 7.) in N. T. α) de *assessoribus synedrii magni* Hierosolymis, Io. 8, 9. coll. v. 3. Act. 6, 12. 24, 1. — πρεσβύτεροι, ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς, descriptio assessorum synedrii per partes, Matth. 16, 21. 26, 3. 27, 41. Marc. 8, 31. 11, 27. 14, 43. 53. 15, 1. Luc. 9, 22. 20, 1. — etiam ἀρχιερεῖς καὶ πρεσβύτεροι, Matth. 21, 23. 26, 47. 59. 27, 1. 3. 13. 20. 28, 11. 12. Luc. 22, 52. Act. 4, 23. 23, 14. 25, 14. — ἀρχιερεὺς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβ. Matth. 26, 57. — ἄρχοντες καὶ οἱ πρεσβ. Act. 4, 5. 8. — β) de senioribus *in quavis urbe,* δικασταῖς, ut eos appellat Iosephus, (vid. Κρίσις sub no. 5.) Luc. 7, 3. — γ) de *synedrio coelesti,* sive viginti quatuor senioribus thronum Dei cingentibus et sellis insidentibus; ita in Apocal. c. 4, 4. 10. 5, 5 — 14. 7, 11. 13. 11, 16. 14, 3. 19, 4. — δ) de *presbyteris* s. *senioribus* Christianorum i. e. singulorum coetuum praefectis, quorum erat regere coetum, et disciplinae morum, doctrinae integritati, et saluti coetus prospicere, quique a muneris natura etiam ἐπίσκοποι dicebantur; Act. 11, 30. 14, 23. 15, 2. 4. 6. 22. 23. 16, 4. 20, 17. 21, 18. 1 Tim. 5, 17. 19. Tit. 1, 5. Iac. 5, 14. 1 Petr. 5, 1. 2 Io. v. 1. 3 Io. v. 1. vid. Ἐπίσκοπος. *.

Πρεσβύτης, ου, ὁ, (a πρέσβυς, senex) *grandaevus, senex;* (secundum Hippocratem πρεσβύτης est homo ab anno aetatis 50 — 58. vid. Philo de opif. m. p. 24.) Luc. 1, 18. Tit. 2, 2. (LXX pro זָקֵן Exod. 10, 9. Iob. 15, 10. 1 Sam. 4, 18. et יָשִׁישׁ decrepitus, Iob. 15, 10. 29, 8.) — In loco Phil. v. 9 ὡς Παῦλος πρεσβύτης videtur esse: ut Paulus ille antiquior, videlicet amoris vinculo olim tibi iunctus. Suadet hoc sequens νυνὶ δὲ καί, nunc insuper etiam vinctus, igitur amore multo indigentior. *.

Πρεσβῦτις, ιδος, ἡ, (ab eod.) *mulier provecta aetate, anus;* Tit. 2, 3. (Ioseph. ant. 7, 7. 2 et 7, 8. 4. Herod. 5, 3. 5.) *.

Πρήθω, vid. Πιμπράω, Πίμπρημι.

Πρηνής, έος, contr. οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, Latinor. *pronus, pronus in faciem;* Hesych. πρηνής, ἐπὶ πρόσωπον πεπτωκώς. Hom. Iliad. 5, 58. 6, 43. Ita πρηνεῖς ῥίψαντες ἑαυτούς, Ioseph. ant. 18, 3. 1. πρηνὴς πεσών, Ioseph. vit. §. 28. et bell. 1, 32. 1 de supplicantibus, humi se in faciem prosternentibus. Tum: *praeceps,* de iis, qui proni labuntur de loco edito, ut πρηνὴς κατέπεσεν, de eo, qui de muro deiicitur Ioseph. bell. 6, 1. 6. Hom. Odyss. 3, 374. De templo 3 Macc. 5, 43 τὸν ναὸν πρηνῆ κατασκήσειν, igne diruere; tropice Sap. 4, 19 ῥήξει αὐτοὺς πρηνεῖς, praecipites eos dabit, de loco s. statu suo deiiciet. — In N. T. semel Act. 1, 18. ubi Iudas, proditor, dicitur πρηνὴς γενόμενος, *praeceps factus,* quod *vel* esse potest: de loco suo deiectus, interitui devotus; *vel:* praeceps factus, laqueo, quo se suspenderat, disrupto, vid. Matth. 27, 5. — *vel:* qui

praecipitem se dedit e loco altiori et ita mortem petiit; quae explicatio si admittitur, necesse est, ut duplicem et diversam de morte Iudae fuisse traditionem, (Matth. 27, 5) agnoscamus.

Πρίζω, aor. 1. pass. ἐπρίσθην, i. q. πρίω, propr. stridorem dentibus edo; de serra dentata, ubi porro est: *serra divido, seco, disseco;* Hebr. 11, 37. (LXX pro דּוּשׁ Amos. 1, 3. Susann. v. 59. coll. 2 Sam. 12, 31. — Αἱ παραδόσεις (Iudaeorum) λέγουσι πεπρίσθαι Ἡσαΐαν τὸν προφήτην, καὶ ἔν τινι ἀποκρύφῳ τοῦτο φέρεται, verba Origenis. vid. *Fabric.* Cod. pseudepigr. V. T. p. 1088. Eadem traduntur in Iosephi hypomn. p. 88 sq.) *.

Πρίν, 1) adverb. olim, antea, 3 Macc. 6, 4 τὸ πρίν. — 2) coniunct. *priusquam,* et ex usu scriptorum Atticorum posteriorum (vid. *Reisig* ad Sophocl. Oed. Col. comment. crit. ad v. 39), πρὶν ἤ, *priusquam;* a) sequente coniunctivo post propositionem, cui negatio inest, ubi verbum vertendum est per futurum exactum; Luc. 2, 26 πρὶν ἢ ἴδῃ, priusquam viderit. c. 22, 34 πρὶν ἢ ἀπαρνήσῃ, priusquam abdicaveris. — seq. optativo quum res ut cogitatio alicuius narratur; semel Act. 25, 16 ubi autem codd. pro ἔχοι etiam habent ἔχῃ et ἔχει. (Sophocl. Antig. 181. Aiac. Flag. 107. Vid. Viger. p. 442.) — b) sequente infinitivo aoristi, ubi indicat rem, quae in verbo est perfectam esse; sic πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι τρὶς ἀπαρνήσῃ με, priusquam gallus cecinerit, Matth. 26, 34. 75. Marc. 14, 27. Luc. 22, 61. — Io. 4, 49 πρὶν ἀποθανεῖν, priusquam mortuus sit. c. 8, 54 πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι, priusquam Abraham fuit. c. 14, 29. (LXX pro לִפְנֵי Ezech. 33, 22. Ioel. 2, 31. Ies. 46, 10. Malach. 4, 5.) — eodem modo πρὶν ἤ, Matth. 1, 18 πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, priusquam congressi erant. Act. 2, 20 μεταστραφήσεται — πρὶν ἢ ἐλθεῖν, priusquam venerit. ib. 7, 2. (Gen. 29, 26. Exod. 1, 19. Tob. 14, 15. Sir. 51, 13.) *.

Πρίσκα, ης, ἡ, *Prisca,* Rom. 16, 3. 2 Tim. 4, 19. quae etiam, ut saepius fit in nominibus mulierum, in deminutivo Πρίσκιλλα dicitur, Act. 18, 2. 18. 26. [Rom. 16, 3.] 1 Cor. 16, 19 nomen uxoris Aquilae, Iudaei, quae simul cum marito Paulum aliquamdiu comitabatur, rei christianae valde studiosa. *.

Πρίσκιλλα, ας, ἡ, *Priscilla,* vid. Πρίσκα.

Πρίω, vid. Πρίζω.

Πρό, praepositio, genitivum regens, Latinor. *pro, ante;* LXX maxime pro לִפְנֵי; vid. *Viger.* de idiot. p. 657. — dicitur a) de loco, πρὸ τῶν θυρῶν, ante ianuas, Act. 5, 23. 12, 6. 14. 14, 13. Iac. 5, 12. (Ioseph. ant. 10, 1. 2 πρὸ τῶν τειχῶν. bell. 4, 11. 3 πρὸ τῆς πόλεως.) πρὸ προσώπου τινός, Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 1, 76. 7, 27. 9, 52. 10, 1. vid. Πρόσωπον. — b) de tempore: *ante,* Matth. 5, 12 προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. Luc. 11, 38. Io. 10, 8. 11, 55. 13, 1. 17, 24. Act. 5, 36. 13, 24. 21, 38. Rom. 16, 7 et passim. — πρὸ καιροῦ ante tempus iustum vel definitum, Matth. 8, 29. 1 Cor. 4, 5. — Io. 5, 7 πρὸ ἐμοῦ i. e. me citius. — Sequente genitivo infinitivi: *ante,* s. *priusquam,* Matth. 6, 8 πρὸ τοῦ αἰτῆσαι, antequam eum rogetis. Luc. 2, 21 πρὸ τοῦ συλληφθῆναι. c. 22, 15. Io. 1, 49. 13, 19. 17, 5. Act. 23, 15. Gal. 2, 12. 3, 23. 2 Tim. 4, 21. (LXX in hac forma Gen. 13, 10. 27, 7. etiam pro בְּטֶרֶם Prov. 8, 25. et בְּאֵין Prov. 8, 24.) Luc. 21, 12 πρὸ δὲ τούτων πάντων, antequam haec omnia evenient. — Io. 10, 8 πρὸ ἐμοῦ, ante me, intellige Messiae nomen sibi arrogarunt. — Io. 12, 1 πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, proprie: „ante sex dies τοῦ πάσχα," quasi tot diebus pascha celebratum fuisset; rectius: die sexto ante pascha, ἓξ ἡμερῶν πρὸ τοῦ πάσχα. Non insolita est eiusmodi traiectio praepositionis πρό, ut Amos. 1, 1 πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. Ioseph. c. Apion. 2, 2 πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἐνενηκοντατριῶν τῆς εἰς Ἄργος Δαναοῦ φυγῆς. 2 Macc. 15, 36 πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς μαρδοχαϊκῆς ἡμέρας. Euseb. hist. eccles. 4, 5 πρὸ ἕπτα Καλανδῶν Μαίων. Alia exempla e profanis collegit *Kypkius* in obss. I, p. 393 sqq. — c) de loco tropico, dignitate, praestantia: *prae, ante;* πρὸ πάντων ante omnia, omnium maxime, Iac. 5, 12. 1 Petr. 4, 8. (3 Macc. 2, 21 θεὸς πρὸ πάντων ἅγιος ἐν ἁγίοις. Ps. 72, 17 πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Herodian. 5, 4. 2. Xenoph. mem, 2, 5. 3.) — In compositis πρό est: ante, coram, palam, pro; ante, prius; magis, prae.

Προάγω, f. προάξω, aor. 2. προήγαγον, (ex πρό et ἄγω) 1) transitive: *produco;* προάγ. τινὰ ἔξω, foras produco aliquem, Act. 16, 30. (Ioseph. ant. 4, 8. 4 προαχθεὶς ἐπί τι τῶν ὀρῶν.) — sensu forensi ut Latinor. produco, i. e. duco ad iudicium, ad concionem, ut causa cognoscatur vel sententia dicatur, Act. 12, 6. 25, 26. (Ioseph. ant. 16, 11. 6 προαγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους. id. vit. §. 11 προαγαγὼν εἰς τὸ πλῆθος τὸν τὰς ἐπιστολὰς κομίζοντα. Id. bell. 1, 27. 2.) Sic etiam 1 Tim. 5, 24 ἁμαρτίαι — προάγουσαι (αὐτοὺς) εἰς κρίσιν. vid. Κρίσις. (Potest hic etiam verti: trudo, abripio, ut Sap. 19, 11 ἐπιθυμίᾳ προαχθέντες. Ioseph. ant. 10, 9. 4 εἰς μέθην προήχθη. Id. ant. 2, 1. 1 προαχθεὶς ὑπὸ τοῦ λιμοῦ.) — 2) intransitive: *praeeo, antecedo,* et tempore et loco, Matth. 21, 9. Marc. 6, 45. 11, 9. Luc. 18, 39. — προάγων, qui *prior* est; 1 Tim. 1, 18 κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας. Hebr. 7, 18 προαγούσης ἐντολῆς, prioris mandati. — προάγειν τινά, praecedere aliquem, praeire, Matth. 2, 9. 14, 22. 26, 32. 28, 7. Marc. 10, 32. 14, 28. 16, 7. (Ioseph. bell. 6, 1. 6 προῆγε αὐτούς. c. Apion. 2, 37.) — ex adiuncto: *citius venio, praevenio,* Matth. 21, 31 οἱ τελῶναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ. (Ioseph. c. Apion. 2, 15 προάγειν ἀρχαιότητι.) *.

Προαιρέω, ῶ, (ex πρό et αἱρέω) promo, profero. (Iudith. 13, 17 προελοῦσα τὴν κεφαλὴν ἐκ τῆς πήρας.) — Medium: 1) capio mihi ex aliis i. e. eligo; (LXX pro בָּחַר Deut. 7, 6. 10, 15. Prov. 1, 29. Sap. 7, 10. 9, 7. — 2) praefero, malo, 3 Macc. 2, 30. Ioseph. c. Apion. 1, 28. — et ex adiuncto, quia, quae malumus, etiam libenter volumus: *libenter volo, placet mihi,* constituo apud me, quia mihi placet, (nunquam autem, ut *Krebsio* p. 305. et *Loesnero* p. 313 sqq. visum est, est i. q. simplex θέλω); ita semel 2 Cor. 9, 7 καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, pro ratione, qua libenter vult. (Sic Ioseph. bell. 4, 5. 4 ubi Zelotae a gladiis et vi se cohibuisse in concione ab ipsis convocata narrantur τὸ σχῆμα [externam speciem] τοῦ δικαστηρίου μέχρι τέλους πῆξαι προαιρούμενοι, καὶ ἄλλως πειρᾶσθαι θέλοντες τοὺς δικαστάς. — LXX pro חָשַׁק desideravit, amavit, Deut. 7, 7. 10, 15. Ioseph. ant. praef. §. 3 προαίρεσις ἀρετῆς, amor virtutis. Etiam ubi προαιρ. de consiliis dicitur non est i. q. simplex βουλεύομαι, sed constituo facere id, quod animo placet, ad quod cupiditate aliqua feror. Ioseph. ant. 15, 3. 9.) *.

Προαιτιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, (ex πρό et αἰτιάομαι, accuso) verb. depon. med. *antea accuso;* aor. 1. προῃτιασάμην, *supra* i. e. in antecedentibus *accusavi* s. *argui;* Rom. 3, 9. Respicit ad ea, quae de Iudaeis c. 2, 1—5. 17—29 dixerat. *.

Προακούω, aor. 1. προήκουσα, (ex πρό et ἀκούω) *ante* s. *prius audio;* Col. 1, 5 ἣν προηκούσατε, de qua iam ante audivistis. (Ioseph. ant. 8, 12. 3 προακηκοὼς τὰ μέλλοντα.) *.

Προαμαρτάνω, particip. perf. προημαρτηκώς, (ex πρό et ἁμαρτάνω), *ante* s. *prius pecco;* 2 Cor. 12, 21 προημαρτηκότες. ib. 13, 2. (Iust. Mart. apol. 2, p. 93 τῶν προημαρτημένων ἄφεσις.) *.

Προαύλιον, ίου, τό, (ex πρό et αὐλή) τὰ ἔμπροσθεν τῆς αὐλῆς, ut Suidas explicat, *aulae vestibulum,* Vorhof; Marc. 14, 68. (Lectiones προαυλήν et προσαυλήν, sunt vitia scribendi; lectio πρόπυλον, quod idem significat, debetur interpretamento.) *.

Προβαίνω, aor. 2. προέβην, perf. προβέβηκα (ex πρό et βαίνω, gradior, eo) *progredior,* a) propr. pedibus, Marc. 1, 19 προβὰς ἐκεῖθεν. Matth. 4, 21. (Hom. Iliad. 10, 254. Ioseph. bell. 6, 1. 7.) — b) tropice: aetate, — προβεβηκὼς ταῖς s. ἐν ταῖς ἡμέραις, *aetate provectus,* Luc. 1, 7. 18. 2, 36. (LXX pro בָּא בַּיָּמִים Ios. 23, 1. 2. 1 Reg. 1, 1. προβεβ. ἡμερῶν Gen. 18, 11. 24, 1. Ios. 13, 1. — προβεβηκ. τὴν ἡλικίαν, 2 Macc. 4, 40. 6, 18. Hom. Iliad. 16, 54. Polyb. 15, 29. Ioseph. ant. 7, 8. 4. ant. 7, 11. 1 οἱ τοῖς χρόνοις προβεβηκότες et de aetate ipsa ant. 8, 7. 5 προβαινούσης δὲ τῆς ἡλικίας. coll. 3 Esdr. 2, 29. 2 Macc. 4, 3.) *.

Προβάλλω, aor. 2. προέβαλον, (ex πρό et βάλλω) 1) *emitto, protendo,* Luc. 21, 29 ὅταν προβάλωσιν, si folia et flores emittunt; vide loca parallela Matth. 24, 32. et Luc. 13, 28 et ad Θέρος allata. (Ioseph. ant. 4, 8. 19 καρπὸν προβάλλει τὰ φυτά. — προβάλλ. λόγους, sermones proferre, Prov. 26, 18. Ioseph. ant. 8, 6. 5. coll. Iud. 14, 12. 13. — γλῶσσαν, linguam protendere 2 Macc. 7, 10. coll. 14, 46.) — 2) προβ. τινά, *aliquem e turba proferre, eligere* s. *con-*

mendare, ut ei aliquid committatur; Act. 19, 33 προβαλλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων, quem Iudaei commendaverant; (Ioseph. bell. 4, 4. 1 προεβλήθησαν δὲ ἐπὶ τὴν ἀγγελίαν δύο τῶν δραστηρίων ἀνδρῶν. Ita προβάλλεσθαι saepius apud Demosth. v. c. 750, 10. 277, 1. Polyb. 6, 25. 5.) alii: quem propulerant Iudaei. *.

Προβατικός, ή, όν, (a πρόβατον) *ad oves pertinens, oviarius, ovilis;* Io. 5, 2 ἐπὶ τῇ προβατικῇ (πύλῃ) iuxta portam oviariam; שַׁעַר הַצֹּאן, πύλη προβατική, Neh. 3, 1. 32. 12, 38.

Πρόβατον, ου, τό, (a προβαίνω) proprie de pecudibus omnibus, ut nostrum *Vieh;* Herodot. 1, 89. 203. Hom. Iliad. 14, 124. — maxime de ovibus, — LXX pro צֹאן et שֶׂה, passim etiam pro כֶּבֶשׂ, — *ovis;* Matth. 9, 36. 12, 11 sqq. 26, 31. Apoc. 18, 13 et passim. — Ἔνδυμα προβάτων vid. Ἔνδυμα. — Oves in N. T. imago sunt et eorum, qui sibi consulere nesciunt ac tutore duceque egent, et eorum, qui sunt simplices, patientes, probi, insontes; Matth. 10, 6. 15, 24. 25, 32 sqq. Io. 10, 1 sqq. 21, 16. 17. Act. 8, 32. Hebr. 13, 20.

Προβιβάζω, aor. 1. προεβίβασα, aor. 1. pass. προεβιβάσθην, (ex πρό et βιβάζω, eo) 1) *prodire facio s. iubeo, produco;* Act. 19, 33 προεβίβασαν, protraxerunt. (Polyb. 24, 3. 7.) — 2) *impello,* facio ut agat aliquis aliquid, (Xenoph. mem. 1, 5. 1) et de cognitione: ulterius proveho aliquem, *edoceo, instituo;* Matth. 14, 8 προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρός, vel: a matre incitata; vel: a matre instructa. (LXX Exod. 35, 34 προβιβάσαι ἔδωκεν ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῷ, pro הוֹרֹת. Deut. 6, 7 προβιβάσεις αὐτὰ (praecepta) τοὺς υἱούς σου, pro שִׁנֵּן. Diog. Laert. 5, 5 οὗτος καὶ Μητρόδωρον προεβίβασε [erudivit]. *.

Προβλέπω, aor. 1. med. προεβλεψάμην, (ex πρό et βλέπω) praevideo, Ps. 37, 13. — Medium: *provideo,* i. e. *procuro, prospicio,* Hebr. 11, 40. *.

Προγίνομαι, (ex πρό et γίνομαι) verb. depon. med. ante sum; perf. 2. προγέγονα, *ante factus, s. peractus sum;* Rom. 3, 25. (2 Macc. 14, 3 προγενόμενος ἀρχιερεύς. Polyb. 10, 17. 12.) *.

Προγινώσκω, aor. 2. προέγνων, partic. perf. pass. προεγνωσμένος, (ex πρό et γινώσκω) 1) *praescio, ante s. prius cognosco;* Act. 26, 5. 2 Petr. 3, 17. (Sap. 8, 9. 6, 13. 18, 6. Ioseph. bell. 1, 18. 12.) — Neque aliter Rom. 8, 29, ubi οὓς προέγνω est: quos praescivit, nempe idoneos ad regnum Dei ipsique obedientes futuros esse. Alii προγινώσκειν hic interpretantur: praemeditor, et ex adiuncto: *ante curo aliquem, et prospicio,* (ut hebr. יָדַע Gen. 39, 6. Ps. 144, 3. Prov. 27, 23. Amos. 3, 2); alii: sortem alicuius decerno. — 2) γινώσκω, ex notione constituendi apud se: *antea decrevi, olim constitui;* 1 Petr. 1, 20 προεγνωσμένος πρὸ καταβολῆς κόσμου, a Deo constitutus hominum servator ante mundum conditum. Rom. 11, 2 οὐκ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω, quem olim voluit esse populum suum, sibi proprium. **.

Πρόγνωσις, εως, ἡ, (a προγινώσκω, quod vide), 1) *praescientia* rerum futurarum; πρόγν. τῶν ἐσομένων Ioseph. c. Apion. 1, 26. ant. 15, 10. 5. — etiam donum vaticinandi, Iudith. 11, 19. Ioseph. ant. 8, 8. 5. — 2) *praemeditatio,* et ex adiuncto: *decretum,* ante s. olim factum, Act. 2, 23 προγνώσει τοῦ θεοῦ secundum praemeditationem Dei, qua decrevit, id permittere. 1 Petr. 1, 2 κατὰ πρόγνωσιν θεοῦ. (Iudith. 9, 6 ἡ κρίσις σου ἐν προγνώσει, quae decrevisti, ea eveniunt secundum praemeditationem tuam, i. e. bene praeparata sunt. coll. v. 5 καὶ ἐγενήθησαν ἃ ἐνενοήθης.) *.

Πρόγονος, ου, ὁ, (ex πρό et γόνος, generatio, genitus) ante genitus; οἱ πρόγονοι, *ante nati s. geniti;* — de *parentibus* 1 Tim. 5, 4. (Sir. 8, 4. Aelian. V. H. 3, 47. Xenoph. mem. 1, 3. 1.) — de *maioribus,* quum proximis tum remotis. (2 Macc. 8, 19. 11, 25. 3 Macc. 5, 31. Ioseph. ant. 12, 3. 4. c. Apion. 2, 16.) Huc referunt 2 Tim. 1, 3 ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων, quem colo auctoritate maiorum; alii rectius parentes intelligunt, et ἀπὸ προγόνων dicunt esse i. q. ἐκ παιδός, inde a pueris. *.

Προγράφω, aor. 1. προέγραψα, aor. 2. pass. προεγράφην, partic. perf. pass. προγεγραμμένος, (ex πρό et γράφω) 1) *ante scribo,* Rom. 15, 4 προεγράφη, olim scripta sunt in V. T. Eph. 3, 4 προέγραψα supra scripsi. Gal. 3, 1 οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη (ἐν ὑμῖν, quod a bonis libris abest, et *Lachm.* reprobavit) ἐσταυρωμένος, quibus ante oculos i. e. palam Iesus ut Messias cruci affigendus a prophetis olim descriptus est. Alii προγράφειν hic vertunt depingere: quibus Iesus Christus palam depictus est inter vos (vel: in vestris animis) cruci affixus. — 2) *ante praescribo, literis scriptis mando* vel *ordino; de edictis publicis;* (3 Esdr. 6, 32 παραβαίνειν τι τῶν προγεγραμμένων, in textu chald. Esdr. 6, 11 est פִּתְגָמָא. Ioseph. ant. 11, 6. 12 προγεγραμμένη ἡμέρα, dies ante praescriptus.) — de Deo: *ante destino, ordino;* Iud. v. 4 προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα. (Appian. bell. civ. 4, init. „Sulla τοὺς ἐχθροὺς εἰς θάνατον προγράψας.") *.

Πρόδηλος, ον, (ex πρό et δῆλος) 1) ante manifestus, ante notus, Demosth. p. 293. 25 ed. *Reisk.* — 2) *palam, omnibus manifestus, omnibus notus;* 1 Tim. 5, 24. 25. Hebr. 7, 14. (Iudith. 8, 29 ἡ σοφία σου πρόδηλός ἐστι. 2 Macc. 3, 17 πρόδηλον ἐγένετο τοῖς θεωροῦσι. c. 14, 39. Ioseph. vit. §. 5.) *.

Προδίδωμι, aor. 1. προέδωκα, (ex πρό et δίδωμι) *ante, prior do;* Rom. 11, 35 τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται. (Cebet. Tab. c. 9. Herodian. 6, 6. 1. — etiam *prodere,* Ioseph. c. Apion. 2, 37 προεδίδου τὴν πόλιν.) *.

Προδότης, ου, ὁ, (a προδίδωμι, perf. pass. 3. pers. προδέδοται) *proditor,* qui hostibus tradit aliquid s. aliquem; Luc. 6, 16 ubi Iudas, quia Synedrio locum, quo Iesus latebat, indicavit, Act. 7, 52 ubi Iudaei, qui Iesum Pilato ad supplicium dediderant, 2 Tim. 3, 4 ubi falsi doctores, quia amicitiam simulantes rem christianam evertere studebant, ita appellantur. (2 Macc. 5, 15. 10, 13. 22. 3 Macc. 3, 24. Ioseph. bell. 3, 8. 3.)

Προδρέμω, vid. Προτρέχω.

Πρόδρομος, ον, (ex πρό et δρόμος) omnis, *qui alios praecurrit, prior venit,* igitur de praecursore, de eo qui speculandi causa praemittitur; de militibus levis armaturae, qui exercitui praemittuntur (coll. Sap. 12, 8); de primitiis frugum (Num. 13, 20. Ies. 28, 4). — In N. T. semel Hebr. 6, 20 de Iesu, quatenus nobis prior penetralia sanctuarii coelestis intravit. *.

Προεῖδον, partic. προϊδών, praesens προοράω, quod vid. (ex πρό et εἶδον vid. εἴδω), 1) ante video, *praevideo, praenosco,* Act. 2, 31. (Gen. 37, 18. Ps. 139, 3. Sap. 19, 1. Ioseph. bell. 1, 11. 8.) — 2) *oculis sublatis intueor,* hinblicken, (Ioseph. bell. 6, 1. 6); *intueor,* mentem dirigo ad aliquid, Gal. 3, 8 προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ ὅτι, hoc intuita scriptura, quod etc. (4 Macc. 4, 25. Hom. Iliad. 17, 456.)

Προεῖπον, (et forma aor. 1. προεῖπα, vid. sub εἶπον dicta) — perf. (a themate ἐρέω) προείρηκα, perf. pass. προείρημαι, (ex πρό et εἶπον) *ante dixi,* i. e. a) *supra dixi,* 1 Thess. 4, 6 ubi textus vulg. προείπαμεν, pro quo *Griesb.* e codd. dedit προείπομεν, quae lectio est emendatio Grammaticorum, quare *Lachmann.* recte retinuit προείπαμεν. Gal. 3, 8. — προείρηκα, *supra commemoravi,* superiori s. alio loco dixi, 2 Cor. 7, 3. Gal. 1, 9. Hebr. 10, 15. (2 Macc. 2, 32. 3, 7. 28. 4, 1. 3 Macc. 6, 35. Ioseph. bell. 6, 2. 5.) — b) *praedixi* futura, Act. 1, 16. (Hom. Odyss. 1, 34. Ioseph. bell. 6, 2. 1.) — προείρηκα, Matth. 24, 25. Marc. 13, 23. Rom. 9, 29. 2 Cor. 13, 2. (Hebr. 4, 7 ubi text. vulg. εἴρηται, sed praeferenda est cum *Lachmanno* lectio προείρηται). 2 Petr. 3, 2. Iud. v. 17. (Herodian. 6, 8. 13. Ioseph. ant. 2, 2. 4.) *.

Προελπίζω, partic. perf. προηλπικώς, (ex πρό et ἐλπίζω) 1) spem praecipio, ante spero; — 2) contrarium τοῦ ἀπελπίζειν, *spem dirigo in aliquid,* quasi oculis in aliquem defixis spero, (similiter ut προιδεῖν); Ephes. 1, 12 τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ, oculis in Christum defixis sperantes. *.

Προενάρχομαι, aor. 1. med. προενηρξάμην, (ex πρό et ἐνάρχομαι) *ante, s. prius initium facio;* aor. *iam dudum incepi,* 2 Cor. 8, 6. 10. (Apud profanos non legitur.) *.

Προεπαγγέλλομαι, (ex πρό et ἐπαγγέλλω) *ante promitto,* aor. 1. προεπηγγειλάμην, *iam dudum promisi,* semel Rom. 1, 2. (Dio Cass. hist. p. 19 A. ed. Hannov. ἐπεὶ δὲ αἵ τε ἀρχαιρεσίαι προεπηγγελμέναι ἦσαν.) et 2 Cor. 9, 5 in codd. προεπηγγελμένην. *.

(*Προειρέω*,) Praesens προειρέω non legitur, sed pro eo προλέγω; epici habent προείρω. Caeterum vid. *Προεῖπον*.

Προέρχομαι, f. προελεύσομαι, aor. προῆλθον, (ex πρό et ἔρχομαι) 1) *praecedo, praegredior, antecedo, vorausgehen*, [Marc. 6, 33.] Act. 20, 5. 13 προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον, navi praegressi. 2 Cor. 9, 5. (Sir. 35, 10. coll. 2 Macc. 10, 27 προῆλθον (textus vatic. προῆγον) ἀπὸ τῆς πόλεως.) — προέρχ. ἄλλους de duce, Luc. 22, 47. — προέρχ. ἐνώπιόν τινος, ex hebraismo: praecedere alium, — de ministro, Luc. 1, 17. (LXX προέρχ. ἔμπροσθέν τινος, Gen. 33, 3. 14.) — 2) *progredior, procedo*, vorwärts gehen, hervorgehen, Matth. 26, 39 προελθὼν μικρόν. Marc. 14, 35. Act. 12, 10 προῆλθον ῥύμην μίαν, progrediebantur per unam plateam. (Ioseph. bell. 6, 2. 5 προελθὼν εἰς τὸ κάτοπτον. ib. 4, 11. 4 προέρχεται (Vitellius) ἐκ τοῦ βασιλείου. 2 Macc. 4, 34 ἐκ τοῦ ἀσύλου προελθεῖν.) *.

Προετοιμάζω, aor. 1. προητοίμασα, (ex πρό et ἑτοιμάζω) *ante praeparo*, (Ies. 28, 24. Sap. 9, 8 σκηνῆς, ἣν προητοίμασας ἀπ' ἀρχῆς.) — τινά τι, idoneum facere aliquem ad aliquid; Ephes. 2, 10 οἷς (ἔργοις) προητοίμασεν ὁ θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν, ad quae facienda Deus nos paravit, idoneos fecit iam dudum, quum nos ad regnum suum vocaret. — προετοιμ. τινὰ εἴς τι, de Deo: *ab aeterno destino, volo esse*, Rom. 9, 23 ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν, quos ab aeterno voluit esse salvos. (Philo de opif. p. 17 ὁ θεὸς τὰ ἐν κόσμῳ πάντα προητοιμάσατο.) *.

Προευαγγελίζομαι, aor. 1. med. προευηγγελισάμην, (ex πρό et εὐαγγελίζω) *prius nuntio laeta, praenuntio s. promitto*, Gal. 3, 8 προευηγγελίσατο, de futuro, ex Abrahami stirpe oriundo servatore. (Philo de opif. m. p. 7 A: ἡ ἑσπέρα προευαγγελίζεται μέλλοντα ἥλιον ἀνίσχειν. Idem de nomin. mutat. p. 1069 D.) *.

τοῦ αἵματος προσκολληθῆναι τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ τῇ δεξιᾷ.) tropice: *arctissime coniungor*, Matth. 19, 5 προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ (Gen. 2, 24.) et πρὸς (Ezech. 29, 4.) τὴν γυναῖκα. Marc. 10, 7. Eph. 5, 31. (προσκολληθ. τῷ θεῷ Ios. 23, 8. Sir. 13, 16 τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ. Ruth. 2, 21. 23. Sir. 6, 34. — προσκ. ὀπίσω τινός Iud. 20, 45 (ubi autem text. vatic. κατέβησαν) de persecutione hostium.) *.

Πρόσκομμα, τος, τό, (a προσκόπτω, perf. pass. προσκέκομμαι) propr. *offendiculum*, (ut lapis, lignum, Sir. 34, 7 ξύλον προσκόμματος) in quod aliquis facile impingit et labitur. — Non nisi tropice in scripturis legitur et duplici modo, quum referatur vel ad conditionem externam, ubi πρόσκομμα causa malorum, interitus est, ut Ies. 8, 14 ubi respondet hebr. נֶגֶף. Sir. 31. 16. (etiam res vilis, quae pede propellitur, i. e. homo abiectus Iudith. 8, 22.) — vel ad animum, ubi πρόσκομμα est vel *causa erroris* in iudicando de rebus difficilioribus, potissimum in iudicanda divina providentia, vel *causa peccandi*. Ita Christus Rom. 9, 32, 33. 1 Petr. 2, 8 dicitur λίθος προσκόμματος, lapis offensionis, quatenus Iudaeorum proceres consilia Dei per Messiam peragenda male intelligentes, Iesum non agnoverunt Messiam sed eum supplicio crucis affecerunt. vid. Sir. 39, 24. Ita etiam Rom. 14, 13. 1 Cor. 8, 9 πρόσκομμα est causa erroris et peccati, (ut Exod. 23, 33. 34, 12 ubi respondet hebr. מוֹקֵשׁ. Sir. 34, 7.) Rom. 14, 20 ὁ διὰ (vid. *Διά* no. 2, c.) προσκόμματος ἐσθίων, qui comedendo aliquid mali se facere putat. *,

Προσκοπή, ῆς, ἡ, (a προσκόπτω) *offensio*; (Polyb. 6, 7. 8.) *causa s. occasio errandi* et *peccandi*, i. q. πρόσκομμα quod vide. 2 Cor. 6, 3 διδόναι προσκοπήν, occasionem praebere, ut sinistre alii de re christiana et munere apostolico iudicent, eoque non utantur. *.

Προσκόπτω, aor. 1. προσέκοψα, (ex πρός et κόπτω) κόπτω πρός τι, 1) *impingo, offendo*, LXX pro נָגַף, a) propr. pede in aliquid, Io. 11, 9. 10. (Ier. 13, 16. Prov. 3, 23. coll. Tob. 11, 10.) — πρὸς λίθον τὸν πόδα, sensus: mali quid pati, Matth. 4, 6. Luc. 4, 11. (Ps. 91, 12. coll. Sir. 35, 20 προσκ. ἐν λιθώδεσι.) — b) tropice προσκόπτειν dicitur, qui in rebus iudicandis errat et ita peccat, (vid. *Πρόσκομμα*.) Rom. 9, 32. 14, 21. 1 Petr. 2, 8 οἳ (μὲν) προσκόπτουσι — ὑμεῖς δέ, isti quidem (Iudaei) offenduntur animo, Iesumque Messiam respuunt (vid. *Πρόσκομμα*.) — vos autem etc. (Puto enim, post σκανδάλου plene esse interpungendum.) — 2) *illido, irruo*; Matth. 7, 27 venti s. undae προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ. (Ies. 3, 5 προσκόψει τὸ παιδίον πρὸς τὸν πρεσβύτην, hebr. רָהַב.) *.

Προσκυλίω, aor. 1. προσεκύλισα, (ex πρός et κυλίω) *advolvo*; προσεκύλισε λίθον, Matth. 27, 60. Marc. 15, 46. *.

Προσκυνέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. προσεκύνησα, (ex πρός et κύω s. κυνέω, osculor) 1) *adoro*, i. e. a) osculor (i. q. manum ori admotam osculando) reverentiam alicui testor; ita profanis, ut Herod. 3, 11. 8. — b) adoro s. veneror more orientalium, hebr. הִשְׁתַּחֲוָה. Orientales enim nobiliores, proceres, reges non osculo salutabant, sed ut in terram se prosternerent ad pedes eorum, facie solo admota; igitur *humi prostratus adoro*. Hinc formulae: πεσὼν προσεκ. Matth. 2, 11. 4, 9. 18, 26. Apoc. 4, 10. — πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας, Act. 10, 25. — προσκ. ἐνώπιόν τινος, Luc. 4, 7. Apoc. 15, 4. (Gen. 23, 12. Ps. 22, 19. 86, 9.) et ἐνώπιον τῶν ποδῶν τινος, Apoc. 3, 9. — πίπτειν ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τινος προσκυνῆσαι, Apoc. 19, 10. 22, 8. — πεσὼν ἐπὶ τὸ πρόσωπον προσεκ. 1 Cor. 14, 25. (2 Sam. 9, 6.) Apoc. 7, 11. 11, 16. (In V. T. προσκυν. ἐπὶ τὴν γῆν Gen. 18, 2. 33, 3. — τῷ προσώπῳ ἐπὶ τὴν γῆν Gen. 19, 1. — ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, Gen. 42, 6. — κύψας προσεκ. Exod. 4, 31. 34, 8. — Ioseph. ant. 8, 4. 4 ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ προσκυνήσας. et ib. ᾧ προσεκύνει πεσὼν ἐπὶ τοὺς ἐδάφους.) — Eadem adoratio fieri quoque solebat flectendo genua, ita ut, qui alterum veneraretur, in genua sese demitteret; hinc locutio τιθέντες τὰ γόνατα προσεκ. Marc. 15, 19. (1 Chron. 29, 20 κάμψαντες τὰ γόνατα προσεκ.) — Subiectum quod adoratur a nostris et a LXX interpretibus, ut apud recentiores scriptores, plerumque ponitur in casu tertio, qui respondet hebr. לְ, saepius vero etiam, ut apud meliores scriptores (vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 463.), in casu quarto, προσκυνεῖν τινα, ut Matth. 4, 10. Luc. 4, 8. Io. 4, 23. Apoc. 9, 20. (Gen. 37, 7. 9. Exod. 11, 8. Iudic. 7, 15. et apud Iosephum c. Apion. 1, 26. ant. 2, 2. 2. ib. 7, 9. 7 et 7, 10. 5.) — Ita eiusmodi adoratio tribuitur in N. T. α) *dominis*, Matth. 18, 26. (2 Sam. 9, 6. 8. 14, 22. Ioseph. ant. 2, 2. 2 προσκυνεῖν τινα καθάπερ οἱ δοῦλοι τοὺς δεσπότας. Id. bell. 4, 5. 2 προσκυνούμενός τινι, qui alicui venerabilis est.) — β) Iesu, Messiae, Matth. 2, 2. 8. 11. 4, 9. 8, 2. 9, 18. 14, 33. 15, 25. 20, 20. 28, 9. 17. Marc. 5, 6. Luc. 24, 52. Io. 9, 38. Hebr. 1, 6. — γ) Deo, Matth. 4, 10. Luc. 4, 8. 1 Cor. 14, 25. Apoc. 4, 10. 5, 14. 7, 11. 11, 16. 19, 4. 10. 22, 9. (Gen. 24, 26. 48. Ioseph. ant. 8, 4. 4. bell. 6, 2. 3.) — (Apostolis, Period. Ioann. ap. *Birch*. p. 266: ἔπεσεν (Iohannes) ἐπὶ πρόσωπον, καὶ προσεκύνησε πάντας τοὺς Ἀποστόλους.) 2) *divino cultu prosequor, ut Deum veneror*; potissimum de adoratione Dei in templo; Io. 4, 20—24. 12, 20. Act. 8, 27. 24, 11. Apoc. 11, 1. 14, 7. 15, 4. (Gen. 22, 5. 2 Sam. 15, 32. Ps. 5, 8. 29, 2. 45, 13. 66, 3. Ioseph. bell. 6, 2. 3. contr. Apion. 1, 26 προσκυνεῖν θεούς. Id. ant. 6, 4. 2 προσκυνῆσαι τὸν θεόν.) — de adoratione angelorum Apoc. 19, 10. 22, 8. — diaboli et idolorum, Matth. 4, 9. Luc. 4, 7. Act. 7, 43. Apoc. 9, 20. 13, 4. 8. 12. 15. 14, 9. 11. 16, 2. 19, 20. 20, 4. (Exod. 20, 5. 23, 24. Num. 25, 2. et pro סְגִד Dan. 3, 5 sqq.) — 3) Singulari modo legitur Hebr. 11, 21 προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, adoravit (Deum) super extremitatem virgae suae i. e. adoravit, non se proiiciens in faciem propter nimiam senectutem, sed inclinans se super baculum, quem manu tenebat. Repetita sunt ad verbum e versione LXX interpr. Gen. 47, 31 ubi in hebr. leguntur יִשְׁתַּחוּ עַל־רֹאשׁ הַמִּטָּה LXX legerunt הַמַּטֶּה quod est: baculus. Interpres nimirum cogitavit Iacobum, quum cum Iosepho colloqueretur, non lecto insidentem, sed stantem; nondum enim aegrotabat. *.

Προσκυνητής, οῦ, ὁ, (a προσκυνέω) i. e. ὁ προσκυνῶν, *qui adorat, colit*; de cultore Dei Io. 4, 23. Caeterum vide *Προσκυνέω*. (Legitur in decreto Apamenae civitatis apud *Chandler*. inscript. p. 91 τοῖς προσκυνηταῖς, videlicet Augusti.)

Προσλαλέω, ῶ, aor. 1. προσελάλησα, (ex πρός et λαλέω) λαλέω πρός τινα, *alloquor, cum aliquo colloquor*; seq. dat. Act. 13, 43. 28, 20. (Exod. 4, 16. Sap. 13, 17.) *.

Προσλαμβάνομαι, aor. 2. med. προσελαβόμην, (ex πρός et λαμβάνομαι) 1) *assumo mihi, iungo mihi aliquem*; seq. accusativo, a) de eo, qui manu aliquem prehendit et seorsim abducit, Matth. 16, 22. Marc. 8, 32. — b) de eo, qui socium sibi iungit, Act. 17, 5. (2 Macc. 8, 1. Ioseph. c. Apion. 1, 26 προσλαμβανόμενος μεθ' ἑαυτόν. Id. bell. 2, 21. 1.) — c) de eo, qui in domicilium aliquem recipit, excipit, Act. 18, 26. 28, 2. Phil. v. 12. 17. — 2) ex adiuncto; *admitto aliquem ad societatem s. familiaritatem meam, amico eo utor*, Rom. 14, 1 τὸν δὲ ἀσθενοῦντα ἐν πίστει προσλαμβάνεσθε, i. e. nolite illum reprobare tanquam societate christiana indignum. (Alii: amice agere cum aliquo.) ib. v. 3 ὁ θεὸς αὐτὸν προσελάβετο, ad regnum suum, societatem christianam eum admisit. c. 15, 7 καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ. (Ita Ps. 65, 4 μακάριος ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου, κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου; pro קֵרֵב. Ps. 73, 24 μετὰ δόξης προσελάβου με, pro לָקַח. 3) *capio mihi; sumo*; de cibis, Act. 27, 33 μηδὲν (τροφῆς) προσλαβόμενοι. [ib. v. 34 προσλαβεῖν (τι) τροφῆς, ubi *Griesb*. reposuit μεταλαβεῖν.] (De eo, quod animo recipit aliquis, Test. XII patr. p. 688 ἀπωθούμενος τὸ ἀγαθὸν προσλαμβάνει τὸ κακόν) *.

Πρόσληψις, εως, ἡ, (προσλαμβάνω, perf. pass. προσείληψαι) assumtio, das Dazunehmen; (Etym. Magn. 413, 44 κατὰ πρόσληψιν συλλαβῆς.) — *admissio ad societatem vel familiaritatem* (vid. *Προσλαμβάνομαι*); Rom. 11, 15 de admissione Iudaeorum ad regnum Dei. *.

Προσμένω, aor. 1. προσέμεινα, (ex πρός et μένω) 1) insuper s. praeterea maneo, *permaneo, commoror*, Act. 18, 18. 1 Tim. 1, 3. — τινί apud aliquem, Marc. 8, 2. Matth. 15, 32. (Ioseph. vit. §. 12.) — 2) ex adiuncto: *firmiter adhaereo*, alicuius partes constanter sequor; Act. 11, 23 προσμένειν τῷ κυρίῳ. ib. 13, 43 προσμένειν (text. vulg. ἐπιμένειν) τῇ χάριτι constanter tenere beneficium acceptum, videlicet doctrinam divinam. (Sap. 3, 9. Ioseph. ant. 14, 2. 1 μόνων τῶν ἱερέων Ἀριστοβούλῳ προσμενόντων.) — 3) tropice: *persevero, adsiduus sum in aliqua re*, 1 Tim. 5, 5 προσμ.

ταῖς δεήσεσι. — (Seq. accusativo; Ioseph. bell. 6, 5. 2 προσμένειν τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ βοήθειαν.) *.

Προσορμίζω, aor. I. pass. προσωρμίσθην, (ex πρός et ὁρμίζω, navem subduco) navem in stationem subduco; passivum προσορμίζομαι, *appello;* Marc. 6, 53. (Aelian. V. Hist. 8, 5 τῇ Νάξῳ δὲ προσορμίσθη οὐχ ἑκών. Arrian. exped. 6, 4. ib. c. 20 προσορμισθεὶς τῷ αἰγιαλῷ.) *.

Προσοφείλω, (ex πρός et ὀφείλω) *insuper debeo;* Phil. v. 19 καὶ σεαυτόν μοι προσοφείλεις, adeo te ipsum mihi debes, i. e. quod Christianus es, ut taceam alia, quae mihi debes. (Polyb. 1, 66. 3. Aristot. eth. 4, 8.) *.

Προσοχθίζω, aor. 1. προσώχθισα, (ex πρός et ὀχθίζω stomachor, offensus sum, indignor) *valde indignor, vehementer irascor alicui, eum abominor;* seq. dativo; bis: Hebr. 3, 10. 17. (LXX saepius et quidem pro גָּעַל, מָאַס, קוּא, קוּם, שָׁקַץ Lev. 26, 15. 43. 44. Ps. 36, 4. Lev. 18, 25. 28. Ps. 95, 10. προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ Deut. 7, 26. Ps. 22, 24. Sir. 6, 25. 25, 2. 38, 4. 50, 25. — Test. XII patr. p. 652 irasci facio; προσωχθιεῖτε τὸν Λευί. — Apud profanos compositum non legitur.) *.

Πρόσπεινος, ον, (ex πρός et πεῖνα) *valde esuriens;* ἅπαξ λεγόμενον N. T. Act. 10, 10.

Προσπήγνυμι, s. προσπηγνύω, aor. 1. προσέπηξα, (ex πρός et πήγνυμι) *affigo ad;* Act. 2, 23 προσπήξαντες cruci affigentes. *.

Προσπίπτω, aor. 2. προσέπεσον, (ex πρός et πίπτω) 1) *accido*, i. e. cado ad aliquid; προσπίπτειν τινί, accidere ad pedes s. genua alicuius; de supplicibus et adorantibus, Marc. 3, 11. 5, 33. Luc. 8, 28. 47. Act. 16, 29. (LXX pro כָּרַע Ps. 22, 29 [text. vatic. προπεσοῦνται]. 72, 9. 95, 6 δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ. 2 Macc. 5, 10. Polyb. 10, 18.) — plenius προσπ. τοὺς πόδας τινός, Marc. 7, 25. (Exod. 4, 25. Esth. 8, 3.) προσπ. τοῖς γόνασί τινος, Luc. 5, 8. (Ioseph. bell. 3, 9. 8 προσπίπτειν ἱκέτης.) — 2) ruo in, *irruo, impetum facio*, τινί, Matth. 7, 25 de vento. (Ioseph. bell. 4, 5. 4. ant. 15, 8. 4 de hostibus. Demosth. p. 1259. 8. — Sir. 25, 21 ἐπὶ κάλλος γυναικός.) *.

Προσποιέω, ῶ, (ex πρός et ποιέω) addo aliquid, Sir. 34, 30. — Medium: 1) paro s. vindico aliquid, meum facio, mihi sumo, (Xenoph. hist. gr. 4, 8. 28. Thucyd. 1, 8. 2, 85.) — 2) de moribus: *simulo, prae me fero;* semel Luc. 24, 28 προσεποιεῖτο ποῤῥωτέρω πορεύεσθαι. (Test. XII patr. p. 702 προσεποιεῖτό με ἔχειν ὡς υἱόν. Herodot. 2, 121. Antonin. 11, 13. Ioseph. vit. §. 62 μηδὲν ἐγνωκέναι προσποιησάμενος. Plutarch. Timol. 5 προσεποιοῦντο χαίρειν. — personam alicuius ago, 1 Sam. 21, 13.) *.

Προσπορεύομαι, i. e. πορεύομαι πρός τινα, *accedo s. venio ad aliquem, eum adeo;* seq. dativo, Marc. 10, 35. (Ios. 8, 35. Exod. 24, 14 pro נִגַּשׁ. Sir. 12, 18. — seq. πρός Lev. 19, 34. Exod. 30, 20. 36, 2.) *.

Προσρήγνυμι, s. προσρήσσω, aor. 1. προσέῤῥηξα, (ex πρός et ῥήγνυμι s. ῥήσσω) *allido, allidendo frango*, Ioseph. ant. 6, 9. 3. ib. 9, 4. 6.) — *allido*, anschlagen; de undis, Luc. 6, 48 προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ. ib. v. 49. et Matth. 7, 25 in varia lect. προσέῤῥηξαν pro προσέπεσον. (Aquila et Symmach. Hab. 3, 10 pro hebr. זֶרֶם מַיִם, πρόσρηξις ὑδάτων. Antonin. 4, 49 τῇ ἄκρᾳ, ᾗ τὰ κύματα προσρήσσεται.) **.

Προστάτις, ιδος, ἡ, feminin. a masc. προστάτης, (quod a προΐσταμαι, praesum, curo) quod est: praefectus (2 Chron. 8, 10. 24, 11. 3 Esdr. 2, 12.) et deinde, quum praefectorum sit officium, subditis prospicere, iisque patrocinari: patronus, (Ioseph. ant. 7, 14. 2.) i. e. quum patronus causarum in foro, tum vero etiam qui alios omni consilio et opera adiuvat, tum denique qui peregrinos excipit hospitio eorumque patrocinium in se suscipit. (Suidas: οἱ τῶν μετοίκων Ἀθήνησι προεστηκότες προστάται ἐκαλοῦντο. ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἑκάστῳ τῶν μετοίκων πολίτην τινὰ Ἀθηναῖον νέμειν προστάτην.) — Hinc προστάτις *patrona*, et ita Rom. 16, 2 Paulus Phoeben patronam suam vocat, quae omni cura et opibus quoque suis eum prosecuta sit. Vid. quae scite collegit *Elsner.* in obss. Tom. 2. p. 66 sqq. *.

Προστάσσω, s. τάττω, aor. 1. προσέταξα, partic. perf. pass. προστεταγμένος, (ex πρός et τάσσω) 1) insuper impono, praefigo. — 2) *iubeo, mando, praecipio*, LXX pro צִוָּה, Luc. 5, 14. (Gen. 47, 11.) Act. 10, 48 προσέταξε αὐτοὺς βαπτισθῆναι. (Esth. 3, 2 οὕτως προσέταξεν βασιλεὺς ποιῆσαι. ib. v. 14.) — τινί, Matth. 1, 24. 21, 6. (Gen. 50, 2. Num. 5, 2.) — τί, Matth. 8, 4. Marc. 1, 44. (Lev. 10, 1. Deut. 17, 3.) Act. 10, 33 τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ θεοῦ, a Deo mandata tibi. Act. 17, 26 προστεταγμένοι (rectius προτεταγμένοι, vid. προτάσσω) καιροί, tempora voluntate Dei aeterna definita, constituta. (Ita LXX pro hebr. מִנָּה Ion. 2, 1. 4, 7 — 9 de pisce, vento, voluntatem Dei exsequentibus.) *.

Προστίθημι, imperf. 3. pers. sing. προσετίθει (Act. 2, 47) et προσετέθη (Act. 11, 24), aor. 1. act. προσέθηκα, aor. 2. προσέθην, aor. 1. pass. προσετέθην, fut. 1. προστεθήσομαι, aor. 2. med. προσεθέμην, (ex πρός et τίθημι), LXX pro hebr. יָסַף, τίθημι πρός τι, i. e. 1) de loco: *adpono, iuxta pono*, seq. πρός, Act. 13, 36 προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας. (1 Macc. 2, 69 προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ.) — de societate: *adiungo, addo*, seq. dativo, Act. 2, 41 προσετέθησαν videl. τῷ κυρίῳ, sive τῇ ἐκκλησίᾳ, ut Act. 2, 47. 5, 14. 11, 24. (LXX pro נִלְוָה Num. 18, 2. Ies. 14, 1. 1 Macc. 2, 43 οἱ φυγαδεύοντες προσετέθησαν αὐτοῖς. Ioseph. vit. §. 25 „sollicitabat eos, τῆς πρός με πίστεως ἀποστάντας αὐτῷ προστίθεσθαι, ut a sua in me fide digressi ei se adiungerent.) — 2) de augmento: *insuper addo;* — ἐπί τι, Matth. 6, 27. Luc. 3, 20. 12, 25. (2 Reg. 20, 6. Deut. 4, 2. 12, 32. Sir. 3, 26.) — τινί τι, insuper tribuo alicui, Matth. 6, 33. [Marc. 4, 24.] Luc. 12, 31. 17, 5. (Lev. 26, 21. Deut. 19, 9.) — ex hebraismo προστ. cum alio verbo iunctum indicat, aliquem pergere in eo, quod est in verbo, ubi verti potest per adverbium: *porro, praeterea*, Luc. 19, 11 προσθεὶς εἶπε παραβολήν. 20, 11 προσέθετο πέμψαι. ib. v. 12. Act. 12, 3. et codd. Marc. 14, 25. (Ita saepissime apud LXX Gen. 4, 2 προσέθηκε τεκεῖν. c. 8, 12. 21. 18, 29. 1 Macc. 3, 15 προσέθετο τοῦ ἀναβῆναι. Sir. 18, 4. Ioseph. ant. 6, 13. 4 προσθέμενος διώκειν.) Ita etiam Hebr. 12, 19 μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον, ne ulterius ipsis dicatur. (Deut. 3, 26 μὴ προσθῇς ἔτι λαλῆσαι τὸν λόγον τοῦτον. Iob. 29, 22.) *.

Προστρέχω, aor. 2. προσέδραμον, (ab obsoleto δρέμω) i. e. τρέχω πρός τινα, *adcurro*, Marc. 9, 15. Act. 8, 30. (LXX pro רוּץ Gen. 18, 2. 33, 4. Num. 11, 27. Prov. 18, 10. Tob. 11, 3. 9. Ioseph. ant. 7, 10. 4.) *.

Προσφάγιον, ου, τό, (a προσφάγω, comedo, ich esse dazu) apud Hellenistas i. q. atticum προσόψημα (vid. *Sturz.* de dial. Maced. p. 191), id quod cum pane comedimus, *die Zukost, obsonium*, potissimum pisces. (vid. Ὀψάριον.) Semel Io. 21, 5. (Eustath. ad Hom. Iliad. λ'. v. 629. Moeris Att. ὄψον ἀττικῶς, προσφάγιον ἑλληνικῶς.) *.

Πρόσφατος, ον, (ex πρό et σφάω s. σφάζω, macto) propr. recens mactatus, (Menand. 4, 9.) recens occisus (Hom. Iliad. 24, 757). Postea translatum est ad recens in genere: *recens*, Hebr. 10, 20. (LXX pro חָדָשׁ Cohel. 1, 9. Deut. 32, 17. Sir. 9, 12. Aesch. Choeph. 800 πρόσφατοι δίκαι. Ioseph. ant. 1, 18. 3 ὀργῆς προσφάτου πρεσβυτέραν χάριν εἰς αὐτὸν γεγενημένην προτιμῶντος.) *.

Προσφάτως, (a πρόσφατος quod vid.) adv. *nuper, nuperrime, recenter;* Act. 18, 2 προσφάτως ἐληλυθότα. (Deut. 24, 5. Ezech. 11, 3. Iudith. 4, 3. 5. 2 Macc. 14, 36. — πρόσφατον, nuper, Pind. Py. 4, 533.) *.

Προσφέρω, aor. 1. προσήνεγκα, aor. 2. προσήνεγκον, perf. act. προσενήνοχα, (Hebr. 11, 17.) (ex πρός et φέρω) LXX pro הֵבִיא et הִקְרִיב, a) activum: *affero, adporto, adduco*, τινί ad aliquem; aegrotos Matth. 4, 24. 8, 16. 9, 2. 32. 12, 22. 14, 35. 17, 16. — vid. etiam Matth. 18, 24. 19, 13. Marc. 10, 13. Luc. 18, 15. — de iis qui ad iudicem ducuntur, Luc. 12, 11. 23, 14. — *porrigo, affero*, Matth. 22, 19 δηνάριον. 25, 20. Luc. 23, 36 ὄξος προσφέροντες αὐτῷ. Io. 19, 29. (Ioseph. ant. 7, 7. 4 προσφ. τροφήν. de bell. 1, 24. 7 δεῖπνον προσφέρειν.) — *offero*, de donis, oblationibus, sacrificiis; Matth. 2, 11. 5, 23 sqq. 8, 4. Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. Io. 16, 2 λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ, arbitrantur, si vos capitis damnant, sacrificium offerre Deo. Act. 7, 42. 8, 18. 21, 26. Hebr. 5, 1. 3. 8, 3. 4. 9, 7 sqq. 10, 1—12. 11, 4. 17. — δεήσεις προσφ. Hebr. 5, 7. (Ioseph. bell. 3, 8. 3 προσφέρειν τῷ θεῷ εὐχήν.) — vid. e V. T. Lev. 2, 8. 4, 23. 32. 12, 6. Lev. 1, 14 sqq. 2, 1. Ioseph. ant. 3, 9. 3 ἔριφον προσφέρει. — b) medium: seq. accusativo: capio mihi, ad-

bibeo, utor, (Sir. prol. *προςφέρομαι σπουδήν.* — de cibis Sap. 16, 21. Ioseph. ant. 6, 14. 3. 4, 4. 4 *οἶνον προςφερόμενοι.*) — c) passivum: seq. dativo: feror in aliquem; *me gero erga illum, eum tracto;* Hebr. 12, 7 *ὡς υἱοῖς ὑμῖν προςφέρεται ὁ θεός.* (Ioseph. bell. 7, 8. 1 *πάντα τρόπον* [*αὐτοῖς*] *ὡς πολεμίοις προςεφέροντο.* Xenoph. mem. 3, 11. 11 *ὀρθῶς ἀνθρώπῳ προςφέρεσθαι.* Herodian. 1, 13. 14.) *.

Προςφιλής, *ές*, (ex *πρός* et *φίλος*) *valde gratus s. acceptus;* Phil. 4, 8 *ὅσα προςφιλῆ* hominibus vel etiam Deo. (Sir. 4, 7 *προςφιλῆ συναγωγῇ σεαυτὸν ποίει.* 20, 13. Ioseph. ant. 1, 18. 1 *Ἰάκωβος δὲ ὁ νεώτερος τῇ μητέρι* [Rebeccae] *προςφιλὴς ἦν.* Thucyd. 7, 86.) *.

Προςφορά, *ᾶς*, *ἡ*, (a *προςφέρω*) 1) *oblatio,* i. e. actio adducendi, offerendi; Rom. 15, 16 *ἡ προςφορὰ τῶν ἐθνῶν,* id quod gentes adduxi, das Herbeiführen der Heiden ad Deum et regnum Dei; gentiles a me ad sacra christiana adducti. (Alii tropice: gentiles ad Deum adducti, Deo oblati ut sacrificium.) Hebr. 10, 10 *διὰ τῆς προςφορᾶς τοῦ σώματος Ἰησοῦ,* i. e. per corpus Christi oblatum (Deo in sacrificium). ib. v. 14. — 2) metonymice: *res oblata;* et ita nostris scriptoribus de sacrificiis quibuscunque quatenus Deo offeruntur. Quum enim *προςφέρειν*, ut *προςάγειν* (Ioseph. ant. 3, 10. 6 *προςάγειν τῷ θεῷ ἄρτον.* vid. *Προςφέρω*), nostris (etiam Iosepho) de omnis generis rebus dicatur, quae Deo offeruntur, usurpatur a) de sacrificiis omnibus, cruentis et non cruentis. (Sir. 14, 11. 31, 19. 32, 6. 38, 11. 50, 14. 16.) — b) de sacrificiis cruentis (3 Esdr. 5, 52 *προςφορὰς ἐνδελεχισμοῦ*, in textu hebr. Esdr. 3, 5 est עֹלַת תָּמִיד) et ita in N. T. Eph. 5, 2. — c) de sacrificiis non cruentis (de quibus vid. 3 Mos. 2. c. 6, 14 sqq.); et ita Hebr. 10, 5. 8. Act. 21, 26. 24, 17. (LXX semel Ps. 40, 6 pro מִנְחָה. Cantic. trium pueror. v. 14 *οὐδὲ ὁλοκαύτωσις, οὐδὲ θυσία, οὐδὲ προςφορά, οὐδὲ θυμίαμα.*) *.

Προςφωνέω, *ῶ*, aor. 1. *προςεφώνησα*, 1) *φωνέω πρός τινα,* voco, loquor ad aliquem, *alloquor,* (Hom. Iliad. 2, 22.) — seq. dativ. Luc. 13, 12. 23, 20. Act. 21, 40. 22, 2. (2 Macc. 15, 15.) — *acclamo,* Matth. 11, 16. Luc. 7, 32. — 2) *φωνέω τινὰ πρός με, advoco, — convoco,* Luc. 6, 13 *προςεφώνησε τοὺς μαθητάς.* (Ioseph. ant. 7, 7. 4 *προςφωνήσας ἕνα τῶν οἰκετῶν.*) — (3 Esdr. 2, 21. 6, 6. 22 dicitur de eo quod literis narratur alicui.) *.

Ποςχαίρω, (ex *πρός* et *χαίρω*) *laetitiam alicui significo;* Marc. 9, 15 in var. lect. *προςχαίροντες* pro *προςτρέχοντες.* (LXX Prov. 8, 30 *ἡ προςέχαιρεν.* Chrysost. de sacerdotio p. 270 ed. Beng. *προςχαίρωσιν ἡμῖν.* Vid. *Fritzsch.* ad loc. Marci p. 363.)

Πρόςχυσις, *εως*, *ἡ*, (a *προςχύω*, affundo) *affusio, aspersio;* Hebr. 11, 28 ubi dicitur de sanguine, quo fores Israelitarum aspergebantur, vid. Exod. 12, 22. 23. *.

Προςψαύω, (ex *πρός* et *ψαύω*, tango) tango ad aliquid, *attingo;* — seq. dativ. Luc. 11, 46 *οὐ προςψαύετε τοῖς φορτίοις.* (Sophocl. Philoct. v. 1054.)

Προςωποληπτέω, *ῶ*, (a *προςωπολήπτης* quod vide) personam respicio, personae rationem habeo, i. e. iudico de aliquo s. ago cum eo non secundum veritatem et ius, sed respiciens eius conditionem externam, humilem vel splendidam, divitias vel paupertatem, et alia eiusmodi. Est *ἅπαξ λεγόμενον* N. T. Iac. 2, 9. pro quo reliqui scriptores sacri scribunt *πρόςωπον λαμβάνειν*, vid. *Πρόσωπον.*

Προςωπολήπτης, *ου*, *ὁ*, (a *πρόςωπον λαμβάνω*, vid. *Πρόςωπον*) *personae rationem habens,* pro *ὁ πρόςωπον λαμβάνων.* Est *ἅπαξ λεγόμενον* N. T. Act. 10, 34.

Προςωποληψία, *ας*, *ἡ*, (a *προςωποληπτέω*) i. e. *τὸ λαμβάνειν πρόςωπον*, *personae ratio habita*, sive ea agendi ratio, ubi contra ius et veritatem cum aliquo ago, respiciens eius externam conditionem. (vid. *Προςωποληπτέω.*) Tantum in N. T., et quidem Rom. 2, 11. Eph. 6, 9. Col. 3, 25. Iac. 2, 1.

Πρόςωπον, *ου*, *τό*, (ex *πρός* et *ὤψ*, *ὠπός*, oculus, vultus, ut nostrum *Angesicht,* formatum) 1) *facies,* Matth. 6, 16 *ἀφανίζουσι τὰ πρόςωπα αὐτῶν,* faciem non ornant more consueto, sed sordidam habent. ib. v. 17. 17, 2. 26, 67. Marc. 14, 65. Luc. 9, 29. 22, 64. 24, 5. 2 Cor. 3, 7. 13. 18. 11, 20. Iac. 1, 23. Apoc. 4, 7. 9, 7. 10, 1. — *vultus,* Act. 6, 15. (Ioseph. bell. 6, 7. 2 *ἱλαροῖς τοῖς προςώποις.*) 1 Petr. 3, 12 *πρόςωπον κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά*, vultus severus. vid. Ps. 34, 16. Act. 2, 28 *μετὰ προςώπου σου*, i. e. vultu gratia pleno me intuens. vid. Ps. 16, 11. 21, 6. — *Πίπτειν ἐπὶ πρόςωπον*, vid. *Πίπτω.* — *Κατὰ πρόςωπον coram, in praesentia,* Act. 25, 16. Gal. 2, 11. 2 Cor. 10, 1 ubi opponitur *ἀπών*. Act. 3, 13. (Ioseph. ant. 5, 1. 15. Test. XII patr. p. 683.) Luc. 2, 31 *κατὰ πρόςωπον πάντων τῶν λαῶν*, ita ut videant omnes gentes. — *εἰς πρόςωπον τῶν ἐκκλησιῶν*, videntibus ecclesiis, 2 Cor. 8, 24. — *Τὸ κατὰ πρόςωπον, quod coram est,* oculis obversatur, i. e. quod *clarissime* intelligitur; 2 Cor. 10, 7 *τὸ κατὰ πρόςωπον βλέπετε*, videte, quaeso, quae ante oculos, clarissima sunt! (Alii interrogative: adeone externa spectatis?) Eodem modo usurpatur a Paulo locutio hebraica *πρόςωπον πρὸς πρόςωπον*, quae quidem proprie est: corum, mündlich, persönlich (Gen. 32, 31. Deut. 5, 4. 34, 10.) sed 1 Cor. 13, 12 indicat cognitionem pleniorem, qualem habere solemus eorum, quos ipsi vidimus. — Ex usu hebr. פָּנִים etiam intelliguntur locutiones: a) *βλέπειν τὸ πρόςωπόν τινος*, quod de iis dicitur, qui *interioris admissionis* sunt, et quibus licet coram aliquo comparere. Unde *βλέπ. τὸ πρός. τοῦ θεοῦ*, aditum habere ad Deum, interioris admissionis esse, Matth. 18, 10. Apoc. 22, 4. (de angelis *τοῦ προςώπου τοῦ θεοῦ*, Test. XII patr. p. 547. 548. 618.) — *ἐμφανισθῆναι τῷ προςώπῳ τοῦ θεοῦ*, Hebr. 9, 24 apparere in sancto sanctorum, coelesti sede Dei. (Qui sanctum sanctorum, sive etiam templum Hierosolymitanum intrabant, dicebantur apparere coram facie Dei, Ps. 17, 15. Lev. 9, 5. 10, 16. 1 Sam. 13, 12. Test. XII patr. p. 549 sacerdos summus *λειτουργὸς τοῦ προςώπου τοῦ θεοῦ.* Sir. 32, 4 *μὴ ὀφθῇς ἐν προςώπῳ κυρίου* (in templo) *κενός*, sine oblatione.) — b) *τὸ πρόςωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσ.* Luc. 9, 53. sive ut plenius legitur v. 51 *τὸ πρόςωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι*, vultum constanter vertebat versus Hierosol., sein Blick war fest gerichtet auf etc. sensus: intentus erat itineri perficiendo. (Lev. 26, 17 *ἐπιστήσω τὸ πρόςωπόν μου ἐφ' ὑμᾶς.* Dan. 10, 12 *ἔδωκας τὸ πρόςωπόν σου διανοηθῆναι*, (ubi text. vatic. habet *ἔδωκας τὴν καρδίαν σου τοῦ συνεῖναι.*) Ier. 21, 10 *ἐστήριξα τὸ πρός. μου ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην.* Ezech. 6, 2. vid. hebr. שׂוּם פָּנִים לְ Ier. 42, 15. 17. 44, 12. 2 Reg. 12, 18 et ibid. LXX interpretes.

2) totum pro parte; facies pro *ore;* 2 Cor. 1, 11 *ἵνα ἐκ πολλῶν προςώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν*, ut ex multorum ore (in precibus) de beneficio, in me collato, multis modis Deo gratiae dicantur meo loco. (Gen. 2, 7 *ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόςωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς*; hebr. אַפַּיִם. Ps. 18, 8 *πῦρ ἀπὸ προςώπου αὐτοῦ*, hebr. פֶּה. Dan. 6, 26. Thren. 4, 20. coll. Cohel. 10, 10 ubi פָּנִים i. q. פֶּה.) (Alii 2 Cor. l. l. *ἐκ πολλῶν προςώπων*, ex usu graecitatis recentioris (*Lob.* ad Phryn. p. 389) putant esse i. q. *ἐκ πολλῶν ἀνθρώπων*; alii vertunt: varia ratione, causa; et ita *πρός*. universe pro *re* utique legitur Sir. 26, 5. et Test. XII patr. p. 648 *οὐκ ἔστι τις θυμώδης ὁρῶν πρόςωπον ἐν ἀληθείᾳ*, irae deditus nullam rem videt talem, qualis est.)

3) *externa species*, das Ansehen, a) de *hominibus:* externus, in quo aliquis conspicitur, habitus, i. e. *conditio* eius splendida aut humilis, nobilis aut ignobilis, quae ex ipso noscitur adspectu; ita in locutionibus ex lingua hebr. petitis *βλέπειν εἰς πρός. τινος, λαμβάνειν, θαυμάζειν πρός. τιν.* rationem habere externae conditionis, propter eam aliquem contra ius et aequitatem aut despicere aut magnifacere, Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. Luc. 20, 21. Gal. 2, 6. Iud. v. 16. (Lev. 19, 15. Deut. 1, 17. 10, 17. Gen. 19, 21. Prov. 18, 5. Sir. 32, 12. 13. 42, 1.) — *ἐν προςώπῳ καυχώμενος οὐ καρδίᾳ*, qui in agendi s. loquendi ratione gloriatur sed non sincere, i. e. gloriari tantum videtur, 2 Cor. 5, 12. — Hinc transfertur ad describendam totam *personam, quatenus conspicitur,* sive faciem corporis (Gen. 4, 5. 6.) *ὁρᾶν τὸ πρός. τινος*, Gal. 1, 22. Col. 2, 1. 1 Thess. 2, 17. 3, 10. (Gen. 31, 2. 5. 43, 3. 5.) — 1 Thess. 2, 17 *ἀπορφανισθέντες προςώπῳ, οὐ καρδίᾳ*, corpore, non animo divulsus a vobis. — b) de *rebus: externa species, facies, τὸ πρόςωπον τοῦ οὐρανοῦ,* Matth. 16, 3. Luc. 12, 56. — Iac. 1, 11 *ἡ εὐπρέπεια τοῦ προς. αὐτοῦ* graminis florentis. — *superficies* rei, quia haec tantum conspicitur; ita *πρόςωπον τῆς γῆς*, Luc. 21, 35. Act. 17, 26. (Gen. 2, 6. 7, 23. 8, 9. 11, 4. 41, 56.)

4) denique ex hebraismo inservit periphrasi personarum et rerum; *πρὸ προςώπου τινός* Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 1, 76. 7, 27. 9, 52. 10, 1. Act. 13, 24. (Lev. 18,

24.) — ἀπὸ πρ. τιν. pro ἀπό τινος, Act. 3, 20. 7, 45. 2 Thess. 1, 9. Apoc. 6, 16. 12, 14. 20, 11. (Ios. 5, 1. Gen. 3, 8. 4, 14.) — ἐν προς. Χριστοῦ, pro ἐν Χριστῷ, 2 Cor. 2, 10. 4, 6. — ὄψεσθε τὸ πρ. μου Act. 20, 25. 38. (vid. Prov. 28, 21. 29, 27.) — Act. 5, 41 ἀπὸ προς. τοῦ συνεδρίου. (Num. 20, 6 ἀπὸ προσώπου τῆς συναγωγῆς. Sir. 19, 11 ἀπὸ προσώπου λόγου. coll. Iudith. 2, 5. 14. 3, 2.) — In Evang. et in epistolis Ioannis non habetur. *.

Προτάσσω, partic. perf. pass. προτεταγμένος, (ex πρό et τάσσω) colloco ante, Ioseph. ant. 2, 16. 3. — *ante definio* s. *constituo*; semel Act. 17, 26 ὁρίσας προτεταγμένους καιρούς, proprie: bestimmt habend vorher festgestellte Zeiten, i. q. προορίσας τεταγμένους καιρούς, qui ante, antequam crearet, definivit tempora. Lectio προστεταγμένους, quam *Griesb.* dedit, non satis commoda est. (2 Macc. 8, 36 προτεταγμένοις νόμοις. Symmach. Ps. 60, 9 προτάσσων pro hebr. מְחֹקְקִי.)

Προτείνω, (ex πρό et τείνω, tendo) *protendo*, hinausstrecken; — τὰς χεῖρας εἰς τὸν νεὼν, οὐρανόν, 2 Macc. 14, 33. 34. 15, 13. — *porrigo*, — (manum ipsam, 2 Macc. 7, 10 χεῖρας. Ioseph. vit. §. 8 προτείνειν τινὶ δεξιὰν καὶ πίστιν.) — protendo aliquid extensa manu, i. e. *trado*; Act. 22, 25 ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν. (2 Macc. 15, 15 προτείναντα τὴν δεξιὰν παραδοῦναι τῷ Ἰούδᾳ ῥομφαίαν. Philo de agric. p. 202 ἐγκράτεια ὑγιείαν καὶ σωτηρίαν προτείνει βίου. vid. *Loesn.* obss. p. 225 sqq.) *.

Πρότερος, έρα, ον, (comparat. formatus a praepositione πρό) *prior*, *citior*, *superior*, Eph. 4, 22 κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφήν. (Ios. 1, 14. Exod. 23, 28.) — πρότερον s. τὸ πρότερον, adverbialiter: *prius*, *antea*; Io. 6, 62. 7, 51. 9, 8. 2 Cor. 1, 15. Gal. 4, 13. 1 Tim. 1, 13. Hebr. 4, 6. 7, 27. 10, 32. 1 Petr. 1, 14. (Deut. 4, 32. Lev. 4, 21. Ioseph. ant. 7, 4. 1 μὴ πρότερον πρὶν ἤ. ant. 7, 11. 1.) *.

Προτίθημι, aor. 2. med. προεθέμην, (ex πρό et τίθημι) 1) *expono in conspectum omnium*, *publice spectandum propono*, *öffentlich ausstellen*; (4 Macc. 8, 11. Exod. 40, 4. 3 Esdr. 2, 7. Aelian. var. hist. 14, 8.) — 2) Medium: mihi pono ante oculos (Ps. 54, 3. 86, 14. Ps. 101, 3.) porro: *propono mihi*, *decerno*, *constituo*; Rom. 3, 25 ὃν (Christum) προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον, quem Deus constituit, esse voluit ἱλαστήριον. Ita ex notione *proponendi* Rom. 1, 13 προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Eph. 1, 9 ἣν (εὐδοκίαν) προέθετο ἐν αὐτῷ, quod consilium beneficum sibi proposuit ἐν αὐτῷ per illum perficiendum. (Ioseph. c. Apion. 2, 40. ant. 4, 6. 5. Id. vit. §. 56 νηστείαν προθέσθαι ieiunium decernere s. indicere.) *.

Προτρέπω, aor. 1. med. προετρεψάμην, (ex πρό et τρέπω) antrorsum verto, (Hom. Iliad. 5, 700.) — propello; — incito (4 Macc. 3, 16 ὁ νοῦς εἰς ἀγαθὸν προτρέπων.) — Medium: *adhortor*, *impello*, *excito*; semel Act. 18, 27. (Sap. 14, 18. 2 Macc. 11, 7. 4 Macc. 12, 7. Xenoph. mem. 1, 2. 32. Ioseph. bell. 3, 8. 1. ant. 7, 11. 1. de vita §. 9.) *.

Προτρέχω, aor. 2. προέδραμον, (ex πρό et τρέχω) *praecurro*, Luc. 19, 4 προδραμὼν ἔμπροσθεν — לִפְנֵי. Tob. 11, 2. — Io. 20, 4 προέδραμε τοῦ Πέτρου. (1 Sam. 8, 11 προτρέχοντας τῶν ἁρμάτων.) *.

Προϋπάρχω, impf. προϋπῆρχον, (ex πρό et ὑπάρχω) *ante sum*, *prior sum*; (Ioseph. c. Apion. 1, 29 πολὺς φιλίας προϋπηρχμένας.) — cum alio verbo fere adverbialiter reddendum est: *ante*, *olim*; Luc. 23, 12 προϋπῆρχον ἐν ἔχθρᾳ ὄντες. Act. 8, 9 προϋπῆρχεν μαγεύων. (Ioseph. ant. 4, 6. 5 ἅτε προϋπῆρξεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις γινόμενα τοῖς ἀνθρώποις.) *.

Πρόφασις, εως, ἡ, (a προφαίνω, ante ostendo, praenuntio; palam ostendo, apparere facio) 1) actio qua aliquid palam facio, *ostendo*, *palam facere*, *ostentatio*, das Sehenlassen, Vorzeigen. 1 Thess. 2, 5 οὐκ ἐγενήθημεν ἐν προφάσει πλεονεξίας, non ita in munere meo versatus sum, ut lucri studium ostenderem. (Hom. Iliad. 19, 262. Pind. Py. 4, 56.) Alii hic vertunt: ut speciem avaritiae ostenderem; alii: ut quidquam praetenderem avaritiae causa. — 2) causa quam quis prae se fert, simulat; *praetextus*, *simulatio*; Act. 27, 30. (Ps. 141, 4. Prov. 18, 1. Ioseph. ant. 7, 6. 1. 7, 11. 7.) — προφάσει, *simulate*, *simulans*, Matth. 23, 14. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. Phil. 1, 18 εἴτε προφάσει εἴτε ἀληθείᾳ. (Ioseph. vit §. 14 ἐν προφάσει φιλίας amicitiam simulans. Philo de Iosepho p. 555.) — *excusatio*, Io. 15, 22 πρόφασιν οὐκ ἔχουσι. (Ioseph. c. Apion. 2, 36. Ps. 141, 4. Prov. 18, 1. — etiam *occasio*, *causa*, *materia*, simpliciter, Ioseph. c. Ap. 2, 23. Dan. 6, 4. Act. Thom §. 39 ubi Apostolus dicitur γεγονὼς πρόφασις τῶν ἐπὶ Ἰησοῦν ἐπιστρεφόντων. ib. §. 45.) *.

Προφέρω, (ex πρό et φέρω) *profero*, *produco*; Luc. 6, 45 ἐκ τῆς καρδίας προφέρει (ut arbor fructus) τὸ ἀγαθὸν — τὸ πονηρόν. (Prov. 10, 13 ἐκ χειλέων προφέρει σοφίαν. Ioseph. c. Apion. 2, 20 τὸ προφερόμενον ἔγκλημα. Vid. etiam Tob. 9, 6. 3 Macc. 7, 11. 5, 39.) *.

Προφητεία, ας, ἡ, (a προφήτης, quod vid.) — hebr. נְבוּאָה 1) *interpretatio voluntatis consiliorumque Dei ex afflatu spiritus divini*, Dollmetschung göttlicher Aussprüche und Rathschlüsse aus Inspiration; Apoc. 11, 6 τὰς ἡμέρας τῆς προφητείας αὐτῶν, quamdiu munere interpretum divinae voluntatis fungebantur. (Argumentum προφητείας hic est adhortatio ad emendationem addita annuntiatione poenarum divinarum peccatoribus imminentium.) (Sic Iosua apud Philon. de praem. et poenis p. 918 E. Sir. 46, 1. & Ioseph. ant. 4, 7. 2 dicitur Mosis διάδοχος ἐν προφητείαις in interpretanda divina voluntate. Philo de nomin. mutat. p. 1064 C. προφητεία νόμων ἱερῶν.)

2) *oraculum* numinis, *vaticinium*, proprie quidem: *effatum* numinis, quo consilia sua manifestat, et futurorum dat cognitionem, nostris autem scriptoribus etiam de manifestatione per *visiones*, ita ut fere conveniat cum notione ἀποκαλύψεως; ita Apoc. 1, 3. 22, 7. 10. 18. 19 de vaticiniis et visionibus, quae in libro Apocal. continentur, non exclusa eorundem explicatione; — de vaticiniis V. T. Matth. 13, 14. 2 Petr. 1, 20. 21. (2 Chron. 32, 32. 15, 8. Esdr. 5, 1. 6, 14. Sir. 36, 15. 39, 1. 44, 3. 46, 20. Ioseph. bell. 3, 8. 3 προφητεία τῶν ἱερῶν βίβλων. ant. 7, 9. 5 et 10, 7. 2. — de falsis vaticiniis Ier. 23, 21. Neh. 6, 12.) — Apoc. 19, 10 τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας, i. e. τὸ προφητικόν.

3) *effatum propheticum*, i. e. effatum hominis, qui singulari afflatu sp. s. loquitur, diciturque de iis, qui spiritu Dei abrepti non solum futura praedicunt, sed etiam Deum hymnis laudant, et eius voluntatem, consilia interpretantur. Ita in N. T. 1 Cor. 13, 2. 8. 14, 6. 22. coll. v. 24. 1 Thess. 5, 20. 1 Tim. 1, 18 κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας, convenienter effatis antea (quum manus tibi imponerentur) super te factis a viris spiritu divino plenis; ubi προφητεῖαι potius hymnos, vota ἐν πνεύματι ἁγίῳ facta indicat, quam praedictiones. ib. 4, 14 χάρισμα, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν, intervenientibus piis votis, precationibus, laudationibus Dei. — *donum* propheticum, 1 Cor. 12, 10. (Ioseph. ant. 3, 8. 1.) — *munus* prophetae Rom. 12, 6. (etiam Ioseph. ant. 4, 7. 2 προφητεῖαι munera prophetarum.) *.

Προφητεύω, f. εύσω, aor. 1. προεφήτευσα, (a προφήτης) 1) προφήτης sum, *prophetam me gero*, vel *praestio*; (Sir. 48, 13 ubi de miraculo, quod 2 Reg. 13, 21 narratur, sermo est, quo propheta, se fuisse verum prophetam, demonstraverit.) Matth. 7, 22 προεφητεύσαμεν, prophetas nos praestitimus eiiciendo daemonia et patrando miracula. (Alii vertunt: vaticinati sumus.) — 2) *interpretor oracula Dei* et *quidem ope spiritus divini*, *manifesto res et consilia decretaque divina abscondita*; Apoc. 10, 11. 11, 3. (Ioseph. c. Apion. 2, 39 πιστεύειν τοῖς ὑπ᾽ ἐκείνου [Mose in libris suis] προφητευθεῖσι περὶ τοῦ θεοῦ. Philo de praem. et poen. p. 919 A.) — Hinc etiam: *manifesto* ex inspiratione, responsum do de re occulta qualibet. Matth. 26, 68. Marc. 14, 65. Luc. 22, 64. Volebant nempe impii percussores tentare servatorem, an, si esset Messias, ope spiritus divini cogniturus esset, quisnam eum percusserit. (Ita προφητεία Ioseph. ant. 6, 4. 1 responsum prophetae de loco, quo lateat asina deperdita.) — 3) *vaticinor*, i. e. a) futura annuntio ex inspiratione divina, hebr. נִבָּא, Matth. 11, 13 de quo loco vid. Βιάζω. 15, 7. Marc. 7, 6. 1 Petr. 1, 10. Iud. v. 14. (1 Reg. 22, 12. 18. 2 Chron. 18, 7. Esdr. 5, 1. Ier. 11, 21. 28, 6. Ezech. 11, 4. 13. 13, 2. 21, 2. Sir. 47, 1. 48, 13. Ioseph. ant. 7, 9. 5 et 10, 2. 2. — de falsis prophetis Ier. 14, 14. 15.) — Ita etiam Io. 11, 51 de sacerdote summo. Putabant enim Iudaei, ut intelligitur e Ioseph. bell. 1, 2. 8 προφητείαν coniunctam esse cum sacerdotio, ideoque etiam libri V. T. historici, quippe a sacerdotibus scripti, Iudaeis vocabantur προφῆται, libri prophetarum. — b) *ex inspiratione loquor*, *abreptus afflatu*

spiritus Dei Deum laudo, Luc. 1, 67. Act. 2, 17. 18. 19, 6. 21, 9. 1 Cor. 11, 4. 5. 13, 9. 14, 1. 3. 4. 5. 24. 31. 39. (Ioel. 2, 28. Num. 11, 25. 27. 1 Sam. 10, 5. 6. 10—13. 19, 20 sq.) *.

Προφήτης, ου, ὁ, (ex πρό et φημί) hebr. נָבִיא. proprie: qui proloquitur, dicta enuntiat, dicta profert, (Diod. Sic. 1, 2 ubi historia προφῆτις τῆς ἀληθείας vocatur); — *interpres* (ἐξηγητής) signorum, quibus Dii futura praenuntiant, Pind. Ne. 1, 91.) — interpres oraculorum divinorum (Plat. Tim. Tom. 9. p. 392 edit. Bipont. — Exod. 7, 1 ubi Aaron vocatur προφήτης Mosis, i. e. interpres divinorum mandatorum per Mosen ad Pharaonem deferendorum.) — *oracula Dei referens*, i. q. μάντις, Ioseph. c. Apion. 1, 35. ant. 6, 4. 1. — In libris N. T. est *propheta*, i. e. universe: homo qui est ἐν πνεύματι τοῦ θεοῦ, vel cui inest πνεῦμα 1 Petr. 1, 10 sq., homo πνευματικός, ut Paulus explicat, estque 1) *interpres voluntatis Dei omnino*, qui a Deo missus et spiritu Dei plenus mandata Dei quaecunque (non solum consilia de futuris) ad homines perfert, Matth. 5, 12. 10, 41. 11, 9. 13, 17. Io. 7, 52. 8, 52 sq. Act. 7, 48. 52. Rom. 11, 3. Apoc. 10, 7. 11, 10. 18. 18, 20. 24. (Philo de praem. et poen. p. 918 E: ἑρμηνεὺς γάρ ἐστιν ὁ προφήτης ἔνδοθεν ὑπηχοῦντος τὰ λεκτέα τοῦ θεοῦ.) — Ita vocatur προφήτης a) Ioannes baptista, Matth. 14, 5. 21, 26. Marc. 11, 32. Luc. 1, 76. 20, 6. — b) interpretes voluntatis Dei Iesu antiquiores Matth. 23, 29. 30. 31. 34 προφῆται, σοφοί, γραμματεῖς. v. 37. Luc. 4, 24. 11, 47 — 50. 13, 28. — c) Iesus ipse, Matth. 13, 57. 21, 11. 46. Marc. 6, 4. Luc. 7, 26. 28. 24, 19. Io. 4, 44. — d) Messias κατ' ἐξοχὴν vocatur ὁ προφήτης, Io. 1, 21. 25. i. e. ὁ προφήτης ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον, ut plenius legitur Io. 7, 40. haud dubie e loco Deut. 18, 15. ut intelligitur ex Act. 3, 22. 23. 7, 37. — (1 Macc. 4, 46. 14, 41.) — Quum eiusmodi interpretes voluntatis Dei vi spiritus divini miracula quoque patrare solerent, quibus fidem facerent dictis, etiam προφῆται dicuntur qui miracula patrant, Luc. 7, 16. Io. 9, 17. (Sir. 48, 13. coll. 2 Reg. 13, 21.) — 2) *vates*, i. e. a) qui res absconditas omnino (non solum futuras) ope spiritus cognoscit, Luc. 7, 39. Io. 4, 19. vid. προφητεύω no. 2. Ioseph. ant. 6, 4. 2. — b) in specie, qui *res futuras* ex inspiratione divina praevidet et praedicit; ita de prophetis V. T. Matth. 1, 22. 2, 17. 23. 3, 3. 8, 17. 12, 39. Marc. 6, 15. Luc. 1, 70. 4, 27. 24, 25. Io. 1, 46. Act. 2, 30. 3, 18. 21. 26, 22 et passim. (Ioseph. ant. 6, 2. 1.) de aliis, Act. 13, 1. 11, 27. 15, 32. 21, 10. — metonymice: *libri prophetarum* V. T., et quidem α) quatenus divinam voluntatem et Dei praecepta omnino continent, Matth. 7, 12. 22, 40. Luc. 16, 29. 31. — β) quatenus vaticinia continent de rebus futuris, Matth. 5, 17. (vid. Πληρόω) 11, 13. Luc. 16, 16. Act. 7, 42. 8, 28. 30. 13, 15. 40. 24, 14. 28, 23. Rom. 3, 21. (2 Macc. 15, 9.) — Notandum est, νόμον καὶ προφήτας in his locis comprehendere totum volumen V. T. et προφήτας non solum de libris prophetarum sed etiam de libris historicis V. T. quippe a sacerdotibus dono προφητείας instructis (vid. προφητεύω no. 3.) conscriptis simulque de hagiographis dici, quae hagiographa uno in loco Luc. 24, 44 a prophetis distinguuntur et ψαλμοί vocantur. — 3) *homo afflatu Spir. loquens*, et ita a) qui in coetu christiano Deum laudibus efferunt, 1 Cor. 12, 28. 29. 14, 29. 32. 37. Eph. 2, 20. 3, 5. 4, 11. Videntur iidem etiam interpretes vaticiniorum V. T. fuisse, ipsique locuti esse etiam consilia Dei de rebus futuris. — b) *poeta*, qui etiam Latinis vates et propheta (Varro de ling. lat. 6, 3) dicitur, quippe qui afflatu Spiritus divini canere putabatur. — Tit. 1, 12 de Epimenide.

Προφητικός, ή, όν, (a προφήτης) *propheticus*, a propheta profectus, Rom. 16, 26 (in textu *Griesb.* cap. 14, 26.) 2 Petr. 1, 19. (Phil. de alleg. II, p. 68 ὁ προφητικὸς λόγος. Id. de nomin. mutat. p. 1063 τὸ προφητικὸν γένος.) *.

Προφῆτις, ιδος, ἡ, — LXX pro נְבִיאָה — *prophetissa*, i. e. mulier, quae divino spiritu agitur, Deique mandata et oracula refert; bis: Apoc. 2, 20. et Luc. 2, 36 in quo posteriori loco alii: femina Deo sacra seu familiaris, quo sensu etiam Gen. 20, 8 Abrahamus, Tob. 4, 12 Noachus, Abrah., Isaacus etc. prophetae vocentur. At puto, etiam hos ita fuisse appellatos, quia Deus ipsis voluntatem suam revelavit, quam deinde aliis hominibus manifestarent. — (LXX Exod. 15, 20. Iud. 4, 4. 2 Reg. 22, 14. 2 Chron. 34, 22. Ies. 8, 3.) *.

Προφθάνω, aor. 1. προέφθασα, (ex πρό et φθάνω) *praevenio*, i. e. prior venio, anteverto; *sermone praevenio, prior altero loquor;* Matth. 17, 25. — (LXX pro קִדֵּם 2 Sam. 22, 6. 19. Iob. 30, 27. Ps. 17, 13. 68, 32. Ion. 4, 2. 1 Sam. 20, 25. 1 Macc. 10, 4. 23.) *.

Προχειρίζομαι, aor. προεχειρισάμην, partic. perf. pass. προκεχειρισμένος, verb. depon. med. (a πρόχειρος-ον, qui s. quod in promtu, ad manus est) 1) πρόχειρον ποιέω, facio ut mihi ad manus sit, paro mihi, capio mihi, (Demosth. 45, 10 et 85, 7 edit. *Reisk.*) — 2) ex adiuncto: *deligo, eligo mihi*, Act. 26, 16 προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην. — seq. infinitivo: *destino*, Act. 22, 14 ὁ θεὸς προεχειρίσατό σε γνῶναι τὴν ἀλήθειαν. — perf. passiv. *delectus sum*, Act. 3, 20 τὸν προκεχειρισμένον (text. vulg. προκεκηρυγμένον) ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστόν. — (Deligendi sensu legitur apud LXX pro לָקַח Ios. 3, 12 προχειρίσασθε ὑμῖν δώδεκα ἄνδρας. Exod. 4, 13 pro שָׁלַח. 2 Macc. 3, 7. 8, 9. Polyb. I, 11. 3. 3, 40. 14.) *.

Προχειροτονέω, ῶ, f. ήσω, (ex πρό et χειροτονέω, quod vid.) *ante eligo* s. *destino;* Act. 10, 41 μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ. *.

Πρόχορος, ου, ὁ, *Prochorus*, nom. pr. unius e septem diaconis ecclesiae Hierosolymit., Act. 6. 5. *.

Πρύμνα, ης, ἡ, (a πρυμνός, extremus) pro πρύμνη ναῦς, posterior pars navis, *puppis;* Marc. 4, 38. Act. 27, 29. 41. (Hom. Iliad. 8, 475. 15, 435. Xenoph. anab. 5, 8. 20. Hesych. πρύμνα· τὰ ὀπίσω ἢ τὸ τέλος τοῦ πλοίου.) *.

Πρωΐ, adverb. (a πρό) 1) *mane, tempore matutino*, Matth. 16, 3. Marc. 11, 20. 16, 9. Io. 18, 28 in codd. (Hom. Iliad. 8, 530. Ioseph. vit. §. 17.) — ἅμα πρωΐ, Matth. 20, 1. vid. Ἅμα. — λίαν πρωΐ, Marc. 16, 2. — τὸ πρωΐ, idem Marc. 15, 1. Act. 28, 23 ἀπὸ πρωΐ ἕως ἑσπέρας. — 2) *quarta vigilia noctis* (i. e. tempus ab hora 3. usque ad 6tam e nostra ratione) Marc. 13, 35. Quum sol demum versus horam sextam oriretur, πρωΐ etiam comprehendit tempus, quo adhuc nox et crepusculum matutinum est, Marc. 1, 35 πρωΐ ἔννυχον λίαν. Io. 20, 1 πρωΐ, σκοτίας ἔτι οὔσης. (LXX pro בֹּקֶר Exod. 16, 21. 30, 7. 36, 3. 2 Sam. 13, 4. Ies. 28, 19.) *.

Πρώϊμος, η, ον, (a πρωΐ) *matutinus;* propr. de diei, tum vero etiam de anni tempore, semel Iac. 5, 7 ὑετὸς πρώϊμος, pluvia matutina, i. e. sub finem mensis Marchesvan seu Octobris (a quo Iudaei incipiebant annum) usque ad medium Decembr. decidens. (LXX ὑετὸς πρώϊμος, pro גֶּשֶׁם יוֹרֶה Deut. 11, 14. Ier. 5. 24. Hos. 6, 3. coll. Ioel. 2, 23.) Est forma recentiorum pro πρώϊος, vid. *Lobeck* ad Phryn. p. 52. *.

Πρωϊνός, ή, όν, (a πρωΐ) *matutinus;* LXX pro בֹּקֶר. Apoc. 2, 28. vid. Ἀστήρ. ib. c. 22, 16 ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός (text. vulg. ὀρθρινός.) (Exod. 29, 41. Lev. 9, 17. Iob. 38, 12. Hos. 6, 4. 13, 3.) (Recentioris aevi forma pro πρώϊος, vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 51.) *.

Πρώϊος, ία, ϊον, (a πρωΐ) matutinus; (Hom. Iliad. 15, 470.) — πρωΐα, ας, ἡ, (ὥρα), *tempus matutinum, mane;* Matth. 21, 18. 27, 1. Io. 18, 28. 21, 4. (LXX pro בֹּקֶר 2 Sam. 23, 4. Thren. 3, 23. Dan. 8, 26. Ioseph. ant. 7, 8. 1.) *.

Πρῶρα, ας, ἡ, (a πρό) *prora*, anterior navis pars; Act. 27, 30. 41. (Polyb. 16, 4. 12.) *.

Πρωτεύω, (a πρῶτος) *primus sum, primas partes teneo, imperium habeo;* Col. 1, 18. (Esth. 5, 11 ἐποίησεν αὐτὸν πρωτεύειν καὶ ἡγεῖσθαι τῆς βασιλείας. 2 Macc. 6, 18. 13, 15 ὁ πρωτεύων τῶν ἐλεφάντων. Ioseph. ant. 9, 8. 3 οἱ τοῦ πλήθους πρωτεύοντες. Id. vit. §. 25 πρωτεύειν τῆς πόλεως.) *.

Πρωτοκαθεδρία, ας, ἡ, (ex πρῶτος et καθέδρα) *tenere* τὴν πρώτην καθέδραν, *primam sedem, sedere primo loco*, in conventu, synedrio, der erste, der Ehrenplatz, Matth. 23, 6. Marc. 12, 39. Luc. 11, 43. 20, 46. (Apud profanos non legitur.) *.

Πρωτοκλισία, ας, ἡ, (ex πρῶτος et κλισία) primo loco accumbere mensae, *primus accubitus;* Matth. 23, 6. Marc. 12, 39. Luc. 14, 7. 8. 20, 46. (et Luc. 11, 43 in varia lect.) (Suidas: πρωτοκλισία. ἡ πρώτη καθέδρα.) *.

Πρῶτος, η, ον, (superlativ. a *πρό*, cuius comparat. *πρότερος*, superl. *πρῶτος*), LXX maxime pro רִאשׁוֹן, passim etiam pro אֶחָד et רֹאשׁ, *primus*, — et quidem a) ordine, loco, tempore, Matth. 10, 2. Marc. 3, 16. Luc. 14, 18. 16, 5. Matth. 20, 8. 10. 26, 17 *τῇ πρώτῃ* intell. *ἡμέρᾳ*. Marc. 14, 12. 16, 9. Act. 20, 18 et saepius. — Si duo conferuntur, est *prior*, i. q. *πρότερος*, Matth. 21, 36. 27, 64. Act. 1, 1. 1 Cor. 14, 30. 15, 45. Hebr. 8, 7. 13. 9, 1. 2. 6. 10, 9. Apoc. 2, 4. 5. 19. 21, 1. 4. (Gen. 41, 20. Deut. 10, 1. 4. Esdr. 3, 12.) — Item cum genitivo comparationis, Io. 1, 15 *πρῶτός μου*, me prior. ib. v. 30. 15, 18. cf. *Herm.* ad Vig. p. 718. — *τὰ πρῶτα* pro *πρότερα*, *prior conditio*, Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. 2 Petr. 2, 20. — *ἐν πρώτοις*, *primo loco*, *omnium maxime*, 1 Cor. 15, 3. (Ios. 8, 33. Deut. 13, 9.) — *ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος*, vid. *Ἔσχατος*, et conf. Ies. 44, 6. 48, 12. — *Πρῶτος* cum verbo iunctum, ut Latinor. primus, (ut: primus hoc vidit) pro adverbio: *primum*, *primo loco*, *prius*, *zuerst*; Luc. 2, 2 *πρώτη ἐγένετο*. Io. 1, 42 *εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφόν*. c. 5, 4 *ὁ οὖν πρῶτος ἐμβάς*. c. 8, 7 *πρῶτος βαλέτω*. c. 20, 4. 8. 1 Io. 4, 19 *πρῶτος ἠγάπησε*, prius amavit. Act. 26, 23 *πρῶτος μέλλει καταγγ.* c. 27, 43 *πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι*. Rom. 10, 19 *πρῶτος Μωϋσῆς λέγει*, primum Moses dicit, (sequitur v. 20 *Ἡσαΐας δέ*, deinde Iesaias.) 1 Tim. 2, 13. 2 Tim. 2, 6. Ap. 4, 1 *φωνὴ ἡ πρώτη ἣν ἤκουσα* pro *φωνή, ἣν πρῶτον ἤκουσα*. (Ier. 50, 17.) — b) *dignitate, honore primus*, *praecipuus*, *princeps*, *procer*; Matth. 20, 27. 22, 38. Marc. 6, 21 *τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας*. (Ioseph. ant. 4, 6. 9. ib. 7, 11. 5 *οἱ τῆς χώρας πρῶτοι*.) Marc. 9, 35. 10, 44. 12, 28. 29. 30. Luc. 19, 47 *οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ*. Act. 13, 50. 17, 4. 25, 2. 28, 7. 17. (1 Sam. 9, 22. 2 Chron. 26, 20. Neh. 12, 46. Ioseph. ant. 10, 4. 5 *τῶν ἱερέων οἱ πρῶτοι*.) — Luc. 15, 22 *στολὴ ἡ πρώτη*, vestis praestantissima. (Ezech. 27, 22 *μετὰ πρώτων ἡδυσμάτων*. Psalt. Sal. 17, 48 *χρυσίον τίμιον τὸ πρῶτον*.) — in malam partem: princeps in peccando, 1 Tim. 1, 15. 16. — In dicto: *primi erunt ultimi* et *ultimi primi*, Matth. 19, 30 (vid. *Ἔσχατος*). 20, 8. 10. 16. Marc. 10, 31. Luc. 13, 30 *πρῶτος* sensu praegnante accipiendum est; sensus enim est: qui, quia aliis priores ad regnum Messiae venerunt, primi honore ea de causa esse debere sibi videntur, ii aliis posthabebuntur; contra, qui serius ad regnum Dei venerunt, igiturque posthabendi videntur, primi erunt honore.

Neutrum *πρῶτον*, adverbialiter: 1) *primum*; a) de ordine, loco, tempore, Matth. 17, 27. Marc. 4, 28. 7, 27. 16, 9. Luc. 10, 5. Io. 2, 10. 18, 13. Act. 3, 26. 11, 26. 13, 46. Rom. 3, 2. 1 Cor. 12, 28. 15, 46. 1 Thess. 4, 16. Hebr. 7, 2 et passim. — *prima vice*, Act. 7, 12. — Initio sermonis: *quod primum est*, vel: *omnium maxime*; Rom. 1, 8. 1 Cor. 11, 18. — *πρῶτον καί* pro *πρῶτον, ἔπειτα*, primum et postea, i. e. aeque ac, Rom. 1, 16. 2, 9. 10. 2 Cor. 8, 5 *ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ κυρίῳ, καὶ* (et post etiam) *ἡμῖν*. — *τὸ πρῶτον*, *quod primum fuit*, i. e. *statim ab initio*, Io. 12, 16. *antea, olim*, Io. 10, 40. 19, 39. 2 Tim. 1, 5. — b) de dignitate, pretio; *imprimis*, *omnium maxime*, Matth. 6, 33. Luc. 12, 1. 2 Petr. 1, 20. 3, 3 ubi *πρῶτον* pro *πρῶτον πάντων*, ut legitur 1 Tim. 2, 1. — 2) pro comparativo: *πρότερον*, *prius*, *ante*, Matth. 5, 24. 7, 5. 8, 21. 12, 29. 13, 30. 17, 10. 11. 23, 26. Marc. 3, 27. 9, 11. 12. 13, 10. Luc. 6, 42. 9, 59. 61. 11, 38 *ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου*. 14, 28. 31. 17, 25. 21, 9. Io. 15, 18 *πρῶτον* (pro *πρότερον*) *ὑμῶν*. Rom. 15, 24. [Eph. 4, 9.] 2 Thess. 2, 3.

Πρωτοστάτης, ου, ὁ, (ex *πρῶτος* et *ἵστημι*) 1) qui primus stat, primo loco, potissimum in acie, *dux*, ordinem ducens, (Iob. 15, 24 *ὥςπερ στρατηγὸς πρωτοστάτης πίπτων*. Xenoph. de republ. Lac. c. 11, 4.) — 2) ut Latinor. *dux* i. e. *auctor rei*; Act. 24, 5 *πρωτοστάτην τῆς αἱρέσεως*. *.

Πρωτοτόκια, ιων, τά, (a *πρωτότοκος*) ius primogeniturae; Hebr. 12, 16. — LXX *πρωτοτοκία* et *πρωτοτοκεῖα, τά*, pro בְּכֹרָה Gen. 25, 31—34. 27, 36. Deut. 21, 16. 17. 1 Chron. 5, 1. — Apud profanos hoc sensu non legitur, et Iosephus ant. 2, 1. 1 de Esauo agens dixit *τὸ πρεσβεῖον*. Philo autem hanc vocem e versione LXX repetiit de alleg. II, p. 97. de sacrific. Abel. p. 133. Filius primogenitus non solum duplicem bonorum paternorum portionem haereditate accipiebat, sed erat etiam princeps familiae post patris mortem; Deut. 21, 15 sqq. 21, 17. Gen. 25, 31 sq. 2 Chron. 21, 3. *.

Πρωτότοκος, ον, (ex *πρῶτος* et *τόκος*), LXX pro hebr. בְּכוֹר, 1) *primogenitus*, qui primus nascitur vel matri vel patri; non solum de hominibus, Matth. 1, 25. Luc. 2, 7. (Gen. 27, 19. 32), sed etiam de animalibus; Hebr. 11, 28 *τὰ πρωτότοκα* hominum et iumentorum, (Exod. 11, 5. 12, 12. 13, 2. Gen. 4, 4.) — transfertur ad Dei filium, qui *πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως* dicitur, quatenus a Deo ante mundum conditum genitus est; Col. 1, 15. coll. v. 16. Hebr. 1, 6. coll. v. 5. — Porro transfertur ad coetum christianorum, qui *πρωτότοκοι* Dei dicuntur, *primogeniti*, quatenus, ut primogeniti filii, haeredes sunt bonorum divinorum, salutis in coelo, Dei sede; Hebr. 12, 23. (Simili modo Exod. 4, 22 *υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ*, Israëlitae inter omnes gentes a me habentur ut primogenitus filius, cui omnia bona patris competunt. Ies. 31, 9. Psalt. Sal. 13, 8 *νουθετήσει δίκαιον ὡς υἱὸν ἀγαπήσεως, καὶ ἡ παιδεία αὐτοῦ ὡς πρωτοτόκου*. ib. 18, 4. 4 Esdr. 6, 58: „nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum.") — 2) ex adiuncto: *qui primus*, *princeps est*, quia primogeniti principes erant familiae; Rom. 8, 29 *εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς*, ut ipse esset princeps multorum fratrum, qui videlicet fide se ei adiunxerunt. (coll. Col. 1, 18 *ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν πρωτεύων*.) Col. 1, 18 *πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν*, et Apoc. 1, 5 *πρωτ. τῶν νεκρῶν*, qui primus resurrexit ex hade, resurgentium est dux et princeps. (Ps. 89, 27 *πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν, ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς*.) *.

Πταίω, f. *πταίσω*, aor. 1. *ἔπταισα*, 1) impingo pede in lapidem, offendo, (Herodian. 5, 6. 18); tropice: *impingo* quasi in praecepta; de peccantibus, Rom. 11, 11. et clarius Iac. 2, 10 *πταίειν ἐν νόμῳ*. Ibid. c. 3, 2 *ἐν λόγῳ πταίειν*, loquendo impingere in legem, loquendo peccare. (Deut. 7, 25 pro יָקֹשׁ. Antonin. 7, 15 *ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τοὺς πταίοντας*.) — 2) *cado, labor*, a) propr. de iis qui in bello cadunt (LXX pro נִגַּף 1 Sam. 4, 2. 3. 10. 2 Sam. 2, 17. 18, 7); tropice: *felicitate excido*, *miser fio*; 2 Petr. 1, 10. Thucyd. 2, 45. Xenoph. cyrop. 3, 1. 15. (Ita *πταίσματα* casus adversi, Ioseph. bell. 6, 1. 2.) *.

Πτέρνα, ης, ἡ, *calx* pedis; Io. 13, 18 *ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν*, sustulit contra me calcem, s. pedem i. e. nocere studet. Deprompta sunt e Ps. 41, 10 ubi עָקֵב. vid. etiam Gen. 3, 15. Iud. 5, 22. Ier. 9, 4. *.

Ῥύπος, ου, ὁ, *sordes, squalor;* 1 Petr. 3, 21 σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, pro ἀπόθεσις ῥύπου σαρκός. (Iob. 9, 31. 11, 15. tropice Iob. 14, 4. Ies. 4, 4. Antonin. 7, 47 καθαίρουσι αἱ τούτων φαντασίαι τὸν ῥύπον τοῦ χαμαὶ βίου.) °.

Ῥυπόω, ῶ, aor. 1. ἐῤῥύπωσα, (a ῥύπος) *sordesco;* metaph. *turpitudine, vitiositate me contamino.* [Apoc. 22, 11. vid. Ῥυπαρεύομαι.] (Act. Thom. §. 52 ἐσθὴς ἐῤῥυπωμένη.) °.

Ῥύσις, εως, ἡ, (a ῥέω, ῥυῆναι, fluo) *fluxus, profluvium;* ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος, profluvium sanguinis, Marc. 5, 25. Luc. 8, 43. 44. (LXX זוֹב Lev. 15, 24. 25. 27. 29. coll. v. 2. 3. 13.) °.

Ῥυτίς, ίδος, ἡ, (a stirpe ῥύω, contraho) *ruga,* quia per eam contrahitur facies, manus etc. (Etymol. M. ῥυτίς· ἡ συνελκυσμένη σάρξ.) — Eph. 5, 27 ubi ecclesia cum sponsa, macula carente, comparatur, i. e. ecclesia vitiositate et turpitudine non deformata. (Aristoph. Plut. v. 1052 ἐν τῷ προσώπῳ τῶν ῥυτίδων ὅσας ἔχει. Diod. Sic. 4. 51.) °.

Ῥωμαϊκός, ή, όν, (a Ῥώμη) *romanus;* Luc. 23, 38 γράμμασιν ῥωμαϊκοῖς. (Ioseph. vit. §. 71. Polyb. 3, 107. 12.) °.

Ῥωμαῖος, ου, ὁ, (ab eod.) *Romanus,* — *civis romanus;* Io. 11, 48. Act. 2, 10. 16, 21. 37. 38. 22, 25—29. 23, 27. 25, 16. 28, 17. °.

Ῥωμαϊστί, adv. *romane, latine,* Io. 19, 20. °.

Ῥώμη, ης, ἡ, *Roma*, urbs Italiae celeberrima, imperii Romani sedes, a Romulo conditore nomen nacta, Apostolorum temporibus orbis imperatrix. Act. 18, 2. 19, 21. 23, 11. 28, 14. 16. Rom. 1, 7. 15. 2 Tim. 1, 17. *.

Ῥώννυμι, s. ῥωννύω, (i. q. ῥόω, a quo verbo obsoleto tempora sua deducit) f. ῥώσω, roboro, validum facio; perf. passiv. ἔῤῥωμαι, *validus sum, valeo*, ut Latinor. valeo de sanitate et prospero rerum statu, (3 Macc. 3, 13 ἔῤῥωμαι δὲ καὶ ἐγὼ καὶ τὰ πράγματα ἡμῶν. 2 Macc. 9, 20 εἰ ἔῤῥωσθε, καὶ τὰ τέκνα κατὰ γνώμην ἐστίν. ib. 11, 28) et imperat. ἔῤῥωσο, ἔῤῥωσθε, in finibus epistolarum eodem modo ut Latinor. *vale, valete;* Act. 15, 29. 23, 30. (2 Macc. 11, 21. Xenoph. cyrop. 4, 5. 33.) *.

Σ.

Σαβαχθανί, chaldaicum שְׁבַקְתַּנִי (a שְׁבַק deseruit), quod in paraphrasi chaldaica Ps. 22, 1 pro hebr. עֲזַבְתָּנִי legitur: *deseruisti me;* Matth. 27, 46. Marc. 15, 34. *.

Σαβαώθ, vox hebr. צְבָאוֹת, *exercitus*. צָבָא primum dicitur de exercitu bellatorum; porro צְבָא הַשָּׁמַיִם *exercitus coelorum* dicitur quum de angelis Deum circumdantibus (2 Chron. 18, 18. Ps. 103, 21), tum de astrorum multitudine (Ier. 33, 22. Ies. 40, 26), tum de iis, quae coelo continentur universe (Dan. 8, 10. Ies. 24, 21). Hinc יְהוָֹה צְבָאוֹת et אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, *Deus coelorum* i. e. *summus;* θεὸς s. κύριος σαβαώθ, Rom. 9, 29. Iac. 5, 4. (LXX κύριος σαββαώθ, semel Zach. 13, 2. 1 Sam. 15, 2 et saepissime apud Iesaiam c. 1, 9. 2, 12. 6, 3. — θεὸς σαβαώθ tantum legitur 1 Sam. 1, 3. coll. 11. c. 17, 45. In aliis libris LXX interpretum vertitur παντοκράτωρ.)

Σαββατισμός, οῦ, ὁ, (a σαββατίζω, sabbatum celebro, Exod. 16, 30. Lev. 23, 32. 2 Macc. 6, 6 quod a σάββατον) celebratio sabbati, i. e. *quies ab omni labore;* semel de quiete cultorum Dei in aevo futuro, quam Rabbini etiam שַׁבָּת הַגָּדוֹל sabbatum magnum dicere solebant; Hebr. 4, 9. coll. *Schoettgenii* hor. hebr. et talm. ad h. l. (Legitur etiam Plutarch. de superst. 3.)

Σάββατον, ου, τό, 1) *sabbatum*, vox hebr. שַׁבָּת, propr. cessatio a labore, quies; dies quietis, *sabbatum*, i. e. septima hebdomadis dies, qua Iudaei non solum a quovis labore et opere abstinebant, neque adeo pugnabant (Ioseph. ant. 12, 6. 2. 13, 1. 3. vit. §. 32), neque iter faciebant (Ioseph. ant. 13, 8. 4 οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐν τοῖς σάββασιν οὔτε ἐν τῇ ἑορτῇ ὁδεύειν), sed in synagogis conveniebant, et scripturam sacram praelegebant atque interpretabantur, et preces faciebant. Quod ad formam grammaticam attinet, legitur in nostris scriptoribus a) τὸ σάββατον, ου, ῳ, Matth. 12, 2. 24, 20. Marc. 6, 2. 16, 1. Luc. 6, 1 (vid. *Δευτερόπρωτος*). 6, 6. 7. 13, 14–16. 14, 1–5. 23, 54. 56. Apud Ioannem (excepta locutione μιᾷ τῶν σαββάτων) ita semper c. 5, 9. 10. 16. 18. 7, 22 sqq. 9, 14. 16. 19, 31. Act. 1, 12. 13, 27. 42. 44. (Exod. 31, 13. 2 Reg. 4, 23. 11, 5. 7. 9. 1 Chron. 9, 32. Neh. 10, 31. Ioseph. vit. §. 32. ant. 3, 10. 7. bell. iud. 2, 17. 10. contr. Apion. 2, 2.) — b) τὰ σάββατα plurale, ex forma chaldaica שַׁבְּתָא, ut videtur, sed cum significatione singulari, *sabbatum, der Sabbath*, (in dativo per metaplasmum, de quo vid. *Matthiae* Gramm. gr. §. 92. no. 3) nostri [excepto Ioanne] constanter, et Iosephus plerumque scribunt τοῖς σάββασι [Ioseph. vit. §. 54. bell. 1, 7. 3. ant. 13, 8. 4. 1 Macc. 2, 38], pro τοῖς σαββάτοις, ut habent aliquoties (Num. 28, 10. 2 Chron. 2, 4. 8, 13. Ezech. 46, 1. 4.) LXX interpretes et Ioseph. ant. 3, 12. 6 et 11, 8. 7 (ubi σαββάτοις *Haverkamp.* restituit e codd. auctoritate) Matth. 12, 1. 28, 1. Marc. 1, 21. 2, 23 sqq. 3, 2. 4. Luc. 4, 16. 31. 13, 10. Act. 13, 14 τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, die sabbati. 16, 13. (Exod. 35, 3. Deut. 5, 12. Ier. 17, 21 sqq. 1 Macc. 2, 34. 41. Ioseph. ant. 12, 6. 2. — ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, Neh. 10, 31. — Ita σάββατα pro σάββατον Exod. 16, 23. 25. 26. Ioseph. ant. 3, 6. 6 ἐν τῷ καλουμένῳ ὑφ' ἡμῶν σαββάτῳ, τὴν γὰρ ἑβδόμην ἡμέραν σάββατα καλοῦμεν. 3, 10. 1. ib. 7, 12. 3 κατὰ τὴν τῶν καλουμένων σαββάτων ἡμέραν. ant. 1, 1. 1 προσαγορεύοντες αὐτὴν [ἡμέραν] σάββατα.) — c) τὰ σάββατα pluralis a τὸ σάββατον, *sabbata*, Matth. 12, 5. 10. 11. 12. Luc. 6, 2. 9. Act. 17, 2 σάββατα τρία. Col. 2, 16. (2 Chron. 31, 3. Ezech. 46, 3. Ies. 1, 13. Ioseph. ant. 13, 8. 4.) — — 2) τὸ σάββατον, *leges de sabbato celebrando*, Matth. 12, 5. 8. Marc. 2, 27. 28. Luc. 6, 5. (Neh. 9, 14.) — 3) ex chaldaismo et syriasmo, ubi שַׁבְּתָא (Targum. Esth. 2, 9) et ܫܒܬܐ de septimana dicuntur per synecdochen: *hebdomas, septimana* ita τὸ σάββατον, Luc. 18, 12 νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου. Marc. 16, 9 πρώτῃ σαββάτου, primo die septimanae; — τὰ σάββατα, in formula μιᾷ σαββάτων, primo die septimanae, Matth. 28, 1. Marc. 16, 2. Luc. 24, 1. Io. 20, 1. 19. Act. 20, 7. 1 Cor. 16, 2. (Narratio Iosephi ab Arim. ap. *Birch.* p. 191: καὶ δὲ ὀψίας γενομένης τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὥρᾳ ē τῆς νυκτὸς, ἔρχεται.)

Σαγήνη, ης, ἡ, (a σάττω, onero; comprimo) *sagena, everriculum;* i. e. rete piscatorium maius; Matth. 13, 47. — (LXX pro חֵרֶם Eccl. 7, 27. Ezech. 26, 5. 14. 47, 11. Hab. 1, 16 etiam. Hab. 1, 15. Ies. 19, 8. — Artemidor. 2, 14. Aelian. H. anim. 11, 12. Hesych. et Phavorin. σαγήνη· τὸ δίκτυον, πλέγμα τι ἐκ καλάμων εἰς θήραν ἰχθύων.) *.

Σαδδουκαῖος, ου, ὁ, *Sadducaeus, Sadducaeorum sectae addictus;* Matth. 3, 7. 16, 1. 6. 11. 12. 22. 23. 34. Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. Act. 4, 1. 5, 17. 23, 6. 7. 8. — De origine huius familiae Iudaeorum non satis constat, nec de nomine, quod alii ab hebr. צַדִּיק, iustus, alii (secundum Rabbinos posteriores) a *Sadoco*, qui huius sectae auctor fuerit, deducunt. Repudiabant traditiones Veteri Test. additas et a Pharisaeis admissas, et solam sequebantur legem mos. et scripta prophetica; negabant resurrectionem mortuorum, et factorum in altera vita quum poenas tum praemia; item, esse angelos et daemones, fati necessitatem et Dei procurationem. (Vid. Ioseph. ant. lib. 13, cap. 5. 9 et 10. lib. 18, c. 1. de bell. lib. 2, 8.) In iudiciis erant severiores (Ioseph. ant. 20, 9. 1. bell. 2, 8. 14) multumque valebant apud proceres Iudaeorum (Ioseph. ant. 18, 1) et synedrio magno adsidebant. (Ioseph. ant. 18, 1.) Vid. omnino *Wineri* bibl. Realw. s. h. v. *.

Σαδώκ, ὁ, *Sadok*, hebr. צָדוֹק, nom. pr. indecl. viri, Matth. 1, 14 commemorati.

Σαίνω, (a σίω, σείω, moveo, concutio) moveo; ut τὴν οὐράν, de canibus caudam blande moventibus (Aelian. V. H. 13, 42. Arrian. epict. 2, 22. Hom. Odyss. 16, 6.) — Passivum: *animo moveor, concutior, percellor;* semel 1 Thess. 3, 3 τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις, ne quis vestrum ullo modo turbetur animo in his calamitatibus. (Sophocl. Antig. v. 1214 παιδός με σαίνει φθόγγος. Diog. Laert. 8, 1 οἱ δὲ σαινόμενοι τοῖς λεγομένοις ἐδάκρυον. vid. *Kypk.* et *Wolf.* ad h. l. Etiam est blandio, ut Pind. Py. 2, 151. Aeschyl. choeph. 192.) *.

Σάκκος, ου, ὁ, hebr. שַׂק, *saccus;* i. e. proprie: textura crassior et aspera e pilis caprarum aliorumque animalium facta, *grobes härenes Zeug;* id quod ex ea confectum est, a) *saccus*, receptaculum frumentis aliisque rebus capiendis et transportandis idoneum, ein *Sack, Säckchen*, (LXX Gen. 42, 25. 35. Lev. 11, 32. Ios. 9, 4. 2 Sam. 21, 10.) — b) *cilicium*, stragula atra et aspera, (*ein grober härener schwarzer oder dunkelbrauner Teppich, oder Stück Zeug*) qua apud Israelitas aliasque gentes finitimas (Ioseph. ant. 8, 14. 4 οἱ δὲ, σάκκους ἐνδυσάμενοι, καὶ σχοινία ταῖς κεφαλαῖς περιθέμενοι, οὕτως γὰρ τὸ παλαιὸν ἱκέτευον οἱ Σύροι) utebantur supplices et lugentes ita, ut vel loco pallii illud superinduerent (Ioseph. ant. 5, 1. 12 σάκκους ἐπενδύντες ταῖς στολαῖς), vel lumbos eo complicarent (Gen. 37, 34. 1 Reg. 20, 32. Ioseph. ant. 10, 1. 3 ὁ δὲ ἀμφιασάμενος σάκκους, καὶ σχῆμα ταπεινὸν ἀναλαβών) vel etiam illo expanso insiderent vel ei incumberent (Ioseph. ant. 7, 7. 4 μέλαιναν περιθέμενος ἐσθῆτα, πεσὼν ἐπὶ σάκκου κατὰ γῆς ἔκειτο. Ies. 58, 5.) — Matth. 11, 21 ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ. Luc. 10, 13. (1 Reg. 20, 31. Neh. 9, 1. Esth. 4, 1–5. Dan. 9, 3. Ion. 3, 6. Iudith. 4, 11. Ioseph. bell. 2, 12. 5 σάκκους ἀμπεχόμενοι καὶ τέφραν τῶν κεφαλῶν καταχέοντες ἱκέτευον. ant. 7, 1. 6. ib. 20, 6. 1.) — Apoc. 6, 12 ὁ ἥλιος μέλας ἐγένετο ὡς σάκκος τρίχινος. (Ies. 50, 3 ἐνδύσω τὸν οὐ-

φανὸν σκότος, καὶ ὡς σάκκον θήσω τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. coll. Sir. 25, 17.) — *cilicium*, i. e. pallium atrum et asperum e pilis factum, quo utebantur nonnunquam prophetae, potissimum qui ad poenitentiam excitabant, Apoc. 11, 3. (Ies. 20, 2. Matth. 3, 4. vid. etiam Ἔνδυμα.)

Σαλά, ὁ, *Sala*, (שֶׁלַח Gen. 10, 24.) nom. pr. indecl. filii Arphachsadi, Luc. 3, 33.

Σαλαθιήλ, ὁ, *Salathiel*, (שְׁאַלְתִּיאֵל 1 Chron. 3, 17. Esdr. 3, 2.) nom. pr. indecl. filii Iechoniae, Matth. 1, 12. Luc. 3, 27.

Σαλαμίς, ῖνος, ἡ, *Salamis*, urbs primaria Cypri, post *Constantia*, et serius etiam *Famagusta* appellata; Act. 13, 5.

Σαλείμ, ἡ, *Salim*, urbs Io. 3, 23 memorata, caeterum ignota, quam Hieronymus 8 milliaria abfuisse a Scythopoli tradidit.

Σαλεύω, aor. 1. ἐσάλευσα, perf. pass. σεσάλευμαι, aor. 1. pass. ἐσαλεύθην, fut. 1. pass. σαλευθήσομαι, (a σάλος quod vide) 1) *agito, commoveo*, (LXX pro מוֹט et נוּעַ) primum de undis maris, quae semper a ventis commoventur, (Amos. 8, 12. Ps. 96, 11.) — tum de rebus quibuscunque, quae moventur et agitantur; Matth. 11, 7. Luc. 7, 24 κάλαμον σαλευ. ὑπὸ ἀνέμου. (Ies. 7, 2.) — οἰκίαν Luc. 6, 48. τὴν γῆν Hebr. 12, 26. Act. 4, 31. 16, 26. (Ps. 82, 5. Ps. 18, 7. 1 Chron. 16, 30. Sir. 16, 19. — Ps. 109, 24 ἐσάλευσαν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.) — Luc. 6, 38 μέτρον σεσαλευμένον, mensuram quassatam, i. e. quatiendo repletam. — Passivum: *moveor, tremo, trepido;* (Ps. 107, 27 ἐσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων. Ier. 23, 9. 1 Macc. 9, 13. Ioseph. ant. 8, 5. 2.) ita in N. T. αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, Matth. 24, 29. Marc. 13, 25. Luc. 21, 26. — Test. XII patr. p. 548 ὅταν ἐπιβλέψῃ ὁ κύριος ἐφ' ἡμᾶς,. πάντες ἡμεῖς σαλευόμεθα, καὶ οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ, καὶ ἄβυσσοι ἀπὸ προςώπου τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ σαλεύονται [σαλευθήσονται]. Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τούτοις ἀναισθητοῦντες ἁμαρτάνουσι. Iud. 5, 5. — tropice, *animum commoveo, excito;* Act. 17, 13 σαλεύοντες τοὺς ὄχλους. — (de amore animum movente Iudith. 12, 16. — de timore animum turbante Sir. 29, 18. 1 Macc. 6, 8.) — 2) ex adiuncto, quum, quae commoventur, labi soleant: *deiicio, corruere facio;* apud nostros non nisi de homine, imagine ducta ab aedificiis (Sap. 4, 19 σαλεύσει αὐτοὺς ἐκ θεμελίων): *de statu suo deiicio*, Act. 2, 25 ἵνα μὴ σαλευθῶ. (Ps. 16, 8. 10, 6. 13, 5. Sir. 13, 21. Ps. Sal. 8, 39. ib. 15, 6 οὐ σαλευθήσεται ἀπὸ κακοῦ.) — 2 Thess. 2, 2 σαλευθῆναι ἀπὸ τοῦ νοὸς demoveri ab animi persuasione, a fide. — Hebr. 12, 27 τὰ σαλευόμενα deiicienda, auctoritate privanda, abroganda. *.

Σαλήμ, ἡ, *Salem*, (שָׁלֵם Ioseph. ant. 1, 10. 2 Σόλυμα) nomen propr. urbis antiquissimae, cuius rex fuit Melchisedecus, (Gen. 14, 18.) Hebr. 7, 1. 2. et quae postea Hierosolyma vocata est. Vid. Ps. 76, 3. (coll. Ios. 10, 1. 5.) Ioseph. ant. 1, 10. 2 τὴν μέντοι Σόλυμα ὕστερον ἐκάλεσαν Ἱεροσόλυμα. — Legitur etiam, sed perperam, in codd. Io. 3, 23.

Σαλμών, ὁ, *Salmon*, (שַׂלְמוֹן Ruth. 4, 21.) nom. pr. filii Nahasson; Matth. 1, 4. 5. Luc. 3, 32.

Σαλμώνη, ης, ἡ, *Salmone, Salmonium*, promontorium orientale et ex parte etiam boreale Cretae, Cnido et Rhodo obversum; Act. 27, 7.

Σάλος, ου, ὁ, *agitatio, iactatio;* propr. de mari; aestus undarum, Ion. 1, 15 pro זַעַף. Ps. 89, 10 τὸν σάλον (שׂוֹא) τῶν κυμάτων. — *undae aestuantes*, Luc. 21, 25 ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου, quae dicta sunt pro σάλου τῆς θαλάσσης. (Ps. Sal. 6, 5 ἐν διαβάσει ποταμῶν καὶ σάλων θαλασσιῶν. Sophocl. Philoct. 271. — Ioseph. ant. 7, 10. 2 de agitatione equitantis; — de concussione propr. Ioseph. bell. 7, 8. 5. — tropice Ps. 55, 22. 66, 8. 121, 3. — de animi perturbatione Sir. 40, 6. Ioseph. ant. 14, 14. 2.) *.

Σάλπιγξ, ιγγος, ἡ, (quod deducunt a σάλος, ὁ, et ἦχος, τὸ, vox, igitur instrumentum cuius vox aures quassat), *tuba;* — LXX pro חֲצוֹצְרָה, tuba et quidem ea, qua utebantur sacerdotes in sacris faciendis (Num. 10, 2 — 10. 1 Chron. 15, 24. 28. 2 Chron. 5, 11), quibus cantabatur in honorem Dei, regum, et diebus festis (2 Reg. 11, 15. 1 Chron. 13, 8. Ps. 98, 7. Ioseph. ant. 11, 4. 2.) — pro שׁוֹפָר, tuba, qua utebantur in annuntiandis regum mandatis, in classico canendo (Ios. 6, 8 sqq. 2 Sam. 2, 28. — Lev. 25, 19. 1 Sam. 13, 3.) — *tuba*, Apoc. 1, 10. 4, 1. qua convocabatur populus, Matth. 24, 31. — et classicum canebatur, 1 Cor. 14, 8 (Homer. Iliad. 18, 219.) — Tribuuntur Apoc. 8, 2. 6. 13. 9, 14 angelis promulgantibus decreta Dei de puniendis hominibus; — 1 Cor. 15, 52 ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, i. e. ad tubae sonitum ultimo die; — 1 Thess. 4, 16 ἐν σάλπιγγι θεοῦ, i. e. tuba, qua canitur iussu Dei. — Deo si tribuitur, est: *tonitru*, Hebr. 12, 19. vid. Exod. 19, 16. 19. 20, 18. Ps. 47, 5. Zach. 9, 14. — (Legitur etiam Ps. Sal. 8, 1. Ioseph. ant. 7, 14. 6. bell. 3, 5. 4.) *.

Σαλπίζω, f. ίσω, aor. ἐσάλπισα (meliores Graeci σαλπίγξω, ἐσάλπιγξα, vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 191. — a σάλπιγξ) *tuba cano*, quod fiebat quum diebus festis in honorem Dei et laetitiam, tum in convocando populo, tum in promulgando decreto regis, tum in classico canendo, (vid. Σάλπιγξ.) — de angelis decreta Dei promulgantibus 1 Cor. 15, 52 σαλπίσει γὰρ (videl. ἡ ἐσχάτη σάλπιγξ.) Apoc. 8, 6—13. 9, 1. 13. 10, 7. 11, 15. (LXX pro חָצַר 2 Chron. 5, 11. 12. 7, 6. 13, 14. 29, 28. maxime autem pro תָּקַע Num. 10, 3—10. Ios. 6, 4. 9. Ies. 27, 13. Ioseph. ant. 7, 11. 6 σαλπίσας κέρατι. Id. ant. 5, 1. 5 σαλπισάντων τῶν ἱερῶν.) — Matth. 6, 2 μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, noli tuba praetensa canere, videl. ut multitudo beneficia tua videat et miretur; i. e. noli magna cum ostentatione multoque strepitu beneficia tua dare; fere nostrum: *ausposaunen*. *.

Σαλπιστής, οῦ, ὁ, (a σαλπίζω) *tuba canens, tubicen;* (meliores et antiquiores scriptores σαλπιγκτής, Ioseph. bell. 3, 6. 2.) semel Apoc. 18, 22 ubi σαλπισταί sunt, qui diebus festis tuba canunt, laetitiae nuntii; vid. Ies. 44, 23. Ps. 81, 3. 98, 7. 150, 3. (Legitur σαλπιστής etiam Theophr. char. c. 25. Dion. Hal. 4, 18. Diod. 3, 36.)

Σαλώμη, ης, ἡ, *Salome*, nom. pr. uxoris Zebedaei, matris Iacobi et Ioannis, apostolorum, vid. Ἰάκωβος; — Marc. 15, 40. 16, 1.

Σαμάρεια, ας, ἡ, *Samaria*, hebr. שֹׁמְרוֹן, (hodie *Schemrun*) 1) nom. *urbis* ab Homri, rege Israelitarum, exstructae in monte Semaro, (2 Reg. 6, 19. Ioseph. ant. 8, 12. 5 ἐν Σεμαρεῶνι λεγομένῃ πόλει, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων Σαμαρείᾳ καλουμένῃ. προςηγόρευσε δὲ αὐτὴν αὐτὸς [Homri] Σεμαρεῶνα ἀπὸ τοῦ τὸ ὄρος ἀποδομένου αὐτῷ, ἐφ' ᾧ κατεσκεύασε τὴν πόλιν, Σεμάρου.) postea sedes regni decem tribuum, primum a Salmanassare, Assyriorum rege, expugnata et vastata, iterum a Ioanne Hyrcano diruta, a Gabinio Romano autem restituta, Syriae provinciae adnumerata et a Pompeio incolis aucta (Ioseph. ant. 14, 4. 4.), post ab Augusto Herodi M. donata, (unde cognomen σεβαστή nacta, Ioseph. ant. 15, 8. 5. ib. cap. 7, 3.) ab Herode M. denique bene munita, aedificiis, adeoque templo exornata, incolisque aucta. (Ioseph. ant. 15, 8. 5.) De Chutaeis, qui, expugnata Samaria, e Perside in Samariam deducebantur, ibique habitabant, vid. Ioseph. ant. 9, 14. 3. et ib. 10, 9. 7. Commemoratur in N. T. Io. 4, 7. Act. 8, 5 εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας pro εἰς πόλιν τὴν Σαμ. v. 9. — meton. *incolae Samariae*, Act. 8, 14. — 2) *ager Samaritanus*, s. *toparchia Samaritana*, media inter Iudaeam et Galilaeam sita, cuius urbs primaria fuit Samaria, de cuius fertilitate et natura exposuit Ioseph. bell. 3, 3. 4. Ita in N. T. Luc. 17, 11. Io. 4, 5. Act. 1, 8. 8, 1. 9, 31. 15, 3. (Ioseph. ant. 13, 2. 3. 2 Reg. 17, 26. Ier. 31, 5.) *.

Σαμαρείτης, ου, ὁ, (ἄνδρες Σαμαρεῖται, Ioseph. ant. 18, 2. 2.) *Samaritanus*. *Samarita*, incola vel urbis vel regionis Samariae, religione Samaritanus; Matth. 10, 5. Luc. 9, 52. 10, 33. 17, 16. Io. 4, 9. 39. 40. 8, 48. Act. 8, 25. — In N. T. et Iosepho ita dicuntur incolae Samariae, qui erant partim ii Israelitae, qui post regni destructionem per Salmanassarem remanserant in patria, partim coloni a Salmanassare e Babylonia in eandem terram missi (2 Reg. 17, 24. Ioseph. ant. 11, 4. 3 sqq. ib. 9, 14. 3 et 10, 9. 7). Iudaei igitur, quum reduces in patriam Hierosolyma et templum instaurarent, Samaritanos cives et socios agnoscere et admittere detrectarunt, qua re offensi Samaritani templi et urbis restitutionem impedire conati sunt, Esdr. 4. Neh. 4. (Ioseph. ant. 11, 4.) Inde odium inter Iudaeos et Samaritanos ortum est magnum, auctum eo, quod Samaritani in monte Garizim sacra faciebant secundum praecepta legis mosaicae, e librorum V. T. numero non nisi pentateuchum admittebant, Iudaeosque vario modo vexabant (vid. Ioseph,

ant. 20, 6. 1), et ab his ut apostatae despiciebantur, quare nomen Samaritani apud Iudaeos infame habebatur; Io. 8, 48. (Ioseph. ant. 11, 8. 6 *Σαμαρεῖται* [tempore Alexandri M.] *Σικίμα μητρόπολιν* habebant *κατῳκημένην ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.* — ib. §. 7 *εἰ δέ τις* [Iudaeorum] *αἰτίαν ἔσχε παρὰ τοῖς Ἱεροσολυμίταις κοινοφαγίας, ἢ τῆς ἐν τοῖς σαββάτοις παρανομίας κ. τ. λ. παρὰ τοὺς Σικιμίτας ἔφευγε.* — De odio Iudaeorum adversus Samaritanos vid. etiam Sir. 50, 28. Ioseph. ant. 11, 4. 3 sqq.)

Σαμαρεῖτις, *ειτιδος*, *ἡ*, ***Samaritana***, feminin. a *Σαμαρείτης*, Io. 4, 9 *γυνὴ Σαμαρεῖτις*. (Ioseph. bell. 3, 3. 4 *Σαμαρεῖτις χώρα*, ager Samaritanus; item *ἡ Σαμαρεῖτις*, Ioseph. bell. 3, 7. 32. ib. 5, 2. 1.) *.

Σαμοθράκη, *ης*, *ἡ*, ***Samothrace***, insula maris Aegaei, e regione Ioniae ad Thraciam sita, primum Dardania s. Leucania, post a Thracibus, eam occupantibus, Thracia, et denique occupata a Samiis, Samothrace appellata, mysteriis Cereris et Proserpinae clara. Act. 16, 11.

Σάμος, *ου*, *ἡ*, ***Samus***, insula maris Aegaei versus Ioniam, non procul ab Epheso sita, olim etiam Artemisia, Parthenia dicta, celebrata Iunonis cultu, luto Samio et vasis fictilibus ex eo factis, et Pythagora, cuius fuit patria. Act. 20, 15.

Σαμουήλ, *ὁ*, ***Samuel*** (שְׁמוּאֵל) nom. pr. indecl. filii Elcanae et Hannae, prophetae Israelitarum celebris, scholarum prophetarum auctoris, summique sacerdotis, item ultimi *τῶν* שׁוֹפְטִים Israelitarum, quibus primos reges dedit, Saulum et Davidem. (vid. libros Samuelis in V. T. Ioseph. ant. 5, 10 sqq.) Act. 3, 24. 13, 20. Hebr. 11, 32.

Σαμψών, *ὁ*, (שִׁמְשׁוֹן) ***Samson, Simson***, nom. pr. indecl. filii Manoae, שׁוֹפֵט Israelitarum, fortitudine et robore clari; vid. Iud. 13 sqq. Ioseph. ant. 5, 8. — Hebr. 11, 32.

Σανδάλιον, *ίου*, *τό*, deminutiv. a *σάνδαλον* ***sandalium***, i. e. solea vel lignea vel coriacea plantam pedis tegens et superne alligata funiculis; de mulierum sandaliis (Iudith. 10, 4. 16, 9. Aelian. var. hist. 7, 11. Hesych. *σανδάλια· σάνδαλα, γυναικεῖα ὑποδήματα*); de soleis virorum; Marc. 6, 9. Act. 12, 8. — (LXX pro נַעַל Ies. 20, 2. Ios. 9, 5. Ioseph. ant. 4, 8. 23.) *.

Σανίς, *ίδος*, *ἡ*, ***tabula, asser, Bret***; Act. 27, 44. (LXX pro לוּחַ Cant. 8, 9. Ezech. 27, 5. coll. 2 Reg. 12, 9. Ioseph. ant. 8, 5. 2 *σανίσι τετμημέναις ἐκ κέδρου.*) *.

Σαούλ, *ὁ*, ***Saul***, (שָׁאוּל) 1) nom. pr. filii Kis, primi regis Israelitarum, de quo vid. 1 Sam. 9 sqq. — Act. 13, 21. — 2) nomen iudaicum Pauli apostoli, qui et *Σαῦλος* dictus est, (vid. *Σαῦλος*) Act. 9, 4. 17. 22, 7. 13. 26, 14. *.

Σαπρός, *ά*, *όν*, (a *σήπω*) 1) putridus, foetidus, a) propr. Theophr. char. 11. — b) metaphor. ***putridus, spurcus, turpis***, de scommatibus et conviciis vel etiam dictis obscoenis, Eph. 4, 29 *λόγος σαπρός*. (Antonin. 11, 14 *ὡς σαπρὸς καὶ κίβδηλος ὁ λέγων, ἐγὼ προῄρημαι ἁπλῶς σοι προσφέρεσθαι.* Arrian. diss. epict. 3, 22 *σαπρὰ δόγματα*. vid. *Kypkii* obss. II, p. 298.) — 2) ex adiuncto: ***malae indolis, — noxius*** (ut etiam *ἄχρηστος* est noxius), i. q. *πονηρός*; ita *σαπρὸν δένδρον*, arbor malos, noxios fructus proferens, Matth. 7, 17. 18. 12, 33. Luc. 6, 43. (Chrysost. homil. 4. in ep. ad Timoth. *πᾶν, ὃ μὴ τὴν ἰδίαν χρείαν πληροῖ, σαπρὸν λέγομεν.* Arrian. Epict. 3, 22 *σαπρὸν δόγμα.*) — de piscibus noxiis et inutilibus, Matth. 13, 48. Vid. quae habet *Raphel.* e Polyb. p. 53.

Σαπφείρη, *ης*, *ἡ*, ***Sapphira***, nom. pr. uxoris Ananiae, Act. 5, 1.

Σάπφειρος, *ου*, *ἡ*, hebr. סַפִּיר ***sapphirus***, lapis pretiosus caerulei coloris (Plin. hist. nat. 37, 9.) Apoc. 21, 19. — LXX Exod. 24, 10. 28, 18. Iob. 28, 6. 16. Ies. 54, 11. Ezech. 1, 26. 10, 1. Cant. 5, 15. Ioseph. ant. 3, 7. 7.

Σαργάνη, *ης*, *ἡ*, 1) funis, vinculum, ligamentum, (Aeschyl. suppl. 801.) — 2) i. q. *πλέγμα*, ein *Geflecht, corbis, scorta e funibus texta*, 2 Cor. 11, 33. coll. Act. 9, 25 ubi *σπυρίς*. (Athen. 3. p. 119 et 9. p. 407. — *Suidas*, *σαργάνη· οἱ μὲν σχοινίον τι, οἱ δὲ πλέγμα τι ἐκ σχοινίου.* Hesych. *σαργάναι· δεσμοὶ καὶ πλέγματα γυργαθώδη, σχοίνιον, ἀγυράιωγα.*) *.

Σάρδεις, *ων*, *αἱ*, ***Sardes, ium***, Lydiae urbs primaria, urbs quondam opulentissima et voluptuosissima, (Strabon. geogr. 13.) Croesi regia, ad radices montis Tmoli sita. Apoc. 1, 11. 3, 1. 4.

Σάρδινος, *ου*, *ὁ*, i. q. *σάρδιος*, quod vid. Apoc. 4, 3 in textu vulg.

Σάρδιον, *ίου*, *τό*, i. q. *σάρδιος*, quod vid. — Apoc. 21, 20 in codd. (LXX pro אֹדֶם Exod. 28, 17. 39, 10. Ezech. 28, 13. Prov. 26, 12.)

Σάρδιος, *ίου*, *ὁ*, intell. *λίθος* (Exod. 35, 8 *καὶ λίθους σαρδίους*, in hebr. שֹׁהַם) ***Sardius***, lapis pretiosus colore rubro et pellucidus, a colore etiam *Carneolus* dictus. Apoc. 4, 3 in textu *Griesb.* pro *σάρδινος*. Ib. 21, 20.

Σαρδόνυξ, *υχος*, *ὁ*, (compositum e *σάρδιος* et *ὄνυξ*, onyx, etiam gemma) ***sardonyx***, lapis pretiosus, in quo color ruber sardii et albus onychis mixtus erat. (Plin. hist. nat. 37, 12.) Apoc. 21, 20. (Aquila Gen. 2, 12. pro שֹׁהַם. Ioseph. ant. 3, 7. 6. et lib. 7, 7. 5.) *.

Σάρεπτα, *των*, *τά*, hebr. צָרְפַת (Ioseph. ant. 8, 13. 2 *εἰς Σαρεφθὰ πόλιν οὐκ ἄπωθεν τῆς Σιδῶνος καὶ Τύρου, μεταξὺ γὰρ κεῖται*) ***Sarepta***, urbs sita in tribu Asser, media inter Tyrum et Sidonem. Luc. 4, 26. vid. 1 Reg. 17, 9. Obad. v. 29. *.

Σαρκικός, *ή*, *όν*, (a *σάρξ* quod vide) quod apud profanos non legitur, sed tantum in scriptis Pauli, epist. ad Hebr. et prior. epist. Petr., e quibus ad patres ecclesiae transiit, (Ignat. ad Ephes. §. 7. Chrysost. homil. 64. Clem. Alex. paedag. 1, 6.) — In N. T. ubique opponitur vel *τῷ πνευματικῷ*, vel divino. Est autem, ut alia adiectiva in *ικός* desinentia in N. T. et apud doctores ecclesiae 1) ***carni deditus, et adhaerens, eam sequens, fleischlich gesinnt***, et *σάρξ* est hic natura animalis, adiecta notione imbecillitatis, qua homo regitur appetitibus sensuum, dictamini spiritus sancti adversantibus, quare *σαρκικός* est qui appetit ea, quae naturam animalem delectant; Rom. 7, 14 *ἐγὼ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν*, homo qui appetitibus sensuum regitur. 1 Cor. 3, 1. 3. 4 ubi *σαρκικοί* sunt, qui nondum spiritus sancti dictamina sequuntur, sed intenti sunt rebus humanis, et praevalet hic in *σαρκί* notio imbecillitatis. (*Versu* 4 *boni libri* pro *σαρκικοί* praebent *ἄνθρωποι*, quod *Lachmannus* praetulit aliique tanquam lectionem difficiliorem probarunt. Vix autem putaverim Paulum, qui *σαρκικοί* repetit cum emphasi, hic *ἄνθρωποι* scripsisse, sed *ἄνθρωποι* potius in codd. margini adscriptum fuisse ad indicandum, Paulum hic taxare imbecillitatem, non vitiositatem humanae naturae.) 2 Cor. 1, 12 *σοφία σαρκική*, sapientia ad res huius mundi, quae sensibus placent, intenta. 1 Petr. 2, 11 *τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν*, i. e. *ἐπιθυμιῶν* ad res sensibus placentes intentarum. — 2) ***ad carnem spectans, s. pertinens***, ubi in notione *τῆς σαρκός* spectatur *humanum*, tanquam divino oppositum, caducum et corruptioni obnoxium; sic *τὰ σαρκικά*, quae ad corpus humanum spectant, adiuncta notione fragilitatis, Rom. 15, 27. 1 Cor. 9, 11. — 2 Cor. 10, 4 *ὅπλα οὐ σαρκικά*, i. e. non humana, non imbecilla. Hebr. 7, 16 *κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς*, secundum legem cuius praecepta ad sacerdotem humanum i. e. mortalem et imbecillem spectant. (Eodem sensu opponitur *σαρκικός* divino, 2 Chron. 32, 8 *βραχίονες σαρκικοί*. Iosephi hypomn. c. 136 *τὸ σαρκικὸν γένος τοῦ Χριστοῦ*. — Caeterum *Fritzschius*, comment. in Marc. p. 797 iustis ex causis improbat, quod *Griesbachius* Rom. 7, 14. 1 Cor. 3, 1. et Hebr. 7, 16 *σάρκινος* pro *σαρκικός* e codicibus dedit. Vid. etiam *Winer*. Gramm. p. 91.) *.

Σάρκινος, *ίνη*, *ινον*, (a *σάρξ*) ***carneus***, i. e. ex carne constans, 2 Cor. 3, 3. vid. *Πλάξ* et conf. Ezech. 11, 19. 36, 26 ubi autem *καρδία σαρκίνη* est animus mollis, tractabilis; coll. Sir. 17, 13 in edit. Complut. (Theophil. ad Autol. 1, p. 71 *ὁ θεὸς ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁραθῆναι οὐ δύναται.*) — Legitur etiam in bonis codd. Rom. 7, 14. 1 Cor. 3, 1. Hebr. 7, 16 (ubi *Griesb.* recepit) et 2 Cor. 1, 12 pro *σαρκικός*, quod vid. (Philo de allegor. III, p. 1091.) *.

Σάρξ, *κός*, *ἡ*, (aeolice *σύρξ*, *ἡ*, deducunt a *σύρω*, *σαίρω*, detraho, ut proprie sit id quod detrahitur ab ossibus.) — LXX pro בָּשָׂר — 1) ***caro***, et quidem ***quatenus efficit corpus animatum***, quare differt a *κρέας*, carne mactatorum, sive ad coquendum destinata; 1 Cor. 15, 39. 2 Cor. 12, 7 *σκόλοψ τῇ σαρκί*. Iac. 5, 3. Apoc. 17, 16. 19, 18. 21. (Gen. 40, 19. 1 Sam. 17, 44. 2 Reg. 9, 36. Dicitur in

V. T. de carne corporis et hominum et animalium, Gen. 2, 21. 23. 41, 2—4. 18. Exod. 4, 7.) — Utuntur nostri in describenda materia corporis per partes 1 Cor. 15, 50 vocabulis σὰρξ καὶ αἷμα. Luc. 24, 39 πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει. — Ex hebraismo (ad usum hebr. בָּשָׂר) per euphemismum dicitur de membo virili, ut in locutione περιτέμνειν τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας, carnem praeputii, i. e. membrum praeputiatum, Gen. 17, 11. 14. 24. 25. Lev. 12, 3. Eodem modo σάρξ Gen. 17, 13 ἔσται ἡ διαθήκη μου ἐπὶ τῆς σαρκὸς ὑμῶν. Sir. 44, 20. — Ezech. 16, 26 μεγαλοσάρκους. ib. 23, 20 ὧν ὡς ὄνων αἱ σάρκες αὐτῶν. ib. 44, 7. vid. etiam בָּשָׂר Levit. 15, 2. 3. 7. 19. — Hinc σὰρξ in scriptis Paulinis simili modo dicitur simulque transfertur ad iudaismum (statum circumcisorum) et beneficia divina, quae Iudaei ex circumcisione membri virilis, ut ceremonia Deo placente, sequi putabant. Rom. 2, 28 ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ, περιτομή, circumcisio manifesta in carne, i. e. membro virili. c. 4, 1 τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα (alii προπάτορα) ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα; quid igitur dicamus Abrahamum nactum esse secundum carnem, i. e. circumcisione sua, i. e. secundum promissionem circumcisioni carnis annexam? (Alii κατὰ σάρκα vertunt: ad modum carnis, i. e. hominis mortalis et imbecilli.) 2 Cor. 11, 18 πολλοὶ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα, quod ad carnem attinet, i. e. praerogativâ in corpore conspicuâ, videl. quod circumcisi, genere Iudaei et promissorum bonorum haeredes sunt. cf. v. 22. — Gal. 3, 3 σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε definitis in amore carnis, i. e. Iudaismi cuius nota est in carne circumcisa. (cf. c. 4, 9. 10.) c. 6, 12 ἐν σαρκί, carne circumcisa, i. e. Iudaismo. v. 13 ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκί. Eph. 2, 11 τὰ ἔθνη ἐν σαρκί, gentes in carne, i. e. in praeputio carnis, quare explicationis causa addit οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, qui vocantur praeputiati. ib. περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, circumcisionis manu factae in carne, in parte putenda virili. Col. 2, 13 τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, praeputio carnis vestrae, i. e. quod ut praeputiati a Deo eiusque promissionibus alieni etatis. (cf. v. 12. 13.) Phil. 3, 3. 4 οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες, non confisi circumcisione s. iudaismo, quasi per eam Deo placeremus.

2) *corpus*, non vero quatenus est compages partium, ut σῶμα dicitur, sed quatenus σαρκί, tanquam primaria parte constat; ita a) universe, animo oppositum, Matth. 26, 41. Marc. 14, 38. 1 Cor. 5, 5. 2 Cor. 4, 11. 7, 1. Col. 2, 1 τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκί, me quod corpus visibile attinet. Col. 2, 5 τῇ σαρκὶ ἄπειμι. v. 23. Hebr. 9, 10 δικαιώματα σαρκός, munditles corporis levitica. v. 23. 1 Petr. 3, 21. 4, 6. Iud. v. 8. (Ezech. 36, 26. Ioseph. bell. 6, 1. 5.) — b) de corpore Christi *morti tradito;* ita Io. 6, 51—56. 63. (vid. *Πνεῦμα* in fine) ubi autem utrum de usu corporis Christi in sacra coena, an vero de fructu mortis Christi percipiendo sermo sit, dissentiunt interpretes. Posteriori modo de carne Christi sermo est Rom. 8, 3 κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ (Χριστοῦ) vid. *Κατακρίνω*. Eph. 2, 15. Col. 1, 22. Hebr. 10, 20. 1 Petr. 4, 1. Aliis in locis legitur τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. Unde illustrandus videtur locus Iud. v. 23 μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα, nihili facientes si vel tunica a carne vestra polluatur, i. e. si vel in salvandis fratribus sanguis vobis sit profundendus, vel vulnera sint accipienda. cf. *Διακρίνω*.

3) *natura animalis, visibilis et mortalis,* quae hominibus et reliquis animantibus (Gen. 6, 3. 17. 19. 7, 15. 16. 21. 8, 17. Levit. 17, 11. 14. Num. 18, 15) communis est. Ita a) de natura humana *universe,* quatenus ex est visibilis et mortalis; Io. 1, 13 ἐκ θελήματος σαρκός, ex appetitu naturae animalis. c. 3, 6 τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι, qui naturali modo generatur homo, animalis est. c. 8, 15 ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, vos de me iudicatis secundum hominem externum, quem in me conspicitis. Io. 1, 14 ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, homo animalis et visibilis factus est. 1 Tim. 3, 16 ἐφανερώθη ἐν σαρκί. 1 Io. 4, 2 ἐληλυθὼς ἐν σαρκί. ib. v. 3. 2 Io. v. 7. 1 Petr. 3, 18 θανατωθεὶς σαρκί. Hebr. 12, 9 οἱ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρες, maiores quibus debemus humanam nostram naturam. (Sap. 7, 2 ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἐγλύφην σάρξ. Lib. Henoch. p. 195 gigantes ab angelis et feminis hominum nati dicuntur γεννηθέντες ἀπὸ πνευμάτων καὶ σαρκός.) — Hinc σὰρξ καὶ αἷμα, natura mortalis, externa, Matth. 16, 17. Eph. 6, 12. Hebr. 2, 14. Gal. 1, 16 οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, non deliberavi cum appetitibus naturae animalis, quae bona externa, quietem, gaudia cupit. — b) in scriptis Pauli, epist. Ioannis et 2 ep. Petri: *natura visibilis* s. *animalis tanquam appetituum naturalium fons et sedes*, et quidem in malam partem, quatenus haec natura animalis, legi divinae non adstricta, appetit contra legem, igiturque cupiditatum et peccatorum est mater; cui opponitur natura hominis rationalis, quam illuminat et emendat spiritus sanctus, quaque homo bonum cognoscit et appetit. Rom. 6, 19 ἀσθένεια τῆς σαρκός. 7, 18 οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοί, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν. v. 25. [8, 1.] 8, 3 ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, cui efficiendo impar fuit (oeconomia mosaica) vi naturae peccatricis (sacerdotis summi.) ib. ἐν ὁμοιώμ. σαρκὸς ἁμαρτίας natura animali, visibili, nostrae peccatrici simili, involutum. cap. 8, 5. 6. 7. et ib. v. 13 in codd. pro σῶμα. — ἐπιθυμία τῆς σαρκός, cupiditates naturae animalis, Gal. 5, 16. 17. 2 Petr. 2, 18. 1 Io. 2, 16. — Gal. 5, 19 ubi τὰ ἔργα τῆς σαρκός commemorantur, et v. 24 τὴν σάρκα σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. c. 6, 8. Eph. 2, 3. Col. 2, 18 (de quo loco vid. *Νοῦς*). — *appetitus mali, cupiditates* ipsae, quarum mater est natura animalis, *dictamen appetituum,* qui legem Dei non curant; 2 Cor. 1, 17 ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι; num, quae decrevi, constitui e dictamine appetituum, ita ut duplici quasi movear voluntate, Dei et appetituum? (alii: more humano.) 2 Cor. 5, 16 ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα, i. e. iam nunc (quum Christianus sim emendatus, cf. v. 15) cum nemine versor secundum vim cupiditatum, et quanquam olim ita versatus sum cum Christo (quum Christianos persequerer), tamen nunc non ita est. (Defendit enim se apostolus, quippe qui cum Corinthiis non inique, vel ira tantum abreptus egerit. Alii vertunt: neminem ita aestumo, ut rerum externarum studio tenear; alii: neminem ex opinionibus iudaismi aestumo.) Gal. 5, 13 εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί, ut praesidio sit appetitibus pravis. — Col. 2, 11 σῶμα τῆς σαρκός [τῶν ἁμαρτ. enim relecit *Griesb.*] corpus, i. e. natura animalis appetituum pravorum mater, natura peccatrix. — εἶναι ἐν τῇ σαρκί, appetitibus obnoxium, deditum esse, Rom. 7, 5. 8, 5. 8. 9. — περιπατεῖν s. ζῆν κατὰ σάρκα, Rom. 8, 4. 12. 13. 2 Cor. 10, 2. 2 Petr. 2, 10. — Monendum est, in his locis corpus humanum, in se spectatum, non malum et pietati adversum describi, sed σάρκα comprehendere naturam animalem, i. e. corpus, simulque τὰ παθήματα καὶ τὰς ἐπιθυμίας (Gal. 5, 24) naturae animalis, quae homini animalibusque caeteris communis est. Ita בָּשָׂר multi quoque accipiunt Cohel. 2, 3. 5, 5. — (Nec in libro Sap. corpus in se malum describitur sed tantum impedimentum efficaciae spiritus, vid. Sap. 8, 19. 20. 9, 15.)

4) pars pro toto, σὰρξ pro homine: *homo mortalis et imbecillis* (etenim non simpliciter est i. q. ἄνθρωπος, sed homo quatenus habet carnem, quatenus mortalis est); (Ps. 56, 4. 78, 39. Sir. 28, 5.) — εἰς σάρκα μίαν, erunt unus homo, una quasi persona, Matth. 19, 5. 6. Marc. 10, 8. 1 Cor. 6, 16. Eph. 5, 31. (Gen. 2, 24.) — Iud. v. 7 σὰρξ ἑτέρα, homines advenae, nisi potius hic est: corpus alienum, videl. iuvenum, quibus Sodomitae abuti volebant ad venerem praeter naturam. — πᾶσα σὰρξ *omnes homines s. mortales*, Luc. 3, 6. Io. 17, 2. Act. 2, 17. 1 Petr. 1, 24. (Gen. 6, 12. Ps. 145, 22. Ies. 40, 5. 7. 66, 23. 24. Ezech. 20, 48.) — οὐ — πᾶσα σάρξ, *nemo mortalium*, Matth. 24, 22. Marc. 13, 20. Rom. 3, 20. (Ps. 143, 2.) 1 Cor. 1, 29. Gal. 2, 16 (ubi in antecedentibus simplex ἄνθρωπος.) coll. Sir. 30, 20. 29. — Hinc ἡ σάρξ τινος inservit περιφράσει hominis, quatenus est externum corpus, homo mortalis; ἡ σάρξ μου, ego, mortalis, Act. 2, 26 ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι, (Ps. 16, 9.) v. 31 ἡ σὰρξ μου εἶδε διαφθοράν (Ps. 16, 10.) 2 Cor. 7, 5 οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν i. e. ego, corpus meum. — Quum a natura animali hominis pendeat eius vita, transfertur σὰρξ etiam ad *vitam mortalem hisce in terris;* Gal. 2, 20 ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, quamdiu vivo ut homo mortalis, in vivis sum. Phil. 1, 22. 24 τὸ ἐπιμένειν ἐν σαρκί, diutius vivere in hisce terris. Hebr. 5, 7 ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, dum esset in vivis. 1 Petr. 4, 2 τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ χρόνον. — 2 Cor. 10, 3 ἐν σαρκὶ περιπατοῦντες οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα, quanquam adhuc in vivis i. e. homo imbecillis sum, tamen humana vi non pugno. — Item transfertur ad *statum* hominis *externum* in hac terra; Rom. 13, 14 τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας, cūrate quae ad externam felicitatem spectant, ita ut cupiditates non excitentur. 1 Cor.

7, 28 *θλίψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν*, vexationes (ob instantes persecutiones, v. 29) experientur externa sua conditione. Gal. 4, 13 *δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκός*, vexatus conditione externa. ib. v. 14 *τὸν πειρασμόν μου ἐν τῇ σαρκί μου* (ubi alii *σάρξ* pro corpore accipiunt et *πειρασμόν* de morbis intelligunt.) Col. 1, 24. Eph. 6, 5 *οἱ κύριοι (τῶν δούλων) κατὰ σάρκα*, quod attinet ad externum statum in hac vita. Col. 3, 22. Phil. v. 16. (vid. *Κύριος* versus finem.) Ita etiam 1 Cor. 1, 26 *κατὰ σάρκα σοφοί*, non multis conditio externa permittit, ut sint doctores, s. magistri; (alii: humana sapientia sunt imbuti.) — Denique

5) *σάρξ* ex hebraica dicendi ratione transfertur ad *originem* s. *generationem physicam*, hisce in locutionibus a) *ἐκ τῆς σαρκὸς καὶ ἐκ τῶν ὀστέων τινὸς εἶναι*; *consanguineum alicuius*, vel eius *progeniem esse*, *α*) propr. Gen. 2, 23. 29, 14. Iud. 9, 2. 2 Sam. 19, 12 sqq. Neh. 5, 5. — *β*) tropice in N. T. Eph. 5, 30 ubi verba *ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ* plenius describunt antecedens dictum *μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ*, et indicant arctissimam cum Christo coniunctionem, qua geniti sumus novi homines per spiritum eius. Sensus: sumus Christi quanti sumus. (In quibusdam codd. verba *ἐκ τῆς σαρκός* etc. non leguntur, eaque reiecit *Lachmannus*; sed defenduntur auctoritate codd. et sunt epexegesis antecedentium, quae Paulo ex V. T. familiaris erat.) — b) *ἡ σάρξ τινος*, consanguinei, ab *eadem stirpe oriundi, populares*; Rom. 11, 14 ubi Paulus Iudaeos appellat *μου τὴν σάρκα*, i. q. *ἀδελφούς*. (Gen. 37, 27 *ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ σὰρξ ἡμῶν ἐστι.*) Eph. 5, 29 *τὴν ἑαυτοῦ σάρκα*, suos, quos genuit. (coll. Ies. 49, 15. Matth. 7, 9.) — c) *κατὰ σάρκα*, quod attinet ad *originem humanam*, [Act. 2, 30.] Rom. 1, 3. 9, 3. 5. ib. 9, 8 *τὰ τέκνα τῆς σαρκός*, filios naturales. 1 Cor. 10, 18 *Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα*, Israelitae naturales, ex Abrahami stirpe, coll. Rom. 9, 6. Gal. 4, 23 *κατὰ σάρκα γεγένν.* genitus erat generatione naturali, erat progenies naturalis. *.

Σαρούχ, ὁ, *Saruch*, vid. *Σερούχ*.

Σαρόω, ῶ, partic. perf. pass. *σεσαρωμένος*, (a *σάρος*, scopa) *scopis verro, verro, verrendo purgo*; Matth. 12, 44. Luc. 11, 25. 15, 8. Improbatur *σαρόω* quod pro *σαίρω*, a Grammaticis, et tantum apud recentiores scriptores legitur, ut Artemidor. 2, 33. Pamphil. in geopon. 13, 15. 4. cf. *Lobeck*. ad Phryn. p. 83. Hesych. *σαρῶ· κοσμίζω*. Suid. *σαρῶν· κορῶν. καὶ σαρῶν· κοσμῶν.*) *.

Σάῤῥα, ας, ἡ, (שָׂרַי, שָׂרָה Gen. 17, 15. 16. 20, 12.) *Sara*, nom. pr. indecl. uxoris Abrahami legitimae; Rom. 4, 19. 9, 9. Hebr. 11, 11. 1 Petr. 3, 6. *.

Σάρων, ωνος, ὁ, (שָׁרוֹן 1 Chron. 5, 16. 27, 29. Cant. 2, 1. Ies. 33, 9. 35, 2. 65, 10.) *Saron*, regio campestris a Caesarea Palaestinensi usque ad Ioppen sese extendens pascuis, floribus abundans, et amoenissima. Semel Act. 9, 35 ubi in varia lect. etiam *σαρωνᾶν* et *ἀσσάρωνα* habetur.

Σατᾶν, ὁ, ipsa vox hebr. שָׂטָן, delator, *inimicus*; semel 2 Cor. 12, 7 *ἄγγελος σατᾶν*, angelus mihi *inimicus*. Loquitur Apostolus vel de morbo corporis, vel de afflictionibus externis. Utrumque enim a geniis malis effici putabant Iudaei. (Ita *σατᾶν* apud LXX inimicus, 1 Reg. 11, 14. 23. 25. — calumniator Sir. 21, 27.) *.

Σατανᾶς, ᾶ, dat. ᾷ, accus. ᾶν, *Satanas*, chald. שִׂטְנָא, syriace ܣܛܢܐ, a radice שָׂטַן, odio habuit. 1) Appellatur ita genius, quem posteriores libri V. T. (Zach. 3, 1. 1 Chron. 21, 1. coll. Iob. 1, 7. 2, 2. quibus in locis in versione alex. *ὁ διάβολος* legitur) hostem populi Dei et verorum eius cultorum pingunt, qui etiam dicitur *ὁ διάβολος*, Apoc. 12, 9. 20, 2. (vid. *Διάβολος*) et describitur in N. T. geniorum malorum princeps, Matth. 12, 26. Marc. 3, 23. 26. Luc. 11, 18. Apoc. 12, 9. (Test. XII patr. p. 650. 657 *ἀπὸ τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν πνευμάτων αὐτοῦ.*) hominum, praecipue piorum adversarius, eosque ad peccata alliciens, Matth. 4, 10. [Luc. 4, 8.] Luc. 22, 3. 31. Io. 13, 27. Act. 5, 3. Rom. 16, 20. 1 Cor. 7, 5. 2 Cor. 2, 10. 1 Tim. 5, 15. idololatriae fautor, Act. 26, 18. Apoc. 12, 9. quam etiam fraude et falsis miraculis commendet, 2 Cor. 11, 14. 2 Thess. 2, 9. Apoc. 20, 7. 8. Christi et rei christianae inimicus, Marc. 4, 15. Apoc. 2, 9. 13. 24. 3, 9. morborum et afflictionum auctor, Luc. 13, 16. 1 Cor. 5, 5. 1 Thess. 2, 18. 1 Tim. 1, 20. coll. Matth. 12, 26. Marc. 3, 23. 26. Luc. 11, 18. — E loco Luc. 10, 18 elucere videtur, Iudaeos opinatos esse, Satanam in inferiori parte coeli s. aëris versari, vid. *Ἀήρ*. Commemoratur etiam Test. XII patr. p. 653. 680. — 2) vocabulum *vituperii* est: *pessime!* quo appellatur pravorum consiliorum auctor, aliena a Dei voluntate suadens, Matth. 16, 23. Marc. 8, 33. — 3) i. q. *δαιμόνιον*, in locutione *ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει*, i. e. Satan legatum suum, daemonem, Matth. 12, 26. Marc. 3, 23. *.

Σάτον, ου, τό, hebraicum סְאָה, pro quo Aquila Gen. 18, 6. et 1 Sam. 25, 18 *σάτον*, syriacum ܣܐܬܐ, *satum*, mensura aridorum, *sesquimodius*. Suid. *σάτα· μέτρον ἑβραϊκόν. δηλοῖ δὲ μόδιον ὑπερπεπληρωμένον, ὡς εἶναι μόδιον ἕνα καὶ ἥμισυν.* Ioseph. ant. 9, 4. 4 *δύο κριθῆς σάτα*. ib. §. 5 ubi addit: *ἰσχύει δὲ τὸ σάτον μόδιον καὶ ἥμισυ Ἰταλικόν*. Vid. e V. T. Gen. 18, 6. Iud. 6, 19. — Matth. 13, 33 *σάτα τρία*, tria sata farinae. Luc. 13, 21. *.

Σαῦλος, ου, ὁ, *Saulus*, i. q. *Σαοὺλ* (quod vid.), cognomen Pauli apostoli; Act. 7, 58. 8, 1. 3. 9, 1. 8. 11. 19. 22. 24. 26. 11, 25. 30. 12, 25. 13, 1. 2. 7. 9. *.

Σαυτοῦ, ῆς, οῦ, i. q. *σεαυτοῦ*, quod vid.

Σβέννυμι, s. *σβεννύω* (ab inusitato *σβέω*, quod idem significat), fut. *σβέσω*, aor. 1. *ἔσβεσα*, *extinguo*, a) proprie de igne et rebus ardentibus; Matth. 12, 20. Eph. 6, 16. Hebr. 11, 34. (LXX pro כָּבָה 2 Sam. 14, 7. 21, 17. 2 Chron. 29, 7.) — b) tropice: extinguo, opprimo, cohibeo, nostrum *dämpfen*, 1 Thess. 5, 19 *τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε*, (*σβένν. ἀγάπην*, Cant. 8, 7. — *τὰ πάθη*, 4 Macc. 16, 4. — *τὸ λυποῦν* Ioseph. ant. 11, 3. 3. — *τὴν χαράν*, Ioseph. bell. 6, 1. 4. — *τὸ ὄνομα*, Prov. 10, 8.) — Pass. *σβέννυμαι*, *extinguor*, *ich verlösche*, Matth. 25, 8 *λαμπάδες*. Marc. 9, 44. 46. 48 *τὸ πῦρ*. (LXX pro כָּבָה Lev. 6, 12 sqq. 2 Reg. 22, 17. Ies. 42, 3. et דָּעַךְ Prov. 13, 9. 20, 20.) *.

Σεαυτοῦ, ῆς, contr. *σαυτοῦ*, ῆς, (ex *σοῦ*, et *αὐτοῦ*) nomen reflexivum secundae personae, nominativo carens, *tui ipsius, tui*; Io. 1, 22. 8, 13. Act. 26, 1. 2 Tim. 4, 11. — *σεαυτῷ*, tibi ipsi, tibi, Io. 17, 5. Act. 9, 34. 16, 28. Rom. 2, 5. 1 Tim. 4, 16. — *σεαυτόν*, Matth. 4, 6. 8, 4. 19, 19. Luc. 4, 23. Io. 7, 4. 8, 53 et passim. Rom. 14, 22 *κατὰ σεαυτὸν ἔχε*, vid. *Ἔχω*.

Σεβάζομαι, aor. 1. pass. *ἐσεβάσθην*, (a *σέβας*, admiratio; verecundia; veneratio) verb. depon. med. propr. vereor (Hom. Iliad. 6, 167 et 417); deinde apud posteriores scriptores: *colo, veneror*, i. q. *σέβομαι*. (Gennadius: *ἡ ἄλλη πᾶσα οἰκουμένη ἐσεβάζετο τὰ κτίσματα τοῦ θεοῦ.* Vid. Stephan. thes. p. 8280 ed. Lond.) — Aor. 1. pass. *ἐσεβάσθην*, proprie: venerationis sensu perculsus sum, i. e. veneratus sum; semel Rom. 1, 25 *καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει*, veneratione perculsi cultum exhibuerunt rebus creatis. (Aquila Hos. 10, 5 *ἐσεβάσθησαν* pro hebr. יָגוּרוּ. Hesych. *ἐσεβάσθησαν· σεβάσμασι προσεκύνησαν.* — Ioseph. c. Apion. 1, 26 *τῶν σεβαστευομένων ἱερῶν ζώων.*)

Σέβασμα, τος, τό, (a *σεβάζομαι*, perf. pass. *σεσέβασμαι*) *quod sancte colitur, numen*; Act. 17, 23 *τὰ σεβάσματα ὑμῶν*, numina vestra i. e. simulacra Deorum eorumque cultum; (de idolis Drac. v. 27. Sap. 15, 17.) 2 Thess. 2, 4 *πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα*, omnem, qui ut Deus vel numen colitur. (Sap. 14, 20 *σέβασμα* [Mosen] *ἐλογίσαντο.*)

Σεβαστός, ή, όν, (a *σεβάζομαι*, perf. pass. *σεσέβασται*) 1) *colendus, venerandus*; — 2) *ὁ σεβαστός* Latinor. *augustus*, cognomen Caesarum romanorum: *Caesar Augustus*; ita Act. 25, 21. 25 de Nerone. Philo de legat. ad Cai. p. 1012. — Act. 27, 1 *σπεῖρα σεβαστή*, vertunt cohors augusta, i. e. Caesari propria, ita ut *σεβαστός* adiective usurpetur pro: ad Augustum sive Caesarem pertinens, *cohors Augusta*, quo sensu habes *σεβάστειος* apud Philon. de legat. ad Cai. p. 999 A: *τὸ γένος τὸ σεβάστειον*. Monent enim inde ab Octaviani Augusti tempore fuisse *legiones* nuncupatas *Augustas*, et opinantur in cohortibus Caesareae collocatis unam fuisse dictam cohortem Augustam. Sed rectius vertitur: cohors *Samaritana*. Samaria enim ab Herode M. in honorem Augusti *Σεβαστή* appellata est. (Ioseph. bell. 1, 2, 7.) Certe Iosephus de bell. 2, 12. 5 commemorat eductam esse ex Caesarea *μίαν ἴλην ἱππέων καλουμένων Σεβαστηνῶν*, verosimile igitur est, ibidem fuisse etiam cohortem peditum eiusdem nominis.

Σέβω, (Pind. Ol. 14, 17.) usitatius *σέβομαι*, verb.

depon. passiv., propr. metu, pudore commoveor, ich scheue mich, (Hom. Iliad. 4,242); deinde: *colo, veneror, cultu divino prosequor*, et dicitur nostris aeque de cultu veri Dei ac de cultu idolorum; seq. accusat. obiecti, Matth. 15, 9. Marc. 7, 7. (Ies. 29, 13.) Act. 18, 13. 19, 27. (LXX pro יָרֵא Ios. 4, 24. 22, 25. Iob. 1, 9. Ion. 1, 9. Sap. 15, 6. 18. Drac. v. 6. — Ioseph. ant. 9, 10. 1 εἴδωλα σεβόμενος. id. bell. 1, 5. 2 σεβομένη περὶ τὸ θεῖον.) — Οἱ σεβόμενοι τὸν θεόν, Act. 16, 14. 18, 7. et etiam οἱ σεβόμενοι simpliciter, ubi τὸν θεόν intelligendum est, Act. 13, 43. 50. 17, 4. 17. in Actis dicuntur *proselyti portae*, i. e. ii e gentibus, qui, quanquam legi mos. se non subiecerant, nec circumcisi erant, tamen a cultu idolorum abstinebant, et unum Deum, creatorem coeli et terrae colebant. Ita Ioseph. ant. 14, 7. 2 „ne quis miretur tantas templi (Hierosolym.) divitias, πάντων κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἰουδαίων καὶ σεβομένων τὸν θεὸν εἰς αὐτὸ (ἱερὸν) συμφερόντων ἐκ πολλῶν πάνυ χρόνων,“ e quo loco intelligitur, proselytos misisse donaria templo veri Dei dicata.*.

Σειρά, ᾶς, ἡ, (ab εἴρω, necto) propr. quod nexum est, funis, laqueus, (LXX pro חֶבֶל Prov. 5, 22. et pro מַחְלְפוֹת, cincinni, Iud. 16, 13.) — *vinculum, catena;* 2 Petr. 2, 4 σειραῖς ζόφου, vel funibus tenebrarum, i. e. carcere tenebricosissimo; vel pro: ζόφῳ ὡσεὶ σειρᾷ, ut Sap. 17, 18 μιᾷ γὰρ ἁλύσει σκότους πάντες ἐδέθησαν. — (Ioseph. ant. 3, 7. 5 σειραῖς ἐκ χρυσοῦ πεπλεγμέναις.)*.

Σεισμός, οῦ, ὁ, (a σείω, perf. pass. σέσεισμαι) *concussio, commotio;* — ἐν τῇ θαλάσσῃ Matth. 8, 24 commotio undarum in mari, i. e. *turbo;* (σεισμὸς τῶν ἁρμάτων Ier. 47, 3. Ezech. 3, 13.) — κατ' ἐξοχήν, *motus terrae*, ubi intell. τῆς γῆς, Matth. 24, 7. 27, 54. coll. v. 51. cap. 28, 2. Marc. 13, 8. Luc. 21, 11. Act. 16, 26. Apoc. 6, 12. 8, 5. 11, 13. 19. 16, 18. (Ioseph. ant. 15, 5. 3. et ib. 6, 2. 2. — LXX pro סְעָרָה bis: Ier. 23, 19. Nah. 1, 3. — saepius pro רַעַשׁ, Iob. 41, 21. Amos. 1, 1. Ies. 29, 6. Ezech. 38, 19.)*.

Σείω, f. σείσω, (Hebr. 12, 26 in codd.) aor. 1. pass. ἐσείσθην, — LXX pro רָעַשׁ — *commoveo, concutio, tremere facio*, a) propr. Matth. 27, 51 ἐσείσθη ἡ γῆ. (Iudic. 5, 4. Ies. 13, 13. 24, 18.) Hebr. 12, 26 ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν. Deprompta sunt ex Hagg. 2, 7. Ioel. 3, 16 vultque auctor sibi hoc: terram in promulgatione legis mosaicae per Dei vocem sive tonitrua concussam fuisse, (Exod. 19, 16 sqq. Ioel. 3, 16.) nunc autem, in promulgatione legis novae per filium, adeo coelum tremuisse. Sensus: multo sanctiora sunt, quae Deus per filium, quam ea, quae per Mosen promulgavit. (conf. etiam 2 Sam. 22, 8. Ps. 68, 8. Ier. 8, 16.) — Apoc. 6, 13 σειομένη (arbor) ὑπὸ ἀνέμου. — b) metaphorice: *perturbo*, Matth. 21, 10 ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις (i. e. πάντες οἱ πολῖται). 28, 4 ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν. (Ies. 14, 16 ὁ σείων βασιλεῖς. Philo de legat. ad Cai. τρόμος τε καὶ σεισμὸς πάντα αὐτοῦ τὰ μέρη καὶ τὰ μέλη συνεκύκα. Ioseph. ant. 4, 3. 2 ὁ τὴν Αἰγυπτίων εὐδαιμονίαν σείσας.)*.

Σεκοῦνδος, ούνδου, ὁ, latinum **Secundus**, nom. pr. viri, Act. 20, 4.

Σελεύκεια, ας, ἡ, *Seleucia*, nom. pr. urbis Syriae a Seleuco Nicanore (Ioseph. ant. 18, 9. 8) conditae, Antiochiae vicinae et Cypro oppositae, ad ostium fluvii Orontis in monte Pierio sitae, quam a Macedonibus, Graecis, Syris et Iudaeis habitatam narrat Ioseph. ant. 18, 9. 8. — Act. 13, 4 (1 Macc. 11, 8.)

Σελήνη, ης, ἡ, (a σέλας, lux, splendor, quasi σέλας νέον) luna, hebr. יָרֵחַ Matth. 24, 29. Marc. 13, 24. Luc. 21, 25. Act. 2, 20 (vid. αἷμα). 1 Cor. 15, 41. Apoc. 6, 12. 8, 12. 12, 1. 21, 23. (Gen. 37, 8. Ier. 31, 37. Ioel. 2, 31. 3, 15.)*.

Σεληνιάζομαι, (a σελήνη) *lunaticus sum, morbo comitiali laboro;* Matth. 4, 24. 17, 15. (Manetho 4, 81 et 216. Epilepsia laborantes dicebantur lunatici, quia morbus eorum crescente luna redire et augeri putabatur. Act. Thom. §. 12 commemorantur σεληνιαζόμενοι inter eos, qui a daemonibus malis vexantur.)*.

Σεμεΐ, ὁ, (hebr. שִׁמְעִי) *Simei*, nom. pr. indecl. viri, Luc. 3, 26 commemorati.

Σεμίδαλις, εως, ἡ, *similago*, flos farinae triticeae, *feines Wetzenmehl;* Apoc. 18, 13. — LXX saepissime pro סֹלֶת, e. g. Exod. 29, 2. 40. Num. 6, 15. 7, 13 sqq. 28, 5. 9. 12. — Ioseph. ant. 3, 9. 4. ant. 8, 2. 4.*.

Σεμνός, ή, όν, (a σέβω) venerabilis, venerandus; (2 Macc. 6, 28 ὑπὲρ τῶν σεμνῶν καὶ ἁγίων νόμων. ib. 8, 15 τὸ σεμνὸν καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα αὐτοῦ (τοῦ θεοῦ). Pind. Ol. 9, 11.) — 2) ex adiuncto: *honestus, decorus, ehrbar*, Phil. 4, 8. 1 Tim. 3, 8. 11. Tit. 2, 2. cf. Σεμνότης. (Herodian. 1, 2. 6 σεμνῷ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι. Diog. Laërt. 2, 24 αὐτάρκης δὲ ἦν καὶ σεμνός.)*.

Σεμνότης, ητος, ἡ, (a σεμνός) 1) ea ratio personae vel rei, qua reverentia digna est, sanctitas, reverentia, (2 Macc. 3, 12 ἡ τοῦ ἱεροῦ σεμνότης. Ioseph. bell. 6, 5. 1 ubi sacerdotibus tribuitur σεμνότης.) — 2) ex adiuncto: *honestas, sanctitas;* de moribus, 1 Tim. 2, 2. Tit. 2, 7. (Ioseph. c. Apion. 2, 31 σεμνότης βίου. Id. vit. §. 49 μετὰ πάσης σεμνότητος, cum omni honestate. Herodian. 2, 1. 10.)*.

Σέργιος, ίου, ὁ, Latin. *Sergius*, nom. pr. proconsulis Romani, *Sergii Pauli*, Cypri propraetoris, a Paulo ac Barnaba ad religionem christ. conversi; Act. 13, 7 sqq.

Σερούχ, ὁ, (hebr. שְׂרוּג Gen. 11, 20.) *Seruch*, nom. pr. indecl. filii Rahu, Luc. 3, 35 ubi text. vulg. Σαρούχ.

Σήθ, ὁ, (hebr. שֵׁת Gen. 4, 25.) *Seth*, nom. pr. indecl. filii Adami; Luc. 3, 38.

Σήμ, ὁ, (hebr. שֵׁם Gen. 5, 32.) *Sem*, nom. pr. indecl. filii Noachi, natu maximi; Luc. 3, 36.

Σμυρνίζω, partic. perf. pass. ἐσμυρνισμένος, (a σμύρνα) *myrrha condio*, Marc. 15, 23 ἐσμυρνισμένον οἶνον, vinum myrrha mixtum (coll. Matth. 27, 34. Luc. 23, 36. vid. Ὄξος.) (Legiturne in profanorum scriptis?)

Σόδομα, ων, τά, hebr. סְדֹם, *Sodoma, orum*, urbs quondam sita in valle amoenissima Siddim, haud procul a Iordane fluvio, per terrae motum et flammas eversa et deleta simul cum aliis urbibus finitimis, quarum locum nunc occupat lacus Asphaltites. vid. Γομόῤῥα. (Gen. 18, 20 sqq. 19, 1 sqq. Ioseph. ant. 1, 11.) Matth. 10, 15. 11, 23 sqq. Marc. 6, 11. Luc. 10, 12. 17, 29. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 6 πόλις Σοδόμων. Iud. v. 7. Apoc. 11, 8. vid. Πνευματικῶς. *.

Σολομών, (semel Σολομῶν Act. 7, 47), genitiv. Σολομῶνος (ita enim, ut etiam constanter flectit Ioseph. ant. 8, 1 sqq., casus obliquos ubique edidit *Griesb.* pro Σολομῶντος, Σολομῶντα, ut habet textus vulgaris; LXX Σαλωμών indeclinabile, vid. 1 Reg. 1, 11 sqq. 2 Chron. 1 sqq. Sir. 47, 13. et conf. *Winert* Gramm. §. 10. p. 65.) — hebr. שְׁלֹמֹה i. e. pacificus (1 Chron. 22, 9), *Salomo*, rex Israelitarum tertius, sapientia ingenioque acumine illustrissimus, Davidis filius, templi primi conditor, Iudaeisque Iesu tempore τύπος quum splendoris externi et divitiarum, tum sapientiae. Matth. 1, 6. 7. 6, 29. 12, 42. Luc. 11, 31. 12, 27. Io. 10, 23 (vid. Στοά). Act. 3, 11. 5, 12. 7, 47. *.

Σορός, οῦ, ἡ, (apud Homer. Iliad. 23, 91 patera magna recipiendis ossibus heroum ab Achille destinata); *sandapila, arca funebris*; quae apud Iudaeos non erat clausa sed aperta et lectuli formam habebat; Luc. 7, 14. — LXX Gen. 50, 26 pro אָרוֹן coll. Iob. 21, 32 et 2 Sam. 3, 32 ubi hebr. מִטָּה, LXX τάφος. Hesych. σορός· μνῆμα, θήκη. *.

Σός, σή, σόν, (a σύ) *tuus*; — a) de *possessione*, de eo, quod quis aut natura habet, Matth. 7, 3 ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ. Act. 5, 4 ἡ σῇ ἐξουσίᾳ. — aut sibi acquisivit, vel accepit, Matth. 7, 22 τῷ σῷ ὀνόματι. 13, 27 τῷ σῷ ἀγρῷ. 1 Cor. 8, 11. — τὸ σόν, quod tuum est, tibi competit, Matth. 20, 14. 25, 25. Luc. 6, 30. 15, 31. — b) de *societate*, de eo, qui alicuius est, ei addictus, familiaris, subiectus, Luc. 5, 33 οἱ δὲ σοὶ μαθηταί. Marc. 2, 18. Io. 17, 6. 9. 10. 18, 35 τὸ ἔθνος τὸ σόν. — οἱ σοί, familiares, familia, Marc. 5, 19. — c) de *origine*, de eo, quod ab aliquo venit, efficitur, vel decretum est, Matth. 24, 3 τῆς σῆς παρουσίας. Luc. 22, 42 τὸ σὸν θέλημα. Io. 4, 24 τὴν σὴν λαλιάν. 17, 17. Act. 24, 3. 4. 1 Cor. 14, 16. Philem. v. 14. *.

Σουδάριον, ίου, τό, vox latina, quae ad Graecos non tantum sed et in linguam syriacam et aramaeam transiit (סודרא et סודר) *sudarium* (a sudore dictum) i. e. linteum, quo sudor faciei detergitur et nares purgantur; Luc. 19, 20. Act. 19, 12. — apud Rabbinos (vid. *Buxtorf.* lex talm. p. 1442 sqq.) sensu latiori pro *linteo quocunque, velamine*; — de linteo, quo mortui caput solebat involvi, Io. 11, 44 et in Evang. Nicod. apud *Birch*. p. 91 et 93. *.

Σουσάννα, ας, ἡ, (hebr. שׁוֹשַׁנָּה, lilium, LXX Σωσάννα, ης, Susann. v. 2. 28. 29) *Susanna*, nom. pr. mulieris, Luc. 8, 3 ubi alii codd. etiam Σωσάννα.

Σοφία, ας, ἡ, — LXX pro חָכְמָה — Latinorum *sapientia*, nostrum *Weisheit*. (Deducunt a stirpe φάω, luceo, putantque σοφός idem esse quod σαφής clare intelligens, ut nostrum Weisheit est a wissen). In N. T. 1) de sapientia, *scientia*, quae in homine est, et de *agendi ratione* eius qui ducitur ista scientia; — 2) de *spiritu sapientiae*, qui ex Deo procedit et homines docet. — Est igitur

1) *scientia, die Wissenschaft*; primum a) de artificum *peritia* ac scientia in operibus faciendis, ut saepe apud Hom. (Iliad. 15, 412) et Exod. 28, 3. 31, 3. 35, 31—35. 36, 1 e quibus locis patet, Hebraeos opificum artem, ut omnem omnino scientiam (Prov. 2, 6. Sap. 7, 15), a Deo et spiritu Dei repetiisse. Etiam Deo, ut artifici mundi, tribuebatur σοφία (Ps. 104, 24. Prov. 3, 19) eiusque sapientia dicebatur ἡ τεχνῖτις πάντων, Sap. 7, 22. — b) de *eruditione* et *scientia* omni, quae et experientia (Iob. 12, 12) et studio et cogitatione comparatur (Sir. 38, 24 sqq.); et ita in N. T. de *arte dicendi docendique* potissimum res divinas, Matth. 13, 54. Marc. 6, 2. Luc. 2, 40. 52. 21, 15 στόμα καὶ σοφίαν pro στόμα σοφόν. Act. 6, 3. 10 πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας, copiose instructi a spiritu divino facultate scite loquendi de rebus divinis. Adiuncta nonnunquam est notio *astutiae, fallaciae*, et σοφία est ars, quae fraude alterum decipit (vid. Ioseph. ant. 1, 18. 5), et convenit cum ea arte, quae serius σοφιστεία appellabatur,

48*

(Philo de Cherubim p. 109 D: σοφία σοφιστείας ἀλλότριον· ἡ μὲν γὰρ τὰ πιθανὰ ἐπὶ κατασκευῇ ψευδοῦς δόξης, ἥτις λυμαίνεται ψυχὴν, ἐκπεπόνηκε· σοφία δὲ διὰ μελέτης τῶν ἀληθῶν, τὸ μετὰ διανοίας ὄφελος ἐπιστήμη ὀρθοῦ λόγου πεπόρισται.) Et ita in locis Paulinis: 1 Cor. 1, 17 ἐν σοφίᾳ λόγου, arte dicendi. ib. v. 21 διὰ τῆς σοφίας, i. q. διὰ τῆς σοφιστείας. ib. 2, 1 λόγου ἢ σοφίας i. e. λόγου σοφίας ut legitur v. 4. 5. Ib. 2, 13 ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, vid. *Διδακτός*. c. 12, 8. 2 Cor. 1, 12. Fortasse etiam 1 Cor. 1, 22 nisi hic σοφία est i. q. φιλοσοφία, statuendi ratio de Deo et rebus divinis, quam ipsi σοφίαν appellare solent. — Porro — c) de *scientia naturae omnino, et rerum humanarum divinarumque universe;* (4 Macc. 1, 16 σοφία δὴ τοίνυν ἐστὶν γνῶσις θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων.) Ita de sapientia Salomonis Matth. 12, 42. Luc. 11, 31. (1 Reg. 4, 29 sqq. Prov. 1, 2 sqq.) — Aegyptiorum Act. 7, 10. 22. coll. Iob. 28, 12 sqq. Sap. 7, 14. 17—21. 8, 5 sqq. In N. T. haud raro σοφία de parte aliqua huius scientiae legitur; ut de *cognitione consiliorum* divinorum potissimum de Christo et oeconomia regni divini, Eph. 1, 8. v. 17 πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως. Col. 1, 9. 2, 3 ἐν ᾧ (μυστηρίῳ, verba enim v. 2 καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ reiecit *Griesb.*) εἰσι πάντες κ. τ. λ. i. e. in quo (abscondito Dei consilio de salute hominibus omnis generis paranda per Christum cognoscendo) comprehensa est omnis sapientia christiana de consiliis divinis et re christiana. 2 Petr. 3, 15. — Ita etiam de consiliis Dei ipsis, quae de salute per Christum paranda cepit, Rom. 11, 33. 1 Cor. 2, 6. 7. Eph. 3, 10. Col. 1, 28 διδάσκ. πάντας ἐν πάσῃ σοφίᾳ, omnes docens de toto Dei consilio. — De consiliis hominum perversorum, qui sibi videntur σοφοί, at non sunt, nec res divinas recte perspiciunt, 1 Cor. 1, 19. 20. 2, 6. 3, 19. — de scientia *rerum absconditarum, aenigmaticarum*, somniorum, prodigiorum etc. Apoc. 13, 18. 17, 9. (Eccles. 7, 30. 2 Sam. 14, 20. Dan. 1, 4. 17. 20. 2, 30. 5, 14. Ioseph. ant. 2, 13. 3. lib. Henoch. p. 185 σοφίαι, malae artes praestigiatorum.) — Denique — d) de *scientia veri, recti et boni, sapientia,* qua aliquis optima non solum cognoscit sed etiam hanc cognitionem sequitur in agendo; quo sensu non solum hominibus Col. 2, 23. 3, 16. Iac. 1, 5. 3, 13. 15. 17. sed etiam Deo Apoc. 5, 12. 7, 12 tribuitur. (4 Macc. 1, 16. 18 τῆς δὲ σοφίας ἰδέαι καθεστᾶσιν τέσσαρες, φρόνησις, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἀνδρεία, καὶ σωφροσύνη. Sap. 8, 5 sqq.) — 1 Cor. 1, 30 Χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, factus est mihi σοφία divina, i. e. auctor mihi extitit cognitionis veri rectique,

2) Quum Hebraei omnem omnino eruditionem, artem, cognitionem exquisitiorem et scientiam repetere solerent a spiritu divino (Exod. 31, 3. 35, 31. 35. 36, 1. Prov. 2, 6. Sap. 7, 15), ille ipse dicebatur non solum πνεῦμα σοφίας, sed in libris posterioribus etiam σοφία, (Sap. 1, 4—6. 7, 22. 9, 17) atque putabatur homines scientia, arte, cognitione salutari quavis imbuere (Exod. 31, 3. Zach. 4, 6 sqq. Sap. 7, 16—21. 8, 5—15. 9, 8 sqq. 17 sqq. Sir. 1, 1—10), iis virtutem, pietatem, rectique amorem inspirare (Iudic. 15, 14. 1 Sam. 11, 6. 16, 13. Sap. 7, 11. 14. 8, 5—7 sqq. 9, 17. 18), abscondita Dei consilia resque futuras iis manifestare, eosque prophetas facere (Ioel. 3, 1. Zach. 7, 12. Dan. 4, 5 sqq. Sap. 7, 27 sqq. 8, 18); cuius autem particeps fieri non possit homo nisi pietatis studio (Ps. 111, 9. Prov. 1, 7. 16, 4. Sap. 1, 4. 7, 27 sqq.). Haec autem *sapientia, natura divina*, quae etiam in Christo fuisse dicitur, commemoratur in N. T. Matth. 11, 19. Luc. 7, 35. vid. *Δικαιόω*. Luc. 11, 49 ἡ σοφία τοῦ θεοῦ εἶπεν intell. per prophetam. (Alii h. l. intelligunt librum quendam deperditum, qui σοφία τοῦ θεοῦ inscriptus fuerit.) 1 Cor. 1, 21 ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφ. κ. τ. λ. i. e. quoniam in spiritu sapientiae divino (in Christo dum viveret conspicuo et per illum docente) homines, qui nunc sunt, impediti sua sapientia non agnoverunt Deum, placuit Deo etc. — 1 Cor. 1, 24 αὐτοὺς δὲ τοῖς κλητοῖς κ. τ. λ. i. e. in Messia cruci affixo, quem tradimus, Christiani ipsi, et quidem e Iudaeis (non σκάνδαλον, sed) divinam virtutem, et Christiani e Graecis (non μωρίαν, sed) divinam sapientiam ipsam agnoscunt.

3) i. q. σωφροσύνη, *prudentia* in agendo (Cicer. offic. 1, 43.) Col. 4, 5 ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω. (1 Reg. 2, 6.) *.

Σοφίζω, aor. 1. ἐσόφισα, partic. perf. pass. σεσοφισμένος, (a σοφός) — LXX pro חָכַם — 1) σοφὸν facio, *erudio, instituo, doceo* aliquem, (Ps. 19, 7. 105, 22. 119, 97.) 2 Tim. 3, 15 σὲ σοφίσαι εἰς σωτηρίαν. (Theoph. ad Autol. lib. 2, p. 82 οἱ προφῆται ὑπὸ τοῦ θεοῦ σοφισθέντες.) — *Σοφίζομαι*, *sapiens fio, sapio*, (Eccl. 2, 15. 19. 7, 17. 23. 1 Reg. 4, 31. Sir. 18, 29.) — 2) in malam partem: *decipio aliquem callide loquendo, fraudulenter alicui persuadeo;* (Barnab. ep. c. 9 ἄγγελος πονηρὸς ἐσόφισεν αὐτοὺς, Iudaeos ut peccarent. — Saepe sic in medio, ut Sir. 7, 5. 10, 26. Ioseph. bell. 4, 2. 3 τούτοις (eiusmodi sermonibus) ἐσοφίζετο (decepit) τὸν Τίτον.) — Hinc passiv. σεσοφισμένος, callide dictus vel compositus ad decipiendum; — 2 Petr. 1, 16 σεσοφισμένοι μῦθοι, i. e. μῦθοι callide excogitati in fraudem aliorum. *.

Σοφός, ή, όν, 1) *scitus*, i. e. a) *peritus, sciens*, 1 Cor. 3, 10 σοφὸς ἀρχιτέκτων. (Ies. 3, 3. 2 Chron. 2, 7.) — b) *bene edoctus, idoneus*, Rom. 16, 19 σοφοὺς εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν. — c) σοφόν, *scite excogitatum*, 1 Cor. 1, 25 τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Vid. *Μωρός*. — 2) *bona quaeque intelligens et efficiens, sapiens*, μόνῳ σοφῷ θεῷ, Rom. 16, (secundum *Griesb.* c. 14.) 27. [1 Tim. 1, 17. Iud. v. 25.] coll. Sir. 1, 1. — ὁ σοφός, substantive: *sapiens;* — de magistris et doctoribus, Matth. 11, 25. 23, 34. Luc. 10, 21. 1 Cor. 1, 19. 20. 26. 27. 3, 18—20. (Ies. 19, 12. 29, 14. Dan. 2, 14. 18. 21.) — de hominibus bene excultis Rom. 1, 14. — de hominibus rerum divinarum gnaris Rom. 1, 22. — verum rectumque videntibus et amantibus Eph. 5, 15. 1 Cor. 6, 5. (coll. Prov. 29, 9. Deut. 1, 13.) Iac. 3, 13. *.

Σπανία, ας, ἡ, *Hispania*, ea pars Europae, quae et nunc ita appellatur, tempore Apostolorum vero etiam comprehendebat simul Lusitaniam, eratque provincia Romana, quam Iudaei mercaturae causa frequentabant. Rom. 15, 24. 28.

Σπαράσσω, s. άττω, aor. 1. ἐσπάραξα, (a σπάω) *distorqueo, concutio*, vello, lacero, discerpo. In N. T. non nisi de aegrotis, quorum membra a genio malo, ut opinabantur Iudaei, vehementer distorquebantur; Marc. 1, 26. 9, 20. 26. Luc. 9, 39. — (LXX Ier. 4, 19 pro הֹמֶה σπαράσσεται ἡ καρδία μου; et 2 Sam. 22, 8 pro הִתְגָּעֵשׁ. — Maxim. Tyr. diss. 23 morbis dicit λυμαίνεσθαι τὸ σῶμα κλονούμενόν τε καὶ σπαραττόμενον καὶ σειόμενον. vid. etiam 3 Macc. 4, 6. De animi irritatione Ioseph. bell. 2, 21. 1. de direptione, bell. 2, 19. 2 et 2, 22. 2. Idem ant. 7, 10. 5 τὴν κεφαλὴν (i. e. crines) σπαραττόμενος.) *.

Σπαργανόω, ῶ, aor. 1. ἐσπαργάνωσα, partic. perf. pass. ἐσπαργανωμένος, (a σπάργανον, fascia quali involvuntur recens nati) *fasciis involvo;* Luc. 2, 7. 12. (LXX pro חֻתָּל Ezech. 16, 4. Sap. 7, 4 ἐν σπαργάνοις ἀνετράφην.) *.

Σπαταλάω, ῶ, aor. 1. ἐσπατάλησα, (a σπατάλη helluatio, luxus, cibus delicatus) *luxuriose, delicate vivo, delicias ago*, 1 Tim. 5, 6. Iac. 5, 5. (Sir. 21, 15 ubi ὁ σπαταλῶν et ἐπιστήμων sibi opponuntur. *Σπαταλᾶν* posteriores Graeci; antiquiores et meliores scriptores σπαθᾶν; LXX κατασπαταλᾶν Prov. 29, 21 pro פִּנֵּק verzärteln, et Amos. 6, 7 pro סְרֻחִים. Hesych. σπαταλᾷ· τρυφᾷ.) *.

Σπάω, ῶ, aor. 1. med. ἐσπασάμην, *traho;* (Sap. 7, 3.) — maxime in medio: σπάομαι μάχαιραν, *gladium stringo*, Marc. 14, 47. Act. 16, 27. LXX pro שָׁלַף Num. 22, 23. 31. Iud. 9, 54. 20, 2. 15. 1 Chron. 10, 4. Ioseph. bell. 4, 11. 3.) *.

Σπεῖρα, ἡ, genit. σπείρας (sic etiam in graeco cod. V. T. et apud Iosephum), et ionice σπείρης, (non nisi apud Lucam in Actis Ap.) Latin. *spira;* 1) linea spiralis; — 2) omne quod spirae formam habet et contortum est; funis, (Ioseph. ant. 8, 3. 6); — 3) i. q. τάξις, ordo militaris, caterva, pars agminis, 2 Macc. 8, 23. 12, 20. 22. coll. Iudith. 14, 11 κατὰ σπείρας, dispositis agminibus. — *manipulus*, quarta cohortis romanae pars, Io. 18, 3. 12. — *cohors*, decima legionis romanae pars, militibus quadringentis vel quingentis vel sexcentis constans; Matth. 27, 27. Marc. 15, 16. Act. 10, 1 (vid. *Ἰταλικός*). 21, 31. 27, 1 (vid. *Σεβαστός*). (Ioseph. ant. 14, 15. 3. ib. 19, 2. 3. de bell. 2, 11. 1. et 3, 2. 1. Polyb. 6, 22. 11, 23. 1 τρεῖς σπείρας· τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν, παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις.) *.

Σπείρω, aor. 1. ἔσπειρα, perf. pass. ἔσπαρμαι, aor. 2. pass. ἐσπάρην, LXX pro זָרַע — 1) *semino, semen spargo*,

sementem facio; Matth. 6, 26. 13, 3. 4. 13, 24 sqq. 27. Marc. 4, 3. 4. Luc. 8, 5. 1 Cor. 15, 36 sqq. et passim. (σπείρειν σπέρμα, semen facere, Gen. 1, 11. 12. 29. — τὴν γῆν, conserere terram, Exod. 23, 10. Lev. 25, 3.) — Comparatur doctor, qui verba, doctrinam spargit in hominum aures, cum agricola semen spargente, et doctrina ipsa cum semine, Matth. 13, 18 sqq. Marc. 4, 14. 15. — Matth. 13, 19 οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς, i. e. ei evenit, quod semini iuxta viam sparso; ita eadem verba v. 20. 22. 23. (Ignat. ad Ephes. σπεῖραι διδαχὴν εἴς τινα.) — De proverbiis Io. 4, 37. Matth. 25, 24. Luc. 19, 21. Gal. 6, 7. vid. Θερίζω. — Transfertur etiam ad *impertientem, distribuentem, impendentem* aliquid; 1 Cor. 9, 11 τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, disseminavimus videl. ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. (coll. Matth. 13, 19.) 2 Cor. 9, 6 ὁ σπείρων φειδομένως, qui parce beneficia collocat. Gal. 6, 8 ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα — εἰς τὸ πνεῦμα, qui in corpus et delicias — in animi salutem impendit sua. Iac. 3, 18 καρπὸς σπείρεται, praemium tribuitur; nisi mavis καρπὸν hic intelligere de semine, quod fructus est, vid. Καρπός. (Test. XII patr. p. 576 σπείρατε ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἀγαθά. Act. Thom. §. 15 σπείρας ἐν ἐμοὶ τὴν ζωήν.) — 2) missa notione spargendi et disseminandi: *terrae mando,* a) proprie de grano, Marc. 4, 31. 32. — b) tropice de corpore defuncti terrae mandando, 1 Cor. 15, 42—44.

Σπεκουλάτωρ, ορος, ὁ, latinum *spiculator* s. *speculator*, Graecis δορύφορος, *satellites* regii spiculam gerentes, corporis custodes regum, qui simul ex mandato regis gladio eos interficere solebant, quos rex volebat necari. Marc. 6, 27 ad quem locum Theophylactus: σπεκουλάτωρ ὁ δήμιος λέγεται, στρατιώτης, ὃς πρὸς τὸ φονεύειν τέτακται. (Senec. de ira lib. 1, 16. Sueton. Claud. 35. Tacit. annal. 2, 12. 2. Iul. Firmicus lib. 8, 26.) *.

Σπένδω, spargo, effundo, profundo; *libo,* libationem facio, LXX pro נָסַךְ Gen. 35, 14. Exod. 30, 9. Num. 28, 7. Hos. 9, 4. Dan. 2, 46. Ioseph. ant. 6, 2. 1. — In N. T. σπένδομαι est: libo me, i. e. *vires meas, sanguinem adeo libo* in officio peragendo; sensus: totus absumor, exhaurior; Phil. 2, 17 σπένδομαι ἐπὶ θυσίᾳ, vid. Θυσία. 2 Tim. 4, 6. (Zonaras Lex. col. 1666 σπένδομαι, ἀποθνήσκω. θυσίαν μέλλω καὶ σπονδὴν ἐμαυτῷ προσφέρειν Χριστῷ.) *.

Σπέρμα, τος, τό, (a σπείρω) LXX pro זֶרַע, 1) *granum* quod germen futurae plantae continet, Matth. 13, 32. Marc. 4, 31. 1 Cor. 15, 38. (Exod. 16, 31.) — *semen,* a) i. e. grana plantarum, quae spargendo disseminantur, Matth. 13, 24. 27. 37 sqq. 2 Cor. 9, 10. (Gen. 1, 11. 12. 29. 47, 19.) tropice: σπέρμα τοῦ θεοῦ dicitur 1 Io. 3, 9 germen pietatis a Deo in animis piorum plantatum, i. e. vel spiritus divinus homini datus, vel cognitio veri eiusque amor a Deo s. spiritu divino in animo hominis effectus. — b) *semen virile* quatenus spargitur et germen prolis continet, (Lev. 18, 20. 21. 19, 20. Test. XII patr. p. 600.) — 2) *proles,* a) proprie, et tribuitur κυρίως viro, Matth. 22, 24. 25. Marc. 12, 19—22. Luc. 20, 28. Gal. 3, 16. 19. Hebr. 11, 18. (Gen. 4, 24. 38, 8.) deinde etiam mulieri, Hebr. 11, 11. (vid. Καταβολή. Gen. 3, 15.) — *familia, stirps, genus,* quae generatione oritur ex aliquo, Io. 7, 42. Act. 13, 23. Rom. 1, 3. 11, 1. 2 Cor. 11, 22. 2 Tim. 2, 8. (Gen. 17, 12. Lev. 21, 21. 22, 4. Ioseph. ant. 8, 7. 6 παῖς ἐκ βασιλικῶν σπερμάτων.) — collective: *posteri,* Luc. 1, 55. 8, 33. 37. Act. 3, 25. 7, 5 sq. Rom. 4, 13. 18. 9, 7. (Gen. 9, 9. 12, 7. 13, 15 sq. 17, 7.) — b) tropice Abrahami posteri etiam Christiani e gentilibus dicuntur, quippe haeredes promissionis de futuro Servatore, Abrahamo datae, Rom. 4, 16. Gal. 3, 29. Hebr. 2, 16. coll. Rom. 9, 8. Similiter Apoc. 12, 17 pii adseclae verae ecclesiae σπέρμα eius dicuntur. (coll. Ies. 57, 3 σπέρμα μοιχῶν. ib. 1, 4.) — 3) ex hebr. tropice: *residuum* populi dispersi, e quo nova stirps oriri debet, *superstites* ut denuo augeantur, Rom. 9, 29. LXX pro שָׂרִיד Deut. 3, 3. Ies. 1, 9. *.

Σπερμολόγος, ου, ὁ, (σπέρμα λέγων) 1) semina legens s. colligens; (Maxim. Tyr. diss. 13. Plutarch. de animi tranquill. T. 5, p. 50 ed. *Reisk.* — de cornice grana legente in agro, Aristoph. av. 580.) — 2) ad homines transfertur, ubi primum σπερμολόγοι sunt, ut Eustathius ad Hom. Odyss. 5, 241 interpretatur: οἱ περὶ τὰ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντες, διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων ἀποῤῥέοντα, καὶ διαζῆν ἐκ τούτων. Hinc de parasitis, qui scurrilitate et adulationibus victum quaerunt, Theophr. char. c. 6. — et omnino: *homo scurrilis, vilis, abiectus.* Semel Act. 17, 18. (Philo de legat. ad Cai. p. 1021 C. Demosth. 269, 19. — Alii: garrulus, loquax, minus recte, quum hoc potius sit λογοσπόρος, non autem σπερμολόγος. Vid. *Kypkii* obss. T. II, p. 86.)

Σπεύδω, aor. 1. ἔσπευσα. — LXX pro מִהֵר, etiam pro בָּהַל et חוּשׁ — cognatum cum nostro: *sputen,* 1) *festino, propero;* Act. 20, 16 ἔσπευδε γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλ. (Ioseph. ant. 7, 9. 7.) — participium aliis verbis additum est pro adverbio, *festinanter, celeriter;* Luc. 2, 16 ἦλθον σπεύσαντες. Luc. 19, 5. 6. (1 Sam. 4, 15 σπεύσας εἰσῆλθε.) Etiam σπεῦδε et seq. καὶ cum alio verbo, Act. 22, 18 σπεῦσον καὶ ἔξελθε, celeriter exi. (Gen. 24, 18 ἔσπευσε καὶ καθεῖλε. ib. v. 20. quod pro σπεύσασα καθεῖλε, ut legitur ib. v. 46.) — 2) ex adiuncto: studiose propero ad aliquid, (Hom. Iliad. 5, 667); *avide desidero, vehementer expeto;* 2 Petr. 3, 12 σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας. (Prov. 28, 22 σπεύδει πλουτεῖν ἀνὴρ βάσκανος. Ies. 16, 5 σπεύδων δικαιοσύνην. 2 Macc. 4, 14. Test. XII patr. p. 679. 4 Macc. 14, 5 σπεύδειν ἐπὶ τὸν θάνατον. ib. 16, 20. Etiam sic apud profanos, vid. *Kypk.* obss. II, p. 449.) *.

Σπήλαιον, ου, τό, (a σπέος, antrum) *spelunca;* Matth. 21, 13. Marc. 11, 17. Luc. 19, 46. Io. 11, 38. Hebr. 11, 38. Apoc. 6, 15. (Vid. quae in voc. Μνημεῖον diximus.) — LXX saepe pro מְעָרָה Gen. 19, 30. 23, 9. 49, 29. Ios. 10, 16. 17. 1 Sam. 13, 6. 22, 1. 24, 4 sqq. Ier. 7, 11. *.

Σπιλάς, άδος, ἡ, *scopulus marinus,* ad quem naves facile alliduntur et franguntur; (cognatum est cum σπῖλος, macula, quasi macula maris, ergo scopulus qui eminet super mare; Hom. Od. 3, 298. 5, 401. Ioseph. bell. 3, 9. 3. Polyb. 1, 37. 2.) semel Iud. v. 12 σπιλάδες, velut scopuli; i. e. homines *perniciosi,* alios corrumpentes, ut fidei iacturam faciant. Vid. similem tropum 1 Tim. 1, 19.

Σπῖλος, ου, ὁ, (apud posteriores scriptores pro attico κηλίς, vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 28.) *macula, sordes;* de sordibus in vestimento, corpore, Eph. 5, 27 ubi sensus est: vitia, quibus deturpatur. (Ioseph. ant. 13, 11. 3 σπῖλος τοῦ αἵματος. Dionys. Halic. ant. 4, 25.) — 2 Petr. 2, 13 σπῖλοι, sordes, i. e. homines vitiis contaminati, ut nos dicimus *Schandflecke.* *.

Σπιλόω, ῶ, partic. perf. pass. ἐσπιλωμένος, (a σπῖλος) *contamino, inquino,* a) propr. sordibus, Iud. v. 23. vid. Σάρξ no. 2. — b) tropice, (ut etiam in V. T. maculae in veste ad peccata transferuntur, Cohel. 9, 8. Zach. 3, 3. 4): peccatis polluo, Iac. 3, 6. (In V. T. semel Sap. 15, 4 ubi est: tingo variegatis coloribus.) *.

Σπλαγχνίζω, aor. 1. pass. ἐσπλαγχνίσθην, (a σπλάγχνον, s. σπλάγχνα quod vid.) in activo semel 2 Macc. 6, 8 legitur pro σπλαγχνεύω, viscera animalium sacrificatorum comedo, et ibid. c. 6, 7. 21. 7, 42 σπλαγχνισμός de visceratione. — Σπλαγχνίζομαι depon. passiv. quod etiam in Test. XII patr. et quidem in testam. Isaschar. aliquoties habetur, item in Evang. Nicod. p. 39. et in Liturgia Iacobi apud *Fabr.* cod. apocr. III, p. 47. est: *misereor, miseret me alicuius, misericordia tangor* s. *moveor;* Matth. 20, 34. Marc. 1, 41. Luc. 10, 33. 15, 20. (Test. XII patr. p. 640. 641. 642.) — Id, cuius aliquem miseret, indicatur plerumque per ἐπὶ cum accusativo: ἐφ' ἡμᾶς, Marc. 9, 22. ἐπὶ τὸν ὄχλον, Matth. 14, 14. Marc. 6, 34. Luc. 7, 13. (Test. XII patr. p. 636 ἐπὶ Ἰωσήφ. ib. p. 641 ἐπ' αὐτόν. Act. Thom. §. 38 σπλαγχνίζεται ἐφ' ἡμᾶς.) — seq. dativo: ἐπ' αὐτοῖς, Matth. 14, 14. Marc. 6, 34. Luc. 7, 13. (Ps. Sal. 2, 15 τὰ σπλάγχνα μου πονῶ ἐπὶ τούτοις.) — sequente περί, Matth. 9, 36 ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν. (Test. XII patr. p. 642 ἐσπλ. εἰς ὑμᾶς.) — denique, ut Latinor. *miseret,* seq. genitivo: Matth. 18, 27. — Legitur etiam in Symmachi reliquiis Deut. 13, 8. et apud incertum 1 Sam. 13, 21. et ἐπισπλαγχνιζόμενος in versione alexandr. Prov. 17, 5. Praeterea autem nec apud nostros nec apud profanos habetur.

Σπλάγχνον, ου, τό, apud nostros tantum in plur. τὰ σπλάγχνα, 1) *viscera, intestina,* Act. 1, 18. (2 Macc. 9, 5. 6. Bar. 2, 17. Profani potissimum de visceribus animalium, quae nobilioribus in sacrificiis comedebantur.) — Quum viscera haberentur sedes affectuum, potissimum amoris et misericordiae erga alios (Test. XII patr. p. 533 ἡ γὰρ καρδία μου ἦν σκληρά, καὶ τὰ ἧπατά μου ἀκίνητα, καὶ τὰ σπλάγχνα

μου ἀσυμπαθῆ. ib. p. 641 τὰ σπλάγνα μου ἐτρέφετο ἐπ' αὐτῷ εἰς συμπάθειαν); τὰ σπλάγχνα nostri scriptores saepius ponunt, ubi internum et tenerum sensum hominis indicare volunt, ut Prov. 12, 10. 26, 22. Sir. 30, 7. 36, 5. et hebraicum רַחֲמִים Gen. 43, 30. Ies. 47, 6. Ps. 25, 6. Deut. 13, 18. — Test. XII patr. p. 638 ἔχετε ἔλεος ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. p. 638 ἐποίησεν ἔλεος ἐν σπλ. αὐτῶν. — Hinc locutiones in N. T. tropicae: 2 Cor. 6, 12 οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν· στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, non constricti estis in me, in meo corde, (i. e. amor meus erga vos non constrictus est, vid. v. 11), sed vos constricti estis in visceribus vestris, ubi Paulus pro στενοχωρεῖσθε scribere debebat aut στενοχωρούμεθα δὲ, ego constrictus sum in cordibus vestris, aut στενοχωροῦνται δὲ τὰ σπλάγχνα ὑμῶν εἰς ἐμέ. Sensus enim: ego vos impense amo, non item vos me. Occasio metaphorae est in versu 11. (Test. XII patr. p. 633 πᾶσα ἡ ὑπόστασις τῶν σπλάγχνων ἐχαυνοῦτο ἐπὶ τὴν ψυχήν μου.) — Ἀναπαύειν τὰ σπλάγχνα τινός, Philem. v. 7 et 20, proprie: quietem dare visceribus alicuius, i. e. desideriis intimis eius satisfacere, animum eius recreare. — 1 Io. 3, 17 κλείειν τὰ σπλάγχνα ἀπό τινος, occludere viscera erga aliquem, i. e. amoris erga illum sensum exuere, ut nos dicimus: das Herz vor einem verschliessen. (Act. Thom. §. 15 ὁ τὰ ἴδια σπλάγχνα μὴ ἐπισχὼν ἐξ ἐμοῦ τοῦ ἀπολλυμένου.) — 2) *affectus tenerrimus* viscera movens, *amor* tener vel etiam (erga miseros) misericordia; Luc. 1, 78 διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν, per viscera misericordiae, i. e. tenerrimum affectum misericordiae divinae. (Test. XII patr. p. 641 συμπάσχετε ἐν σπλάγχνοις ἐλέους. ib. p. 643 ἔχειν σπλάγχνα ἐλέους.) 2 Cor. 7, 15. Col. 3, 12 ἐνδύσατε σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, affectum misericordiae. — amor tenerrimus, 2 Cor. 7, 15. Phil. 1, 8 ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ Ἰησοῦ, eodem amoris affectu, quo Iesum Christum complector. c. 2, 1 εἴ τις σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί, si quis amoris affectus et misericordiae. (Sap. 10, 5 τέκνου σπλάγχνα, amor ut est erga filium. Test. XII patr. p. 632 οἰκτειρήσατε τὰ σπλάγχνα Ἰακώβ, misereat vos amoris quo Iacobus erga Iosephum plenus est. ib. p. 549 ἕως ἐπισκέψηται κύριος τὰ ἔθνη ἐν σπλάγχνοις υἱοῦ αὐτοῦ, amore i. e. beneficiis filii. Ignat. ad Philadelph. §. 10 τὰ σπλάγχνα (amorem), ἃ ἔχετε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.) — Denique de *personis;* Phil. v. 12 αὐτόν, τουτέστιν τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, eum i. e. *pectus meum*, impense a me amatum. (Test. XII patr. p. 667 Messias dicitur τὸ σπλάγχνον κυρίου, Deo carissimus. Sic Latinor. *pectus, pectora,* Ovid. Trist. 1, 3. 66. Virg. Aen. 11, 216.) *.

Σπόγγος, ου, ὁ, (a σπάω, attraho) *spongia;* Matth. 27, 48. Marc. 15, 36. Io. 19, 29. (Hom. Iliad. 18, 414.) *.

Σποδός, οῦ, ὁ, (quod deducunt a σβέννυμι, quasi σβοδός) — LXX pro אֵפֶר, *cinis;* Hebr. 9, 13. Vid. Δάμαλις. — Matth. 11, 21. Luc. 10, 13 ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ, cinere, quo caput conspergebatur; de quo more Orientalium vid. Esth. 4, 1. 3. Ies. 58, 5. 61, 3. Ier. 6, 26. Ion. 3, 6. 1 Macc. 3, 48. 4, 39. Iudith. 4, 9. Ioseph. ant. 7, 9. 2. Vid. etiam Σάκκος. *.

Σπορά, ᾶς, ἡ, (a σπείρω) 1) satio, das Säen, 2 Reg. 19, 29. germen, Ioseph. ant. 2, 14. 4. — 2) i. q. σπέρμα, *semen,* (de semine virili, Iustin. Mart. apol. 2. p. 93.) meton. *causa originis*, 1 Petr. 1, 23 οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου, i. e. Christiani facti et emendati non vi aliqua terrestri et caduca, sed vi et causa divina eaque purissima. (Vid. similem locum sub Σπέρμα, no. 1. lit. a. Act. Thom. §. 31 ποίας σπορᾶς, καὶ ποίου γένους ὑπάρχεις. Iustin. Mart. apol. 1, p. 51 διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου λόγου σπορᾶς. — 1 Macc. 10, 30 de frugibus e semine natis.) *.

Σπόριμος, ον, (a σπείρω) *sativus*, qui seminari solet, (Theocr. Id. 25, 219.) — τὰ σπόριμα, *agri consiti, segetes;* διὰ τῶν σπορίμων, Matth. 12, 1. Marc. 2, 23. Luc. 6, 1. (LXX pro partic. verbi זָרַע Gen. 1, 29. Lev. 11, 37.) *.

Σπόρος, ου, ὁ, (a σπείρω, perf. med. ἔσπορα) 1) satio, (Exod. 34, 21 pro חָרִישׁ.) — 2) i. q. σπέρμα, *semen;* Marc. 4, 26 sqq. Luc. 8, 5. 11. — tropice de *beneficiis* collatis et dispensatis, 2 Cor. 9, 10. Philo de praem. et poen. p. 911 E. — (LXX pro זֶרַע Deut. 11, 10. Lev. 26, 5. Iob. 21, 8. et semel pro יְבוּל Lev. 26, 20.) *.

Σπουδάζω, fut. σπουδάσω (2 Petr. 1, 15. pro quo meliores scriptores σπουδάσομαι, vid. *Buttm.* Gr. II, 434. *Win.* Gr. p. 84) aor. 1. ἐσπούδασα, (a σπουδή, quod a σπεύδω) 1) *propero, festino* in peragendo aliquid; seq. infinitivo, 2 Tim. 4, 9. 21. Tit. 3, 12. (Iudith. 13, 14. LXX Gen. 19, 15 σπουδάζειν τινά, aliquem urgere, pro הֵאִיץ. Test. XII patr. p. 589 σπουδαῖος, festinans in agendo.) — ex adiuncto, quia, qui festinanter agunt, sunt studiosi: — 2) *studeo, operam do;* seq. infinitivo, Gal. 2, 10. Eph. 4, 3. 1 Thess. 2, 17. 2 Tim. 2, 15. Hebr. 4, 11. 2 Petr. 1, 10. 15. 3, 14. (LXX Iob. 31, 5 pro חוּשׁ. Test. XII patr. p. 657. 665 et fere semper ita apud profanos.) *.

Σπουδαῖος, αία, αῖον, comparativ. σπουδαιότερος, *studiosus, diligens;* 2 Cor. 8, 17. 22 (Pind. Py. 4, 235. Xenoph. mem. 4, 2. 2.) — σπουδαιότερον adverbialiter: *diligentius*, 2 Tim. 1, 17 σπουδαιότερον ἐζήτησέ με.

Σπουδαιότερος, vid. Σπουδαῖος.

Σπουδαιοτέρως, vid. Σπουδαίως.

Σπουδαίως, (a σπουδαῖος) adv. 1) *festinanter;* comparativ. σπουδαιοτέρως Phil. 2, 28. — 2) *diligenter, studiose, sedulo;* Luc. 7, 4. Tit. 3, 13. (vid. Προπέμπω.)

Σπουδή, ῆς, ἡ, (a σπεύδω, quod vid.) 1) *festinatio;* — μετὰ σπουδῆς, festinanter, Marc. 6, 24. Luc. 1, 39. (Sap. 19, 2. Ioseph. ant. 7, 9. 7. — σπουδῇ Esdr. 4, 23. ἐν σπουδῇ Deut. 16, 3. Dan. 2, 25. 3, 24. 6, 19. coll. Sir. 20, 18. 21, 6. Thucyd. 3, 49.) — 2) ex adiuncto, quia seduli festinant, *diligentia, studium* a) in aliqua re peragenda, Rom. 12, 8. 11. 2 Cor. 8, 7. Hebr. 6, 11. 2 Petr. 1, 5. Iud. v. 3. (Prolog. Sirac. Polyb. 1, 46. 2 σπουδὴν ποιεῖσθαι περί τι.) — ut Latinor. studium — b) *studium in aliquem, cura, amor eius;* 2 Cor. 7, 12 σπουδὴ ὑπέρ τινος. 2 Cor. 8, 8 διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, propter studium, quo in alios Christianos auxilio egentes feror. ib. v. 16. (Ioseph. ant. 5, 1. 12 ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ σπουδῆς ἄξιοι. et ant. 13, 4. 2 τοσαύτῃ δὲ σπουδῇ πρὸς Ἰωνάθαν ἐχρήσατο, ὥστε αὐτὸν καὶ πρῶτον ἀναγράψαι τῶν φίλων.) — 3) *negotium, molestia,* 2 Cor. 7, 11 πόσην (sic enim cum optim. libris scribendum pro πᾶσαν) κατειργάσατο ὑμῖν σπουδήν, quantam vobis effecit molestiam. (Hom. Iliad. 23, 37. Od. 3, 297. 21, 409.) Alii vertunt: quantum studium in vobis effecerit.*

Σπυρίς, ίδος, ἡ, (a σπεῖρα, tortum, volutum, plexum) *sporta, canistrum, corbis, ein geflochtener Korb;* Matth. 15, 37. 16, 10. Marc. 8, 8. 20. Act. 9, 25. (Hesych. σπυρίς· τὸ τῶν πυρῶν (frumentorum) ἄγγος. Herodot. 5, 19. Alciphron. 3, 56.) *.

Στάδιος, ίου ὁ, (apud profanos etiam στάδιον, τό, Ioseph. ant. 15, 11. 5.) (a στάω, ἵσταμαι) *stadium,* i. e. a) mensura longitudinis sexcentorum pedum, seu centum viginti quinque passuum; Luc. 24, 13. Io. 6, 19. 11, 18. Apoc. 14, 20. 21, 16. (2 Macc. 11, 5. 12, 9. 10. 16. 29. Pind. Ol. 13, 42. Ioseph. bell. 5, 5. 2 ἓξ σταδίους. ib. 7, 8. 3. Test. XII patr. p. 641 ἑπτὰ σταδίους.) — b) *stadium,* i. e. locus in quo cursu, luctu, gladio, cestu apud Graecos certabatur, *Rennbahn;* 1 Cor. 9, 24 οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες. (Ioseph. vit. §. 64 τὸ στάδιον. Id. bell. 2, 9. 3. Polyb. 18, 29. 4.) *.

Στάμνος, ου, ὁ et ἡ, vas liquidis, potissimum vino conservando inserviens, amphora, — *diota, urceus.* Hebr. 9, 4 de diota aurea manna continente, reservata in arca foederis, hebr. צִנְצֶנֶת, Exod. 16, 33. LXX στάμνον χρυσοῦν. Iidem 1 Reg. 14, 3 στάμνον μέλιτος, hebr. בַּקְבֻּק. Moeris Attic. ἀμφορέα· τὸν διωτον, στάμνον, ἀττικῶς· στάμνον, ἑλληνικῶς. Vid. etiam *Phryn.* p. 400. Hesych. στάμνος· ὑδρία, κάλπη, κάλαθος. *.

Στασιαστής, οῦ, ὁ, (a στασιάζω, seditionem facio) *homo seditiosus,* ein Aufrührer, qui partes agit in tumultu, seditione. Marc. 15, 7 ubi boni libri pro συστασιαστῶν exhibent στασιαστῶν, quod *Fritzschius* in comment. recipiendum esse iudicavit. Vocem στασιαστής Moeris Attic. p. 359 Hellenisticam esse dicit.

Στάσις, εως, ἡ, (ab ἵστημι aor. pass. ἐστάθην) 1) *statio, status;* Hebr. 9, 8 στάσιν ἔχειν, stare, durare, *Bestand haben,* i. e. vim et potestatem habere, non abrogatum esse. (Polyb. 5, 5 τῶν ἐτησιῶν ἤδη στάσιν ἐχόντων. Plura exempla colleg. *Kypk.* in obss. II, p. 397. Apud LXX maxime est: locus ubi aliquis stat, vel stare debet, Deut. 28, 65. 1 Chron. 28, 2. 2 Chron. 9, 4. 35, 15. 30, 16. 1 Macc. 10, 72. — etiam: statutum, Dan. 6, 7. 15.) — 2) surgere plurium ad impugnandum aliquem; unde a) con-

tentio, sed adiuncta notione vehementiae et violentiae, Act. 15, 2. 23, 7. 10. 24, 5. (LXX Prov. 17, 14 pro ריב. Polyb. 4, 87. 7. 6, 44. 6.) — b) *seditio*, Marc. 15, 7 ἐν τῇ στάσει, in illa vobis nota seditione. Luc. 23, 19. 25. Act. 19, 40. (Ioseph. vit. §. 9 et 17. Polyb. 1, 71. 7. Diod. Sic. 11, 34.)*.

Στατήρ, ῆρος, ὁ, (ab ἵστημι, statuo, appendo, pondero) *stater* argenteus, valens quatuor drachmas atticas, nostrae monetae dimidium imperialem, eodem pondere cum siclo Iudaeorum. Matth. 17, 27. (Aquila et Symmach. Exod. 38, 24. Num. 3, 47. Ios. 7, 21. Ioseph. ant. 7, 15. 10. Aeschin. dial. 2, 24. Aelian. V. H. 12. 1.)*.

Σταυρός, οῦ, ὁ, (ab ἵστημι) 1) palus erectus, ein aufrechtstehender Pfahl, (Hom. Iliad. 24, 453. Od. 14, 11. Ioseph. bell. 3, 7. 19.) — 2) *crux*, palus cui affigebantur malefici. Hoc supplicii crudelissimi et teterrimi genus in usu fuit apud Persas (Esdr. 6, 11. Esth. 7, 9. Herodot. 3, 125), Carthaginienses (Polyb. 1, 86), etiam Iudaeos (Ioseph. bell. 2, 14. 9. Id. ant. 14, 2.) potissimum vero Romanos. (Philo in Flacc. p. 975 C.) Solebant malefici antequam cruci affigebantur, flagellis caedi (Ioseph. bell. 2, 14. 9.), et cogebantur, crucem ipsam (quae figura hac T vel hac † fuisse videtur) humeris ferre ad locum supplicii (Artemidor. 2, 65. Val. Max. 11, 7). Vid. omnino *Wineri* bibl. Realwörterbuch s. v. Kreuzigung. — Legitur Matth. 27, 32. 40. Marc. 15, 21. 30, 32. Luc. 23, 26. Io. 19, 17. 19. 25. 31. Phil. 2, 8. Col. 2, 14. (vid. Προσηλόω.) — Nostris scriptoribus est — 3) *supplicium crucis*, Gal. 5, 11 τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ, offendiculum quod praebebat supplicium crucis sumtum de Iesu, quem propterea Iudaei Messiam esse pernegabant, quum Messiam regem, et regio honore ornatum fore putarent. Hebr 12, 2 ὑπέμεινε σταυρόν. — Verba autem ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ s. κυρίου apud Paulum sunt i. q.: Χριστὸς s. κύριος ἐσταυρωμένος, Gal. 6, 12. 13. Phil. 3, 18 ἐχθροὶ τοῦ στ. τοῦ Χριστοῦ, Messiam, de quo ignominiosum crucis supplicium sumtum fuerit, respuentes. 1 Cor. 1, 18 ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, doctrina de Messia crucis ignominioso supplicio affecto. Respicitur his in locis *ignominia* supplicii, quod Christus passus est, eademque latet in locutionibus αἴρειν s. βαστάζειν s. λαμβάνειν τὸν σταυρόν, i. e. *ignominiam ab impiis et perversis ob Christum pati*, ignominiam religionis causa sustinere, quae ignominia sit similis ei, quam Christus passus est, Matth. 10, 38. 16, 24. Marc. 8, 34. 10, 21. Luc. 9, 23. 14, 27. — In aliis locis Paulinis ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ est i. q. τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, i. e. mors Christi, qua expiavit hominum peccata; 1 Cor. 1, 17 ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χρ. ne mors i. e. expiatio per mortem Christi facta privetur sua vi. Eph. 2, 16 διὰ τοῦ σταυροῦ, per redemtionem morte sua factam; clarius dicitur Col. 1, 20 διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυρ. αὐτοῦ.*.

Σταυρόω, ῶ, f. ώσω, aor 1. ἐσταύρωσα, perf. pass. ἐσταύρωμαι, aor. 1. pass. ἐσταυρώθην, (a σταυρός), 1) palum figo; — apud nostros — 2) *cruci affigo*, de quo supplicio vid. Σταυρός. Legitur a) propr. Matth. 20, 19. 23, 34. 26, 2. 27, 22 — 38. 28, 5, Marc. 15, 13 — 27. 16, 6. Luc. 23, 21 — 33. 24, 7. 20. Io. 19, 6 — 23. 41. Act. 2, 36. 4, 10. 1 Cor. 1, 13. 23. 2, 2. 8. 2 Cor. 13, 4. Gal. 3, 1 ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος, vestra gratia cruci affixus. Apoc. 11, 8. (LXX Esth. 7, 10 pro תָּלָה. Addit. Esth. 8, 13 αὐτὸν πρὸς ταῖς Σούσων πύλαις ἐσταυρῶσθαι. Ioseph. ant. 2, 5. 4. ib. 17, 10. 10.) — b) tropice i. q. θανατόω, i. e. *omnem vim frango*, τὴν σάρκα, Gal. 5, 24. (conf. Θανατόω.) — passiv. σταυρῶμαί τινι, i. q. ἀποθνήσκω τινί, emorior alicui, i. e. *ab eo prorsus separor, et valedico*. Gal. 6, 14. vid. etiam Θανατόω et Ἀποθνήσκω.*.

Σταφυλή, ῆς, ἡ, *uva*; Matth. 7, 16. Luc. 6, 44. Apoc. 14, 18. (LXX pro עֵנָב Gen. 49. 11. Lev. 25, 5. Num. 6, 3. Sir. 39, 26. 50, 15.)*.

Στάχυς, υος, ὁ, *spica*; de frumento et de aliis quoque plantis, spicam ferentibus. Matth. 12, 1. Marc. 2, 23. 4, 28. Luc. 6, 1. (LXX pro שִׁבֹּלֶת Gen. 41, 6. 7. 22. Ruth. 2, 1. Iob. 24, 24. Ies. 17, 5.)*.

Στάχυς, υος, ὁ, *Stachys*, nom. pr. viri, Rom. 16, 9.

Στέγη, ης, ἡ, (a στέγω) *tectum*; de tectis aedificiorum, Marc. 2, 4. — εἰσέρχεσθαι ὑπὸ τὴν στέγην τινός, domum alicuius intrare, Matth. 8, 8. Luc. 7, 6. — (In V. T. bis: Gen. 8, 13 στέγην τῆς κιβωτοῦ, Hebr. מִכְסֶה, et 3 Esdr. 6, 4. coll. Esdr. 5, 3. — Ioseph. ant. 7, 7. 1. — στέγος, Epist. Ier. v. 11.)*.

Στέγω, 1) Latinor. *tego*, (Aelian. V. H. 9, 18.) — obtego silendo, *occulto, celo*; Sir. 8, 17 μωρὸς οὐ δυνήσεται λόγον στέξαι. Ita multi 1 Cor. 13, 7 ἡ ἀγάπη πάντα στέγει, omnia, aliorum errores, tegit, celat. Alii: *sustinet*. Est enim — 2) tegendo tueor et retineo quod irruit (Aeschyl. S. c. Th. 240), unde ex adiuncto: *sustineo, suffero*, ut nostrum *abhalten* pro *ertragen, aushalten*, ita 1 Cor. 9, 12. 1 Thess. 3, 1. 5. (Polyb. 3, 53. 2. Pind. Py. 4, 144. Philo in Flacc. p. 974 μηκέτι στέγειν δυνάμενοι τὰς ἐνδείας.)*.

Στεῖρος, α, ον, i. q. στερρός, στερεός, durus, obfirmatus; — ἡ στεῖρα de foeminis, quae habent uterum obfirmatum s. clausum; *sterilis*, quae non concipit; Luc. 1, 7. 36. 23, 29. Gal. 4, 27. — LXX pro עֲקָרָה Gen. 11, 30. Exod. 23, 26. Iud. 13, 2. Ies. 54, 1. Hom. Od. 10, 522.)*.

Στέλλω, (est τέλλω, statuo, ordino, praefixo Sigma) 1) *statuo, ordino*, ich stelle auf (Hom. Iliad. 12, 325), — instruo, (Hom. Od. 14, 248. Iliad. 23, 285.) — med. *paro* mihi, *instituo* in usum meum; 2 Cor. 8, 20 στελλόμενοι τοῦτο, hoc (videlicet, ut per alios eosque satis fideles mitteretur pecunia) ita institui, ne quis possit criminari, me aliquid de donis in usus meos vertisse. (Alii: verebar enim hoc, ne. Alii: cohibens me hac in re, i. e. eam non ipse curans.) — (Cum parandi significatione στέλλεσθαι, Polyb. 9, 24. 4 τὴν πορείαν. Sap. 14, 1 πλοῦν στελλ. 2 Macc. 5, 1 ἔφοδον εἰς Αἴγυπτον. Sap. 7, 14 φιλίαν πρός τινα. — Ex adiuncto: veste, indumento instruo, 3 Macc. 1, 19. Prov. 31, 26. et περιστέλλειν Ioseph. ant. 1, 6, 3.) — 2) instruo ad iter, instructum mitto, mitto cum mandato, nostrum: *abordnen*, (quare differt a πέμπω, quod simpliciter est: mitto) Ioseph. ant. 4, 6. 4 γῆν ἐφ' ἣν ὑμᾶς αὐτὸς ἔστειλε. — Passiv. Στέλλομαι, mittor cum mandato, Ioseph. ant. 1, 19, 1. ib. 4, 3. 2. De navigante Phil. in Flacc. p. 969. — 3) missum facio, dimitto, removeo; activum: Phil. de vit. Mos. III, p. 668 τὴν φυσῶσαν αὔησιν στέλλειν καὶ καθαιρεῖν. — Unde de veliz: demittere, contrahere vela. Hom. Odyss. 3, 11. Callim. in Delum v. 320. — Passiv.: removeor, demissus fio; tropice: desino esse, minuor, sedor; Ioseph. ant. 2, 4. 2 σταλήσεσθαι αὐτῇ τοῦτο, impetum cupidinis ipsi sedatum iri. Ib. 5, 8. 3 βουλομένη τὴν λύπην τ' ἀνδρὸς σταλῆναι. ib. ant. 9, 10. 2 ὁ χειμὼν ἐστάλη, saevire desiit. — medium: missum facio; — missum facio me, discedo, (Aquila Gen. 8, 1 pro שָׁכַךְ, de aquis discedentibus. Gloss. Alberti p. 149: στέλλεσθαι ἀφίστασθαι, ἀναχωρεῖν. — coll. Polyb. 8, 17 τὴν καταξίωσιν στέλλεσθαι.) — *avoco me, abstineo, ich halte mich entfernt*, seq. ἀπό, 2 Thess. 3, 6 στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος. (Hinc apud profanos: caveo mihi; — LXX paveo, de veneratione, Mal. 2, 5 ἀπὸ προσώπου ὀνόματός μου στέλλεσθαι αὐτόν. — Στέλλειν ἀπό, avocare ab, Philo de spec. legg. p. 772 ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν καὶ ὑπερόγκων ἀντισπῶσα καὶ στέλλουσα.)*.

Στέμμα, τος, τό, (a στέφω, perf. pass. ἔστεμμαι, corona circumdo, corono, cingo) *vitta, infula*, potissimum vittae, quibus victimae ornabantur; Act. 14, 13. (Homer. Iliad. 1, 28. Polyb. 16, 33. 5. — De vitta sacerdotum Zach. 6, 11 in quibusdam editionibus.)*.

Στεναγμός, οῦ, ὁ, (a στενάζω, perf. pass. ἐστέναγμαι) LXX pro אֲנָחָה, אֲנָקָה et נְאָקָה — *gemitus, suspirium*; Act. 7, 34. (cadentium in proelio Ioseph. bell. 6, 5. 1.) — Vid. e V. T. Iob. 3, 24. Iud. 2, 18. Ps. 12, 5. 31, 12. 79, 11. — de *precibus cum gemitu*, Rom. 8, 26. (Ps. 38, 9. 102, 6. 21. Exod. 2, 25. 6. 5.)*.

Στενάζω, aor. 1. ἐστέναξα, (a στενός) — LXX potissimum pro אָנַח et cognatis — *gemo, ingemisco*, Hebr. 13, 17. — Sequente participio, causam luctus indicante (*Matthiae* Gr. gr. §. 551.) Rom. 8, 23 στενάζομεν ἀπεκδεχόμενοι. 2 Cor. 5, 2 στενάζ. ἐπιποθοῦντες. ib. v. 4. (Ies. 19, 8. 59, 10. 21, 2. Ezech. 21, 6. Sap. 5, 3.) — *precor* gemens, Marc. 7, 34. Iac. 5, 9 μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων. Coll. Στεναγμός.

Στενός, ή, όν, — arctus, angustus, LXX pro צַר, Num. 22, 26. Prov. 23, 27. Ies. 49, 20. — In N. T. στενὴ

πύλη, Matth. 7, 13. 14. Luc. 13, 24. porta arcta, i. e. aut difficilis, — aut molestiis, miseria (2 Sam. 24, 14 στενά μοι πάντοθεν. Susann. v. 21. Bar. 3, 1.) plena. Vid. ὁδός. Adde 4 Esdr. 7, 6—8 ubi sedes regni Dei his verbis describitur: „civitas est aedificata et posita in loco campestri; est autem plena omnium bonorum. Introitus eius angustus et in praecipiti positus, ut esset a dextris quidem ignis, a sinistris aqua alta. Semita antem una sola inter eos posita, hoc est, inter ignem et aquam, ut non capiat semita nisi solummodo vestigium hominis."

Στενοχωρέω, ῶ, (a στενόχωρος, angustus, quod ex στενός et χῶρος, spatium, locus) arctus sum, (Ios. 17, 15 pro אוּץ); στενοχωρέομαι, 1) arctus fio; propr. de loco; (ita seq. dativ. Ioseph. bell. 4, 3. 10 τὰς ἁγίας χώρας τοῖς μιαιφόνοις στενοχωρουμένας.) — 2) *constringor, coarctor*; — ita ut me movere, aliquid peragere non possim, 2 Cor. 4, 8 ἐν παντὶ θλιβόμενοι ἀλλ᾽ οὐ στενοχωρούμενοι, undique quidem pressi ab inimicis, at non ita ut penitus constringar, i. e. ut munere meo non fungi, doctrinam tradere non possim. cf. Ies. 28, 20. coll. Ies. 49, 19. — 4 Macc. 11, 11 τὸ πνεῦμα στενοχωρούμενος dicitur aliquis ita vinculis constrictus, ut spiritum vix trahat. — de *animo, vel pectore*, 2 Cor. 6, 12 vid. Σπλάγχνον; coll. seq. Στενοχωρία.

Στενοχωρία, ας, ἡ, (ab eodem) 1) angustia loci, (LXX pro מַצּוּק Ies. 8, 22. 30, 6. — Arrian. diss. epict. 1, 25 ubi arcte sedentes στενοχωρίαν sibi παρέχειν dicuntur.) — 2) metaphor. angustia animi, angor; (Sap. 5, 3 στενοχωρία τοῦ πνεύματος.) — *angustia sortis externae*, nostrum *Drangsal*, diciturque de *gravi calamitate*, qua aliquis ita opprimitur et constringitur, ut se movere, vel spiritum trahere non possit; Rom. 2, 9. 8, 35. 2 Cor. 6, 4. 12, 10. (LXX de oppressione per hostium vim, pro מָצוֹר Deut. 28, 53. 55. 57. — καιρὸς στενοχωρίας σου, tempus quo infortunio opprimebaris, Sir. 10, 26. 1 Macc. 2, 53. — 1 Macc. 13, 3 τὰς στενοχωρίας, ἃς εἴδομεν. Artemid. oneirocrit. 1, 68.) *.

Στερεός, ά, όν, contr. στεῤῥός, (cognatum cum verbo ἵστημι, στάω) *stabilis*, i. e. a) *solidus, compactus*, et opponitur ei, cuius partes facile diffluunt; στερεὰ τροφή, Hebr. 5, 12. 14. (Arrian. diss. epict. 2, 16 οὐ θέλεις ἤδη ὡς τὰ παιδία ἀπογαλακτισθῆναι, καὶ ἅπτεσθαι τροφῆς στερεωτέρας. Ioseph. bell. 7, 2. 1. στερεὰ γῆ, fester Boden.) — b) *firmus, validus*, qui non facile movetur, non vacillat; propr. 2 Tim. 2, 19 στερεὸς θεμέλιος. tropice 1 Petr. 5, 9 στερεοὶ τῇ πίστει. (Hom. Od. 19, 494. — LXX pro חָזָק Ps. 35, 12. Ier. 31, 11. מִקְשָׁה Num. 8, 5.) *.

Στερεόω, ῶ, aor. 1. ἐστερέωσα, aor. 1. pass. ἐστερεώθην, (a στερεός) *stabilem, solidum, firmum facio, roboro*; propr. Act. 3, 7. (LXX pro עָצַם, Dan. 8, 24 στερεωθήσεται [text. vat. κραταιὰ] ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ; et saepius cum notione condendi, στ. τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, Ies. 48, 13. 42, 5.) — tropice *confirmor, stabilior*; Act. 3, 16 στ. τὸ ὄνομά τινος. Act. 16, 5 ἐστερεοῦντο τῇ πίστει. (coll. Sir. 26, 10. 29, 3. 1 Macc. 10, 50 ἐστερέωσε τὸν πόλεμον.) *.

Στερέωμα, τος, τό, (a στερεόω) firmamentum, quod solidum, firmum est; de coeli sphaera, quam solidam habebant veteres, pro hebr. רָקִיעַ Gen. 1, 6—8. Ezech. 1, 22—26. Cant. tr. puer. v. 33. Sir. 43, 1. Philo de opif. mundi p. 7. — de munimento solido, firmo, 3 Esdr. 8, 81, pro גָּדֵר Esdr. 9, 9. — *firmitas, firmitudo*, Col. 2, 5 τὸ στερέωμα τῆς πίστεως ὑμῶν. (1 Macc. 9, 14 εἶδεν ὅτι τὸ στερέωμα τῆς παρεμβολῆς ἐν τοῖς δεξιοῖς.) *.

Στεφανᾶς, ᾶ, ὁ, *Stephanas*, nom. pr. viri christiani, 1 Cor. 1, 16. 16, 15. 17. *.

Στέφανος, ου, ὁ, *Stephanus*, nom. pr. unius ex septem diaconis ecclesiae Hierosolymitanae, de quo vid. Act. 6, 5—9. 7, 59. 8, 2. 11, 9. 22, 20. *.

Στέφανος, ου, ὁ, (a στέφω, cingo) hebr. עֲטָרָה — 1) *corona, circulus*; Apoc. 12, 1 στέφανος ἀστέρων δώδεκα. (Sir. 50, 12 κυκλόθεν αὐτοῦ στέφανος ἀδελφῶν. Hom. Iliad. 13, 736.) 2) *corona*, qua caput cingitur et ornatur; Apoc. 4, 4. 10. 9, 7. — corona regia, Matth. 27, 29. Marc. 15, 17. Io. 19, 2. 5. Apoc. 6, 2. 14, 14. (2 Sam. 12, 30. Ps. 21, 3.) — corona, quae praemii loco dabatur victoribus in certaminibus et in bello; 1 Cor. 9, 25. (Titum στεφάνους χρυσοῦς imposuisse militibus Romanis, qui fortiter se gesserant in expugnandis Hierosolymis, tradit Ioseph. bell. 7, 1. 3.) — Nostri transferunt — b) ad *praemia futura*, Christianis post huius vitae labores, in altera vita promissa; 2 Tim. 4, 8 ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, praemia pietatis futura. — ὁ στέφανος τῆς ζωῆς, praemium vitae futurae, i. e. vita felix in praemium, Iac. 1, 12. Apoc. 2, 10. στέφ. τῆς δόξης, praemium quam maxime honorificum, 1 Petr. 5, 4. (Ier. 13, 18. Thren. 2, 15. 5, 16. Test. XII patr. p. 731.) Apoc. 3, 11 τὸν στέφανόν σου, praemium tibi destinatum. coll. Sir. 1, 11. 18. 6, 31. 15, 6. — c) ad *decus quodcunque*, quo aliquis honoratur, ornatur; sic Paulus, quos Christianos fecerat, appellat χαρὰν καὶ στέφανον Phil. 4, 1. 1 Thess. 2, 19. (Prov. 12, 4 γυνὴ ἀνδρεία στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. Prov. 17, 6 στέφανος γερόντων τέκνα τέκνων. cf. Prov. 14, 24. 16, 31. Ies. 28, 5. Sir. 25, 6.) *.

Στεφανόω, ῶ, aor. 1. ἐστεφάνωσα, part. perf. pass. ἐστεφανωμένος, (a στέφανος) 1) cingo, circumdo; Ps. 5, 12. Hom. Iliad. 5, 739. Od. 10, 195. 2) *corona cingo, corono*, 2 Tim. 2, 5. (Cant. 3, 11. Iudith. 15, 13. Psalt. Sal. 8, 19 ἐστεφάνωσαν τείχη αὐτῆς. Ioseph. bell. 4, 4. 4 στεφ. τὰς πύλας.) — metaph. *orno, decoro*, Hebr. 2, 7. 9 τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. (Ps. 8, 6. ib. 103, 4.) *.

Στῆθος, εος, ους, τό, (a στῆναι) *pectus*; τύπτειν τὸ στῆθος, lugentium, poenitentiumque est, Luc. 18, 23. 23, 48. — Io. 13, 25. 21, 20. Apoc. 15, 6. (LXX Dan. 2, 32. Exod. 28, 30.)

Στήκω, (in N. T. tantum leguntur formae στήκει, στήκετε et στήκητε) — (pro ἑστήκω per aphaeresin a praeterito ἕστηκα verbi ἵστημι, vox barbara, Graecis prorsus ignota, vid. *Buttm.* Gramm. gr. T. II, §. 111. obss. 1.) 1) *sto*, pede, Marc. 11, 25. στήκητε προσευχόμενοι, solebant enim Iudaei stantes precari. — 2) *firmiter sto, persisto*; tropice de eo, qui constans est in fide tenenda, officio peragendo; Rom. 14, 4 τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει, utrumque quum servi constantia tum eius inconstantia referenda est non ad usus alterius sed ad commodum domini, quare huic soli competit iudicium de servo suo. Gal. 5, 1. 2 Thess. 2, 15. — στήκειν ἐν τῇ πίστει, 1 Cor. 16, 13. ἐν ἑνὶ πνεύματι, Phil. 1, 27. ἐν κυρίῳ, in professione religionis christ. Phil. 4, 1. 1 Thess. 3, 8. Praeterea in quibusdam bonis libris 1 Cor. 15, 1 στήκετε pro ἑστήκατε. (LXX secundum cod. Alex. et edit. Complut. Exod. 14, 13 pro הִתְיַצְּבוּ.) *

Στηριγμός, οῦ, ὁ, (a στηρίζω, perf. pass. ἐστήριγμαι) stabilitum, firmum esse, *firmitas*, tropice de animo: *status firmus sive constans*; 2 Petr. 3, 17 ἵνα μὴ ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ, ne excidatis firmo vestro statu, animi constantia in fide vestra. (Symmach. Ies. 3, 1 pro מַשְׁעֵן fulcrum. Suidas στηριγμός· ἑδρασμός.) *.

Στηρίζω, f. ίξω, (2 Thess. 3, 3. 1 Petr. 5, 11 in text. *Griesb.*) aor. 1. ἐστήριξα, [sic futurum et aoristum formant meliores scriptores, vid. *Buttm.* Gramm. ampl. 1, §. 92. not. 5. *Rost.* Gr. §. 70. 4. lit. c. Anmerk. 4 et 5. *Win.* Gr. p. 84. Nostri vero etiam futur. στηρίσει, in quibusdam codd. 2 Thess. 3, 3 pro στηρίξει, Ierem. 17, 5 et in quibusd. editt. Ier. 3, 12., LXX maxime futur. στηριῶ, Ier. 3, 12. 24, 6. Ezech. 14, 8. Sir. 6, 37. aor. 1. ἐστήρισα, quem habes Luc. 22, 32 in bonis codd. (στήρισον), et Apoc. 3, 2 ubi *Griesb.* στήρισον recepit, saepe apud LXX, ut Iud. 19, 5. 8. Cant. 2, 5. Prov. 15, 25. Ies. 59, 16. Ezech. 15, 7. 1 Macc. 14, 14. 26.] — perf. pass. ἐστήριγμαι, aor. 1. pass. ἐστηρίχθην, — (a στῆναι) — 1) *stabilem facio, stabilio, firmiter statuo*; (Sir. 3, 8 στηρ. οἶκους. Exod. 17, 12 χεῖρας. Hom. Iliad. 11, 28. 21, 242.) — Perf. passiv. *firmiter constitutus sum, firmiter sto*, Luc. 16, 26 χάσμα ἐστήρικται. (Gen. 28, 12 κλίμαξ ἐστηριγμένη). — Ex hebraismo: στηρίζειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, faciem firmiter dirigere versus aliquem s. aliquid, in N. T. Luc. 9, 51 dicitur is, qui intentus est ad aliquid, (ut Dan. 11, 17 τάξει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰσελθεῖν), saepius autem in V. T. (ubi est pro נָתַן, שׂוּם) is, qui hostiliter fertur in aliquem, ut Ier. 3, 12. Ezech. 4, 8. 15, 7. Ier. 21, 10. 24, 6. (Test. XII patr. p. 534 ἐστήρισα ἐπ᾽ αὐτὸν τὰ ἥπατά μου τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν.) — 2) metaph. *confirmo*, alterius animum, Luc. 22, 32. Rom. 1, 11. 16. (in edit. *Griesb.* c. 14.) 25. 1 Thess. 3, 2. 13. 2 Thess. 2, 17. 3, 3. Iac. 5, 8. 1 Petr. 5, 10. 2 Petr. 1, 12. Apoc. 3, 2. (LXX pro סָמַךְ Ps. 51, 13. 112, 7. Sir. 6, 37. 13, 23. 22, 17. coll. Iudic. 19, 5. 8.) *.

Στιβάς, άδος, ἡ, (a στείβω, stipo, aor. 2. ἔστιβον) strues sive torus, e viminibus teneris, foliis, straminibus congestus. (Polyb. 5, 48. 4. Xenoph. cyrop. 5, 2. 7. Diod. Sic. 16, 58 et 79. Hesych. στιβάς· ἀπὸ ῥάβδων ἢ χλωρῶν χόρτων στρῶσις καὶ φύλλων.) — Semel Marc. 11, 8 ubi στιβάδες sunt: *teneri rami*, mollia virgulta, Reisser; στιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, (Matth. 21, 8 ἔκοπτον κλάδους). Pro στιβάδας, quod unice probandum est et probarunt *Griesb. Fritzsch. Lachmann.*, textus vulg. habet στοιβάδας, et quidam libri etiam στειβάδας et στυβάδας, quae varietas scribarum negligentiae debetur.

Στίγμα, τος, τό, (a στίζω, pungo, notas inuro, notis inustis signo) *nota*, nota inusta; — semel de *vibicibus, vulneribus;* Gal. 6, 17 τὰ στίγματα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω, circumfero in corpore meo vulnera mihi inflicta ob dominum Iesum. (Eadem 2 Cor. 4, 10 ita enuntiantur: τὴν νέκρωσιν τοῦ Κ. Ἰ. ἐν τῷ σώματι περιφέροντες.) — LXX semel Cant. 1, 11 pro נְקֻדָּה. Hesych. στίγματα· πληγαί, ποικίλματα. *.

Στιγμή, ῆς, ἡ, (ab eod.) *punctum:* — στιγμὴ χρόνου, punctum s. momentum temporis, Luc. 4, 5. et LXX omisso χρόνου pro hebr. פֶּתַע, Ies. 29, 5. 2 Macc. 9, 11. (Antonin. 2, 17. Plutarch. de educ. pueror. init. στιγμὴ χρόνου πᾶς ἐστιν ὁ βίος.) *.

Στίλβω, *splendeo, fulgeo;* semel Marc. 9, 3 ἱμάτια στίλβοντα. (De iisdem Hom. Iliad. 18, 596. LXX de aere Esdr. 8, 26. Dan. 10, 6. Ezech. 40, 3. 3 Esdr. 8, 59. de sole 1 Macc. 6, 39.)

Στοά, ᾶς, ἡ, (a στῆναι) 1) columna; — 2) *porticus*, i. e. locus columnis instructus et tectus, bedeckter Säulengang; Io. 5, 2 πέντε στοαί. Commemoratur Io. 10, 23. Act. 3, 11. 5, 12 in porticibus templi etiam στοὰ Σολομῶνος, porticus Salomonis, quam Iosephus ant. 20, 9. 7 στοὰν ἀνατολικήν, τὴν τοῦ μὲν ἔξωθεν ἱεροῦ appellat, eamque dicit subnixam muris quadringentorum cubitorum et saxis quadratis constructam valde candidis, ἔργον Σολομῶνος, quam servatam in priori templi destructione etiam Agrippa rex, cui a Claudio Caesare demandata fuerat templi cura, servare decreverit. *.

Στοιβάς, άδος, ἡ, vid. Στιβάς.

Στοιχεῖον, ου, τό, (deminutiv. a στοῖχος, ordo, series, elementum) *res quae primordia rei suppeditat, elementum*, dictumque primum videtur de singulis literis iuxta seriem positis, quibus verba constant (Polyb. 10, 45. 7.), deinde de *elementis mundi*, quibus corpora constant, die Grundstoffe; ita 2 Petr. 3, 10. 12. (Sap. 7, 18. 19, 17. Philo de opif. m. p. 7 et 11. Ioseph. bell. 6, 1. 5 τὸ καθαρώτατον στοιχεῖον αἰθήρ. Ioseph. ant. 3, 7. 7. 4 Macc. 12. 13: mortales, τοὺς ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων γεγονότας.) — denique de *elementis institutionis*, i. e. de prima s. elementari institutione, qua nonnisi imperfecta admodum efficitur cognitio, de *rudimentis;* Gal. 4, 3. 9. Col. 2, 8. 20. Hebr. 5, 12 τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων, i. e. λόγια, prima doctrinae rudimenta enarrantia. (Plutarch. de pueror. educ. c. 16.) *.

Στοιχέω, ῶ, f. ήσω, (ab eodem et cognatum est cum στείχω, ordine et serie procedo, ich steige) — 1) ordine procedo; propr. de militibus qui agmine disposito procedunt; (LXX semel Eccles. 11, 6 pro כָּשֵׁר.) — 2) ut περιπατέω transfertur ad *vivendi rationem, incedo, vivo* secundum aliquid, a) cum participio; Act. 21, 24 στοιχεῖς τὸν νόμον φυλάσσων, vivis ex lege, sequeris legem vivendo. — b) cum dativo eius, quod regula vivendi nobis est; Rom. 4, 12 τοῖς ἴχνεσίν τινος, incedere in vestigiis alicuius, eius exemplum sequi. (Plutarch. Sol. c. 30 ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει.) Gal. 5, 25 πνεύματι στοιχεῖν, spiritus dictamina sequi. c. 6, 16 τῷ κανόνι, secundum regulam. Phil. 3, 16. (Sext. Empir. 1, 10 στοιχεῖν τῇ συνηθείᾳ. Polyb. exc. legat. 75 στοιχεῖν τῇ τῆς συγκλήτου προθέσει.) *.

Στολή, ῆς, ἡ, (a στέλλω, paro; perf. med. ἔστολα) 1) apparatus, ornatus; ita tantum apud profanos; — 2) *stola*, vestis oblonga ad pedes usque demissa, qua utebantur reges, sacerdotes (Ioseph. ant. 3, 7. 1.) aliique dignitatis et honoris causa; Marc. 12, 38. 16, 5. Luc. 15, 22. 20, 46. Apoc. 6, 11. 7, 9. 13. 14. (LXX maxime pro בֶּגֶד Ion. 3, 6. Exod. 28, 2—4. 29, 5. 21. 31, 9. 39, 1. Gen. 41, 42. 2 Chron. 18, 9. coll. Sir. 6, 29. 31. 45, 9. 12.) *.

Στόμα, τος, τό, hebr. פֶּה. — Deducunt, et recte, ut videtur, a τέμνω, perf. 2 τέτομα, praefixo sigma, sed minus recte accipiunt transitive: secans, mordens (vid. Dammii Lex. Homero-Pindaric. s. h. v.), quum potius sit intransitive accipiendum: 1) incisura inter labia, der Einschnitt zwischen den Lippen; unde est *acies*, die Schärfe, quasi lineola acuta; et ita dicitur de acuta parte hastarum (Hom. Iliad. 15, 389 (ξυστὰ) κατὰ στόμα εἱμένα χαλκῷ. Philostrat. Heroic. 19, 4 τὸ δὲ στόμα τῆς ἀχμῆς), de acuta parte aedificiorum (Eurip. Phoen. 1183), de acie agminum (Hom. Iliad. 10, 8. 19, 313. 20, 359 Xenoph. hist. gr. 3, 1. 20), de littore, quasi incisura maris, (Hom. Iliad. 14, 36. hebraicum פֶּה Prov. 8, 29.) Unde στομόω, acuo; στόμωμα, quod acutum, durum factum est, δίστομος de gladio. — Apud nostros: στόμα μαχαίρας, *acies gladii*, Luc. 21, 24. Hebr. 11, 34. (LXX pro פִּי חֶרֶב, Gen. 34, 26. Ios. 6, 21. 8, 24. Iudic. 1, 8. 25. Ios. 10, 28. 30. 32. 33. 35 et saepius.) — 2) fissura inter labia, *os*, diciturque quum de ore et faucibus animalium, Matth. 17, 27. 2 Tim. 4, 17. Hebr. 11, 33. (Iud. 14, 8.) Iac. 3, 3. Apoc. 9, 17 sq. 12, 15 sq. tum de ore hominum, per quod spiritus trahitur, 2 Thess. 2, 8. (Ps. 33, 6.) Apoc. 1, 16. 2, 16. 11, 5. (2 Reg. 4, 34.), cibus et potus capitur, Matth. 15, 11. 17. Io. 19, 29. Act. 11, 8. Apoc. 10, 9 sq. et verba proferuntur, Matth. 12, 34. 15, 11. Rom. 3, 14. 19. 10, 8—10. Col. 3, 8. Iac. 3, 10 et saepius. Ἀνθρωποπαθικῶς tribuitur etiam Deo, Matth. 4, 4. (Deut. 8, 3.) — Hebraismi: a) τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, sermo, dictum, Matth. 15, 11. 18. (Num. 30, 3. 32, 24. 1 Sam. 1, 23.) — b) στόμα τινός inservit periphrasi loquentis, Luc. 1, 70. Act. 1, 16. 3, 18. 21. 4, 25. 15, 7. (1 Sam. 12, 14. 1 Reg. 17, 23. 22, 22. 2 Chron. 36, 21. 22.) — c) στόμα πρὸς στόμα λαλεῖν, i. e. coram loqui cum aliquo, 2 Io. v. 12. 3 Io. v. 14. (Num. 12, 8. Ier. 32, 4. Ioseph. ant. 10, 8. 2 λαλήσει αὐτῷ κατὰ στόμα.) — d) ἀνοίγειν τὸ στόμα, vid. Ἀνοίγω. — 3) ex metonymia, (ut Latinor. *os*): *verba, oratio, dicta* ore prolata. [Matth. 15, 8. Ies. 29, 13.] Matth. 18, 16. 2 Cor. 13, 1. (Deut. 19, 15.) — Luc. 19, 22 ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε. 1 Petr. 2, 22. (Gen. 41, 40. Num. 27, 21. Sir. 27, 23.) — Luc. 21, 15 δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, dicendi facultatem et sapientiam.

Στόμαχος, ου, ὁ, (a στόμα) 1) guttur, die Kehle der Schlund, sic apud Homerum, Iliad. 3, 292. 17, 47. 19, 266. — 2) apud posteriores scriptores: *ventriculus, stomachus;* 1 Tim. 5, 23. *.

Στρατεία, ας, ἡ, (a στρατεύω), expeditio, Feldzug; *militia, Kriegsdienst;* bis in N. T. ubi Paulus munus apostolicum propter pugnas cum adversariis et vitae pericula, quae subire debebat, appellat militiam. 2 Cor. 10, 4. 1 Tim. 1, 18. (Similiter qui pro lege mos. mortem patiuntur 4 Macc. 9, 23 dicuntur ἱερὰν καὶ εὐγενῆ στρατείαν στρατεύσασθαι ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας. — LXX aliquoties pro חַיִל, exercitus, i. q. στρατιά, Exod. 14, 4. 9. 17. 1 Chron. 28, 1.)

Στράτευμα, τος, τό (a στρατεύω) 1) *manus militum, milites*, Act. 23, 10. 27. (Ioseph. ant. 4, 5. 2 στρατεύματα, copiae.) — *satellitium, satellites*, Luc. 23, 11. — 2) *exercitus, Heer*, Math. 22, 7. Apoc. 9, 16. 19, 14. 19. (1 Macc. 9, 34. 2 Macc. 5, 24. 8, 21. 12, 38. 13, 13.) *.

Στρατεύω, (a στρατός, castra, exercitus) 1) *milito*, a) activum: stipendia facio; (Aristot. rhet. 2, 22. Thucyd. 8, 65.) — b) medium: milito, proprie absque stipendio, proprio motu; deinde vero etiam de iis militibus, qui mercede conducti sunt; *milito, stipendium mereo*, 1 Cor. 9, 7. — στρατευόμενος, *miles*, Luc. 3, 14. 2 Tim. 2, 4. — 2) *pugno;* ita propr. de milite (Ioseph. ant. 10, 1. 1 στρατεύει ἐπ' αὐτόν. Ies. 29, 7 οἱ στρατευόμενοι ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. — de duce: exercitum educo ad pugnam, Ioseph. ant. 7, 4. 1); — Medium in N. T. transfertur a) ad munus apostolicum et doctoris eiusque labores et pugnas, 2 Cor. 10, 3. 1 Tim. 1, 18. vid. Στρατεία. — b) ad cupiditates, quae pugnant adversus legis praecepta et animi salutem, Iac. 4, 1. 1 Petr. 2, 11. (Ioseph. bell. 3, 8. 5. στρατεύεσθαι καθ' ἑαυτῶν dicuntur, qui manum sibi inferunt.)

Στρατηγός, οῦ, ὁ, (a στρατός, exercitus; etiam concio populi i. e. virorum, qui arma ferre possunt, et ἡγέομαι duco) LXX pro סֶגֶן et passim pro שַׂר, 1) dux militum, praefectus exercitui, (1 Chron. 26, 26 (ubi text.

vatic. ἀρχηγοί.) 2 Chron. 32, 21. Ioseph. bell. 3, 8. 8. Ioseph. vit. §. 24.) — 2) *praefectus populi*, i. e. virorum, qui arma gerere possunt; *praetor*; ita a) de *magistratibus gentilium urbanis*. Act. 16, 20. 22. 35. 36. 38. (Ioseph. ant. 2, 6. 5. Diod. Sic. Tom. X. p. 146 ed. Bip. Artemidor. 5, 36. Arrian. diss. epict. 2, 1.) — b) de *praefecto templi*, h. e. duce et praefectis sacerdotum et Levitarum, qui in templo Hierosolymitano excubias agebant, (hebraice שֹׁמְרֵי הַסַּף, custodes liminis, 2 Reg. 12, 10. 25, 18. נְגִידִים Ier. 20, 1); ita *στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ* Act. 4, 1. 5, 24. 26 praefectus summus templi, qui etiam Ioseph. ant. 20, 6. 2 *ὁ στρατηγός*, et 2 Macc. 3, 4 *ὁ προστάτης τοῦ ἱεροῦ* appellatur. — et *στρατηγοί*, praefecti inferiores Levitarum, Luc. 22, 4. 52. qui 3 Esdr. 7, 2 *ἱεροστάται* appellantur. (LXX de praefectis provinciarum, 2 Macc. 3, 5. 4, 4. 9, 19. — satrapis, Ier. 51, 23. 28. Esth. 3, 12. — praefectis templi, Neh. 2, 16. 4, 14. 13, 11.) *.

Στρατιά, *ᾶς, ἡ*, (a *στρώννυμι*) *exercitus*; LXX pro צָבָא, a) propr. de militibus, (2 Sam. 3, 23. 1 Reg. 11, 15.) — b) *στρατιὰ οὐράνιος* sive *τῶν οὐρανῶν*, hebr. צְבָא הַשָּׁמַיִם, *α*) angeli, Dei thronum stipantes, eique ministrantes, Luc. 2, 13. (1 Reg. 22, 19. Neh. 9, 6 coll. 2 Chron. 18, 18. Amos. 6, 14 ubi eodem sensu *δύναμις*.) — *β*) sidera coelestia, quum ob multitudinem tum ob ordinem quem servant, Act. 7, 42. (2 Chron. 33, 3. 5. Ier. 8, 2. 19, 13. Zeph. 1, 5.) *.

Στρατιώτης, *ου, ὁ*, (a *στρατιά*), *miles*, et quidem *gregarius*, diciturque de sive arma gerente, et de milite conducto mercede; Matth. 8, 9. 27, 27. 28, 12. Marc. 15, 16. Luc. 23, 36. Io. 19, 2. 23. 32. Act. 10, 7. 12, 4. 6 et passim. (2 Macc. 14, 39. Ioseph. ant. 5, 6. 4.) — Transfertur 2 Tim. 2, 3 ad doctores. vid. *Στρατεία*.

Στρατολογέω, *ῶ*, aor. 1 *ἐστρατολόγησα*, (a *στρατολόγος*, exercitum s. copias legens, quod a *στρατός* et *λέγω*) copias lego, milites conscribo; Ioseph. 18, 3. 5 *στρατολογήσαντες τετρασχιλίους ἀνθρώπων*. — Ex adiuncto: *ad arma voco, ad pugnam excito*; semel 2 Tim. 2, 4 *ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ*, ut probetur ei, qui eum ad arma, ad pugnam vocavit. (Ioseph. de bell. 5, 9. 4 *τὸν ἀνίκητον αὐτῷ βοηθὸν ἐστρατολόγησε*. — Ibid. *Ῥωμαίους ἐστρατολόγησε κατὰ τοῦ ἔθνους*, impietas nostra Romanos ad bellum adversus nos excitavit. Ibid. lib. 1, 27. 6 *Ἡρώδης γε μὴν ἐν ἐκκλησίᾳ τῶν τε ἡγεμόνων καὶ Τήρωνος κατηγορήσας, τὸν λαὸν ἐπ' αὐτοὺς ἐστρατολόγησεν*, populum congregatum in eos excitavit ut lapidum ictibus interficerentur.)

Στρατοπεδάρχης, *ου, ὁ*, (ex *στρατόπεδον* et *ἄρχων*) *praefectus castrorum*; semel Act. 28, 16 ubi *Krebsius* (in obss. Flav. p. 265.) aliique *praefectum praetorio* intelligunt, quia putant, Iosephum ant. 18, 6. 6 tradidisse, Imperatorum temporibus morem obtinuisse, ut ex provinciis Romam ad Caesarem missi vincti praefecto praetorio custodiendi committerentur. At dubitandum, an ex uno illo exemplo recte colligi possit, morem eundem semper obtinuisse. *.

Στρατόπεδον, *ου, τό*, (ex *στρατός* exercitus, et *πέδον*, campus) 1) castra militum, (Ioseph. bell. 1, 9. 4. ant. 7, 9. 6.) — 2) ex metonymia: milites in castris, *exercitus*; semel Luc. 21, 20 et eodem modo LXX Ier. 34, 1. 41, 12. Sap. 12, 8. 2 Macc. 8, 13 et apud profanos; Herodian. 7, 8. 8. Thucyd. 4, 94. *.

Στρεβλόω, *ῶ*, (a *στρέβλη* instrumentum ad torquendum, quorum genera (*στρεβλωτήρια*) describuntur 4 Macc. 8, 12. quod femininum a *στρεβλός*, tortuosus, flexuosus) *torqueo, distorqueo*, a) propr. tormentis crucio, 3 Macc. 4, 14. Ioseph. bell. 7, 8. 7. — b) tropice: *perverto, in malum sensum detorqueo*; de scriptis 2 Petr. 3, 16. coll. 2 Sam. 22, 27 *μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ στρεβλωθήσῃ*. *.

Στρέφω, aor. 1. *ἔστρεψα*, aor. 2. pass. *ἐστράφην*, LXX plerumque pro הָפַךְ, etiam pro סָבַב, 1) *verto, verso*, ich *drehe, wende*; (Ioseph. ant. 6, 3. 3 *στρέφειν ἐννοίας*, cogitationes versare in animo. Id. ant. 2, 7. 2 *στρέφων ἐν ἑαυτῷ λογισμόν*.) — seq. dativo: *obvertere* alicui aliquid, Matth. 5, 39 *στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην σιαγόνα*. — Passivum *στρέφομαι*, *vertor, convertor*, — *στραφείς*, conversus versus aliquem, Matth. 7, 6. 16, 23. Luc. 9, 55. 14, 25. 22, 61. Io. 1, 38. 20, 16. — *τινί*, Luc. 7, 9. — *πρός τινα*, Luc. 7, 44. 10, 23. 23, 28. — *εἴς τινα*, ad aliquem; Act. 13, 46 *στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη*, i. e. gentiles adeamus. (coll. Prov. 12, 7 *οὗ ἐὰν στραφῇ ὁ ἀσεβὴς ἀφανίζεται*.) — Io. 20, 14 *ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω*, retro conversus. (Ps. 114, 3. 5.) — Act. 7, 39 *ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον*, animus (i. e. desiderium) eorum conversus erat ad Aegyptum. — 2) converto, i. e. *muto*; seq. *εἰς* i. q. *μεταβάλλω*, Apoc. 11, 6 *στρέφειν ὕδατα εἰς αἷμα*. (Exod. 7, 14 *τὴν ῥάβδον στραφεῖσαν εἰς ὄφιν*. Ps. 30, 11. 114, 8.) Act. 7, 42 *ἔστρεψε δὲ ὁ θεὸς* (*αὐτούς*), *καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν*, pervertit Deus eos, eorum mentem, eosque tradidit cultui idolorum. (Alii *ἔστρεψε* accipiunt sensu reflexivo: mutavit animum suum erga Israelitas. Vid. *Win. Gr.* p. 440, ut sit i. q. *ἐστράφη αὐτοῖς κύριος εἰς ἔχθραν*, ut legitur Ies. 63, 10.) — Passiv. *mente mutor*, alius quasi homo fio; Matth. 18, 3 *ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία*. (1 Sam. 10, 6 *στραφήσῃ εἰς ἄνδρα ἄλλον*.) *.

Στρηνιάω, *ῶ*, aor. 1. *ἐστρηνίασα*, (a *στρηνής*, latin. strenuus; asper; intentus in aliquid; de moribus: insolens), strenuus — insolens — *protervus sum, cupiditatibus indulgeo, luxuriose vivo*, vox novae comediae, i. q. *τρυφάω*, quo sensu etiam apud Scholiasten Aristoph. legi, notavit *Schneiderus* in lex. gr. — In N. T. bis: Apoc. 18, 7. 9 *οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες*. — (Phrynich. p. 381 de hoc verbo: *στρηνιᾶν· τούτῳ ἐχρήσαντο οἱ τῆς νέας κωμῳδίας ποιηταί, ᾧ οὐκ ἂν μὴ μανείς τις χρήσαιτο, παρὸν λέγειν τρυφᾶν*. Macedonicae dialecti hoc verbum esse, monet *Sturz*. de dial. Mac. p. 195. Hesych. *στρηνιῶντες· πεπλεγμένοι* [*πεπλησμένοι* legere malunt], *δηλοῖ δὲ καὶ τὸ διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν καὶ βαρέως φέρειν*. Legitur etiam pro *gestio* bis apud Athen. 3. p. 100 et 10. p. 420.)

Στρῆνος, *εος*, contr. *ους*, *τό*, (ab eodem); proprie strenuitas; deinde: cupiditas, vehemens desiderium (Lycophr. 438), — denique animus indomitus; *insolentia*; *luxus, luxuria*; Apoc. 18, 3 *ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους*, vel: ex opibus insolentiae, i. e. quibus freta es insolens; vel: ex magnitudine luxus, ingenti luxu. Vid. *Δύναμις*. no. 5. *Sturz*. (de dial. Mac. p. 195) mere Macedonicam esse vocem iudicat. — in V. T. 2 Reg. 19, 28. pro שַׁאֲנָן, i. q. *ὕβρις*. **.

Στρουθίον, *ου, τό*, (deminutiv. a *στρουθός*, avis minor, potissimum avis e genere passerum) *avicula, passer*; Matth. 10, 29. 31. Luc. 12, 6. 7. — LXX pro צִפּוֹר, Ps. 11, 1. 84, 3. 104, 18. 124, 6. Tob. 2, 9 sq. *.

Στρωννύω, s. *στρώννυμι*, aor. 1. *ἔστρωσα*, partic. perf. pass. *ἐστρωμένος*, (ab obsoleto *στρώω*, s. *στρόω* i. q. *στορέω*, unde per metathesin *στρωννύω* pro *στορέννυμι*) 1) *sterno, substerno*, Matth. 21, 8 *ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια*. Marc. 11, 8. (De quo more vid. 2 Reg. 9, 13. Ioseph. ant. 9, 6. 2 *ἕκαστος περιδύων αὐτὸν ἐπεστρώννυεν αὐτῷ* (regi designato) *τὸ ἱμάτιον, καὶ σαλπίζοντες τοῖς κέρασιν ἐσήμαινον, Ἰηοῦν εἶναι βασιλέα*. — Esth. 4, 3 *σάκκον καὶ σποδὸν ἔστρωσαν ἑαυτοῖς*. Ies. 14, 11. Iob. 17, 13. Prov. 15, 20.) — 2) *lectum sterno*, Act. 9, 34 *στρῶσον σεαυτῷ* intell. *τὴν κλίνην*. (coll. Iob. 17, 13. Ezech. 28, 7.) — Marc. 14, 15. et Luc. 22, 12 *ἀνώγεον ἐστρωμένον*, coenaculum lectis stratum. (Ezech. 23, 41 *κλίνη ἐστρωμένη*.) **.

Στυγητός, *ή, όν*, (a *στυγέω*, horreo aliquid, ut saepe apud Homerum; apud posteriores scriptores etiam: odi, odio habeo, a *Στύξ*, Ioseph. c. Apion. 2, 24. 2 Macc. 5, 8. 3 Macc. 2, 31.) *abominandus, horrificus*; Tit. 3, 3. Alii: odio habendus, exosus; et ita Hesych. *στυγητοί· μισητοί, χαλεποί, φοβεροί*. Legitur apud poetas profan. Philo de decalogo p. 762 E. adulterium vocat *στυγητὸν καὶ θεομίσητον πρᾶγμα*. Heliodor. 5, 29.) *.

Στυγνάζω, aor. 1. *ἐστύγνασα*, (a *στυγνός*, tristis, gravis, invisus) *tristis sum*, — propr. Marc. 10, 22 *ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ*. (Ezech. 27, 35. 32, 10. — Xenoph. anab. 2, 6. 6.) — tropice de coelo: nubilo, Matth. 16, 3 *στυγνάζει ὁ οὐρανός*. (Plin. hist. nat. 2, 6 „sol coeli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat." Sap. 17, 5 *νὺξ στυγνή*. et *στυγνότης* de coeli tristitia Polyb. 4, 21. 1.) *.

Στύλος, *ου, ὁ*, *columna*, LXX pro עַמּוּד, — a) propr. Apoc. 3, 12 *ποιήσω αὐτὸν στύλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ*, sensus: locum quam maxime honorificum ei assi-

gnabo. (Exod. 38, 12 sqq. 2 Chr. 3, 16. Ier. 52, 14. 17.) Apoc. 10, 1 οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς στύλοι πυρός i. e. πυριφλεγεῖς. — b) tropice: columna i. e. *fulcrum firmum*; ita dicuntur Apostoli στύλοι, intellige τῆς ἐκκλησίας s. τοῦ ναοῦ τοῦ θεοῦ, Gal. 2, 9. — 1 Tim. 3, 15. μυστήριον τῆς εὐσεβείας appellatur στύλος τῆς ἀληθείας, columna i. e. caput primarium doctrinae divinae. (Sir. 36, 24 uxor bona esse praedicatur στύλος ἀναπαύσεως, fulcrum cui inniti possit maritus.) *.

Στωϊκός, ή, όν, *Stoicus*, nomen sectae philosophorum apud Graecos et Romanos, cuius auctor fuit Zeno, quaeque nomen accepit a porticu (στοᾷ) ubi Zeno docebat, et inclaruit prae caeteris per Epictetum, Arrianum, Marc. Antoninum. Act. 17, 18. *.

Σύ, gen. σοῦ, dat. σοί, acc. σέ, plur. ὑμεῖς etc. *tu*. Pronomen personale, Matth. 26, 39. Marc. 14, 36. Matth. 2, 6. 18, 8. Luc. 1, 3. 4, 6. 8, 20. 12, 58. et saepissime. Nominativus σύ et ὑμεῖς praefigitur verbo secundae personae, a) quum adest appositio; Matth. 7, 11 εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε. Io. 4, 9 πῶς σύ, Ἰουδαῖος ὤν, παρ' ἐμοῦ αἰτεῖς. (3 Macc. 2, 3 sq.) Interdum appositio intelligenda est; ut Io. 2, 20 καὶ σὺ intellige homo paucorum annorum. c. 8, 33 πῶς σὺ λέγεις, quomodo tu, qui tamen hoc scias, dicis. Act. 23, 3. — b) in appellatione directa; Matth. 2, 6 καὶ σύ, Βηθλεέμ. c. 11, 23. Luc. 10, 15. Act. 1, 24 σύ, κύριε. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 1. Hebr. 1, 10. Iac. 2, 3. — in specie ubi oratio redit ad personam, a qua deflexerat; Luc. 1, 76 καὶ σὺ παιδίον. c. 4, 7 σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃς. 2 Tim. 3, 10. 14. 4, 5. Tit. 2, 1. — c) in oppositione, ubi oratio refertur ad alium, a quo is, quocum loquimur, distinguendus est; ἐγὼ — σύ, Matth. 3, 14. Luc. 17, 8. Iac. 2, 18. — ὅδε — σὺ δέ, Luc. 16, 25. — πᾶς ἄνθρωπος — σὺ δὲ, Io. 2, 10. — οὐδεὶς—σύ, Io. 3, 2. — σὺ - ἕτερος Matth. 11, 3. — Μωσῆς — σὺ οὖν, Io. 8, 5. — ὁ θεὸς — σύ, Act. 10, 15. — Saepius aliquid, quod ad ἕτερον spectat, abest et intelligitur; Matth. 14, 28 εἰ σὺ εἶ, si tu es, nec alius. Luc. 19, 42 εἰ ἔγνως καὶ σύ, utinam etiam tu, non solum οἱ μαθηταί, v. 39. vid. etiam Luc. 9, 60. 15, 31. 19, 19. 22, 58. 23, 40. Matth. 7, 12. 10, 20 etc. — d) ubi subiectum, ad quod pertinet verbum, cum emphasi quadam est nominandum; Luc. 1, 28 εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί. v. 42. Matth. 7, 12 οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε. Luc. 10, 37. 24, 18 σὺ μόνος παροικεῖς. Ita saepe cum verbo εἰμί, ut Matth. 16, 16 σὺ εἶ ὁ Χριστός. v. 18 σὺ εἶ Πέτρος. c. 26, 69 καὶ σὺ ἦσθα. v. 73. vid. etiam 27, 11. Marc. 1, 11. 3, 11. 8, 29. Luc. 3, 22. 4, 41. Io. 3, 10 et passim. — Σύ et ὑμεῖς etiam verti possunt *ipse, ipsi*; Matth. 26, 25 σὺ εἶπας, ipse dixisti. c. 27, 11 σὺ λέγεις. Marc. 15, 2. Luc. 23, 3. Matth. 27, 24 ὑμεῖς ὄψεσθε, videatis ipsi. Matth. 27, 4. — Haud raro etiam σύ ponitur, ubi abesse poterat; ut Marc. 14, 68 οὐκ οἶδα, τί σὺ λέγεις. Act. 7, 28 μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις. Matth. 28, 5 μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς. vid. etiam Matth. 14, 16. Io. 4, 10. 6, 30. 8, 13. 48. 53. 17, 5 et passim. — — Genitivus σοῦ et ὑμῶν, si sequitur nomen, loco possessivi est, pro σός, ὑμέτερος. Matth. 4, 6 τὸν πόδα σου. c. 5, 47 τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν. c. 5, 16 τὸ φῶς ὑμῶν. 6, 21 ὁ θησαυρὸς ὑμῶν. et saepissime. Praefigitur etiam nomini: Marc. 2, 9 σοῦ τὸ κράββατον. 1 Tim. 4, 12 σοῦ τῆς νεότητος. Apoc. 2, 9 σοῦ τὰ ἔργα. (Ioseph. ant. 17, 4. 2 ὁρῶν σου τὴν εὔνοιαν.) — Matth. 5, 16 ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα. 10, 30 ὑμῶν δὲ αἱ τρίχες. 23, 8 ὑμῶν ὁ καθηγητής. vid. 2 Cor. 7, 7. 8, 14. 12, 19. Phil. 1, 19. 2, 30. Col. 1, 8. etc. cf. Ἐγώ, et *Wineri* Gr. p. 146. *Gersdorf*: Beiträge zur Sprachcharakteristik der Schriftsteller des N. T. p. 456 — 470. — Dativus σοί et ὑμῖν in utramque dicitur partem; in commodum, Matth. 21, 5. 2 Cor. 5, 13. et in incommodum, 2 Cor. 12, 20. Apoc. 2, 16. — De locutione τί ἐμοὶ καὶ σοί, vid. Ἐγώ.

Συγγένεια, ας, ἡ, (a συγγενής) — 1) cognatio, i. e. esse cognatum, esse eiusdem generis et familiae, 2 Macc. 5, 9. Ioseph. ant. 13, 4. 1. — (familiaritas, Sap. 8, 18. Ioseph. bell. 4, 9. 3 διὰ συγγένειαν ἠθῶν.) — 2) *familia, cognati*, Luc. 1, 61. Act. 7, 3. 14. (LXX pro מִשְׁפָּחָה, Ios. 6, 23 ἐξηγάγοσαν Ῥαὰβ καὶ τὸν πατέρα αὐτῆς, καὶ τὴν μητέρα αὐτ., καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς, καὶ τὴν συγγένειαν αὐτῆς. Exod. 6, 14. 12, 21. Vid. etiam Exod. 6, 14. 19. Test. XII patr. p. 642. Ioseph. ant. 3, 3. 1 τὸ μὲν πλῆθος κατὰ συγγενείας [secundum familias disposita multitudo] — μετελάμβανον.) *.

Συγγενής, ές, (ex σύν et γένος) *cognatus*, oriundus ex communi parente, eiusdem familiae vel stirpis; Marc. 6, 4. Luc. 1, 36. 2, 44. 14, 12. 21, 16. Io. 18, 26. Act. 10, 24. — sensu latiori: *eiusdem gentis*; Rom. 9, 3 ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, a popularibus, communi mecum stirpis auctore usis, si spectas originem naturalem. ib. 16, 7. 11. 21. — LXX pro דֹּדָה Lev. 18, 14. 20, 20. מִשְׁפָּחָה Lev. 25, 45. Ios. 21, 27. vid. etiam Ezech. 22, 6. Tob. 6, 10. 3 Esdr. 3, 7. 2 Macc. 5, 6. 11, 1. 35. 15, 18. *.

Συγγνώμη, ης, ἡ, (a συγγινώσκω, a quo συγγνώμων, qui veniam dat, permittit, indulget; qui ignoscit;) *venia, indulgentia, die Nachsicht*, (Sir. 3, 12 συγγνώμην ἔχε, indulgens sis patri, si ob senectutem repuerascit. Prolog. Sir.) 1 Cor. 7, 6 τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν, i. e. hac in re indulgeo, non iubeo, patior ut fiat, non praecipio. (Alii minus recte: hoc *suadeo*, non praecipio, — συγγνώμη etiam venia, quae datur peccantibus, Verzeihung, Ioseph. ant. 1, 10. 4. bell. 6, 2. 1. et saepissime apud profanos.) *.

Συγκάθημαι, (ex σύν et κάθημαι) *una sedeo, consideo*; seq. μετά, Marc. 14, 54. (Ps. 101, 6.) — seq. dativo, Marc. 14, 54. (LXX pro יָשַׁב Ps. 101, 8. Exod. 23, 33.) *.

Συγκαθίζω, aor. 1. συνεκάθισα, (ex σύν et καθίζω) 1) transitive: *una colloco, una sedere facio*, Eph. 2, 6. — 2) intransitive: *una sedeo, consideo*; Luc. 22, 55. (LXX pro יָשַׁב Ex. 18, 13. Ier. 16, 8. 3 Esdr. 9, 6.) *.

Συγκακοπαθέω, ῶ, aor. 1. συνεκακοπάθησα, (ex σύν et κακοπαθέω) *simul malis afficior, una cum aliquo mala perfero*; 2 Tim. 1, 8 συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ, una mecum in commodum doctrinae divinae mala patienter perfer. 2 Tim. 2, 3 in codd.

Συγκακουχέω, ῶ, (ex σύν et κακουχέω) simul cum altero affligo alium; passiv. *una cum alio affligor*, in societatem malorum eius venio; Hebr. 11, 25 συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ. *.

Συγκαλέω, ῶ, aor. 1. act. συνεκάλεσα, aor. 1. med. συνεκαλεσάμην, (ex σύν et καλέω), *advoco, convoco, congrego*, Marc. 15, 16. Act. 5, 21. — Medium: *convoco ad me*; Luc. 9, 1. 15, 6. 9. 23, 13. Act. 10, 24. 28, 17. (LXX pro קָרָא Exod. 7, 11. Ios. 9, 22. 10, 24. 22, 1. 23, 2. Ioseph. ant. 7, 14. 7.) *.

Συγκαλύπτω, partic. perf. pass. συγκεκαλυμμένος, (ex σύν et καλύπτω) 1) una operio, 2 Chron. 5, 8. — 2) *totum occulto, penitus operio*, Luc. 12, 2. (LXX pro כָּסָה Gen. 9, 23. Iud. 4, 18. coll. 1 Reg. 22, 30. Sir. 26, 9. 1 Reg. 21, 4 συνεκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Test. XII patr. p. 674. Ioseph. ant. 9, 10. 2.) *.

Συγκάμπτω, aor. 1 συνέκαμψα (ex σύν et κάμπτω) *concurvo, zusammenbiegen, penitus incurvo*; Rom. 11, 10 τὸν νῶτον αὐτῶν σύγκαμψον, sensus: opprime eorum vim fastumque. Deprompta sunt e Ps. 69, 24. — (LXX pro שָׁחָה, inclinavit se totum, 2 Reg. 4, 35.) *.

Συγκαταβαίνω, partic. aor. 2. act. συγκαταβάς (ex σύν et καταβαίνω) *una s. simul descendo*, (Ps. 49, 18. Cant. tr. puer. v. 19. Sap. 10, 14. Diod. Sic. 11, 18.) semel de legatis una iter facientibus in locum inferiorem, Act. 25, 5. Vid. Καταβαίνω. (Improbant grammatici hoc verbum; Thom. Mag. συγκαταβαίνειν οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ συγκαθεῖναι καὶ συγκαθῆκεν εἰς τὸ παλαίειν. Eadem Phryn. p. 398.)

Συγκατάθεσις, εως, ἡ, (a συγκατατίθημι) assensio, approbatio; Antonin. 5, 10. — *consensus, compositio*; 2 Cor. 6, 16 τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετὰ εἰδώλων. (Polyb. 4, 17. 8 μέλλοντες τυγχάνειν τῆς σωτηρίας διὰ τὴν τῶν Ἀχαιῶν συγκατάθεσιν. Clem. Alex. strom. 3, 2 θεοσεβείας συγκατάθεσις.) *.

Συγκατατίθημι, partic. perf. pass. συγκατατεθειμένος, (ex σύν et κατατίθημι) 1) una depono; et dicitur in medio potissimum de iis, qui una cum alio calculum in urnam demittunt, eique ita adsentiuntur; unde — *assentior, suffragium do*, seq. dativo; semel Luc. 23, 51 οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος (quidam codd. συγκατατιθέμενος) τῇ βουλῇ αὐτῶν, non permotus fuerat ut assentiretur. (Hist. Susann. v. 20 συγκατάθου ἡμῖν. Ioseph. ant. 8, 6. 5 συγκατατίθεσθαι

ψευδεῖ δόξῃ. Id. ant. 20, 1. 2 συγκατεθέμην τῇ γνώμῃ ταύτῃ. Antonin. 1, 7. Orig. c. Cels. 1, 13 τοῖς δόγμασι. — LXX seq. μετά Exod. 23, 1 pro תָּשֶׁת יָד. et ibid. v. 32 συγκατ. [hebr. בְּרִית] αὐτοῖς διαθήκην.)

Συγκαταψηφίζω, aor. 1. pass. συγκατεψηφίσθην, (ex σύν et καταψηφίζω) una per calculos aut damno aut absolvo; — quum vero ψῆφος etiam sit testa vel calculus, quo in numerando utebantur veteres, est etiam: *numerando adiungo alicui*, passiv. *adnumeror, adscribor numero;* Act. 1, 26 συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα Ἀποστόλων undecim Apostolis, ut duodecimus, adnumeratus est. *.

Συγκεραννύω, s. συγκεράννυμι, aor. 1. συνεκέρασα, perf. pass. συγκέκραμαι, (ex σύν et κεράννυμι) propr. commisceo; 2 Macc. 15, 40 οἶνος ὕδατι συγκερασθείς. — ex adiuncto: *arcte coniungo, coalescere facio;* 1 Cor. 12, 24 ὁ δὲ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, partes in corpus unum. Hebr. 4, 2 ὁ λόγος μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει (ἐν) τοῖς ἀκούσασιν, promissio quae non coniuncta erat cum fide in animis audientium, i. e. cui fidem simul non habuerant. Demosth. p. 1414, 17 παιδείαν πρὸς ἅπαντα ταῦτα εὐκαίρως συγκεκραμένην. Philo de nom. mutat. p. 1073 C. Antonin. 7, 67. Menander apud Stobaeum serm. 42: „oportet illum, qui civibus praeesse vult, τὴν τοῦ λόγου μὲν δύναμιν ἤθει χρηστῷ συγκεκραμένην ἔχειν.) *.

Συγκινέω, ῶ, aor. 1. συνεκίνησα, (ex σύν et κινέω) *una moveo, commoveo, concito;* semel Act. 6, 12 συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς γραμματεῖς, una concitarunt et populum et proceres. Praeterea Act. 21, 27 in varia lect. συνεκίνησάν τε, pro συνέχεον. Ignat. ad Ephes. §. 19 τὰ πάντα συνεκινεῖτο.) *.

Συγκλείω, aor. 1. συνέκλεισα, part. perf pass. συγκεκλεισμένος, (ex σύν et κλείω) — LXX pro hebr. סָגַר et הִסְגִּיר — 1) circum claudo, rings verschliessen, — prorsus claudo; urbem, Ios. 6, 1. Ies. 45, 1. Ier. 13, 19. Mal. 1, 10. — matricem, 1 Sam. 1, 6. Iob. 3, 10. — occludo, Tob. 8, 4. occlusum teneo; Exod. 14, 3. — 2) *concludo, comprehendo;* Luc. 5, 6 συνέκλεισαν, concluserunt, sie umschlossen mit dem Netze, i. e. ceperunt. coll. Sir. 29, 12 σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμείοις σου, i. e. collige ut habeas, quod des. — 2) *ab omni parte comprimo, comprehendo, subigo;* Gal. 3, 22 συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, subiecit, i. e. subiectos esse declaravit scriptura etc. (1 Macc. 3, 18 συγκλεισθῆναι πολλοὺς ἐν χειρὶ (i. e. διὰ) ὀλίγων, multos etiam per paucos compressos, subactos esse. ib. 4, 31. 6, 18. 2 Macc. 8, 25 ὑπὸ τῆς ὥρας συγκλειόμενοι, ab hora (instantis sabbati) compressi, i. e. repressi.) — Sequente εἰς, finem vel eventum comprimendi indicante, est: *comprehensum s. subactum trado;* Rom. 11, 32 συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, omnes, quos dixi, Deus tradidit, ut fidem denegarent. Gal. 3, 23 συγκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι, i. e. subiecti legi ut fidem haberemus ei, cuius manifestatio futura erat, gehalten (unter dem Gesetze) für das was in der Zukunft offenbar werden sollte. (De structura grammat. verborum vid. *Win.* Gr. p. 508. Ps. 31, 8 οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθροῦ, non comprehendisti me ut me traderes arbitrio inimici. ib. v. 13. Ps. 78, 50 τὰ κτήνη αὐτῶν εἰς θάνατον συνέκλεισε. ib. v. 62 συνέκλεισεν εἰς ῥομφαίαν τὸν λαὸν αὐτοῦ. coll. Amos. 1, 6. 9. Diod. Sic. 20, 74.) *.

Συγκληρονόμος, ον, (ex σύν et κληρονόμος) *cohaeres,* (συγκληρονομέω, Sir. 22, 23.), *una particeps* ex voluntate patris vel domini; Rom. 8, 17 συγκλ. Χριστοῦ, una cum Christo ex Dei, patris, voluntate participes vitae aeternae. Eph. 3, 6. Hebr. 11, 9. 1 Petr. 3, 7. (In V. T. non legitur. Philo de legat. ad Cai. p. 1002 συγκληρονόμος τοῖς ἀφ' αἵματος ἅπασιν.) *.

Συγκοινωνέω, ῶ, aor. 1. συνεκοινώνησα, (ex σύν et κοινωνέω) *una cum aliis particeps fio, in societatem alicuius rei venio;* seq. dativo rei, Eph. 5, 11. Phil. 4, 14. Apoc. 18, 4. *.

Συγκοινωνός, όν, (ex σύν et κοινωνός) *una cum alio particeps, socius, particeps* rei; seq. ἐν cum dativo, Ap. 1, 9. — seq. genitivo, Rom 11, 17. 1 Cor. 9, 23. Phil. 1, 7. (Demosth. 1299. 20 ed. *Reisk.* συγκοινωνεῖν τῆς δόξης.) *.

Συγκομίζω, aor. 1. συνεκόμισα, (ex σύν et κομίζω) comporto, congero; (Ioseph. ant. 3, 8. 2); de frugum collectione, Iob. 5, 26. Xenoph. mem. 2, 8. 3. — *una effero;* de mortuorum cadaveribus; Act. 8, 2 συνεκόμισαν τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς. (Vid. *Elsneri* obss. 1. p. 397. Apud profanos saepius est: mortuum efferre. Thucyd. 6, 72 συγκομίζοντές τε τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, καὶ ἐπὶ πυρὰν ἐπιθέντες. Alii: compono, funus curo. Phavor. συγκομίζειν ἀντὶ τοῦ θάπτειν ἀπὸ τῶν συναγομένων καρπῶν εἰς τὰς ἀποθήκας· ἐπ' ἐκείνων γὰρ λέγεται κυρίως τὸ συγκομίζειν.) *.

Συγκρίνω, aor. 1. συνέκρινα, (ex σύν et κρίνω, quod vide) 1) colligo, coniungo; propr. res diversas separo et eas in unum coniungo; — 2) simul cum aliis iudico, una decerno, Num. 15, 34. — 3) *confero* inter se res, comparo, seq. dativo, Sap. 7, 29 σοφία — φωτὶ συγκρινομένη. ib. 15, 18. Ioseph. ant. 5, 1. 21 πεδία συγκρινόμενα ἑτέρᾳ γῇ. — et σύγκρισις Sap. 7, 8. — Passivum: συγκρίνομαί τινι, propr. conferor cum aliquo, i. e. *virium periculum facio cum aliquo, decerto* cum eo, *sich mit einem messen;* de pugnantibus; 1 Macc. 10, 71 συγκριθῶμεν ἑαυτοῖς. Ioseph. ant. 13, 4. 3 τῇ ὑμετέρᾳ στρατιᾷ συγκρίθητι. — Ita etiam συγκρίνειν ἑαυτόν 2 Cor. 10, 12. se conferre cum aliis, velle cum iis decertare. — 4) confero aliquid diiudicando, et ex adiuncto: *interpretor, explico rei* sensum, diciturque de somniorum, aenigmatum, aliarumque rerum obscurarum explicatione; LXX saepius pro פְּשַׁר Dan. 5, 13. 17. et potissimum pro פָּתַר Gen. 40, 4. 16. 22. 41, 12. 15. (vid. *Κρίνω,* et eundem usum substantivi σύγκρισις Dan. 2, 4 sqq. 4, 3 sqq. 5, 7 sqq. Gen. 40, 12. 18.) — Ita explicant plurimi 1 Cor. 2, 13 πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, doctrinam divinam iis explicans, qui a spiritu divino edocti sunt. Potest vero πνευματικοῖς etiam esse neutrum, et locus verti: res divini spiritus tantum explicans per ea, quae spiritus suppeditat, i. e. interpretor oracula spiritus s. ex dictamine spiritus s. *.

Συγκύπτω, (ex σύν et κύπτω) *una me curvo, incurvo me, incurvor,* ich krümme mich zusammen; Luc. 13, 11 ἦν συγκύπτουσα erat incurvata, videl. morbo. (Sir. 12, 11 ἐὰν ταπεινωθῇ καὶ πορεύηται συγκεκυφώς. ib. 19, 26 ἔστι πονηρευόμενος συγκεκυφὼς μελανίᾳ. coll. Iob. 9, 27.) **.

Συγκυρία, ας, ἡ, (a συγκυρέω, i. q. συντυγχάνω, una convenio, simul advenio, — accido, Polyb. 5, 18. 6. Herodot. 8, 87) *accidens, casus;* — κατὰ συγκυρίαν, casu, fortuito, Luc. 10, 31. (συγκυρία habetur etiam apud Eustath. ad Hom. Iliad. 23, 435.) *.

Συγχαίρω, aor. 2. συνεχάρην, (ex σύν et χαίρω) *una cum aliquo laetor, una gaudeo,* seq. dativo personae; Luc. 1, 58. 15, 6. 9. Phil. 2, 17. 18. (Gen. 21, 6. 3 Macc. 1, 8. Test. XII patr. p. 745. Demosth. p. 194. 23.) — 1 Cor. 12, 26 συγχαίρει πάντα τὰ μέλη, omnia corporis membra cum illo, quod honoratur, simul laetantur; sensus: bene se habent. — seq. dativo rei; semel 1 Cor. 13, 6 ubi de ἀγάπη, quae persona fingitur: συγχαίρει τῇ ἀληθείᾳ, simul (cum probo) laetatur de vero, de probitate. *.

Συγχέω, imperf. συνέχεον, item apud scriptores inferioris aetatis forma minus proba praesentis, συγχύνω, cuius impert. συνέχυνε habes Act. 9, 22 ubi vero codd. quidam etiam exhibent συνέχεε, perf. passiv. συγκέχυμαι, aor. 1. pass. συνεχύθην, (ex σύν et χέω fundo) 1) confundendo misceo, permisceo; Demosth. 570. 18 τὰ σύμβολα συγχέων. Ioseph. ant. 8, 10. 3 τὰ νόμιμα religionis verae praecepta cum erroribus. Id. bell. 6, 2. 6. c. Apion. 1, 26 συγκεχυμένος λέπρᾳ. De linguae confusione Gen. 11, 7. 9. — Act. 19, 32 ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, erat enim illa hominum multitudo confusa, i. e. casu, non consilio congregata. — 2) tropice de animo: *confundo, perturbo;* Act. 2, 6. 9, 22. 21, 27. 31. (1 Sam. 7, 10. 1 Reg. 20, 43. 21, 4. Ioel. 2, 1. 2 Macc. 10, 30. Ioseph. ant. 8, 7. 6. Item ant. 15, 2. 3 χαίροντες ὁμοῦ καὶ συγχεόμενοι. Demosth. 729. 14 ed. *Reisk.* συγχεῖ ὅλην τὴν πολιτείαν. Vid. exempla e Philone apud *Loesn.* p. 166 sqq. Psalt. Sal. 12, 4 συγχέαι παρανόμους οἴκους ἐν πολέμῳ χείλεσι ψιθύροις.) *.

Συγχράομαι, ῶμαι, (ex σύν et χράομαι, quod vide) depon. med. utor una aliqua re; — *utor aliquo,* i. e. *consuetudine eius;* semel Io. 4, 9. *.

Συγχύνω, vid. συγχέω.

Σύγχυσις, εως, ἡ, (a συγχέω) 1) confusio, das Zusammengiessen; Philo de opif. mundi p. 7. — 2) de animo;

perturbatio mentis, gravis conturbatio, Act. 19, 29. (1 Sam. 5, 11. 14, 20 pro מְהוּמָה. Ioseph. bell. 1, 21. 3. 4, 3. 2 et 11. ib. 4, 5. 4.) *.

Συζάω, ῶ, f. ήσω, (ex σύν et ζάω) *una cum aliquo vivo*, — his in terris, 2 Cor. 7, 3. (Demosth. 330. 2 et 363. 4 ed. *Reisk.* οἷς συζῆν τὸν λοιπὸν βίον ἀνάγκη.) — in altera feliciori vita cum Christo, Rom. 6, 8. *.

Συζευγνύω, s. συζεύγνυμι, aor. 1. συνέζευξα, (ex σύν et ζεύγνυμι, iugo copulo, iungo) *coniungo, copulo;* de coniugii vinculo, Matth. 19, 6. Marc. 10, 9. (Xenoph. oecon. 7, 30. 9, 5. Apollod. bibl. 3, 6. Herodian. 3, 10. 14. Ioseph. ant. 1, 19. 10. Aristot. polit. 7, 16. — de animalibus iugo coniunctis, Xenoph. cyrop. 2, 2. 15. de navibus coniunctis Polyb. 8, 6. 2. LXX Ezech. 1, 11 pro חָבַר.) *.

Συζητέω, ῶ, (ex σύν et ζητέω) 1) quaero aliquid una cum aliquo, (Apollod. bibl. 2, 6.) — 2) *vicissim quaero, colloquor, disputo;* Marc. 9, 10. 12, 28. Luc. 24, 15. — seq. πρός τινα, Marc. 1, 27 ubi *Fritzschius* et *Lachmannus* pro αὐτούς dederunt ἑαυτούς, et ille vertit: ut apud animum suum quaererent. ib. cap. 9, 16. Luc. 22, 23. Act. 9, 29. (πρὸς ἀλλήλους, Evang. Nicod. p. 93.) seq. dativo personae, ubi est disputo contra aliquem, Marc. 8, 11. 9, 14. Act. 6, 9. (In V. T. non legitur.) *,

Συζήτησις, εως, ἡ, (a συζητέω), *disputatio, disceptatio;* Act. 15, 2. 7. 28, 29. (Philo de opific. mund. p. 11 D. Id. lib. 2. allegor. p. 85 B.) *.

Συζητητής, οῦ, ὁ, (a συζητέω) *disputator, sophista;* semel 1 Cor. 1, 20. Ignat. ad Ephes. §. 18. (Iudaeis דַּרְשָׁן dicebatur: orator, doctor, et בֵּית מִדְרָשׁ, schola, academia. Vid. *Buxtorf.* lex. fol. 583 sqq. *Fullert* miscellan. sacra, 3, 7.)

Σύζυγος, ον, (a συζυγέω) iugo coniunctus cum alio; — (de uxore, 3 Macc. 4, 8. Test. XII patr. p. 528.) — *socius;* de muneris socio, Phil. 4, 3. (Aristoph. Plut. v. 946 ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινά. Euripid. Iphig. v. 251 ubi Orestes dicitur Pyladis σύζυγος.) *.

Συζωοποιέω, ῶ, aor. 1. συνεζωοποίησα, (ex σύν et ζωοποιέω) *una cum alio vivifico;* Eph. 2, 5 συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, voluit ut nos essemus socii vitae novae post mortem, quá Messias gaudet. Col. 2, 13. *.

Συκάμινος, ου, ἡ, hebr. שִׁקְמִים, *sycaminus*, s. *sycomorus* (συκομοραία), arbor in Aegypto et Palaestina frequens, quae ipsa quidem moro, fructus autem fico similis est. Vid. Strabon. lib. 17. Plin. hist. nat. 13, 7. — Semel Luc. 17, 6. (1 Reg. 10, 27. 1 Chron. 27, 28. 2 Chron. 1, 15. 9, 27. Amos. 7, 14. Ps. 78, 47. Ioseph. ant. 8, 7. 4.)

Συκέα, contr. συκῆ, έης, ῆς, ἡ *ficus*, arbor; Matth. 21, 19. 20. 21. 24, 32. Marc. 11, 13. 20. 21. 13, 28. Luc. 13, 6. 7. 21, 29. Io. 1, 49. 51. Iac. 3, 12. Apoc. 6, 13. — (LXX pro תְּאֵנָה Num. 13, 23. 20, 5. Iud. 9, 10. 11 et passim.) *.

Συκομορέα, ας, ἡ, (ex συκέα et μορέα, morus) *sycomorus*, i. q. συκάμινος, quod vide; Luc. 19, 4 ubi in codd. etiam συκομωρέα, s. συκομωραία. Hesych. συκομορέα· συκάμινον. *.

Σῦκον, ου, τό, *ficus*, fructus τῆς συκῆς; Matth. 7, 16. 11, 13. Luc. 6, 44. Iac. 3, 12. — (LXX pro תְּאֵנָה Neh. 13, 15. Ies. 38, 22. Ier. 8, 13.) *.

Συκοφαντέω, ῶ, aor. 1. ἐσυκοφάντησα, a συκοφάντης, quod ex σῦκον et φαίνω, ficus indico. *Συκοφάνται* dicebantur Athenis ii, quibus iniunctum erat officium, ut vigilarent, an quis ficus ultra ditionis Atticae fines (quod lege vetitum erat) exportaret, et ut eos, qui legem violarent, magistratui indicarent. *Συκοφαντέω* igitur propr. est: defero ad magistratum, aliquem ficus exportasse. Quum eiusmodi homines alios haud raró falso deferrent, quasi legem violarint, eosque vexarent, est — 2) calumnior, Ioseph. ant. 10, 7. 3. vit. §. 11. c. Apion. 2, 4. Test. XII patr. p. 709. Hinc universe — 3) *iniusto modo pecuniam extorqueo;* bis: de militibus, Luc. 3, 14. et de portitore, Luc. 19, 8 εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, si cui quid iniusto modo excusserim. LXX saepius hoc sensu pro עָשַׁק Iob. 35, 9. Ps. 119, 22. Prov. 14, 31 ὁ συκοφαντῶν πένητα, ubi opponitur ὁ τιμῶν αὐτόν. Prov. 14, 31. 22, 16. 28, 3 συκοφαντεῖ πτωχούς. Eccl. 4, 1. Semel pro שָׁקַר Lev. 19, 11. Συκοφάντης pro עָשַׁק Ps. 72, 4. et συκοφαντία pro עֹשֶׁק Ps. 119, 183. Eccl. 5, 7. 7, 8.) *.

Συλαγωγέω, ῶ, (ex σύλη praeda, et ἄγω) tanquam praedam abduco; de militibus captivos abducentibus, (Heliodor. 10. p. 512. Aristaenet. 2. ep. 22); — *comprehendo, servum facio;* de servitute animi in quam falsi doctores alios dolose abducunt, Col. 2, 8. *.

Συλάω, ῶ, aor. 1. ἐσύλησα, (a σύλη, praeda, spolium) *depraedor, spolio;* propr. de militibus (Ioseph. bell. 1, 1. 1. contr. Apion. 1, 34 συλῶντες τὰ ἱερά. ant. 10, 8. 5 τὸν ναόν); in N. T. semel de apostolo coetus christianos eo quasi depraedante, quod victum ab iis quaesivit, 2 Cor. 11, 8 ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν, alios coetus spoliavi, ut criminantur adversarii, (durius enim verbum συλάω eodem modo ab adversariis apostoli usurpatum videtur, ut v. 6 ἰδιώτης τῷ λόγῳ, v. 7 ἁμαρτίαν ποιεῖν, v. 5 ὑπερλίαν ἀπόστολοι) at stipendium ab iis non accepi nisi ut vobis servirem.

Συλλαλέω, ῶ, aor. 1. συνελάλησα, (ex σύν et λαλέω) *colloquor*, — τινί, Marc. 9, 4. Luc. 9, 30. 22, 4. (Exod. 34, 35. Ies. 7, 6. Prov. 6, 22.) — μετά τινος Matth. 17, 3. Act. 25, 12. — πρὸς ἀλλήλους Luc. 4, 36. *.

Συλλαμβάνω, f. λήψομαι, aor. 2. συνέλαβον, perf. συνείληφα, aor. 1. pass. συνελήφθην, aor. 2. med. συνελαβόμην, (ex σύν et λαμβάνω) — 1) *comprehendo, capio;* Matth. 26, 55. Marc. 14, 48. Luc. 5, 9. 22, 54. Io. 18, 12. Act. 1, 16. 12, 3. 23, 27. 26, 21. (LXX saepius pro לָכַד Iudic. 7, 25. 8, 14. 15, 4. 2 Reg. 17, 6. et תָּפַשׂ Ios. 8, 8. 23. 1 Reg. 20, 18.) — 2) *concipio*, propr. de muliere, foetum concipiente, Luc. 1, 24. 36. — ἐν γαστρί, Luc. 1, 31. — ἐν τῇ κοιλίᾳ Luc. 2, 21. (LXX saepius pro הָרָה Gen. 4, 1. 16. 19, 36. 21, 2. 30, 4. 6. 1 Sam. 1, 19. Test. XII patr. p. 544.) — tropice de cupiditate peccandi libidinem in animo excitante, Iac. 1, 15. (coll. Ps. 7, 15. Iob. 15, 35 Iustin. Mart. de resurr. p. 327: Εὔα τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ ὄφεως συλλαβοῦσα παρακοὴν καὶ θάνατον ἔτεκε.) — 3) medium seq. dativo personae: una cum aliquo manum admoveo, *adiuvo, opem fero, opitulor;* Luc. 5, 7. Phil. 4, 3. (Gen. 30, 7. Herodot. 3, 49. Aelian. V. H. 2, 4. Xenoph. cyrop. 7, 5. 18.) *.

Συλλέγω, f. ξω, aor. 1. συνέλεξα, (ex σύν et λέγω) *colligo;* Matth. 7, 16 σταφυλὴν ἀπὸ ἀκανθῶν. Luc. 6, 44 σῦκα. Matth. 13, 48 pisces in vasa; — colligo ut auferam et exstirpem, ζιζάνια, Matth. 13, 28. 29. 30. 40. — σκάνδαλα v. 41. (LXX pro לָקַח et לָקַט Gen. 31, 46. Exod. 16, 4. 17. 18. Lev. 19, 9. 10. Iud. 1, 7. congrego, Ioseph. c. Apion. 1, 35 συλλέγεσθαι τὸ πλῆθος.) *.

Συλλογίζομαι, aor. 1. med. συνελογισάμην, (ex σύν et λογίζομαι) 1) complector rationes; — computo, (LXX pro חָשַׁב Lev. 25, 27. 50. 52. Num. 23, 9.) — rationes colligo, concludo; — 2) ut hebr. חָשַׁב, *reputo, cogito;* semel Luc. 20, 5. (coll. Matth. 21, 25. — LXX Ies. 43, 18 pro בִּנֵן, a בּוּן.)

Συλλυπέομαι, οῦμαι, verbum passivum, (ex σύν et λυπέω) una dolore afficior, *condoleo*, (Ps. 69, 20 pro נוּד. Ies. 51, 19.) — Marc. 3, 5 συλλυπούμενος, apud animum suum dolens. *.

Συμβαίνω, aor. 2. συνέβην, partic. συμβάς, perf. συμβέβηκα, (ex σύν et βαίνω, eo, gradior) 1) propr. iunctis pedibus incedo, Xenoph. equ. 1, 14. — congredior, convenio cum aliquo; — 2) de iis, quae eodem tempore simul eveniunt: *accido, evenio*, seq. dativo personae; Marc. 10, 32. Luc. 24, 14. Act. 3, 10. 20, 19. 1 Cor. 10, 11 ταῦτα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, evenerunt ut illis typi essent. 1 Petr. 4, 12 ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος, quasi inauditi aliquid vobis eveniat. 2 Petr. 2, 22. (LXX pro עָשָׂה et maxime pro קָרָה et קָרָא Exod. 3, 16. Gen. 42, 4. 29. Ios. 2, 23. Ier. 32, 23. Ies. 3, 10. Esth. 6, 13. Ioseph. c. Apion. 1, 28.) — Συμβαίνει s. συνέβη, *accidit*, cum infinitivo verbi inservit periphrasi modi finiti, ut verba auxiliaria in lingua nostra, et usurpatur, ut apud profanos, de iis, quae non consilio sed casu eveniunt; Act. 21, 35 συνέβη βαστάζεσθαι αὐτόν. (Gen. 42, 38 συμβήσεται αὐτὸν μαλακισθῆναι. 2 Macc. 3, 2 συνέβαινε καὶ αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς τιμᾶν τὸν τόπον. Ioseph. ant. 7, 14. 7 ἀναθήματα, ἃ συνέβη τοὺς βασιλεῖς ἀναθεῖναι.

Id. ant. 16, 7. 2 *τὰ μὲν ἄλλα εἰπεῖν συνέβη.* Id. ant. 3, 8. 4. Philo de opif. m. p. 14. vid. etiam 2 Macc. 4, 30. 5, 2. 13, 7.) *.

Συμβάλλω, imperf. *συνέβαλλον*, aor. 2. act. *συνέβαλον*, aor. 2. med. *συνεβαλόμην*, (ex *σύν* et *βάλλω*) 1) *confero;* — a) confero consilia, Act 4, 15 *συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους*, consultabant. — b) c. 17, 18 *συνέβαλλον αὐτῷ* intellige *λόγους*: contulerunt sermones cum eo. (Eodem sensu *συμβάλλειν τινὶ* apud Ioseph. ant. 1, 12. 3. Xenoph. cyrop. 2, 2. 21. Cebet. tab. c. 33 et praeterea in N. T. Luc. 11, 53 ubi cod. D. et alii quidam pro *ἀποστοματίζειν αὐτόν* habent *συμβάλλειν αὐτῷ*, sermones conferre. Potest vero h. l. etiam esse: convenerunt eum; vid. no. 2.) — c) *συμβ. ἐν τῇ καρδίᾳ* intell. *λόγους* s. *τὰ λεγόμενα*, dicta animo volvere, i. e. perpendere, sensum eorum coniicere, Luc. 2, 19. (Ioseph. ant. 2, 2. 3 *τὴν πρόῤῥησιν αὐτοῦ τῇ διανοίᾳ συλλαβών.* ib. 2, 5. 3 *συμβαλὼν τῷ λογισμῷ τὸ ὄναρ.*) — d) medium: *confero alicui aliquid ex meis, et exhibeo, suppedito,* Act 18, 27 *συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι*, multum suppeditavit fidelibus. (Ies. 46, 6. Sap. 5, 8. Ioseph. ant. 11, 1. 2 *ἵνα συμβάλωνται χρυσὸν αὐτοῖς καὶ ἄργυρον εἰς τὴν οἰκοδομίαν.* Xenoph. cyrop. 1, 2. 8. Philo de migr. Abr. p. 422.) — 2) medium et etiam activ. *confero me ad alterum, et obvenio, convenio illum*, Act. 20, 14 *ὡς δὲ συνέβαλε ἡμῖν*, quum in nos in itinere incidisset. (Ioseph. ant. 2, 7. 5 *ὑπαντησάμενος ἥξουσι, καὶ καθ' Ἡρώων πόλιν αὐτῷ συνέβαλεν.* ib. 6, 4. 2. 8, 9. 1. 9, 6. 5.) — De hostibus *συμβάλλ. τινί, congredi cum aliquo*, armis adgredi aliquem (1 Macc. 4, 34. 2 Macc. 8, 23. Ioseph. ant. 13, 13. 5. Aelian. var. hist. 10, 4.) — addito *εἰς πόλεμον*, pugnatum adgredi aliquem, Luc. 14, 31. (Iosephus: *συμβάλλ. τινὶ εἰς μάχην*, ant. 6, 5. 3. 12, 4. 9. 12, 8. 4. 14, 13. 3. etiam *συμβαλὼν μάχῃ*, bell. iud. 1, 1. 3.) *.

Συμβασιλεύω, fut. *συμβασιλεύσω*, aor. 1. *συνεβασίλευσα*, (ex *σύν* et *βασιλεύω*) *simul cum alio regno*, dominium, regiam dignitatem cum illo habeo, (Polyb. 30, 2. 4. Epict. enchir. c. 2.) — in N. T. bis: 1 Cor. 4, 8 *ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν*, ironice: ut hoc modo ipse per vos quoque summo aliquo honore gauderem. 2 Tim. 2, 12 *συμβασιλεύσ.* cum Christo, imperii et honoris eius participes erimus.

Συμβιβάζω, f. *άσω*, aor. 1. pass. *συνεβιβάσθην*, (ex *σύν* et *βιβάζω*, admoveo, impono, adscendere facio) 1) *coniungo, compingo, aggrego;* de partibus corporis arcte iunctis, Eph. 4, 16. Col. 2, 19. (Quidam etiam Col. 2, 2 *συμβιβασθέντες ἐν ἀγάπῃ*, arcte iuncti amore.) — 2) ut *συμβάλλειν* est: diversa inter se conferre, comparare (Sir. 22, 1. 2), conferendo res iudicare, colligere, demonstrare, ita etiam *συμβιβάζω* est: cogitando res confero, *colligo*, Act. 16, 10 *συμβιβάζοντες, ὅτι*, inde colligentes; et ex adiuncto: *demonstro, doceo;* Act. 9, 22. 1 Cor. 2, 16. Col. 2, 2 *συμβιβασθέντες ἐν ἀγάπῃ*, bene edocti ad amorem mutuum. Hoc sensu saepius apud Alexandrinos pro הֵבִין Ies. 40, 14. הוֹדִיעַ Exod. 18, 16. Deut. 4, 9. Ies. 40, 14. הוֹרָה Exod. 4, 12. 15. Lev. 10, 11. pro הִשְׂכִּיל Dan. 9, 22. — (Legitur *συμβιβασμός* Test. XII patr. p. 573 ubi nomen filii Levi קְהָת [Gen. 46, 11] enarratur: *ὅ ἐστιν ἀρχὴ μεγαλείου καὶ συμβιβασμός.* Etiam Rabbinis קהה non solum est *aggregare, copulare*, sed etiam: rem diligenter et curiose considerare, excutere, explicare. Vid. *Buxtorf.* lex. rabb. talm. fol. 1982 sqq.) *.

Συμβουλεύω, aor. 1. act. *συνεβούλευσα*, aor. 1. med. *συνεβουλευσάμην*, (ex *σύν* et *βουλεύω*) — LXX plerumque pro יָעַץ, Kal et Niph. — *consilium do, suadeo, τινί*, Io. 18, 14. Apoc. 3, 18. (Exod. 18, 19. Num. 24, 14. 2 Sam. 17, 15. 1 Reg. 1, 12. Ioseph. c. Apion. 1, 34.) — medium: *consilia confero cum aliis, consilia ineo, decerno*, — seq. *ἵνα* Matth. 26, 4. Io. 11, 53. — seq. infinitivo Act. 9, 23. Ioseph. ant. 7, 4. 2. — (vid. 1 Reg. 12, 8. Sir. 8, 22. 9, 19.) *.

Συμβούλιον, *ίου, τό*, (a *σύμβουλος*) 1) *consilium*, quod capitur; *λαμβάνειν συμβ.* Matth. 12, 14. 22, 15. 27, 1. 7. 28, 12. — *ποιεῖν συμβουλ. μετά τινος*, consilia cum aliquo inire, consultare, Marc. 3, 6. 15, 1. (Evang. Nicod. p. 75 *συμβούλιον ποιήσαντες εἰς αὐτούς.* ib. p. 79 sq.) — 2) *concio consultantium, concilium*, i. q. *συνέδριον*, Act. 25, 12. (Ignat. ad Polycarp. §. 7. Prov. 15, 23 ubi pro *συνέδρια* alii habent *συμβούλια.*) *.

Σύμβουλος, *ον*, (ex *σύν* et *βουλή*) *qui est a consiliis, consiliarius;* semel Rom. 11, 34. vid. Ies. 40, 13. ubi אִישׁ עֲצָה. (Caeterum LXX pro יוֹעֵץ, 2 Sam. 15, 12. 1 Chron. 27, 32 sqq. Ies. 1, 26. 19, 11. 3 Esdr. 8, 57. Ioseph. c. Apion. 2, 15. — suasor, auctor consilii, Sap. 8, 10 *σοφία ἔσται μοι σύμβουλος τῶν ἀγαθῶν.* 2 Macc. 7, 25. Ioseph. bell. 1, 8. 9.)

Συμεών, s. *Σιμεών*, ὁ, hebr. שִׁמְעוֹן, *Simeon*, nomen a) filii secundi Iacobi ex Lea, Apoc. 7, 8. (de sensu nominis vid. Gen. 29, 32. Ioseph. ant. 1, 19. 7 *Συμεὼν ἀποσημαίνει τὸ ἐπήκοον αὐτῇ τὸν θεὸν γεγονέναι.*) — b) cuiusdam e posteris Abrahami, Luc. 3, 30. — c) hominis pii, qui commemoratur Luc. 2, 25. 34. — d) viri, qui cognominabatur *Niger*, Act. 13, 1. — e) Petri Apostoli, Act. 15, 14. 2 Petr. 1, 1. alias *Σίμων* (quod vid.) dictus. *.

Συμμαθητής, *οῦ, ὁ*, (ex *σύν* et *μαθητής*) *condiscipulus;* Io. 11, 16. (Pollux. onomast. 6, 159. Apud antiquiores non legitur. Vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 471.) *.

Συμμαρτυρέω, *ῶ*, (ex *σύν* et *μαρτυρέω*) *simul testor, una cum aliquo veritatem rei affirmo;* Rom. 2, 15 *συμμαρτυρούσης* (videl. *τῷ ἔργῳ τοῦ νόμου*, quod faciunt) *αὐτῶν τῆς συνειδήσεως*, una testante eorum conscientia. c. 9, 1 *συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου*, quod una (cum Christo) mihi testatur conscientia. c. 8, 16 *τὸ πνεῦμα* (*ἅγιον*) *συμ. τῷ πνεύματι ἡμῶν*, i. e. id quod iam sentit animus noster, nos esse filios Dei, testatur etiam spiritus s. sua efficacia quam percipimus in mente nostra. (Xenoph. hist. gr. 3, 3. 2.) Medium: *testor in meam rem;* Apoc. 22, 18 *συμμαρτυροῦμαι γάρ*, i. e. praeter ea quae in hoc libro testatus sum, etiam hoc de me testor. Sed pro *συμμαρτυροῦμαι γάρ Griesb.* e codd. recepit *μαρτυρῶ ἐγώ*, nescio an recte. *.

Συμμερίζω, (ex *σύν* et *μερίζω*) simul partem adscribo; medium: *simul partem accipio;* semel 1 Cor. 9, 13 *τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται* partem sacrificiorum altari impositorum accipiunt. *

Συμμέτοχος, *ον*, (ex *σύν* et *μέτοχος*) *una particeps, consors*, seq. genitivo; bis: Eph. 3, 6. 5, 7. (Iustin. Mart. apol. 1, p. 51 *συμμέτοχος τῶν παθῶν.* — *συμμετέχω*, 2 Macc. 5, 20.) *.

Συμμιμητής, *οῦ, ὁ*, (ex *σύν* et *μιμητής*) *una cum aliis imitans, imitator;* Phil. 3, 17. (Aeque ac *συμμαθητής*, forma est recentiorum scriptorum.) *.

Συμμορφίζω, f. *ίσω*, i. q. *συμμορφόω*, quod vid. Legitur in codd. Phil. 3, 10 *συμμορφιζόμενος*.

Σύμμορφος, *ον*, (ex *σύν* et *μορφή*) *eandem quam alius habens formam vel habitum, similis habitu et natura;* seq. genitivo, Rom. 8, 29 *συμμόρφους τῆς εἰκόνος*, similes imagini filii Dei. — seq. dat. Phil. 3, 21 *σῶμα σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης*, corpus *τὴν δόξαν* corporis Christi referens. (Etiam profanos adiectivis ex *σύν* compositis haud raro iungere substantivum in genitivo, exemplis docuerunt *Rostius* Gramm. gr. §. 108, p. 513. *Win.* Gramm. §. 30. no. 4.)

Συμμορφόω, *ῶ*, (a *σύμμορφος*) *conformo, similem facio;* proprie quod attinet ad habitum externum, vel etiam naturam; sed Phil. 3, 10 refertur ad similitudinem sortis s. fatorum; *συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ*, similis ei etiam morte cruenta, quae mihi semper imminet. *.

Συμπαθέω, *ῶ*, aor. 1. *συνεπάθησα*, (a *συμπαθής*) *eodem quo alter sensu afficior*, consentio, 4 Macc. 13, 22 *φιλαδελφίας* [plurium fratrum] *συμπαθούσης;* — si refertur ad miseros: *condoleo, misericordia tangor;* Hebr. 4, 15 *συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν.* (4 Macc. 5, 25. Test XII patr. p. 536. Ioseph. ant. 7, 10. 5 *συμπαθῶς ἔχειν πρός τινα.*) — ex adiuncto: *misericordia ductus opem fero;* Hebr. 10, 34 *τοῖς δεσμίοις συνεπαθήσατε*, vinctis misericordia tacti opem tulistis. *.

Συμπαθής, *ές*, (ex *σύν* et *πάσχω*) *eodem sensu, quo alter, affectus, consentiens*, (4 Macc. 13, 22 *συμπαθέστερον ἔσχον τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν.*) — si refertur ad miseros: *condolens, misericordia tactus, misericors.* (Ioseph. ant. 19, 7. 3 *τοῖς ἀλλοεθνέσι ἦν φιλάνθρωπος, τοῖς ὁμοφύλοις χρηστὸς καὶ συμπαθὴς μᾶλλον.* Polyb. 15, 9. 3.)

— Semel 1 Petr. 3, 8 ubi *συμπαθεῖς* est vel: mutuo sensu quum gaudii tum doloris affecti, vel ad miserandum proni.

Συμπαραγίνομαι, aor. 2. med. *συμπαρεγενόμην*, (ex *σύν* et *παραγίνομαι*) depon. med. *una adsum, una accedo;* Luc. 23, 48. (Thucyd. 2, 82.) — *accedo ad opitulandum;* 2 Sim. 4, 16. (Ps. 83, 7 pro נִלְווּ.) *.

Συμπαρακαλέω, ῶ, f. *ήσω*, (ex *σύν* et *παρακαλέω* quod vid.) 1) una cum aliis advoco, adhortor, (Xenoph. cyrop. 8, 1. 13. Polyb. 5, 83. 3 *συμπαρακαλεῖν τινι τὰς δυνάμεις*.) — 2) *una cum aliis solatio erigo;* semel Rom. 1, 12 *συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν*, mutuo ex vobis solatio erigi. *Fritzschius* ad h. l. vertit: *simul roborare*, „ut ego simul inter vos mutua nostra fide corroborer." *.

Συμπαραλαμβάνω, aor. 2. *συμπαρέλαβον*, (ex *σύν* et *παραλαμβάνω*) *una mecum duco, comitem mihi iungo;* Act. 12, 25. 15, 37. 38. (Act. 20, 10 in quibusdam codd. *συμπαραλαβών*.) Gal. 2, 1. (Iob. 1, 4. 3 Macc. 1, 1. Aelian. V. H. 8, 7. — simul comprehendo s. corripio, Gen. 19, 17. Psalt. Sal. 13, 4.) *.

Συμπαραμένω, f. *ενῶ*, (ex *σύν* et *παραμένω*) simul maneo, *una cum aliis vivere pergo;* Phil. 1, 25. (Ps. 72, 5 *συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης*.) *.

Συμπάρειμι, (ex *σύν* et *πάρειμι*) *una adsum;* Act. 25, 24 *οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες*, qui hic nobiscum adsunt. (Sap. 9, 10. Ioseph. ant. 10, 11. 3 *συμπάρεστι αὐτῷ τὸ θεῖον πνεῦμα*. Polyb. 5, 5. 8.) *.

Συμπάσχω, (ex *σύν* et *πάσχω*) *in consortium doloris venio, una dolores sentio;* Rom. 8, 17 *εἴπερ συμπάσχομεν*, si pariter atque ille dolores sentimus, mala patimur. 1 Cor. 12, 26 *εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη*. (Polyb. 4, 7. 3.) *.

Συμπέμπω, aor. 1. *συνέπεμψα*, (ex *σύν* et *πέμπω*) *una mitto;* — seq. dativo, 2 Cor. 8, 22. (Demosth. 1186. 27.) — seq. *μετά*, 2 Cor. 8, 18. *.

Συμπεριλαμβάνω, aor. 2. *συμπεριέλαβον*, (ex *σύν* et *περιλαμβάνω* complector, comprehendo) una complector s. comprehendo, (Polyb. 8, 13. 4. Demosth. 251. 9 *συμπεριλ. ἐν ταῖς συνθήκαις*.) — *totum, ab omni parte complector;* Act. 20, 10. (coll. Ezech. 5, 3.) *.

Συμπίνω, aor. 2. *συνέπιον*, (ex *σύν* et *πίνω*) *una cum alio bibo*, (Esth. 7, 1. Xenoph. cyrop. 5, 2. 13.) — semel Act. 10, 41 *συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ*, i. e. familiariter cum eo versati sumus. Vid. *Πίνω*.

Συμπίπτω, aor. 1. *συνέπεσα*, (ex *σύν* et *πίπτω*) *corruo*, zusammenstürzen; Luc. 6, 49 ubi codd. pro *ἔπεσε* habent *συνέπεσε*.

Συμπληρόω, ῶ, (ex *σύν* et *πληρόω*, quod vid.) *prorsus impleo, compleo;* Luc. 8, 23 *καὶ συνεπληροῦντο*, i. e. navis, qua vehebantur, implebatur; cuius dicendi generis exemplum habes etiam Marc. 8, 14. vid. *Συμπνίγω*. Alia e profanis collegit *Kypkius* in obss. s. ad h. l. (Polyb. 1, 36. 9.) — (De numero, Philo de opif. m. p. 3.) — de tempore: prorsus *absolvo*, s. *finio;* Luc. 9, 51. Act. 2, 1. (Ioseph. ant. 1, 3. 4. ib. 4, 8. 1. — *συμπλήρωσις* de tempore 2 Chron. 36, 21. Dan. 9, 2. 3 Esdr. 1, 58.) **.

Συμπνίγω, aor. 1. *συνέπνιξα*, (ex *σύν* et *πνίγω*) 1) una, simul suffoco; — *penitus suffoco, suffocando extinguo;* tropice de segete et de verbo Dei in mente hominum, Matth. 13, 22. Marc. 4, 7. 19. — Luc. 8, 14 *συμπνίγονται* i. e. verbum in eorum mente suffocatur. (Vid. etiam *Συμπληρόω*.) — 2) *comprimo undique ut paene suffocem*, Luc. 8, 42 *οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν*. (coll. Marc. 5, 24 *συνέθλιβον*.) *.

Συμπολίτης, ου, ὁ, (ex *σύν* et *πολίτης*) *civis meus, eiusdem civitatis, eodem iure civitatis donatus, Mitbürger;* Eph. 2, 19. (Ioseph. ant. 19, 2. 2. Aelian. V. H. 3, 44. — Improbatur hoc nomen a Grammaticis, Polluce, Phrynicho, ad quem vid. *Lobeck*. p. 172.)

Συμπορεύομαι, (ex *σύν* et *πορεύομαι*) LXX pro הָלַךְ, יָלַךְ et בּוֹא — verb. depon. pass. 1) *iter facio simul cum aliquo, una eo s. proficiscor;* ita in N. T. seq. dativo personae, Luc. 7, 11. 14, 15. 25. (Tob. 5, 7 *εὕρηκα ὃς συμπορεύσεταί μοι*, inveni itineris socium. LXX saepius seq. *μετά τινος*, pro hebr. אֶת יָלַךְ Gen. 13, 5. 14, 24. et עִם הָלַךְ Gen. 18, 16. — versari cum aliquo, Prov. 13, 21. Test. XII patr. p. 617. 629.) — 2) *una convenio, una confluo*, seq. *πρός τινα;* Marc. 10, 1. (Iob. 1, 4 *συμπορευόμενοι οἱ υἱοὶ αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους*. et pro בּוֹא Deut. 31, 11. Ezech. 33, 31. Polyb. 5, 75. 1. 15, 6. 1.) *.

Συμπόσιον, ίου, τό, (a *συμπίνω*, una bibo) 1) bibere cum aliis, compotatio; Xenoph. cyrop. 8, 4. 13. — *συμπόσιον οἴνου*, Sir. 34, 31. 35, 5. 49, 1. — 2) *convivium*, i. e. a) epulum splendidius, Esth. 7, 8. 1 Macc. 16, 16. 2 Macc. 2, 27. Hom. Iliad. 4, 2. — b) locus conviviis habendis destinatus, Xenoph. cyrop. 8, 8. 6. — c) metonym. *convivae, convivarum catervae;* Marc. 6, 39 *ἀνακλῖναι* (vel, ut boni libri habent *ἀνακλιθῆναι*) *πάντας συμπόσια*, quod ex hebraismo (vid. *Πρασιά*) est: catervatim, per ordines, pro *κατὰ συμπόσια*. *.

Συμπρεσβύτερος, ου, ὁ, (ex *σύν* et *πρεσβύτερος*) *una cum aliis senex;* 1 Petr. 5, 1 *ὁ συμπρεσβύτερος*, qui ipse senex sum, eos, qui senes inter vos sunt (*τοὺς ἐν ὑμῖν πρεσβυτέρους*), adhortor. Opponuntur v. 5 *νεώτεροι*. (Alii: compresbyter, qui una cum aliis dignitate presbyteri gaudet. Apud profanos non legitur.) *.

Συμφαγεῖν, vid. *Συνεσθίω*.

Συμφέρον, τό, vid. *Συμφέρω*.

Συμφέρω, aor. 1. *συνήνεγκα*, (ex *σύν* et *φέρω*) 1) *confero, comporto;* Act. 19, 19 *συνενέγκαντες τὰς βίβλους*. (Ioseph. ant. 3, 8. 3 *πολλὰ καὶ ποικίλα κατὰ τὴν σκηνὴν — συνεφέρετο*. Xenoph. anab. 6, 4. 9.) — 2) *conduco, prosum;* — ita a) *συμφέρει, conducit, prodest, expedit*, et, ubi vel sequitur vel intelligendum est *μᾶλλον*, *satius, melius est;* 1 Cor. 6, 12. 10, 23. 2 Cor. 8, 10. (Ier. 26, 14. Prov. 19, 10. Sir. 30, 19. 37, 28.) — seq. infinitivo, Matth. 19, 10. Io. 18, 14. 2 Cor. 12, 1. (Esth. 3, 8. Xenoph. cyrop. 4, 5. 12.) — apud nostros etiam seq. *ἵνα*, Matth. 5, 29. 30. 18, 6. Io. 11, 50. 16, 7. — Neutr. participii ut substantivum: *τὸ συμφέρον, utilitas, commodum, salus;* 1 Cor. 7, 35. 1 Cor. 10, 33. 12, 7. Hebr. 12, 10. (2 Macc. 4, 5. 11, 15. Ioseph. bell. 1, 28. 2. Idem vit. §. 11.) — *τὰ συμφέροντα, utilia, commoda*, Act. 20, 20. (LXX pro טוֹב Deut. 23, 6. Baruch. 4, 3.) *.

Σύμφημι, (ex *σύν* et *φημί*) unà dico; — unà *confiteor, fateor;* Rom. 7, 16 *σύμφημι τῷ νόμῳ, ὅτι καλός*, una cum lege confiteor, ipsam esse bonam. (Xenoph. cyrop. 4, 5. 12. Demosth. 668. 14 ed. *Reisk*. Suidas: *σύμφημι· συναινῶ, συνομολογῶ*.) *.

Σύμφορος, ον, (a *συμφέρω*) utilis, commodus. — *τὸ σύμφορον, commodum, utilitas;* semel in codd. 1 Cor. 7, 35. Item 1 Cor. 10, 33 in varia lect. pro *συμφέρον*.

Συμφυλέτης, ου, ὁ, (ex *σύν* et *φυλέτης*, quod a *φυλή*, tribus) qui eiusdem tribus est; deinde quum *φυλή* etiam latiori sensu de populo dicatur, est i. q. *ὁμοεθνής, popularis, eiusdem gentis;* 1 Thess. 2, 14. Hesych. *συμφυλετῶν· ὁμοεθνῶν*. (Improbatur haec vox grammaticis aeque ac *συμπολίτης*.)

Σύμφυτος, ον, (a *συμφύω*, s. *συμφύομαι*) 1) una cum aliquo natus, (Zach. 11, 2. Ioseph. ant. 6, 3. 3 *ἡ σύμφυτος δικαιοσύνη*, probitas Samuelis cum ipso nata, i. e. ei innata. Id. c. Apion. 1, 8 et saepius apud profanos.) — 2) *una cum alio concretus*, zusammengewachsen; propr. Theophrast. de caus. plant. 5, 5. 2. — metaphorice semel in N. T. et insolito quidem modo; Rom. 6, 5 *εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ*, ubi concreverimus (i. e. *arcte uniti* fuerimus) cum Christo similitudine mortis eius, i. e. ubi, sicut Christus pro peccato mortuus et sepultus est, nos in undis baptismi omnem sepeliverimus vitiositatem, etc. cf. v. 4 et v. 8 ubi eadem simpliciter ita enuntiantur: *εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ*. (Ita etiam Sap. 13, 13 *συμπεφυκώς* est: qui concrevit, inolevit, coaluit, zusammengewachsen, et Xenoph. cyrop. 4, 3 *συμφύεσθαι* usurpatur de Centauris, quorum corpora ex equino et humano coaluisse ferebantur. Lucian dial. de mort. T. I. p. 404 ed. *Reiz*. *εἰς ἓν συμπεφυκότες ἄνθρωπος καὶ θεός*.) Si autem *σύμφυτοι* Rom. l. l. enarratur, una cum Christo nati, *συγγενεῖς*, Zwillingsbrüder, locus etiam verti potest: wenn wir Christi Zwillingsbrüder in Hinsicht der Vergleichung mit seinem Tode geworden sind, so werden wir auch seine Brüder in der Auferstehung seyn, i. e. eiusdem fati cum eo participes.

Συμφύω, tantum in usu in passivo *συμφύομαι*, aor. 2

passiv. inde ab Hippocratis tempore *συνεφύην*, partic. *συμφυείς*, pro *συνέφην*, partic. *συμφύς*, (vid. Ἐκφύω), (ex *σύν* et *φύω*), *una nascor*, vel *cresco*; — semel Luc. 8, 7. —

Συμφωνέω, ῶ, aor. 1. act. *συνεφώνησα*, aor. 1. pass. *συνεφωνήθην*, (ex *σύν* et *φωνέω*) *consono*; proprie de sono et instrumentis musicis; tropice: *consono*, *congruo*, *convenio*; — a) de eo, quod natura sua congruit; Luc. 5, 36 ἐπίβλημα οὐ συμφωνεῖ τῷ παλαιῷ ἱματίῳ. (Arist. politic. 7, 15 ταῦτα δὲ πρὸς ἀλλήλα συμφωνεῖν.) — b) de *consensu*; Matth. 18, 19 ἐὰν δύο συμφωνήσωσιν περὶ παντὸς πράγματος. (nisi hic ut Gen. 14, 3 est: *consocior*; convenio. vid. etiam Ies. 7, 2.) Act. 15, 15 τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν. (Ioseph. ant. 10, 7. 2 τὰ μὲν ἄλλα πάντα συμφωνοῦντα τοὺς προφήτας ἀλλήλοις εἰπεῖν συνέβη.) — c) de eo, de quo inter plures convenit *ex pacto s. composito*; Matth. 20, 2 συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν, postquam pactus erat cum operariis denario in diem. Cum genitivo pretii, Matth. 20, 13 δηναρίου συνεφώνησάς μοι, convenit inter nos pretio denarii. (Act. Thom. §. 2 συνεφώνησε μετ' αὐτοῦ τριῶν λιτρῶν ἀργυρίου.) Act. 5, 9 συνεφωνήθη ὑμῖν, conventum est inter vos. (2 Reg. 12, 8 συνεφώνησαν οἱ ἱερεῖς τοῦ μὴ λαβεῖν. coll. Polyb. 7, 9. 11. Diod. Sic. 12, 83.) **.

Συμφώνησις, εως, ἡ, (a *συμφωνέω*) propr. vocis s. soni concentus; tropice: *consensio*, 2 Cor. 6, 15. (Ioseph. c. Apion. 2, 16 τῶν πολιτῶν πρὸς ἀλλήλους συμφωνία.) *.

Συμφωνία, ας, ἡ, (a *σύμφωνος*) *symphonia*, *concentus musicus*; Luc. 15, 25. (Polyb. 26, 10. 5. — tropice: consensus dictorum. 4 Macc. 14, 3.) *.

Σύμφωνος, ον, (ex *σύν* et *φωνή*) consonus, Eccl. 7, 15. tropice: conveniens, congruens, (Ioseph. c. Apion. 2. 16 τὰ ἔργα τοῖς νόμοις σύμφωνα.) — τὸ σύμφωνον, *de quo convenit*, *pactum*; 1 Cor. 7, 5 ἐκ συμφώνου, ex mutuo consensu s. pacto. *.

Συμψηφίζω, aor. 1. *συνεψήφισα*, (ex *σύν* et *ψηφίζω*) *computo*; Act. 19, 19. (Aristoph. Lysistr. v. 142.) *.

Σύμψυχος, ον, (ex *σύν* et *ψυχή*) qui iisdem desideriis, eadem voluntate regitur, *unanimis*, concors. Legitur tantum Phil. 2, 2 de quo loco uberius exposuit *Wolfius* in cur. phil.

Σύν, praepositio, hebr. אֵת et ex parte etiam עִם, Latinor. *cum*, *una cum* respondens, casum tertium regens et *coniunctionem consortionemque* indicans, quare maxime convenit cum *μετά* seq. genitivo, et a quibusdam nostrorum scriptorum, videlicet Matthaeo, Marco et Ioanne rarius (multo rarius in codice graeco V. T.), frequentius autem a Luca et Paulo usurpatur. Indicat *σύν* coniunctionem interiorem et arctiorem, quam *μετά*, quod vero discrimen nostri non satis curant. Legitur autem in N. T.

1) de coniunctione quae efficitur *societate*, *comitatu* et *sorte*, non solum de hominibus, sed etiam de rebus, et est Latinor. *cum*, *una cum*, nostrum *mit*, *nebst*, Matth. 25, 27 τὸ ἐμὸν (ἀργύριον) σὺν τόκῳ, cum usura. Matth. 26, 35 σὺν σοὶ ἀποθανεῖν. 27, 38 σταυροῦνται σὺν αὐτῷ. Marc. 4, 10 οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα, 8, 34 προςκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. 9, 4 ὤφθη Ἠλίας σὺν Μωσεῖ. Vid. etiam Luc. 2, 5, 7, 6. 8, 1. 20, 1. 23, 11. 24, 1. Io. 18, 1. 21, 3. Act. 1, 14. 5, 26 etc. (Lev. 1, 16. 3, 9. Deut. 33, 2. Dan. 9, 26. Ezech. 1, 21. 39, 3. 1 Macc. 3, 40. 3 Macc. 3, 25.) Caeterum vid. loca et locutiones: σὺν Χριστῷ, una, simul cum Christo, Rom. 8, 32. Col. 2, 13. 2, 20. 3, 3. 4. 1 Thess. 5, 10 ἅμα σὺν αὐτῷ. — Gal. 3, 9 εὐλογοῦνται σὺν (una cum) τῷ πιστῷ Ἀβραάμ, i. e. promissio salutis Abrahamo facta, simul et per Abrahamum etiam spectat ad Christianos e gentilibus. 1 Cor. 10, 13 ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, nec aliter Act. 4, 14 σὺν αὐτοῖς (una cum illis adstantem) ἑστῶτα. Act. 8, 31 καθίσαι σὺν αὐτῷ. (μετ' ἐμοῦ Apoc. 3, 21. 14, 1.) — Μένειν σύν τινι, permanere cum aliquo, apud aliquem, Luc. 1, 56. 24, 29. (seq. μετά Luc. 22, 28. 24, 29.) — Γίνεσθαι σύν τινι, cum aliquo esse, in eius societatem venire, Luc. 2, 13. (seq. μετά Act. 9, 19. 7, 38.) — Εἶναι σύν τινι, a) *comitari* aliquem, Luc. 7, 12. 8, 38. 22, 56. Act. 4, 13. 13, 7. — οἱ σύν τινι ὄντες, *comites*, socii, Marc. 2, 26. Luc. 5, 9. 9, 32. Act. 22, 9. 27, 2. — b) *versari* cum aliquo, Luc. 24, 44. Rom. 16, 15. Phil. 1, 23. Col. 2, 5. 1 Thess. 4, 17. — *a partibus alicuius stare*, Act. 14, 4. 19, 38 οἱ σὺν ἡμῖν, *nostri*. Luc. 24, 24. 33. Act. 5, 17. (In iisdem locutionibus legi etiam *μετά*, supra monitum est.)

2) de coniunctione eius, quod *aliquis habet*, *possidet*, *secum fert*; 1 Cor. 15, 10 ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί, i. q. ἡ δοθεῖσά μοι (Rom. 12, 3. 6.) cf. אִתִּי Iob. 12, 3. — 2 Cor. 8, 19 συνεπέμψαμεν τὸν ἀδελφὸν — σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ, qui perferat, vel qui secum habeat haec dona. (Ps. Sal. 7, 4 ἀποστείλῃς θάνατον σὺν ἐντολῇ αὐτῷ περὶ ἡμῶν. Ioseph. ant. 1, 13. 2 ἔφερον σὺν αὐτοῖς.)

3) de coniunctione, quae est inter *efficientem* et *effectum*, Latinor. *ex*, *per*, nostrum: *kraft*, *vermöge*, 1 Cor. 5, 4 σὺν τῇ δυνάμει, per potestatem mihi traditam. (Xenoph. cyrop. 1, 3. 17 σὺν τῷ νόμῳ τὴν ψῆφον τίθεσθαι.)

4) ut hebr. עִם, est: *ad*, *praeter*, (nostrum *bei* in locutione: *bei alle dem*), Luc. 24, 21 ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, at, praeter ista omnia, tertius iam dies etc. (hebr. עִם־זֹה bei alle dem, Neh. 5, 18 ubi LXX καὶ σὺν τούτοις. 3 Macc. 1, 22. coll. 2 Macc. 4, 9 ubi πρὸς δὲ τούτοις, praeterea. Ioseph. ant. 17, 6. 5 ἅπερ σὺν τῇ εἰς πάντ' ἀρετῇ καὶ πότιμά ἐστι, quae aquae praeter caeteras tot virtutes etiam potui commodae sunt.) — In compositionibus *σύν* indicat — 1) consortionem, communionem, societatem; — 2) consensionem; — 3) completionem, perfectionem, denotatque rem considerari totam, secundum omnes suas partes; 4) collectionem in unum corpus, nostrum *zusammen*.

Συνάγω, f. άξω, aor. 2. *συνήγαγον* (de quibus formis vid. ἄγω), particip. perf. pass. *συνηγμένος*, aor. 1. pass. *συνήχθην*, fut. 1. pass. *συναχθήσεται*, (ex *σύν* et *ἄγω*) — LXX plerumque pro אָסַף, קָבַץ et קִבֵּץ, passim etiam pro כָּנַס, הִקְהִיל. — 1) *congero* in unum locum quae dispersa sunt, *colligo*, *congrego*; Io. 11, 52 συναγαγεῖν εἰς ἓν τὰ διεσκορπισμένα, in unum corpus, unum coetum colligere. (Heraclit. c. 19 τοὺς σποράδην οἰκοῦντας εἰς ἓν συνάγειν.) — a) de *rebus*: *colligo*; — fruges, Matth. 3, 12. 6, 26. Luc. 12, 17. 18. Io. 4, 36. Ita etiam Matth. 12, 30. Luc. 11, 23. Matth. 25, 24. 26. (Exod. 23, 10. Lev. 25, 3. Deut. 16, 13.) — κλάσματα Io. 6, 12. 13. κλήματα Io. 15, 6. — bona sua Luc. 15, 13. (Gen. 6, 21. Num. 19, 9. Ies. 39, 6. Gen. 41, 35.) — de personis: *congero*, *capio*, *comprehendo*; Matth. 13, 47 σαγήνη συναγαγοῦσα pisces. Apoc. 13, 10 συναγ. αἰχμαλωσίαν. — *congrego*, *convocando congrego*, Matth. 2, 4 ἀρχιερεῖς. 22, 10. 27, 27. Io. 11, 47. Act. 14, 27. Act. 15, 30. Apoc. 16, 16. — εἰς πόλεμον Apoc. 16, 14. 20, 8. (1 Sam. 5, 11. Exod. 3, 16.) — Passivum *συνάγομαι*: *congregor*, *convenio*; Marc 6, 30 συνάγονται. 7, 1. — συνήχθη, συνήχθησαν, Matth. 13, 2. 22, 34. Marc. 2, 2. 4, 1. 5, 21. Luc. 22, 66. Io. 18, 2 πολλάκις συνήχθη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Matth. 28, 12. Act. 4, 5 ἐγένετο δὲ συναχθῆναι αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας, quum convenissent eorum proceres. Act. 11, 26. ib. 4, 26 sqq. etc. (Gen. 29, 7. 8. 34, 30. Deut. 33, 5. Ios. 10, 5. 6. Esth. 9, 18.) — Apoc. 19, 17 συνάχθητε (ita enim *Griesb.* pro συνάγεσθε) vid. Gen. 49, 1. Ies. 45, 20. — 1 Cor. 5, 4 συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, i. e. ubi congregati eritis, in solemni coetu, cui quanquam absens animo tamen interero. — Συναχθήσονται, congregabuntur, Matth. 24, 28. 25, 32. Luc. 17, 37. (Hos. 10, 10. Mich. 2, 12. Ies. 33, 4.) — Συνηγμένοι εἰσὶ s. ἦσαν, congregati sunt s. erant, Matth. 18, 20. 22, 41. 27, 17. Io. 20, 19. Act. 4, 31. 20, 7. 8. (Neh. 12, 44.) — 2) ex usu hebr. אָסַף seq. אֶל, *mecum duco*, *hospitio excipio*; Matth. 25, 35 ξένον συνάγω intell. εἰς τὴν οἰκίαν, proprie: advenam, quem inveni in via, mecum domum ago, i. e. *hospitio excipio*. ib. v. 38. 43. vid. Deut. 22, 2 συνάξεις αὐτὸν ἔνδον εἰς τὴν οἰκίαν σου. Ios. 2, 18. 2 Sam. 11, 27. Iud. 19, 15. 18. Gen. 29, 22.

Συναγωγή, ῆς, ἡ, (a *συνάγω*) — LXX pro עֵדָה et קָהָל — 1) collectio, coacervatio, actus congregandi, (Ps. Sal. 17, 48. 50.) — 2) multitudo, a) rerum collectarum, (λίθων Iob. 8, 17. 37, 25 ὑδάτων.) — b) hominum: multitudo congregata, (de populo Israelitico congregato, Exod. 12, 3. 19. 16, 3. Lev. 4, 13. 14. Sir. 24, 25. — de exercitu, Ezech. 32, 22. 23. 38, 4. 15.) — c) *coetus*; Iac. 2, 2 de coetu Christianorum. Apoc. 2, 9. 3, 9 συναγωγὴ τοῦ σατανᾶ, coetus impiorum, sceleratorum, quos Satanas gubernat. (Ps. 22, 17 συναγωγὴ πονηρευομένων. Sir. 16, 7 ἁμαρτωλῶν c. 21, 10.) — 3) apud nostros: *synagoga*, i. e

a) *coetus* Iudaeorum, qui in singulis urbibus conveniebant ad preces faciendas, legem audiendam et iudicia habenda, Luc. 8, 41. 12, 11. 21, 12. Act. 13, 43. coll. v. 14. Act. 9, 2 ἐπιστολὰς πρὸς τὰς συναγωγάς. c. 26, 11. (Susann. v. 41. 60.) — b) *locus, ubi coetus sese congregabat, synagoga*, Matth. 4, 23. 6, 2. 5. 9, 35. 10, 17. 12, 9. 13, 54. 23, 6. 34. Marc. 1, 21. 23. 29. 3, 1. 6, 2. 12, 39. 13, 9. Luc. 4, 15. 16. 20. 28. 33. 38. 44. 6, 6. 7, 5. 11, 43. 13, 10. 20, 46. Io. 6, 59. 18, 20. Act. 9, 20. 13, 14. 15, 21. 17, 17. 18, 4. 7. 19. 26. 19, 8. 22, 19. 24, 12. — συναγ. τῶν Ἰουδαίων, Act. 13, 5. [42.] 14, 1. 17, 1. 10. — τῶν Λιβερτινῶν, Act. 6, 9. (Commemorat synagogas Iosephus ant. 19, 6. 3. bell. 2, 14. 4 et 5. ibid. 7, 3. 3. Dicebantur συναγωγαί Iudaeis בֵּית הַכְּנֶסֶת, *domus congregationis*. Videntur autem ortae esse synagogae tempore Seleucidarum; tempore Maccabaeorum iam aderant. (Vid. Iost, Geschichte der Israëlit. P. 3. append. p. 152, et Hartmann, die Verbindung des alten u. neuen Test. p. 233 sq.) Quaevis fere urbs synagogam unam, et si maior erat, plures habebat. Hierosolymis earum CCCCLXXX fuisse, tradunt Rabbini, iidemque narrant, eas positas primum fuisse in campis et agris fluviorum ripae adiacentibus, post in altioribus locis urbium, populumque in iis convenisse primum sabbato quovis et festis diebus, post vero quinto quoque et secundo hebdomadum singularum die, non solum ad preces faciendas, sed etiam ad legem mosaicam audiendam, quae praelegebatur, et audientibus enarrabatur. Hac enarratione peracta benedictio dicebatur, cui accinebat populus τὸ ἀμήν (Neh. 8, 1—6), et coetus dissolvebatur. A proseuchis synagogas non fuisse diversas, contendit quidem Vitringa (de synagoga vetere, Franeck. 1696. 4), alii autem, ut Hartmannus l. l. p. 228 sq., id concedere noluerunt. *.

Συναγωνίζομαι, aor. 1. med. συνηγωνισάμην, (ex σύν et ἀγωνίζομαι), depon. med. una cum aliquo certo, eum in pugna adiuvo, (Thucyd. 3, 64. Aelian. V. H. 12, 43. Ioseph. ant. 5, 3. 3.) — Rom. 15, 30 συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς, una mecum preces, quibus luctor adversus persecutores, faciatis, preces meas intercedendo adiuvetis. De eadem re Ioseph. ant. 12, 2. 2 παρακαλῶν αὐτούς, συναγωνίσασθαι περὶ ὧν ἐντυγχάνειν μέλλω τῷ βασιλεῖ. Demosth. 576. 7 ed. *Reisk.* οὐδείς ἐστιν, ὅστις ἐμοὶ τῶν λεγόντων συναγωνίζεται. *.

Συναθλέω, ῶ, aor. 1. συνήθλησα, (ex σύν et ἀθλέω) *una certo, certamen adiuvo;* — de certamine pietatis, Phil. 1, 27 συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου, certantes invicem in pietate christiana. — *adiuvo, opitulor*, Phil. 4, 3 ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι. Vid. Συναγωνίζομαι.

Συναθροίζω, aor. 1. συνήθροισα, partic. perf. pass. συνηθροισμένος, (ex σύν et ἀθροίζω, congero, colligo) in acervum congero; de rebus, Ioseph. ant. 10, 4. 3. — de hominibus: *congrego;* LXX pro הִקְהִיל ,קָבַץ et קָבַץ. — Act. 19, 25. (Exod. 35, 1. 1 Sam. 28, 4. 2 Sam. 2, 30. Ioseph. bell. 4, 11. 4.) — Passivum: συναθροίζομαι, *congregor, convenio*, Luc. 24, 33. Act. 12, 12. (Num. 20, 2. Ios. 22, 12. Ioel. 3, 11. 1 Sam. 8, 4. 28, 1. Ioseph. bell. 5, 13. 1. contr. Apion. 1, 34.) *.

Συναίρω, aor. 1. συνῆρα, (ex σύν et αἴρω) 1) una cum alio tollo; deinde: opem fero, adiuvo, (Ioseph. 17, 4. 2.) — 2) *confero cum altero;* ita συναίρειν et συνᾶραι λόγον, conferre cum altero rationes, mit einem zusammenrechnen; Matth. 18, 23. 24. 25, 19. (Etymol. Magn. ξυνάρασθαι· συναρμόσασθαι, συγκαταθέσθαι.) *.

Συναιχμάλωτος, ου, ὁ, (ex σύν et αἰχμάλωτος) *una captivus, vinculorum socius;* Rom. 16, 7. Col. 4, 10. Philem. v. 23. *.

Συνακολουθέω, ῶ, aor. 1. συνηκολούθησα; (ex σύν et ἀκολουθέω) *una sequor, una comitor;* Marc. 5, 37. Luc. 23, 49. (2 Macc. 2, 4 αὐτῷ συνακολουθεῖν. Num. 32, 11 συνηκολούθησαν ὀπίσω μου.) *.

Συναλίζω, (ex σύν et ἁλίζω, colligo) congero, colligo in unum, (Ioseph. ant. 8, 4. 1 τὰ σκεύη πάντα συναλίσας.) congrego, convoco, (Xenoph. cyrop. 1, 4. 14.) — Passivum: συναλίζομαι, *congregor, convenio* in locum sive in loco; semel Act. 1, 4 συναλιζόμενος (αὐτοῖς) conveniens cum illis. (Xenoph. anab. 7, 3. 28. Herodot. 1, 28. Ioseph. bell. 3, 9. 4 ὡς μὴ πάλιν οἱ πειραταὶ συναλισθεῖεν εἰς αὐτήν intell. πόλιν.) *.

Συναλλάσσω, (ex σύν et ἀλλάσσω), commuto; confero aliquem cum aliquo, coniungo quae sibi sunt adversa; de hominibus: *concilio;* Act. 7, 26 ubi codices quidam pro συνήλασεν habent συνήλλασεν αὐτούς, quam lectionem *Griesb.* commendavit, *Lachmannus* recepit. Vid. Συνελαύνω.

Συναναβαίνω, aor. 2. συνανέβην, (ex σύν et ἀναβαίνω) simul cum alio adscendo; — de hominibus in locum editiorem iter facientibus: *una proficiscor;* Marc. 15, 41. Act. 13, 31. (vid. Ἀναβαίνω.) — LXX pro עָלָה, Gen. 50, 9. Exod. 24, 2. 33, 3. Num. 13, 32. 3 Esdr. 5, 3. *.

Συνανάκειμαι, imperf. συνανεκείμην, (ex σύν et ἀνάκειμαι) depon. med. *una accumbo, una epulor;* seq. dativo, Matth. 9, 10. 14, 9. Marc. 2, 15. 6, 22. 26. Luc. 7, 49. 14, 10. 15. (3 Macc. 5, 39.) *.

Συναναμίγνυμι, (ex σύν et ἀναμίγνυμι, permisceo) simul admisceo; Passivum: συναναμίγνυμαι, metaph. *admisceor, familiariter aliquo utor, conversor, commercium habeo*, seq. dativo personae, 1 Cor. 5, 9. 11. 2 Thess. 3, 14. (Hos. 7, 8 Ἐφραὶμ ἐν τοῖς λαοῖς αὐτοῦ συνανεμίγνυτο, hebr. יִתְבּוֹלָל. συνανάμιξις, consociatio, Dan. 11, 23. — Demosth. 885. 8 ed. *Reisk.* συμμῖξαι πονηροῖς ἀνθρώποις.) *.

Συναναπαύω, aor. 1. med. συνανεπαυσάμην, (ex σύν et ἀναπαύω) una quiesco; medium συναναπαύομαί τινι, ad animum si refertur, est: *una me recreo cum aliquo;* semel Rom. 15, 32 ἵνα συναναπαύσωμαι ὑμῖν, ut una vobiscum recreer. Vid. Ἀναπαύω.

Συναντάω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. συνήντησα, (ex σύν et ἀντάω, occurro) 1) *obviam eo alicui, occurro, obviam fio*, seq. dativo, Luc. 9, 37. 22, 10. Act. 10, 25. Hebr. 7, 1. 10. (LXX pro פָּגַע, Gen. 32, 1. Exod. 23, 4. פָּגַשׁ Gen. 32, 17. 2 Sam. 2, 13. קָרָה Num. 23, 16 coll. Exod. 7, 15. Prov. 7, 10.) — 2) *evenio, accido*, ut nostrum *begegnen*, Act. 20, 22 τὰ συναντήσοντά μοι, quae contingent mihi. (Iob. 30, 26. 27, 20. Prov. 17, 20. Eccles. 2, 14 συνάντημα ἐν συναντήσεται τοῖς πᾶσιν αὐτοῖς. ib. 9, 11.) *.

Συνάντησις, εως, ἡ, (a συναντάω) *occursus, obviam fieri;* Matth. 8, 34 ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ, obviam Iesu. Praeterea Io. 12, 13 in bonis codd. συνάντησιν pro ὑπάντησιν. (Protev. Iacob. p. 210 ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῶν. LXX saepius pro לִקְרַאת, ut Gen. 14, 17. 32, 6. Exod. 4, 27. 18, 7.) *.

Συναντιλαμβάνομαι, aor. 2. med. συναντελαβόμην, verbum med. (ex σύν et ἀντιλαμβάνω) una cum alio manum admoveo operi; — *adiuvo* alium in opere, *opem et fero;* bis: Luc. 10, 40 ἵνα μοι συναντιλάβηται. Rom. 8, 26 συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, succurrit animi nostri infirmitati. (LXX Ps. 89, 21. Exod. 18, 22. Num. 11, 17. Ioseph. ant. 4, 8. 4.) *.

Συναπάγω, aor. 1. pass. συναπήχθην, (ex σύν et ἀπάγω) una abduco, (LXX pro לָקַח, Exod. 14, 6.) Passiv. Συναπάγομαι, una abducor; tropice: *abripior ab aliis, ich werde hingerissen*, seq. dativo rei, ad quam abducor; in malam partem, Gal. 2, 13 ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, ut adeo Barnabas abduceretur ad eorum hypocrisin. 2 Petr. 3, 17 τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ne abrepti ad ἀθέσμων errorem. — Medium: συναπάγομαί τινι, abduco me ut sim σύν τινι, tropice: me facio consortem alicuius, eius sortem, conditionem (viliorem) subeo; sic semel Rom. 12, 16 τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι, ad humilium sortem descendentes. (Alii ταπεινοῖς pro neutro habent et vertunt: ad humilia perferenda una cum aliis abduci vos patiamini.) *.

Συναποθνήσκω, aor. 2. συναπέθανον, (ex σύν et ἀποθνήσκω) *una morior, una mortem patior;* Marc. 14, 31. 2 Cor. 7, 3. 2 Tim. 2, 11 εἰ γὰρ συναπεθάνομεν (τῷ Χριστῷ), si mortem pati parati fuimus pariter ut Christus. (Sir. 19, 10 ἀκήκοας λόγον· συναποθανέτω σοι.) *.

Συναπόλλυμι, aor. 2. med. συναπωλόμην, (ex σύν et ἀπόλλυμι, una perdo, (Gen. 18, 23. Ps. 26, 9.) — Medium: συναπόλλυμαι *una pereo, una interficior*, Hebr. 11, 31. (Num. 16, 26. Gen. 19, 15. Sap. 10, 3.) *.

Συναποστέλλω, aor. 1. συναπέστειλα, (ex σύν et ἀποστέλλω) *una mitto;* 2 Cor. 12, 18. (LXX pro שָׁלַח Exod. 33, 2. 22. 3 Esdr. 5, 2.) *.

Συναρμολογέω, ῶ, (ex σύν et ἁρμολογέω, quod est

ex ἁρμός iunctura, et λέγω, arcte iungo, iuncturis necto) *arte invicem necto s. compingo.* Ita bis: de partibus aedificii, Eph. 2, 21. — de partibus s. membris corporis, ib. 4, 16. (Legiturne apud profanos?) *.

Συναρπάζω, aor. 1. συνήρπασα, perf. συνήρπακα, aor. 1. pass. συνηρπάσθην, (ex σύν et ἁρπάζω) *corripio;* i. e. corripio et aufero s. *abripio;* de daemone hominem abripiente in loca deserta, Luc. 8, 29. — de instanti turba aliquem vi rapiente ad iudicem vel necem, Act. 6, 12. 19, 29. — de procella navem undique corripiente et abripiente, Act. 27, 15. (In V. T. Prov. 6, 25. 2 Macc. 3, 27. 4, 11. — Philo de praem. et poen. p. 921 E. τῷ συναρπαχθέντι ὑπὸ χειμάῤῥου. Idem lib. 1. de vit. Mos. p. 621 E. ὑπὸ τοῦ πάθους ὅλοι συναρπασμένοι.) **

Συναυλίζομαι, (ex σύν et αὐλίζομαι, deversor, pernocto) *una commoror;* Act. 1, 4 codd. συναυλιζόμενος ex errore calami pro συναλιζόμενος. (Prov. 22, 24.) *.

Συναυξάνω, (ex σύν et αὐξάνω) simul incrementa do, 2 Macc. 4, 4. et intransitive: una cresco, (2 Macc. 4, 4. 4 Macc. 13, 26); Passiv. συναυξάνομαι, *simul cresco;* Matth. 13, 30. (Herodian 1, 12. 8. συναυξηθεὶς τε τῷ Κομμόδῳ. Demosth. p. 107. 27 ed. *Reisk.*). *.

Σύνδεσμος, ου, ὁ, (a συνδέω) 1) *vinculum, copula, compages;* de vinculis membrorum corporis humani, Col. 2, 19. (LXX pro חַרְצֻבּוֹת Ies. 58, 6. קִטְרִין Dan. 5, 6. 13.) — tropice: vinculum pacis s. concordiae, i. e. quod animos diversorum coniungit, et concordiam servat; Eph. 4, 3 ἑνότης τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης. — (de coniunctione coniuratorum, pro קֶשֶׁר, LXX 2 Reg. 11, 15. 12, 20. Ier. 11, 9.) — 2) id quod vinculis nexum et collectum est, *fasciculus,* propr. Herod. 4, 12. 11. — tropice: *complexio s. complexus, summa, ein Inbegriff;* Act. 8, 23 εἰς χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα, complexionem impietatis i. e. hominem improbissimum. Col. 3, 14 ἀγάπη ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος, quae est summa perfectionis christianae. Vid. loca similia 1 Tim. 1, 5. Rom. 13, 10. Matth. 22, 40. *.

Συνδέω, particip. perf. pass. συνδεδεμένος, (ex σύν et δέω) 1) ligo in unum, colligo, connecto; (Ezech. 3, 26. Iud. 15, 4. Exod. 14, 25. 1 Sam. 18, 1. — comparandi sensu, Sir. 35, 4 σύνδησον παιδείαν.) — 2) συνδεδεμένος, *una vinctus, vinculorum socius;* Hebr. 13, 3 ὡς συνδεδεμένοι, quasi sitis vinculorum eorum socii; vel: quibus, ut illis, vincula quotidie timenda. (Ioseph. ant. 2, 5. 3 συνδεδεμένος τῷ οἰνοχόῳ.) *.

Συνδοξάζω, aor. 1. pass. συνεδοξάσθην, (ex σύν et δοξάζω quod. vid.) *una glorifico, pariter beatum reddo;* Rom. 8, 17. *.

Σύνδουλος, ου, ὁ, (ex σύν et δοῦλος) 1) *conservus,* qui una cum alio eidem servit domino; Matth. 28, 28. 29. 31. 33. 24, 49. (Lucian. asin. cap. 42. Eurip. Med. 65. Improbarunt hanc vocem Grammatici; Moeris Attic. ὁμόδουλος· ἀττικῶς. σύνδουλος· ἑλληνικῶς. Eod. modo Thom. Mag. vid. συμμαθητής.) — 2) *ministrans cum aliis eidem domino, collega, socius,* muneris et laborum, Col. 1, 7. 4, 7. — martyrii ob Christum dominum communem, Apoc. 6, 11. — officia praestans eidem domino; Apoc. 19, 10. 22, 9 σύνδουλός σου εἰμί, tecum ministerio fungor in regno Christi, minister sum pariter ac tu. (de regis ministris LXX pro chald. כְּנָוָן Esdr. 4, 7. 9. 17. 23. 5, 3. 6. 6, 6. 13.) **.

Συνδρομή, ῆς, ἡ, (ex σύν et δρέμω s. τρέχω) *concursio;* Act. 21, 30. (Iudith. 10, 19. 3 Macc. 3, 8. Antonin. 1, 17.) *.

Συνεγείρω, aor. 1. act. συνήγειρα, aor. 1 pass. συνηγέρθην, (ex σύν et ἐγείρω) simul surgere facio, simul erigo, (4 Macc. 2, 14 τὰ πεπτωκότα συνεγείρων.) — passiv. una surgo de sedibus, Ies. 14, 9. — *una cum alio in vitam revoco;* Eph. 2, 6 καὶ συνήγειρε, resurrectionis futurae in vitam pariter ac Iesum nos fecit participes. Col. 2, 12 ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε, per quem (Iesum) etiam spem resurgendi cum ipso habetis. ib. 3, 1 συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, spem resurgendi ad vitam coelestem cum Christo. cf. v. 3. Utitur Paulus hic aoristis de re futura, quia quanquam futura, tamen per Christi mortem et resurrectionem eam inchoatam iam et effectam cogitat. Vid. etiam Συζάω, Συγκαθίζω. *.

Συνέδριον, ίου, τό, (ex σύν et ἕδρα, sedes, sella) propr. si originem spectas est: sedere una in sellis; 1) *consessus, conventus,* i. e. coetus hominum, qui convenerunt vel deliberatum vel iudicatum; de quovis conventu hominum, Prov. 22, 10. Ier. 15, 7. Ps. 26, 4. 2 Macc. 14, 5. 4 Macc. 17, 17. Ioseph. ant. 17, 3. 1 συνέδριον ποιεῖται τῶν φίλων. Ioseph. vit. §. 46. Id. bell. 6, 4. 3 de ducibus consultandi causa convocatis. — Ita Io. 11, 47 συνήγαγον οὖν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέδριον, convocarunt suos ad consultandum. (Alii hic synedrium magnum intelligunt; at, quum absit articulus τό, videtur fuisse conventus privatus quorundam, qui, quid agendum, consultaturi erant.) — 2) *consessus iudicum, synedrium* apud Iudaeos, et quidem a) *iudicium minus,* quod quaeque urbs Iudaeorum habebat ad disceptandas causas minores, Matth. 10, 17. Marc. 13, 9. vid. Κρίσις no. 5. — b) *synedrium Hierosolymitanum magnum,* a Iudaeis סַנְהֶדְרִין, et סַנְהֶדְרִין גְּדוֹלָה appellatum, de cuius origine vid Exod. 18, 17—26. Num. 11, 16 sqq. i. e. iudicium supremum quum ecclesiasticum tum politicum, causas graviores et maiores quasque cognoscens. Assessores eius, septuaginta numero, (non septuaginta et duo, vid. Hartmann: die enge Verbindung des alt. und neu. Testam. p. 182) erant ἀρχιερεῖς, πρεσβύτεροι et γραμματεῖς, quibus praesidebat pontifex maximus (הַנָּשִׂיא *princeps,* et רֹאשׁ הַיְשִׁיבָה *caput synedrii,* dictus) vel eius vicarius (אַב בֵּית דִּין *pater domus iudicii* appellatus). Legitur de consessu assessorum synedrii, Math. 5, 22. 26, 59. Marc. 14, 55. 15, 1. Act. 5, 21. 27. 34. 22, 30. 23, 1. 6. 15. 20. 28. 24, 20. (Vid. etiam Ἀρχιερεύς, Πρεσβύτερος, Γραμματεύς.) — et de consessu simulque loco synedrii, Luc. 22, 66. Act. 4, 15. 5, 41. 6, 12. 15. (Iosephus synedrium dicit: οἱ ἄρχοντες Ἱεροσολυμιτῶν, ant. 20, 1. 2. etiam τὸ συνέδριον τῶν Ἱεροσολυμιτῶν de vit. §. 12. τὸ συνέδριον, ant. 14, 9. 4. Herodian. 2, 3. 7, 10.) **

Συνεῖδον, aor. 2. a praesenti inusitato συνείδω, (vid. εἴδω), partic. συνιδών, perf. 2. σύνοιδα, particip. συνειδώς, (ex σύν et εἶδον) propr. aliquid ex omni parte conspicere; de animo: bene intelligo; particip. συνιδών, *bene videns, bene gnarus,* Act. 12, 12 συνιδών, bene iam intelligens quid ei accidisset, ubinam esset. ib. 14, 6. (1 Macc. 4, 21. 2 Macc. 4, 41. 14, 26. 30. 15, 21. Ioseph. vit. §. 24. ant. 7, 9. 6.) — perf. 2. praesentis notionem induens, σύνοιδα, *conscius sum* alicuius rei; Act. 5, 2 συνειδυίας τῆς γυναικός, conscia uxore. 1 Cor. 4, 4 οὐδὲν γὰρ (κακὸν) ἐμαυτῷ σύνοιδα, nullius mali mihi sum conscius. (Iob. 27, 6 οὐ σύνοιδα ἐμαυτῷ ἄτοπα πράξας. Ioseph. ant. 3, 9. 3. Herod. 7, 1. 3 δυσμένειαν ἑαυτῷ συνειδώς. Demosth. 1471. 4 ed. *Reisk.* τὸ μηδὲν ἐμαυτῷ συνειδέναι πεῖραν μοι δέδωκεν.) *.

Συνείδησις, εως, ἡ, (a συνειδέναι) 1) *conscientia;* proprie cuiusvis rei, (Eccles. 10, 20.?); in specie: *conscientia boni malive* i. e. iudicium de ratione morum nostrorum ex sensu interno honesti et inhonesti, *Gewissen;* Rom. 2, 15. 1 Cor. 8, 7. 1 Tim. 4, 2. Tit. 1, 15. Hebr. 9, 14. — ἀγαθή, conscientia recti, Act. 23, 1. 1 Tim. 1, 5. 19. 1 Petr. 3, 16. καλή, Hebr. 13, 18. καθαρά, 2 Tim. 1, 3. ἀπρόσκοπος, Act. 24, 16. — Absolute dicitur quum de conscientia recti, Rom. 9, 1. 2 Cor. 1, 12. tum de conscientia pravi, Io. 8, 9 ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι. Hebr. 9, 9 κατὰ συνείδησιν, quatenus pravorum sibi conscius est. c. 10, 2. 22. (Test. XII patr. p. 527 ἡ συνείδησίς μου συνέχει με περὶ τῆς ἁμαρτίας. Sap. 17, 11 ἡ πονηρία — συνεχομένη τῇ συνειδήσει.) — 2) *animus ipse vel honesti vel inhonesti sibi conscius;* 1 Cor. 8, 10. 12. 1 Tim. 3, 9. 1 Petr. 3, 21. — διὰ τὴν συνείδησιν 1 Cor. 10, 25. 27. 28. nimirum alterius, ut appareat e v. 29, i. e. quia aliter licitum habet, neque igitur, si ex eius opinione agimus, offenditur. — 3) *iudicium conscientiae,* 2 Cor. 4, 2. 5, 11. — *religio,* Rom. 13, 5 διὰ συνείδησιν, ob religionem. 1 Cor. 8, 7 τινὲς τῇ συνειδ. — — μολύνεται, i. e. sunt, qui adhuc religioni idolorum (i. e. opionine, idola esse quaedam numina, v. 4. 5.) inhaerentes comedant carnes tanquam idolis sacras et hoc modo conscientiam suam inquinent (putent, se male egisse, et sese idololatria inquinasse). 1 Petr. 2, 19 διὰ συνείδησιν τοῦ θεοῦ, religione Dei. **.

Σύνειμι, (ex σύν et εἰμί, sum) *sum cum aliquo, comitor* eum; Luc. 9, 18. Act. 22, 11. (Ier. 3, 20. 3 Esdr. 6, 2. 2 Macc. 9, 4. Ioseph. ant. 3, 5. 1 σύνειμι τῷ θεῷ, cum Deo conversor.) *.

Σύνειμι, (ex σύν et εἶμι, eo) *congregor, convenio;*

partic. aor. 2. *συνιών* Luc. 8, 4. (Xenoph. cyrop. 5, 4. 19. Hom. Iliad. 4, 466.) *.

Συνεισέρχομαι, aor. 2. *συνεισῆλθον*, depon. med. (ex *σύν* et *εἰσέρχομαι*) *una ingredior*; Io. 6, 22. 18, 15. (LXX pro בּוֹא seq. עִם Esth. 2, 13. Iob. 22, 4. Test. XII patr. p. 522 *μεθ' ἧς συνεισέρχεται ἡ ἁμαρτία*. Act. Thom. §. 12. Philo de alleg. II, p. 84 B.) *.

Συνέκδημος, ον, (ex *σύν* et *ἔκδημος*, qui abest a populo suo, peregrinus) una cum altero absens a populo suo, *una peregrinans, comes, socius*; bis: Act. 19, 29. 2 Cor. 8, 19. Ioseph. vit. §. 14 „Galilaeorum proceres (quos quasi obsides secum ducebat) *φίλους τε καὶ συνεκδήμους ἐποιησάμην*."

Συνεκλεκτός, ή, όν, (ex *σύν* et *ἐκλεκτός*) una electus; — *una electus ad salutem per Christum; salutis socius*; ἅπαξ λεγόμενον N. T. 1 Petr. 5, 13 *ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή* (ἐκκλησία.)

Συνελαύνω, aor. 1. *συνήλασα*, (ex *σύν* et *ἐλαύνω* quod vid.) *compello, cogo*, de pugnantibus. 2 Macc. 4, 26 *φυγὰς εἰς τὴν Ἀμμανῖτιν χώραν συνήλαστο*. ib. v. 42 *πάντας εἰς φυγὴν συνήλασαν*. c. 5, 5. Ioseph. bell. 4, 9. 11 *συνελαύνουσι τοὺς λοιποὺς εἰς τὴν αὐλήν*. ib. lib. 2, 19. 3. 3, 2. 3. — de suadentibus: *impello, adigo*; ita semel Act. 7, 26 *συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην*. (codd. mendose *συνήλλασεν*, quod debetur diverso scribendi generi.)

Συνεπιμαρτυρέω, ῶ, (ex *σύν* et *ἐπιμαρτυρέω*) *una testimonio affirmo*, s. *confirmo*; Hebr. 2, 4. (Sext. Empir. adv. log. 2, 324 *συνεπιμαρτυροῦσαν τῷ λόγῳ*. Polyb. 26, 9. 4. Substant. *συνεπιμαρτύρησις*, Antonin. 1, 10.) *.

Συνεπιτίθημι, aor. 2. med. *συνεπεθέμην*, (ex *σύν* et *ἐπιτίθημι*) 1) simul impono, (Num. 12, 11.) — 2) medium: *simul aggredior, una infesto* aliquem; semel Act. 24, 9 *συνεπέθεντο* (ita enim *Griesb.* et *Lachm.* pro *συνέθεντο*) intell. *αὐτῷ*, simul infestabant Paulum. (LXX Deut. 32, 27. Zach. 1, 15. Num. 12, 3. Obad. v. 13. Xenoph. cyrop. 4, 2. 2. Vid. etiam Ἐπιτίθημι.)

Συνέπομαι, imperf. *συνειπόμην* (ex *σύν* et *ἕπομαι*, sequor) *una sequor, comitor*; seq. dativ. Act. 20, 4. Phavor. *συνείπετο· ἠκολούθει*. (2 Macc. 15, 2. Test. XII patr. p. 592 *ἄγγελος δυνάμεως συνέπεταί μοι ἐν πᾶσι*. 3 Macc. 5, 48. 6, 21. Thucyd. 1, 60.) *.

Συνεργέω, ῶ, (a *συνεργός*) *una cum alio operor, laboris* s. *operis socius sum*, seq. dativo obiecti, cum quo ago; 1 Cor. 16, 16. 2 Cor. 6, 1 *συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν*, una cum Deo s. Christo operans in vestram salutem adhortor. 3 Esdr. 7, 2. — *adiuvo*, Marc. 16, 20. Iac. 2, 22 *ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ*, fiducia in Deum adiuvit eius obedientiam in factis conspicuam. (Test. XII patr. p. 679 *τὸ γὰρ μῖσος συνεργεῖ τῷ φθόνῳ*. Ib. p. 524.) — *prospere succedere facio*, Rom. 8, 28 *τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν*, Deum amantibus omnia conferunt in utilitatem, sive Deum amantibus omnia cedunt in utilitatem. (1 Macc. 12, 1 *ὁ καιρὸς αὐτῷ συνεργεῖ*. XII patr. p. 624 *ὁ θεὸς συνεργεῖ τῇ ἁπλότητί μου*, omnia prospere succedere iubet sinceritati meae. — Ioseph. bell. 6, 1. 5 *ὑπὸ τοῦ θεοῦ συνεργουμένους*, a Deo adiuti.) *.

Συνεργός, όν, (ex *σύν* et stirpe *ἔργω*) *socius operis; opus una cum alio tractans et eum adiuvans*; — (2 Macc. 8, 7. 14, 5. Ioseph. ant. 7, 14. 4.) — in N. T. de iis, qui rem christianam una cum aliis promovent, socii muneris apostolici, et sequitur a) genitivus personae, hominis, cum quo aliquis laborat, quem adiuvat in opere suo; ita doctores christiani dicuntur *συνεργοὶ τοῦ θεοῦ*, 1 Cor. 3, 9. 1 Thess. 3, 2 *συνεργοὶ τοῦ θεοῦ* [text. vulg. *ἡμῶν*] *ἐν τῷ εὐαγγελίῳ*, in propagando evangelio. — *συνεργοὶ* Apostoli, Rom. 16, 3. 9. 21. Phil. 2, 25. 4, 3. Philem. v. 1. 24. — 2 Cor. 1, 24 *συνεργὸς τῆς χαρᾶς ὑμῶν*, adiuvans una cum aliis vestram felicitatem. — b) seq. dativo: 3 Io. v. 8 *συνεργοὶ τῇ ἀληθείᾳ*, socii in tradenda divina veritate. — c) seq. *εἰς*; 2 Cor. 8, 23 *εἰς ὑμᾶς συνεργός*, socius muneris mei in vestrum commodum. Col. 4, 11 *συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, qui una nobiscum laborant in regno Dei promovendo. **

Συνέρχομαι, impf. *συνηρχόμην*, aor. 2. *συνῆλθον*, partic. perf. *συνεληλυθώς*, plusquampf. *συνεληλύθειν* (Act. 19, 32.) depon. med. (ex *σύν* et *ἔρχομαι*) 1) una advenio, vel in unum locum cum aliis venio; *congregor, convenio*, Marc. 3, 20. Luc. 5, 15. Io. 18, 20. Act. 1, 6. 2, 6. 10, 27. 16, 13. 19, 32. 21, 22. 22, 30. 25, 17. 28, 17. 1 Cor. 11, 18. 20. 33. 14, 23. 26. [Marc. 6, 33 ubi *Griesb.* *ἦλθον ἐκεῖ*] (Ezech. 33, 30. Ier. 3, 18. Ios. 9, 2 *συνήλθοσαν ἐπὶ τὸ αὐτό*.) — seq. *εἰς*, quod nunc *locum* conventus indicat, ut Act. 5. 16 *συνήρχετο τὸ πλῆθος εἰς Ἱερουσαλήμ*. (Zach. 8, 21. 2 Chron. 30, 13.) — nunc finem et eventum eius, ut 1 Cor. 11, 17 *εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε*, convenitis (in ecclesia, vid. v. 18.) vobis non in commodum sed in damnum. 1 Cor. 11, 34 *ἵνα μὴ εἰς κρίμα συνέρχησθε*, ne conventus vestri vobis cedant in culpam et poenam. — semel vi praepositionis *σύν* sequitur dativus Marc. 14, 53 *συνέρχονται αὐτῷ πάντες*, apud eum, in eius domicilio se congregant, ad eum (*πρός* Exod. 32, 25.) veniunt omnes. (Ita Ioseph. ant. 19, 3. 1 *συνέρχεσθαί τινι*, accidere alicui. Id. ant. 19, 2. 5 *τῇ ἀρχῇ συνῆλθε*, ad imperium pervenit. Ibid. 19, 1. 16 *σφίσιν ἀγαθὸν συνελθεῖν*.) — 2) *una cum aliquo eo, venio, proficiscor, comitor aliquem*, sequente dativo personae, Luc. 23, 55 *γυναῖκες συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας*. Io. 11, 33. coll. v. 31. Act. 1, 21 *τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν* — *ἕνα*, unum eorum qui nos comitati sunt. c. 9, 39. 10, 23. 45. 11, 12. 15, 38 *μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον*, qui non profectus fuerat cum iis ad opus (tradendae doctrinae) faciendum. (Iob. 22, 4.) — *σύν τινι*, Act. 21, 16 *συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν* (genitivus partis pro *τινὲς τῶν μαθητῶν*) *σὺν ἡμῖν*. — 3) *congredior, concumbo, coëo*, Matth. 1, 18 *πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς*, antequam concubitu iungebantur. [1 Cor. 7, 5 *ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε*, pro quo *Griesb.* *ἦτε*.] (ita seq. dativo; de viris cum femina coëuntibus; Ioseph. ant. 7, 9. 5 *συνελθεῖν ταῖς παλλάκαις*. ib. 7, 7. 1. Test. XII patr. p. 600 *συνῆλθε αὐτῇ*. ib. p. 701. Philo de char. p. 706. et de special. legg. p. 780. Xenoph. mem. 2, 2. 4. — etiam de femina cum viro congrediente; Ioseph. ant. 7, 8. 1 *λαβόμενος τῆς κόρης συνελθεῖν αὐτῷ πείθειν ἐπειρᾶτο*. Apollod. bibl. 1, 3. 3 *συνελθοῦσα δὲ ἐγέννησε ἐξ αὐτοῦ παῖδα*.) *.

Συνεσθίω, imperf. *συνήσθιον*, aor. 2. *συνέφαγον*, (ex *σύν* et *ἐσθίω*) una cum aliquo edo, *comedo*, (Gen. 43, 32.) — comedo cum aliquo, i. e. familiariter eo utor, Luc. 15, 2. 1 Cor. 5, 11. Gal. 2, 12. (Ps. 101, 5.) — *convivor* cum aliquo; *συνέφαγον*, Act. 11, 3. 10, 41. (Exod. 18, 2. 2 Sam. 12, 17.) — De locutione: bibere et edere cum aliquo vid. Ἐσθίω. *.

Σύνεσις, εως, ἡ, (a *συνίημι*) 1) commissio, coniunctio, i. q. *σύμβλησις*, Hom. Odyss. 10, 515. — 2) applicatio animi ad aliquid; — *intelligentia, scientia, cognitio subtilior, eruditio*. — LXX saepissime pro בִּינָה, דַּעַת, תְּבוּנָה, שֵׂכֶל et similia. — Luc. 2, 47. 1 Cor. 1, 19. Eph. 3, 4 *ἡ σύνεσίς μου ἐν τῷ μυστηρίῳ*. Col. 1, 9 *πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐν πάσῃ συνέσει πνευματικῇ*, ut impleti sitis cognitione voluntatis Dei (de accusativo *τὴν ἐπίγνωσιν* vid. *Win.* Gramm. §. 32. no. 4 et 5) secundum intelligentiam sive scientiam, quam spiritus s. in vobis efficit. Col. 2, 2 vid. *πληροφορία*. 2 Tim. 2, 7. (Deut. 4, 6. Ies. 29, 14. 1 Chron. 22, 12. 2 Chron. 1, 10 *εἰδὼς σύνεσιν* doctus, 2 Chron. 2, 13. Dan. 2, 21. Ies. 56, 11. coll. Sir. 24, 6.) — 3) *mens ipsa*, quatenus intelligit et cognoscendo decernit, i. q. *νοῦς*, Marc. 12, 33 *ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως*, tota mente. (Sap. 4, 11 *μὴ κακία ἀλλάξῃ τὴν σύνεσιν αὐτοῦ*. Sir. 47, 23. Test. XII patr. p. 538 *τὸ πνεῦμα τοῦ φθόνου οὐκ ἐᾷ τὴν σύνεσιν ἐν ἀνθρώποις ἐνεργεῖν*.) *.

Συνετός, ή, όν, (a *συνίημι*) *intelligens, doctus, prudens*; Matth. 11, 25. Luc. 10, 21. Act. 13, 7. 1 Cor. 1, 19. — LXX חָכָם Gen. 41, 33. Ier. 9, 11. נָבוֹן Prov. 17, 25. 28, 7. — *συνετώτατος* Ioseph. c. Apion. 2, 16. *.

Συνευδοκέω, ῶ, (ex *σύν* et *εὐδοκέω* quod. vid.) seq dativo rei, 1) *una delector, una cum aliis placet mihi*. Act. 8, 1. 22, 20. Rom. 1, 32. (1 Macc. 1, 57 *εἴ τις συνευδόκει τῷ νόμῳ*.) — Luc. 11, 48 *συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν*, delectamini facinoribus maiorum vestrorum; i. e. egregie congruit vestra agendi ratio cum facinoribus maiorum. — 2) *libenter volo id, quod alter vult*, (2 Macc. 11, 24. 35.) — *convenio de aliqua re*, 1 Cor. 7, 12. 13 *συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς*, si ipse libenter vult cum ea vivere. *.

Συνευωχέω, ῶ, (ex *σύν* et *εὐωχέω*, convivio excipio) una convivio excipio aliquem; medium: *cum aliis convivor, zusammenschmausen*; de luxuriose convivantibus 2 Petr. 2, 13. Iud. v. 12. (Lucian. ver. hist. lib. 2. p. 673 *καὶ αὐτὸς δὲ πάρεστι καὶ συνευωχεῖται αὐτοῖς*. Ioseph. ant. 4, 8. 7.) *.

Συνεφίστημι, aor. 2. συνεπέστην, (ex σύν et ἐφίστημι quod vid.) una, vel simul admoveo; medium, cuius significationem etiam aor. 2. sequitur: *una irruo in aliquem, una insurgo;* Act. 16, 22 συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν. (Num. 16, 3 ubi quaedam editiones συνεπέστησαν [text. vatic. συνέστησαν] ἐπὶ Μωϋσῆν.)

Συνέχω, f. ἕξω, aor. 2. συνέσχον, imperf. pass. συνειχόμην, (ex σύν et ἔχω) 1) contineo, zusammenhalten, Exod. 26, 3. Ier. 2, 13 λάκκοι, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. Hom. Iliad. 4, 133. coll. Sap. 1, 7. — 2) *comprimo;* Act. 7, 57 συνέχ. τὰ ὦτα αὐτῶν, aures manu comprimere, ne audias; aures obturare. (LXX pro עָצַר *claudo*, τὸν οὐρανόν ne pluat, Deut. 11, 17. 1 Reg. 8, 35 pro קָפַץ. Ies. 52, 15 τὸ στόμα. Prov. 30, 16 συνοχὴ μήτρας.) — *premo ab omni parte,* Luc. 8, 45 οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε. Luc. 19, 43. (1 Sam. 23, 8. 2 Macc. 9, 2. — Ut Latinor. *premo* i. q. *urgeo*, Ioseph. ant. 11, 4. 2 συνείχετο ἡ τοῦ ναοῦ κατασκευή. coll. Act. 18, 5 si legitur πνεύματι pro λόγῳ.) — 3) *firmiter teneo*, i. q. κρατέω, Luc. 22, 63 οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν. — tropice, ut Latinor. *teneo: constringo, totum teneo in potestate mea,* 2 Cor. 5, 14 ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, teneor totus amore Christi. — συνέχεσθαι *constringi* νόσοις Matth. 4, 24. Luc. 4, 38. Act. 28, 8. (Diod. Sic. 5, 63. Polyb. 3, 62. 4.) — Passivum: συνέχομαι, constringor, *totus teneor*, de animo curis, metu constricto; Luc. 8, 37 φόβῳ. (Iob. 3, 24. 31, 23.) et συνέχομαι simpliciter, Luc. 12, 50 πῶς συνέχομαι, quam vehementer *angor*. Phil. 1, 23 συνέχομαι ἐκ τῶν δύο, ab utroque animus valde turbatur s. premitur. (Ioseph. ant. 5, 11. 3 συνέχει γὰρ ἱκανῶς τὰ παρὰ τὴν προσδοκίαν συντυχόντα δεινά.) — *totus occupor* in aliqua re, seq. dativ. Act. 18, 5 συνείχετο τῷ λόγῳ [text. vulg. τῷ πνεύματι, ubi est: urgebatur] totus occupabatur in doctrina tradenda. (Sap. 17, 12 συνείχετο ἔργοις. Test. XII patr. p. 610 συνέχει ἑαυτὸν ἐν μόχθοις καὶ πόνοις.) *.

Συνήδομαι, (ex σύν et ἥδομαι, oblecto) depon. pass. *una delector, una laetor*. (Xenoph. anab. 7, 7. 24. — congratulor, Ioseph. ant. 8, 14. 4 de bell. 4, 11. 5 „venerunt πρέσβεις συνηδόμενοι.) — συνήδομαι sequente dativo rei: *delector apud animum meum* aliqua re; Rom. 7, 22 συνήδομαι τῷ νόμῳ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. *.

Συνήθεια, ας, ἡ, (a συνηθής, una sedens, habitans; usitatus; similis moribus et vitae genere, ex σύν et ἦθος) 1) sedere una uno in loco, (Aelian. hist. an. 16, 36.) — consuetudo, familiaritas, 4 Marc. 13, 21 „fratres amore αὔξοντες διὰ τῆς συντροφίας καὶ τῆς καθ' ἡμέραν συνηθείας. — 2) *mos, consuetudo;* Io. 18, 39. 1 Cor. 11, 16. (et 1 Cor. 8, 7 in codd. pro συνειδήσεις.) Ioseph. c. Apion. 1, 35. ant. 10, 4. 5 ἡ πάτριος συνήθεια. Demosth. 342, 10 ed. *Reisk*. *.

Συνηλικιώτης, ου, ὁ, (ex σύν et ἡλικία) i. q. συνῆλιξ (Plutarch. T. III. p. 344 ed. *Reisk.*), συνήλικος (Dan. 1, 10.) *homo eiusdem aetatis, aequalis*, Gal. 1, 14. (Diodor. Sic. 1, 53. Alciphr. 1. ep. 12. Dion. Halic. ant. 10, 49. — Improbant grammatici veteres hanc vocem, ut σύνδουλος, συμπολίτης et similes.) *.

Συνθάπτω, aor. 2. pass. συνετάφην, (ex σύν et θάπτω) *una sepelio;* passiv. *pariter atque alter sepelior;* bis: Rom. 6, 4 συνετάφημεν οὖν αὐτῷ (Χριστῷ) διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ. Col. 2, 12. — Comparat apostolus submersionem corporis in baptismo factam cum sepultura. Ut enim corpus dimittitur in sepulchrum, ita in baptismo corpus sepelitur aquis; vultque Apostolus simul indicare, veterem hominem i. e. vitiositatem in baptismo sepeliendam, prorsus abiiciendam esse, quum Christus morte sua peccatum sustulerit, et vitae novae spem hominibus paraverit.

Συνθλάω, ῶ, fut. 1. pass. συνθλασθήσομαι, (ex σύν et θλάω, tero, tundo) *contero, contundo;* Matth. 21, 44 συνθλασθήσεται contundetur; sensus: salute excidet. Luc. 20, 18. (Ies. 45, 2. Ps. 58, 6. Mich. 3, 3. Ps. 74, 15.) *.

Συνθλίβω, (ex σύν et θλίβω) *comprimo*, ab *omni parte premo;* Marc. 5, 24. 31 de multitudine urgente. coll. Marc. 3, 9. (Ioseph. bell. 3, 8. 8 συνθλιβομένου τοῦ πλήθους περὶ τοῦ στρατηγοῦ. — Sir. 31, 16.) *.

Συνθρύπτω, (ex σύν et θρύπτω, frango, tundo; tundendo emollio) confringo, contundo; — metaph. τὴν καρδίαν, Latinor. *animum frangere*, i. e. debilitare, fortitudinem demere; Act. 21, 13. (Appian. Alexandr. de bello parthico p. 245 τοῦτο θέαμα Ῥωμαίων τὰς ψυχὰς κατέκλασε καὶ παρέλυσε. coll. Ps. 51, 17.) *.

Συνιέω, forma inusitata verbi Συνίημι, 2 Cor. 10, 12 συνιοῦσιν, vid. Συνίημι.

Συνίημι, 3. plural. συνιοῦσι (pro συνιεῖσι) ducta est a forma praesentis inusitata συνιέω, (vid. ἀφίημι.) Matth. 13, 13 ubi autem alii codd. habent συνιῶσι (praes. coni.) et συνῶσι (aor. 2. coni.); infinit. συνιέναι, partic. συνιείς, et apud nostros et in cod. graeco V. T. saepe συνιῶν (a forma συνιέω) vel, ut etiam scribitur συνιών vel συνίων, a forma praesentis inusitata συνίω (ut ἀφίω quod vid. Vid. omnino *Win*. Gramm. p. 77. *Fritzsch*. ad ep. ad Roman. p. 174. *Buttm*. Gr. ampliss. 1, §. 107. not. 8. §. 108. not. 4.) — futur. συνήσω (Rom. 15, 21), aor. 1. συνῆκα, aor. 2. συνῆν (Matth. 13, 14. Act. 28, 26.) — (ex σύν et ἵημι, moveo, iacio; mitto, demitto) 1) una mitto. — 2) admitto animum, *cognosco, intelligo*, (LXX maxime pro בִּין in Kal, Hiph. et Hithp. et pro הִשְׂכִּיל) Matth. 13, 13. 14. 15 (συνῶσι aor. 2. *Griesb*. pro συνιῶσι). v. 19. 23. 51. 15, 10. 16, 12. 17, 13. Marc. 4, 12. 6, 52. 7, 14. 8, 17. 21. Luc. 2, 50. 8, 10. 18, 34. 24, 45. Act. 7, 25. 28, 26 sqq. Rom. 15, 21. Eph. 5, 17. — Act. 7, 25 ἐνόμιζε δὲ συνιέναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, putabat intellecturos esse eius populares. (Prov. 2, 5. 6. Ies. 1, 3. 6, 9. 10. 43, 10. Dan. 12, 8. Ps. 139, 2. Ioseph. ant. 7. 8. 4. 17, 2. 4.) — ὁ συνιῶν sapiens; 2 Cor. 10, 12 οὐ συνιοῦσιν, non iis, qui sapientes, magistri sibi videntur. coll. 2 Chron. 34, 12. Esdr. 8, 16. — 3) ex hebraismo: uti σοφός et μωρός de pio et impio dicitur, est: *sapio;* Rom. 3, 11 οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, non est qui sapiat, ad meliorem frugem redeat. (Deut. 32, 7. Ps. 2, 10. 14, 3. 36, 3. 53, 3. 94, 8.) *.

Συνιστάνω, vid. Συνίστημι.

Συνίστημι, s. συνιστάνω, vel τάω, quam formam habes 2 Cor. 3, 1. 5, 12. 10, 12. particip. praes. συνιστῶν, aor. 1. συνέστησα, perf. συνέστηκα, particip. perf. συνεστώς pro συνεστηκώς, (ex σύν et ἵστημι quod vid.) cuius verbi aor. 2. perf. et plusquamperf. activi, ut passivum, intransitive usurpantur, est 1) una colloco, in eundem locum colligo, congrego, (Exod. 7, 19. 32, 1.) — intransitive: *adsto*, seq. dativo. Luc. 9, 32. (1 Sam. 17, 26. Cantic. tr. puer. v. 1. Xenoph. cyrop. 1, 5. 3.) — 2) partes rei congero, rem *compono, constituo, efficio, existere facio,* (Diog. Laert. carnead. 4, 64 ἡ συστήσασα φύσις καὶ διαλύσει. Ioseph. ant. 19, 1. 11 μυστήρια, ἃ συνίστα τότε.) — intransitive: *componor, existo, orior*, Col. 1, 17 τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, omnia per eum orta sunt. 2 Petr. 3, 5 γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα (ubi συνεστῶσα etiam verti potest: coagulata). coll. Ioseph. ant. 12, 2. 2 τὸν ἅπαντα συστησάμενον θεόν. Philo de allegor. lib. 2. p. 62 θεὸν τὸν τὰ ὅλα συστησάμενον ἐκ μὴ ὄντων. Id. de plantat. Noe. p. 215 ἐκ γῆς — ὕδατος — ἀέρος καὶ πυρὸς συνέστη ὅδε ὁ κόσμος. Aristot. de mundo c. 5. ἐκ τῶν ἐναντίων ἀρχῶν συνέστηκεν ὁ κόσμος. — 3) sistere alicui aliquem s. aliquid coram, darstellen, coram adduco, repraesento, (Gen. 40, 4. Num. 27, 23. 32, 28.) — ex adiuncto: a) conspiciendum aliquid sisto, *manifesto, ostendo, declaro, demonstro,* Rom. 3, 5 εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, si peccata nostra Dei iustitiam conspicuam faciunt. ib. 5, 8. (Iob. 28, 23 pro הֵבִין.) 2 Cor. 6, 4 συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς θεοῦ διάκονοι. 7, 11 συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι. Gal. 2, 18 παραβάτην ἐμαυτὸν συνιστάνω. (Ioseph. ant. 7, 2. 1 συνίστων ἑαυτοὺς ὡς εὔνους. Philo quis rer. div. haer. p. 517 συνίστησιν αὐτὸν προφήτην.) — *commendo*, seq. dativo et πρός, Rom. 16, 1. 2 Cor. 3, 1. 4, 2 sqq. 5, 12. 10, 12. 18. 12, 11. (1 Macc. 12, 43. 2 Macc. 4, 24. Sap. 7, 14 πρὸς θεὸν ἐστείλαντο φιλίαν, διὰ τὰς ἐκ παιδείας δωρεὰς συσταθέντες. Ioseph. ant. 6, 13. 1. Xenoph. mem. 1, 6. 14. Polyb. 31, 20. 9.) *.

Συνίω, forma inusitata verbi συνίημι, Matth. 13, 13. [23.] συνιοῦσι, vid. Συνίημι.

Συνοδεύω, f. εύσω, (ex σύν et ὁδεύω) *una iter facio, itineris socius sum;* semel Act. 9, 7. (Sap. 6, 23. Herod. 4, 7. 11.)

Συνοδία, ας, ἡ, (a συνοδεύω) *comitatus;* metonymice: comitatus, i. e. *itineris socii, comites viae, Reisegesellschaft, Karavane;* Luc. 2, 44. (Ioseph. bell. 2, 21. 1

λῃστὴς γὰρ ἦν μονότροπος, ἔπειτα καὶ συνοδίαν εὗρε τῆς τόλμης. Idem ant. 6, 12. 1. Arrian. diss. epict. lib. 3 συνοδία πρεσβεύτου, comitatus legati. LXX de familia; Neh. 7, 5. 64.) *.

Συνοικέω, ῶ, (ex σύν et οἰκέω) una habito, Sir. 25, 16. — Συνοικεῖν γυναικί, in versione LXX est a) cum uxore habitare in uno domicilio, domum eam deducere, Deut. 22, 13. 24, 1. 25, 5. — b) matrimonio iunctam habere uxorem, connubio iunctum vivere, 3 Esdr. 8, 70. 9, 36. 8, 92. 9, 7. Gen. 20, 3. Sir. 25, 8. coll. v. 16 ubi ἐνοικῆσαι. Ioseph. 17, 1. 1. coll. Sir. 42, 9. 10. Deut. 22, 22. Ita etiam apud profanos, Herodian. 1, 6. 11. Etiam de uxoribus cum maritis matrimonio iunctis, Aelian. var. hist. 4, 1 πρὸ τοῦ συνοικεῖν ἀνδράσιν. Transitive: elocare, Ioseph. ant. 5, 2. 12 μηδενὶ Βενιαμίτῃ συνοικῆσαι (l. q. συνοικίζεσθαι 3 Esdr. 8, 84.) θυγατέρα. — c) *rem habere cum muliere, concumbere cum illa;* de concubitu legitimo, 1 Petr. 3, 7 συνοικεῖν κατὰ γνῶσιν σκεύει τῷ γυναικείῳ. (alii: vivere in matrimonio.) (de concubitu legitimo συνοικεῖν ταῖς γυναιξὶ Ioseph. ant. 8, 7. 5. Xenoph. de republ. Lac. 1, 8. et συνουσία ἀνδρὸς καὶ γυναικός Ioseph. c. Apion. 2, 24. — de venere inhonesta; Diog. Laert. 4, 6. 16 ἑταίραις συνῴκει φανερῶς. Athenaeus lib. 13 κοινὴ συνοικεῖς πόρνη.) *.

Συνοικοδομέω, ῶ, (ex σύν et οἰκοδομέω) una aedifico, (3 Esdr. 5, 88.) — *aedificando compono*, ich baue (aus Einzelnem) zusammen; Philo de praem. et poen. p. 928 E. sq. corpus appellat animi οἰκίαν εὖ συνῳκοδομημένην καὶ συνηρμοσμένην ἐκ θεμελίων ἄχρι στέγους. — Semel in N. T. tropice de coetu Christianorum, Eph. 2, 22 ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι, per quem etiam vos singuli compositi et iuncti estis in habitaculum Dei, i. e. coetus, in quo Deus gratia sua operatur. Vid. Ναός fin.

Συνομιλέω, ῶ, (ex σύν et ὁμιλέω) *colloquor* cum aliquo; Act. 10, 27 συνομιλῶν αὐτῷ *.

Συνομορέω, ῶ, (a συνόμορος, confinis, quod ex ὁμοῦ et ὅρος terminus), *confinis, conterminus sum*, seq. dativo; ἅπαξ λεγόμενον N. T. Act. 18, 7. (ὁμορέω, Herodian. 6, 7. 5.)

Συνοχή, ῆς, ἡ, (a συνέχω, quod vid.) propr. compressio, coarctatio; (de obsidione Ier. 52, 3. Mich. 5, 1. de via Homer. Iliad. 23, 330. — συνοχὴ μήτρας Prov. 30, 16. — de ambitu, quo aliquid undique circumdatur, Ioseph. ant. 8, 3. 2.) — 2) metaph. de animo *curis constricto, anxietate presso;* Luc. 21, 25 συνοχὴ ἐθνῶν, hominum anxietas i. q. ταραχή. Praeterea Luc. 21, 23 in varia lect. pro ἀνάγκη. (Hesych. συνοχή. ἀσθένεια, ἀδημονία, ταραχή.) 2 Cor. 2, 4 συνοχὴ καρδίας. (Iob. 30, 3 συνοχὴν καὶ ταλαιπωρίαν. Aquila Ps. 25, 17 pro מְצוּקָה ubi LXX τῶν ἀναγκῶν. Artemidor. 2, 3 τοῖς πένησι — καὶ πᾶσι τοῖς ἐν συνοχῇ οὖσιν. vid. etiam Συνέχω.) *.

Συντάσσω, s. ττω, aor. 1. συνέταξα, (ex σύν et τάσσω) singula in ordinem redigo, compono, (ὕμνους συνετάξατο, Ioseph. ant. 7, 12. 3.) dispono, instruo; — 2) de iis, quae aliis peragenda sunt: *constituo, ordino, praescribo, anordnen;* seq. dativo personae; bis Matth. 26, 19. 27, 10. — saepius in versione LXX pro צִוָּה, דִּבֶּר, ut Gen. 18, 19. 26, 11. Exod. 1, 17. 22. 6, 13. 16. 12, 35. 9, 13. 35, 4. 10. 29. Num. 27, 23. Ios. 4, 8. Hesych. συνέταξε· ἐνετείλατο, παρήγγειλεν. *.

Συντέλεια, ας, ἡ, (a συντελέω) *consummatio;* — ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος, finis huius, quae nunc est, periodi mundi. (4 Esdr. 7, 43 „dies iudicii erit finis temporis huius et initium temporis futurae immortalitatis, in quo transivit corruptela" Vid. *Αἰών*), Matth. 13, 39. 40. 49. 24, 3. 28, 20. Hebr. 9, 26. — LXX pro כָּלָה Neh. 9, 31. Ier. 4, 27. 5, 10. 18. קֵץ Dan. 12, 4. 12. vid. etiam 3 Esdr. 6, 20. Sir. 11, 27. 21, 10. *.

Συντελέω, ῶ, fut. συντελέσω (cf. *Win.* Gr. §. 13 fin.) aor. 1. συνετέλεσα, partic. aor. 1. pass. συντελεσθείς, (ex σύν et τελέω) 1) una perficio, Herodian. 2, 2. 15. — *prorsus ad finem perduco, absolvo, perficio;* — LXX maxime pro כָּלָה, etiam pro בָּצַע, תָּמַם — *perficio*, Matth. 7, 28 συνετέλεσεν τοὺς λόγους. (Gen. 17, 22 συνετέλεσε λαλῶν. 24, 15. Deut. 32, 45.) Luc. 4, 13 συντελέσας πάντα πειρασμόν. (Prov. 1, 19 συντελοῦντες τὰ ἄνομα. Ies. 10, 12. Gen. 2, 2. Exod. 40, 34. 1 Reg. 6, 9.) — de promissis sive minis: *exsequor, ratum facio;* Rom. 9, 28 λόγον γὰρ συντελῶν, minas ratas faciens. (Thren. 2, 17 συνετέλεσε ῥῆμα αὐτοῦ. Dan. 4, 30.) Passiv. συντελεῖσθαι, *finiri, eventum habere;* Marc. 13, 4 ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι. (Ruth. 3, 18 οὐ μὴ ἡσυχάσῃ ὁ ἀνὴρ ἕως ἂν τελεσθῇ τὸ ῥῆμα σήμερον. Alii Marc. 13, 4 πάντα ad Hierosolyma referunt et συντελεσθ. vertunt *destrui, exscindi*, quo sensu legitur Ezech. 7, 15. Ier. 6, 11. 16, 4. Test. XII patr. p. 550 et 614. Ps. Sal. 2, 26. 7, 4.) — de tempore: *penitus praeterlabi, finiri*, Luc. 4, 2. Act. 21, 27. (Iob. 1, 5. Deut. 34, 8.) — 2) *conficio, facio* ita, ut ad finem perducam, Hebr. 8, 8 συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ διαθήκην. (Ier. 34, 8. 15 ubi כָּרַת. Ies. 44, 24. ἐγὼ κύριος ὁ συντελῶν πάντα, qui omnia effeci ut essent. 2 Chron. 30, 22 συνετέλεσαν τὴν ἑορτὴν ἑπτὰ ἡμέρας.) *.

Συντέμνω, particip. perf. pass. συντετμημένος, (ex σύν et τέμνω, seco, separo) profanis est: praecido, concido, (etiam separo); paucis comprehendo. Semel Rom. 9, 28 ubi ex usu hebr. חָרַץ (quod est: concidendo s. secando cuspidem facio, disseco; acer sum; decerno, definio et maxime de poenis divinis dicitur) significat: *decerno, decreto constituo.* Verba enim λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ depromta sunt ex Ies. 10, 23 ubi in hebr. כָּלָה וְנֶחֱרָצָה, LXX λόγον συντετμημένον, rem decreto definitam, vel ex habraico: deletionem decretam. Pauli verba vertenda sunt: „rem enim aeque certo evenire iubet Deus ac decernit; rem enim (inquit propheta) decreto constitutam perficiet Deus." (Dan. 9, 26 πόλεμος συντετμημένος, bellum decisum. Ies. 28, 22.)

Συντηρέω, ῶ, (ex σύν et τηρέω) 1) *conservo* ne pereat, *erhalten*, Matth. 9, 17 ἀμφότεροι συντηροῦνται, utrique conservantur. Luc. 5, 38. (Lib. Henoch. p. 191 συντηρεῖν τὴν ψυχὴν εἰς ζωήν. coll. 1 Macc. 8, 12 φιλίαν. ib. 10, 20.) — metaph. *recondo, repono* mente, ne obliviscar (Sir. 39, 2.) Luc. 2, 19 Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα. (Dan. 7, 28 τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου συνετήρησα. Test. XII patr. p. 563 συντηρεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ. Polyb. 31, 6. 5 συντηρεῖν γνώμην παρ' ἑαυτῷ. — coll. Sir. 28, 3 συντηρεῖν ὀργήν. 2 Macc. 9, 26 εὔνοιαν. De praeceptis: obsequor, i. q. τηρέω, Ezech. 18, 19. Sir. 2, 15. 32, 1. 37, 12.) — 2) *ab omni parte observo, custodio, prospicio;* Marc. 6, 20 Herodes συνετήρει αὐτόν, solerter eum custodivit, scil. ne ab uxore laederetur. (Prov. 15, 4 συντ. τὴν γλῶσσαν. Sir. 13, 13 συντήρησον καὶ πρόσεχε σφοδρῶς, ὅτι μετὰ τῆς πτώσεώς σου περιπατεῖς.) *.

Συντίθημι, plusquampf. pass. συνετεθείμην, (Io. 9, 22 ubi pro συνετέθειντο in codd. etiam est συνετέθεντο, συνετέθειντο et συνέθεντο) aor. 2. med. συνεθέμην, (ex σύν et τίθημι) 1) simul vel una statuo, colloco; — colligo, compono, Ioseph. ant. 7, 14. 2. c. Apion. 1, 33 συντιθέντες τὰ ψευδῆ. — 2) med. me cum aliis coniungo, (conspiro, 1 Sam. 22, 13); *convenio* de aliqua re, *mit einander übereinkommen, communi consensu decerno;* seq. infinitivo, Luc. 22, 5 συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι, convenerunt cum eo etc. (Dan. 2, 9 συνέθεσθε εἰπεῖν. Ioseph. 5, 1. 2 ταῦτα συνθέμενοι.) — seq. τοῦ cum infinitivo, Act. 23, 20 συνέθεντο τοῦ εἰπεῖν. (Test. XII patr. p. 707 συνέθετο [decrevit] τοῦ μὴ ποιῆσαι τὴν ἀσέβειαν.) — 1 Macc. 9, 70 συντ. εἰρήνην. 11, 9 διαθήκην. — paciscor, 1 Macc. 15, 27.) — Passivum: *componor;* tropice: cum aliis ad eandem sententiam perducor, Io. 9, 22 ἤδη γὰρ συνετέθειντο (sie waren dahin vereinigt worden, i. e. convenerat inter eos) οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα etc. *.

Συντόμως, (a σύντομος, concisus, paucis omnia comprehendens, a συντέμνω) adv. concise; metaph. de scribente, loquente: *concise, paucis;* Act. 24, 4. (Ioseph. c. Apion. 1, 1 γράψαι συντόμως. ib. §. 6 πειράσομαι συντόμως διδάσκειν. ib. §. 27 συντομία brevitas in dicendo. — celerrime 3 Macc. 5, 25. Ioseph. ant. 2, 15. 1 συντόμως δὲ ποιούμενοι τὴν ἄφοδον. Test. XII patr. p. 637 ἐπορεύθησαν ἐν τῷ συντόμῳ) *.

Συντρέχω, aor. 2. συνέδραμον, (ex σύν et τρέχω) 1) *concurro, confluo;* Marc. 6, 33. Act. 3, 11. (Iudith. 6, 16. 13, 14. 15, 12. 2 Macc. 3, 19. 6, 11. Ioseph. bell. 6, 2. 8.) — 2) curro cum alio, eum sequor, Psal. 50, 18. — metaph. *ruo cum aliis* in aliquid, *impetu communi feror;* 1 Petr. 4, 4 συντρέχ. εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν. (In bonam partem, Ignat. ad Ephes. §. 3 συντρέχειν τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ. Demosth. 214, 7 ed. *Reisk.* εἰς ταὐτὸ τὸ δίκαιον ἅμα καὶ ὁ καιρὸς καὶ τὸ συμφέρον συνδεδράμηκε.) *.

Συντρίβω, fut. συντρίψω, aor. 1. συνέτριψα, perf. pass. συντέτριμμαι, fut. 2. pass. συντριβήσομαι, (ex σύν et τρίβω, tero, tundo) — LXX pro שָׁבַר — 1) tero rem ad rem, — *conquasso, quatio;* — de aegroto, a daemone conquassato, i. e. qui convellitur spasmis, Luc. 9, 39. (alii: vires frango; alii: vulnero.) — 2) collidendo frango, *contundo, confringo, frango,* Matth. 12, 20 κάλαμον. (Ies. 42, 3.) Marc. 5. 4 τὰς πέδας. (Lev. 26, 13 δεσμὸν τοῦ ζυγοῦ. Ies. 14, 5. 29.) Marc. 14, 3 τὸ ἀλάβαστρον, i. e. orificium vasis obsignatum. Io. 19, 36 ὀστοῦν. (Exod. 12, 46. Ps. 34, 20. Num. 9, 12.) Ap. 2, 27 τὰ σκεύη τὰ κεραμικά. (Lev. 6, 28. Ier. 19, 11. Ps. 2, 9. Vid. etiam Exod. 34, 1. 13. Iud. 7, 20. 2 Chron. 34, 4.) — Tropice: καρδία συντετριμμένη, cor fractum moerore, vulneratum dolore, [Luc. 4, 18.] (Ps. 51, 18. Ies. 57, 15. Ps. 34, 18.) — *percutio, prosterno;* de hostibus: Rom. 16, 20 συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν, percutiet (LXX pro חָבַט Ios. 10, 10. pro חָרַם Exod. 15, 7. Ioel. 2, 6. 1 Reg. 20, 37. Lev. 26, 19 συντρ. τὴν ὕβριν) Satanam ita ut pedibus vestris subiiciatur. Victores enim prostratos hostes pedibus conculcabant, 1 Sam. 17, 51. (Liv. 38, 53 „sub pedibus vestris stabit — domitor ille Africae Scipio.") Vid. etiam 1 Macc. 4, 36. 5, 7. 21. •.

Σύντριμμα, τος, τό, (a συντρίβω, perf. pass. συντέτριμμαι) id quod contritum, fractum est; — contusio, confractio; — metaphor. *pernicies, interitus,* Rom. 3, 16 quae ex Ies. 59, 7 repetita sunt, ubi est שֹׁד, vastatio, cui etiam Ies. 59, 7. 60, 18 respondet; coll. Sap. 3, 3. Sir. 40, 11. 1 Macc. 2, 7. LXX etiam pro שֶׁבֶר Ies. 30, 26. 51, 19. Ier. 6, 14. 8, 21. 48, 3. •.

Σύντροφος, ον, (a συντρέφω, una alo, educo) *una cum aliquo educatus, sodalis;* Act. 13, 1. (2 Macc. 9, 29. 1 Macc. 1, 6 τοὺς παῖδας αὐτοῦ τοὺς ἐνδόξους τοὺς συντρόφους αὐτοῦ ἀπὸ νεότητος. Ioseph. bell. 1, 10. 9. Aelian. var. hist. 12, 26. — συντροφία 3 Macc. 5, 32. 4 Macc. 13. 21.) •.

Συντυγχάνω, aor. 2. συνέτυχον, (ex σύν et τυγχάνω) seq. dativo; *obviam fio, convenio* cum aliquo, Luc. 8, 19. (Ioseph. ant. 1, 12. 3 συντυχὼν δ' αὐτῇ θεῖος ἄγγελος. Id. de vit. §. 65 sqq. Antonin. 2, 1.) •.

Συντύχη, ης, ἡ, *Syntyche,* nomen mulieris; Phil. 4, 2.

Συνυποκρίνομαι, aor. 1. pass. συνυπεκρίθην, depon. med. *una cum aliis personam ago, simulo;* (Plut. Mar. c. 14. Polyb. 3, 52. 6. 3, 92. 5.) — aor. 1. pass. aliorum exemplo abductus sum ad simulationem; semel Gal. 2, 13 συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποί, caeteri etiam inducti sunt cum eo ad simulationem videl. studii legis mosaicae. •.

Συνυπουργέω, ῶ, (ex σύν et ὑπουργέω ministro, opem fero, adiuvo, i. q. ὑπηρετέω, ex ὑπό et ἔργον) *una operam confero, una adiuvo;* 2 Cor. 1, 11. (Lucian. in bis accusato, Tom. II, p. 224 συναγωνιζομένης τῆς ἡδονῆς, ἥπερ αὐτῇ τὰ πολλὰ ξυνυπουργεῖ.) •.

Συνωδίνω, (ex σύν et ὠδίνω quod vid.) *una dolores sentio, angor;* vel: *undique corripior* s. *angor dolore;* semel Rom. 8, 22. (Porphyr. de abstin. 3, 10. Eurip. Hel. v. 733 συνωδίνειν τοῖς κακοῖς.) •.

Συνωμοσία, ας, ἡ, (a συνόμνυμι, coniuro) *coniuratio, conspiratio;* Act. 23, 13. (Ioseph. ant. 15, 8. 4. Apoll. bibl. 3, 14. 4. Thucyd. 6, 60. 8, 81.) •.

Συρακοῦσαι, et Συράκουσαι, ῶν, αἱ, *Syracusae,* urbs Siciliae celeberrima, maritima, portu instructa, sub Pachyno monte sita, Archimedis patria. Act. 28, 12.

Συραφοινίκισσα, ας, ἡ, (a Σύρος, α, ον, Syrus, et Φοινίκη, Phoenicia) *Syrophoenissa,* i. e. oriunda ex ea parte Syriae, quae Phoenicia dicitur; Marc. 7, 26 ubi *Griesb.* e codd. dedit Συραφοινίκισσα, sed male, quum aut Συροφοινίκισσα, aut, ut boni codd. habent Σύρα Φοινίκισσα, *Syra Phoenissa,* scribendum sit. Vid. *Fritzsch.* ad Marc. p. 296.

Συρία, ας, ἡ *Syria,* (hebr. אֲרָם, quod vero etiam saepe Mesopotamiam comprehendit) 1) regio Asiae minoris ampla, quae terminabatur ad orientem Euphrate et Arabia, ad meridiem Phoenicia et Galilaea, ad occasum mari mediterraneo, et ad septentrionem Cilicia et Armenia minori. (Ioseph. ant. 13, 16. 4. Distinguit Iosephus ant. 8, 6. 1. et ant. 12, 3. 1 Syriam inferiorem et superiorem.) — 2) *Syria,* provincia romani imperii praeter Syriam etiam Phoeniciam, postea etiam Palaestinam, (Ioseph. ant. 8, 10. 3 τὴν Παλαιστίνην Συρίαν) per procuratores administratam, complectens. Matth. 4, 24. Luc. 2, 2. Act. 15, 23. 41. 18, 18. 20, 3. 21, 3. Gal. 1, 21. (Ioseph. bell. 5, 1. 1.) •.

Σύρος, Σύρα, Σύρον, (a Συρία) *syriacus;* (Ioseph. ant. 2, 3. 3 σύρα φορτία. ib. 6, 12. 1.) — ὁ Σύρος, *Syrus,* i. e. Syria oriundus, vel in ea habitans; Luc. 4, 27. (2 Reg. 5, 20. 1 Chron. 19, 15. 19. Ioseph. ant. 13, 15. 4.) •.

Συροφοίνισσα, ης, ἡ, *Syrophoenissa;* Marc. 7, 26 in textu vulg. quam lectionem etiam probavit *Fritzschius.* Est a Σύρος et Φοῖνιξ, Poenus. Lectio autem Συροφοινίκισσα, (quod etiam habes apud Clem. Rom. homil. 2, 5. 19) est a Συροφοινίκη, i. e. Phoenicia ad Syriam pertinens. (Iustin. Mart. dial. c. Tryph. p. 305: Δαμασκὸς νῦν προσνενέμηται τῇ Συροφοινίκῃ λεγομένῃ. Vid. etiam Συρία.) •.

Σύρτις, εως, ἡ, *Syrtis,* locus arenosus et vadosus maris, navibus exitiosus. Prae caeteris syrtes maris Lybiae in littore Africae periculosissimae erant, (αἱ φοβεραὶ καὶ τοῖς ἀκούουσι σύρτεις, Ioseph. bell. 2, 16. 4.) Act. 27, 17.

Σύρω, *traho;* Io. 21, 8 τὸ δίκτυον. Apoc. 12, 4 σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων. (2 Sam. 17, 13.) — *vi traho, vi abripio,* de iis, qui ad iudicem, supplicium rapiuntur; Act. 8, 3. 14, 19. 17, 6. (4 Macc. 6, 1 ἔσυραν αὐτὸν ἐπὶ τὰ βασανιστήρια. Arrian. epict. 1, 29 σύρῃ εἰς τὸ δεσμωτήριον. — Intransitive LXX pro זָחַל repo, de serpentibus, Deut. 32, 24. Mich. 7, 17. — ὕδωρ σύρον, Ies. 30, 28. 28, 2.) •.

Συσπαράσσω, s. ττω, aor. 1. συνεσπάραξα, (ex σύν et σπαράσσω) *totum* i. e. vehementer *distorqueo;* Luc. 9, 42 ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον καὶ συνεσπάραξεν. •.

Σύσσημος, ον, (ex σύν et σῆμα, signum, nota) una signo notatus; — τὸ σύσσημον substantive: *signum, quod e composito datur, tessera,* ein Merkzeichen, semel Marc. 14, 44. (Diod. Sic. 20, 52 ἦρε τὸ συγκείμενον πρὸς μάχην σύσσημον ἀσπίδα κεχρυσωμένην. Strabo lib. 6 συνέθετο ἄρασθαι σύσσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πῖλον Λακωνικόν. LXX pro נֵס Ies. 5, 26. 49, 22. 62, 10. coll. Iud. 20, 40. — Atticis hanc vocem prorsus ignotam fuisse, monet Phryn. p. 418.) •.

Σύσσωμος, ον, (ex σύν et σῶμα) *eiusdem corporis particeps;* — ἅπαξ λεγόμενον N. T. Eph. 3, 6 ubi de iis dicitur, qui eiusdem ecclesiae (σώματος τοῦ Χριστοῦ) sunt participes.

Συστασιαστής, οῦ, ὁ, (a συστασιάζω, una seditionem moveo) *seditionis socius;* Marc. 15, 7 ubi quidam codd. etiam exhibent στασιαστῶν, quod *Fritzsch.* praetulit. Vid. στασιαστής. (Ioseph. ant. 14, 2. 1 κατὰ Ἀριστοβούλου καὶ τῶν συστασιαστῶν αὐτοῦ. Improbatur a grammaticis ut συμπολίτης, σύνδουλος et similia.) •.

Συστατικός, ἡ, όν, (a συνίστημι) *commendatitius;* — ἐπιστολή, 2 Cor. 3, 1. (Arrian. diss. epictet. 2, 3 γράμματα παρ' αὐτοῦ λαβεῖν συστατικά. Diog. Laert. 5, 18.)

Συσταυρόω, ῶ, perf. pass. συνεσταύρωμαι, aor. 1. pass. συνεσταυρώθη, (ex σύν et σταυρόω) *una crucifigo;* Matth. 27, 44. Marc. 15, 32. Io. 19, 32. (Narratio Iosephi ab Arim. ap. *Birch.* p. 190.) — Paulus singulari modo usurpat a) Rom. 6, 6 ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη prior homo vitiosus cruci Christi quasi una affixus, i. e. enecatus, interfectus est, i. e. liberati sumus per mortem Christi a peccati poena, videlicet morte, quare delenda etiam in nobis est vitiositas mortem efferens. Gal. 2, 20 Χριστῷ συνεσταύρωμαι, i. e. ut Christus pro peccato mortuus est, ita nobis vitiositati renuntiandum. •.

Συστέλλω, aor. 1. συνέστειλα, partic. perf. pass. συνεσταλμένος, (ex σύν et στέλλω) compono, ich stelle zusammen; *componendo angustum facio, contraho, minuo;* 1 Cor. 7, 29 ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστί, i. e. ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι, ut Matth. 24, 22. Marc. 13, 20 dicitur, tempus minuitur, contrahitur. (Sir. 4, 31 χεὶρ ἐν τῷ διδόναι συνεσταλμένη. Theophr. de causis plant. 1, 17 εἰς ὀλίγον συστέλλει. Demosth. 309. 2 συστέλλειν ἁμαρτήματα εἰς ἐλάχιστον. 1 Macc. 3, 6 συνεστάλησαν, minuebantur. 3 Macc. 5, 33 τῇ ὁράσει καὶ τῷ προσώπῳ συνεστάλη, minuebatur fastu, confundebatur. — de corpore mortuo: convolvo, obvolvo fasciis et linteis; deinde *funus paro,* corpus mortuum sepulturae paro; Act. 5, 6. (Ezech. 29, 5. Herodot. 2, 90. Ioseph. ant. 17, 3. 3 περιστέλλειν θανόντα.) •.

Συστενάζω, (ex σύν et στενάζω) *una gemisco, congemisco;* Rom. 8, 22 συστενάζει, vel: una (nobiscum) gemit, congemiscit; vel: apud animum suum gemit. (Test. XII patr. p. 629 παντὶ ἀνθρώπῳ ὀδυνωμένῳ συνεστέναξα. Apud profanos non legitur.) *.

Συστοιχέω, ῶ, (ex σύν et στοιχέω quod vid.) una eodem ordine, pari passu incedo, (de militibus Polyb. 10, 21, 7.) — tropice: una cum alio vado; de vivendi ratione: *sequor alium*, eius exemplum, *et similis* sum, *me ad eius exemplum compono;* Gal. 4, 25. Vid. Στοιχέω. (σύστοιχος, similis, Polyb. 13, 8. 1. Theophrast. de causis plantar. 6, 4. Vid. *Raphel.* obss. e Polyb. p. 527.) *.

Συστρατιώτης, ου, ὁ, (ex σύν et στρατιώτης) *commilito;* de militibus sociis, Herodian. 1, 5. 8. Xenoph. anab. 1, 2. 26. Ioseph. ant. 4, 8. 1 Moses alloquitur Israelitas: ἄνδρες συστρατιῶται. — A Paulo transfertur ad *laborum* periculorumque religionis gratia subeundorum *socios,* Phil. 2, 25. Phil. v. 2. Vid. Στρατεία, Στρατιώτης. *.

Συστρέφω, aor. 1. συνέστρεψα, (ex σύν et στρέφω) verto, verso, i. e. *convolvo* in fascem, *colligo;* Act. 28, 3. (LXX pro צָרַר Prov. 30, 4 τίς συνέστρεψε ὕδωρ ἐν ἱματίῳ. Sir. 38, 37. De militibus collectis vel conglobatis, I Macc. 12, 50. 2 Macc. 14, 30. Ioseph. bell. 3, 7. 31 τοὺς συστραφέντας, milites qui in orbem se collegerant. Id. ant. 11, 6. 13. et 5, 4. 3.) *.

Συστροφή, ῆς, ἡ, (a συστρέφω) convolvere, conglobare; — convolutum, conglobatum, (Sir. 34, 17 συστροφὴ πνεύματος, vortex.) — De hominibus conglobatis: *tumultuarius concursus*, nostrum: *Zusammenlauf, Auflauf;* bis: Act. 19, 40. 23, 12. (Vid. Συστρέφω.) — LXX de congregatione Iud. 14, 8 συστροφὴ (text. vatic. συναγωγὴ) μελισσῶν 1. Macc. 14, 44. — conspiratione vel seditione, 2 Reg. 15, 15. Amos. 7, 10.

Συσχηματίζω, (ex σύν et σχηματίζω, formo, effingo, a σχῆμα, quod vid.) ad eandem formam effingo; passiv. *eadem forma induor;* de agendi ratione: me compono ad aliorum exempla, *imitor* alios; seq. dativo, vi praepositionis; Rom. 12, 2 τῷ αἰῶνι τούτῳ. 1 Petr. 1, 14. (Plutarch. Numa c. 73 συσχηματίζονται πρὸς τὸν ἐν φιλίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τῇ πρὸς αὐτούς.) *.

Συχάρ, ἡ, ita *Griesb.* edidit pro Σιχάρ, *Sychar*, nomen urbis, quae etiam Συχέμ, quod vide, appellatur. Io. 4, 5. Nomen Συχάρ vel Σιχάρ neque in Iosepho neque in codice graeco V. T. legitur. Opinati sunt interpretes, hoc nomen urbi Sychem inditum esse a Iudaeis in contumeliam, et respondere putant alii hebr. שֶׁקֶר mendacium, idolum, igitur: urbs idololatrica, vel urbs insipientium; alii hebr. שִׁכֹּר ebriosus, potissimum ob locum Ies. 28, 1. (Sir. 50, 28 Sichemitae utique dicuntur λαὸς μωρός, et in Test. XII patr. p. 564 leguntur: Σικὴμ, λεγομένη πόλις ἀσυνετῶν. Vid. etiam quae e Iosepho attulimus in Σαμαρείτης.) Dubitandum autem est, an h. l. sit nomen convicii, et conferri etiam potest radix שָׂכַר mercede conducere, mercede soluta sibi comparare, vid. Gen. 34, 17—20. De urbe ipsa vid. Συχέμ.

Συχέμ, hebr. שְׁכֶם, *Sychem*, nom. propr. 1) *filii Hemoris*, Act. 7, 16. vid. Gen. 34. — 2) *urbis* in ditione Samaritica, primum Συχέμ (Gen. 12, 6. 37, 12. Ioseph. ant. 1, 21), deinde Σίκιμα, ίμων, (in versione alexandr. et apud Iosephum) dictae. Sita erat in tribu Ephraim (1 Reg. 12, 25 Σίκημα τὴν ἐν ὄρει Ἐφραΐμ. Ioseph. ant. 5, 1. 24) ad radices montis Garizim, (Ioseph. ant 5, 7. 2 τὸ ὄρος τὸ Γαριζεὶν ὑπέρκειται τῶν Σικίμων πόλεως. Id. ant. 11, 8. 6 Σικιμίνην πρὸς τῷ Γαριζεὶν ὄρει.) ab Abimelecho devastata (Iud. 9, 45) post a Ierobeamo restituta, et regni sedes facta (1 Reg. 12, 25. Ioseph. ant. 8, 8). Tempore Alexandri magni fuit Samaritanorum μητρόπολις (Ioseph. ant. 11, 8. 6), post autem, Samaria in eius locum succedente, aut sensim collapsa, aut bello iterum destructa, tandem a Vespasiano renovata et *Neapolis* (hodie *Naplosa*) appellata est. — Commemoratur Act. 7, 16. coll. Io. 4, 5. — in V. T. Gen. 35, 4. Hos. 6, 9. Sir. 50, 26. — Apud Iosephum praeter loca iam laudata, ant. 2, 2. 4. 5, 1. 19. 28. 5, 7. 1. 13, 9. 1. bell. 1, 2. 6. 1, 4. 4. Test. XII patr. p. 564. *.

Σφαγή, ῆς, ἡ, (a σφάζω, perf. 2. ἔσφαγα) — LXX pro טֶבַח et הֲרֵגָה — *mactatio, trucidatio,* de pecudibus, Rom. 8, 36 ὡς πρόβατα σφαγῆς, i. e. τῇ σφαγῇ destinatae. (Zach. 11, 4. 7. Ps. 44, 24.) Iac. 5, 5 ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς, oblectatis animum, ut pecus in die mactationis, videlicet nec sentiens nec praevidens instantem mortem, (Ier. 12, 3 ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς.) — de hominibus, Act. 8, 32 ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. (Ies. 53, 7 Ier. 51, 40. Prov. 7, 22. — Ioseph. ant. 7, 1. 6. — σφαγαί, caedes, 2 Macc. 5, 6. 13. 12, 6.) *.

Σφάγιον, ου, τό, (ab eod.) quod mactandum est, mactationi destinatum, (Ioseph. bell. 6, 9. 4 Σίμων ἐφυλάχθη τῷ θριάμβῳ σφάγιον, necandus); *victima, hostia,* Act. 7, 42. vid. Amos. 5, 25 ubi זֶבַח. Thucyd. 6, 69. LXX pro טֶבַח Ezech. 21, 10. 15. et נְדָבָה Lev. 22, 23. (σφαγιάζω 4 Macc. 13, 12.) **.

Σφάζω, s. σφάττω, aor. 1. ἔσφαξα, partic. perf. pass. ἐσφαγμένος, aor. pass. ἐσφάγην, — LXX pro טָבַח et שָׁחַט — 1) *macto, iugulo, trucido;* a) de pecudibus; ἀρνίον ἐσφαγμένον, imago servatoris, qui ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, (Ies. 53, 7.) Act. 8, 32. — in Apocalypsi, cap. 5, 6. 9, 12. 13, 8 τοῦ ἀρνίου τοῦ ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ubi ἐσφαγμένου vertunt: internecioni destinatum; possunt vero etiam verba ἀπὸ καταβολ. κόσμου ad γέγραπται referri. — (Gen. 43, 16. 37, 30. Exod. 22, 1. 29, 11. 16. 1 Sam. 14, 32.) — b) de hominibus violento modo necatis, 1 Io. 3, 12. Apoc. 6, 4. 9. 18, 23. (Gen. 22, 10. 2 Reg. 10, 7. 23, 27. Ies. 57, 5. Ier. 52, 8. Ps. 37, 15.) — 2) *lethaliter vulnero, saucio;* Apoc. 13, 3 κεφαλὴ ὡς ἐσφαγμένη εἰς θάνατον. *.

Σφόδρα, (proprie neutrum pluralis a σφοδρός, multus, vehemens, Exod. 10, 19. 15, 10. Sap. 18, 5. Ioseph. ant. 7, 13. 3 ἀλγήματα σφοδρά.) adverb. *multum, valde, vehementer,* Matth. 17, 6. 23. 18, 31. 19, 25. 26, 22. 27, 54. Act. 6, 7. — LXX pro מְאֹד Gen. 7, 18. 19. 50, 9. 10. et הֵיטֵב Deut. 9, 21. 13, 14. 17, 4. 27, 8. Ion. 4, 4. 9. — Aliis adiectivis more hebr. מְאֹד additum vim adiectivi auget, ut μέγας σφόδρα, permagnus, eximius, Matth. 2, 10. Marc. 16, 4. Apoc. 16, 21 πλούσιος σφόδρα, Luc. 18, 23. (Ps. Sal. 2, 17 τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν τὰς πονηρὰς σφόδρα. Iudith. 7, 18 πλῆθος πολὺ σφόδρα. Ioseph. ant. 4, 5. 3 κάλλος, οἷον ὀλίγοις σφόδρα, perpaucis.) *.

Σφοδρῶς, (a σφοδρός, vid. σφόδρα) *valde, vehementer*, Act. 27, 18. (Sir. 13, 13 πρόσεχε σφοδρῶς.)

Σφραγίζω, aor. 1. ἐσφράγισα, partic. perf. pass. ἐσφραγισμένος, aor. 1. pass. ἐσφραγίσθην, partic. aor. 1. med. σφραγισάμενος, (a σφραγίς) — LXX pro חָתַם — 1) *sigillum imprimo;* — ad muniendum, claudendum aliquid, *obsigno*, Matth. 27, 66. Apoc. 20, 3. (de literis, libris sigillo munitis, ne legantur, Ies. 29, 11. Dan. 12, 4.) — ad notandum aliquid, indicandumque, rem esse genuinam et probam, *sigillo noto*, Apoc. 7, 3 σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. ib. v. 4—8. (Eurip. Iphig. in Taur. v. 1372 δεινοῖς σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι. Esth. 8, 8 ὅσα γὰρ γράφεται τοῦ βασιλέως ἐπιτάξαντος, καὶ σφραγισθῇ τῷ δακτυλίῳ μου, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀντειπεῖν. ib. v. 10. Tob. 7, 14.) — 2) quum quae obsignata sunt, potissimum literae, libri, etiam clausa sint, ex adiuncto est: *occulto, celo, silentio premo*, ne alii cognoscant; Apoc. 10, 4 σφράγισον ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταί, καὶ μὴ ταῦτα γράψῃς, occulta, mente reposita, occlusa tene etc. 22, 10 μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας, ne sileas haec vaticinia. Ita nostri: das Siegel der Verschwiegenheit. (LXX Dan. 8, 26 pro סָתַם σφράγισον τὴν ὅρασιν. Dan. 9, 24 σφραγίσαι ἁμαρτίας. Iob 14, 17 τὰς ἀνομίας.) — 3) quum sigillum imponeretur tanquam documentum probationis et confirmationis, metaph. est: *certissime probo, indubitatum reddo, documento instar sigilli confirmo;* Io. 3, 33 ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν (ipse documento certissimo est) ὅτι θεὸς ἀληθής ἐστι. c. 6, 27 τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν, hunc esse Messiam, pater Deus ipse certissimo confirmavit documento. — Medium: confirmo aliquem esse meum; 2 Cor. 1, 22 θεὸς ὁ σφραγισάμενος ἡμᾶς, qui confirmat nos esse suos eo, quod spiritum, tanquam documentum gratiae suae, nobis indidit. — sigillo imposito firmo, i. e. *tutum praesto, in tuto colloco;* Rom. 15, 28 ἐσφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον. (Deut. 32, 34 ταῦτα — ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μου. 2 Reg. 22, 4. Philo de somn. p. 588 E. ὁ ἀσφαλὴς θεός ἐστιν, ἐνσφραγιζόμενος οἷς ἂν ἐθέλῃ τὸ ἀσάλευτον. Id. de vita Mos. 1. p. 607 C. Vid. *Loesn.* obss. s.

e Phil. p. 269, qui p. 142 etiam docuit, Philonem medium verbi ἐπισφραγίζειν hoc sensu usurpasse. — Passiv. *certior fio, documento* aliquo, quod instar sigilli est, *certior fio, confirmor, in tuto collocor;* ita de confirmatione salutis Christianorum eo, quod Deus spiritum sanctum tanquam pignus vel sigillum gratiae dedit, Eph. 1, 13. 4, 30. *.

Σφραγίς, ῖδος, ἡ, (cognatum cum verbo φράγνυμι s. φράττω, munio) — LXX pro חוֹתָם, 1) *sigillum;* — libris impositum Apoc. 5, 1—9. 6, 1—12. 8, 1. — *annulus ad signandum;* Apoc. 7, 2 ἄγγελον ἔχοντα σφραγῖδα θεοῦ ζῶντος, quo videlicet notas frontibus Christianorum inureret. (1 Reg. 21, 8. Exod. 39, 30. 28, 32.) — 2) *nota sigillo impressa*, Apoc. 9, 4 ubi σφραγὶς τοῦ θεοῦ nomen Dei veri esse videtur; igitur *inscriptio impressa;* et ita 2 Tim. 2, 19 ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην, haec verba inscriptionis loco impressa habens. (Act. Thom. §. 26 ὁ θεὸς διὰ τῆς αὐτοῦ σφραγῖδος [unctionem in baptismo] ἐπιγνώσκει τὰ ἴδια πρόβατα. Ps. Sal. 2, 6 ἐν σφραγῖδι ὁ τράχηλος αὐτῶν, stigmate notati erant, quo declarabantur servi. Valerius, lib. 6, 8 „Servus — inexpiabili literarum nota per summam oris contumeliam inustus.") — 3) *documentum*, quo rei veritas comprobatur, tanquam sigillo: Rom. 4, 11 σφραγῖδα, i. e. ut esset sigillum, pignus. 1 Cor. 9, 2 ἡ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε. Metaphora est ducta a sigillo principum, literis legatorum impresso, quo de eorum auctoritate certius constet. Vid. Σφραγίζω. (4 Macc. 7, 15 βίος ὃν πιστὴ θανάτου σφραγὶς ἐτελείωσεν, vita quam martyrium, quod pietatis ergo passus est, tanquam pietatis sigillum fidissimum finivit.) *.

Σφυρόν, οῦ, τό, malleolus; *malleolus pedis*, i. e. tali, qui formam malleoli habent; Act. 3, 7. (Hom. Iliad. 4, 147. 518. Demosth. p. 442. 14 ed. *Reisk.*) *.

Σχεδόν, (a stirpe σχέω, vid. ἔχω) adv. 1) cominus, in propinquo; (Hom. Iliad. 4, 247. 5, 14. 458.) — 2) ut nostrum *nahe, beinahe: prope, propemodum, fere;* ter: Act. 13, 44. 19, 26. Hebr. 9, 22. (2 Macc. 5, 2. Thucyd. 7, 33. Ioseph. ant. prooem. §. 4.) *.

Σχῆμα, τος, τό, (ab eodem them.) propr. est nostrum: *Haltung*, diciturque de corporis forma, gestu, incessu; (Xenoph. mem. 3, 10. 7. Herodian. 1, 9. 7.) — deinde etiam, quia forma et persona in vestitu potissimum cernitur, est vestitus, Ioseph. 7, 8. 4. ib. 8, 11. 1. 10, 1. 3. — etiam *ornamenta externa, ornatus*, ut Test. XII patr. p. 528. et 601. — et ita forsan 1 Cor. 7, 31 παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Plurimi autem σχῆμα hic explicant — 2) *conditio externa, habitus rei;* ut legitur Phil. 2, 8 σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, externa conditione homini similis. (Test. XII patr. p. 645 ὄψεσθε θεὸν ἐν σχήματι ἀνθρώπων. De conditione Ioseph. ant. 2, 4. 2. ib. 3, 12. 3. ib. 5, 1. 28. Xenoph. cyrop. 7, 1. 22. — de specie, Schein, Ioseph. de bell. 4, 5. 4. — praetextu, Ioseph. ant. 1, 12. 1.) *.

Σχίζω, aor. 1. ἔσχιζα, aor. 1. pass. ἐσχίσθην, — LXX pro בָּקַע — *findo, diffindo, scindo, discindo*, (de lignis, Gen. 22, 3. 1 Sam. 6, 14. Eccl. 10, 9.) — a) de rebus: discindo; τὸ καταπέτασμα ἐσχίσθη εἰς δύο, Matth. 27, 51. Marc. 15, 38. Luc. 23, 45. (Test. XII patr. p. 571 σχίσαι τὸ ἔνδυμα τοῦ ναοῦ, ὥστε μὴ καλύπτειν ἀσχημοσύνην ὑμῶν. Aliter explicatur sensus discissi velaminis ib. p. 739 sq. καὶ ἔσται τὸ ἅπλωμα τοῦ ναοῦ σχιζόμενον, καὶ μεταβήσεται τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἐπὶ τὰ ἔθνη.) — Marc. 1, 10 εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανούς. (vid. Οὐρανός. Apocal. Ioann. ap. *Birch.* p. 253 sq. τότε σχισθήσονται οἱ οὐρανοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. Livii hist. 22, 1 „coelum findi.") — πέτραι ἐσχίσθησαν, Matth. 27, 51. (Ies. 48, 21. Zach. 14, 4.) — *discindendo divido*, Io. 19, 24 τὸν χιτῶνα. — *findendo abrumpo*, Luc. 5, 36. — *disrumpo*, Io. 21, 11 τὸ δίκτυον. — b) de hominibus; metaphorice in passivo: *dividi in partes, abire in partes, factiones;* ἐσχίσθη τὸ πλῆθος, Act. 14, 4. 23, 7. (1 Macc. 6, 45 ἐσχίζοντο ἀπ' αὐτοῦ ἔνθα καὶ ἔνθα. Test. XII patr. p. 643 μὴ σχισθῆτε εἰς δύο κεφαλάς, vid. Κεφαλή fine. Diod. Sic. 12, 6 τοῦ πλήθους σχιζομένου κατὰ τὴν αἵρεσιν.) *.

Σχίσμα, τος, τό, (a σχίζω) de rebus: *fissura, scissura, ruptura*, Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. (LXX σχισμή Ies. 2, 21. Ion. 2, 7.) — de hominibus, metaph. *dissidium, discordia*, Io. 7, 43. 9, 16. 10, 19. 1 Cor. 1, 10. 11, 18. 12, 25. *.

Σχοινίον, ου, τό, (deminutiv. vocis σχοῖνος, iuncus, Binsen; funis e iuncis plexus) *funiculus;* Io. 2, 15. Act. 27, 32. (LXX saepius pro חֶבֶל, ut 2 Sam. 17, 13. 1 Reg. 20, 31. Ps. 16, 6. Ies. 33, 20. 23. Ezech. 27, 24. Psalt. Sal. 2, 21.) *.

Σχολάζω, (a σχολή) 1) otiosus sum, cesso a labore, (Exod. 5, 8. 17. Polyb. 11, 25. 7.) — 2) *vaco alicui rei*, Musse oder Zeit zu etwas haben; studeo, 1 Cor. 7, 5 ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ. (Saepissime apud profanos.) — 3) de loco: vacuus sum in usum alicuius; Matth. 12, 44 εὑρίσκει σχολάζοντα intell. τὸν οἶκον, invenit domum vacuam sibi. (Test. XII patr. p. 612 δύο πνεύματα σχολάζουσι τῷ ἀνθρώπῳ· τὸ τῆς ἀσθενείας [lege ἀληθείας] καὶ τὸ τῆς πλάνης, i. e. in promptu sunt ei, quod deinde dicitur: δύο πνεύματα γέγραπται ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου.) *.

Σχολή, ῆς, ἡ, (ab stirpe σχεῖν, vid. ἔχω) propr. das Stillhalten, Anhalten; 1) cessatio ab opere, otium, (Xenoph. cyrop. 8, 1. 13.) — 2) studium, quod rei impenditur, (Xenoph. mem. 2, 6. 4.) — 3) ex usu recentiorum Graecorum, (vid. *Lobeck.* ad *Phryn.* p. 401) *schola*, conventus discentium et disserentium; semel Act. 19, 9. (Plutarch. de audiend. poet. p. 42 οὐκ εἰς θέατρον, οὔτε ᾠδεῖον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον. Id. vit. Arati c. 29 τοὺς φιλοσόφους ἐν ταῖς σχολαῖς ζητοῦντες. — Rabbini: בֵּית מִדְרָשׁ, οἶκος συζητήσεως.) *.

Σώζω, s. σώω, f. σώσω, aor. 1. ἔσωσα, perf. σέσωκα, perf. pass. σέσωσμαι, aor. 1. pass. ἐσώθην, fut. 1. σωθήσομαι, (a σόος, salvus) — LXX pro הוֹשִׁיעַ, מִלֵּט, נִצֵּל s. הִצִּיל et similibus, — Latinor. *servo, incolumen praesto*, nostrum: *retten:* — cum praepositionibus ἐκ et ἀπό *liberandi*, et *eripiendi* sensu, nostrum: *herausretten, retten von;* — seq. ἐκ, Io. 12, 27. Hebr. 5, 7. Iac. 5, 20. Iud. v. 5. (Iud. 2, 16. 18. 6, 14. 1 Sam. 4, 3.) — seq. ἀπό, Matth. 1, 21. Act. 2, 40 σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης, patimini, ut avocemini a societate perversorum. Rom. 5, 9. (Ies. 46, 2. 45, 20. Ier. 44, 28. 42, 17. Ps. 69, 18.) — Usurpatur autem a) universe de iis, qui in *periculis* servantur, *incolumes* praestantur, 1 Cor. 3, 15. 1 Petr. 4, 18. (vid. Prov. 11, 31 ubi שִׁלֵּם) Iud. v. 23. — b) de iis, qui in *iudicio* servantur, *absolvuntur*, Iac. 4, 12 ubi κρίνειν opponitur. (Iudic. 6, 31.) — c) de iis, qui a *morbo* liberantur, quorum vita servatur, ubi saepius verti potest: *sano, sanor;* Matth. 9, 21 sqq. Marc. 5, 23. 28. 34. 56. 10, 52. Luc. 7, 50. 8, 36. 48. 50. 17, 19. 18, 42. Io. 11, 12. Act. 4, 9. 14, 9. Iac. 5, 15. (Sap. 16, 7.) — d) de iis, qui in *vita* servantur et ex instanti *mortis periculo* liberantur, Matth. 8, 25. 14, 30. 27, 40. 42. 49. Marc. 3, 4. 15, 30 sqq. Luc. 6, 9. 23, 35. 37. 39. Act. 27, 20. 31. — addito ψυχήν, vitam, Matth. 16, 25. Marc. 8, 35. Luc. 9, 24. (Gen. 19, 17. 20. 1 Sam. 19, 11 sqq. Iob. 1, 15—17. Ier. 48, 6. Amos. 2, 14 sqq. 1 Macc. 9, 9.) — c) de iis, *qui a morte aeterna per Messiam liberantur, servantur ad vitam felicem post mortem*, Matth. 10, 22. 18, 11. 19, 25. 24, 13. 22. Marc. 10, 26. 13, 13. 20. 16, 16. Luc. 8, 12. 9, 24. [v. 56.] 13, 23. 18, 26. 19, 10. Io. 3, 17. 5, 34. 10, 9. 12, 47. Act. 2, 21. 4, 11. 11, 14. 15, 1. 11. 16, 30 sqq. Rom. 5, 10. 8, 24. 9, 27. 10, 9. 13. 11, 26. 1 Cor. 1, 21. 5, 5. 15, 2. Eph. 2, 5. 8. 1 Thess. 2, 16. 2 Thess. 2, 10. 1 Tim. 1, 15. 2, 4. 15. 4, 16. 2 Tim. 1, 9. 4, 18. Tit. 3, 5. Hebr. 7, 25. Iac. 1, 21. 2, 14. 1 Petr. 3, 21. (4 Macc. 15, 2 σώζειν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Similiter in V. T. Deus dicitur σώζειν τὸν λαόν, si ab interitu illum servat, eumque felicitate beat, Iud. 8, 14. 1 Sam. 14, 39. 1 Chron. 16, 35. 2 Chron. 20, 9.) — Hinc σώζειν τινά in scriptis Pauli est: servare aliquem ad vitam aeternam eo, quod ad Christum illum perduco, *salutis participem facio*, Rom. 11, 14. 1 Cor. 7, 16. 9, 22. 10, 33. — et σωζόμενος *salutis particeps, saluti destinatus*, Act. 2, 47. 1 Cor. 1, 18. 2 Cor. 2, 15 ubi opponuntur ἀπολλυμένοις. [Apoc. 21, 24.] — (In Iosephi scriptis de rebus: incolumem servo, asservo intactum; ant. 10, 11. 6 σωζομένην τὴν σφραγῖδα εὑρών. ant. 10, 11. 7 πύργος μέχρι δεῦρο μὲν ἐστι καὶ σώζεται. c. Apion. 1, 2 σωζομένη ἀναγραφή.) *.

Σῶμα, τος, τό, (a ζάω, ion. ζώω, alii a σάος, σῶς, integer) — LXX maxime pro גְּוִיָּה, בָּשָׂר, etiam pro נְבֵלָה et chald. גְּשֵׁם — 1) Latinor. *corpus*, i. e. totum aliquid digestum per partes s. artus, in sensus incurrens, *ein or-*

gunlstrles Ganze, sive: complexus membrorum, natura iunctorum et totum aliquod efficientium. Ita a) *proprie:* de corpore *plantarum*, 1 Cor. 15, 37 ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον. v. 38. — b) de corporibus *coelestibus, astris*, 1 Cor. 15, 37. — (coll. Diod. Sic. 1, 11 ἅπαν σῶμα τῆς τῶν ὅλων φύσεως.) — c) de corporibus *animantium*, ubi a σάρξ ita differt, ut hoc materiam corporis, σῶμα autem membrorum compagem indicet. Ita α) corpus *universe*, Matth. 5, 29. 6, 25. 26, 12. Marc. 5, 29. 14, 8. Luc. 12, 22 sqq. Io. 2, 21. 19, 38. 40. 20, 12. Rom. 1, 24. 4, 19. 6, 12. 8, 23. 12, 4. 1 Cor. 6, 13. (coll. Sir. 23, 1. 47, 19.) ib. v. 15. 18. vid. Ἐκτός. 1 Cor. 6, 19. 20 ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, usu corporis vestri. 7, 4. 9, 27. 12, 12—25. 13, 3. 15, 44 σῶμα ψυχικόν — πνευματικόν. 2 Cor. 4, 10. 5, 6. 8. 10 τὰ διὰ τοῦ σώματος intell. πεπραγμένα, quae viventes in hoc corpore fecimus. c. 10, 10 ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος i. e. σωματική. c. 12, 2. 3 de quo loco vid. Ἐκτός. Gal. 6, 17. Phil. 1, 20. 3, 21 σῶμα τῆς ταπεινώσεως — τῆς δόξης. Col. 2, 23. Hebr. 10, 5. (vid. Καταρτίζω, coll. Hebr. 10, 10.) 22. 13, 3 ὄντες ἐν σώματι, induti corpore dolori mortique obnoxio. Iac. 2, 16. 3, 3. 6. — β) corpus oppositum τῇ ψυχῇ et τῷ πνεύματι, *corpus visibile*, Matth. 10, 28. Luc. 12, 4. 1 Cor. 5, 3. 7, 34. 1 Thess. 5, 23. Iac. 2, 26. (Ioseph. c. Apion. 2, 24. 1, 28. de bell. 3, 8. 5 καθάπερ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀλλότριον. ibid. 6, 1. 6. Test. XII patr. p. 662.) — γ) corpus ut *sedes affectuum* legem divinam ignorantium et contra eam appetentium, i. e. natura hominis quae sensibus ducitur, quam Apostolus Rom. 6, 6 vocat σῶμα τῆς ἁμαρτίας, corpus, quod peccati est, peccati quasi mancipium. Rom. 7, 24 τὸ σῶμα τοῦ θανάτου τούτου, corpus afferens hanc (de qua loquutus sum) mortem. coll. v. 23. ib. 8, 13. — δ) *corpus exanimatum*, de animalibus, Luc. 17, 37 ὅπου τὸ σῶμα (Matth. 24, 28 πτῶμα) ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. (Philo de vict. obss. ἐξ ἱππείων σωμάτων.) Hebr. 13, 11 τούτων (τῶν ζώων) σώματα [hic ut hebr. בָּשָׂר pro *caro*] κατακαίεται. (Homer Iliad. 23, 169 δρατὰ σώματα, excoriata corpora victimarum.) — de hominibus, Matth. 14, 12. 27, 52. 58 sqq. Marc. 15, 43. 45. Luc. 23, 52. 55. 24, 3. 23. Io. 19, 31. Act. 9, 40. 1 Cor. 15, 35. Iud. v. 9. (Ios. 8, 29. 1 Sam. 31, 10. 12. Neh. 9, 37. Deut. 21, 23. Ioseph. ant. 8, 1. 4. ib. 7, 1. 3. bell. 5, 9. 3.) — de corpore Christi, supplicium mortis in salutem hominum passo, Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. Rom. 7, 4 διὰ τοῦ σώματος Χριστοῦ, per Christum, qui corpore suo mortem passus est. 1 Cor. 10, 16. 11, 24. 27. 29. Col. 1, 22. Hebr. 10, 10. 1 Petr. 2, 24. — d) tropice: *corpus*, de *toto* quocunque, ex membris arcte, instar membrorum corporis iunctis constante; ita α) de duobus in unum corpus unitis, 1 Cor. 6, 16 ἓν σῶμα, i. q. μία σάρξ. Vid. Σάρξ. (Ioseph. ant. 7, 3. 2 „Davides τὴν κάτω πόλιν καὶ τὴν ἄκραν συνάψας, ἐποίησεν ἓν σῶμα.") — β) de pluribus; de hominibus e gentibus et Iudaeis collectis in unum corpus i. e. *ecclesia, coetu*, Rom. 12, 5 οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν. 1 Cor. 10, 17. 12, 12. 13. Eph. 2, 16 ἐν ἑνὶ σώματι, in unum coetum. Eph. 4, 4 ἓν σῶμα (ἐσμέν). Eadem ecclesia dicitur σῶμα Χριστοῦ, quia Christus in ea habitat, in ea operatur, ut anima in corpore, 1 Cor. 12, 27. Eph. 1, 23. 4, 12. 16. 5, 23. 30. Col. 1, 18 κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, caput corporis totius coetus. (Alii minus recte post σώματος interpungunt, et vertunt: corporis, nempe ecclesiae. Sed Paulus σῶμα τῆς ἐκκλησίας scripsit, ut imaginem plenius describeret.) Col. 1, 24. 2, 19. 3, 15.

2) σῶμα inservit periphrasi hominis, quatenus cogitatur corpore definitus, ita ut, si vel vertas *corpus*, tamen de toto *homine* cogitandum sit; Matth. 6, 22 sqq. Luc. 11, 34. 36. Rom. 8, 10. vid. Νεκρός. ib. v. 11. cap. 12, 1 τὰ σώματα ὑμῶν, i. e. vos, (coll. c. 6, 13.) et σῶμα ponitur propter comparationem cum sacrificio. Eph. 5, 28. Col. 2, 11 vid. Ἀπέκδυσις. (LXX ita pro גַּו, Neh. 9, 26 ἔῤῥιψαν τὸν νόμον σου ὀπίσω σώματος αὐτῶν. Ezech. 23, 35. Ioseph. ant. 11, 3. 10 γυναικῶν καὶ παίδων σώματα, uxores et liberos. Gen. 47, 12 κατὰ σῶμα secundum numerum capitum. Eurip. Alcest. 636. Demosth. 910. 13. edit. *Reisk.*) — Hinc apud recentiores scriptores (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 378.) σώματα δοῦλα, vel etiam σώματα simpliciter, de *mancipiis, servis;* semel Apoc. 18, 13 σωμάτων (γόμον, vel πλῆθος) καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων, i. e. mancipia omnis generis. (LXX Gen. 34, 29 pro חַיִל. cap. 36, 6 pro נֶפֶשׁ. coll. Gen. 47, 18. 2 Macc. 8, 11. Tob. 10, 11. Polyb. 4, 52 ἀποδοῦναι τὰ πολεμικὰ σώματα χωρὶς λύτρων. Demosth. p. 480, 10 ed. *Reisk.* τρισχίλια αἰχμάλωτα σώματα δεῦρ' ἤγαγε. Plura exempla collegit *Elsner.* in obss. II, p. 462.)

3) corpus, i. e. *res ipsa, rei essentia,* quae corpus dicitur, quatenus opponitur vel umbrae a corpore effectae, quae nihil est, vel ei, quod tantum rei speciem prae se fert, ubi est l. q. οὐσία. Col. 2, 17 τὸ δὲ σῶμα Χριστοῦ, rei veritas autem est Christi, in Christo rerum in lege adumbratarum veritatem habemus. (Ioseph. bell. 2, 2. 5 σκιὰν αἰτησόμενος βασιλείας, ἧς ἥρπασεν ἑαυτῷ τὸ σῶμα. Idem de bell. prooem. §. 5 τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας, narratio de rebus veris, non fictis.)

Σωματικός, ή, όν, (a σῶμα) 1) *ad corpus pertinens, corpori conveniens*, 1 Tim. 4, 8 γυμνασία. (Ioseph. bell. 6, 1. 6 σωματικὴ ἕξις. Antonin. 6, 25. 4 Macc. 1, 32 ἐπιθυμίαι σωματικαί; quae verba etiam leguntur in Act. Thom. §. 55.) — 2) i. q. σωμάτινος, *corporeus*, corporis naturam et formam habens, adspectabilis ut corpus, Luc. 3, 22. (Act. Thom. 34 ὄργανον σωματικόν. Philo de opif. m. p. 4: τῶν ἀσωμάτων ἰδεῶν (Dei conditoris) τὰς σωματικὰς ἐξομοιῶν οὐσίας.) *.

Σωματικῶς, (ab eod.) adv. corporaliter; — *vere, realiter.* (vid. Σῶμα, no. 3.) Semel Col. 2, 9 σωματικῶς, i. e. non specie, sed vere. (Praeterea legitur in varia lectione Luc. 32, 2 σωματικῶς, ἐν εἴδει.)

Σώπατρος, ου, ὁ, *Sopater, Pyrrhi filius*, nom. pr. viri, Act. 20, 4. *.

Σωρεύω, f. εύσω, partic. perf. pass. σεσωρευμένος, (a σωρός, acervus) *coacervo, cumulo;* propr. Rom. 12, 20 ubi Prov. 25, 23 in hebr. est חֹתֶה. Vid. Ἄνθραξ. (Iudith. 15, 11.) — σωρεύομαι: *obruor* cumulo mihi imposito; metaph. obruor peccatis, 2 Tim. 3, 6. (Alberti glossar. N. T. p. 162 σεσωρευμένα· βεβαρημένα.) *.

Σωσθένης, ου, ὁ, *Sosthenes*, nom. pr. Iudaei et synagogae Corinthiacae praefecti, post Christiani; vid. Act. 18, 17. 1 Cor. 1, 1.

Σωσίπατρος, ου, ὁ, *Sosipater*, nom. pr. viri christiani; Rom. 16, 21. (Act. 20, 4 in varia lect. pro Σώπατρος.)

Σωτήρ, ῆρος, ὁ, (a σώζω) *soter, servator, vindex*, qui alios tutos praestat, defendit, periculis eripit, patrocinio suo eos tuetur; quare etiam honoris causa hoc nomen dabatur servatoribus reipublicae, et principibus, qui reipublicae patres et vindices erant, (Ioseph. de bell. 3, 9. 8 „Caesarem σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀνακαλοῦντες. Aeschin. dial. Socr. 1, 12. Philo in Flacc. lib. 2. p. 527.) etiam Diis tutelaribus et servatoribus. (Aelian. V. H. 1, 30. 4, 5. Pind. Ol. 5, 39 σωτὴρ Ζεύς.) — In N. T. ita appellatur a) *Deus*, servator, vindex, patronus, Luc. 1, 47. 1 Tim. 2, 3. 4, 10 θεὸς σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων. (Act. Thom. §. 10 θεὸς σωτὴρ πάσης κτίσεως) Tit. 1, 3. 2, 10. 3, 4. Iud. v. 25. (LXX pro יֶשַׁע, מוֹשִׁיעַ, יְשׁוּעָה, de Deo Ps. 24, 5. 27, 1. 62, 2. 6. Ies. 17, 10. 45, 15. 21. Mich. 7, 7. Hab. 3, 17. Sap. 16, 7. Sir. 51, 1. 1 Macc. 4, 30.) — b) *Messias*, quem Iudaei σωτῆρα, vindicem vocabant, quod ab eo sperabant populi sui vindicationem ab aliarum gentium imperio et vexatione (vid. etiam Iudic. 3, 9. 15), Christiani autem eum σωτῆρα, *servatorem, vindicem* appellabant, quod suos vindicavit a peccati et mortis imperio, eos in hac et in altera vita tuetur et quondam ad salutem ducet. Legitur de Christo α) absolute, Luc. 2, 11. Act. 5, 31. 13, 23. Phil. 3, 20. 2 Petr. 1, 1. 11. 2, 20. 3, 2. 18. — β) σωτὴρ ἡμῶν, 1 Tim. 1, 1. 2 Tim. 1, 10. Tit. 1, 4. 2, 13. 3, 6. — γ) σωτὴρ τοῦ σώματος, tutor, patronus ecclesiae, Eph. 5, 23. — δ) σωτὴρ τοῦ κόσμου, tantum Io. 4, 42. 1 Io. 4, 14. *.

Σωτηρία, ας, ἡ, (a σωτήρ) — LXX pro יֶשַׁע, יְשׁוּעָה, פְּלֵיטָה, תְּשׁוּעָה — 1) *salus*, a) quae conservando, liberando, vindicando vel efficitur vel restituitur; Luc. 19, 9 σωτηρία ἐγένετο τῷ οἴκῳ τούτῳ. (LXX pro שָׁלוֹם, Gen. 26, 31. 28, 21. 44, 17. Sap. 6, 24.) Act. 16, 17. 2 Cor. 6, 2. Phil. 1, 19. 28. 2 Petr. 3, 15. — b) *vitae conservatio*, Act. 27, 34. Hebr. 11, 7. (Sap. 16, 6. 2 Macc. 3, 32. Ioseph. ant. 7, 1. 1. et 7, 8. 4.) — c) *vindicatio* ab hostibus, Luc. 1, 69. 77. Act. 7, 25. — Luc. 1, 77 σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν. (1 Chron. 16, 35. Hab. 3, 12. Exod. 14, 13. 15, 2. — seq. ἀπό 2 Sam. 15, 14. Ier. 25, 35.) — d) *salus per Christum parta*, qui suos ex potestate peccati et mortis vindicat et

tutos praestat in hac et in altera vita; Io. 4, 22 ἡ σωτηρία, salus per Messiam. Act. 4, 12. 13, 26 τῆς σωτηρίας ταύτης, videl. de qua loquutus sum. Rom. 1, 16. 10, 1 εἰς σωτηρίαν, ut salvi fiant per Christum. v. 10. 11, 11. 13, 11. 2 Cor. 1, 6. 7, 10. Eph. 1, 13. Phil. 2, 12. 1 Thess. 5, 8. 9. 2 Thess. 2, 13. 2 Tim. 2, 10. 3, 15. Hebr. 1, 14. 2, 3. 10. 5, 9. 6, 9 τὰ ἐχόμενα τῆς σωτηρ. (Vid. Ἔχω, 2, lit. f.) c. 9, 28. 1 Petr. 1, 9. 10. 2, 2. Iud. v. 3. — metonym. *servator*; Act. 13, 47 τέθεικά σε — τοῦ εἶναι εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. (Ita LXX pro מוֹשִׁיעַ Ies. 47, 15. 63, 8. 2 Sam. 22, 3. 2 Reg. 13, 5.) — 2) ex usu hebraici יְשׁוּעָה, (2 Reg. 5, 1. 1 Sam. 14, 45. Ies. 59, 17. Hab. 3, 8. Ps. 20, 6. 44, 5.) *victoria, imperium in adversarios*, Apoc. 7, 10. 12, 10. 19, 1. *.

Σωτήριος, ον, (a σωτήρ) *salutifer, salutaris*; Tit. 2, 11 ἡ χάρις ἡ σωτήριος. (Sap. 1, 14 σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου. 3 Macc. 7, 18 πότος σωτήριος. — σωτήριον, salutare, Ioseph. ant. 2, 16. 1 ἐκπορίζειν τι σωτήριον στρατῷ.) — Substantive τὸ σωτήριον, *salus*, LXX pro יֵשַׁע, יְשׁוּעָה, Ps. 50, 24. 85, 7. 10. Ies. 38, 11. 51, 5. 56, 1. 59, 17. — Ita in N. T. a) *salus per Christum*, Act. 28, 28 ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, i. e. nuntius de salute divinitus promissa. — De spe huius salutis Eph. 6, 17. — b) metonym. *servator* ipse, Luc. 2, 30. 3, 6. (Test. XII patr. p. 542 ἐξ Ἰούδα ἀνατελεῖ ὑμῖν τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. ib. p. 614 ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸ σωτήριον τῷ Ἰσραήλ. — LXX. saepe etiam pro שֶׁלֶם de sacrificio pro salute, Exod. 20, 24. 29, 28. Lev. 3, 1 sqq. Test. XII patr. p. 569.) *.

Σωφρονέω, ῶ, aor. 1. ἐσωφρόνησα, (a σώφρων) 1) *sanae mentis sum*, ut homo sanae mentis et iudicii loquor, vel ago; Marc. 5, 15. 2 Cor. 5, 13 εἴτε ἐξέστημεν, θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν, sive insanire visus sum, ad Dei incommodum pertinet; sive sana mente loquutus esse videor, in vestrum commodum factum est. (Herodian. 4, 14, 9. Plato Alcib. 2 τὸ μαίνεσθαι ἆρά γε ὑπεναντίον σοι δοκεῖ τῷ σωφρονεῖν.) — 2) recte iudico, *prudenter ago*, 1 Petr. 4, 7. — et de singulis, quibus cernitur mens sana et prudens in agendo; unde late patet, et est etiam: *temperanter me gero, sobrius sum*, Tit. 2, 6. (Xenoph. cyrop. 3, 2. 4. Ioseph. ant. 2, 4. 4.) — *modeste me gero, modeste de me statuo*, Rom. 12, 3 φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ita statuere de se, ut modeste de te sentias et loquaris. (Ita Ioseph. ant. 1, 10. 4 Hagar sese modeste subiiciens dominationi Sarae dicitur σωφρονοῦσα.) *.

Σωφρονίζω, (ab eod.) facio aliquem σώφρονα, *facio ut sapiat*, prudenter, modeste agat et loquatur; *adhortor, castigo*; Tit. 2, 4. (Ioseph. bell. 2, 18. 7. ib. 3, 9. 7. vid. etiam quae *Loesn.* e Phil. p. 427 attulit.) *.

Σωφρονισμός, οῦ, ὁ, (a σωφρονίζω) — ducere *ad sanam mentem*; (ἐπὶ σωφρονισμῷ, ut ad sanam mentem castigando eos reduceret, Ioseph. ant. 17, 9. 2. et bell. 2, 1. 3.) — semel 2 Tim. 1, 7 πνεῦμα σωφρονισμοῦ, spiritus alium σώφρονα faciens, eum castigans, emendans. *.

Σωφρόνως, (a σώφρων) adverb. sana mente, *prudenter, moderate, sobrie, temperanter*; Tit. 2, 12. (Ioseph. ant. 4, 8. 23. ib. 5, 5. 2. Xenoph. cyrop. 4, 1. 15. Sap. 9, 11.) *.

Σωφροσύνη, ης, ἡ, (ab eod.) 1) sanae mentis esse, *mentis sanitas*; Act. 26, 25 οὐ μαίνομαι, ἀλλὰ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι. — 2) *temperantia, moderatio, sobrietas*, et tribuitur cuique, qui libidinum et affectuum impetum coërcet sana ratione, (4 Macc. 1, 31 σωφροσύνη δὴ τοίνυν ἐστὶν ἐπικράτεια τῶν ἐπιθυμιῶν. coll. c. 2, 2.) — Etiam de *modestia, pudicitia*; — in N. T. de modestia et pudicitia in ornatu muliebri, 1 Tim. 2, 9. — de pudicitia 1 Tim. 2, 15 ubi vero etiam moderatio omnium omnino cupiditatum esse potest. (2 Macc. 4, 37. — de sobrietate et castitate, Test. XII patr. p. 703. 712. Ioseph. ant. 2, 4. 3. — Ioseph. ant. 3, 11. 6 τὸ σῶφρον, pudicitia.) *.

Σώφρων, ον, (a σόος, contr. σῶς, sanus, incolumis, et φρήν) 1) sanus *mente*; prudens, Pind. Py. 3, 111. — 2) qui sana mente regitur, ratione reprimit cupiditatum impetum; hinc *sobrius, temperans, moderatus, modestus*, etiam *castus*; 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. 2, 2. 5 ubi de modestia et castitate morum dictum videtur. (Philo de nom. mutat. p. 1067 C. et D. Pind. Ist. 8, 56. Antonin. 3, 2.) *.

T.

Ταβέρναι, τρεῖς, *tres tabernae*, vid. Τρεῖς.

Ταβιθά, ἡ, (Syriac. ܛܒܝܬܐ, *caprea*) *Tabitha*, nom. pr. mulieris christianae; Act. 9, 36. 40.

Τάγμα, τος, τό, (a τάσσω, perfect. passiv. τέταγμαι) propr. dispositum, ordinatum; *ordo*; in specie: agmen militum, (2 Sam. 23, 13. 1 Sam. 4, 10. 15, 4. Ioseph. bell. 1, 9. 1. 3, 4. 2. coll. ant. 14, 15. 9.) — *ordo, series, die Reihenfolge*, 1 Cor. 15, 23. *.

Τακτός, ή, όν, (a τάσσω, perf. pass. τέτακται) ordinatus, *statutus*; — metaph. *constitutus, status, statutus*, de eo quod decreto definitum est; Act. 12, 21 τακτῇ ἡμέρᾳ. (Iob. 12, 5 εἰς χρόνον τακτόν. Dionys. Halic. a. rom. 2, 74. p. 133 ἡμέρᾳ τακτῇ συνερχόμενον.) *.

Ταλαιπωρέω, ῶ, aor. 1. ἐταλαιπώρησα, (a ταλαίπωρος, quod. vid.) 1) graviter laboro, (Xenoph. mem. 2, 1. 18. Ioseph. bell. 6, 1. 1 περί τι, in aliqua re), valde defatigor, (Ioseph. ant. 2, 16. 1 τῷ πόνῳ ταλαιπωρούμενοι.) — 2) *miser sum ex multo labore, miserum me sentio*; semel Iac. 4, 9. (LXX pro שָׁדַד, Ier. 4, 13. 20. 10, 19. Ioel. 1, 10. Mich. 2, 4. — transitive, τινά, affligo aliquem, Ps. 17, 10. Ies. 33, 1.) *.

Ταλαιπωρία, ας, ἡ, (ab eod.) 1) labor gravis et aerumna plenus, (Ioseph. bell. 7, 8. 2. Antonin. 7, 3.) — 2) *miseria, aerumna*; bis: Rom. 3, 16. Iac. 5, 1. (LXX saepius pro שֹׁד Ioel. 1, 15. Amos. 3, 10. vid. etiam Ps. 69, 20. Ies. 47, 11. 2 Macc. 6, 9.)

Ταλαίπωρος, ον, (ex ταλάω, s. τλῆμι, mihi impono, porto, perfero, et ὁ πῶρος, callus; etiam luctus), 1) graves labores sustinens; (Eurip. Phoen. 1636. Thucyd. 1, 10 ἡ ἀταλαίπωρος ζήτησις ἀληθείας.) — 2) *aerumnosus, miser*; bis: Rom. 7, 24. Apoc. 3, 17. (Ps. 137, 8. Tob. 13, 11. Sap. 3, 11. 13, 10. 2 Macc. 4, 47. 4. Macc. 16, 7. Ceb. tab. c. 28.)

Ταλαντιαῖος, αία, αῖον, (a τάλαντον) *talentum pondere aequans*; Apoc. 16, 21 χάλαζα μεγάλη, ὡς ταλαντιαία, quasi talenti pondo. (Ioseph. bell. 5, 6. 3 ταλαντιαῖοι μὲν ἦσαν οἱ βαλλόμενοι πέτροι. Test. XII patr. p. 598 λίθους ἕως ταλάντων τριῶν. Polyb. 9, 41. 8.) *.

Τάλαντον, ου, τό, (a ταλάω s. τλῆμι, porto) 1) lanx, statera, (Homer. Iliad. 8, 69.) — 2) id quod ponderatur, *talentum*, — i. e. a) pondus LXXX libras romanas aequans, (vel secundum *Biesterum* 53 Pfund, 22 Loth, 2 Quent. 56 Asse) (Xenoph. mem. 3, 6, 14. Test. XII patr. p. 598.) — b) pecuniae summa, *talentum*, aequans 60 minas atticas, sive 1350 imperiales; Matth. 18, 24. 25, 15—28 ubi autem non *atticum* talentum intelligendum est, sed *syriacum*, quod (secundum Rambachium in Potters griechischer Archaeologie T. III, p. 179) 320 imperialium septemque grossorum pretium complectebatur. — (LXX pro כִּכָּר, quae, ut intelligitur ex Exod. 38, 25 sqq., aequabat tria millia siclorum; saepissime, ut Exod. 25, 39. 2 Reg. 5, 5. 22. Esdr. 7, 21. Esth. 3, 9. 1 Macc. 11, 28. 2 Macc. 8, 10. 11. — Ioseph. ant. 3, 6. 7 σταθμὸν ἔχουσα (λυχνία) μνᾶς ἑκατόν. Ἑβραῖοι μὲν καλοῦσι κίγχαρες· εἰς δὲ τὴν ἑλληνικὴν μεταβαλλόμενον γλῶσσαν σημαίνει τάλαντον. ibid. 7, 14. 10. bell. 5, 13. 7.)

Ταλιθά, chald. טְלִיתָא s. syriacum ܛܠܝܬܐ, *puella*, i. q. τὸ κοράσιον, Marc. 5, 41.

Ταμεῖον, s. ταμιεῖον (quae differentia referenda est ad negligentiam in pronuntiando), είου, τό, (a ταμιεύω, i. e. ταμίας [quaestor] sum, repono, asservo) 1) *promptuarium, Vorrathskammer*; Luc. 12, 24. (LXX pro אָסָם Deut. 28, 8. Prov. 3, 10 Sir. 29, 12.) — 2) *conclave, Zimmer, Gemach*, Matth. 24, 26. Luc. 12, 3. (Ios. ant. 8, 15. 4.) — ad preces faciendas, Matth. 6, 6. (Test. XII patr. p. 701 εἰσερχόμενος εἰς τὸ ταμιεῖον, προσηυχόμην κυρίῳ. —

LXX pro חָרַר s. חָרַר saepius, ut Gen. 43, 30. Exod. 8, 3. Deut. 32, 25. 1 Reg. 20, 30. 22, 25. 2 Reg. 6, 12. Cant. 1, 3. Tob. 7, 17. Tropice Ps. Sal. 14, 5 *ταμεῖα καρδίας*.) *.

Ταννῦν, (*τὰ νῦν*) adv. *in praesenti, nunc*, Act. 4, 29. 17, 30. (Philo de opif. m. p. 14.) — *iam vero*, Act. 5, 38. 20, 32. (Herodot. 7, 104. Sophocl. Electr. v. 423.) cf. omnino *Νῦν*. *.

Τάξις, *εως*, *ἡ*, (a *τάσσω*, perf. pass. pers. 2 *τέταξαι*) *ordo*, i. e. a) multitudo in ordinem disposita; de militibus, Num. 1, 51. 2 Macc. 10, 37. — b) *ordo, series*, Luc. 1, 8 *ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ*. (Ita locus, quo aliquis collocatus est, quem tenere debet; 3 Esdr. 1, 15 *οἱ ἱεροψάλται ἦσαν ἐπὶ τῆς τάξεως αὐτῶν*, hebr. עַל־מַעֲמָדָם 2 Chr. 35, 15 ubi LXX *στάσις*. — munus, officium, Ioseph. vit. §. 71.) — 1 Cor. 14, 40 *κατὰ τάξιν*, in ordine, i. e. iusta serie. — c) metaph. *ratio*, die *Beschaffenheit*, et quidem ea ratio, quae ex ordine et mandato est; Col. 2, 5 *βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν*, bonum ordinem, iustam rationem. Ita etiam plurimi explicant verba: *κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ*, s. *Ἀαρών*, secundum rationem sacerdotii Melchis. s. Aaronis, Hebr. 5, 6. 10. 6, 20. 7, 11. 17. 21. Repetita sunt e Ps. 110, 5 ubi hebr. דִּבְרָה, quod explicant: ratio, conditio, genus; quod vero etiam esse potest: lex, praeceptum, ut *τάξις* legitur 3 Esdr. 1, 6. coll. Prov. 31, 24 ubi respondet hebr. תּוֹרָה, ita, ut vertendum sit: sacerdos ex eadem lege, qua Melchisedecus. Alii etiam hic *τάξιν* enarrant *seriem*. Sed vid. *Ἀμήτωρ*. Caeterum *τάξις* de *ratione* legitur etiam 2 Macc. 9, 18 *ἐπιστολὴν ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσαν*. Test. XII patr. p. 665 ubi gentes, quia ad idolorum cultum deflexerant, mutasse dicuntur *τὴν τάξιν αὐτῶν*, rationem ipsis praescriptam agendi. *.

Ταπεινός, *ή*, *όν*, (quod quidem deducunt a *τάπος*, sive *δάπος*, e quo *δάπεδον* et *ἔδαφος* pavimentum, solum, et *τάπης* s. *τάπις*, tapis, Teppich; alii per metathesin literarum ducunt a *πατέω*, quasi pro *πατεινός*, qui pedibus culcatur) — LXX maxime pro דַּל, שָׁפָל, עָנִי, עָנָו, et cognatis; — *humilis*, propr. a terra non multum adsurgens, homo proximus, (Pind. Ne. 3, 144. Ezech. 17, 24 *ξύλον ταπεινόν*.) — metaphor. *humilis*. Refertur a) ad conditionem externam, fortunam, honorem; *sorte humilis, vilis*, Luc. 1, 52 ubi *δυνάσταις* opponitur; (Iob. 12, 21. Ies. 11, 4. 32, 7. 1 Sam. 18, 23. Test. XII patr. p. 741.) — *pauper*, si *τῷ πλουσίῳ* opponitur, Iac. 1, 9. coll. v. 10. — b) ad animum: *modeste de se sentiens, modestus, submisso animo*, Rom. 12, 16. vid. *Συναπάγομαι*. — *timidus, meticulosus*, 2 Cor. 10, 1 ubi opponitur *τῷ θαῤῥοῦντι*. 2 Cor. 7, 6. — *modeste se subiiciens Deo, Deum humiliter reverens*, ubi opponitur *τῷ ὑπερηφάνῳ*, Matth. 11, 29 *ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ*. Iac. 4, 6. coll. 7. 1 Petr. 5, 5. (Ps. 18, 27. Prov. 3, 34. Ies. 11, 4. Sir. 3, 19. 11, 1. 10, 15. Prov. 11, 2 *στόμα ταπεινῶν μελετᾷ σοφίαν*, hebr. צְנוּעִים humiles in Deum. Ps. 34, 18 ubi *ταπεινοὶ τῷ πνεύματι* sunt, qui Deo se subiiciunt, calamitatibusque ab eo immissis emendantur.) *.

Ταπεινοφροσύνη, *ης*, *ἡ*, (a *ταπεινόφρων*) 1) *animi demissio, modestia*; Eph. 4, 2. Phil. 2, 3. Col. 3, 12. 1 Petr. 5, 5. (ita *ταπεινόφρων* Prov. 29, 23 pro שְׁפַל רוּחַ, et *ταπεινοφρονέω* Ps. 131, 3.) — Act. 20, 19 *δουλεύων τῷ κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ δακρύων καὶ πειρασμῶν*, in omni modestia, me ei modeste subiiciens, mala ab ipso mihi immissa perferens. (Vid. *Ταπεινός*.) — 2) *fucata reverentia in Deum*, quae tribuitur doctoribus falsis Col. 2, 18. 23 videturque fuisse in vestitu humili, vultu demisso, frequentioribus ieiuniis, duriori abstinentia. (Similiter in Iosephi hypomn. p. 102 Gibeonitis, Iosuam simulata externa humilitate fallentibus [Ios. 9, 4. 5], tribuitur *ταπεινοφροσύνη*.) *.

Ταπεινόφρων, *ονος*, *ὁ*, *ἡ*, — *ον*, *τό*, (ex *ταπεινός* et *φρήν*) *humilis mente, modeste de se statuens, modestus*; semel 1 Petr. 3, 8. [text. vulg. *φιλόφρονες*.] LXX Prov. 29, 23 pro שְׁפַל־רוּחַ. Iosephi hypomn. p. 102.

Ταπεινόω, *ῶ*, fut. *ώσω*, aor. 1. *ἐταπείνωσα*, aor. 1. pass. *ἐταπεινώθην*, fut. 1. pass. *ταπεινωθήσομαι*, (a *ταπεινός*). LXX plerumque pro עָנָה et שָׁפֵל s. הִשְׁפִּיל, etiam pro דָּכָא s. דָּכָה, הוֹגָה, הִכְנִיעַ, et similibus, — *humilem facio*, a) propr. Luc. 3, 5 *βουνόν* (Ies. 40, 4.) — b) tropice: humilem sorte, externa conditione facio; passivum *ταπεινόομαι* deprimor, i. e. *pauper sum*, Phil. 4, 12. Prov. 13, 7. Lev. 25, 39. Ies. 58, 10. Sir. 6, 13. 40, 3. — *ταπ. ἑαυτόν se subiicere humili conditioni*, Phil. 2, 8. (Ps. 93, 5. 141, 18. Ies. 51, 21.) — *fastum deprimo, pudore suffundo*, 2 Cor. 12, 21 *μὴ ταπεινώσῃ με ὁ θεὸς πρὸς ὑμᾶς*, ne Deus me ratione vestrum iterum pudore suffundat. Passiv. *deprimor, pudore suffundor*, Matth. 23, 12. Luc. 14, 10. 18, 14. (Ies. 10, 33. 13, 11. 25, 11. Dan. 4, 34. 2 Sam. 22, 28.) — *ταπεινοῦν ἑαυτόν*, *modeste de se iudicare*, modeste se gerere, Matth. 18, 4. coll. v. 1. 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14. 2 Cor. 11, 7. Sir. 2, 18. 3, 18. — Denique de humili animo erga Deum, summum dominum: passiv. *humi deprimor, humi prosternor*; Iac. 4, 10 *ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς*. 1 Petr. 5, 6 *ταπεινώθητε ὑπὸ τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ*, de iis, qui *humili animo se decretis Dei*, quanquam durioribus, *subiiciunt*. (coll. Gen. 16, 9. Thren. 3, 33 sq. 2 Macc. 8, 35. Neque in eiusmodi locutionibus exclusam esse poenitentiam et signa eius externa, docent loca Ier. 13, 17. Sir. 7, 17. 18, 21. coll. Ps. 44, 27. Psalt. Sal. 3, 9 *ἐξιλάσατο περὶ ἀγνοίας ἐν νηστείᾳ, καὶ ταπεινώσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*. Esdr. 9, 5 ubi *ταπείνωσις* de ieiunio. cf. etiam *Ὑπερήφανος*.) *.

Ταπείνωσις, *εως*, *ἡ*, (a *ταπεινόω*) — a) transitive: depressio, humiliatio; Psalt. Sal. 2, 39 *ἐλεῆσαι δίκαιον ἀπὸ ταπεινώσεως ἁμαρτωλοῦ*. — b) intransitive, LXX pro עֳנִי — deprimi, depressum sive humilem esse, (Iudith. 7, 32); tropice: *contumelia, ignominia*, Luc. 1, 48. (Gen. 29, 31. 16, 16. 1 Macc. 3, 52.) — *humilis conditio, calamitas, fata adversa*, quibus deiicimur de statu felicitatis, Act. 8, 33. (Ies. 53, 8. pro עֹצֶר) Iac. 1, 10. (2 Sam. 16, 12. Deut. 26, 7. Ps. 9, 13. Sir. 2, 4. 5. 11, 13. 20, 10.) — Phil. 3, 21 *τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν* pro *τὸ σῶμα τὸ ταπεινόν*, vile, caducum hoc corpus. (Test. XII patr. p. 744 *τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν, τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα ἐν μορφῇ ἀνθρώπου ταπεινώσεως*, hominis vilis et humilis.)

Ταράσσω, s. *άττω*, aor. 1. *ἐτάραξα*, perf. pass. *τετάραγμαι*, aor. 1. pass. *ἐταράχθην*, (quod putatur esse a themate obsoleto *ῥάω*, deminuo, concito, ictibus frango) Latinor. *turbo, rühren; umrühren, aufrühren*, (solum Pind. Ol. 2, 113.) — *turbo, commoveo*; a) propr. — *τὸ ὕδωρ*, Io. 5, 4. (LXX pro דָּלַח Ezech. 32, 2. 34, 19. Ies. 24, 14. coll. 2 Sam. 22, 8. mare, Hom. Odyss. 5, 291.) — b) tropice de animo, *perturbo, turbo*; (LXX pro בָּהַל, רָגַז et similibus) α) de statu animi: *animum moveo, misericordia, tristitia eum tango*; activum semel Io. 11, 33 *ἐτάραξεν ἑαυτόν*, er beunruhigte sich, (Antonin. 4, 26 *σεαυτὸν μὴ τάρασσε*), idem quod *ἐταράχθη τῷ πνεύματι*, animo perturbatus est, ut legitur Io. 13, 21. Io. 12, 27 *ἡ ψυχή μου τετάρακται*. (Gen. 43, 30. Ps. 55, 4. 109, 21.) — *metu concutio* animum, timorem incutio, Act. 15, 24. 17, 8. — passiv. *metu perturbor, confundor*, Matth. 2, 3. 14, 26. Marc. 6, 50. Luc. 1, 12. 24, 38. Io. 14, 1. 27. 1 Petr. 3, 14. (Ps. 6, 2. 3. 48, 5. Ies. 8, 12. Dan. 11, 44. Ps. 30, 9. 143, 4.) — β) de iudicio et persuasione: *perturbo animum, ancipitem s. dubium reddo*, ut nesciat quid statuat, Gal. 1, 7. 5, 10. Potest vero in utroque loco etiam esse: confusum, sollicitum facio. *.

Ταραχή, *ῆς*, *ἡ*, (a *ταράσσω*) *turbatio, commotio*, a) proprie, Io. 5, 4 *τοῦ ὕδατος*. coll. Ies. 24, 19. — b) metaph. *perturbatio rerum publicarum, tumultus*; Marc. 13, 8. (Ioseph. bell. 1, 10. 10. Polyb. 3, 9. 9. Eodem sensu videtur legi apud LXX Prov. 6, 14. Ies. 22, 5. Sap. 14, 25. 2 Macc. 3, 30. 15, 29. — de terrore Ezech. 30, 16. Sap. 17, 8.) *.

Τάραχος, *ου*, *ὁ*, (ab eodem) *perturbatio*; — metaph. *terror*, Act. 12, 18. (1 Sam. 5, 9. Iob. 24, 17. Xen. anab. 1, 8. 2.) — *tumultus*, Act. 19, 23. Vid. *Ταραχή*. *.

Ταρσεύς, *έως*, *ὁ*, (a *Ταρσός*) *Tarsensis*, Tarso oriundus; Act. 9, 11. 21, 39.

Ταρσός, *οῦ*, *ἡ*, (profani etiam *Ταρσοί*, *ῶν*, *αἱ*, quia a Cydno flumine dividebatur in duas urbes) *Tarsus*, urbs satis antiqua, Ciliciae primaria (Ioseph. ant. 1, 6. 1 *Ταρσὸς τῶν πόλεων* [Ciliciae] *ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται, μητρόπολις οὖσα*, Strabo lib. 14), tempore Apostolorum urbs libera Romanorum (i. e. immunis a praesidis romani iurisdictione, suis utebatur legibus et magistratibus, imperium Ro-

manorum tamen agnoscens), libertate ei donata ab Augusto Caesare (Plin. 5, 27. Appian. Civ. 5), cuius incolae literas et philosophiam Graecorum magno studio excolebant (Strabo lib. 14. p. 463 edit. *Casaub.*), Pauli Apostoli patria. Act. 9, 30. 11, 25. 22, 3. *.

Ταρταρόω, ῶ, aor. 1. ἐταρτάρωσα, (a τάρταρος, tartarus, i. e. locus subterraneus, tristissimus, tenebricosus, ferreis portis clausus; locus poenarum sceleratorum post mortem, conveniens igitur Iudaeorum Hadi vel Gehennae) *in tartarum detrudo* s. *conficio*, εἰς τάρταρον ῥίπτω (Hom. Iliad. 8, 13); 2 Petr. 2, 4 σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους. Ioseph. c. Apion. 2, 33 ἐν ταρτάρῳ δεδεμένοις. — Καταταρταρόω eodem sensu apud Sext. Empir. Pyrrh. hypotyp. 3, 24. Apollodor. bibl. 1, 1 et 2.

Τάσσω, s. άττω, aor. 1. ἔταξα, perf. pass. τέταγμαι, aor. 1. med. ἐταξάμην, — LXX maxime pro שׂוּם, passim etiam pro נָתַן, צִוָּה, שִׁית, — 1) *colloco loco suo et ordine, ordino, constituo*; — propr. de militibus dispositis, (2 Macc. 15, 20 de aliis rebus et personis. Hab. 2, 9 νοσσιὰν εἰς ὕψος. Ier. 7, 30 τὰ βδελύγματα ἐν οἴκῳ. 2 Chr. 31, 2 τὰς ἐφημερίας τῶν ἱερέων.) — Passivum: *collocor*, tropice τασσόμενος ὑπό τινα, collocatus, constitutus sub, i. e. *subiectus* alicui; Luc. 7, 8. — τεταγμένος. an seinen Platz gestellt, i. e. constitutus, collocatus; de magistratu; Rom. 13, 1 αἱ ἐξουσίαι ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. (1 Chr. 16, 4. 7. 2 Sam. 7, 11. 2 Reg. 10, 26. Ioseph. bell. 7, 8. 2 τεταγμένος ἐπί τινι, cui negotium datum est. Id. ant. 7, 14. 9 τάσσεσθαι ἐπί τινος, praefici alicui.) — 2) colloco universe, colloco aliquid ad aliquid; tropice: *applico* aliquid alicui rei; 1 Cor. 16, 15 εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς, ad ministerium in commodum Christianorum se applicuerunt. (Hag. 1, 5 τάξατε δὴ τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὰς ὁδοὺς ὑμῶν. Zach. 7, 12 τὴν καρδίαν αὐτῶν ἔταξαν ἀπειθῆ. Dan. 11, 17 τάξει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰσελθεῖν.) — (Medium: τάσσομαι μετά τινος, colloco me, i. e. sto ab eius parte, Ioseph. bell. 4, 5. 3.) — Passivum: *collocor, disponor, applicor* ad aliquid; Act. 13, 48 ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, quotquot erant dispositi, applicati, i. e. apti facti oratione Petri, ad vitam aeternam adipiscendam. (2 Macc. 6, 21 οἱ δὲ πρὸς τῷ σπλαγχνισμῷ τεταγμένοι, ad misericordiam dispositi, s. apti. Maxim. Tyr. diss. 10. p. 102 ed. Heins. ἐπὶ ἡδονὰς συντεταγμένοι, voluptatibus dediti. Ioseph. ant. 4, 2. 3 οἱ συντεταγμένοι τῷ Κορῇ, partibus Corae adiuncti.) — 3) *constituo, decerno, definio*; Act. 15, 2 ἔταξαν ἀναβαίνειν. c. 22, 10 πάντων ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι. (Dan. 6, 12. 1 Macc. 5, 27. 12, 26.) — Medium: *constituo* s. *definio mihi*, in meum usum; Matth. 28, 16 εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς Ἰησοῦς, videl. πορευθῆναι. Act. 28, 23 ταξάμενοι αὐτῷ ἡμέραν. (2 Sam. 20, 5. Aelian. var. hist. 14, 22 et saepe apud profanos.) *.

Ταῦρος, ου, ὁ *taurus*; Matth. 22, 4. Act. 14, 13. Hebr. 9, 13. 10, 4. (LXX pro שׁוֹר Exod. 21, 28. 29. 32. 35. 36. Sir. 6, 3.) *.

Ταὐτά, contr. pro τὰ αὐτά, *eadem illa*; [1 Thess. 2, 14 ubi *Griesb.* τὰ αὐτά.] et in codicibus κατὰ τ' αὐτά, pro κατὰ ταῦτα, Luc. 6, 23. 26. 17, 30. (τ' αὐτό Ioseph. bell. 6, 8. 5.) *.

Ταφή, ῆς, ἡ, (a θάπτω, aor. 2. ἔταφον) *sepultura*; Matth. 27, 7. (LXX pro קְבוּרָה Deut. 34, 6. 2 Chr. 26, 23. Ier. 22, 19. קֶבֶר Ies. 53, 9. Ez. 32, 23. 2 Macc. 9, 15. 13, 7. Ioseph. bell. 1, 9. 1. et 5, 13. 7.) *.

Τάφος, ου, ὁ, (ab eod.) *sepulchrum*; Matth. 23, 27. (vid. *Κονιάω*). v. 29. cap. 27, 61. 64. 66. 28, 1. Rom. 3, 13 τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, (Ps. 5, 10.) sensus: os eorum semper aperitur ad calumnias evomendas. — LXX pro קֶבֶר Gen. 23, 4. 20. 2 Sam. 2, 31. 2 Reg. 13, 22. 22, 20. Ez. 37, 13. aliquoties etiam pro קְבוּרָה Gen. 47, 30. 2 Reg. 21, 25. — Ioseph. ant. 17, 8. 3. de funere. *.

Τάχα, (neutr. adiect. ταχύς) 1) cito, celeriter, mox; sic semper apud Homerum; (Hom. Odyss. 1, 251. Sap. 13, 6. Vid. *Viger.* de idiot. p. 447.) — Apud posteriores scriptores est: 2) *facile, forsitan*, (Ioseph. bell. 5, 9. 4. ant. 6, 3. 2.) — In N. T. bis: Rom. 5, 7. et Philem. v. 15. (Sap. 14, 19. Xenoph. anab. 5, 2. 13.) *.

Ταχέως, (a ταχύς) adv. *celeriter, confestim; quam primum, mox*; Luc. 14, 21. 16, 6. Io. 11, 31. 1 Cor. 4, 19. Gal. 1, 6. Phil. 2, 19. 24. 2 Tim. 4, 9. (Ier. 50, 44. Iud. 9, 48. Ies. 8, 3. 2 Sam. 17, 18. Sap. 6, 5. Ioseph. ant. 7, 13. 2.) — *praepostere, temere, übereilt, zu schnell* 2 Thess. 2, 2. 1 Tim. 5, 22. (Prov. 25, 8. Sap. 14, 15. 28.) *.

Ταχινός, ή, όν, *velox, celer*; Ies. 59, 7. Sap. 13, 2. Sir. 11, 22 ἐν ὥρᾳ ταχινῇ. Callim. hymn. in Delum, 95. — de eventu: *repentinus, subitus*; 2 Petr. 1, 14. 2, 1. (Sir. 18, 26.) *.

Τάχιον, (neutrum comparativi ταχίων, ὁ, ἡ, — ον, τό, a ταχύς) adverb. seriorum scriptorum pro θᾶττον, (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 76 sq.) *citius, celerius*, Io. 20, 4 προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου. (Sap. 13, 9.) — Nonnunquam id, ad quod comparativus referendus est, non additur, quia facile intelligitur; Io. 13, 27 ποίησον τάχιον, celerius quam mihi videris facere velle; i. e. age celerius quam agis, propera. 1 Tim. 3, 14 τάχιον, citius quam epistola a me scripta. Hebr. 13, 19 τάχιον citius, quam sine precibus pro me factis eventurum esset. ib. v. 23 τάχιον videl. quam ego proficiscar. (1 Macc. 2, 40 τάχιον citius, quam si pugnaremus. Test. XII patr. p. 628 εἴπατε ταῦτα τοῖς τέκνοις ὑμῶν, ὅπως ἂν ἁμαρτήσωσι, τάχιον (celerius quam ceteroquin) ἐπιστρέψωσι πρὸς κύριον.) *.

Τάχιστα, (neutr. superlat. τάχιστος, a ταχύς) adverb. *celerrime*; Act. 17, 15.

Τάχος, εος, contr. ους, τό, (a ταχύς). — Ἐν τάχει, *celeriter; cito*; Act. 12, 7. 22, 18. — de tempore: *brevi, mox*, Luc. 18, 8. Act. 25, 4. Rom. 16, 20. Apoc. 1, 1. 22, 6. (Deut. 9, 3. 11, 17. 28, 20. Ps. 2, 13. Sir. 27, 3. Ioseph. ant. 17, 5. 1. — LXX etiam eodem sensu τὸ τάχος, 1 Reg. 22, 9. Deut. 7, 4. 22. Ies. 5, 19. — τῷ τάχει 1 Chron. 12, 8. — τάχος 2 Chr. 18, 8. — διὰ τάχους Ps. 6, 10. Sir. 11, 21. — ἕως τάχους, Ps. 148, 4. Ioseph. c. Apion. 2, 9 κατὰ τάχος.) *.

Ταχύ, (neutr. a ταχύς) adv. *cito, subito*, Matth. 28, 7. 8. [Marc. 16, 8.] Io. 11, 29. Apoc. 2, 5. 16. 3, 11. 11, 14. 22, 7. 12. 20. — *statim, illico*, Matth 5, 25. Marc. 9, 39 ταχύ, statim, dum utitur nomine meo in sanando. — (Ies. 51, 5. Ier. 49, 18. Gen. 27, 20. Deut. 9, 12. 16. Sir. 19, 4. Ps. 37, 2. 79, 8.) *.

Ταχύς, εῖα, ύ, *celer, festinans*; Iac. 1, 19 ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, promptus ad audiendum. (Prov. 29, 20 ταχὺς ἐν λόγοις. Sir. 5, 11 ταχὺς ἐν ἀκροάσει. Sir. 4, 29 ταχὺς ἐν γλώσσῃ. Psalt. Sal. 4, 6 ταχὺς εἰσόδῳ εἰς πᾶσαν οἰκίαν ἐν ἱλαρότητι ὡς ἄκακος.)

Τέ, particula enclitica copulativa, in N. T. praesertim in Actis Apostolorum et in epistolis ad Romanos et Hebraeos obvia, apud Matthaeum bis, in Ioannis scriptis semel c. 2, 15. [et Apoc. 1, 2. 21, 12.] lecta. Vide de ea *Viger.* p. 517. et ad eundem *Hermann.* p. 833. *Wineri* Gr. p. 412 sqq. *Rostii* Gr. p. 690 sqq. *Hand* progr. I. II. de particula τε. Ien. 1823. 4. *Sommer* in d. neuen Iahrbüch. für Philol. 1831. III, p. 400 sq. Eius vis est, non ut simpliciter nectat, ut καί et Latinorum *et*, sed ut respondeat Latinorum *que* et arctiorem coniunctionem duarum notionum vel propositionum indicet, quarum posterior priori subiungitur. Differunt itaque καί et τέ inter se ut *et* et *que*. („Multum differunt καί et τέ, quarum particularum prior est *et*, altera autem *que*, quae proprie non copulat, sed rem reddit incertam, ut fere nostro *etwa* respondeat. Hinc ὅστε, οἷός τε, ὥστε, ἔνθα τε, et quae reliqua sunt huiusmodi, explicari debent. Itaque τέ etiam alio modo, quam καί, copulat. Nam quum integra orationis membra per τέ adnectuntur, ita hoc fieri solet, ut ea modo addantur, quae tanquam non necessaria praecedentibus accedunt. Idque Latini per *que* indicant." Haec *Hermannus* ad Vig. l. l.). —

1) sola et sine καί, apud Homerum et poetas ea consociat, quae naturali quodam nexu ita inter se coniuncta cogitantur, ut alterum ex altero sua sponte sequatur, aut ubi annectitur aliquid, quod ad totius rei descriptionem absolvendam facit; apud scriptores atticos in prosa oratione τέ nectit notiones cognatas, quarum posterior vel in priori contenta cogitatur vel illi subiungitur. — In N. T. eius usus est a) ut coniungat ea, quae vel sua natura coniuncta esse et invicem se excipere solent, vel quae in se quidem diversa, tamen tempore, loco, vel alio modo coniuncta sunt. Verti potest in eiusmodi locis: *que, simul, etiam*; Matth. 28, 12 συναχθέντες συμβούλιόν τε λαβόντες. Act. 2, 33 τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος

λαβών. v. 37. c. 5, 19 *ἤνοιξε τὰς θύρας ἐξαγαγών τε εἶπε.* c. 6, 13. 8, 1. 6. 31. 9, 15. 10, 22. 28. 48. 11, 13. 21. 26. 12, 6. 8. 15, 5 *δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς παραγγέλλειν τε τηρεῖν τον νόμον.* v. 39. 16, 11. 19, 6. 12 *ἀπαλλάσσεσθαι τὰς νόσους τά τε πνεύματα ἐκπορεύεσθαι.* 23, 10 *ἁρπάσαι αὐτὸν ἄγειν τε εἰς τὴν παρεμβολήν.* Act. 24, 5. 27, 3. Rom. 1, 20 *τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις.* 1 Cor. 4, 21 *ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πρᾳότητος.* Eph. 3, 19. Hebr. 1, 3. 9, 1. 12, 2 et passim. (Sap. 8, 19. 3 Macc. 1, 12. 18. 3, 15. 6, 41.) — b) ut coniungat propositiones, quibus vel antecedentia illustrantur, vel annectitur aliquid ad orationem accedens eamque accuratius definiens, ubi coniunctioni propositionum laxiori inservit, et verti potest: *que, et,* vel etiam *vero, enim;* Act. 1, 15 *ἦν τε ὄχλος.* 3, 10. 4, 13. 6, 7. 8, 3. 9, 24. 10, 33, 18, 11. 26. 19, 11. 20, 7. 21, 18. 24, 23. 27, 5. 17. 20. Rom. 2, 19. 2 Cor. 10, 8. Iud. v. 6. (Sap. 10, 3. 7, 21. 3 Macc. 6, 32.)

2) *τέ — καί, que — et,* sive *etiam, pariter — ac,* arctius nectit quam simplex *καί*, ac apud scriptores profanos adhibetur, ubi diversi generis notiones subiunguntur alteri notioni in qua contentae cogitantur, sive ut diversi generis notiones uno enuntiato comprehensae sint, ita tamen, ut ea notio, quae secundo loco ponitur, priore potior habeatur. In N. T. legitur et in enumerandis nominibus, quibus est commune praedicatum, et in enumerandis praedicatis uni subiecto communibus, praesertim cum de diversis enuntiatur aliquid, quod iis commune est; Luc. 21, 11 *σεισμοί τε καὶ λιμοί, φοβητρά τε καὶ σημεῖα.* 22, 66. 23, 12 *ὅ τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης.* Io. 2, 15 *τά τε πρόβατα καὶ τοὺς βόας.* Act. 1, 1 *ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν.* Act. 2, 9. 10. 43. 4, 27. 5, 14. 9, 24 *ἡμέρας τε καὶ νυκτός.* 17, 10 *τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν.* v. 14. 18, 5. 24, 3 *πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ.* c. 26, 3. 30. Rom. 1, 12. 14 *Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις.* v. 16. 2, 9. 3, 9. Phil. 1, 7 *ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ.* Hebr. 4, 12. 5, 1. 7. 14 et passim. (Iob. 9, 4. 10. Sap. 7, 16. 2 Macc. 3, 1. 3 Macc. 3, 23.) — Necuntur ita etiam propositiones, Matth. 27, 48 *βαλὼν σπόγγιον, πλήσας τε ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ.* Luc. 24, 20. Act. 8, 28. 9, 18. 29. 10, 2. 14, 21. 21, 11. Hebr. 6, 4. (Sap. 4, 2.) — Ubi plures quam duo nectuntur, duo priores iunguntur per *τέ — καί*, reliqui per *καί*, Luc. 12, 45 *ἐσθίειν τε καὶ πίνειν, καὶ μεθύσκεσθαι.* Act. 1, 13 *ὅ, τε Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀνδρέας.* Act. 5, 24. 21, 25. 1 Cor. 1, 30. Hebr. 2, 4. — Act. 13, 1 *ὅ τε Βαρνάβας, καὶ Συμεών, καὶ Λούκιος, Μαναήν τε, καὶ Σαῦλος.*

3) *τέ — τέ*, i. q. *τέ — καί*, Act. 2, 46. (coll. c. 5, 42.) Act. 26, 16 *ὧν τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι.* (Sap. 7, 13 *ἀδόλως τε ἔμαθον, ἀφθόνως τε μεταδίδωμι.*)

4) *τέ*, si coniungitur cum aliis particulis, ut *γάρ, καί, ἐάν*, retinet suam, quam hactenus exposuimus, potestatem. Rom. 1, 26. 27 *αἵ, τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν — ὁμοίως τε καί,* ubi est *pariter ac:* filiae enim pariter — atque etiam simili modo etc. Rom. 7, 7 *τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν,* *neque* enim cognovissem etc. Rom. 14, 8 *ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, — ἐάν τε ἀποθνήσκομεν, — ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθν., τοῦ κυρίου ἐσμέν,* qui locus ut antea no. 2. diximus membra disiuncta refert ad unum, videlicet ad *τοῦ κυρίου εἶναι.* 2 Cor. 10, 8 *ἐάν τε γὰρ καί*, ubi *τέ* nectit ut diximus no. 1. b. (coll. Sap. 3, 17. 18.) Hebr. 2, 11 *ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι*, ubi *τέ* referendum est ad seq. *καί*, et est: *pariter ac.* — *τε καί* Act. 19, 27 *μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι*, futuraque etiam s. insuper destructio maiestatis eius. c. 21, 28 *ἔτι τε καί*, insuperque etiam.

Τεῖχος, *εος, ους, τό*, (a *τεύχω*, struo, paro, armo) proprie propugnaculum structum, munimentum; in specie *moenia,* murus, quo urbs circumdatur. (Moeris Att. *τειχίον· τὸ τῆς οἰκίας, τεῖχος· τὸ τῆς πόλεως.*) Act. 9, 25. 2 Cor. 11, 33. Hebr. 11, 30. Apoc. 21, 12 – 19. (LXX pro חוֹמָה saepissime, ut Deut. 3, 5. Ios. 2, 15. 6, 5. 20. 1 Sam. 31, 10. Hom. Iliad. 2, 691. 7, 436.) *.

Τεκμήριον, *ίου, τό*, (a *τέκμαρ*, finis, terminus, exitus, signum, documentum) *nota certa, qua aliquid dignoscitur, documentum, argumentum, signum indubitatum,* (ein sicheres *Wahr*- oder Merkzeichen); semel Act. 1, 3. (Sap. 5, 11 *τεκμήριον πορείας.* [portentum Sap. 19, 13.] 3 Macc. 3, 24. Ioseph. c. Ap. 1, 31 *τεκμ. τῆς ἀρετῆς.* Id. de vit. §. 1. ant. 12, 3. 1. ib. 3, 7. 7. Xenoph. mem. 1, 1. 2.) Hesych. *τεκμήριον· σημεῖον ἀληθές.* *.

Τεκνίον, *ου, τό*, (deminutiv. a *τέκνον*) *filiolus;* — ut Latinor. *filiolus* in blanda allocutione est: *carissimus,* quem paterno prosequor amore; Io. 13, 33. Gal. 4, 19. 1 Io. 2, 1. 12. 28. 3, 7. 18. 4, 4. 5, 21. *.

Τεκνογονέω, *ῶ*, (a *τεκνογόνος*, prolem faciens, quod ex *τέκνον* et *γένω*, i. q. *γεννάω*) *liberos gigno, prolem facio;* 1 Tim. 5, 14. (Anthol. gr. ed. Iacobs II, p. 202. LXX *τεκνοποιέω*, ut Ies. 65, 23. Ier. 12, 2.) *.

Τεκνογονία, *ας, ἡ*, (a *τεκνογονέω*) *liberorum procreatio,* 1 Tim. 2, 15 *διὰ τῆς τεκνογ.* eo quod liberos parit regni coelestis cives et salutis haeredes. *.

Τέκνον, *ου, τό*, (a stirpe obsoleta *τέκω*, i. q. *τίκτω*) LXX pro בֵּן et בָּנִים, aliquoties etiam pro יֶלֶד — 1) *partus, proles,* de prole utriusque sexus, Luc. 1, 7. Apoc. 12, 4. (Gen. 3, 16. Deut. 28, 57. — etiam de prole animalium, 1 Sam. 14, 23. 4 Macc. 14, 16.) — *τέκνα, liberi,* utriusque sexus, Matth. 10, 21. 15, 26. 18, 25. Marc. 7, 27. 10, 29 sq. 13, 12. Luc. 1, 17. 14, 26. 18, 29. 20, 31. Act. 21, 5. 1 Cor. 7, 14. 2 Cor. 12, 14. Eph. 6, 1. 4. Col. 3, 20 sq. 1 Tim. 3, 4. 12. 5, 4 et saepius. — Latiori sensu: *posteri*, Matth. 3, 9. Luc. 3, 8. Act. 2, 39. 13, 32. Gal. 4, 31. 1 Petr. 3, 6. (Exod. 10, 2. 20, 5. 34, 7. Ios. 14, 9.) — *τέκνα τῆς σαρκός*, proles secundum nativitatem; *τέκνα τῆς ἐπαγγελίας*, posteri vi promissionis, Rom. 9, 7. 8. Gal. 4, 28. (Similiter *τέκνα πορνείας* pro *ἐκ πορνείας*, Hos. 1, 2. 2, 4.)

2) *filius*, Matth. 7, 11. 21, 28. 22, 24. Marc. 13, 12. Act. 7, 5. 21, 21. Phil. 2, 22. Apoc. 12, 5. (Gen. 17, 16. 30, 1.) Vocativus *τέκνον* semper blandientis est: *mi fili, carissime!* et utuntur eo non solum patres erga filios, Matth. 21, 28. Luc. 2, 48. 15, 31. (Gen. 22, 7. 27, 18. 25. 26. 43. 48, 19.) — sed etiam patroni erga eos, quos curant, et amici erga amicos, Matth. 9, 2. Marc. 2, 5. Luc. 16, 25. — magistri erga discipulos, Marc. 10, 24. 1 Tim. 1, 18. 2 Tim. 2, 1. (coll. 1 Cor. 4, 14. 2 Cor. 6, 13. 1 Thess. 2, 11.) quare etiam Paulus eos, quos docuerat, et Christianos fecerat, *τέκνα* appellat, 1 Cor. 4, 17. 1 Tim. 1, 2. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. Phil. v. 10. coll. 3 Io. v. 4. — (cf. e V. T. 1 Sam. 3, 16. 16. 24, 17. 26, 17. 21. Ps. 34, 11. Sir. 2, 1. 3, 1. 17. 4, 1. 6, 18. 17, 1.)

3) metaphor. ut hebr. בֵּן, a) civitatis vel urbis, quasi matris (Ies. 54. Ier. 2, 30), *τέκνα* sunt: *cives, incolae,* Matth. 2, 18. vid. *Ῥαχήλ.* 23, 37. Luc. 13, 34. 19, 44. Gal. 4, 25. 31. Apoc. 2, 23. (Ies. 60, 4. 9. Ioel. 2, 23. Zach. 9, 13. Psalt. Sal. 11, 3 *ἴδε, Ἱερουσαλήμ, τὰ τέκνα σου ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν συνηγμένα εἰς ἅπαξ ὑπὸ κυρίου.*) — b) *τέκνα* alicuius (ut etiam *υἱοί*, vid. *υἱός*) dicuntur, qui habent vel praestant, quod filiorum est; igitur: α) *obsequium*, filii instar, *praestans, alicuius studiosus, et fideliter adhaerens, eum amans,* Io. 1, 12. 8, 39. Phil. 2, 15. 1 Petr. 1, 14 *ὡς τέκνα ὑπακοῆς*, ut filii obedientes scil. Deo. 1 Io. 3, 1. 2. 10. (Hos. 10, 9 *τέκνα ἀδικίας*, prava amantes.) Hinc *τέκνα τοῦ θεοῦ* de Dei cultoribus, videlicet *populo Israelitico* Io. 11, 52. (Ies. 30, 1. Sap. 16, 21. vid. etiam *Παῖς*), et coetu Christianorum, 1 Io. 5, 2. — β) *favoris* et *beneficiorum* alicuius *particeps;* ita *τέκνα θεοῦ*, Rom. 8, 16. 17. 21. 9, 8. Eph. 5, 1 *ὡς τέκνα* (*τοῦ θεοῦ*) *ἀγαπητά*, ut decet eos, quos Deus filiorum instar amat et beat. — γ) *is qui,* ut filius patri, alicui *est subiectus, obstrictus et tenetur,* ei *devotus* est; *τέκνα σοφίας* Matth. 11, 19. Luc. 7, 35. Iudaei dicuntur, quatenus doctrina divina ipsis tradebatur, ut eam admitterent. *τέκνα φωτός* Eph. 5, 8 verae doctrinae addicti. *τέκνα ὀργῆς* Eph. 2, 3. *τ. κατάρας* 2 Petr. 2, 14 poenis, exitio devoti.

Τεκνοτροφέω, *ῶ*, aor. 1. *ἐτεκνοτρόφησα*, (ex *τέκνον* et *τροφέω*, i. q. *τρέφω*) *liberos alo, educo;* 1 Tim. 5, 10. *.

Τέκτων, *ονος, ὁ*, (a *τέκω, τίκτω*, ut *τέχνη*, unde propr. qui aliquid parit, procreat, artifex) — *faber lignarius,* Matth. 13, 55. Marc. 6, 3 *ὁ τέκτων;* videlicet e more Iudaeorum Rabbini simul artem aliquam discere solebant. Vid. *Wolfii* cur. phil. Tom. I. p. 461. (LXX saepius pro חָרָשׁ 1 Sam. 13, 19 *τέκτων σιδήρου.* Ies. 44, 12 *χαλκοῦ.* 1 Reg. 7, 14. — *τέκτων ξύλων*, 2 Sam. 5, 11. 2 Reg. 12, 11. 1 Chron. 14, 4. Ies. 40, 20.) *.

Τέλειος, *εία, ειον*, (a *τέλος*) — LXX plerumque pro שָׁלֵם et תָּמִים — 1) *perfectus,* i. e. a) ad finem perductus, absolutus; sensu proprio non legitur in N. T., sed tropica de eo, qui *prorsus est expeditus* ad aliquid;

Matth. 19, 21 εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, si vis esse prorsus expeditus ad societatem discipulorum meorum, qui sua reliquerunt, ut mecum possint versari et me doctorem comitari, ein ganz geschickter Schüler für mich. (De ea enim perfectione, quae, ut Pontificii putant, in paupertatis voto, sponte suscepto, cernatur, non est sermo.) 1 Cor. 2, 6 σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, ea quae dicimus sapientiae congrua habentur coram perfectis cognitione, i. e. iudicio eorum, qui prorsus expediti sunt ad intelligendas res divinas. — b) omnibus suis partibus constans, *cui nihil deest, integer, omnibus numeris absolutus;* Iac. 1, 4 ἔργον τέλειον ἐχέτω, in comitatu habeat opus perfectum (honestatem integram), ἵνα ἦτε τέλειοι, — ἐν μηδενὶ λειπόμενοι. 1 Io. 4, 18 ἡ τελεία ἀγάπη, Lutherus optime: die völlige Liebe. (Ita LXX καρδία τελεία, i. q. aliis in locis ὅλη, tota mens, amor plenus et perfectus. Test. XII patr. p. 616 ἕως ἂν ἐπιστρέψητε πρὸς κύριον ἐν τελείᾳ καρδίᾳ. Eodem sensu pro תָּמִים, integer, a labe purus, de sacrificiis, Exod. 12, 5. Philo quis rer. div. haer. p. 496.) — c) interna ratione perfectus, *perfectus* ipse; Matth. 5, 48 τέλειοι, perfecti mente et voluntate. Rom. 12, 2 θέλημα τοῦ θεοῦ τέλειον. Phil. 3, 15 τέλειοι, perfecti et mente et voluntate. Col. 1, 28. 4, 12 στῆτε τέλειοι, ut persistatis in perfectione christiana. Hebr. 9, 11 τελειοτέρα σκηνή. Iac. 1, 17 δώρημα. v. 25 νόμος. c. 2, 2 τέλειος ἀνήρ. (De animi perfectione morumque puritate legitur etiam Gen. 6, 9. Deut. 18, 13. 2 Sam. 22, 16. Sir. 44, 17. Sap. 9, 6. Antonin. 7, 69 ἡ τελειότης τοῦ ἤθους.) — 2) *adultus*, i. e. qui ad perfectionem, integritatem suam excrevit, (Hom. Iliad. 1, 66. Philo alleg. II, p. 57. ib. p. 94. de vita Mos. I, p. 605. et τελειωθείς, adultus, Apollodor. 1, 9. 8. ib. 3, 1. 2.) — In N. T. refertur ad eos, qui intellectu adulti sunt, perfecti cognitione; 1 Cor. 14, 20 ταῖς φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε, animo, cognitione, virtute adulti sitis. Eph. 4, 13 εἰς ἄνδρα τέλειον, ut simus instar viri qui prorsus adolevit; sensus: perfecti cognitione. — τὸ τέλειον 1 Cor. 13, 10 *aetas adulta*, qua intellectus prorsus est excultus; coll. v. 11. Hebr. 5, 14 τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή. *.

Τελειότερος, έρα, ερον, (compar. a τέλειος) perfectior, — *praestantior;* Hebr. 9, 11. vid. Τέλειος.

Τελειότης, ητος, ἡ, (a τέλειος) *perfectio;* (Antonin. 5, 15 τελειότητές εἰσι τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως.) — de doctrina: Hebr. 6, 1 ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, ad altiora, subtiliora progrediamur. — de perfectione morum, Col. 3, 14. vid. Σύνδεσμος. (In V. T. pro תָּמִים de sinceritate, probitate, Iud. 9, 16. 19. — Sap. 6, 15 φρονήσεως τελειότης, i. e. summa φρόνησις. ib. 12, 17 δυνάμεως τελειότης, summa δύναμις.) **.

Τελειόω, ῶ, aor. 1. ἐτελείωσα, perf. τετελείωκα, perf. pass. τετελείωμαι, aor. 1. pass. ἐτελειώθην, (a τέλειος) 1) τέλειον facio, *perficio, absolvo;* Luc. 2, 43 τὰς ἡμέρας. Act. 20, 24 τὸν δρόμον. — opus, Luc. 13, 32 τελειοῦμαι, certissime perficiam, quae peragenda mihi sunt; nam praesens apud nostros et profanos pro futuro ponitur, ubi vel res futura loquenti ita certa est ac si iam praesens sit, vel ubi aliquis iam in eo est, ut rem faciat. (Vid. *Winer.* Gr. p. 242. *Rostii* Gr. §. 116. p. 568. — Alii: moriar, vitam finiam.) — τελ. τὸ ἔργον, Io. 4, 34. 5, 36. 17, 4. (Neh. 6, 3. 16. 1 Reg. 7, 21 pro תָּמַם. Sir. 50, 19. Hom. Od. 6, 234.) — vaticinia, i. q. πληροῦν, *eventu comprobare*, Io. 19, 28 ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφή. coll. Luc. 1, 45. (Iudith. 10, 9. Act. Thom. §. 10. Hom. Iliad. 9, 456 θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαράς.) — 2) *perfectum facio* i. e. a) *talem facio, qualis esse debet;* Io. 17, 23 ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν, quod pro ἵνα ὦσι τελείως εἰς ἕν, ut perfecte sint uniti, coniuncti vere et arctissime. Hebr. 2, 10 διὰ παθημάτων τελειῶσαι, perfectum facere servatorem per παθήματα, quibus didicit et nostris παθήμασι succurrere. — De iis quibus munus traditur: *constituo;* Hebr. 7, 28 εἰς αἰῶνα τετελειωμένος sacerdos. (De sacerdotum inauguratione, Lev. 21, 10. et τελ. τὰς χεῖρας Exod. 29, 9. 29. 33. Lev. 8, 33. 16, 32. Philo lib. 3. de vita Mos. p. 675 sq.) — Passiv. τελειόομαι, *omnibus numeris absolvor;* 1 Io. 2, 5 ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ τετελείωται. ib. 4, 12. 17. 18. (Sir. 7, 32 ἵνα τελειωθῇ ἡ εὐλογία σου.) — b) a *vitiis* et *culpa liberum*, a *macula purum facio, iustum facio* s. *declaro*, ubi convenit cum δικαιόω; ita non nisi in epist. ad Hebr. c. 7, 19 οὐδὲν (pro οὐδένα, ut 1 Cor. 6, 11 ταῦτά pro οὗτοί τινες ἦτε. Vid. etiam Τίς lit. b. et πᾶν ὃ pro πάντα, ὅν, vid. Πᾶς no. 1. lit. b. γ.) γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, neminem lex (i. e. sacrificia legis) iustum fecit, nemini veniam peccatorum et vitam aeternam conferre potuit. c. 9, 9 κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα, veniam peccatorum ita efficere, ut sacrificia offerens de expiatione sit certus. ib. 10, 1. 14. — c) Passivum τελειόομαι, *talis, qualis esse debeo, deprehendor*, facta exploratione *probor, bewährt erfunden werden;* α) universe: 2 Cor. 12, 9 ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, in infirmitate hominum absolvitur, i. e. prorsus *spectatur* potens meum auxilium. Iac. 2, 22 ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη, operibus fidei perfectio spectatur. (Sir. 34, 10 τίς ἐδοκιμάσθη ἐν αὐτῷ καὶ ἐτελειώθη, quis unquam auro tentatus integer et probatus deprehensus est?) — β) de certantibus: *praemio dignus habeor*, metam attigisse praemiumque meruisse iudicor; Phil. 3, 12 ubi quidam libri pro τετελείωμαι ex interpretamento δεδικαίωμαι. (Philo lib. 2 allegor. p. 74 ἡ ψυχή — ὅταν τελειωθῇς καὶ βραβείων καὶ στεφάνων ἀξιωθῇς. Id. de somn. p. 585 ψυχὴ τελειωθεῖσα ἐν ἀρετῶν ἄθλοις.) — γ) Hinc nostri, constantiam in fide et pietate saepissime referentes ad certamina et palaestram, τελειοῦσθαι eos dicunt, qui perfecti habentur iudicio Dei, ei *probantur*, ab eo *praemio pietatis*, i. e. *vita futura digni iudicantur;* ita Christus obedientia, quam patri praestitit, Hebr. 5, 9 dicitur τελειωθείς, *spectatus* Deo, et ad sedes coelestes elatus. (Sap. 4, 13 τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ, Deo probatus). Hebr. 11, 40 ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι, ne sine nobis, i. e. ut simul nobiscum in certamine palma spectatae pietatis, i. e. vitae aeternae participes fiant. c. 12, 23 πνεύματα δικαίων τετελειωμένων, animae proborum praemio pietatis (vita aeterna) ornatorum. (Intelligitur iam, quomodo patres eccles. et Euseb. hist. 3, 35 et 7, 15 τελειοῦσθαι de iis dixerint, qui martyrium subierunt.) *.

Τελείως, (a τέλειος) adv. perfecte; — *omnino, prorsus*, 1 Petr. 1, 13. (2 Macc. 12, 42. 3 Macc. 3, 26. 7, 22.) *.

Τελείωσις, εως, ἡ, (a τελειόω) *perfectio*, i. e. consummatio (Lib. Henoch. p. 195 μέχρι τελειώσεως γενεᾶς αὐτῶν. ib. p. 196. Philo de opif. m. p. 23. de alleg. II, p. 85); — *efficere, eventu comprobare;* de promissis, vaticiniis, Luc. 1, 45. (Iudith. 10, 9. Sir. 31, 8.) — *probum et culpa liberum facere* vel declarare, perfecta expiatio, Hebr. 7, 11. vid. Τελειόω no. 2. lit. b. *.

Τελειωτής, οῦ, ὁ, (a τελειόω) *qui perficit aliquid, ad finem perducit;* semel Hebr. 12, 2 τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτήν, i. q. ἀρχὴ καὶ τέλος τῆς πίστεως, omnis salutis speratae auctor itemque effector. (Alii: remunerator, et τελειωτήν dici putant eum, qui declarat, certantem esse τέλειον, praestitisse praestanda palmaque dignum esse.)

Τελεσφορέω, ῶ, (a τελεσφόρος, usque ad consummationem ferens, ad finem perducens vel perveniens, quod ex τέλος et φέρω) ad finem duco, fero, austragen die Frucht; — de gravidis foetum enitentibus, Ioseph. ant. 3, 11. 6 τελεσφορεῖται κατὰ τὴν γαστέρα. — de segete: *fructus maturos facio;* semel Luc. 8, 14. (Philo de opif. p. 26 αὔξουσι καὶ τελεσφοροῦσι. — Passivum τελεσφορέομαι, maturesco, de fructibus Ioseph. ant. 1, 6. 3 καρπὸς τελεσφορηθείς. Philo de vict. p. 837 ὁ τῶν δένδρων καρπὸς τελεσφορεῖται. — etiam absolvo: Philo de plant. Noe p. 230 τὸν σύμπαντα κόσμον ὁ ποιητὴς ἐτελεσφόρησε. — de hominibus passiv.: adolesco, 4 Macc. 13, 19.) *.

Τελευτάω, ῶ, aor. 1. ἐτελεύτησα, (a τελευτή) ad finem perduco, absolvo, efficio, Hom. Od. 5, 253. 7, 333. — opus (Sir. 23, 17), exitum habeo, Ioseph. ant. 8, 1. 1 τελευτῆσαι αὐτῷ καλῶς τὰ πράγματα. — τὸν βίον, *vitam finio, morior*, Ioseph. ant. 10, 1. 5. ib. 12, 1. 1. Xenoph. mem. 4, 8. 1 et saepe apud profanos. — Etiam τελευτάω solum, ubi τὸν βίον cogitando addendum est: *morior;* Matth. 2, 19. 9, 18. 22, 25. Marc. 9, 44. 46. 48. (Ies. 66, 24.) Luc. 7, 2. (Io. 11, 22 in codd.) Act. 2, 29. 7, 15. Hebr. 11, 22. (Aelian. var. hist. 14, 32. LXX saepissime pro מוּת, Gen. 25, 32. 30, 1. 50, 26. Num. 3, 4. Deut. 17, 5. Prov. 11, 7.) — θανάτῳ τελευτάω, hebraicum מוֹת יוּמָת, *certissime et moriendum est*, Matth. 15, 4. Marc. 7, 10. (Exod. 19, 12. 21, 16. Ezech. 6, 12.) *.

Τελευτή, ῆς, ἡ, (pro τελετή, a τελέω) consummatio,

finis; Hom. Od. 1, 249. Iliad. 9, 625. Bar. 3, 25 τόπος μέγας καὶ οὐκ ἔχει τελευτήν. — τελευτή intell. τοῦ βίου (quod additur, ut Demosth. p. 481. 14.) *vitae finis, mors, obitus;* Matth. 2, 15. (LXX pro מוֹת Gen. 27, 2. Deut. 31, 29. 33, 1. Ios. 1, 1. 2 Chron. 24, 17. Prov. 24, 14. Sap. 4, 17. 5, 4. Sir. 11, 28. 1 Macc. 9, 23. Pind. Ol. 5, 52. Pyth. 4, 374. Ioseph. ant. 8, 7. 5.) *.

Τελέω, ῶ, (fut. τελέσω) aor. ἐτέλεσα, perf. τετέλεκα, perf. pass. τετέλεσμαι, aor. 1. pass. ἐτελέσθην, fut. 1. τελεσθήσομαι, (a τέλος) 1) *finem facio* alicui rei, eam *absolvo, ad finem perduco, finio, beendigen und aufhören* (ubi Attici dicunt τέλος ἐπιτιθέναι, vel τελευτᾶν), Matth. 10, 23 οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραήλ, intell. φεύγοντες (ita τελ. cum participio Matth. 11, 1. Ios. 3, 17 συντελέσει διαβαίνων; ib. 4, 1), priusquam fugam absolveritis, i. e. finem feceritis obeundis urbibus. (Esdr. 10, 17 ἐτέλεσαν ἐν πᾶσιν ἀνδράσι, absolverunt numerationem virorum. Florus, lib. 1, 18 *consummare* [i. e. obire] *Italiam*.) Matth. 11, 1 ἐτέλεσε διατάσσων. Matth. 13, 53 τὰς παραβολάς: c. 19, 1. 26, 1 τοὺς λόγους. Luc. 2, 39 ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν νόμον. (Esdr. 9, 1.) 2 Tim. 4, 7 τὸν δρόμον. (Hom. Iliad. 23, 373.) Apoc. 11, 7 τὴν μαρτυρίαν. (τὸν οἶκον Esdr. 6, 15. 1 Macc. 13, 10.) — Passiv.: *finior, absolvor, beendigt werden und vorüber sein;* Luc. 12, 50 ἕως οὗ τελεσθῇ (τὸ βάπτισμα), usque dum ferendo finitae fuerint calamitates instantes. — Io. 19, 28. 30 τετέλεσται, ad finem perducta sunt omnia, omnia παθήματα finita sunt. Apoc. 10, 7 ἐτελέσθη τὸ μυστήριον, finita est calamitas ex Dei decreto. (text. vulg. τελεσθῇ; de usu aoristi h. l. vid. *Winert* progr. de soloecismis, quae in Apoc. Ioann. inesse dicuntur. Erlang. 1825. p. 6. et *eiusd.* Gramm. N. T. p. 253.) cap. 15, 1 ἐν αὐταῖς (πληγαῖς) ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ θεοῦ. ib. v. 8. c. 20, 3 ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. ib. v. 5. 7. (Esdr. 5, 16. Neh. 6, 15.) — 2) *perficio, conficio, zu Stande bringen, vollbringen;* — opus, (Sir. 7, 26 ἔργον μέγα. 38, 30. Hom. Od. 19, 557.) — de mandatis et praeceptis: *exacte exsequor;* τὸν νόμον, Rom. 2, 27. Iac. 2, 8. (Act. Thom. §. 5 ἵνα τὸ θέλημα τοῦ βασιλέως τελέσω.) — ἐπιθυμίαν σαρκός, Gal. 5, 16. — de vaticiniis, i. q. πληροῦσθαι, *ratum facio, eventu comprobo,* Luc. 18, 31. 22, 37. Act. 13, 29. Apoc. 17, 17. (Esdr. 1, 1 τοῦ τελεσθῆναι λόγον κυρίου ἀπὸ στόματος Ἱερεμίου. coll. Hom. Iliad. 8, 415. Od. 4, 485. 776.) — 3) *solvo, pendo,* τὰ δίδραχμα, Matth. 17, 24. φόρους Rom. 13, 6. Ioseph. ant. 2, 7. 7 τελεῖν τὴν πέμπτην τῶν καρπῶν. ib. 15, 4. 4. ib. 10, 1. 1. Xenoph. mem. 2, 3. 1.) *.

Τέλος, εος, contr. ους, τό, (a τέλλω, statuo, pono, facio, perficio) — LXX plerumque pro קֵץ — 1) statio, ordo positus, Hom. Iliad. 7, 380. 10, 56 de militum stationibus vel catervis. — 2) statutus finis, *finis, terminus,* quo aliquid esse desinit; a) de tempore; ὑπομείνας εἰς τέλος (τῶν παθημάτων) qui constans est usque ad finem malorum, Matth. 10, 22. 24, 13. Marc. 13, 13. — οὔπω τὸ τέλος malorum, nondum omnia exantlata sunt, imo instant adhuc mala, Matth. 24, 6. Marc. 13, 7. Luc. 21, 9. — Matth. 24, 14 τότε ἥξει τὸ τέλος, tunc ultima calamitas eveniet. Alii hisce in locis intelligunt finem τοῦ αἰῶνος, finem huius mundi periodi, ut legitur 1 Cor. 10, 11 τὰ τέλη τῶν αἰώνων, et 1 Petr. 4, 7 πάντων τέλος. (Dan. 11, 13 εἰς τὸ τέλος τῶν καιρῶν ἐπελεύσεται. — τέλος τῶν ἡμερῶν, Neh. 13, 6. Dan. 1, 15. 18. 4, 31. 2 Reg. 8, 3. coll. 2 Sam. 24, 8. 2 Reg. 18, 10.) — Luc. 1, 33 οὐκ ἔσται τέλος τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Hebr. 7, 3 ζωῆς τέλος. (Ies. 9, 7 τῆς εἰρήνης οὐκ ἔσται ὅριον.) — Ita etiam: εἰς τέλος (τοῦ χρόνου vel τοῦ βίου), *usque ad finem* vel seculi vel vitae, i. e. *perpetuo, indesinenter, in infinitum;* Luc. 18, 5. Io. 13, 1 μέχρι s. ἄχρι τέλους. Hebr. 3, 6. 14. c. 6, 11. Apoc. 2, 26. (LXX pro לָנֶצַח Ps. 103, 9. 74, 11. 49, 8. Hab. 1, 4. Eccl. 3, 11.) — ἕως τέλους, 1 Cor. 1, 8. 2 Cor. 1, 13. (Dan. 6, 26 ἡ κυρεία αὐτοῦ ἕως τέλους.) — b) de *interitu;* Marc. 3, 26 τέλος ἔχειν, perire, prorsus dirui. (Lib. Henoch. p. 191 τὸ τέλος ἐπερχόμενον, de diluvio futuro.) Εἰς τέλος, ad interitum, ita ut intereat, *funditus, prorsus,* 1 Thess. 2, 16. (Psalt. Sal. 2, 5 εἰς τέλος ἠτιμώθη. Dan. 7, 26 ἀπολέσαι ἕως τέλους. Amos. 9, 8. 2 Chron. 12, 12.)

2) *ultimum,* a) propr. ultimum ordine, 1 Cor. 15, 24 εἶτα τὸ τέλος, post: *ultimi,* reliqui homines. (Alii de fine mundi explicant.) *Ἀρχὴ καὶ τέλος, primus et ultimus,* i. e. omnium maximus et summus, Apoc. [1, 8.] 21, 6. 22, 13. (Ioseph. c. Apion. 2, 22 θεὸς αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ πᾶσιν αὐταρκής, ἀρχὴ καὶ μέσα καὶ τέλος πάντων.) — Τὸ δὲ τέλος, *denique, postremo,* quod ultimo loco dicendum, *quod reliquum est;* 1 Petr. 3, 8. (ita Ioseph. ant. 15, 3. 9 καὶ τέλος, et denique. id. ant. 4, 11. 4 τέλος δέ, denique autem. Thucyd. I, 109.) Alii: quod *summum* est, ut Eccl. 12, 13 τέλος λόγου, hebr. סוֹף. Vid. no. 3. — b) metaph. *exitus* rei, Matth. 26, 58 ἰδεῖν τὸ τέλος. (Test. XII patr. p. 689 τὸ τέλος τοῦ πράγματος εἰς κακίαν ἄγει. Demosth. 292, 22 τὸ τούτου τέλος ἐν θεῷ ἦν. Pind. Ol. 13, 148 ἐν θεῷ τέλος.) — *eventus,* de oraculis, Luc. 22, 37. (τέλος λαμβάνειν, eventum habere, Ioseph. ant. 2, 5. 3. ib. 4, 6. 5 παρέχεσθαι εἰς τέλος, rata fieri promissa. ib. 7, 14. 8. Idem ant. 10, 2. 2 vaticinia ἐκ τοῦ τέλους cognoscenda. Etiam de oraculis ethnicorum, vid. *Kypkii* obss. I, 327.) — *fata ultima, das endliche Schicksal,* et de *praemiis* et de *poenis,* quas meruit aliquis, ita ut, quod ad sensum attinet, saepe recte verti possit: *merces, fructus;* Rom. 6, 21 τὸ τέλος ἐκείνων θάνατος. v. 22. 2 Cor. 11, 15 ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Phil. 3, 19. 1 Tim. 1, 5. Hebr. 6, 8. Iac. 5, 11 τὸ τέλος κυρίου, fata ultima ex Dei decreto. 1 Petr. 1, 9. 4, 17. (Sap. 3, 19. Eccl. 7, 2 pro סוֹף. De fatis ultimis Ioseph. ant. 10, 9. 7. ib. 6, 4. 1. Ioseph. ant. 6, 1. 2. Philo de charit. p. 717. de agricult. p. 198. de Iosepho p. 543.)

3) quum τὸ τέλος dicatur etiam de eo, quod perfectum et consummatum est, et perfectionem, consummationem indicet (Hom. Iliad. 7, 83), transfertur etiam ad conditionem externam, auctoritatem, diciturque de *dignitate magistratus,* de *magistratu,* (Pind. Ne. 11, 10. Xenoph. cyrop. 8, 5. 27.) de *proceribus,* (Ioseph. ant. 4, 8. 2 τὰ τέλη τῶν φυλῶν. ib. 17, 6. 3 Ἰουδαίους τοὺς ἐν τέλει, proceres. Id. de bell. 1, 12. 5 οἱ ἐν τέλει. Philo de leg. ad Cai. p. 995.) Semel 2 Cor. 3, 13 εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου, *summam dignitatem* muneris abrogandi. vid. v. 7. et 10 e quibus patet τὸ τέλος hic respondere τῇ δόξῃ.

4) *vectigal,* quod ad termines urbis vel civitatis solvebatur, *Grenzzoll,* (Demosth. 745. 15 ed. *Reisk.*) *vectigal pro mercibus importandis vel exportandis;* Matth. 17, 25. Rom. 13, 7. (Ioseph. ant. 12, 3. 3. Xenoph. de vectig. 4, 19. 20. Aristoph. Ach. 896. 1 Macc. 10, 31. 11, 35. coll. Num. 31, 28—41.) — — Restat locus diversam enarrationem admittens, Rom. 10, 4 τέλος γὰρ νόμου Χριστός· vulgo: finis legis, i. e. abrogata est oeconomia Mos. per Christum. Rectius fortasse: is, ad quem lex tendit, ad quem, tanquam ad scopum, ducit, est Christus. (Ita Ioseph. bell. 7, 5. 6 τέλος τῆς πομπῆς, de loco ad quem tendit ἡ πομπή; et τέλος de consilio et fine apud Philon. de vit. Mos. 1. p. 626 προὔκειτο ἐν αὐτῷ τέλος ὀνῆσαι τοὺς ἀρχομένους. Idem lib. 2 alleg. p. 69.) Vel etiam: ultimum, summum legis habemus in Christo, videlicet perfectam δικαιοσύνην hominum, a lege s. oeconomia Mos. inchoatam quidem, sed a Christo perfectam et absolutam. *.

Τελώνης, ου, ὁ, (a τέλος, vectigal et ὠνέομαι) 1) publicanus, i. e. qui emit, sive conducit vectigalia, *Grenzzoll-* oder *Zollpächter.* Apud Romanos non solum in Italia, sed etiam in provinciis homines ex equitum ordine vectigalia soluto pretio conducere solebant. — 2) *portitor,* i. e. vectigalium exactor, qui considebat in viis publicis, portubus, pontibus etc. et a singulis vectigal exigebat, *Zolleinnehmer.* Huius generis homines partim odio negotii aliis molesti, partim propter acerbitatem, fraudulentiam et avaritiam, qua solebant alios vexare, viles et abiecti habebantur, Iudaeisque, quippe maxime idolorum cultores, exosi erant, quare in N. T. etiam cum furibus, latronibus, praedonibus, improbisque omnino coniunguntur. — Matth. 5, 46. 47. 10, 3 Ματθαῖος ὁ τελώνης i. e. qui portitor fuerat; (vid. c. 9, 9.) Luc. 3, 12. 5, 27. 29. 18, 10—13. — τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοί, Matth. 9, 10 sq. 11, 19. Marc. 2, 15 sq. Luc. 5, 30. 7, 34. 15, 1. — ἐθνικὸς καὶ τελώνης, Matth. 18, 17. — οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι, Matth. 21, 31. 32. (Lucian. Necyom. 11. Tom. I, p. 332 ed. *Reitz.* Artemidor. 1, 23. et 4, 42. 57. Theophrast. charact. VI. — τελωνέομαι, 1 Macc. 13, 39.) *.

Τελώνιον, ιου, τό, s. etiam τελωνεῖον (a τελώνης, vel τελωνέω, vectigal exigo) *telonium,* ὁ τόπος, ἐν ᾧ καθέζεται ὁ τελώνης, ut explicat Suidas, (בֵּית מַכְסָא, *Buxtorf.* lex. chald. p. 1065) das *Zollhaus;* Matth. 9, 9. Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. (Polluc. onom. 9, 5. 28.) *.

Τέρας, τος, τό, plur. τέρατα, τά, (a τρέω, terreo) LXX saepissime pro מוֹפֵת, (in N. T. non nisi coniunctim cum voc. σημεῖον legitur) — 1) *portentum*, i. e. res vel eventum in rerum natura insolitum et mirum, instantem calamitatem portendens et terrorem incutiens; Act. 2, 19 δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω. Ioel. 2, 30. (Deut. 28, 46. Homer. Iliad. 2, 324. 5, 742. Ioseph. ant. 2, 12. 1 de rubo ardente. ib. 4, 8. 40 de monstro. Id. bell. prooem. §. 11. Xenoph. mem. 1, 4. 15. — τερατοσκόποι, Deut. 18, 11. Zach. 3, 8. — annuntiatio prodigiorum per prophetas, Deut. 13, 1. 2. Ies. 8, 18. 20, 3. 1 Reg. 13, 3. 5.) — 2) *miraculum*, i. e. factum eximium et insolitum vi numinis peractum; ubi, quod ad rem ipsam attinet, non differt a σημείῳ; ita τέρατα καὶ σημεῖα de miraculis Mosis in Aegypto patratis, Act. 7, 36. (Exod. 7, 3. 9. 11, 9. Deut. 4, 34. 26, 8. 34, 11. Ps. 135, 9. Ier. 32, 20.) — de miraculis Christi, Io. 4, 48. Act. 2, 22. Hebr. 2, 4. — Apostolorum, Act. 2, 43. 4, 30. 5, 12. 6, 8. 14, 3. 15, 12. Rom. 15, 19. 2 Cor. 12, 12. — (Dan. 3, 32. 6, 27. Sir. 48, 15. — τερατοποιός, 2 Macc. 15, 21. 3 Macc. 6, 32.) *.

Τέρτιος, ιου, ὁ, *Tertius*; nom. propr. amanuensis Pauli, Apostoli. Rom. 16, 22.

Τέρτυλλος, ου, ὁ, *Tertullus*, nom. pr. oratoris Romani, de quo vid. Act. 24, 1. 2.

Τεσσαράκοντα, οἱ, αἱ, τά, *quadraginta*, numerale indeclin. Matth. 4, 2. Marc. 1, 13. Luc. 4, 2. Io. 2, 20. Act. 1, 3. 4, 22. 7, 30. 4, 36. 7, 42. 13, 21. 23, 13. 21. 2 Cor. 11, 24. Hebr. 3, 9. 17. Apoc. 7, 4. 11, 2. 13, 5. 14, 1. 3. 21, 17. *.

Τεσσαρακονταετής, έος, contr. οῦς, — ές, τό, (ex τεσσαράκοντα et ἔτος) *quadraginta annorum, quadragenarius*; Act. 7, 23. 13, 18. *.

Τέσσαρες, ων, οἱ αἱ, neutr. τέσσαρα, τά, *quatuor*, Matth. 24, 31. Marc. 2, 3. Io. 11, 17. Act. 10, 11. 21, 23. Apoc. 4, 8. 5, 6. 8. 7, 1. 9, 13. 14. etc.

Τεσσαρεσκαιδέκατος, η, ον, (ex τέσσαρες, καί et δέκατος) *decimus quartus*, Act. 27, 27. 33. *.

Τεταρταῖος, αία, αῖον, (a τέταρτος) nom. ordinale, quod usurpatur ubi quaeritur: quoto die? — *qui quarto die aliquid agit*, vel *patitur*; Io. 11, 39 τεταρταῖός ἐστι, quatuor dies agit in sepulchro, vel quartus est dies, e quo sepultus est, coll. v. 17. (Xenoph. cyrop. 5, 3. 1 τεταρταῖοι ἐγένοντο. Polyb. 3, 52. 2 ἤδη δὲ τεταρταῖος ὤν. Similiter dicitur τριταῖος (Ioseph. ant. 2, 15. 1), πεμπταῖος etc. Vid. *Viger*. p. 71.)

Τέταρτος, η, ον, (a τέσσαρες s. τέτταρες) *quartus*, Matth. 14, 25. Marc. 6, 48. Act. 10, 30. etc.

Τέτρα, in verbis compositis i. q. τέσσαρες, s. τέτταρες, α, *quatuor*.

Τετράγωνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex τέτρα et γῶνος i. q. γωνία) *quadrangulus, quadratus*; Apoc. 21, 16. (Exod. 27, 1. Ezech. 41, 21. 43, 16. 45, 2.) *.

Τετράδιον, ίου, τό, (deminutiv. nominis τετράς, numerus quaternarius) *quaternio* (Columella, 3, 20. 3), τὸ ἐκ τεσσάρων συνεστός (Suidas); de militibus: *praesidium e quatuor militibus constans*. „Milites, quibus custodia captivorum vel carcerum aliorumque locorum committebatur, quatuor apud Romanos simul esse solebant, qui quatuor noctis vigilias sorte dividebant; vide Polyb. 6, 33.“ (*Kypk.* in obss. II, p. 56 sq.) Semel Act. 12, 4 τέσσαρα τετράδια στρατιωτῶν, quatuor quaterniones militum mittebantur in custodiam, quorum duo eum in ipso carcere observabant, totidem ad fores excubabant. Vid. *Fischeri* proluss. de vit. lex. N. T. p. 452. Legitur etiam apud Philon. in Flacc. p. 981: στρατιώτην δέ τινα τῶν ἐν τοῖς τετραδίοις φυλακῶν καθ᾽ ὁδὸν εὑρών.

Τετρακισχίλιοι, αι, α, (ex τετράκις quater, et χίλιοι) *quater mille, quatuor millia*, Matth. 15, 38. 16, 10. Marc. 8, 9. 20. Act. 21, 38. *.

Τετρακόσιοι, αι, α, (ex τετράκις, quater et terminatione οσιοι, numerum centenum indicante) *quadringenti*; Act. 5, 36. 7, 6. 13, 20. Gal. 3, 17. *.

Τετράμηνος, ον, (ex τέτρα et μήν) *quadrimestris, quatuor mensium*; semel Io. 4, 35 ἔτι τετράμηνός (χρόνος) ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται, amplius sunt quatuor menses, tum messis erit. Text. vulg. h. l. τετράμηνον, eodem sensu, quo LXX pro אַרְבַּעַת חֳדָשִׁים Iud. 19, 2. 20, 47 usi sunt.

Τετραπλόος, contr. οῦς, όη, ῆ, όον, οῦν, (ex τέτρα et ἁπλοῦς) unum quater, i. e. *quadruplus*; τὸ τετραπλοῦν, *quadruplum*; Luc. 19, 8. (Ioseph. ant. 7, 7. 3 τετραπλῆν ἀποτίσαι τὴν ἀμνάδα. — τετραπλῶς 1 Reg. 6, 32.) *.

Τετράπους, οδος, ὁ, ἡ, — neutr. τετράπουν, τό, (ex τέτρα et πούς). — Τετράποδα intell. θηρία, *quadrupedia*; de feris et mansuetis animalibus, Rom. 1, 23. (Ies. 30, 6.) — de quadrupedibus mansuetis ubi distinguitur a θηρίοις, bestiis, Act. 10, 12. 11, 6. LXX pro בְּהֵמָה Gen. 1, 24. Lev. 18, 23. Ioseph. ant. 4, 4. 4. coll. Num. 35, 3. Gen. 34, 23. *.

Τετραρχέω, ῶ, (a τετράρχης) *tetrarcha sum, tetrarchiae impero*, semel Luc. 3, 1 τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδου, quum Herodes tetrarcha esset Galilaeae. (Ios. vit. §. 11 καὶ γὰρ ἦν ὁ Οὔαρος βασιλικοῦ γένους, ἔγγονος Σοέμου τοῦ περὶ τὸν Λίβανον τετραρχοῦντος.) Vid. Τετράρχης.

Τετράρχης, ου, ὁ, (ex τέτρα et ἀρχή) *tetrarcha*, proprie: quartae regni parti imperans, Lutherus: *Vierfürst; der Beherrscher eines Reichsviertheils*, τετραρχίας (Ioseph. ant. 17, 8. 1. de vita, §. 11); deinde, neglecta notione τοῦ τέτρα: *princeps partis s. provinciae cuiusdam regni*. Galatiam olim divisam fuisse in tres partes, quarum quaeque in quaternas partes minores denuo dispertita τετραρχία appellata fuerit, testatur Strabo, lib. 12. p. 567. Idemque lib. 9. p. 430 ed *Casaub*. commemorat, Thessaliam ante Philippi Macedonis tempora in quatuor provincias, τετραρχίας, divisam fuisse. Iosephus vocabulis τετράρχης, τετραρχία, et τετραρχέω etiam de principatu non quartae quidem partis, sed provinciae regni universe utitur, (ant. 17, 8. 1. ib. 17, 3. 3. 17, 10. 9: „Varus duas legiones Syriae assumsit, et auxilia ὁπόσα ἡ βασιλεῖς ἢ τινες τέτραρχαι τότε παρεῖχον.) et narrat, Herodem magnum, antequam rex factus esset, favore Antonii τετράρχην creatum esse, qui videlicet Galilaeae, (non Iudaeae, cui inhaerebat titulus et honos regis), imperaret. vid. ant. 14, 14. 4. ib. 14, 9. 2. ib. 14, 13. 2. de vita §. 9 et 12. et de discrimine inter βασιλείαν et τετραρχίαν ant. 17, 8. 1. bell. 1, 12. 4—6. — Herodem M. moribundum τὴν βασιλείαν, i. e. Iudaeam et Samariam, cum dignitate regia, tradidisse *Archelao*, Galilaeam autem et Petraeam *Antipae*, tetrarchae, item Gaulonitidem, Trachonitidem, Batanaeam et Paniatem *Philippo*, etiam tetrarchae, idem tradit Ioseph. ant. 17, 8. 1. (Philippum τετράρχην commemorat etiam Philo in Flacc. p. 968 D.) — *Antipas* τετράρχης commemoratur in N. T. Matth. 14, 1. Luc. 3, 19. 9, 7. (Ioseph. ant. 18, 2. 3) idemque, minus accurate, etiam βασιλεύς appellatur Matth. 14, 9. Marc. 6, 14. De Herode τετρ. Act. 13, 1 commemorato vid. Ἡρώδης. *.

Τεύχω, f. εύξω, vid. Τυγχάνω.

Τεφρόω, ῶ, aor. 1. particip. τεφρώσας, (a τέφρα, cinis, Tob. 6, 17. 8, 2) *in cineres redigo*; tantum 2 Petr. 2, 6. (Hesych. τεφρώσας· σποδώσας. Antonin. 4, 3 τετέφρωνται, in cineres redacti sunt.) *.

Τέχνη, ης, ἡ, (a τίκτω, sive τέκω), Latinor. *ars*. — Universe Apoc. 18, 22. (1 Chron. 28, 21.) — ars manuaria, Act. 18, 3 ἦσαν σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. (Sir. 38, 34. Ioseph. ant. 3, 12. 5.) — ars plastica, Act. 17, 29. (Sap. 13, 10. 14, 19.)

Τεχνίτης, ου, ὁ, (a τέχνη) 1) *artifex, opifex*. Act. 19, 24. 38. Apoc. 18, 22. (LXX pro חָרָשׁ Deut. 27, 15. Ier. 10, 9. 1 Chron. 29, 5. Sir. 9, 17. Sap. 14, 18.) — 2) *conditor*, Hebr. 11, 10 ἧς (πόλεως) τεχνίτης ὁ θεός. (de Deo omnium conditore Sap. 13, 1. de σοφίᾳ Sap. 8, 6. 7, 21.) *.

Τήκω, liquefacio; passiv. liquefio, liquesco. (Ies. 64, 2. Exod. 16, 21. Ps. 22, 15. 1 Macc. 4, 32.) — *liquescendo dissolvor, consumor*; 2 Petr. 3, 12 στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται. (LXX pro נָמַק Ies. 34, 4 τακήσονται πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν.) *.

Τηλαυγῶς, (a τηλαυγής eminus splendens, quod ex τῆλε, procul, longe, et αὐγή) *procul et clare*; semel Marc. 8, 25 ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας. (Diod. Sic. 1, 50 τηλαυγέστερον ὁρᾶν. — τηλαυγής Iob. 37, 21. Ps. 19, 9. — τηλαύγημα Lev. 13, 23. τηλαύγησις, Ps. 18, 12.)

Τηλικοῦτος, αύτη, οῦτο, (ex τηλίκος, tantus, et

οὗτος) i. q. τηλίκος, *tantus;* 2 Cor. 1, 10 τηλικούτου θανάτου. Hebr. 2, 3. Iac. 3, 4 τὰ πλοῖα, τηλικαῦτα ὄντα, quanquam tantae molis. Apoc. 16, 18. (2 Macc. 12, 3 τηλικοῦτο δυςσέβημα. Ioseph. ant. 17, 9. 5. ib. 12, 3. 2.) *.

Τηρέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐτήρησα, perf. τετήρηκα, perf. pass. τετήρημαι, aor. 1. pass. ἐτηρήθην, (a τηρός, (?) custodiens, observans, Aeschyl. suppl. v. 263). — LXX pro נצר et שָׁמַר — 1) *observo, ich beobachte,* i. e. a) propr. *oculos defigo in aliquid,* (Eccles. 11, 4 ὁ τηρῶν ἄνεμον. Prov. 23, 26 οἱ δὲ σοὶ ὀφθαλμοὶ ἐμὰς ὁδοὺς τηρείτωσαν.) — in malam partem: *insidiose observo;* Io. 15, 20 λόγον τινός. (Ier. 20, 10. 2 Macc. 14, 29 εὔκαιρον ἐτήρει. Gen. 3, 15 ubi autem in Hebr. est שׁוּף contero.) — b) *animum defigo in aliquid,* Apoc. 1, 3 τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ (προφητείᾳ) γεγραμμένα. ib. 22, 7. 9. — ex adiuncto, ut nostrum *beobachten* et Latinor. *observare* transfertur ad illum, qui animum habet defixum in aliquid, ut faciat, peragat, vel ut in agendo eius semper habeat rationem, et est: *praesto, exacte perago s. exsequor,* et οὐ τηρέω, *desero, negligo, non praesto;* τηρεῖν τὰς ἐντολάς, τὸν νόμον, Matth. 19, 17. 23, 3. 28, 20. Marc. 7, 9. Io. 8, 51 sqq. 55. 14, 15. 21. 23 sqq. 15, 10. 17, 6. Act. 15, 5. 24. 21, 25. Iac. 2, 10. 1 Io. 2, 3—5. 3, 22. 24. 5, 2 sqq. Apoc. 12, 17. 14, 12. (1 Sam. 15, 11. Prov. 3, 1. 21. Exod. 34, 7. Prov. 16. 2 ὁ τηρῶν ἐλέγχους, hebr. שֹׁמֵר. Sir. 29, 1. Philo de opif. mund. p. 39 A. τὸ θεῖον πρόσταγμα διατηρεῖν. Id. de legat. ad Cai. p. 1033 τὴν θρησκείαν ἐτήρησεν.) — Io. 9, 16 τὸ σάββατον, praecepta de sabbato. 1 Tim. 6, 14 τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ut, quae sint officii, praestes sine reprehensione. 2 Tim. 4, 7 τὴν πίστιν τετήρηκα, praestiti quae sunt fidei. (Ioseph. ant. 15, 5. 3 τὴν πίστιν τηρεῖν.) Iud. v. 6 μὴ τηρήσαντες, deserentes, vid. Ἀρχή. Apoc. 2, 26 ὁ τηρῶν τὰ ἔργα μου, qui peragit quae volo vel iussi, vel: qui fideliter adhaeret rei meae, coll. 3. 8 ubi ἀρνέομαι opponitur. Apoc. 3, 3 καὶ τήρει praecepta. v. 10 ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς, i. e. quam volo constantiam praestitisti.

2) *custodio,* a) propr. de iis, qui captivum custodiunt: Matth. 27, 36. 54. Act. 12, 5. 6. 16, 23. 24, 23. 25, 4. 21. (Cant. 8, 11. 1 Macc. 4, 61. 6, 50. Test. XII patr. p. 636). οἱ τηροῦντες, *custodes,* Matth. 28, 4. (Cant. 3, 3.) Apoc. 16, 15 τηρῶν τὰ ἱμάτια, custodi, ne tibi eripiantur. — τηρέω ἐμαυτόν, *mihi caveo,* 1 Io. 5, 18. — b) metaph.: *conservo, custodiendo tutum praesto,* seq. accusativo Ephes. 4, 3 τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος. 1 Thess. 5, 23 ἵνα ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα — τηρηθείη. (Ioseph. bell. 6, 2. 4 τηρεῖν ὑμῖν τὸν ναόν. Prov. 16, 16 τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.) — τηρεῖν τινα ἐν τινι, *conservare* i. e. *facere ut fidus maneat* in aliqua re; Io. 17, 11 τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου. v. 12. Iud. v. 21 ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ θεοῦ τηρήσατε. — τηρεῖν ἔκ τινος, i. e. *eripio* aliquem alicui rei, *tutum* eum *praesto ab* ea; Io. 17, 15 τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ. Apoc. 3, 10 ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ. Eodem sensu ἀπό τινος, Iac. 1, 27. (Prov. 7, 5 ἵνα σε τηρήσῃ ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας.) — Τηρέω ἐμαυτόν, *me conservo,* i. e. facio ut sim; vel *caveo ne;* 2 Cor. 11, 9. 1 Tim. 5, 23. Iac. 1, 27. (Sap. 10, 5 ἐτήρησεν αὐτὸν ἄμεμπτον τῷ θεῷ. Marc. Anton. 6, 30 τήρησαι σεαυτὸν ἁπλοῦν.)

3) *asservo, reservo, recondo, zurückhalten, aufheben;* Io. 2, 10 τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον. cap. 12, 7. 1 Cor. 7, 37 τηρεῖν τὴν παρθένον, innuptam servare, sie einem Manne versagen; opponitur τῷ ἐκγαμίζειν; 1 Petr. 1, 4 κληρονομία τετηρημένη ἐν οὐρανοῖς. Ita Christiani ipsi dicuntur τετηρημένοι ad salutem, Iud. v. 1. — τηρούμενοι εἰς κρίσιν, quos manent poenae futurae, 2 Petr. 2, 4. 9. 17. 3, 7. Iud. v. 6. 13. (LXX pro צָפַן Cant. 7, 13. Test. XII patr. p. 529 εἰς κόλασιν τοῦ αἰῶνος τετήρηται. Ioseph. ant. 1, 3. 7 τηρηθεῖεν ἑτέρῳ κατακλυσμῷ.) *.

Τήρησις, εως, ἡ, (a τηρέω) 1) *observatio;* — de legibus, praeceptis: obsequium; τήρησις ἐντολῶν, 1 Cor. 7, 19. Sir. 35, 22. — νόμων Sap. 6, 18. — 2) *custodia;* a) custodire 1 Macc. 5, 18. 3 Macc. 5, 44. — b) *carcer,* Act. 4, 3. 5, 18 ἔθεντο εἰς τήρησιν. (Thucyd. 7, 86. hebr. מִשְׁמָר Gen. 40, 4. vel בֵּית מִשְׁמָר Gen. 42, 19. — conservatio, Ioseph. ant. 17, 8. 4 εἰς τήρησιν ἀρχῆς.) *.

Τιβεριάς, άδος, ἡ, *Tiberias,* urbs Galilaeae, ante Herodis M. tempora oppidum (Ioseph. vit. §. 9), cuius nomen ignotum est, ab Herode magno vero, quum tetrarchia esset Galilaeae, valde amplificata, aedibus ornata, incolis, undique coactis, aucta sedesque tetrarchiae facta, et in honorem Tiberii, Caesaris, *Tiberias* appellata, sita ad lacum Gennesareth, qui et ipse ab hac urbe lacus Tiberiadis dicebatur. Vid. Ioseph. vit. §. 9. et ant. 18, 3. 3. Thermas in confinio eius fuisse, tradit id. de bell. 2, 21. 6. eandemque commemorat saepius, ut ant. 18, 6. 2. 19, 8. 1. bell. 2, 13. 2. ib. 2, 20. 6. — In N. T. Io. 6, 1. 23. 21, 1. *.

Τιβέριος, ίου, ὁ, *Tiberius,* Caesar, tertius Romanorum imperator, Tiberii Neronis ex Livia filius, sub cuius imperio Christus cruci est affixus. (Sueton. Tib. Tacit. annal. 1, 3 sqq.) Luc. 3, 1.

Τίθημι, 3 plur. τιθέασιν pro τιθεῖσιν (*Winer.* Gr. §. 14) partic. τιθείς, inf. τιθέναι, imperf. ἐτίθην (2 Cor. 3, 13), et quasi a τιθέω, ἐτίθουν, Marc. 6, 56 (ubi etiam quidam codd. ἐτίθεσαν exhibent), fut. θήσω, aor. 1. ἔθηκα, ας, ε, et 3 plural. ἔθηκαν, aor. 2. ἔθην, inf. θεῖναι, partic. θείς. perf. τέθεικα, aor. 1. pass. ἐτέθην, conj. τεθῶ, inf. τεθῆναι, aor. 2. med. ἐθέμην, 2 pers. ἔθου [Act. 5, 4] pro ἔθεσο, ion. ἔθεο, contr. ἔθου, (a τιθέω, pono). — LXX plerumque pro נָתַן, שׂוּם et שִׂים, שִׁית et הֵשִׁית. — 1) Latinor. *pono, colloco, ich setze, lege, stelle, ich stelle hin;* — a) proprie: λύχνον ὑπὸ τὸν μόδιον, Matth. 5, 15. Marc. 4, 21. Luc. 8, 16. 11, 33 εἰς κρυπτόν. (Gen. 24, 2. 9. Deut. 27, 15 ἐν ἀποκρύφῳ. Ier. 38, 12.) — σῶμα ἐν μνημείῳ s. εἰς μνημεῖον, reponere corpus, Matth. 27, 60. Marc. 6, 29. 15, 47. 16, 6. Luc. 23, 53. 55. Io. 11, 34. 19, 41. 20, 2. 13. 15. Act. 7, 16. 9, 37. 13, 29. Apoc. 11, 9. (1 Reg. 13, 30 sqq. Gen. 50, 26. Test. XII patr. p. 532 et 543.) — θεμέλιον, Luc. 6, 48. 14, 29. 1 Cor. 3, 10. 11. (Esdr. 6, 3.) — λίθον, πρόςκομμα, Rom. 9, 33. 1 Petr. 2, 6. Rom. 14, 13. (Hos. 4, 17. Ps. 50, 21. Ps. 119, 109 παγίδα τινί.) — τιθ. ἐπί, *pono super, impono,* τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτά, Marc. 10, 16. (Iob. 21, 5. Ps. 21, 3. 139, 4.) Io. 19, 19 τίτλον ἐπὶ σταυροῦ. Act. 5, 15 ἐπὶ κλινῶν (1 Sam. 6, 8. 19, 13). 2 Cor. 3, 13. Apoc. 1, 17. 10, 2. (1 Reg. 2, 24. Ezech. 40, 2. Ier. 28, 14. Exod. 26, 33. 35.) — Τιθ. ἐνώπιόν τινος, πρός τι, παρά τινα, *depono ante* s. ad aliquem; Marc. 6, 56 ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας intell. ἐνώπιον αὐτοῦ ut additur Luc. 5, 18. (Ezech. 16, 18. 1 Sam. 10, 25.) πρός, Act. 3, 2. παρά ib. 4, 35. 5, 2. — Ita etiam τίθημι τὰ γόνατα intell. πρὸς τὴν γῆν, s. πρὸς τὸ ἔδαφος, i. e. *flecto genua,* vid. Γόνυ. — τίθημι de dapibus: *appono,* mensae impono, ut Latinor. *cibum ponere,* pro apponere, Iob. 2, 10. (Drac. v. 11 τὸν οἶνον θείς. Xenoph. anab. 7, 3. 11.) — Medium: *pono mihi, colloco in meum commodum;* Matth. 14, 3 ἔθετο αὐτὸν ἐν φυλακῇ, propr. er wiess ihm (um ihn für sich fest zu haben) einen Platz im Gefängnisse an, in custodia posuit. Act. 5, 25. (Gen. 41, 10. 42, 17.) Act. 4, 3 εἰς τήρησιν. c. 5, 18 ἐν τηρήσει. c. 12, 4 εἰς φυλακήν. (Gen. 40, 3 ἔθετο αὐτοὺς ἐν φυλακῇ εἰς τὸ δεσμωτήριον.) — 1 Cor. 12, 18 ὁ θεὸς ἔθετο τὰ μέλη ἐν τῷ σώματι. — b) tropice: *colloco, trado,* Matth. 12, 18 θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν, e Ies. 42, 1 ubi נָתַן seq. עַל, LXX ἔδωκα. (Ies. 63, 11. Ezech. 44, 30.) 1 Cor. 9, 18 θήσω τὸ εὐαγγέλιον. Medium: 2 Cor. 5, 19 θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς, qui mihi tradidit, ut reconciliationem annuntiem. (Ps. 105, 27. Ioseph. ant. 4, 8. 44 κατάρας τίθεσθαί τινι. ib. 17, 2. 2 ὄνομα αὐτῇ θέμενος.) — Locutiones ex hebraica dicendi ratione repetitae: Luc. 9, 44 θέσθε εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους, i. e. attendite, animis vestris infigite. c. 21, 14 θέσθε εἰς τὰς καρδίας, reponite animis vestris. (Eccles. 7, 21. 1 Sam. 9, 20.) — Medium: Luc. 1, 66 ἔθεντο πάντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, omnes animo suo reposuerunt quae audierant, i. e. *perpenderunt.* (1 Sam. 21, 12. Ies. 42, 25 ἔθεντο ἐπὶ ψυχήν. Sap. 4, 15 θέντες ἐπὶ διανοίᾳ τὸ τοιοῦτο.) — Act. 5, 4 τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου, cur apud animum tuum posuisti, i. e. *constituum cepisti.* 19, 21 ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι, animo constituit. (2 Sam. 13, 33. Dan. 1, 8.) — Act. 27, 12 ἔθεντο βουλήν, apud se constituerunt. (Iud. 19, 30.)

2) *depono, ich lege ab,* — Io. 13, 4 τὰ ἱμάτια, Latinor. *ponere vestem,* — τὴν ψυχήν, vitam, *animam pono* (Cic. Fam. 9, 24. Propert. 1, 13. 15.) Io. 10, 11. 15. 17 sqq. 13, 37 sqq. 15, 13. 1 Io. 3, 16. — Ex adiuncto: depono et asservo s. custodio, i. e. *sepono, asservo,* ut nostrum: *etwas hinlegen;* Luc. 19, 21 αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας, aufers quae non seposuisti, quae ergo tua non sunt. (Fortasse hic τιθ. est deponere pecuniam penes aliquem asservandam, ut Demosth. p. 1236. 27. et p. 1190. 5 ed. *Reisk.*)

1 Cor. 16, 2 *τιθέτω παρ' ἑαυτῷ* intellige *τί*, seponat s. reponat domi aliquid. (1 Reg. 8, 9. Tob. 6, 4 *θὲς ἀσφαλῶς*.)

3) *constituo, ich stelle auf*, i. e. a) *facio ut stet et sit aliquid*, erigo, exstruo, condo; (2 Sam. 8, 6. 14 *φρουράν*. Philo de nomin. mutat. p. 1049 *θεὸς ἔθηκε τὰ πάντα*); — de legibus: *fero, promulgo;* Gal. 3, 19 *νόμος ἐτέθη* (text. vulg. *προσετέθη*). (Ioseph. c. Apion. 2, 21. Ps. 148, 6 *πρόσταγμα τιθ*. Dan. 4, 3 *δόγμα*. ib. 6, 26. LXX *τιθ. διαθήκην*, einen Bund aufrichten, Exod. 34, 10. 12. 15. Iob. 31, 1.) — b) *definio*, ich stelle fest, (*ὅρια* Ios. 22, 25); Act. 1, 7 *καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ*. — *τὸ μέρος τινός*, sortem alicuius definio, Matth. 24, 51. Luc. 12, 46. (Iob. 10, 12.) — c) constituo aliquem ut faciat aliquid, committo, *iniungo* alicui aliquid, Io. 15, 16 *ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑπάγητε*. (Test. XII patr. p. 636 *ἔθεντό με, τηρεῖν αὐτόν*, mihi custodiam eius commiserunt. Ies. 27, 4 *τίς με θήσει φυλάσσειν καλάμην ἐν ἀγρῷ*.) — constituo aliquem ut sit aliquid, vel patiatur: *facio aliquem aliquid*, *α*) seq. accusativo: *τιθ. τινὰ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τινος*, sensus: subiicio aliquem alicui prorsus, Matth. 22, 44. Marc. 12, 36. Luc. 20, 43. Act. 2, 35. 1 Cor. 15, 25. Hebr. 1, 13. 10, 13. (Ps. 110, 2.) — De muneribus: *creo, nuncupo, bestellen*, Act. 20, 28 *ἔθετο ὑμᾶς ἐπισκόπους*. Rom. 4, 17. 1 Cor. 12, 28. 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11. Hebr. 1, 2. — 2 Petr. 2, 6 *ὑπόδειγμα* (Sodomam) *μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς*. (Nah. 3, 6 *θήσομαί σε εἰς παράδειγμα*. Ioseph. ant. 17, 11. 2 *παράδειγμα τῆς ἀρετῆς τίθημί τινι*. Vid. e V. T. Iob. 17, 6. Gen. 17, 5. Lev. 26, 31. Ps. 18, 35. Ies. 5, 20. Sap. 10, 21 *γλώσσας νηπίων ἔθηκε τρανάς*. Iob. 11, 13 *καθαρὸν ἔθου τὴν καρδίαν σου*. Aelian. V. H. 13, 6 *ὁ οἶνος τίθησι τὰς γυναῖκας τεκνοποιούς*. Ioseph. ant. 11, 3. 3.) — *β*) seq. *εἰς*, (Ezech. 14, 8 *θήσομαι αὐτὸν εἰς ἔρημον*. Gen. 17, 6. Ier. 9, 11 *τιθ. εἰς ἀφανισμὸν τὰς πόλεις*. 25, 18. Ies. 42, 15 *ποταμοὺς εἰς νήσους*. Etiam *τιθ. εἰς οὐδέν* Iob. 24, 25. et *ἐν οὐδενί*, 2 Macc. 4, 15 nihili facere.) — si refertur ad voluntatem s. decretum de futuro, est: *destino;* Act. 13, 47 *τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν*. (Ier. 1, 5 *προφήτην εἰς ἔθνη τέθεικά σε*.) — Medium: *decerno apud me, volo esse;* 1 Thess. 5, 9 *οὐκ ἔθετο ἡμᾶς εἰς ὀργήν*. 1 Tim. 1, 12 *θέμενος* (*ἐμὲ*) *εἰς διακονίαν*. 1 Petr. 2, 8. *.

Τίκτω, f. *τέξομαι*, aor. *ἔτεκον*, aor. 1. pass. *ἐτέχθην*, (a radice *τέκω* pario) LXX pro יָלַד *pario*, ich gebähre; a) de mulieribus foetum enitentibus, Matth. 1, 21. 23. 25. Luc. 1, 31. 57. 2, 6. 7. 11. Gal. 4, 27. [Hebr. 11, 11.] Apoc. 12, 2. 4. 5. 13. (Gen. 3, 16. 4, 1.) — Matth. 2, 2 *τεχθείς*, recens natus. Io. 16, 21 *ὅταν τίκτῃ*, dum in eo est, ut foetum edat. (Ies. 13, 8. Sir. 19, 11. 48, 22.) — b) de terra plantas proferente, *gigno*, Hebr. 6, 7 *γῆ τίκτουσα βοτάνην*. (Philo de opif. p. 30 *γῆς πάντα τικτούσης*. Idem p. 862 de arboribus fruges facientibus.) — c) de viris: genero (Iob. 38, 19. Euripid. Iphig. 639.) — d) metaphorice: *gigno, efficio;* Iac. 1, 15 *ἡ ἐπιθυμία τίκτει ἁμαρτίαν*. (Zenob. Cent. 3, §. 28 *δίκη δίκην ἔτικτε καὶ βλάβην βλάβη*. Philo de sacrif. Ab. p. 148 *ἡ φύσις πρὸς γένεσιν πραγμάτων ὥρισεν ἐν ψυχῇ δύναμιν, δι' ἧς κυοφορεῖ καὶ ὠδίνει καὶ ἀποτίκτει πολλὰ διάνοια*. Id. de confus. linguar. p. 323. Sir. 8, 18 *οὐ γὰρ γινώσκεις τί τέξεται*, nescis quid moliatur mali. Vid. etiam Iob. 38, 28. 29.) *.

Τίλλω, *vello, evello*, Matth. 12, 1. Marc. 2, 23. Luc. 6, 1. (LXX pro מָרַט Esdr. 9, 3. Ies. 18, 7. Ps. Sal. 13, 3 *θηρία ἔτιλλον σάρκας αὐτῶν*. Diod. Sic. 5, 21 *τοὺς παλαιοὺς στάχυς καθ' ἡμέραν τίλλειν*.) *.

Τιμαῖος, *ου, ὁ*, *Timaeus*, nom. propr. viri, Marc. 10, 46.

Τιμάω, *ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐτίμησα*, partic. perf. pass. *τετιμημένος*, aor. 1. med. *ἐτιμησάμην*, (a *τιμή*) 1) *aestumo*, a) proprie *pretium rei statuo;* ita LXX pro הֶעֱרִיךְ Lev. 27, 8. 12. 14 et saepissime apud profanos. Matth. 27, 9 *τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ*. Putant haec esse repetita e Zach. 11, 12. 13. sed sensus loci non satis expeditus est. Vertunt: triginta siclos, pretium illius aestimati viri (Iesu), quem aestimarunt (emendo) de filiis Israël. Alii *ἀπὸ υἱῶν* pendere putant ab *ἔλαβον*, sumpserunt a filiis Israelitarum, i. e. ab Iuda. Medium saepissime apud profanos est: *pretium statuere*, ut Ioseph. ant. 5, 1. 21. Rectius fortasse *τιμάω* h. l. est *emo* certo pretio: siclos, pretium emti, quem emerant ab Israelitis. Caeterum cf. Ies. 55, 2 *ἱνατί τιμᾶσθε ἀργυρίου* pro שֶׁקֶל. — b) metaph. *aestumo*, i. e. *magni facio, werthschätzen*, 1 Tim. 5, 3. 1 Petr. 2, 17. (LXX pro יָקַר 1 Sam. 18, 30. Ps. 139, 16. Sap. 6, 21. Sir. 38, 1.) — Ex adiuncto — 2) *honoro aliquem factis, orno* praemiis, *honores tribuo*, Io. 12, 26 *τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ*. (Sap. 14, 15. 4 Macc. 17, 20 *οἱ ἁγιασθέντες διὰ τὸν θεὸν τετίμηνται*.) Act. 28, 10 *πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς*. (2 Macc. 3, 2. Ioseph. ant. 4, 6. 8 *τιμᾶν τινα ξενίοις*.) — 3) *veneror, colo*, adiuncta notione obsequii; de pietate in parentes, Matth. 15, 4. 5. 19, 19. Marc. 7, 10. 10, 19. Luc. 18, 20. Eph. 6, 2. (Sir. 3, 3. 5.) — in reges, 1 Petr. 2, 17. — in Deum, Io. 5, 23. 8, 49. — Matth. 15, 8 *τοῖς χείλεσί με τιμᾷ*, ore tantum colit, de externa et falsa pietate (Ies. 29, 13). (Ita LXX pro כִּבֵּד Exod. 20, 12. Num. 22, 17. 37. Prov. 3, 9.) *.

Τιμή, *ῆς, ἡ*, (a *τίω*, aestumo) LXX pro עֵרֶךְ, כָּבוֹד, הָדָר, יְקָר, 1) *aestumatio*, a) propr. aestumatio pretii, *pretium*, quod solvitur; *pecunia* ex aestimatione soluta; Matth. 27, 6 *τιμὴ αἵματος*, pretium pro caede. v. 9. vid. *Τιμάω*. Act. 4, 34. 5, 2. 3. 7, 16. 19, 19. 1 Cor. 6, 20. 7, 23. (Hom. Iliad. 23, 649. 3, 286. 459. LXX pro עֵרֶךְ, Lev. 5, 15. 18. 27, 2 sqq. Ps. 49, 8. coll. Ies. 55, 1. Num. 20, 19. Test. XII patr. p. 634 *ἡ τιμὴ τοῦ Ἰωσήφ*, pecunia, qua Iosephum vendiderant fratres. Ioseph. vit. §. 31.) — Ex adiuncto: *res pretiosa, Schmuck, Kleinod*, i. q. *τίμια*, Apoc. 21, 24. 26. (LXX יְקָר Ezech. 22, 25. Ps. 45, 9. coll. Gen. 20, 16.) — b) tropice: *aestumatio*, Werthschätzung; Io. 4, 44 *τιμὴν οὐκ ἔχει*, non aestumatur, non magni fit. Rom. 12, 10. vid. *Προηγέομαι*. (Test. XII patr. p. 734 ubi *ὕβρις* et *τιμή* sibi opponuntur.) — 2) *honor, dignitas;* *σκεῦος εἰς τιμήν*, in usum honorificum formatum, Rom. 9, 21. 2 Tim. 2, 20 sqq. 1 Cor. 12, 23. 24. 1 Thess. 4, 4 *ἐν τιμῇ*, honesto modo vivens. (Ies. 14, 18.) Hebr. 2, 7. 9. (Ps. 8, 6.) c. 3, 3. 1 Petr. 1, 7. 3, 7. (Ps. 49, 12. Dan. 4, 27. Sir. 10, 28.) — *honores, Ehrenbezeigung*, Act. 28, 10. (alii: honorarium) — honor, i. e. *munus honorificum*, Hebr. 5, 4. (Hom. Iliad. 1, 278. 2, 197. Ioseph. ant. 10, 8. 6.) — *praemii* sensu, Rom. 2, 7. 10. 1 Petr. 2, 7 *ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν*, vobis sunt parata praemia honoris (in altera vita), qui (non repudiavistis servatorem, sed) fidem ei habetis. 2 Petr. 1, 17. (Sir. 38, 1. Dan. 2, 6. Ioseph. ant. 3, 2. 5.) — (Etiam de ultione, mulcta Hom. Iliad. 1, 159. 3, 459.) — 3) *veneratio, cultus;* — de veneratione debita magistratibus, dominis, parentibus, Rom. 13, 7. 1 Tim. 5, 17. (alii hic: *sostrum*). 1 Tim. 6, 1. (Ioseph. c. Apion. 2, 27 *γονέων τιμή*. Id. ant. 17, 3. 3 *ἐπὶ τῇ τιμῇ τοῦ ὅρκου*.) — Deo debita: *cultus, adoratio*, adiecta notione honoris, qui in Deum ex cultu externo redundat; *θεῷ τιμή*. 1 Tim. 1, 17. 6, 16. Apoc. 5, 13. 7, 12. [19, 1.] *διδόναι τιμὴν τῷ θεῷ*, Apoc. 4, 9. — *λαμβάν. τιμήν* Apoc. 4, 11. 5, 12. (Ps. 29, 2. 96, 7. Ioseph. ant. 1, 3. 1 *τὰς τιμὰς τῷ θεῷ παρέχειν*. Id. c. Apion. 2, 27 *τιμὴ πρὸς θεόν*.) — Col. 2, 23 *οὐκ ἐν τιμῇ τινι*, (*ἀλλὰ*) *πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός*, non ut verum Dei exhiberent cultum, non religionis ergo, sed ad satiandas cupiditates, fastum, studium imperandi etc. Alii: neque in rebus vere praestantibus, sed in iis, quae ad corpus satiandum valent. *.

Τίμιος, *ία, ον*, (a *τιμή*) — LXX pro יָקָר — 1) *pretiosus*, in pretio habendus; a) propr. qui magni pretii aestumatur; *λίθοι τίμιοι*, gemmae, Apoc. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 11. 19. (1 Reg. 10, 2. 2 Chron. 9, 1. 10. Ps. 21, 3); lapides *exquisiti*, 1 Cor. 3, 12. (1 Reg. 5, 17. 7, 9. 10. 2 Sam. 12, 30.) — *ξύλον*, Apoc. 18, 12. — (rarus, 1 Sam. 3, 1 *τὸ τίμιον* eine Seltenheit, Ps. Sal. 17, 19.) — b) tropice, *qui magni aestumatur, carus, praestans*, Act. 20, 24 *οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ*, nec ego vitam mihi tam caram habeo, quin. (Ioseph. ant. 1, 18. 6 *φίλοις τίμιος*. Idem ant. 17, 9. 4 *φίλων τε Ἡρώδῃ τιμιώτατος*.) Iac. 5, 7 *ὁ τίμιος* (desideratus) *καρπὸς τῆς γῆς*. (LXX pro חֵפֶץ Prov. 3, 15. 8, 11. Sap. 12, 7.) [1 Petr. 1, 7 *πολὺ τιμιώτερον χρυσίου*, *Griesb.* *πολυτιμότερον*.] 1 Petr. 1, 19. 2 Petr. 1, 4. (coll. Pind. Ol. 6, 16 *ἀρεταὶ τίμιαι*.) — 2) *honoratus*, Act. 5, 34 *τίμιος παντὶ λαῷ*. (Ioseph. bell. 5, 13. 1 *μάλιστα τῷ δήμῳ τίμιος*.) Hebr. 13, 4 *τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι*. (Pind. Ol. 2, 117. Esdr. 4, 10. Ps. 116, 15 *τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ*. — *τὸ τίμιον* dignitas, honor, Sap. 4, 8. — *τὰ τίμια*, honores, munera, 1 Macc. 11, 27.) *.

Τιμιώτερος, *έρα, ερον*, — **τιμιώτατος**, *άτη*,

στον, comparat. et superl. a *τίμιος*, [1 Petr. 1, 7.] (Prov. 3, 15. 31, 10.) Apoc. 18, 12. 21, 11. (Sap. 12, 7.) vid. *Τίμιος*.

Τιμιότης, *τητος*, *ἡ*, (a *τίμιος*) esse in magno pretio; — deinde: *copia rerum pretiosarum*, Apoc. 18, 19. (Liban. ep. 1557 *καὶ προςαγορεύω τὴν τιμιότητά σου.*) *.

Τιμόθεος, *ου*, *ὁ*, *Timotheus*, Derbaeus ut putant, patre graeco, matre iudaea usus, quacum simul nomen dedit Christo, et Pauli, Apostoli, comes in itineribus et *συνεργός* in tradendo evangelio factus est. Act. 16, 1. 17, 14. 15. 18, 5. 19, 22. 20, 4. Rom. 16, 21 *Τιμ. ὁ συνεργός μου.* 1 Cor. 4, 17. 16, 10. 2 Cor. 1, 1 *Τιμ. ὁ ἀδελφός*. v. 19. Phil. 1, 1. 2, 19. Col. 1, 1. 1 Thess. 1, 1. 3, 2. 6. 2 Thess. 1, 1. 1 Tim. 1, 2 *Τιμ. γνησίῳ τέκνῳ*. v. 18. 6, 20. 2 Tim. 1, 2. Phil. v. 1. Hebr. 13, 23. *.

Τίμων, *ωνος*, *ὁ*, *Timon*, unus e septem diaconis coetus Hierosolymitani, Act. 6, 5.

Τιμωρέω, *ῶ*, aor. 1. pass. *ἐτιμωρήθην*, (a *τίμωρος* contr. pr. *τιμάορος*, quod putant esse factum ex *τιμή* et *αἴρειν*, propr. poenam sumens, ulciscens, puniens) 1) vindico aliquem ab iniuria illata, cum dativo personae, Xenoph. cyrop. 5, 2. 8. — 2) *punio*, ob iniuriam, *castigo*, seq. accusativo personae, (Ezech. 5, 17. 14, 15 pro שִׁכֵּל. coll. Iud. 5, 14. Sap. 12, 20. 18, 8. Ioseph. ant. 1, 11. 1. ib. 17, 9. 2.) Ita semel Act. 22, 5 ubi est vel *punio*, vel *supplicium sumo*. — 3) ex adiuncto: *torqueo, crucio;* Act. 26, 11 *τιμωρῶν αὐτοὺς ἠνάγκαζον βλασφημεῖν*, tormentis adhibitis coegi eos. (2 Macc. 7, 7 *τιμωρηθῆναι τὸ σῶμα κατὰ μέλος* de tormentis, quibus Iudaei ab Antiocho cogebantur contra leges patrias agere. Lucian. dial. Mart. 1, 3 *τί τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς λογιζόμενοι.*) *.

Τιμωρία, *ας*, *ἡ*, (ab eod.) vindicatio, (Ioseph. ant. 17, 9. 1) vindicta, ultio; *poena, castigatio;* semel Hebr. 10, 29. (Prov. 19, 29. 24, 22. 3 Esdr. 8, 24. Sap. 19, 12. 2 Macc. 6, 12. 26. Ioseph. ant. 15, 8. 4. bell. 7, 2. 1. c. Apion. 2, 38.) *.

Τίς, genit. *τινός*, neutr. *τί*, pronomen indefinitum, Latinorum *quis*, *quid; aliquis, aliqua, aliquid*. — Legitur in N. T., ut apud profanos, ut sit:

a) aliquis, quidam, *nescio quis vel qualis, nolo definire quis vel qualis;* nostrum: *ein, ein gewisser, etwas;* α) absolute: Matth. 12, 47 *εἶπε δέ τις αὐτῷ*. Luc. 8, 46 *ἥψατό μού τις*. Act. 24, 12. Io. 4, 33 et saepissime. — Neutrum *τί*, *aliquid*, quod definitum non est; Luc. 11, 54 *θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ*. Matth. 20, 20 *αἰτοῦσά τι παρ᾽ αὐτοῦ*. Act. 21, 37 *εἰπεῖν τι*. 23, 17. 18 et saepius. — β) cum nomine: *ἄνθρωπός τις*, Matth. 18, 12. Luc. 10, 30. 31. 33. 12, 16. *Ἀνήρ τις*, Luc. 8, 27. 11, 27. Io. 4, 46. *Τὶς ἀνήρ*, Act. 3, 2. 14, 8. Luc. 9, 19 etc. — *εἷς τις*, unus quidam, nescio quis, Marc. 14, 47. 51. Luc. 22, 50. Io. 11, 49. — *δύο τινές*, duo nescio qui, i. e. quorum nomina ignoro, Luc. 7, 19. Act. 23, 23. (Alii h. l. vertunt: *fere* duo; sed de numero incertus esse vix poterat scriptor.) — Act. 8, 36 *ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ*, sie kamen an ein Wasser. Luc. 23, 8 *ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν*. Act. 10, 11 *σκεῦός τι*, *ὡς ὀθόνην*. ib. 11, 5. — Io. 5, 14 *χεῖρόν τι*. Act. 5, 34 *βραχύ τι*, aliquantulum. Act. 17, 21. — cum nomine proprio et nomine dignitatis: *quidam;* Marc. 15, 21 *τινὰ Σίμωνα*. — Luc. 1, 5 *ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας*. 7, 2 *ἑκατοντάρχου τινός*. 7, 41. 10, 38. Act. 9, 33. 36. 43. 25, 19 *περί τινος Ἰησοῦ*. Saepius.

b) aliquis, aliquid, *nescio s. nolo definire quantus s. quantum;* α) de quantitate numeri; *τινές*, *aliqui;* Marc. 14, 4. Luc. 13, 1. 21, 5. Io. 12, 20. Rom. 3, 3. 8. 1 Cor. 6, 11 *καὶ ταῦτά τινες ἦτε*, eiusmodi homines aliqui vestrum fuerunt. — Saepissime. — *Τινὲς* — *τινές*, *alii — alii quidam*, Luc. 9, 7. Phil. 1, 15. 1 Tim. 5, 24. — *Τί*, aliquid, aliqua pars, Io. 13, 29. Act. 3, 5. 1 Cor. 7, 5 *εἰ μή τι*, nisi aliquamdiu. — cum genitivo nominis, Matth. 9, 3 *τινὲς τῶν γραμματέων*. 12, 38. 16, 28. 28, 11. Marc. 2, 6. Luc. 11, 15 *τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν*. — Saepius. — cum nomine; Act. 5, 2 *μέρος τι*, partem aliquam; Act. 9, 19 *ἡμέρας τινάς*. 10, 48. 25, 19 *ζητήματά τινα*. 15, 36. 1 Cor. 11, 18 *μέρος τι*, ex aliqua parte. — Saepius. — β) de quantitate interna, de auctoritate, pretio, magnitudine, ut etiam Latinor. aliquid; ubi *auget*, quum oppositum cogitetur *τῷ μηδενί*; Act. 5, 36 *λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν*, dicens se magnum esse. (vid. c. 8, 9 ubi additur *μέγαν*.) 1 Cor. 2, 2 *εἰδέναι τι*, scire aliquid magni. Gal. 2, 6 *οἱ δοκοῦντες εἶναί τι*, qui magni quid esse sibi videntur. ib. 6, 3. 1 Cor. 8, 2 *δοκεῖ εἰδέναι τι*, videtur sibi multa scire. 1 Cor. 10, 19. Hebr. 10, 27 *φοβερά τις ἐκδοχή*, admodum terribilis *ἐκδοχή*. (Plat. Apol. 6, 7 et 10 *εἰδέναι τι*, multa scire. Epict. enchir. c. 18 *ἐὰν δόξῃς τισὶν εἶναί τις*. Aeschin. dial. 2, 13 *ἔχειν τι*, divitem esse. Ignat. ad Ephes. §. 3 *οὐ διατάσσωμαι ὑμῖν ὡς ὤν τις*. Ovid. Fast. 6, 27 „est aliquid nupsisse Iovi.")

c) aliquis, aliquid, *quis s. quid tandem sit, einer aus vielen, einer, Jemand;* et quidem α) cum nomine, *ullus*. Io. 1, 47 *τὶ ἀγαθόν*, ullum quid boni. Marc. 16, 18 *θανάσιμόν τι*. Luc. 11, 36. Act. 4, 32. 18, 14 *ἀδίκημά τι*. c. 25, 16 *τινὰ ἄνθρωπον*, ullum hominem, quempiam. Rom. 8, 39. Gal. 6, 1. Eph. 6, 8 *ὅ ἐάν τι ποιήσῃ ἀγαθόν*, ullum quod fecerit bonum. Phil. 2, 1. Iac. 1, 18 *ἀπαρχήν τινα*, principium ullum, licet parvum. Saepius. — β) absolute: *quis, aliquis, quispiam*, nostrum: *man, einer, irgend einer;* Matth. 12, 29 *πῶς δύναταί τις εἰςελθεῖν*. Marc. 8, 4. 9, 30 *οὐκ ἤθελον ἵνα τις γνῷ*. 11, 16. Io. 2, 25 *οὐ χρείαν εἶχεν, ἵνα τις μαρτυρήσῃ*, ut aliquis etc. c. 5, 19 *οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ*, nihil nisi quod viderit. c. 6, 50 *ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ*, quo quis comederit de eo, non moriatur. c. 20, 23 *ἄν τινων ἀφῆτε*, si quibus peccata condonaveritis, iis sint condonata. Matth. 8, 28 *ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν*, ita ut non facile aliquis posset transire. 11, 27. 12, 19. Marc. 8, 26. 12, 19 *ἐάν τινος ὁ ἀδελφὸς ἀποθάνῃ*, si frater alicuius viri mortuus est. Luc. 22, 35 *μή τινος ὑστερήσατε*, num aliqua re caruistis? Act. 2, 45 *καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε*, nostrum: nachdem *einer* dessen bedurfte. c. 4, 35. 11, 29. 1 Cor. 4, 2 *ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ*, ut aliquis fidus deprehendatur. c. 7, 18. c. 10, 31 *εἴτε τι ποιεῖτε*, sive aliud quid facitis. 1 Thess. 1, 8. 5, 15. 1 Tim. 6, 7. Iac. 5, 13. — Saepius. — Neque aliter ubi legitur *εἴ τις*, vel *ἐάν τις*, *si quis, wenn einer ist der;* quod deinde si sensum spectas, plerumque idem valet quod *quisque;* Luc. 9, 23. Io. 3, 3. 6, 51. 7, 17. 7, 51 sqq. 9, 22. 31. 10, 9. 11, 9 sqq. 12, 47. 15, 6. Rom. 8, 9. (LXX *ἐάν τις* pro אִישׁ Exod. 21, 7. 12. 14. 17. 20. Lev. 13, 40. 20, 12. Deut. 21, 18.)

Τίς, genit. *τίνος*, neutr. *τί*, pronomen interrogativum: *quis, quid? qualis, quale?* LXX *τίς* pro hebr. מִי, *τί* pro מָה.

1) *quis, quid? qualis, quale?* — a) cum nomine; α) quis? i. e. *quis est, qui? wer?* Luc. 14, 31 *τίς βασιλεύς*, quis regum? 15, 4 *τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν;* 15, 8 *τίς γυνή*. Luc. 23, 22 *τί κακόν;* Hebr. 7, 11 *τίς ἔτι χρεία;* saepissime. — β) quis, i. e. *qualis, quale? welcher?* Matth. 5, 46 *τίνα μισθὸν ἔχετε*. Luc. 4, 36 *τίς ὁ λόγος οὗτος*. Luc. 7, 39 *τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνή*. 10, 22. 21, 7. Act. 7, 49 *ποῖον οἶκον ἢ τίς τόπος*. 17, 19. Rom. 6, 21. 11, 15. 2 Cor. 6, 14. 1 Petr. 1, 11 *εἰς τίνα ἢ ποῖον χρόνον*. Saepius. — Matth. 5, 47 *τί περισσὸν ποιεῖτε*. 24, 3 *τί τὸ σημεῖον τῆς παρουσίας*. Marc. 5, 9 *τί σοι ὄνομα*. 8, 12. Luc. 8, 30. Io. 2, 18 et saepius. — γ) quis i. e. *qualis et quantus?* Marc. 6, 2 *τίς ἡ σοφία*, qualis et quanta sit sapientia. Matth. 24, 45 *τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος*, quantus est s. habetur servus fidus. Luc. 1, 66 *τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται*. 5, 21 *τίς ἐστιν οὗτος*, qualis et quantus sibi videtur iste? 7, 49. 8, 25. Col. 1, 27 et saepius. (Exod. 3, 11. Iudith. 12, 14.) — b) sine nomine, absolute: α) *quis, quid*, Matth. 3, 7 *τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν;* 5, 13 *ἐν τίνι ἁλισθήσεται*, quanam (alia) re. 6, 3 *μὴ γνώτω, τί ποιεῖ*. v. 25 *μὴ μεριμνᾶτε, τί φάγητε*. Luc. 17, 8 *ἑτοίμασον, τί δειπνήσω*. 19, 48 *τὸ, τί ποιήσωσιν*. Io. 18, 38 *τί ἐστιν ἀλήθεια*. Act. 23, 19 *τί ἐστιν ὅ*. 19, 3. *εἰς τί*, intell. *βάπτισμα*, Christi an Ioannis. Saepissime. — Ubi de duobus sermo est, *τίς* est i. q. *πότερος*, et verti potest: *uter*, Matth. 9, 5. 23, 17. 19. 27, 17. 21. Marc. 2, 9. Luc. 5, 23 et passim. — Duae haud raro quaestiones in unam contrahuntur; Marc. 15, 24 *τίς τί ἄρῃ*, quis quid acciperet, i. e. quis eorum et quid acciperet. Luc. 19, 15 *τίς τί διεπραγματεύσατο*, quis eorum et quid lucratus esset. (Etiam apud profanos. Soph. Antig. v. 2. Ai. v. 1164 et ibid. *Hermann.*) — β) *qualis, quale?* Matth. 16, 13 *τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι*. v. 15. 21, 10. Marc. 4, 41. Luc. 19, 3 *ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν τίς ἐστι*. Io. 4, 10. 8, 53. — Matth. 10, 19 *πῶς ἢ τί λαλήσητε*. c. 8, 29 *τί ἡμῖν καὶ σοί*. Marc. 1, 24. 5, 7. Luc. 4, 34. 8, 28. Io. 2, 4. — *τί ἐστιν* s. *τί εἴη*, quid sibi velit, quale sit? Matth. 12, 7. Marc. 9, 10. Luc. 8, 9. 15, 26. 18, 36. 20, 17. Io. 7, 36. 10, 6. 16, 17 sqq. Act. 2, 12. 10, 17. Eph. 4, 9. — *τί*, quantum, Matth. 26, 15 *τί θέλετέ μοι δοῦναι*. Io. 6, 9 *τί ἐστιν εἰς τοσούτους*.

2) *τί, quid?* a) absolute: Act. 26, 8 *τί;* *ἄπιστον κρίνε-*

ται παρ' ὑμῶν. — τί οὖν, quid igitur? wie nun? Io. 1, 21. Rom. 3, 9. 6, 15. 11, 7. — τί γάρ; quid enim? Rom. 3, 3. Phil. 1, 18. — Τί ἄν, cum optativo, vid. Ἄν. — b) coniunctum cum verbo: *quid?* Rom. 6, 1 τί οὖν ἐροῦμεν; c. 7, 7. 9, 14. 30. Io. 1, 39 τί ζητεῖτε. Marc. 1, 27 τί ἐστι τοῦτο, quid hoc sibi vult? (Exod. 16, 15.) Saepius. — Nonnunquam, plerumque cum verbis εἶναι et γίνεσθαι, τί ita interrogat, ut indicet, quid aliquis sit, quid cum illo factum sit, ei evenerit; Act. 12, 18 τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, quid Petrus factus, i. e. quid Petro factum sit. Heb. 2, 6 τί ἐστιν ἄνθρωπος. (Ps. 8, 4. 144, 3.) 1 Io. 3, 2 οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα. (Iob. 21, 15. Aristoph. Nub. v. 1381 σοφώτατόν γ' ἐκεῖνον, ὦ τί δ' εἴπω;) — *quid?* i. e. *cur? qua de causa?* Matth. 26, 8. 8, 26. 19, 7. 27, 4. Marc. 2, 8. 24. Luc. 6, 2. 12, 26. Saepissime. — *quomodo fit, qui fit?* Matth. 7, 3. 20, 6. Marc. 2, 7. Luc. 6, 41. 12, 57. 16, 2. 22, 46 τί καθεύδετε, wie könnt ihr doch schlafen? — *quo modo?* Luc. 1, 62 τί (i. e. κατὰ τί ὄνομα) θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν. Io. 14, 22 τί γέγονεν. Act. 5, 24. Rom. 8, 24 ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει. 1 Cor. 7, 16 τί γὰρ οἶδας. — *cui bono, cui consilio?* pro εἰς τί, Matth. 26, 65. Marc. 5, 35. 14, 63. Luc. 22, 71. Gal. 3, 19. — *quo iure? qua ratione?* τί, Rom. 14, 10. 1 Cor. 5, 12. — τί οὖν, Matth. 17, 10. Io. 1, 25. Rom. 4, 1. 1 Cor. 10, 30. — τί ὅτι, Marc. 2, 16. Luc. 2, 49. Act. 5, 4. 9. (Gen. 3, 1. 18, 13. 26, 9. 44, 4.) — c) τί cum praepositionibus: διὰ τί, vid. Διατί. — Ἵνα τί, vid. Ἱνατι. — πρὸς τί, *ad quid, cui consilio*, Io. 13, 28. — εἰς τί, *cur*, Matth. 26, 8. Marc. 14, 4.

3) τί, ut hebr. מַה, ex hebraismo est particula, quae auget et intendit: *quam*, et ponitur ubi profani ὡς dicere solent. Matth. 7, 14 τί στενὴ ἡ πύλη, quam angusta est porta. (Text. vulg. ὅτι.) Similiter nostri *was* usurpant, ut: was ist doch die Pforte enge! Alii τί hic vertunt *cur*, putantque verba esse Iesu apud animum suum dolentis. Luc. 12, 49 τί θέλω, quam velim ignem illum iam exarsisse! (LXX pro מַה Cant. 1, 10 τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου, 2 Sam. 6, 20. Cant. 4, 10. 7, 6. Ps. 3, 1.)

Τίτλος, ου, ὁ, (ex latino sermone) *titulus*, i. e. *inscriptio;* Io. 19, 19. 20. (Evang. Nicod. ap. Birch. p. 57 de eadem re. cf. Sueton. Calig. c. 32.) Hesych. τίτλος· πτυχίον, ἐπίγραμμα ἔχον.

Τίτος, ου, ὁ, *Titus*, vir graecus, comes et συνεργός Pauli, apostoli, qui episcopus ecclesiae in Creta insula, et in ea anno aetatis 94 mortuus esse traditur. 2 Cor. 2, 13. 7, 6. 13. 14. 8, 6. 16. 23. 12, 18. Gal. 2, 1. 3. 2 Tim. 4, 10. Tit. 1, 4. *.

Τίω, f. ίσω, 1) aestumo pretium rei; — 2) pretium rei solvo; — δίκην τίω, *mulctam, poenam luo;* semel 2 Thess. 1, 9. (Ignat. ad Ephes. §. 16 αἰωνίαν τίσουσιν δίκην. Aelian. V. Hist. 1, 24. et 13, 2. — ζημίαν τίσουσιν Prov. 27, 12. — Medium: repeto mihi mulctam, poenam, ulciscor, punio, Prov. 20, 22. 24, 22. 29.)

Τοιγαροῦν, (partic. enclitica τοί, dem zufolge, γάρ et οὖν) *proinde, ergo*, 1 Thess. 4, 8. Hebr. 12, 1. (LXX pro עַל־כֵּן Iob. 22, 10. 24, 22. et וְ Prov. 1, 31. 4 Macc. 1, 34. 6, 28. 13, 15. Philo de nobilit. p. 907. Ioseph. c. Apion. 2, 24 et 18. ant. 10, 1. 2.) *.

Τοίγε, cum καί, vid. in Γέ.

Τοίνυν, (ex partic. enclit. τοί et νύν) *igitur, tam igitur, quare*, vel transeuntis vel concludentis est, et poni solet non ab initio orationis, sed post aliud verbum; Luc. 20, 25 ἀπόδοτε τοίνυν. 1 Cor. 9, 26 ἐγὼ τοίνυν. [Iac. 2, 24.] (Sap. 1, 11. Iob. 8, 13. 36, 14. 4 Macc. 1, 13. 15 sqq. 7, 16. 2 Macc. 3, 1.) — Rarissime legitur apud profanos initio orationis (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 342 sq.) et sic semel in N. T. Hebr. 13, 13. (Ies. 3, 10 pro כִּי; Ies. 5, 13 pro לָכֵן. Aelian. hist. an. 2, 7.) *.

Τοιόςδε, τοιάδε, τοιόνδε, (ex τοῖος et δέ) *talis, huiusmodi;* semel 2 Petr. 1, 17. (Hom. Iliad. 3, 46. 24, 375. Ioseph. ant. 17, 9. 1 τοὺς καιροὺς οὐκ ἐν τοιοῖςδε εἶναι, tempora eiusmodi non esse.)

Τοιοῦτος, τοιαύτη, τοιοῦτο, et attice τοιοῦτον, (ex τοῖος talis, et οὗτος) Latinor. *talis, huiuscemodi, huius generis*, nostrum *dergleichen*. Quod attinet ad sensum est a) *huiuscemodi, similis, huius generis*, Matth. 18, 5 παιδίον τοιοῦτον, discipulum indolis huiuscemodi. Io. 4, 23 τοιούτους τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. Marc. 4, 33. 7, 13. Act. 16, 24 παραγγελίαν τοιαύτην, huius argumenti. 1 Cor. 5, 1. 2 Cor. 3, 4. 12. Hebr. 7, 26. 8, 1. 13, 16. Iac. 4, 16. — τοιοῦτος, homo huius generis, et refertur ad conditionem externam et internam, iustam et pravam, Act. 22, 21. Rom. 16, 18. 1 Cor. 5, 5. 11. 7, 28. 16, 16. 18. 2 Cor. 2, 6. 7. 10, 11. Phil. 2, 29. 2 Thess. 3, 12. 1 Tim. 6, 5. Tit. 3, 11. Phil. v. 9. 3 Io. v. 8. — τοιοῦτον, τοιαῦτα, Act. 19, 25. 21, 25. Rom. 1, 32. 2, 2. 3. 1 Cor. 7, 15. 11, 16. Gal. 5, 21 ubi i. q. ὅμοια. v. 23. Eph. 5, 27. Hebr. 11, 14. — τοιοῦτος — ὁποῖος, *talis — qualis*, Act. 26, 29. — τοιοῦτος — ὅς, 1 Cor. 5, 1. Hebr. 7, 26. 8, 1. — οἷος — τοιοῦτος, 1 Cor. 15, 48. 2 Cor. 10, 11. (Sir. 49, 14.) — b) *tantus*, Matth. 9, 8. Marc. 6, 2. Luc. 9, 9. 13, 2 τοιαῦτα, tantam cladem. Io. 9, 16. Marc. 13, 19 θλῖψις οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη, quae tanta unquam non facta est. — c) emphatice repetit subiectum ex antecedentibus, quatenus aliquis in certa qualitate consideratur; Matth. (18, 5.) 19, 14. Marc. 9, 37. 10, 14. Luc. 18, 16. 2 Cor. 12, 2. 3. 5. Gal. 6, 1. Hebr. 12, 3. (3 Esdr. 1, 21.) *.

Τοῖχος, ου, ὁ, *paries aedium;* Act. 23, 3. Vid. Κονιάω. (LXX saepissime pro קִיר ut Exod. 30, 3. Lev. 14, 37. etc.)

Τόκος, ου, ὁ, (a τίκτω, perf. 2. τέτοκα) 1) partus, (Artemidor. oneirocr. 4, 80 τόκος καλεῖται πᾶς ὁ γεννώμενος παῖς. Xenoph. de republ. Laced. 15, 5 de partu suis.) — 2) *foenus, usura*, quia nummos multiplicat et quasi parit; Matth. 25, 27. Luc. 19, 23. (LXX pro נֶשֶׁךְ Exod. 22, 25. Lev. 25, 36 sqq. Deut. 23, 20. Ps. 15, 6. Ezech. 18, 8. 13. 4 Macc. 2, 8 δανείζων χωρὶς τόκων. Demosth. 13, 20. Ioseph. c. Apion. 2, 27.) *.

Τολμάω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐτόλμησα, (a τόλμα, perseverantia, audacia, Ioseph. de bell. 4, 9. 10.) 1) *sustineo, tolero*, ich halte aus, vertrage; (Hom. Iliad. 13, 395. 24, 261.) — *sustineo:* ich gewinne über mich, Rom. 5, 7 τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν, facile vel mortem subire sustinet. Rom. 15, 18. 1 Cor. 6, 1 τολμᾷ τις — κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, potestne aliquis vestrum a se impetrare, ut iudicio certet coram iudice ethnico? (3 Macc. 3, 21. Ioseph. ant. 17, 3. 4. Demosth. p. 1377. 12 ed. Reisk. οὐκ ἐτόλμησαν ἀποστῆναι τῆς ἡμετέρας φιλίας.) — *audeo;* seq. infinitivo, Matth. 22, 46. Marc. 12, 34. Luc. 20, 40. Io. 21, 12. Act. 5, 13. 7, 32. 2 Cor. 10, 12. Phil. 1, 14. Iud. v. 9. (Esth. 7, 5. Iudith. 14, 13. 2 Macc. 4, 2. Hom. Iliad. 8, 424. Ioseph. ant. 2, 6. 8.) — Marc. 15, 43 τολμήσας εἰςῆλθεν, sumto animo intravit. — 2) *spiritus sumo, audacter me effero;* 2 Cor. 11, 21 ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, τολμῶ κἀγώ, quorum causa sese efferat aliquis, eorum causa et ego possum. 2 Cor. 10, 2 πεποιθήσει ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας, fiducia, qua super aliquos me efferre studuerim. (Iob. 15, 12 τί ἐτόλμησεν ἡ καρδία σου, hebr. לָקַח. coll. Act. Thom. §. 33 μὴ τόλμα λέγειν, noli iactanter enarrare, quae feceris.) *.

Τολμηρότερον, (comparativ. a τολμηρῶς, audacter) adv. *audacius, confidentius;* Rom. 15, 15. (τολμηρότερος, Sir. 19, 2. τολμηρός ib. v. 3. cap. 8, 16. τολμηρῶς, Xenoph. symp. 2, 12.) *.

Τολμητής, ου, ὁ, (a τολμάω, audeo) qui robore suo fretus temerarie agit, supra vires audet, *homo audax*, 2 Petr. 2, 10. (Ioseph. bell. 3, 10. 2 τολμηταὶ καὶ θανάτου καταφρονοῦντες, ἀλλὰ ἀσύντακτοί τε καὶ πολέμων ἄπειροι. Thucyd. 1, 70.) *.

Τομός, ή, όν, (a τέμνω, perf. 2. τέτομα) *secans, penetrans, scindens*, durchschneidend; — compar. τομώτερος, Hebr. 4, 12 de verbo Dei, cum gladio comparato, ad animi intimos recessus penetrante. (Phocylid. v. 118 ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.) *.

Τομώτερος, vid. Τομός.

Τόξον, ου, τό, *arcus;* Apoc. 6, 2. (LXX saepissime pro קֶשֶׁת ut Gen. 9, 13. 14. 27, 3. 48, 22. 1 Sam. 2, 4. 1 Chron. 5, 18.) *.

Τοπάζιον, ου, τό, (etiam τόπαζος, ὁ, Ioseph. ant. 3, 7. 6.) *topazius, s. topazium*, lapis pretiosus, viridis et et pellucidus, auri colore (Ps. 119, 127 pro פָּז) renidens, *Chrysolith;* Apoc. 21, 20. — LXX pro פִּטְדָה Exod. 28, 18. 39, 8. Iob. 28, 19. Ezech. 28, 13. *.

Τόπος, ου, ὁ, — LXX saepissime pro מָקוֹם — Latinorum *locus*, nostrum Platz — 1) *locus*, i. e. spatium

definitum, *Stelle*, a) propr. α) locus, quem aliquis occupat, vel occupavit et explet, Matth. 28, 6 τὸν τόπον, ὅπου ἔκειτο. Marc. 16, 6. Act. 7, 33 ὁ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας. Luc. 14, 9. 10. — τόπος τινός, locus qui alicui competit, quem occupare debet; ita vagina dicitur τόπος αὐτῆς intell. μαχαίρας, Matth. 26, 52. Apoc. 2, 5. 6, 14. Neque aliter Act. 1, 25 Iudas abiisse dicitur εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον in locum ei convenientem i. e. locum poenarum. (Alii sepulchrum intelligunt, de quo τόπος legitur quidem Tob. 3, 6. Sir. 46, 12. 49, 10; at obstat hic additum τὸν ἴδιον. Vid. Ἴδιος.) Io. 20, 7 σουδάριον ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον, i. e. convolutum, zusammengewickelt. — β) locus, ubi aliquid evenit, peragitur, s. peractum est. Luc. 10, 32. 19, 5. Io. 4, 20. 5, 3. 6, 23. 10, 40. 19, 20. 41. — b) tropice: locus quem aliquis occupat i. e. *vices;* 1 Cor. 14, 16 ἀναπληρῶν τὸν τόπον ἰδιώτου, i. e. qui idiota est. (Philo in Flacc. p. 979 τὸν ἀγγέλου τόπον ἐπέσχε. Ioseph. ant. 16, 7. 2 αὐτὸς δὲ πολλάκις ἀπολογουμένου τόπον λαμβάνει. bell. 5, 2. 5 „imperatorem in pugna στρατιώτου τάξιν ἀναπληροῦντα.") — Rom. 9, 26 ἐν τῷ τόπῳ οὗ, *loco, pro eo quod, anstatt.* Vid. Hos. 1, 10 ubi בִּמְקוֹם אֲשֶׁר.

2) locus, i. e. *spatium*, ut aliquis esse, versari, agere possit, *Raum;* a) propr. Luc. 2, 7 οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Luc. 14, 9 δὸς τούτῳ τόπον, i. e. cede huic. ib. v. 22. (Antonin. 3, 6 μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ.) — Apoc. 12, 8 οὐδὲ τόπος (locus ubi esse, agere possint) εὑρέθη αὐτῶν ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ. ib. 20, 11 εὑρέθη αὐτοῖς. (Dan. 2, 35. Ps. 132, 5.) Hebr. 8, 7 οὐκ ἂν δευτέρας (διαθήκης) ἐζητεῖτο τόπος, non alteri faciundus fuisset locus. — b) tropice: *facultas* agendi, *occasio, potestas* faciendi, Act. 25, 16 τόπον ἀπολογίας λαμβάνειν. (Ioseph. ant. 16, 8. 5 μήτ' ἀπολογίας μήτ' ἐλέγχου τόπον ἔχοντες.) Rom. 15, 23 μηκέτι τόπον (evangelii tradendi) ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις. Hebr. 12, 17 μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε. (Clemens Rom. ep. 1. ad Corinth. §. 7. Ignat. ad Philad. §. 2. Arrian. diss. epictet. 1, 9 ποῦ ἔτι τόπος δακρύοις.) — διδόναι τόπον τινί, spatium dare i. e. potestatem facere alicui, ut agere, loqui possit; Rom. 12, 19 δότε τόπον τῇ ὀργῇ intell. θεοῦ, poenis divinis. Eph. 4, 27 τῷ διαβόλῳ, machinationibus diaboli. (Sir. 13, 22 οὐκ ἐδόθη αὐτῷ τόπος, non auditur, eius sententia non admittitur. Sir. 38, 12 ἰατρῷ δὸς τόπον, utere medico.)

3) locus i. e. *sedes, locus commorationis, Wohnplatz*, Luc. 16, 28 τόπος βασάνου. Io. 11, 6. 30. 14, 2. 3. 18, 2. Act. 12, 17. Apoc. 12, 6. 14. — de sedibus hominum, pagis, vicis, urbibus; Luc. 4, 37 εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου. 10, 1 εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον. (2 Chron. 34, 6.) Act. 16, 3. 27, 8. (Ioseph. ant. 11, 8. 4. ibid. 15, 8. 5.) — ἐν παντὶ τόπῳ, ubicunque locorum, 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 2, 14. 1 Thess. 1, 8. 1 Tim. 2, 8. — de *aedibus*, Act. 4, 31. 7, 49. (LXX pro בַּיִת 1 Sam. 10, 26. 24, 23. 2 Chron. 25, 10.) et τόπος ἅγιος sive οὗτος de sede Dei, sacra urbe, praesertim *templo;* Matth. 24, 15. Io. 11, 48. Act. 6, 13. 14. 7, 7. 21, 28. (Ps. 68, 5. 24, 3. Ies. 60, 13. 1 Reg. 8, 24. 2 Chron. 6, 32. Hag. 2, 10. 2 Macc. 2, 19. 3, 12. 5, 19 sqq.)

4) *locus* indefinite, a) de terrae aliqua parte (Ioseph. bell. 1, 1. 1.) *Platz, Land, Gegend*, diciturque de locis sub dio quibuscunque Matth. 12, 43. 14, 13. 15. 27, 33. Marc. 1, 35. 45. 6, 31. 32. 35. 15, 22. Luc. 4, 42. 6, 17. 9, 10. 23, 33. Io. 6, 10. 19, 13. Apoc. 16, 16 et passim. — de *tractu* terrae, s. *regione*, Matth. 14, 35. coll. v. 34. 24, 7. Marc. 13, 8. Luc. 21, 11. Hebr. 11, 8. (Demosth. 49, 5 ed. *Reisk.* ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις.) — de oris maris Act. 27, 2. Apoc. 18, 17 ὁ ἐπὶ τόπον πλέων, qui in oris maris tantum navigant. — de scopulis, vadis, Act. 27, 29. 41. — b) de *loco in libro*, Luc. 4, 17. (Xenoph. memor. 2, 1. 20 καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησίν. Ioseph. ant. 1, 8. 3 eodem sensu χώρα. Suidas, τόπος· ἡ ἑκάστου λόγου περίοδος.)

Τοσοῦτος, αὕτη, οῦτο, et οῦτον, (ex τόσος tantus, et οὗτος) *tantus*, a) de qualitate, *tantus, tam magnus*, Matth. 8, 10. Luc. 7, 9. Io. 12, 37. Hebr. 7, 22 κατὰ τοσοῦτον, ad normam tanti sacerdotis, videl. nunquam cessaturi. Apoc. 18, 7. (Sap. 13, 9. 2 Macc. 4, 3.) — b) de quantitate; *tot*, tot numero, *tam multus*, Matth. 15, 33 ἄρτοι τοσοῦτοι ὥστε. c. 15, 33. Luc. 15, 29. Io. 6, 9. 14, 9. 21, 11. Gal. 3, 4. Hebr. 4. 7 μετὰ τοσοῦτον χρόνον, tanto temporis spatio praeterlapso, videlicet a Mose usque ad Davidem. Hebr. 12, 1. Apoc. 18, 17. (Ioseph. ant. 11, 1. 3.) — de varietate generis, 1 Cor. 14, 10. — de quantitate pretii, Act. 5, 8 εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε. — mensurae [Apoc. 21, 16.] — c) neutrum τοσοῦτον cum alio adiectivo vel adverbio adverbialiter: τοσούτῳ — ὅσῳ, *tanto — quanto*, Hebr. 1, 4. 10, 25. *.

Τότε, adv. temporis, *tum, tunc, illo tempore;* 1) de tempore proxime praeterlapso, de iis, quae sequuntur, sese excipiunt: *tum, tunc, deinde, hierauf, alsdann, da;* Matth. 2, 7. 16. 3, 5. 13. 15. 4, 1. 5. 10. 11. 5, 24. 25, 1 et aliis in locis multis Matthaei, qui solet res in facto positas et sermones colloquiorum nectere per τότε. Porro Marc. 13, 26. 27. Luc. 11, 26. 13, 26. Io. 11, 14. 19, 1. 16. 20, 8. Act. 1, 12. 4, 8. 10, 46. 48. Gal. 6, 4. 1 Cor. 4, 5. 2 Thess. 2, 8. Hebr. 10, 7. 9 et passim. (Exod. 12, 44. 48. Esdr. 4, 23 sq. Lev. 22, 7. Dan. 2, 12. 14. Deut. 28, 29. Hom. Iliad. 1, 92. 426.) — Εὐθέως τότε, tum statim, Act. 17, 14. — Ὅταν — τότε, *quum — tum*, Matth. 9, 15. Marc. 13, 14. Luc. 5, 35. 14, 10. 21, 20. Io. 8, 28. 1 Cor. 13, 10. 15, 28. 54. 16, 2. 2 Cor. 12, 10. Col. 3, 4. 1 Thess. 5, 3. — πρῶτον — τότε, *primum — deinde*, Matth. 12, 29. Marc. 3, 27. Luc. 6, 42. Io. 2, 10. — ἄρτι — τότε, *nunc — postea*, 1 Cor. 13, 12. — Legitur etiam in ἀποδόσει, ubi nectuntur res in facto positae sese invicem excipientes, ubi vel est *tum*, vel plane non vertendum, ut nostrum: *so;* ὅτι — τότε, Matth. 13, 26. 21, 1. 25, 31. Io. 12, 16. — ὡς — τότε, Io. 7, 10. 11, 6. — μετὰ — τότε, Io. 13, 27. — καὶ — τότε, Act. 28, 1. (Ita Ioseph. c. Apion. 2, 37 ἐπειδὰν — τότε.) — Ἀπὸ τότε, *ab illo inde tempore*, qua forma loquendi scriptores meliores non utuntur, (vid. *Sturz.* de dial. Alex. p. 211. et *Lobeck.* ad Phryn. p. 47), Matth. 4, 17. 16, 21. 26, 16. Luc. 16, 16. (Eccles. 8, 12. Evang. Nicod. ap. Birch. p. 259.) — 2) de tempore antea definito, longe praeterlapso: *tum, tunc, damals;* Matth. 2, 17 τότε, tunc, quum haec evenirent. c. 27, 9. 16. (Gen. 12, 6. 13, 7. 3 Esdr. 6, 12. Ioseph. ant. 7, 15. 1.) — Gal. 4, 8 ὥσπερ τότε, οὕτω καὶ νῦν. Hebr. 12, 26 τότε — νῦν. 2 Petr. 3, 6 ὁ τότε κόσμος, mundus qui tum erat. (Hom. Iliad. 6, 314. 9, 131. Xenoph. anab. 2, 2. 20.)

Τοὐναντίον, contr. pro τὸ ἐναντίον, contrarium, (3 Macc. 3, 22); accusativ. absolut. adverbialiter: adv. *contra, e contrario;* 2 Cor. 2, 7. Gal. 2, 7. 1 Petr. 3, 9. (Ioseph. ant. 1, 18. 6. ib. 4, 6. 9.) *.

Τοὔνομα, contr. pro τὸ ὄνομα, nomen; — accusativ. absol. adverbialiter: *nomine;* semel Matth. 27, 57. (Ioseph. ant. 8, 7. 6 τινὶ Ῥαζάρῳ μὲν τοὔνομα. ib. 7, 14. 2. contra Apion. 1, 22. de vita §. 68. Philo de alleg. I, p. 55.)

Τουτέστι, et divisim τοῦτ' ἔστι, contr. pro τοῦτο ἐστι, *hoc est, hoc significat*, Matth. 27, 46. Marc. 7, 2. Act. 1, 19. 19, 4. Rom. 7, 18. 9, 8. Phil. v. 12. Hebr. 2, 14. 7, 5. 9, 11. 10, 20. 11, 16. 13, 15. 1 Petr. 3, 20. (Philo de opif. mundi p. 2. Iob. 40, 19.) *.

Τράγος, ου, ὁ, *hircus, caper;* Hebr. 9, 12. 13. 19. 10, 4. (LXX pro עַתּוּדִים Gen. 31, 10. Num. 7, 17 sqq. שָׂעִיר Lev. 16, 5 sqq. — תַּיִשׁ Gen. 30, 35. 32, 14.) *.

Τράπεζα, ης, ἡ, (quod per syncopen ortum putant ex τετράπεζα, i. e. quadripes, quatuor pedes habens) — LXX pro hebr. שֻׁלְחָן — 1) *mensa;* — mensa in sanctuario, cui impositi erant ἄρτοι προθέσεως, s. προσώπου, Hebr. 9, 2. (Exod. 25, 23. 27 sqq.) Marc. 7, 28. Luc. 16, 21. 22, 21. 30. — Ex metonymia: *cibus mensae impositus;* Act. 16, 34 παρέθηκε τράπεζαν, apposuit cibum. (Ioseph. ant. 10, 9. 4 οὓς τραπέζῃ λαμπρᾷ ὑποδεξάμενος.) Rom. 11, 9 γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, ex Ps. 69, 22 ubi τράπεζα copiam ciborum delicatiorum, epulas, indicat, quibus significatur homo, qui, divitiis suis confisus, sibi indulget, superbit et Dei obliviscitur. 1 Cor. 10, 21 μετέχειν τραπέζης κυρίου — δαιμονίων, epulis, institutis in honorem domini. — daemoniorum, interesse. (LXX Ps. 23, 5. 78, 22. Sir. 6, 11 ἐσθίειν τράπεζάν τινος. 1 Reg. 18, 19. Test. XII patr. p. 613.) — 2) *abacus*, mensa publica, ad quam sedet mensarius nummos numerans, nummos cum lucro permutans, vel pecuniam ab aliis acceptam cum foenore restituens; Matth. 21, 12. Marc. 11, 15. Io. 2, 15. — Luc. 19, 23 ἐπὶ τράπεζαν i. e. ponere apud cambiatores; vid. Matth. 25, 27. (Demosth. p. 895. 5. et 13 ed. *Reisk.*) — Ex metonymia: *pecunia* abaco imposita; *pecunia publica;* Act. 6, 2 διακονεῖν τραπέζαις, rem nummariam coetus curare, i. e. accipere et distribuere. (Ioseph. ant. 12, 2. 3 βασιλικὴ τράπεζα, aerarium regium.) *.

Τραπεζίτης, ου, ὁ, (a τράπεζα) ad abacum sedens, *mensarius*, *argentarius*, nummos cum lucro permutans, et pecuniam mutuo ab aliis acceptam cum foenore restituens; Matth. 25, 27. et praeterea Luc. 19, 13 in varia lectione ubi est ἐπὶ τραπεζίτας pro ἐπὶ τὴν τράπεζαν. (Ceb. tab. c. 31. Ioseph. ant. 12, 2. 3 βασιλικοὶ τραπεζῖται. Demosth. p. 1186. 7 ed. *Reisk.*) Vid. etiam Κολλυβιστής.

Τραῦμα, τος, τό, (a τιτρώσκω, quod a stirpe τράω vulnero) *vulnus*; Luc. 10, 34. (LXX pro פֶּצַע Gen. 4, 23. Exod. 21, 25. Ies. 1, 6. Sir. 27, 21 ὅτι τραῦμά ἐστι καταδῆσαι. 2 Macc. 14, 45.) *.

Τραυματίζω, aor. 1. ἐτραυμάτισα, partic. perf. pass. τετραυματισμένος, (a τραῦμα) *vulnero*, *saucio*; Luc. 20, 12. Act. 19, 16. (Ezech. 28, 9. 23. 30, 4. 32, 27. Cant. 5, 8. 1 Macc. 16, 9.) *.

Τραχηλίζω, partic. perf. pass. τετραχηλισμένος, (a τράχηλος) 1) cervicem inflecto, quod fit animalibus mactandis, ut denudetur cervix. (Philo de opif. m. p. 36. de nomin. mutat. p. 1057 A.) — 2) cervicem denudo; -- *denudo* simpliciter, ich entblösse. — Ita tropice Hebr. 4, 13 oculis Dei dicuntur πάντα esse γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα, (in *Griesb.* edit. τετραχιλισμένα) nuda quasi et detecta. Unde hic metaphora repetita sit, disputarunt interpretes. Vid. *Wolfii* curae, et *Carpzovii* exercitatt. Philon. ad h. l. Placent, quae habet *Elsnerus* in obss. s. 2, p. 342. e *Perizonio* ad Aelian. lib. 12. cap. 58. qui τετραχηλισμένα exponit „*resupinata*, *manifesta*, eorum quasi cervice et facie reflexa, atque adeo intuentium oculis exposita; genere loquendi ab iis petito, quorum capita reclinantur, ne intuentium oculos fugiant et lateant: quod hominibus, qui ad supplicium ducebantur, usu olim accidebat. (Plin. Panegyr. c. 34. Sueton. Vitell. c. 17.) Ita licet homines, improbi maxime, avertere faciem suam et latere vellent, tamen nihil omnino fugere vindicem Dei oculum posse, sed nuda omnia retortis quasi cervicibus obversisque Deo vultibus penitus cognosci." (Apocal. Ioann. apud *Birch.* p. 254: σταθήσονται (improbi in iudicio extremo) ἐνώπιον μου πάντες γυμνοὶ καὶ τετραχελισμένοι. Hesych. τετραχηλισμένα· πεφανερωμένα.)

Τράχηλος, ου, ὁ, *collum*, *cervix*; Matth. 18, 6. (Deut. 28, 48.) Marc. 9, 42. Luc. 15, 20. 17, 2. Act. 15, 10. vid. ζυγός. 20, 37. Gen. 33, 4 προσέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ. 45, 14. Rom. 16, 4 τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν securi; sensus: qui pro mea salute ipsi vitae periculum subierunt. — LXX pro עֹרֶף Deut. 31, 27. et saepius pro צַוָּאר Gen. 27, 40. Ier. 28, 14. 30, 8. *.

Τραχύς, εῖα, ύ, (a ταράσσω s. θράττω) *asper*, *salebrosus*, Luc. 3, 5 αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας. (Ies. 40, 4 ubi in hebr. רְכָסִים. Ier. 2, 25 ὁδὸς τραχεῖα. Baruch. 4, 26. Psalt. Sal. 8, 19.) — (petrosus. Hom. Iliad. 2, 717. Odyss. 14, 1.) — Act. 27, 29 τραχεῖς τόποι in mari, sunt loca scopulosa. — (Diod. Sic. 12, 72. Polyb. 1, 54. 3. Ioseph. ant. 7, 10, 2 τραχεῖ δένδρῳ.) *.

Τραχωνῖτις, ιδος, ἡ, (Iosephus et Τραχωνῖτις, et Τράχων, Τράχωνος, ut bell. 2, 6. 3. etiam Τραχωνιτῶν χώρα, de vit. §. 23.) *Trachonitis*, regio iuxta desertum Arabiae, ad latus orientale regionis Batanaeae, a latronibus inhabitata, quibus nec oppida nec agrorum possessiones erant, sed tantum receptacula subterranea et speluncae, ubi cum pecoribus degebant. Ut coërcerentur, et finitimi tuti ab eorum vexationibus praestarentur, adiiciebatur ista regio a Caesare tetrarchiae Galilaeae Herodis, post cuius obitum ad tetrarchiam Philippi pertinuit. (Ioseph. ant. 1, 6. 4. ib. 15, 10. 1. 18, 4. 6. 20, 7. 1. de bell. 2, 6. 3. 3, 3. 5.) Nomen accepisse putatur vel a Trachionibus, incolis, vel a montibus duobus, qui Trachiones dicti fuerint. Commemoratur Luc. 3, 1.

Τρεῖς, οἱ, αἱ, — τρία, τά, *tres*, *tria*; Matth. 12, 40. 26, 61. 27, 63. Io. 2, 19. Act. 9, 9. 1 Cor. 13, 13. 1 Io. 5, 7. 8. Apoc. 8, 13. 11, 9. 16, 13. 19. 21, 13 et passim. (Gen. 6, 10. 9, 19. Ex. 19, 15. 23, 14. 17. 37, 19 sqq.)

Τρεῖς — Ταβέρναι, Τριῶν Ταβερνῶν, *Tres — Tabernae*, nomen loci, vel diversorii in via Appia, haud procul a Roma. Act. 28, 15. (Cicero ad Attic. 1, 13. 2, 10.)

Τρέμω, (cuius verbi praes. et imperf. tantum in usu sunt) (a τρέω, verto) Latinor. 1) *tremo*, *contremisco*; — de eo qui prae frigore tremit 3 Esdr. 9, 6. (in textu hebr. Esdr. 10, 9 רָעַד); de montibus, terra, Ier. 4, 24. Ps. 104, 33. Hom. Iliad. 13, 8. — de iis, qui prae timore contremiscunt, quare cum φοβεῖσθαι saepius coniungitur, Marc. 5, 33. Luc. 8, 47. [Act. 9, 6.] (τρέμοντες καὶ φοβούμενοι, Dan. 5, 19. 6, 26. coll. Gen. 4, 11. 13.) — 2) *timeo*, *vereor*, 2 Petr. 2, 10 δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες intell. αὐτάς, non verentur blasphemias dicere adversus magistratus. (Ies. 66, 2. 5 τρέμειν λόγον τινός hebr. חָרֵד. Iustin. Mart. de resurr. p. 247 τὴν τοῦ ὀνόματος τοῦ θεοῦ ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει.) *.

Τρέφω, (pro θρέφω) aor. 1. ἔθρεψα, perf. pass. τέθραμμαι, (quod ductum esse putant a τρέω, verto; unde contorquendo condenso, condenso, Hom. Odyss. 9, 246.) 1) *alo*, *nutrio*, *alimenta praebeo*, Matth. 6, 26. 25, 37. Luc. 12, 24. Act. 12, 20. Apoc. 12, 6. 14. (Deut. 32, 18. Gen. 6, 19. 20. 1 Reg. 18, 13. Ies. 7, 21. Sap. 16, 26.) — *sagino*; Iac. 5, 5 ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, vos ipsos luxuria quasi saginastis. — 2) *educo*, Luc. 4, 16 οὗ ἦν τεθραμμένος, ubi educatus erat. (1 Macc. 3, 33. 11, 39. Hom. Iliad. 24, 60. Od. 15, 365. Xenoph. cyrop. 1, 4. Ioseph. ant. 2, 9. 2.) *.

Τρέχω, imperf. ἔτρεχον, aor. ἔδραμον, idem quod obsoletum δρέω, (putant esse a τρέω, verto), — LXX pro רוּץ — *curro*, *propero*, *adcurro*, a) propr. Matth. 27, 48. 28, 8. Marc. 5, 6. 15, 36. Luc. 15, 20. (Gen. 24, 29.) Io. 20, 2. 4. (1 Sam. 20, 35. 2 Sam. 18, 19.) — ἐπί, Luc. 24, 12. (Gen. 24, 20. Ioel. 2, 9. Susann. v. 37.) — ἐν σταδίῳ, 1 Cor. 9, 24. 26. — Hebr. 12, 1 τρέχ. τὸν προκείμενον ἀγῶνα, vid. Ἀγών. (Ita δραμεῖν ὁδόν Ps. 19, 5. ὁδὸν ἐντολῶν Ps. 119, 32. Dionys. Halic. 7, p. 454 ὃς δὲ ἕτερον νυνὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἀγῶνα τρέχει.) — εἰς πόλεμον, ad pugnam, Apoc. 9, 9. — b) metaph. α) de doctrina 2 Thess. 3, 1 τρέχει videlicet per varias regiones; sensus: celeriter propagatur. coll. Ps. 147, 15. — metaphor. — β) *propero* ut faciam mandata, perficiam perficienda, *anhelo aliquid*, metaphora ducta ab iis, qui *cursu certant*; Rom. 9, 16 ὁ τρέχων, qui operam navat. — τρέχων εἰς κενόν, Gal. 2, 2. Phil. 2, 16 operam perdens, frustra nitens. — Gal. 5, 1 τρέχ. καλῶς promptissime curro, magno studio perago quae sunt officii. (Similiter Prov. 1, 16 οἱ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσι. 4, 12. Ies. 59, 7.) *.

Τριάκοντα, οἱ, αἱ, τά, (a τρεῖς, τρία) *triginta*; Matth. 13, 8. 23. 26, 15. 27, 3. 9. Marc. 4, 8. 20. Luc. 3, 23. Io. 5, 5. 6, 19. Gal. 3, 17. *.

Τριακόσιοι, αι, α, (ex τρεῖς et ἑκατόν) *trecenti*; Marc. 14, 5. Io. 12, 5. *.

Τρίβολος, ου, ὁ, (ex τρεῖς et βολή, cuspis) 1) tres cuspides habens; — 2) *tribulus* et quidem *tribulus terrestris Linnaei*, genus plantae spinosae, aculeatae et aliis plantis noxiae; Matth. 7, 16. Hebr. 6, 8. (LXX pro דַּרְדַּר Gen. 3, 18. Hos. 10, 8. Act. Thom. §. 32.) *.

Τρίβος, ου, ἡ, (a τρίβω, tero, perf. 2. τέτριβα) qui pedibus tritus est, *via*, *semita*, Matth. 3, 3. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. vid. Ies. 40, 3. — LXX pro אֹרַח Ps. 8, 8. Prov. 2, 15. דֶּרֶךְ Ies. 3, 11. מְסִלָּה 1 Sam. 6, 12. 2 Sam. 20, 12. — נְתִיבָה Ps. 119, 104. Prov. 8, 2. 20. *.

Τριετία, ίας, ἡ (ex τρεῖς et ἔτος) *triennium*; Act. 20, 31 τριετίαν, per triennium. (Artemidor. 4, 1. — τριετής, 2 Chron. 31, 16. Ies. 15, 5. — τριετίζω Gen. 15, 9. 1 Sam. 1, 24. Ioseph. ant. 1, 10. 3 δάμαλιν τριετίζουσαν.) *.

Τρίζω, *strideo*; Marc. 9, 18 τρίζει τοὺς ὀδόντας stridet quod attinet ad dentes, i. e. dentibus. Praeterea Luc. 9, 39 in varia lect. (Evang. Nic. p. 37. Herodot. 4, 183. — de chorda, Antholog. graec. Tom. IV. p. 57. ed. *Iacobs.* coll. Homer. Iliad. 23, 101. Odyss. 24, 5.) *.

Τρίμηνος, ον, (ex τρεῖς et μήν) trimestris; — neutrum substantive: *trimestre*, trium mensium spatium. Hebr. 11, 23 ἐκρύβη τρίμηνον, per trimestre. (Gen. 38, 24. 2 Reg. 24, 8 τρίμηνον ἐβασίλευσε. 2 Chron. 36, 2. 9.) *.

Τρίς, adv. *ter*; *tribus vicibus*; Matth. 26, 34. 75. Marc. 14, 30. 72. Luc. 22, 34. 61. Io. 13, 38. 2 Cor. 11, 25. 12, 8 τρὶς τὸν κύριον παρεκάλεσα, ubi multi τρίς pro *saepius* accipiunt, ut haud raro apud Homerum, Iliad. 1, 213. 5, 136. — ἐπὶ τρίς, tribus vicibus, Act. 10, 16. 11, 10. (Io-

seph. ant. 5, 10. 4 εἰς τρίς. — 2 Sam. 20, 4. 1 Reg. 17, 21. 2 Reg. 13, 18. 19. 25.) *.

Τρίστεγος, ον, (ex τρίς et στέγη) tria tecta, tres contignationes habens; (Ioseph. bell. 5, 5. 5 οἶκοι τρίστεγοι. Dionys. Halic. ant. 3, 68.) — Neutrum τρίστεγον, *tertia contignatio;* Act. 20, 9. (Symmach. Gen. 6, 16 ubi LXX τριώροφα.) *.

Τρισχίλιοι, αι, α, (ex τρίς et χίλιοι) *ter mille; tria millia*, Act. 2, 41. (Ios. 7, 3. 4.) *.

Τρίτος, η, ον, *tertius, a, um*, Matth. 16, 21. 17, 23. 2 Cor. 12, 2 et passim. — τρίτη ὥρα et φυλακή vid. Ὥρα, et Φυλακή. — τῇ τρίτῃ (ἡμέρᾳ), tertio die, Luc. 13, 32. (vid. Αὔριον). Act. 27, 19. — τὸ τρίτον (μέρος) substantive: *tertia pars*, Apoc. 8, 7—12. 9, 15. 18. 12, 4. (Num. 15, 6. 7. 2 Sam. 18, 2. 2 Reg. 11, 5. 6.) — adverbialiter: *tertia vice, tertium*, tertio, Marc. 14, 41. Io. 21, 17. ἐκ τρίτου, idem, Matth. 26, 44. — Τρίτον, adverbialiter: *tertio loco*, Luc. 20, 12. 1 Cor. 12, 28. coll. Dan. 5, 7. 16. — *tertia vice*, Luc. 23, 22. Io. 21, 14. — τοῦτο τρίτον, s. τρίτον τοῦτο, tertia nunc vice fit, 2 Cor. 12, 14. 13, 1. (Iud. 16, 15. Num. 22, 28. 32.)

Τριχαί, vid. Θρίξ.

Τρίχινος, η, ον, (a θρίξ, τριχός) *ex pilis confectus, cilicinus*, Apoc. 6, 12 ὡς σάκκος τρίχινος. (Exod. 26, 7. Zach. 13, 4. Xenoph. anab. 4, 8. 3 τρίχινος χιτών.) **.

Τρόμος, ου, ὁ, (a τρέμω, quod vid.) — LXX pro פַּחַד, רַעַד, חַת et similibus — *tremor, ingens pavor*, Marc. 16, 8 εἶχε αὐτὰς τρόμος, corripuit eas ingens pavor. (Hom. Iliad. 6, 137. 5, 862. Exod. 15, 15 ἔλαβεν αὐτοὺς τρόμος. vid. etiam Ies. 33, 14. Ier. 49, 23. Sir. 16, 20. 1 Macc. 7, 18.) — φόβος καὶ τρόμος coniunguntur, ut describatur *magna animi sollicitudo, pavor*, qui incutitur alicui vel ex reverentia alterius, vel quod ab eo timet, sibique diffidit, quare et *pavorem*, et animum *submissum, reverentia* correptum indicat. 1 Cor. 2, 3. 2 Cor. 7, 15. Eph. 6, 5. Phil. 2, 12. (Gen. 9, 2. Deut. 2, 25. 11, 25. Exod. 15, 16. Ies. 19, 16. Ps. 55, 5. Epist. Pilati ad Tiberium apud *Birch.* p. 160 φόβῳ καὶ τρόμῳ συνεχόμενος. coll. 1 Macc. 13, 2.) *.

Τροπή, ῆς, ἡ, (a τρέπω, perf. 2. τέτροπα, verto, converto) *conversio;* de sideribus Iac. 1, 17. vid. Ἀποσκίασμα. (Iob. 38, 33 ἐπίστασαι τροπὰς οὐρανοῦ. Deut. 33, 14 ἡλίου τροπῶν. Sap. 7, 18 τροπῶν ἀλλαγαί, conversionum in coelo vicissitudines. Polyb. 3, 72. 3 τροπαὶ χειμέριναι. Hesych. τροπῆς ἀποσκίασμα· ἀλλοιώσεως καὶ φαντασίας ὁμοίωμα. Lib. Hen. p. 199 sunt τροπαί temporum cardines, aequinoctia et solstitia. — de hostibus in fugam conversis, Ier. 49, 31. Io. 13, 22. 1 Macc. 4, 35.) *.

Τρόπος, ου, ὁ, (ab eod.) *modus, ratio*, i. e. a) ratio versandi, agendi, sentiendi, *agendi ratio, mores, Sitten, Charakter;* Hebr. 13, 5 ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, a lucri cupidine alieni sint vestri mores. (2 Macc. 5, 22 τὸν δὲ τρόπον βαρβαρικώτερον ἔχοντα. ib. v. 27 θηρίων τρόπον, more bestiarum. Ioseph. ant. 6, 12. 7 τὰ ἤθη καὶ τοὺς τρόπους. Id. ant. 4, 2. 2 τρόπῳ τυράννου.) — b) *modus, ratio*, universe; (1 Macc. 11, 29. 15, 2. 2 Macc. 1, 24. Pind. Ol. 14, 25.) — Phil. 1, 18 παντὶ τρόπῳ, utroque modo. 2 Thess. 3, 16 ἐν παντὶ τρόπῳ, i. e. in omni genere bonorum quum internorum tum externorum. (1 Macc. 14, 35.) — τρόπον simpliciter, (Ioseph. c. Apion. 1, 35 τίνα τρόπον cui modo?) adverbialiter: *modo;* ὃν τρόπον, *quemadmodum*, Matth. 23, 37. Luc. 13, 34. Act. 1, 11. 7, 28. 2 Tim. 3, 8. (LXX pro לְעֻמַּת Ezech. 42, 7. 45, 6. et כַּאֲשֶׁר Obad. v. 16. Maleach. 3, 17. 3 Esdr. 4, 42. 1 Macc. 14, 35.) Iud. v. 7 τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον, simili modo. — καθ' ὃν τρόπον, quem ad modum, Act. 15, 11. 27, 25. — κατὰ πάντα τρόπον, quovis modo, Rom. 3, 2. (Num. 18, 7. Eodem modo πάντα τρόπον, Philo de opif. m. p. 2.) — κατὰ μηδένα τρόπον, nullo modo, 2 Thess. 2, 3. (2 Macc. 11, 31.) *.

Τροποφορέω, ῶ, aor. 1. ἐτροποφόρησα (τρόπος, mores, et φέρω, perfero, patior) *fero alicuius mores.* [Act. 13, 18 vid. Τροφοφορέω]. Repetita sunt e versione LXX Deut. 1, 31 ubi Cod. Alexandr. et Compl. habent ἐτροποφόρησε (Cod. Vatic. ἐτροφοφόρησε) pro hebr. נָשָׂא. (Legitur etiam in Constitution. apostolicis 7, 36. et apud Ciceron. ad Attic. lib. 13, ep. 29.)

Τροφή, ῆς, ἡ, (a τρέφω, perf. 2. τέτροφα) 1) *cibus, esca*, Matth. 3, 4. 6, 25. 24, 45. Luc. 12, 23. Io. 4, 8. Act. 2, 46. 9, 19. 14, 17. 27, 33. 34. 38. Iac. 2, 15. (LXX pro אֹכֶל Iob. 36, 31. Ps. 104, 28. לֶחֶם Ps. 136, 25. 145, 15.) — de nutrimento animi. Hebr. 5, 12. 14. — 2) ex adiuncto: *merces*, quia laboris fructu vitam sustentamus; Matth. 10, 10 ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ, coll. Luc. 7, 10. et 1 Tim. 5, 18 ubi τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ legitur. Ita τροφή de mercede laborum Sir. 37, 20. coll. v. 22 et 23 ubi pro τροφή legitur καρποί. *.

Τρόφιμος, ου, ὁ, *Trophimus*, nomen viri Ephesii, Act. 20, 4. 21, 29. 2 Tim. 4, 20.

Τροφός, οῦ, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a τρέφω, perf. 2. τέτροφα) nutritor, alimenta praebens, — *nutrix, lactatrix;* 1 Thess. 2, 7. (Hom. Odyss. 2, 361. LXX pro מֵינֶקֶת Gen. 35, 8. 2 Reg. 11, 2. 2 Chron. 21, 11. Ies. 49, 23. Eurip d. Phoen. v. 703 τροφὸς πάντων γᾶ. Philo de plant. No. p. 216.) *.

Τροφοφορέω, ῶ, aor. 1. ἐτροφοφόρησα, (a τροφός quod vid. et φορέω s. φέρω) *nutricis s. matris instar fero; — foveo, tenerrimam alicuius curam gero;* semel Act. 13, 18. (in textu Griesbach.) de Deo Israelitas fovente, alente, defendente in deserto. Repetita sunt e LXX Deut. 1, 31. Vid. τροποφορέω. (2 Macc. 7, 27 τὴν μητέρα, θηλάσασάν σε ἔτη τρία, καὶ ἀγαγοῦσαν εἰς ἡλικίαν ταύτην καὶ τροφοφορήσασαν. Macarius homil. 46, 3 ubi de infantis matre: ἀναλαμβάνει καὶ περιθάλπει καὶ τροφοφορεῖ ἐν πολλῇ στοργῇ.)

Τροχιά, ᾶς, ἡ, (a τροχός) propr. rotae vestigium, orbita, das Gleis, (Hesych. τροχιαί· αἱ τῶν τροχῶν χαράξεις.); sensu latiori: *via, semita, trames;* Hebr. 12, 13 τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, i. e. recto tramite incedite, recte agite; quae deprompta sunt e Prov. 4, 26 ubi מַעְגָּל orbita, pro quo etiam legitur ib. 4, 11. 2, 15. 5, 6. 21. Suid. τροχιάς· πορείας, τρίβους, ἐργασίας. *.

Τροχός, οῦ, ὁ, (a τρέχω, perf. 2. τέτροχα) 1) rota, rota currus, (LXX pro אוֹפָן 1 Reg. 7, 29. 32. Ezech. 1, 15. 16. 10, 6. 9. et גַּלְגַּל Ies. 5, 28. 17, 13. Ezech. 10, 2. 6. Hom. Iliad. 6, 42.) — rota figuli, orbis, Sir. 38, 29. Hom. Iliad. 12, 173. 18, 600. — rota, qua utebantur in tormentis, ut 4 Macc. 5, 32. 9, 12. 19. 20. 11, 17. 18. — 2) quod rotae formam habet; *circulus, sphaera, gyrus*, (Ps. 77, 17 φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ.) ita ut conveniat cum παροξυτόνῳ: τρόχος. Hesych. τροχός· περιβόλαιον, τεῖχος, ἢ κύκλος ἢ δρόμος. — Semel Iac. 3, 6 ubi ὁ τροχὸς τῆς γενέσεως esse videtur: sors e natali themate divinata secunda et felix (Constellation). Scribebantur signa coelestia circa horam nativitatis forma rotae sive circuli. Etiam Rabbini orbes planetarum גַּלְגַּלִּים dicunt, iidemque אוֹפַן usurpant de signorum coelestium circulo, zodiaco; vid. *Buxtorf* lex. talm. p. 186 et p. 438. Alii vertunt: decursus vitae. Vid. Γένεσις et *Wolfii* cur. itemque *Kypkii* observatt. ad h. l.

Τρύβλιον, ου, τό, *catinus, patina alta;* Matth. 26, 23. Marc. 14, 20 ubi est vas escarium, in quo erat חֲרֹסֶת pulmentum, sive herbae amarae, aceto tinctae, quae apponebantur in coena paschali. LXX saepius pro קְעָרָה Exod. 25, 29. 37, 16. Num. 4, 7. 7, 19 sqq. pro quo etiam posuit Ioseph. ant. 3, 8. 10. Sir. 34, 14. *.

Τρυγάω, ῶ, aor. 1. ἐτρύγησα, (a τρυγή, fruges, quae colliguntur, messis, vindemia) fruges colligo, *meto, amputo*, et dicitur aeque de frugibus cerealibus ac de uvis, igitur et *meto* et *vindemio;* posteriori sensu Luc. 6, 44. Apoc. 14, 18. 19. — (Hom. Iliad. 18, 566. LXX pro בָּצַר, Iud. 9, 27. Deut. 24, 21. Sir. 33, 16. coll. Ps. 80, 13. Lev. 25, 11. Ier. 6, 9. Hos. 10, 12. 14.) *.

Τρυγών, όνος, ἡ, (a τρύζω, quod dicitur de gemitu turturis) *columba turtur;* Luc. 2, 24 ζεῦγος τρυγόνων, par turturum. LXX pro תּוֹר Lev. 1, 15. 5, 7. 11. 15, 14. Num. 6, 10. Cant. 1, 9. *.

Τρυμαλιά, ᾶς, ἡ, i. q. τρῆμα s. τρύμη (a τρύω, tero, perforo terendo) *foramen;* Marc. 10, 25. Luc. 18, 25. (Iudic. 15, 11. Ier. 13, 4. 16, 15. 49, 15.) *.

Τρύπημα, τος, τό, (a τρυπάω, perforo) *foramen* terebrando factum, Matth. 19, 24 διὰ τρυπήματος ῥαφίδος. Praeterea in varia lectione τρυπήματος pro τρυμα-

λιᾶς Marc. 10, 25. Luc. 18, 25. (Aristoph. Eccles. 620. Id. in Pace v. 1233.) *.

Τρύφαινα, ης, ἡ, *Tryphaena*, nom. propr. mulieris, Rom. 16, 12.

Τρυφάω, ῶ, aor. 1. ἐτρύφησα, (a τρυφή) *vitam mollem et delicatam ago, in deliciis vivo, deliciis indulgeo;* Iac. 5, 5. (Neh. 9, 25. Ies. 66, 11. Sir. 14, 4. Test. XII patr. p. 710 ἀγαπᾷ γὰρ ὁ θεὸς μᾶλλον τὸν ἐν λάμπῳ σκότους νηστεύοντα ἐν σωφροσύνῃ, ἢ τὸν ἐν ταμείοις τρυφῶντα μετὰ ἀκολασίας. Ioseph. ant. 4, 7. 3 τρυφᾶν ἀπόνως διάγοντες. Ioseph. ant. 7, 7. 1 μετὰ γυναικὸς ἀναπαύεσθαι καὶ τρυφᾶν.) **.

Τρυφή, ῆς, ἡ, (a θρύπτω, tero, terendo comminuo, debilito, in medio: delicate vivo): res, quarum usu animus effeminatur et corpus debilitatur: *vita delicata, mollities, deliciae, luxus;* Luc. 7, 25. 2 Petr. 2, 13 ἡ ἐν ἡμέρᾳ τρυφή, vid. Ἡμέρα. (LXX pro תַּעֲנוּג Prov. 19, 10. Cant. 7, 6. Mich. 2, 9. Sap. 19, 12 ἐδέσματα τρυφῆς. Sir. 11, 27. 14, 16. 18, 32. 37, 29. Test. XII patr. p. 701 ubi ὁ ἐν τρυφῇ διάγων opponitur τῷ νηστεύοντι.)

Τρυφῶσα, ης, ἡ, *Tryphosa*, nom. pr. mulieris, Rom. 16, 12.

Τρωάς, άδος, ἡ, *Troas*, urbs maritima Phrygiae minoris haud procul Ilio s. Troia. (Plin. hist. nat. 5, 30.) Act. 16, 8. 11. 20, 5. 6. 2 Cor. 2, 12. 2 Tim. 4, 13.

Τρωγύλλιον, ου. τό, *Trogyllium*, nomen urbis et promontorii Ioniae inter Ephesum et Maeandri ostia; etiam nomen insulae parvae ante promontorium sitae. (Strabo lib. 14. p. 636. Plin. hist. nat. 5, 20.) Act. 20, 15.

Τρώγω, (cognatum cum verbo τείρω, per syncopen τρῶ, tero) 1) *dentibus tero, dentibus comminuo, comedo*, diciturque de iis, qui vescuntur cibis incoctis. (vid. Herodot. 2, 37 τοὺς γενομένους (fabas) οὔτε τρώγουσι οὔτε ἕψοντες πατέονται. Hinc τρωγάλια sunt bellaria, et τρώγειν inprimis de bestiis quippe omnia incocta devorantibus. vid. Etym. Magn. s. Τρώγω; Eustath. ad Hom. Od. 6, p. 249, 45.) Hinc intelligitur, cur Ioannes non ἐσθίειν sed τρώγειν usurpaverit in verbis τρώγων μου τὴν σάρκα, — με, τὸν ἄρτον τοῦτον, Io. 6, 54. 56. 57. 58. — Io. 13, 18 ὁ τρώγων μετ᾽ ἐμοῦ τὸν ἄρτον, (Ps. 41, 9.) i. e. qui familiariter mecum vivit, quem alo. — 2) i. q. ἐσθίω, *epulor;* Matth. 24, 38 τρώγοντες καὶ πίνοντες, convivantes et compotantes. Vid. Πίνω. (Evang. Nicod. ap. Birch. p. 87 ἐποίησεν δοχὴν μεγάλην, καὶ ἦσαν τρώγοντες καὶ πίνοντες. Demosth. p. 402. 21 ed. *Reisk.* τρώγειν καὶ πίνειν ἡσυχῇ.) *.

Τυγχάνω, aor. 2. ἔτυχον, perfect. apud meliores scriptores τετύχηκα, apud recentiores (vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 395. *Sturz.* de dial. Mac. p. 198) τέτευχα quasi a τεύχω, 1) transitive: obtingo, assequor; ut scopum, Xenoph. anab. 3, 2. 19. — *consequor, adipiscor, compos fio*, de iis, quae fato, fortuna consequimur; seq. genitivo rei; Luc. 20, 35 τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. Act. 24, 3. 26, 22. 27, 3. 2 Tim. 2, 10. Hebr. 11, 35. (1 Macc. 11, 42 ἐὰν εὐκαιρίας τύχω. 2 Macc. 4, 6. 13, 7. 3 Esdr. 8, 53. Diod. Sic. 4, 33 σωτηρίας ἔτυχεν.) — Perf. τέτευχε Hebr. 8, 6. (3 Macc. 5, 35 βοηθείας τετευχότες. Iob. 7, 2 τετευχὼς σκιᾶς. Polyb. 1, 66. 10. Diod. Sic. 1, 13.)

II) intransitive: 1) *accido, evenio, contingo;* ita a) verbum: τυγχάνει, accidit, Sap. 15, 19. — b) εἰ τύχοι, si fors ita acciderit, fortasse; (saepissime apud profanos) — apud Paulum: *exempli gratia,* dass ich das erste das beste (das sich gleich darbietende) Beispiel brauche; 1 Cor. 14, 10. 15, 37. (rarius hoc sensu apud alios; Philo de nomin. mutat. p. 1067 μουσικὸν μὲν γὰρ εἰ τύχοι, καὶ γραμματικὸν, κ. τ. λ. Idem de alleg. II, p. 76 E. πλοῦτος εἰ τύχοι. Aristoph. Av. v. 1069. Longin. de sublimit. p. 90 ed. *Mori.*) — c) τυχών, οῦσα, όν, qui obviam saepius est, *ubivis obvius*, der erste der beste, *vulgaris*, (Philo de opif. mundi p. 31 οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος μέρους γῆς. vid. *Loesn.* obss. p. 219.) — οὐ τυχών, *non vulgaris* i. e. *eximius, insignis*, Act. 19, 11 δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας. c. 28, 2. (3 Macc. 3, 7 οὐ τῷ τυχόντι ψόγῳ. Ioseph ant. 2, 6. 6 φόβος οὐ ὁ τυχών. ib. 6, 12. 4. Polyb. 1, 42. 12. Xenoph. mem. 1, 1. 14.) — d) τυχόν, adverbialiter: *fortasse, si res ita ferat*, 1 Cor. 16, 6. (Xenoph. anab. 6, 1. 2. Arrian. exped. A. M. 1, 10.) — 2) cum participio vel etiam adiectivo τυγχάνειν apud optimos scriptores ita legitur, ut fortuitum eius, quod est in participio s. adiectivo, indicet, et vertendum sit *forte;* nonnunquam etiam de iis usurpatur, quae naturâ sunt vel eveniunt, ut indicetur, removendam esse notionem voluntatis humanae, (vid. *Rostii* Gramm. §. 129. Not. 7.), ubi simpliciter περιφράζει statum passivum. Luc. 10, 30 ἀφέντες (αὐτὸν) ἡμιθανῆ τυγχάνοντα. (2 Macc. 4, 32 ἕτερα ἐτύγχανε πεπρακώς, vendidit. ib. 3, 9. 6, 2. Periodi Ioann. ap. *Birch.* p. 282 χριστιανοὶ τυγχάνομεν. Ioseph. ant. 11, 3. 3 ὅταν νήψαντες τύχωσι, ubi sobrii facti fuerint. ant. 1, 19. 5 Λαβάνου παῖς τυγχάνεις; ant. 9, 7. 2 τὸ πλῆθος ἄοπλον ἐν τῷ ἱερῷ τυγχανέτω. ant. 3, 5. 1 τὸ ὄρος ὑψηλότατον τῶν ὀρῶν τυγχάνον, de monte Sinai. ant. 4, 7. 2 γηραιὸς ἤδη τυγχάνων.) *.

Τυμπανίζω, aor. 1. pass. ἐτυμπανίσθην, (a τύμπανον, tympanum) 1) tympanum pulso, 1 Sam. 21, 13. — 2) *tympano crucio*, vel interficio. Erat τύμπανον instrumentum cruciatus, et supplicii, tympani formam habens, ut putatur, igitur convexum et incurvum, cuius ratio et structura non satis nota est. Hesych. τύμπανον· — εἶδος τιμωρίας. Photius in Lexic. τύμπανον· τὸ τοῦ δημίου ξύλον, ᾧ τοὺς παραδιδομένους διεχειρίζετο. Quod 2 Macc. 6, 19. 29. dicitur τύμπανον, id 4 Macc. c. 5, 32. 9, 20 dicitur τροχός, rota poenalis, qua membra singula distorquebantur et secabantur. — Semel Hebr. 11, 35 ἐτυμπανίσθησαν, *tympano adhibito necabantur*, ἐκρεμάσθησαν, ἐσφαιρίσθησαν, ut Hesychius, ἀπετμήθησαν, ἢ εἰς ῥόπαλον ἀπέθανον, ut Zonaras Lex. col. 896 interpretatur. Respexit fortasse Apostolus ad supplicia septem fratrum, quae in secundo et quarto libro Macc. narrantur. (Ioseph. c. Apion. 1, 20 ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη, interfectus est per τύμπανον. 3 Macc. 3, 27 αἰσχίστοις βασάνοις ἀποτυμπανισθήσεται.)

Τυπικῶς, (ab adiect. τυπικός, quod, ut adverb., apud profanos non legitur) *vorbildlich, ad exemplum*, sive, ut Augustinus loquitur, *ad praefigurationem futurorum;* 1 Cor. 10, 11 ubi boni codd. habent (quod recepit *Lachmann.*) ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινον ἐκείνοις, illis evenerunt ut exempla futurorum.

Τύπος, ου, ὁ, (a τύπτω, perf. 2. τέτυπα) 1) *vestigium tundendo impressum, nota impressa* s. *insculpta,* Io. 20, 25 τὸν τύπον τῶν ἥλων. (Athen. 13. p. 585 C. τοὺς τύπους τῶν πληγῶν ἰδοῦσα. Ioseph. bell. 3, 9. 3 τῶν Ἀνδρομέδας δεσμῶν ἔτι δεικνύμενοι τύποι (in rupe) πιστοῦνται τὴν ἀρχαιότητα τοῦ μύθου.) — Tropice de iis quae animo sunt quasi insculpta; Rom. 6, 17 τύπος τῆς διδαχῆς, i. e. doctrina animis vestris insculpta. (Philo de legat. ad Cai. p. 1022 de Iudaeis legi mosaicae inhaerentibus: ἐν ταῖς ψυχαῖς, inquit, ἀγαλματοφοροῦσι τὰς τῶν διατεταγμένων εἰκόνας, εἶτα ἐναργεῖς τύπους καὶ μορφὰς αὐτῶν καθορῶντες ἀεί.) Alii Rom. 6, 17 vertunt: *forma* doctrinae. — 2) forma, quae vestigiis ductis efficitur, *forma, ratio,* Act. 23, 25 ἐπιστολὴ περιέχουσα τὸν τύπον τοῦτον, i. e. hoc modo, his verbis stylo exarata. (3 Macc. 3, 30 ὁ μὲν τῆς ἐπιστολῆς τύπος οὕτως ἐγέγραπτο. Aliis in locis eadem de re legitur τρόπος, 1 Macc. 11, 29. 15, 2. 2 Macc. 1, 23. Iamblich. de vita pythagor. c. 16 fin. ἦν αὐτῷ τῆς παιδεύσεως ὁ τύπος τοιοῦτος. Id. c. 23.) — 3) quum προπλάσματα artificum postea exprimenda insculpi soleant aeri aliive materiae durae, τύπος est: *exemplum, das Vorbild, Modell;* a) de tabernaculo coelesti, exemplo eius, quod Moses exstruxit, Act. 7, 44. Hebr. 8, 5. Exod. 25, 40 ubi hebr. תַּבְנִית, LXX ὑπόδειγμα. — b) tropice de hominibus qui aliis exemplo sunt α) in iis quae vel passi sunt, vel effecerunt: *exemplum similitudinem referens*, Rom. 5, 14 ὅς (Adamus) ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος (Christi); quod quomodo intelligendum sit, patet e sequentibus. 1 Cor. 10, 6 ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν. ib. v. 11. (Philo de opif. mund. p. 36 ἐστὶ δὲ ταῦτα οὐ πλάσματα μύθου, ἀλλὰ δείγματα τύπων, ἐπ᾽ ἀλληγορίαν καλούντων. Ioseph. ant. 3, 7. 7 ubi tabernaculi constructio et ornatus pontificis spectasse dicitur εἰς ἀπομίμησιν καὶ διατύπωσιν τῶν ὅλων.) — β) in pietate, probitate; exemplum agendi, Phil. 3, 17. 1 Thess. 1, 7. 2 Thess. 3, 9. 1 Tim. 4, 12. Tit. 2, 7. 1 Petr. 5, 3. (4 Macc. 6, 19 τύπος τῆς ἀσεβείας.) — 4) id quod cudendo efficitur: *imago, simulacrum,* Act. 7, 43 ex Amos 5, 26 ubi in hebr. צֶלֶם. (Ioseph. ant. 1, 19. 11 ubi Teraphim Labani dicuntur τύποι. ib. 15, 9. 5. Philo de opif. p. 4. de decal. p. 759. — Hinc τυπόω, formo, figuro, Sap. 13, 13. Sir. 38, 39.) *.

Τύπτω, (pro inusitato τύπω) — LXX plerumque pro הִכָּה — 1) *ferio, verbero, caedo*, ut baculo, flagello, pugno, fuste, — τινά, Matth. 24, 49. Luc. 6, 29. 12, 45. Act. 18, 17. 21, 32. 23, 3. (Exod. 2, 11. 21, 15.) — εἰς τὴν κεφαλήν τινος Matth. 27, 30 i. e. τινὸς τὴν κεφαλήν, Marc. 15, 19. 22, 64. — τινὸς τὸ στόμα, Act. 23, 2. — de Deo: *percutio*, ut morbo, morte, i. e. punio, Act. 23, 3 τύπτειν σε μέλλει ὁ θεός. (2 Sam. 24, 17. Ezech. 7, 9. Exod. 8, 2. Dan. 5, 21. 2 Macc. 3, 39. vid. etiam Πατάσσω.) — 2) *tundo*, (cudo Ies. 41, 7. Prov. 25, 4.) a) propr. τύπτειν εἰς τὸ στῆθος, Luc. 18, 13. i. e. ἑαυτῶν τὰ στήθη, pectus tundere, Luc. 23, 48. (Ioseph. ant. 7, 10. 5 τυπτόμενος τὰ στέρνα. Id. bell. 6, 4. 1: „machina bellica τύπτει τὸν τεῖχον. Hom. Iliad. 18, 31 πλήσσειν στήθεα.) — b) tropice: tundo i. e. *laedo, vulnero, turbo*, τὴν συνείδησιν τινος, 1 Cor. 8, 12. (1 Sam. 1, 8 ἵνατι τύπτει σε ἡ καρδία σου. Herodot. 3, 64.) *.

Τύραννος, ου, ὁ, *Tyrannus*, nom. pr. viri Ephesini, in cuius schola Paulus tradidit evangelium, caeterum ignoti; Act. 19, 9.

Τυρβάζω, (a τύρβη turba, tumultus) turbo, unter und durch einander rühren; (lutum, Aristoph. Vesp. v. 257.) — metaph. *perturbo*; med. *perturbor, me torqueo*; Luc. 10, 41 μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά. Aristoph. Pac. v. 1007 sq. Suidas: τυρβάζῃ· ἑτοιμάζῃ. οἱ δὲ φροντίζεις. *.

Τυριός, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a Τύρος) *Tyrius*; — ὁ Τύριος, *Tyrius*; incola vel civis Tyri; Act. 12, 20.

Τυρός, ου, ἡ, (hebr. צוֹר, Syris ܨܘܪ, Latinis olim *Sarra* dicta) *Tyrus*, urbs Phoeniciae celeberrima, ad mare mediterraneum, terra marique potens, mercatura et artibus florentissima. Israëlitis inde a temporibus Davidis demum innotuit, (2 Sam. 5, 11. 1 Reg. 5. 1 Chron. 14, 1. 2 Chron. 9, 10. Ioseph. ant. 8, 3. 4. Id. c. Apion. 1, 17.) diciturque (Ezech. 26, 7. 29, 18 sqq. Ies. 23. Ioseph. c. Apion. 1, 17) a Nebucadnezare, Assyriorum rege, destructa, quo factum esse videtur, ut incolae in insula adiacente Tyrum novam exstruerent, quae florentissima quoque fuit, post ab Alexandro magno (Arrian. 2, 16. Curt. 4, 2 sqq. Ioseph. ant. 11, 8. 3) expugnata, denique vero Romanorum imperio subiecta est. Hodie destructa iacet. Commemoratur in N. T. Act. 21, 3. 7 et simul cum Sidone Matth. 11, 21 sqq. 15, 21. Marc. 3, 8. 7, 24. 31. Luc 6, 17. 10, 13. 14. Eam prophetae V. T. tanquam luxu diffluentem, vitiis contaminatam igiturque a Deo diris devotam iam descripserant; vid. Ies. 23. Ier. 25, 22. 47, 2. Ezech. 26 et 27. 29, 16. *.

Τυφλός, ή, όν, (a τύφω, fumum facio, fumo obscuro; τυφλός igitur proprie: fumo obscuratus) LXX pro עִוֵּר — *coecus*, a) propr. Matth. 9, 27 sqq. 11, 5. 12, 22. 15, 30. 31. 20, 30. 21, 14. Marc. 8, 22 sqq. 10, 46—51. Luc. 6, 39. 7, 21 sqq. 14, 13. 21. 18, 35. Io. 5, 3. 9, 1—32. 10, 21. 11, 37. Act. 13, 11. Vid. etiam Κωφός. — (Lev. 19, 14. 21, 17. 22, 22.) — b) metaph. *coecus mente*, i. e. *inscius, stupidus; ineptus ad regnum Dei*, ineptus ad perspicienda Dei consilia per Christum perficienda, Matth. 15, 14. 23, 16. 17. 19. 24. 26. Luc. 4, 18. Io. 9, 39—41. Rom. 2, 19. 2 Petr. 1, 9. (Ps. 146, 6 κύριος σοφοῖ τυφλούς. Ies. 42, 7. 16. 18. 19. 43, 8.) *.

Τυφλόω, ῶ, f. ώσω, (a τυφλός) *coecum facio, obcoeco*; (propr. Aelian. V. H. 13, 24.) metaph. mentis aciem praestringo, obcoeco mentem, i. e. efficio ne intelligat; Io. 12, 40. 2 Cor. 4, 4. 1 Io. 2, 11. (Ies. 42, 19 ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ. Test. XII patr. p. 534 τὸ πνεῦμα τοῦ ζήλου ἐτύφλωσέ μου τὸν νοῦν. Ioseph. c. Apion. 1, 25 ὑπὸ τυφλότητος τοῦ πάθους. Pind. Ne. 7, 34. Arrian. diss. epict. 1, 6.) *.

Τυφόω, ῶ, perf. pass. τετύφωμαι, aor. 1. pass. ἐτυφώθην, (a τύφος fumus; fastus inanis, cui nihil respondet, 3 Macc. 3, 18 τύφοις φερόμενοι), 1) fumigo, fumum facio; — 2) metaphor. fastu inani inflo, (Philo de legat. ad Cai. p. 1015 ὁ δὲ Γάϊος ἑαυτὸν ἐξετύφωσεν, οὐ λέγων μόνον, ἀλλὰ καὶ οἰόμενος εἶναι θεός. Ioseph. bell. 2, 17. 9 ὁ τοῦ ἀρχιερέως θάνατος τὸν Μανάϊμον ἐτύφωσεν εἰς ὠμότητα). Passivum: τυφόομαι, *fastu inani efferor, inflatus sum arrogantia*; 1 Tim. 3, 6. ib. 6, 4 τετύφωται, ex fastu mente obcoecatus est. 2 Tim. 3, 4. (Ioseph. c. Apion. 1, 3 τετυφῶσθαι τοὺς Ἕλληνας ὡς μόνους ἐπισταμένους τὰ ἀρχαῖα. — τυφούμενος, fastu obcoecatus, Ioseph. vit. §. 11. contr. Apion. 2, 36. — Philo de confus. ling. p. 335. Polyb. 3, 81. 1. Herodian. 6, 5. 23.) *.

Τύφω, (a τύφος, fumus) accendo, fumum excito; medium: *ardeo, fumigo, glimmen, rauchen*; semel Matth. 12, 20 quae repetita sunt ex Ies. 42, 3 ubi in textu hebr. כֵּהָה, LXX καπνιζόμενον. Chariton. Aphrod. 6, 3. Hesych. τύφεται· καίεται, καπνίζεται, φλέγεται. *.

Τυφωνικός, ή, όν, (a τύφων, typhon, Windsbraut, Wirbelwind) *typhoni similis, procellosus, tempestuosus*; ἄνεμος Act. 27, 14.

Τύχικος, ου, ὁ, *Tychicus*, nom. pr. viri christiani, comitis Pauli, qui Act. 20, 4. [Eph. 6, 21.] Col. 4, 7. 2 Tim. 4, 12. Tit. 3, 12 commemoratur, de quo autem praeterea nihil certi constat. (Non Τυχικός, οῦ, sed Τύχικος, ου, scribendum esse docuit *Winer*. Gr. §. 6. p. 51.)

Τυχόν, *fortasse*, vid. Τυγχάνω.

Υ.

Ὑακίνθινος, η, ον, (ab ὑάκινθος) *hyacinthinus*, colorem hyacinthi habens; Apoc. 9, 17 θώρακας ὑακ. subnigras, i. e. ferreas. (LXX pro תַּחַשׁ Exod. 26, 14. 35, 7. 22. et תְּכֵלֶת Exod. 26, 4. 28, 27. Num. 4, 6. Ezech. 23, 6.) *.

Ὑάκινθος, ου, ὁ, *hyacinthus*, flos; — gemma, hyacinthi colorem habens, videlicet caeruleum, in nigrum vergentem. (Plin. hist. N. 37, 9.) Apoc. 21, 20. — LXX pro תְּכֵלֶת Exod. 39, 2. 4. 20. 2 Chron. 2, 7. 1 Macc. 4, 23. *.

Ὑάλινος, η, ον, (ab ὕαλος s. ὕελος) *vitreus*, e vitro, crystallo factus, *pellucidus* ut crystallus; Apoc. 4, 6. 15, 2. Vid. quae in Θάλασσα diximus. *.

Ὕαλος, ου, ὁ, propr. corpus pellucidum; hinc: electrum; *crystallus; vitrum*; Apoc. 21, 18. 21. LXX Iob. 28, 17 pro זְכוּכִית gemma nitidissima; adnumerabatur enim a veteribus gemmis (Aristoph. Nub. 766.) **.

Ὑβρίζω, aor. 1. ὕβρισα, partic. aor. 1. pass. ὑβρισθείς, fut. 1. pass. ὑβρισθήσομαι, (ab ὕβρις) superbus sum, Hom. Odyss. 18, 381. — τινά, *contumeliose tracto*, i. e. superbe, ferociter, petulanter ago cum aliquo, ut contumeliae, despectui tradatur, einen schmählich behandeln, misshandeln; Matth. 22, 6. Luc. 18, 32. Act. 14, 5. 1 Thess. 2, 2. (Hom. Iliad. 11, 695. 2 Sam. 19, 43. Ier. 48, 29. Ies. 13, 3. 23, 12. Test. XII patr. p. 733 ἐὰν γὰρ ὑβρίσῃ τις ἄνδρα ὅσιον. coll. 2 Macc. 14, 42. Ioseph. ant. 7, 6. 1 τοὺς πρέσβεις χαλεπῶς περιύβρισε. Id. c. Apion. 1, 34 ὑβρίζειν τινά.) — *despiciendi* sensu, Luc. 11, 45. (Ioseph. ant. 4, 8. 2 τοὺς εὐεργέτας ὑβρίζειν. Id. de bell. 3, 8. 5 ὑβρ. τὸ δῶρον τοῦ θεοῦ. id. ant. 9, 12. 3 ὑβρίσας τὸν θεόν.) **.

Ὕβρις, εως, ἡ, (ab ὑπέρ) — LXX pro גַּאֲוָה, גָּאוֹן, זָדוֹן et similibus, 1) propr. animi nimia elatio hominis, qui supra fas et humanitatem se stolide extollit, *Uebermuth, insolentia, superbia*, a) quae alios laedit et despicit, (Prov. 11, 2. 29, 23. Ies. 9, 9. 25, 11. Hom. Odyss. 14, 262. 17, 487. Ioseph. ant. 6, 4. 4 ἡ πρὸς θεὸν ὕβρις. ib. 4, 8. 9.) — b) *contumelia*, quam aliquis patitur, 2 Cor. 12, 10. (Sap. 4, 18. Sir. 10, 8. Iob. 35, 12. Nah. 2, 2.) — 2) tropice: *iniuria*, ab insolentia tempestatis orta; Act. 27, 10 μετὰ ὕβρεως ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. ib. v. 21. (Ioseph. ant. 3, 6. 4 τό τε καῦμα καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ὄμβρων ὕβριν ἀπομαχόμεναι, imbrium iniuriam arcentes. coll. Pind. Py. 1, 140. Ne. 1, 76.) *.

Ὑβριστής, οῦ, ὁ, (ab ὑβρίζω), *insolens, contumeliosus*, Rom. 1, 30. 1 Tim. 1, 13. — (LXX pro גֵּא Ies. 16, 6. גֵּאֶה Iob. 40, 11. Prov. 15, 26. 16, 20. Ies. 2, 12 coll. Prov. 6, 17. Sir. 8, 11. 32, 18 ἐξάρῃ πλῆθος ὑβριστῶν καὶ σκῆπτρα ἀδίκων συντρίψῃ. Antonin. 2, 1. Ioseph. ant. 5, 10. 1. ib. 9, 10. 1.) *.

Ὑγιαίνω, (ab ὑγιής) *sanus sum*, a) propr. bona valetudine utor; Luc. 5, 31 οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ. *Convalesco*, Luc. 7, 10. (Demosth. p. 1256. 4 ed. *Reisk*.) — sensu latiori: *valeo*, i. e. *bene me habeo*,

tum corpore tum animo, ut Latinor. *valeo*, Luc. 15, 27. 3 Io. v. 2. (Ita LXX pro שָׁלוֹם Gen. 29, 6. 37, 13. 43, 27 sq. 1 Sam. 25, 6. Tob. 5, 15. 20. 2 Macc. 11, 28.) — b) metaph. de mentis sanitate: sanus sum iudicio, moribus, voluntate, igitur *sapio*, Tit. 1, 13 ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει. (Ioseph. c. Apion. 1, 21 ὑγιαίνοντες τῇ κρίσει. Id. ant. 3, 21. 1 ὑγιαίνειν περὶ τοὺς γάμους. Antonin. 1, 17 ὕστερον ἐν ἐρωτικοῖς πάθεσι γενόμενον ὑγιᾶναι.) — *sincerus, purus sum*, Tit. 2, 2 ὑγιαίνοντες τῇ πίστει, ita comparati, ut esse debent, sinceri pietate christiana. — De doctrina ipsa: *vera, pura, sincera*, 1 Tim. 1, 10. 6, 3. 2 Tim. 1, 13. 4, 3. Tit. 1, 9. 2, 1. (Plutarch. de audiend. poet. Tom. 7. p. 71 ed. *Hutt.* δόξας περὶ θεῶν ὑγιαινούσας καὶ ἀληθεῖς. vid. etiam Ὑγιής.) *.

Ὑγιής, ιος, contr. οῦς, ὁ, ἡ, — ἰς, τό, *sanus, incolumis, bona valetudine utens;* a) propr. de corpore, Matth. 12, 13. 15, 31. [Marc. 3, 5.] Luc. 6, 10. Act. 4, 10. (Tob. 12, 2. Sir. 17, 28. 30, 13.) — ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου, sanata sis, Marc. 5, 34. — γίνομαι ὑγιής, *sanor*, Io. 5, 4. 6. 9. 14. — ποιέω ὑγιῆ, *sano*, Io. 5, 11. 15. 7, 23. — b) metaphor. *sanus*, i. e. *verus, sincerus*, qui ita est comparatus, ut esse debet. Tit. 2, 7 λόγον ὑγιῆ quod attinet ad doctrinam sanam, sinceram. (Ioseph. bell. prooem. §. 3 μηδὲν ὑγιὲς δηλοῦν, nil sani proferre de scriptore. Id. contr. Apion. 1, 23 δι' ἄλλους αἰτίας οὐχ ὑγιεῖς. Marc. Anton. 8, 30. Origen. in Psalm. 36, 10 λέγοντες οὐχ ὑγιῶς.) *.

Ὑγρός, ά, όν, (ab ὕω, madidum facio) humidus, madidus; mollis, tener, facile flectendus; ξύλον ὑγρόν, arbor adhuc *succo plena, virens*, fructus faciens, Luc. 23, 31 de quo loco vid. Ξυρός. (Theophr. H. P. 5, 10. Hom. Od. 6, 79. LXX pro לַח Iud. 16, 7. 8. pro רָטֹב succosus, Iob. 8, 16. coll. Sir. 39, 13 ῥεῦμα ὑγροῦ.) **.

Ὑδρία, ας, ἡ, (ab ὕδωρ) vas ad hauriendam aquam, *hydria, cadus;* Io. 2, 6. 7. 4, 28. (LXX pro כַּד, Gen. 24, 14 sqq. Iud. 7, 16. 19. 20. 1 Reg. 17, 12. Eccles. 12, 6. Demosth. 1155, 6. Ioseph. ant. 8, 13. 5.) *.

Ὑδροποτέω, ῶ, (quod etiam scribitur ὑδροπωτέω, vid. *Lob.* ad *Phryn.* p. 456) (ab ὑδροπότης aquae potor, ex ὕδωρ et πίνω) *aquae potator sum*, i. e. aqua in potum uti soleo; 1 Tim. 5, 23 μηκέτι ὑδροπότει, noli semper uti aqua pura, sed interdum etiam vino mixta. (Dan. 1, 12 ὕδωρ πιώμεθα, non nisi aqua ad potum uti volumus. Aelian. V. H. 2, 38 γυναῖκας μὴ ὁμιλεῖν οἴνῳ, ἀλλ' ὑδροποτεῖν πᾶσαν γυναικῶν ἡλικίαν. Xenoph. cyrop. 6, 2. 10.) *.

Ὑδρωπικός, ή, όν, (ab ὕδρωψ hydrops, aqua intercus) *hydropicus, aqua intercute laborans;* Luc. 14, 2. (Polyb. 13, 2. 6.) *.

Ὕδωρ, ατος, τό, (ab ὕω, pluo) — hebr. מַיִם, 1) *aqua*, et quidem fluviorum, fontium, puteorum, stagnorum, maris; Matth. 17, 15. Marc. 9, 22. 2 Petr. 3, 5. 6. Apoc. 11, 6. 12, 15 et saepius. — Matth. 3, 16 ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος, e fluvio. Marc. 1, 10. Apoc. 16, 12. (Exod. 2, 10. 7, 15.) — ὕδατα fluctus maris, Matth. 8, 32. 14, 28 sq. (LXX aliquoties pro יָם, Ex. 14, 27. Hos. 11, 11. Nah. 3, 8.) — Κλύδων τοῦ ὕδατος, Luc. 8, 24. — φωνὴ ὑδάτων πολλῶν, Apoc. 1, 15. 14, 2. 19, 6. (Dan. 10, 6.) — πηγὴ τῶν ὑδάτων, Apoc. 8, 10. 11. 14, 7. 16, 4. i. e. fons aquae vivae. (Gen. 24, 43. Ies. 49, 10.) — ποτήριον ὕδατος, poculum aqua repletum, Marc. 9, 41. Ita etiam κεράμιον ὕδατος, Marc. 14, 13. Luc. 22, 10. ὑδρίας ὕδατος, Io. 2, 7. (Gen. 21, 14. 24, 11.) — ἄγγελος τῶν ὑδάτων, angelus aquis praefectus, Apoc. 16, 5. — Ὕδωρ ζωῆς, propr. aqua viva (Gen. 21, 19. 26, 19); deinde: *aqua vitam servans, mortem abigens*, Apoc. 21, 6. 22, 1 ποταμὸς ὕδατος ζωῆς λαμπρὸς ὡς κρύσταλλος. v. 17. coll. Zach. 14, 8. Ier. 2, 13. — *aqua saluberrima*, imago doctrinae salutaris, Io. 4, 11. 14. 7, 38. (Sir. 15, 3. 24, 21. 25. 26 sq.) — Apoc. 17, 1 πόρνη ἡ μεγάλη ἡ καθημένη ἐπὶ τῶν ὑδάτων πολλῶν, i. e. urbs cuius imperium comprehendit multas gentes, vid. v. 15 et coll. Ies. 17, 12. Nah. 1, 12. — 2) quum ὕδωρ saepius dicatur de aqua baptismali, ut Matth. 3, 11. Marc. 1, 8. Act. 1, 5. 10, 47. Eph. 5, 26 et passim, ὕδωρ metonymice est: *baptismus*, qui fit adhibita aqua; Io. 3, 5 ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, vi baptismi et spiritus s. 1 Io. 5, 6 ἐλθὼν δι' ὕδατος, vid. διά, I, 2. lit. γ. ib. v. 8 τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα, τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, ubi ὕδωρ ad baptismum Christi per Ioannem administratum referendum esse videtur. (Ioseph. ant. 3, 8. 6 πηγαίοις ὕδασιν καὶ μύρῳ lustrabantur sacerdotes initiandi. Test. XII patr. p. 586 καὶ δόξα κυρίου ἐπ' αὐτὸν (Messiam) ῥηθήσεται, καὶ πνεῦμα συνέσεως καὶ ἁγιασμοῦ καταπαύσει ἐπ' αὐτὸν ἐν ὕδατι. Ibid. p. 696 καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συντρίβων (Messias) τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος δι' ὕδατος. ib. p. 582 προσδέξεται ὑμᾶς ἐν πίστει καὶ ὕδατι.) — — 3) *liquor aquosus*, qui est vel in corpore emortuo, vel in pericardio; Io. 19, 34.

Ὑετός, οῦ, ὁ, (ab ὕω, pluo) *pluvia*, Act. 28, 2. Hebr. 6, 7. Iac. 5, 18. Apoc. 11, 6. (LXX pro גֶּשֶׁם Gen. 7, 12. 8, 2. 1 Reg. 17, 7. et מָטָר Deut. 11, 11. 14. 17. Prov. 26, 1.) — Ὑετοί, *anni periodi pluviales, imbriferae, Regenzeiten*, Act. 14, 17 ὑετούς, i. e. καιροὺς ὑετῶν, pluvias matutinas et serotinas. Iac. 5, 7. coll. Ioel. 2, 23. Hos. 6, 3. Am. 4, 7. coll. Πρώϊμος et Ὄψιμος. Extra enim haec duo anni tempora rarae in oriente sunt pluviae.

Υἱοθεσία, ας, ἡ, (υἱός et θέσις positio; υἱὸν τίθεμαι, adopto filium, υἱοὶ θετοί, filii adoptati) *adoptio*. In Pauli scriptis de iis, quos Deus per Messiam filios adoptavit et salutis promissae haeredes fecit; *adoptio, et ius filiorum;* i. e. ut filius adoptatus est haeres paternorum bonorum, ita Deus, nobis per Christum filiorum ius donans, dedit nobis etiam certam spem futurae felicitatis, qua ipse gaudet, post mortem in coelo adipiscendae; Rom. 8, 23 υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι. Rom. 8, 15 πνεῦμα υἱοθεσίας, i. e. spiritus, pignus adoptionis et futurae salutis. Rom. 9, 4 ὧν ἡ υἱοθεσία, quorum est ius filiorum Dei, ius salutis adipiscendae quod dicitur competere Ἰσραηλίταις (non Ἰουδαίοις, de quo discrimine vid. Ἰσραήλ), quippe Abrahami posteris et promissionum divinarum haeredibus primis. Item Gal. 4, 5. Eph. 1, 5. *.

Υἱός, οῦ, ὁ, — LXX pro hebr. בֵּן et chald. בַּר — 1) *filius*, i. e. proles mas, quam genuit pater, peperit mater; ita a) de pullis animalium, semel Matth. 21, 5. (Ps. 29, 1 υἱοὺς κριῶν. coll. Zach. 9, 9.) — b) plerumque de prole hominum, Matth. 1, 21. 23. 7, 9. 10, 37. Marc. 6, 3 et saepius. — Io. 19, 26 ἰδοὺ ὁ υἱός σου, en is tibi filii loco sit! — de filio adoptivo Act. 7, 21. Hebr. 11, 24. (Exod. 2, 10.) — genuino, Hebr. 12, 8. — Saepe tacetur, ubi facile intelligi potest Matth. 4, 21 τὸν τοῦ Ζεβεδαίου (υἱόν). Matth. 10, 2. Io. 21, 15. Luc. 9, 55. (Tob. 5, 12. Iudith. 6, 15. 1 Macc. 2, 1. Etiam apud profanos; Ioseph. ant. 14, 13. 3 Πτολεμαῖος ὁ Μενναίου. Ibid. Ἀντίγονος ὁ Ἀριστοβούλου.)

2) *proles, soboles*, de nepotibus et posteris omnino; i. q. σπέρμα (Ies. 1, 4. 19, 11.) Matth. 1, 1 Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυΐδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. ib. v. 20 ubi Iosephus, Mariae maritus, dicitur υἱὸς Δαυΐδ. Matth. 23, 31. Act. 13, 26 Messias appellatur υἱὸς Δαυΐδ, *proles Davidica*, quippe e stirpe Davidis proditurus, Matth. 22, 42. 45. Marc. 12, 35. 37. Luc. 20, 41. 44. Hinc υἱὸς Δαυΐδ, *Messias*, Matth. 9, 27. 12, 23. 15, 22. 20, 30 sq. 21, 9. 15. Marc. 10, 47. 48. Luc. 18, 38 sq. (Ps. 17, 23.) — υἱοὶ Ἰσραήλ, proles Israelis, Israelitae, Matth. 27, 9. Luc. 1, 16. Act. 5, 21. 7, 23. Rom. 9, 27 et passim. (LXX Exod. 3, 9. 5, 15. et pro בֵּית Exod. 16, 31. Lev. 17, 3. 8. 10.) — υἱοὶ Ἐμμόρ, Act. 7, 16. υἱοὶ Λευΐ, Levitae, Hebr. 7, 5. (Num. 26, 57.) — υἱὸς Ἀβραάμ, proles Abrahami, et igitur salutis Abrahamo promissae particeps, Luc. 19, 9. etiam de Christianis, quia per fidem in Christum promissionis participes et filii Abrahami facti sunt, Gal. 3, 7. coll. v. 26 et c. 4, 6. 7. — υἱὸς ἀνθρώπου, *proles humana*, i. e. *homo*, Hebr. 2, 6. Apoc. 1, 13. 14, 14. (Iob. 25, 6. 35, 8. Ps. 8, 5. 144, 3. Dan. 8, 17. 10, 16. Ezech. 2, 2—8. 3, 1—4.) — υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, *homines*, Marc. 3, 28. Eph. 3, 5. (Gen. 11, 5. Ps. 4, 2. 10, 5. 14, 2. Eccles. 2, 8. 3, 18. 19. 8, 11 et saepius, inprimis in Psalmis et Ecclesiast.)

3) *usus singularis* ex simplicitate loquendi Hebraeorum, υἱός τινος ita dicitur, ut referatur sensu proprio non solum ad a) *generationem*, vel procreationem, sed etiam metaph. — b) ad *communionem*, et dicitur de eo, qui habet, praestat idem quod is, cuius filius dicitur, ut filius habet quae patris sunt; — c) ad eam conditionem, qua aliquis ab altero, cuius filius dicitur, pendet, ei subiectus est, eum colere debet; — d) ad *obsequium* et *amorem;* et haud raro haec loquendi ratio non ad unam harum notionum, sed ad plures simul est referenda. — Ita A) *varie:* υἱοὶ τῶν βασιλέων, *subditi*, Matth. 17, 25. 26. — υἱοί doctorum: *discipuli*, Matth. 12, 27. Luc. 11, 19. Hebr. 2, 10.

12, 5. 1 Petr. 5, 13. (Prov. 1, 8. 10. 15. 2, 1. 3, 1. 11. 4, 10. vid. etiam Παῖς.) — υἱοὶ τῆς βασιλείας, *cives*, qui cives esse debent regni, quibus prae aliis destinatum est, Matth. 8, 12. 13, 38. — υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, Matth. 9, 15. Marc. 2, 19. Luc. 5, 34. vid. Νυμφών. — υἱοὶ βροντῆς, Marc. 3, 17 qui tonant, vid. Βροντή. Similiter υἱὸς παρακλήσεως, Act. 4, 36. — Υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, homines huius aevi, qui sequuntur communem pravitatem, Luc. 16, 8. 20, 34. — υἱοὶ φωτός, qui lucem sequuntur, vel eius sunt participes, Luc. 16, 8. Io. 12, 36. 1 Thess. 5, 5. — Luc. 10, 6 υἱὸς εἰρήνης, qui benedictionem admittit. Luc. 20, 36 υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως, participes resurrectionis. Matth. 13, 38 υἱὸς τοῦ πονηροῦ. Act. 13, 10 υἱὲ διαβόλου. — υἱὸς ἀπειθείας Eph. 2, 2. 5, 6. Col. 3, 6 *sectator, adsecla.* — Matth. 23, 15 υἱὸς γεέννης. Io. 17, 12. 2 Thess. 2, 3 τῆς ἀπωλείας, *devotus.* Act. 3, 25 ὑμεῖς ἐστε οἱ υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης, ad vos spectant vaticinia prophetarum et foedus gratiae. (Ps. Sal. 17, 17 υἱοὶ τῆς διαθήκης. 2 Reg. 8, 17 υἱὸς τριάκοντα ἐτῶν ἦν. Ps. 89, 22 υἱὸς ἀνομίας. 2 Sam. 12, 5 υἱὸς θανάτου. Sir. 47, 12 υἱὸς ἐπιστήμων. Sir. 4, 11 υἱοὶ σοφίας.) — B) ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου (ita constanter cum articulo, et hoc modo differre videtur ab υἱὸς ἀνθρώπου, vid. no. 2. sub finem), *filius hominis*, est appellatio Messiae, quam Iesus sibi ipse tribuit, qua vero alii, excepto uno loco Act. 7, 56, de eo non utuntur. Non autem indicat: ab homine natum hominem, ut υἱὸς ἀνθρώπου, sed potius eum, qui est ὡς υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου (Apoc. 1, 13. 14, 14. Dan. 10, 16.) *humana forma indutus*, caeterum autem coelitus oriundus. Id non solum ex Dan. 7, 13 e quo loco haec appellatio repetita est, intelligitur, sed etiam ex Io. 3, 13 ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν οὐρανῷ. c. 6, 62 θεωρῆτε τὸν υἱὸν τ. ἀ. ἀναβαίνοντα, ὅπου ἦν τὸ πρότερον. coll. 6, 53 ubi σάρξ filii hominis deinde v. 58 dicitur descendisse de coelo, coll. v. 50. Quare non possum subscribere enarrationi *Fritzschii* (comment. I, p. 328), qui interpretatur: „filius ille parentum humanorum, qui nunc loquitur, homo ille, quem bene nostis, i. e. ego, Messias.“ — Legitur in N. T. Matth. 8, 20. 9, 6. 10, 23. 11, 19. 12, 8. 32. 40. 13, 37. 41. 16, 13. 27 sqq. 17, 9. 12. 22. 18, 11. 19, 28. 20, 18. 28. 24, 27. 30. 37. 39. 44. 25, [13.] 31. 26, 2. 24. 45. 64. Marc. 2, 10. 28. 8, 31. 38. 9, 9. 12. 31. 33. 10, 45. 13, 26. 14, 21. 41. 62. Luc. 5, 24. 6, 5. 22. 7, 34. 9, 22. 26. 44. 56. 58. 11, 30. 12, 8. 10. 40. 17, 22. 24. 26. 30. 18, 8. 31. 19, 10. 21, 27. 36. 22, 48. 69. 24, 7. Io. 1, 52. 3, 13. 14. 5, 27. 6, 27. 53. 62. 8, 28. 12, 23. 34. 13, 31 et Act. 7, 56. In epistolis apostolorum non habetur. — C) υἱὸς θεοῦ s. τοῦ θεοῦ, et υἱοὶ τοῦ θεοῦ, *filii Dei*, etiam υἱὸς s. υἱοὶ ὑψίστου, *filii altissimi*, dicuntur in scripturis a) proprie: *procreati* a Deo, ut Luc. 3, 38 Adamus dicitur υἱὸς τοῦ θεοῦ. — b) tropice: *electi* a Deo, *adoptati* quasi, quibus benevult, quos beat, amat prae caeteris; ita α) Israelitae dicuntur υἱοὶ θεοῦ, Rom. 9, 26. 2 Cor. 6, 18. (Exod. 4, 22 υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. Deut. 32, 43. Ies. 1, 2. 43, 6. 49, 25. Sap. 18, 13 ὡμολόγησαν θεοῦ υἱὸν λαὸν εἶναι. Sap. 2, 18. 5, 5. 16, 10. 26. Ps. Sal. 17, 30.) — β) Christiani et omnes veri Dei cultores, ut a Deo amati et saluti destinati, Matth. 5, 9. 45. Luc. 6, 35. 20, 36. Rom. 8, 14. 19. 2 Cor. 6, 18. Gal. 3, 26. 4, 6. 7. Hebr. 12, 6. 7. 8. Apoc. 21, 7. (Sir. 4, 10.) — c) *reges*, et quia Deus eos elegit et constituit (Ps. 2, 7), et quia eius quasi sunt vicarii; Ps. 2, 7. 82, 6 (ubi vero dubium adhuc videtur, an verba θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες, ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, ad reges sint referenda). — d) *sacerdotes*, quia iis licet comparere in sanctuario coram Deo, Ps. 29, 1. — e) celsiores naturae, Dei quasi sodales, angeli, propter praestantiam, vel obsequium vel famulitium, quod Deo praestant, Gen. 6, 2. 4. Ps. 89, 6. Dan. 3, 25. 28. — D) *Iesus* dicitur υἱὸς τοῦ θεοῦ, *filius Dei*, non uno quidem sensu; a) a Deo *procreatus*, (ut Adamus, Luc. 3, 38.) Luc. 1, 32. 35 et ni fallor Marc. 1, 1. — Etiam centurionis verba Matth. 27, 54. Marc. 15, 39 vix aliter possunt intelligi, nisi de generato a Deo. — b) a Deo *constitutus rex et Messias*; ita haud dubie in iis locis, ubi υἱὸς τοῦ θεοῦ additur, ut explicet vocem Χριστός, Matth. 16, 16 σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. 26, 63. Marc. 14, 61. Luc. 22, 70. Io. 1, 50 σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. 11, 27. Neque aliter Matth. 2, 15 (ubi locus V. T. de populo Iud. agit). 8, 29. 14, 33. Marc. 3, 11. 5, 7. Luc. 4, 41. 8, 28. Io. 1, 34. 6, 69. 9, 35. Act. 9, 20. 13, 33. Hebr. 5, 5. — c) *filius Dei*, i. e. *a Deo generatus, ipsa natura divina.* Hoc enim sensu etiam dici, non solum suadent parabolae Matth. 21, 37 seq. 22, 2. Marc. 12, 6. Luc. 20, 13. et disputationes Christi Matth. 22, 42. 45. Marc. 12, 35. 37. Luc. 20, 41. 44. Io. 8, 35. 36. sed clarissime docent loca Io. 10, 33—36. Matth. 11, 27. Luc. 10, 22. Io. 1, 14. coll. v. 1. 18. Hebr. 1, 5 sqq. 3, 6. Eo porro sensu dici videtur filius patris s. Dei, Matth. 28, 19. Marc. 13, 32. Io. 1, 18. 3, 16—18. 35 sqq. 5, 19—26. 6, 40. 11, 4. 14, 13. 17, 1. 20, 31. [Act. 8, 37.] Rom. 1, 3. 4. 9. 5, 10. 8, 3. 29. 32. 1 Cor. 1, 9. 13, 28. 2 Cor. 1, 19. Gal. 1, 16. 2, 20. 4, 4. 6. Eph. 4, 13. 1 Thess. 1, 10. Hebr. 1, 2. 5. 8. 3, 6. 4, 14. 5, 8. 6, 6. 7, 3. 28. 10, 29. 1 Io. 1, 3. 7. 2, 22—24. 3, 8. 23. 4, 9. 10. 14. 15. 5, 9. 10—13. 20. 2 Io. v. 3. 9. Apoc. 2, 18. — Alia loca dubia videri possunt, videlicet Matth. 3, 17. 4, 3. 6. 17, 5. 27, 40. 43. Marc. 1, 11. 9, 7. coll. 12, 6. Luc. 3, 22. 4, 3. 9. 9, 35. — Col. 1, 13 υἱὸς τῆς ἀγάπης pro ἀγαπητός, (Ps. Sal. 13, 8 ὡς υἱὸν ἀγαπήσεως.) 2 Petr. 1, 17. Saepius υἱὸς τοῦ θεοῦ in N. T. non legitur.

Ὕλη, ης, ἡ, materia in sylvis caedua, *ligna.* (pro ὕλη ξύλων, ut plenius legitur Ioseph. c. Apion. 1, 18. vel ὕλη πυρός Sir. 28, 10.) Semel Iac. 3, 5. (Ioseph. c. Apion. 1, 17. bell. 6, 3. 1. — etiam sylva, Iob. 38, 40. Ies. 10, 17.) *.

Ὑμέναιος, αίου, ὁ, *Hymenaeus*, adversarius quidam Sauli, resurrectionem mortuorum negans; 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 2, 17.

Ὑμέτερος, α, ον, (ab ὑμεῖς) *vester*; diciturque a) de eo quod alii possident, Luc. 16, 12 τὸ ὑμέτερον, quod ipsi possidetis. Io. 8, 17 ὁ νόμος ὁ ὑμέτερος. Gal. 6, 13 ἡ ὑμετέρα σάρξ. (Gen. 9, 5 τὸ ὑμέτερον αἷμα.) 2 Cor. 8, 8 ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, amor (erga fratres) qui in vobis est. — b) quod ad eos pertinet; Luc. 6, 20 ὑμετέρα ἐστὶ ἡ βασιλ. τοῦ θεοῦ. Act. 27, 34 σωτηρία. (Prov. 1, 26 ἀπώλεια. Amos. 6, 2.) Io. 7, 6 ὁ καιρὸς ὁ ὑμέτ. vobis aptus vel destinatus. — c) quod effecerunt, Io. 15, 20 τὸν ὑμέτ. λόγον. Rom. 11, 31. — d) quod de iis agit, circa eos versatur; 1 Cor. 15, 31 ἡ ὑμ. καύχησις, gloriandi materia de vobis. (Thucyd. lib. 1. c. 33 τοὺς Λακεδαιμονίους φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ πολεμησείοντας. Ioseph. ant. 1, 3. 8 ἐξύβριζον (sunt verba Dei) εἰς τὴν ἐμὴν εὐσέβειαν καὶ ἀρετήν.) *.

Ὑμνέω, ῶ, f. ήσω, part. aor. 1. ὑμνήσας (ab ὕμνος) — LXX pro הוֹדָה, הִלֵּל, זִמֵּר, שִׁיר — *hymnum dico, carmen cano*, Matth. 26, 30 ὑμνήσαντες psalmos paschales, videlicet Ps. 113—118. et Ps. 136 quos appellant Iudaei *Hallel magnum.* Marc. 14, 26. 2 Chron. 23, 13. Ies. 42, 10. Prov. 1, 20. 8, 3. — *carmine celebro, laudo* simpliciter, τὸν θεόν, Act. 16, 25. Hebr. 2, 12. (Ies. 12, 4. 25, 1. 2 Chron. 29, 30. Ps. 22, 23. Ies. 12, 5. Pind. Isl. 3, 12. Ioseph. ant. 7, 12. 3 ὑμνεῖν τὸν θεόν. ib. 4, 6. 5. Id. c. Apion. 2, 31 ὑμνοῦσιν τὴν Σπάρτην ἅπαντες.) *.

Ὕμνος, ου, ὁ, (ab ὑδέω s. ὕδω, carmine laudo, alii ducunt ab ὄνομα), *carmen*, cantus, quo laudatur nomen alicuius, (Hom. Odyss. 8, 429.) — inprimis *carmen in laudem Dei*; Eph. 5, 19. Col. 3, 16. — (LXX pro שִׁיר Ies. 42, 10. תְּהִלָּה 2 Chron. 7, 6. Ps. 40, 4. 65, 1. 100, 3. 1 Macc. 13, 51. 2 Macc. 10, 7. Ioseph. ant. 7, 12. 3 ὁ Δαυΐδης ᾠδὰς εἰς τὸν θεὸν καὶ ὕμνους συνετάξατο. ib. 3, 3 ὕμνους εἰς θεόν.) *.

Ὑπάγω, imperf. ὑπῆγον, (ex ὑπό et ἄγω) I) transitive: subigo, subduco; propr. Exod. 14, 21 pro הוֹלִיךְ, ὑπήγαγε κύριος τὴν θάλασσαν. Hom. Iliad. 11, 136. — med. subiicio mihi, Ioseph. ant. 7, 12. 4 χώρας ὑπάγεσθαι. — II) intransitive:

1) *me subduco*, Io. 6, 67. — *abeo, discedo*, Matth. 4, 10 ὕπαγε, — aliis in locis additur ὀπίσω μου, Matth. 16, 23. Marc. 8, 33. Luc. 4, 8. vid. Ὀπίσω. Marc. 6, 31 οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες, turba advenientium et discedentium. Marc. 6, 33. — Io. 3, 8 de vento. — Io. 4, 16. 8, 14. 18, 8. — seq. εἰς, εἰς τὸν οἶκον Matth. 9, 6. Marc. 2, 11. 5, 19. vid. etiam Matth. 20, 4. 7. Io. 7, 3. Apoc. 13, 10 εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει, captivus erit. Apoc. 17, 8. 11 μέλλει εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν. — ὕπαγε est dimittentis, Matth. 8, 13. 32. 20, 14. Marc. 7, 29. 10, 52. Luc. 10, 3. Io. 11, 44 ubi passim intelligi potest εἰς εἰρήνην, ut Marc. 5, 34. sive ἐν εἰρήνῃ, ut Iac. 2, 16. — Sequente πρός, — πρὸς τὸν πατέρα, discedere ex hac vita ad patrem, Io. 7, 33. 13, 3. 16, 5. 10. 16. 17. — ὑπάγω simpliciter videlicet πρὸς τὸν πατ., Io. 8, 21. 22. 13, 33. 36. 14, 4. 5. 28. — Elliptice ὑπάγειν est positum

Matth. 26, 24. Marc. 14. 21 ubi alii addunt: ex vita, s. in mortem, alii rectius (vid. Io. 14, 31) in montem olivarum.

2) eo, *proficiscor*, *prodeo*, *hingehen*, Matth. 26, 18 εἰς τὴν πόλιν. Marc. 11, 2. 14, 13. Luc. 8, 42. 17, 14. 19, 30. Io. 9, 7. 11. 11, 8. 31 εἰς τὸ μνημεῖον. c. 12, 11 ὑπῆγον, i. e. multi discesserunt a partibus procerum Iudaeorum; vel, ut alii malunt, discesserunt s. abierunt Bethaniam. Io. 12, 35. 15, 16. 21, 3 ὑπάγω ἁλιεύειν, piscatum eo. 1 Io. 2, 11. Apoc. 14, 4. — de navigantibus, Io. 6, 21 εἰς ἣν (γῆν) ὑπῆγον, ad quam cursum direxerant. — μετά τινος, cum aliquo, Matth. 5, 41. Luc. 12, 58. — Haud raro ὑπάγει et inprimis imperativus ὕπαγε, ut πορεύου, praefigitur verbo, quod actionem continet ita, ut actio plenius describatur; Matth. 5, 24 ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι. c. 8, 4 ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον. 13, 44 ὑπάγει καὶ πωλεῖ. 18, 15. 19, 21. 21, 28. 27, 65. 28, 10. Marc. 1, 44. 6, 38. 10, 21. 16, 7. Apoc. 10, 8. 16, 1. *.

Ὑπακοή, ῆς, ἡ, (ab ὑπακούω) proprie: auscultare et respondere, (2 Sam. 22, 36 pro עֲנוֹת et Aquil. 2 Sam. 23, 23 pro מִשְׁמַעַ) *obedientia*, *animus ad obediendum promptus*; Rom. 6, 16 δοῦλοι εἰς ὑπακοήν, servi ad obedientiam obstricti. Phil. v. 21. — *obsequium*, obedientia, quae audit et peragit mandata; Rom. 5, 19. c. 6, 16 δοῦλοι ὑπακοῆς, obstricti ad obedientiam. 16, 19. 2 Cor. 7, 15. 10, 6. Hebr. 5, 8. 1 Petr. 1, 14 τέκνα ὑπακοῆς i. e. ὑπακούοντες. — Rom. 15, 18 εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, ut gentiles ad obsequium Christo praestandum adducerem. Genitivus, vi verbi ἀκούειν additus, etiam eum, cui obsequium praestandum est, indicat; Rom. 1, 5 εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ut gentes permoveam ad obsequium quod in fide, Christo habenda, est conspicuum. Rom. 16, [*Griesb.* 14.] 26. 2 Cor. 10, 5 εἰς τὴν ὑπακοὴν Χριστοῦ, vid. αἰχμαλωτίζω. 1 Petr. 1, 2 εἰς ὑπακοὴν Χριστοῦ, ut obediant Christo. ibid. 1, 22 ὑπακοὴ τῆς ἀληθείας. — (Period. Ioann. apud *Birch*. p. 270 ὑπακοὴν πληρώσας. Apud profanos non legitur.) **.

Ὑπακούω, f. ούσω, (ex ὑπό et ἀκούω) 1) *ausculto* (Hom. Odyss. 14, 485); in specie de ianitore, qui pulsato ostio, quis sit, auscultat, ut docuerunt e profanis *Raphel.* e Xenoph. p. 159 et *Elsner*. in obss. s. I, p. 411. (Demosth. p. 1149. 27 ed. *Reisk.* τὴν ἄνθρωπον τὴν ὑπακούουσαν, ancillam cuius sunt partes, ut ad herum intronuntiet, si qui sit, qui eum conventum velit.) Ita in N. T. Act. 12, 13 ὑπακοῦσαι, auscultatum. (LXX pro הִקְשִׁיב Prov. 2, 2 ὑπακούσεται σοφίας τὸ οὖς σου.) — 2) ausculto et respondeo, (Hom. Odyss. 4, 283. 10, 83), ausculto et obedio mandato, *aures praebeo*, *obsequium praesto*; Phil. 2, 12 καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, ut semper obedientes fuistis. Hebr. 11, 8 ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν, obediens (Deo) egressus est. — ὑπακούειν τινί, obedire alicui, aures ei praebere, Matth. 8, 27. Marc. 1, 27. 4, 41. Luc. 8, 25. 17, 6. Act. 6, 7 τῇ πίστει, religioni nomen dederunt. Rom. 6, 16. 10, 16. Ephes. 6, 1. 5. Col. 3, 20. 22. 2 Thess. 1, 8. 3, 14. Hebr. 5, 9. 1 Petr. 3, 6. — Rom. 6, 12 εἰς τὸ ὑπακούειν videl. αὐτῇ, ut addit textus vulgar. — Rom. 6, 17 ὑπηκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς, ex attractione pro: ὑπηκούσατε τῷ τύπῳ τῆς διδαχῆς, εἰς ὃν παρεδόθητε. — (LXX hoc sensu pro עָנָה et שָׁמַע, seq. dativo Gen. 39, 10. Deut. 20, 12. Ioseph. ant. 3, 8. 6 ὑπήκουον τοῖς λεγομένοις. ib. 5, 4. 1 τοῖς νόμοις. — seq. genitivo, ut saepius apud profanos, Gen. 16, 2. 22, 18. Lev. 26, 27. Deut. 21, 20.) *.

Ὕπανδρος, ον, (ex ὑπό et ἀνήρ) viro subiectus; — γυνὴ ὕπανδρος, *uxor maritum habens*; semel Rom. 7, 2. (LXX Num. 5, 29 pro תַּחַת אִישׁ. Sir. 9, 9. 41, 22. Test. XII patr. p. 579 τὰς ὑπάνδρας βεβηλώσητε.) — (De meretrice videtur dici Prov. 6, 24. 29. Test. XII patr. p. 524 θήλεια ὕπανδρος.)

Ὑπαντάω, ῶ, aor. 1. ὑπήντησα, (ex ὑπό et ἀντάω s. ἀντιάω, occurro, quod ab ἀντί s. ἀντία obviam) *obviam eo*, *occurro*, seq. dativo, Matth. 8, 28. Luc. 8, 27. Io. 11, 20. 30. 12, 18. (Tob. 7, 1. Pind. Py. 8, 84. Ioseph. bell. 1, 1, 5. ant. 14, 13. 3.) *.

Ὑπάντησις, εως, ἡ, (ab ὑπαντάω) *obviam ire*; Io. 12, 13 ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν, obviam. (LXX Iud. 11, 34 ἐξεπορεύετο εἰς ὑπάντησιν, hebr. לִקְרָאתוֹ. Evang. Nicod. p. 143. Ioseph. ant. 11, 8. 4 ποιεῖσθαι τὴν ὑπάντησιν.) *.

Ὕπαρξις, εως, ἡ, (ab ὑπάρχω) 1) esse, vivere; Philo de praem. p. 917 B. — 2) id quod ad alendam vitam pertinet: *opes*, *facultates*, *bona*; bis: Act. 2, 45. Hebr. 10, 34 ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, bona in coelo recondita. (LXX pro הוֹן Prov. 13, 11. 18, 11. 19, 14. רְכוּשׁ 2 Chron. 35, 7. Dan. 11, 24. pro מִקְנֶה Ps. 78, 48. Ier. 9, 10. Test. XII patr. p. 583 ἡ γῆ καὶ ἡ ὕπαρξις αὐτῆς ἀφανισθήσεται. Polyb. 2, 27.) *.

Ὑπάρχω, imperf. ὑπῆρχον, (ex ὑπό et ἄρχω) 1) initium facio rei; ordior rem; (Demosth. p. 1345. 7 ed. *Reisk.* οὐχ ὑπάρχων (τὰς ἔχθρας) ἀλλὰ τιμωρούμενος ἀγωνοῦμαι τὸν ἀγῶνα. ib. p. 12. 1. Eurip. Phoen. v. 1619.) — 2) *adsum*, *in promptu*, *praesto sum*; Act. 19, 40 μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος. 27, 21. 28, 18. c. 27, 12 τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος. — seq. dativo, de iis, *quae* nobis *praesto sunt*, quibus *uti*, *frui* possumus, quae *possidemus*; Act. 3, 6 ἀργύριον οὐχ ὑπάρχει μοι. Act. 4, 37 ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ. ib. 28, 7. 2 Petr. 1, 8. (Prov. 17, 18 φίλος ὑπαρχέτω σοι. Esth. 8, 1. Iob. 2, 4. Sir. 20, 16. Ioseph. ant. 7, 7. 3.) — Hinc τὰ ὑπάρχοντα, *facultates*, *opes*, Matth. 19, 21. 24, 47. 25, 14. Luc. 8, 3. 11, 21. 12, 15. 33. 44. 14, 33. 16, 1. 19, 8. Act. 4, 32.* 1 Cor. 13, 3. Hebr. 10, 34. (LXX pro מִקְנֶה Gen. 31, 18. 36, 6. 46, 6. רְכוּשׁ Gen. 12, 5. 13, 6. 2 Chron. 31, 3.) — 3) i. q. εἰμί, *sum*, a) absolute: (Ps. 55, 19 ὁ θεὸς ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Ps. 146, 1. Sir. 44, 9.) — b) cum praedicato: *sum aliquis*, *aliquid*, et dicitur de natura, conditione externa, agendi ratione etc. alicuius; Luc. 8, 41 ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε. 9, 48 μικρότερος ὑπάρχων. 11, 13 πονηροί. 16, 14 φιλάργυροι. 23, 50 βουλευτής. 2, 30 προφήτης. 3, 2 χωλός. [14, 8.] Vid. porro Act. 4, 34. 7, 55. 8, 16. 16, 3. 20. 37. 17, 24. 29. 19, 36. 21, 20. 22, 3. Rom. 4, 19. 1 Cor. 11, 7. 12, 22. 2 Cor. 8, 17. 12, 16. Gal. 1, 14. 2, 14. Iac. 2, 15. 2 Petr. 2, 19. (Evang. Nicod. p. 63.) — Act. 17, 27 οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑκάστου ἡμ. ὑπάρχων. 1 Cor. 7, 26 νομίζω τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν. — c) seq. praepositione ἐν: *sum*, *versor* in aliqua conditione, in aliquo loco, nostrum: *sich befinden*, Luc. 7, 25 οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες. 16, 23 ὑπάρχων ἐν βασάνοις. Act. 4, 34 οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς. 5, 4 τὸ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε. 10, 12 ἐν ᾧ ὑπῆρχε. 1 Cor. 11, 18 σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν. Phil. 2, 6 ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων. 3, 20. (Ier. 4, 14. Ioseph. ant. 7, 13. 2 ἐν συμφοραῖς ὑπάρχοντες.) — *versor* in aliqua re, *studiose ago* illam; 2 Petr. 3, 11 ποταπούς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις. — seq. πρός, *cedit in*, nostrum: gereichen zu etwas, Act. 27, 34 τοῦτο πρὸς τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν ὑπάρχει. *.

Ὑπείκω, (ex ὑπό et εἴκω, cedo) *cedo alicui*, non diutius resisto; seq. dativo Hebr. 13, 17 πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε, ubi in discernendis πείθεσθε et ὑπείκετε non argutandum; utrumque enim coniunctim describit obsequium, quod cedit aliorum admonitionibus et eorum praeceptis se duci patitur. (Hom. Odyss. 12, 117. Iliad. 16, 211. 4 Macc. 6, 35 τῶν ἡδονῶν κρατεῖν, μηδὲ αὐταῖς ὑπείκειν.) *.

Ὑπεναντίος, ία, ίον, (ex ὑπό et ἐναντίος) propr. qui aliquo modo, vel clam adversatur; deinde i. q. ἐναντίος, *adversarius*, *inimicus*; ὑπεναντίος εἰμί τινι, adversor alicui, Col. 2, 14. — ὁ ὑπεναντίος, adversarius, Hebr. 10, 27. (Ita LXX saepe pro אוֹיֵב Lev. 26, 16. Exod. 23, 27. — צַר Deut. 32, 27. Ies. 26, 11. Sap. 11, 9. 18, 8.) *.

Ὑπέρ, praeposit. *super*, *supra*, nostrum *über*; hebr. עַל. — Secum habet

1) *genitivum*, et est *super*, *über*, diciturque 1) de *loco*, super quo. (Hom. Iliad. 11, 106. 15, 433. Esdr. 9, 6. Iob. 29, 3.) — Ita fortasse Rom. 9, 27 Ἡσαΐας κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ, quasi loco alto stans super coetum populi exclamat. Alii: *de*, ut in locis no. 2 laudatis. (Hom. Iliad. 18, 228 τρὶς μὲν ὑπὲρ τάφρου μεγάλ᾽ ἴαχε δῖος Ἀχιλλεύς, ter supra fossam alta voce clamavit etc.)

2) de *obiecto*, *de quo* agitur: *de*, *quod attinet ad*, *ratione habita*, nostrum: *über*, *in Betreff*; 2 Cor. 1, 7 ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν, spes mea firma est quod ad vos attinet, de vobis. ib. v. 8 οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ὑπὲρ τῆς θλίψεως ἡμῶν, ὅτι κ. τ. λ. (Ioseph. ant. 12, 3. 3 μαρτυρῶ ὑπὲρ ὧν κ. τ. λ.) 2 Cor. 8, 23 εἴτε ὑπὲρ Τίτου, sive igitur quaeratur de Tito. 2 Cor. 12, 8 ὑπὲρ τούτου, quod ad hunc attinet. 2 Thess. 2, 1 ὑπὲρ τῆς παρουσίας, quod attinet ad, in Betreff. — Καύχημα ὑπέρ τινος, gloriatio de aliquo, 2 Cor. 5, 12. 7, 4. 14. 8, 24. 9, 2. 3. 12, 5. 2 Thess. 1, 4.

(2 Sam. 18, 5 ἐντελλόμενος ὑπὲρ Ἀβεσσαλώμ, hebr. עַל־דְּבַר. 2 Chron. 31, 9 ἐπυνθάνετο ὑπὲρ τῶν σωρῶν. Iudith. 15, 4 ἀπαγγέλλοντες ὑπὲρ τῶν συντετελεσμένων. Tob. 6, 15. Ioseph. ant. 15, 3. 6 ὁμιλίαι ὑπὲρ τῆς Ἡρώδου πρὸς αὐτὴν εὐνοίας. Demosth. p. 554. 11 ed. *Reisk.* ἡ βουλὴ ὑπὲρ Ἀριστάρχου. Polyb. 1, 14. 1.)

3) de *causa* et *ratione: propter, causa, gratia, um-willen,* Rom. 15, 8 ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ, propter veracitatem Dei, ut verax Deus appareat. 1 Cor. 4, 6 ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου, ne alius unius doctoris (vel mea vel Apollinis) causa se efferat contra alium. 1 Cor. 15, 29 βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Phil. 2, 13 ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, illius, qua erga nos est, benevolentiae causa, wegen *des* Wohlgefallens, das er an uns als solchen hat, die an Christum glauben. Caeterum vid. ἐνεργέω. Alii vertunt: pro benignitate sua. 3 Io. v. 7 ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος ἐξῆλθον, nominis Christi causa egressi sunt. Ita etiam: gratias agere ὑπέρ τινος, alicuius rei causa, Rom. 1, 8. 15, 9. 1 Cor. 10, 30. Eph. 1, 16. 5, 20. — Neque aliter in locutionibus: ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος Χριστοῦ πάσχειν, ἀτιμάζεσθαι, ἐξέρχεσθαι, Act. 5, 41. 9, 16. 15, 26. 21, 13. Rom. 1, 5. (4 Macc. 1, 9 τῶν ὑπὲρ τῶν θεοῦ νόμων ἕως θανάτου πόνων ὑπεριδόντες.) Vid. porro 2 Cor. 1, 6. 12, 10 στενοχωρίαι ὑπὲρ Χριστοῦ. v. 15. 19. Eph. 3, 1. 13. Col. 1, 24. 4, 13. Phil. 1, 29. 2 Thess. 1, 5 quibus in locis ὑπέρ utrumque, quum causam tum finem, quippe saepius non multum inter se differentes, indicare et esse potest aeque *propter* ac *pro, in commodum.* — (Hom. Iliad. 6, 524. Eurip. Orest. 1232. Ioseph. ant. 4, 8. 39. Xenoph. anab. 1, 7. 3.) — Eodem modo in adhortatione et obsecratione ὑπέρ est *causa,* propter, ut in nostro: bitten um Gottes willen; 2 Cor. 5, 20 δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, obsecro per Christum. (Saepe apud Homer. ut Odyss. 15, 261. Iliad. 22, 338. 24, 466. Apoll. Rhod. 3, 701.)

4) de eo *pro* quo, a quo, quasi inclinati super eo, aliquid arcemus, quem defendimus; i. e. a) in *cuius commodum;* precari ὑπέρ τινος, Matth. 5, 44. Luc. 6, 28. Act. 8, 24. 12, 5. Rom. 10, 1. 15, 30. 2 Cor. 1, 11. 9, 14. Eph. 6, 19. Phil. 1, 4. 7. Col. 1, 9. 4, 12. 1 Tim. 2, 1. Iac. 5, 16. (2 Macc. 12, 44. Test. XII patr. p. 684.) — Ἐντυγχάνειν ὑπέρ τινος, Rom. 8, 26. 27. 34. Hebr. 7, 25. 9, 24. — Porro Marc. 9, 40 ὃς οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστι. Luc. 9, 50. Io. 11, 4 αὕτη ἡ ἀσθένειά ἐστι ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, i. e. cedit in commodum gloriae divinae. Act. 26, 1 ὑπὲρ σεαυτοῦ λέγειν. Rom. 8, 31 θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν. 1 Cor. 12, 25. 2 Cor. 5, 20 ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ubi multi ὑπέρ interpretantur: *loco;* sed est: pro Christi commodo, in commodum rei christianae, ut legitur Eph. 6, 20 ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου πρεσβεύω. 2 Cor. 7, 7. 12. 8, 16. 13, 8. Phil. 4, 10. (vid. Ἀναθάλλω). Col. 1, 7. Hebr. 5, 1 ὑπὲρ ἀνθρώπων, in hominum commodum. Hebr. 13, 17 ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. (Sap. 16, 24 εἰς εὐεργεσίαν ὑπὲρ τῶν εἰς σὲ πεποιθότων.) — b) *pro* i. e. *pro eo, quod; loco,* et indicat, rem cum re permutari, alteram pro altera dari, eius loco esse; ita multi 2 Cor. 5, 20 (vid. antecedentia). Philem. v. 13 ὃν ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ μοι διακονῇ. (Sir. 29, 15 χάριτας ἐγγύου μὴ ἐπιλάθῃ, ἔδωκε γὰρ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ σοῦ. 4 Macc. 6, 28 ἀρκεσθεὶς τῇ ἡμετέρᾳ ὑπὲρ αὐτῶν (reliquorum) δίκῃ, coll. v. 29. Ioseph. ant. 7, 9. 4 δίκη ὑπὲρ ὧν ἥμαρτεν. [illegible] 3. 3 ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τελεῖν. Thucyd. 1, 41. Polyb. 3, 67. 7.) — In locutionibus: *mori, sacrificium offerre, se devovere* ὑπέρ τινος, ὑπέρ utroque sensu, ut sit et *loco* et *pro,* s. *in commodum,* accipi saepe potest, quum utrumque, quod ad sensum attinet, fere eodem redeat. Ita διδόναι σῶμα, ἑαυτὸν ὑπὲρ ἀνθρώπου τινός, est: morti se dare *loco* alterius; et: eius *in commodum* poenam aliquam pati, eumque a poena, quam meruerat, liberare, Luc. 22, 19. 20. Rom. 8, 32. 1 Cor. 11, 24. Gal. [1, 24.] 2, 20. Eph. 5, 25. 1 Tim. 2, 6 δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. Tit. 2, 14. Io. 6, 51 ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, tanquam ἀντίλυτρον, pro quo poena mortis sublata vita hominibus restituitur. — τίθημι τὴν ψυχήν μου ὑπέρ τινος, animum pono pro alio, ut ille evadat mortem, Io. 10, 11. 15. 13, 37 sq. 15, 13. 1 Io. 3, 16. — ἀποθνήσκειν ὑπέρ τινος, eodem sensu, mori pro altero, ut ille a morte vel alio gravi malo liberetur; Io. 11, 50 συμφέρει, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. v. 51. 52. 18, 14. Rom. 5, 6. 7. 8. 14, 15. 1 Cor. 15, 3. 2 Cor. 5, 15 εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων (ad ferendam poenam, quam omnes meruerant) ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον. v. 21. 1 Thess. 5, 10. Hebr. 2, 9. — πάσχειν ὑπ. τ. eodem sensu, 1 Petr. 2, 21. 3, 18. 4, 1. — θυσίαν, αἷμα προσφέρειν (τῷ θεῷ) ὑπὲρ ἀνθρώπου, pro homine, i. e. ita ut θυσία sit pro pretio redemtionis a poena, Act. 21, 26. Eph. 5, 2. (2 Macc. 1, 26. 3, 32. 4, 11.) — ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, pro poena peccati, Hebr. 5, 1. 3. 7, 27. 9, 7. 10, 12. 3 Esdr. 7, 8. (Ioseph. ant. 3, 8. 6.) — Io. 17, 19 ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. Rom. 9, 3 ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν. c. 16, 4 ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν. 1 Cor. 1, 13 μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη (i. e. mortem passus est) ὑπὲρ ὑμῶν. ib. 5, 7 τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη, Χριστός, Christus factus est pro nobis sacrificium paschale. Gal. 3, 13 γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Hebr. 6, 20 ὑπὲρ ἡμῶν (sacrificaturus) εἰσῆλθεν.

II) cum *accusativo* est *supra, darüber hinaus, supra, ultra,* et dicitur a) de loco, proprie: *supra quem;* (Hom. Iliad. 5, 16. Polyb. 3, 84. 9.) — b) metaph. de loco honoris, de auctoritate: *super;* Matth. 10, 24 οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον. Luc. 6, 40. — Eph. 1, 22 κεφαλὴ ὑπὲρ πάντα. Phil. 2, 9 ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. (Aesch. dial. 3, 6.) — c) in comparatione, α) sine comparativo: *ultra, plus quam, magis quam, mehr als,* Matth. 10, 37 ὁ φιλῶν μητέρα ὑπὲρ ἐμέ. Act. 26, 13 φῶς ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου. 2 Cor. 1, 8. 8, 13. Gal. 1, 14. Eph. 3, 20. Phil. v. 16 ὑπὲρ δοῦλον, er ist mir mehr als Diener. — ὑπὲρ ὅ, *ultra quam,* 1 Cor. 4, 6. 10, 13. 2 Cor. 12, 6. Phil. v. 21. — (Hom. Iliad. 3, 59 κατ' αἶσαν, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν, non supra modum. ib. 6, 487. 17, 321. 327. 1 Sam. 15, 22 ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθή. Thren. 4, 7. Sir. 8, 13. Test. XII patr. p. 684 ἐάν τις ὑπὲρ ὑμᾶς εὐοδοῦται. Ioseph. ant. 17, 11. 1.) — β) cum comparativo: *quam,* Luc. 16, 8 φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτός. Hebr. 4, 12 τομώτερος ὑπέρ. (1 Reg. 19, 4 κρείσσων εἰμὶ ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου. Cohel. 6, 3. 9. 7, 1.) — Item ubi comparativus latet in verbo, 2 Cor. 12, 13 ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας, caeteris coetibus deteriores estis; cogitatur enim directio ad inferiora. (Ioseph. vit. §. 13 κἀγὼ μόνος, ἡττώμενος ὑπὲρ δύο, τὴν ἡσυχίαν ἦγον.) — γ) absolute, ubi adverbialiter pro μᾶλλον; 2 Cor. 11, 23 διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; ὑπὲρ ἐγώ, ego multo magis. (Ita ὑπέρ, ἐν, etiam πρός et μετά dici apud profanos, praesertim apud poetas, exemplis docuit *Kypkius* in obss. s. T. II. p. 269.) — In compositionibus significat, 1) esse supra, — 2) circumdare, operire, tegere, — 3) limites transgredi, nimis, valde, longe. *.

Ὑπεραίρω, (ex ὑπέρ et αἴρω) tollo supra, extollo super aliquid, supero; Ps. 38, 4. Ioseph. c. Apion. 1, 31. — Medium: me effero; metaphor. *efferor,* videl. alios spernendo et de me supra modum statuendo; ter: 2 Cor. 12, 7. 2 Thess. 2, 4. (2 Macc. 5, 23.) *.

Ὑπέρακμος, ον, (ex ὑπέρ et ἀκμή flos aetatis) *qui florem aetatis excessit, exolutus, überreif, veraltert;* ἅπαξ λεγόμενον N. T. 1 Cor. 7, 36 de virgine, quae aetatis florem excessit. Suid. ὑπέρακμος· ὑπερβᾶσα τὴν ὥραν.

Ὑπεράνω, (ex ὑπέρ et ἄνω) adv. seq. genitivo: *longe supra, supra;* (Aelian. V. H. 9, 7. Polyb. 12, 24. 1) — in N. T. de loco, Eph. 4, 10. Hebr. 9, 5. (Ezech. 1, 26. 8, 2. 10, 19. 43, 16. Ioseph. ant. 3, 7. 2. — de tempore Hag. 2, 16.) — de dignitate et imperio, Eph. 1, 21. (Deut. 28, 1 δώσει σε Κύριος ὑπεράνω πάντων ἐθνῶν. ib. 26, 19.) *.

Ὑπεραυξάνω, (ex ὑπέρ et αὐξάνω) *ulterius cresco, maiora incrementa capio;* semel de fide, 2 Thess. 1, 3.

Ὑπερβαίνω, (ex ὑπέρ et βαίνω, gradior, scando, eo) gradior supra, transgredior, (τὸ γείσιον, septa, Ioseph. bell. 6, 2. 4. fines, Iob. 38, 11), supero (τεῖχος. Ps. 18, 32. 2 Sam. 18, 23. Iob. 9, 11 pro עָבַר, — etiam antecello, 3 Macc. 6, 24. Ioseph. ant. 8, 13. 1.) — *transgredior iustos limites,* et ita metaphor. ὑπερβ. πρόσταγμα Ier. 5, 22. νόμον, Diod. Sic. 17, 34. καιρόν, tempus iustum, Sir. 20, 7. — Hinc absolute: *nimius sum, iustos limites excedo, plus aequo intendo;* 1 Thess. 4, 6 τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν, (Dei mandatum est), ne nimii sitis (in quaerendo lucro), ita ut iniusto modo etc. *.

Ὑπερβαλλόντως, (ab ὑπερβάλλω) adv. *supra modum, vehementer;* 2 Cor. 11, 23. (Iob. 15, 11. Xenoph. Agesil. 1, 36. Polyb. 5, 43. 8.) *.

Ὑπερβάλλω, (ex ὑπέρ et βάλλω) 1) propr. metam iaciendo supero, transscendo, Ioseph. ant. 17, 5. 1. Xenoph.

anab. 4, 6. 5 τὸ ὄρος. — 2) *supero, longe superior sum, excello;* Ioseph. ant. 2, 2. 1 ὑπερέβαλε πλούτῳ τοὺς ἰσχυρούς. — particip. ὑπερβάλλων, modum excedens, vehementissimus (2 Macc. 4, 13. 7, 42), *eximius, excellens;* δόξη 2 Cor. 3, 10. χάρις 2 Cor. 9, 14. μέγεθος Eph. 1, 19. πλοῦτος Eph. 2, 7. — Eph. 3, 19 τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, i. e. maiorem, quam quae ab omni parte recte cognosci possit. (Ioseph. ant. 4, 2. 2 ἐν ὑπερβαλλούσῃ τιμῇ.) *.

Ὑπερβολή, ῆς, ἡ, (ab ὑπερβάλλω) traiectio; — metaphor. modum et limites excedere; dicitur de *abundantia, magnitudine, vehementia, excellentia, praestantia.* 2 Cor. 4, 7 ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως. 12, 7 τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων. (Ioseph. bell. 6, 7. 3 δι' ὑπερβολὴν ὠμότητος. Id. ant. 10, 2. 1 διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς νόσου. ant. 12, 2. 8 ὑπερβολὴ τοῦ μεγέθους. Phil. lib. 2. alleg. ὑπερβολὴ πλούτου). — *Καθ' ὑπερβολήν*, adverbialiter: a) *ultra limites*, i. e. magis quam opus est, ultra ea, quae officii sunt; 1 Cor. 12, 31 καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι, adhuc, ut superflui quid faciam [iam enim docuerat], viam monstrabo. — b) *supra modum, graviter, vehementer,* 2 Cor. 1, 8. Gal. 1, 13. — c) *multo magis, quam maxime,* Rom. 7, 13 ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία, ut appareat peccatum eo, quod per legem sua natura bonam mortem efficit, — ut, inquam, sit et cognoscatur per legem quam maxime ἁμαρτωλόν, improbum et perniciosum. — *Εἰς ὑπερβολήν*, (Aelian. var. hist. 12, 1) i. q. καθ' ὑπερβολήν; utrumque coniunctim, more Hebraeorum, superlativum efficit: καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολήν, *ultra omnem modum;* 2 Cor. 4, 17. *.

Ὑπερεῖδον, (ex ὑπέρ et εἶδον quod vid.) proprie; *videre nolo, darüber hin, darüber wegsehen,* quod est vel negligo, non curo, non aestumo (Ps. 55, 1. et ὑπερορᾶν Ioseph. bell. 3, 2. 3), vel contemno, despicio (Gen. 42, 21. Num. 31, 16. 4 Macc. 1, 9. 9, 6 ὑπεριδόντες τὰς βασάνους. Antonin. 5, 31), vel ubi de peccato sermo est: non punio (Ioseph. ant. 2, 6. 9). Semel Act. 17, 30 ubi ὑπεριδών alii: negligens, non curans, i. e. perferens (Ioseph. ant. 9, 9. 2); alii: non puniens, i. e. condonans. — LXX pro הֶעְלִים Lev. 20, 4. pro הִתְעַלֵּם Deut. 22, 1—4. הִתְעַבֵּר Deut. 3, 26. Ps. 78, 59. 62. מָאַס Lev. 26, 43 sq. — רָאָה Gen. 42, 21, Iob. 31, 19. vid. etiam Tob. 4, 3. 3 Esdr. 2, 20. Sap. 19, 21, Sir. 2, 11. 23, 11. 38, 17.

Ὑπερέκεινα, (ὑπὲρ ἐκεῖνα) adv. *trans, ultra,* seq. genitivo. 2 Cor. 10, 16 εἰς τὰ ὑπερέκεινα (μέρη) ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, ut etiam ultra vestram regionem et urbem evangelium perferam. (Improbatur hoc adv. grammaticis veteribus. Vid. Thom. Mag. p. 336.) *.

Ὑπερεκπερισσοῦ, (ἐκ περισσοῦ καὶ ὑπέρ) adv. abundanter et ultra, i. e. *ultra modum, quam maxime, vehementissime;* ter: 1 Thess. 3, 10. 5, 13 ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ, eos summo amore prosequi. (Boni libri hic etiam exhibent ὑπερεκπερισσῶς, quod idem significat, et quod recepit *Lachm.*) Eph. 3, 20 ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, dare multo maiora quam ab eo petimus. (Dan. 25 ἡ κάμινος ἐξεκαύθη ὑπερεκπερισσοῦ). Apud profanos non legitur. *.

Ὑπερεκπερισσῶς, *ultra modum;* 1 Thess. 5, 13. vid. Ὑπερεκπερισσοῦ.

Ὑπερεκτείνω, (ex ὑπέρ et ἐκτείνω) *ultra modum extendo;* — ἐμαυτόν, me extendo ultra iustos terminos; 2 Cor. 10, 14 οὐ γάρ, ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς non, quasi ad vos pertingere (vos docere) non potuissem, ultra quam fas esset me extendi; sensus: non iniusto aliquo et inhonesto modo, quasi iusto et honesto fieri non potuisset, conatus sum vobis tradere evangelium. (Lucian. Eunuch. 2 κεκραγότες καὶ ὑπερεκτεινόμενοι, sive, ut in edit. *Bipont.* T. V, p. 205 legitur, ὑπερδιατεινόμενοι.) *.

Ὑπερεκχύνω, (ex ὑπέρ et ἐκχύνω) supra modum effundo; — Passivum ὑπερεκχύνομαι, (abundanter effundor, Prov. 5, 16) *exundo, superfluo;* semel Luc. 6, 38 μέτρον ὑπερεκχυνόμενον. (Ioel. 2, 24 pro הֵשִׁיקוּ, ὑπερεκχυθήσονται αἱ ληνοὶ οἴνου καὶ ἐλαίου).

Ὑπερεντυγχάνω, (ex ὑπέρ et ἐντυγχάνω) *pro aliquo convenio s. adeo aliquem;* semel Rom. 8, 26. Vid. Ἐντυγχάνω.

Ὑπερέχω, (ex ὑπέρ et ἔχω) I) transitive, seq. accusativo: teneo supra aliquem aliquid; Hom. Iliad. 5, 433. — χεῖρά τινι, Hom. Iliad. 2, 426. Ioseph. ant. 6, 2. 2 παρακαλεῖ τὸν θεὸν ὑπερέχειν αὐτῶν τὴν δεξιὰν ἐν τῇ μάχῃ. — II) intransitive: *supero*, a) proprie: super aliquid promineo, me extendo, ich reiche über etwas hinaus. Hom. Iliad. 3, 210. 1 Reg. 8, 8 ὑπερεῖχε τὰ ἡγιασμένα, prominebant super sanctuaria, hebr. הָאָרִיךְ. Exod. 26, 13 τὸ ὑπερέχον τῶν δέῤῥεων, pro עֹדֵף. coll. Lev. 25, 27. — b) metaphor. *dignitate, imperio supero, summus sum;* de summis magistratibus, Rom. 13, 1 ἐξουσίαι ὑπερέχουσαι, magistratus, penes quos est summum imperium. 1 Petr. 2, 13 βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι, regi tanquam summo. (Hesych. ὑπερέχοντι· ἐξουσιάζοντι. Sap. 6, 5 οἱ ὑπερέχοντες, domini summi.) — Phil. 4, 7 ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, beneficia Dei quae omni cogitatione praestantiora sunt. — c) *emineo* ex aliis, elatior sum; metaph. *praesto, excello;* seq. genitivo, Phil. 2, 3 τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν, modestia ductus alter alterum habeat sibi praestantiorem. (Gen. 41, 40 τὸν θρόνον ὑπερέξω σου ἐγώ, hebr. אֶגְדַּל seq. מִ. Sir. 36, 7 ἡμέρα ἡμέρας ὑπερέχει. Aeschyl. Pers. 711. Antonin. 11, 14. Demosth. p. 689. 10 ed. *Reisk.* ὑπερέχειν τῶν πολλῶν). — τὸ ὑπερέχον substantive: *praestantia,* Phil. 3, 8. *.

Ὑπερηφανία, ας, ἡ, (ab ὑπερήφανος, quod vid.) hominum ὑπερηφάνων sentiendi agendique ratio, *fastus* in Deum (Ioseph. ant. 1, 11. 1.) et *superbia* in homines; semel Marc. 7, 22. (LXX saepius pro גַּאֲוָה Ps. 31, 23. Ies. 16, 6. גָּאוֹן Ps. 59, 13. Prov. 8, 13. vid. etiam Deut. 17, 12. Ps. 74, 4. 24. Tob. 4, 17. Sap. 5, 8. Sir. 10, 7. 12. 18. 1 Macc. 1, 23. 2 Macc. 5, 21. Psalt. Sal. 2, 2. 29. 4, 28. 17, 46. Xenoph. cyr. 5, 2. 27. Verbum ὑπερηφανέω, Ioseph. ant. 4, 3. 2. bell. 3, 1. 1. Psalt. Sal. 2, 1.) *.

Ὑπερήφανος, ον, (ex ὑπέρ et φαίνω) — 1) prominens, eminens; — metaph. praestans, splendidus, (Demosth. 173, 10 οἰκίας τῶν πολλῶν ὑπερηφανωτέρας). — 2) *superbus, animo elatus,* et ita nostris scriptoribus ὑπερήφανος dicitur homo, qui propter suam potentiam vel ferocitatem, cupiditatem, Deum eiusque praecepta, consilia, monita despicit et contemnit, nec Deum reveretur, in homines autem superbit eosque iniuria et contumelia afficit; *Dei contemtor, superbus in homines;* Luc. 1, 51. Rom. 1, 30. 2 Tim. 3, 2. Iac. 4, 6. 1 Petr. 5, 5. — (LXX pro גֵּאֶה Iob. 40, 12. Ps. 94, 2. זֵד Ps. 119, 21. Ier. 43, 2. רָם Iob. 38, 15. Ps. 18, 30. Ies. 2, 12. לֵץ derisor Dei, Prov. 3, 34. עָרִיץ tyrannus, Ies. 13, 11. vid. etiam Sap. 14, 6. Sir. 23, 7. Psalt. Sal. 2, 35. Ioseph. ant. 4, 8. 17 ὑπερήφανος τῶν νόμων, contemtor legis potentia sua fretus. Pind. Py. 2, 52 de ostentatore. ὑπερηφανῶς, Antonin. 9, 3.) *.

Ὑπερλίαν, (ex ὑπέρ et λίαν) adv. *ultra valde,* plus quam valde i. e. *maximopere, summe;* — cum articulo περιφράζει adiectivum, ὁ ὑπερλίαν, *summus, caeteris longe praestans;* 2 Cor. 11, 5 οἱ ὑπερλ. ἀπόστολοι. 12, 11. quod *Bertholdt* (Einleit. in d. heil. Schr. Vol. VI. p. 3320) ironice dictum putat coll. Gal. 2, 7. 9. (Similis compositio e praepositione et adverbio, a qua meliores scriptores abstinent, (*Lobeck.* ad Phryn. p. 45 sqq.) est ὑπεράγαν 2 Macc. 10, 34. ὑπεραγόντως 2 Macc. 7, 20. ὑπέρευ, Demosth. pro cor. p. 5.) *.

Ὑπερνικάω, ῶ, (ex ὑπέρ et νικάω) *multum supero, longe superior sum;* Rom. 8, 37. (Legitur etiam apud Leonem in Tactic. 14, 25 νικᾷ καὶ μὴ ὑπερνικᾷ. Socrat. h. eccl. 3, 21 νικᾶν καλόν, ὑπερνικᾶν δὲ ἐπίφθονον.) *.

Ὑπέρογκος, ον, (ex ὑπέρ et ὄγκος), 1) valde tumidus, magnae molis; (de numero magno, Ioseph. bell. 3, 10. 2 ὑπέρογκον τῶν πολεμίων πλῆθος, Aelian. V. H. 13, 1 τὸ ὑπέρογκον τοῦ σώματος.) — 2) metaph. *valde tumidus, fastuosus;* de magniloquentia; 2 Petr. 2, 18 ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι, inanem verborum tumorem sonantes. — Iud. v. 16 τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα (LXX ῥῆμα ὑπέρ. hebr. גָּדוֹל Exod. 18, 22. קָשֶׁה Exod. 18, 26. — Dan. 11, 36 λαλεῖν ὑπέρογκα ἐπὶ τὸν θεόν, נִפְלָאוֹת. coll. Deut. 30, 11. Test. XII patr. p. 690 ὑπέρογκος κακία). *.

Ὑπεροχή, ῆς, ἡ, (ab ὑπερέχω, quod vid.) propr. prominentia; — metaph. *superare* alios, *eminere* super

aliquid, vel potentia, vel honore, vel divitiis; a) de *summa potestate*, 1 Tim. 2, 2 βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων. (2 Macc. 3, 11 ἀνὴρ ἐν ὑπεροχῇ κείμενος. 2 Macc. 6, 23 τῆς τοῦ γήρως ὑπεροχῆς. Ioseph. ant. 9, 1. 1 οἱ ἐν ὑπεροχῇ διὰ πλοῦτον. Ignat. ad Smyrn. §. 7.) — b) de eo quod *eminet*, in utramque partem; 1 Cor. 2, 1 ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, eminente, omnes superante eloquentia vel sapientia usus. (2 Macc. 13, 6 ὑπεροχὴν κακῶν πεποιημένος, qui immania facinora patravit. Ioseph. ant. 6, 4. 3 πρὸς τὰς ὑπεροχὰς κακοήθεις. bell. 4, 3. 10.) *.

Ὑπερπερισσεύω, aor. 1. ὑπερεπερίσσευσα, (ex ὑπέρ et περισσεύω) *supra modum abundo*, longe supero abundantia, copia; — Rom. 5, 20 ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, gratia tanto magis in nostram salutem abundavit, peccatum longe superavit. — Ὑπερπερισσεύομαί τινι, *longe abundo aliqua re, ea abundanter fruor*; 2 Cor. 7, 4 τῇ χαρᾷ. — (Legiturne apud profanos?) *.

Ὑπερπερισσῶς, (ex ὑπέρ et περισσῶς) *abundanter, supra modum*; — *vehementissime*; ἅπαξ λεγόμενον N. T. Marc. 7, 37 ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο.

Ὑπερπλεονάζω, aor. 1. ὑπερεπλεόνασα, (ex ὑπέρ et πλεονάζω) supra modum copiosus sum, *abundanter adsum s. efficax sum*; semel 1 Tim. 1, 14 ὑπερεπλεόνασεν δὲ ἡ χάρις, i. e. ἐπλεόνασεν δὲ ἡ χάρις ὑπὲρ τὴν ἐμὴν ἄγνοιαν s. ἀπιστίαν, gratia largior fuit, efficacior quam inscitia mea. — Legitur praeterea ut sit: abundanter habeo, Psalt. Sal. 5, 19 ἐὰν ὑπερπλεονάσῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐξαμαρτάνει. ἱκανὸν τὸ μέτριον ἐν δικαιοσύνῃ. *.

Ὑπερυψόω, ῶ, aor. 1. ὑπερύψωσα, (ex ὑπέρ et ὑψόω) *in altiorem locum eveho*; semel, Phil. 2, 9 θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, exaltavit eum super omnia, in coelum, ad se illum elevans. Alii tropice: *potestate et dignitate summa induo*. (Ps. 97, 9 σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς, pro נַעֲלֵיתָ. coll. Ps. 37, 35. — est etiam: summis laudibus effero, Dan. 4, 34. Cant. tr. puer. v. 28. 29.)

Ὑπερφρονέω, ῶ, (ex ὑπέρ et φρονέω) — φρονεῖν ὑπέρ τινος, i. e. non curare, contemnere, despicere, seq. genitivo; 4 Macc. 16, 2. Ioseph. ant. 1, 11. 4. — *praeclare de me statuo*, eine hohe Vorstellung von sich, ein hohes Selbstgefühl haben; Rom. 12, 3. (Ioseph. ant. 1, 11. 1 οἱ Σοδομῖται πλούτῳ καὶ μεγέθει χρημάτων ὑπερφρονοῦντες. Polyb. 6, 18. 7.) *.

Ὑπερῷος, α, ον, contr. pro ὑπερώϊος, (ex ὑπέρ, et accedens terminatio ῷος) qui est in superiori parte aedium, im obern Stocke befindlich, θάλαμος, Plutarch. Pelop. c. 35. Ioseph. ant. 8, 3. 2 ὁ γὰρ ὑπερῷος videl. οἶκος s. ναός, superior templi pars. Id. de bell. 5, 5. 5 τὸ δὲ ὑπερῷον μέρος (τοῦ ναοῦ) superior pars templi. In utroque loco autem non est sermo de conclavi aliquo, sed de externa mole totius templi. Neque antiq. 11, 5. 4 in verbis: καθεζόντων δὲ ἐν τῷ ὑπερῴῳ τοῦ ἱεροῦ, de conclavi in templo sermo est, sed de planitie summa montis, cui impositum erat templum, ut intelligitur ex Esdr. 10, 9 ἐν πλατείᾳ (hebr. בִּרְחוֹב) οἴκου τοῦ θεοῦ, 3 Esdr. 9, 6 ἐν τῷ εὐρυχώρῳ τοῦ ἱεροῦ, et fuit locus subdialis. coll. c. 5, 47. Perperam igitur collegit ex hisce locis Iosephi *Krebsius* (obss. flav. p. 163 sq.), fuisse in templo conclave ὑπερῷον dictum. Imo τὸ ὑπερῷον, substantive est superior pars domus, in qua mulieres versabantur, (Hom. Iliad. 2, 514. Odyss. 3, 784. — LXX pro hebr. עֲלִיָּה Iudic. 3, 23. 25. 1 Reg. 17, 19. 23. 2 Reg. 4, 10. 11. coll. Tob. 3, 18. plenius ὑπερῷον οἴκημα, ut legitur Lucian. Asin. c. 45. Tom. 3, p. 107 ed. Graev. Phil. lib. 2. de vit. Mos. p. 662 ubi acra Noae habuisse dicitur οἰκήματα ἐπίπεδα καὶ ὑπερῷα.) — *conclave* (ein *Erker, Söller*) super tectum domus planum exstructum, ubi orientales precari, coenare, dormire solebant. Act. 1, 13. 14. 9, 37. 39. 20, 8. (Ioseph. vit. §. 30 ubi Iosephus, quum turba militum domum suam peteret, clausis aedium foribus τὸ ὑπερῷον adscendisse et ad milites verba fecisse narratur.) *.

Ὑπέχω, (ex ὑπό et ἔχω) 1) teneo ὑπό τι, suppono, subiicio; (Hom. Iliad. 5, 269. Pind. Ol. 2, 99 πλοῦτος ὑπέχων μέριμναν.) — 2) *sustineo, perfero*; de poenis: Iud. v. 7 δίκην ὑπέχουσαι. (2 Macc. 4, 48 τὴν ἄδικον ζημίαν ὑπέσχον. Xenoph. mem. 2, 1. 8 τούτου δίκην ὑπέχειν. Herodian. 1, 8. 12. Polyb. 12, 8. 5.) *.

Ὑπήκοος, ον, (ab ὑπακούω) *aures praebens*; ex adiuncto: *dicto obediens*; a) absolute, 2 Cor. 2, 9 εἰς πάντα ὑπήκοοι. Phil. 2, 8. (Ioseph. ant. 2, 4. 3 ὑπήκοος γίνομαι. Xenoph. mem. 3, 4. 9.) — b) seq. dativo, Act. 7, 39 ὑπήκοος τῷ πατρί. Prov. 4, 3. 13, 1. Xenoph. cyrop. 2, 4. 22. Thucyd. 6, 69. Psalt. Sal. 18, 5 ἀποστρέφειν ψυχὴν ὑπήκοον ἀπὸ ἁμαρτίας. — etiam subiectus, subditus, Ios. 17, 13. Deut. 20, 11. *.

Ὑπηρετέω, ῶ, aor. 1. ὑπηρέτησα, (ab ὑπηρέτης, quod vid.) laborem τοῦ ὑπηρέτου praesto; — *ministro, famulor, inservio alicuius commodis*; seq. dativo, Act. 13, 36. 20; 34. 24, 23. (Sap. 16, 21 τῇ ἐπιθυμίᾳ ὑπηρετῶν. v. 25. 19, 6. Sir. 39, 4. Ioseph. ant. 3, 6. 1 τὰ σκεύη πρὸς τὰς θυσίας ὑπηρετήσαντα. Ib. 3, 8. 1. Xenoph. cyrop. 4, 6. 2 et 3. — etiam obediendi sensu, Sap. 16, 24. Ioseph. ant. 10, 10. 2.) *.

Ὑπηρέτης, ου, ὁ, (ex ὑπό et ἐρέτης remex, quod ab ἐρέττω, remigo) 1) subremex, remex, qui aliis subest et operam praestat gubernatori, (Demosth. p. 1209. 11 ed. *Reisk.*) — 2) *minister*, qui servit domino et ei ministerium praestat; (Demosth. p. 690. 10 τότε μὲν ὁ δῆμος δεσπότης ἦν τῶν πολιτευομένων, νῦν δὲ ὑπηρέτης ἐστίν.) In N. T. a) de ministris magistratuum, *apparitoribus*; *satellitibus*, Matth. 5, 25. 26, 58. Marc. 14, 54. 65. Io. 7, 32. 45. 46. 18, 3. 12. 18. 22. Act. 5, 22. 26. (Ioseph. ant. 15, 8. 4. Ib. 4, 3. 1. 4, 8. 14.) — b) de ministro *synagogae*, Luc. 4, 20. — (de ministris regum Prov. 14, 35.) — c) de *adseclis*, Io. 18, 36 οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοί, adseclae, si quos haberem, mei. ib. 19, 6. — d) de ministris, qui in aliqua re alicui operam praestant; de evangelii nuntiis, Luc. 1, 2 ὑπηρέται τοῦ λόγου. Act. 13, 5. 26, 16. 1 Cor. 4, 1 ὡς ὑπηρέται Χριστοῦ. (Sap. 6, 4 „reges ὑπηρέται ὄντες τῆς αὐτοῦ [θεοῦ] βασιλείας. Demosth. 1285. 2 ed. *Reisk.* ὑπηρέται καὶ συνεργοὶ οὗτοι Κλεομένους. Ioseph. ant. 3, 1. 4 Moses ὑπηρέτης θεοῦ.) *.

Ὕπνος, ου, ὁ, (quod putant esse ex ἡδύς, lenis, et πνέω, spiro), *somnus*; a) propr. Matth. 1, 24. Luc. 9, 32. Io. 11, 13. Act. 20, 9. (LXX pro שֵׁנָה Gen. 31, 40. Esth. 6, 1. Iob. 14, 12. Dan. 6, 18. — ὕπνος αἰώνιος Ier. 51, 39. Test. XII patr. p. 630.) — b) tropice: somnus animi, *segnities*, Rom. 13, 11 ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι, sensus: pristinae in virtute segnitiei renuntiare. (Ps. Sal. 3, 1 ἵνα τί ὑπνοῖς ψυχή, καὶ οὐκ εὐλογεῖς τὸν κύριον.) *.

Ὑπό, praepositio respondens Latinor. *sub*, nostro *unter*. I) cum *genitivo* dicitur 1) de loco: sub; ita profani; — 2) de modo quo aliquid fit, de περιστάσει, quarum interventu aliquid fit, agitur; etiam tantum apud profanos; hinc — 3) de eo, cuius potestati subiectum est aliquid, de *causa* qua quid efficitur, ubi est: *a, ab*, cum passivo et intransitivo; Matth. 1, 22 τὸ ῥηθὲν ὑπὸ κυρίου. 2, 16 ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων. 3, 6 ἐβαπτίζοντο ὑπ' αὐτοῦ. 4, 1 ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος. 5, 13. 6, 2. 10, 22. 11, 7. 27. 14, 8. 24. 17, 12. 19, 12. 20, 23. Marc. 2, 3. 5, 4. 6. 26. 16, 11 ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς. Luc. 8, 14. 43. 14, 8. 16, 22. 21, 20. Io. 8, 9. 10, 14. 14, 21. Act. 4, 11. 10, 22. 38. 23, 30. Rom. 12, 21. 1 Cor. 1, 11. 7, 25. 2 Cor. 2, 6. 3, 3. 5, 4. Gal. 1, 11. 3, 17. 4, 9. Eph. 5, 13. Phil. 3, 12. Col. 2, 18. 1 Thess. 2, 4. Hebr. 2, 3. Iac. 3, 6. 2 Petr. 1, 17 ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, ab illa magnifica Dei luce. 2, 7 et saepius. (Ies. 7, 2. Iob. 21, 18. Exod. 16, 3. Sap. 9, 2. Gen. 39, 12. 45, 21.) — 1 Cor. 10, 9 ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο, a serpentibus necati sunt. Apoc. 6, 8 ἀποκτεῖναι — ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς. (Ioseph. ant. 2, 14. 3 ὑφ' ὧν [θηρίων] αὐτοὶ ἀπώλλυντο. et §. 4 ὑπὸ ταύτης τῆς πληγῆς συμφρονιζόμενος. ant. 7, 8. 4 ὑπὸ τοῦ χρόνου, durch den Ablauf der Zeit. ib. 17, 11. 2 πόλεις ὑπὸ ἀλλοφύλων οἰκουμένας. ib. 12, 5. 4. Vid. etiam Hom. Iliad. 7, 64. 13, 140. 20, 277.)

II) cum accusativo: *sub, darunter*; et dicitur proprie a) de *loco*, ubi quaeritur: *quo? wohin?* vel *ubi? wo?* — Matth. 5, 15 τίθημι ὑπὸ τὸν μόδιον. Marc. 4, 21. Luc. 11, 33. — ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέρχεσθαι, Matth. 8, 8. Luc. 7, 6. — Matth. 23, 37 ὑπὸ τὰς πτέρυγας. Vid. porro Marc. 4, 32. Luc. 13, 34. 17, 24. Io. 1, 49. Act. 2, 5. Rom. 3, 13. 16, 20. 1 Cor. 10, 1. 15, 25. 27. Eph. 1, 22. Col. 1, 23. Iac. 2, 3. (Exod. 25, 26. Iob. 37, 8. 1 Reg. 19, 5.) — b) de *imperio*: *sub*; (ubi profani dativum iungere solent huic praepositioni) Matth. 8, 9 ὑπ' ἐξουσίαν εἰμί — ἔχων ὑπ' ἐμαυτόν. Luc. 7, 8. Rom. 3, 9 ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι. 6, 14 οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον ἀλλ' ὑπὸ χάριν. ib. v. 15. 7, 14. 1 Cor. 9, 20 οἱ

ὑπὸ νόμον, legi (mosaicae) adstricti, Iudaei, Gal. 3, 10. 22. 23. (vid. Συγκλείω.) Gal. 3, 25. 4, 2 — 5. 21. 5, 18. 1 Tim. 6, 1. Iac. 5, 12. 1 Petr. 5, 6. Iud. v. 6 ὑπὸ ζόφον, sub imperio tartari. (3 Esdr. 3, 1. Gen. 9, 2. Aelian. V. H. 3, 26.) — c) de *tempore: sub*; propr. unter dem Verlauf der Zeit; sic semel Act. 5, 21 ὑπὸ τὸν ὄρθρον. (Ioseph. ant. 14, 15. 5 ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον. ib. 12, 5. 1 ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρόν. Io. 4, 11 ἐγενήθη ὑπὸ νύκτα. Aelian. var. hist. 14, 27.) — Saepius non legitur cum accusativo in N. T.

Ὑποβάλλω, aor. 2. ὑπέβαλον, (ex ὑπό et βάλλω) propr. βάλλω ὑπό. subiicio, submitto, — fundamenta aedificio, 3 Esdr. 2, 18. Polyb. 13, 6. 2. — foetum alienae matri, Xenoph. de venat. 7, 3. Demosth. p. 1405 ed. *Reisk.* — Hinc: subiicio s. suggero alicui sententiam, consilium, excusationem etc. (Philo de agric. p. 202. Id. de legat. ad Cai. p. 1029 ὑποβάλλειν τὰς ἀποκρίσεις. Ioseph. ant. 7, 8. 4 ὑπόβλητος σκῆψις.) — et de homine: *subiicio aliquem, suborno aliquem, einen heimlich zu etwas anstellen*; semel Act. 6, 11 ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας, subornarunt quosdam, qui dicerent. (Appian. de bello civ. 1, c. 27. p. 663 ὑπεβλήθησαν κατήγοροι. Test. XII patr. p. 536 ὁ φθόνος πάντοτε ὑποβάλλει ἀνελεῖν τὸν φθονούμενον. Ioseph. bell. 5, 10. 4 Μηνυτής τις ὑπόβλητος.)

Ὑπογραμμός, οῦ, ὁ, (ab ὑπογράφω, praescribo, delineo) propr. exemplar scriptionis vel figurae, qualia magistri discipulis ad scribendum vel pingendum proponunt, Vorschrift, Vorzeichnung; metaphorice: *exemplum ad imitandum propositum*; semel 1 Petr. 2, 21. (2 Macc. 2, 28. Clemens ep. I. ad Corinth. Paulum appellat ὑπομονῆς μέγιστον ὑπογραμμόν.)

Ὑπόδειγμα, τος, τό, (pro quo, ut monuit *Lobeck.* ad Phryn. p. 12. antiquiores παράδειγμα dixerunt) (ab ὑποδεικνύω) proprie id, quod monstratur, das Aufgezeigte; metaph. id, quod alteri verbis, vel factis monstratur, ut inde cognoscat aliquid, vel moveatur ad aliquid faciendum, *repraesentatio, exemplum propositum*, eine Voraugenstellung, ein vorgehaltenes Zeichen, et refertur a) ad *exempla, quae alios debent deterrere*; (Philo de confus. linguar. p. 329.) Hebr. 4, 11 ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι τῆς ἀπειθείας πέσῃ, ne in poenam denegatae fidei, exemplo aliorum depictam, incidat. 2 Petr. 2, 6 ὑπόδειγμα (3 Macc. 2, 5 in eadem re παράδειγμα) μελλόντων ἀσεβεῖν, exemplum propositum iis, qui futuri sunt peccatores. (Genitivum cum ὑποδ. iunctum ad eum referendum esse, qui deterrendus est, etiam patet e Ioseph. bell. 2, 16. 4 ubi Romani urbem concremasse dicuntur εἰς ὑπόδειγμα τῶν ἄλλων ἐθνῶν. et Sir. 44, 16 ubi Henochi pietas dicitur ὑπόδειγμα μετανοίας [pro εἰς μετάνοιαν] ταῖς γενεαῖς.) — b) ad *exempla, quae invitant et excitant ad bonum*; Io. 13, 15 ὑπόδειγμα ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. Iac. 5, 10 ὑπόδειγμα λάβετε τοὺς προφήτας. (2 Macc. 6, 28. 31 ubi exponitur μνημόσυνον ἀρετῆς. 4 Macc. 17, 23. Ioseph. bell. 6, 2. 1 καλὸν ὑπόδειγμα βουλομένῳ σώζειν τὴν πατρίδα σοι πρόκειται βασιλεὺς Ἰεχωνίας. — De exemplo quo probatur aliquid, apud Philon. quis rer. div. haer. p. 517.) — c) ad repraesentationem, qua aliquid aliquo modo depingitur, ita ut quale sit cognosci possit, *imago, adumbratio*; Hebr. 8, 5 ubi sacra in templo terrestri dicuntur ὑπόδειγμα καὶ σκιὰ τῶν ἐπουρανίων, coelestium, ad quorum normam instituta sunt. Hebr. 9, 23. *.

Ὑποδεικνύω, s. νμι, f. ὑποδείξω, aor. 1. ὑπέδειξα, (ex ὑπό et δεικνύω) *monstro*, i. e. a) ob oculos pono alicui aliquid, ut videat, *monstro* ad videndum, ich zeige vor; (Esth. 5, 11 ὑπέδειξεν αὐτοῖς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. Sir. 49, 8. coll. Sir. 17, 7. — trado in manus, Tob. 4, 20. mando, Sir. 3, 23.) — b) verbis aliquid monstro, i. e. *indico, ich thue kund*; de rebus futuris, Act. 9, 16. (Sir. 14, 12. 46, 20. 48, 25. — absconditis, Esth. 2, 10. 20. — de iis, quae evenerunt, LXX pro הִגִּיד 2 Chron. 20, 2. Esth. 3, 4. 4, 5. 2 Macc. 13, 4.) — *doceo, expono*, Matth. 3, 7. Luc. 3, 7. (Sir. 17, 12. 2 Chron. 15, 3. Ioseph. ant. 2, 3. 1.) — *exemplo doceo, explico*, Luc. 6, 47. 12, 5. Act. 20, 35 ὑπέδειξα ὑμῖν, exemplo meo vobis monstravi.

Ὑποδέχομαι, aor. 1. ὑπεδεξάμην, perf. ὑποδέδεγμαι, (ex ὑπό et δέχομαι) verb. deponens med., *excipio*; *hospitio excipio*, Luc. 10, 38. 19, 6. Act. 17, 7. Iac. 2, 25. (Tob. 7, 9. 1 Macc. 16, 15. Hom. Od. 14, 52. 54. 16, 70. Xenoph. mem. 2, 3. 13.) *.

Ὑποδέω, partic. perf. pass. ὑποδεδεμένος, aor. 1. med. ὑπεδησάμην, (ex ὑπό et δέω), *subligo*; Marc. 6, 9 ὑποδεδεμένους (τοὺς πόδας) σανδάλια, propr. subligati (pedes quod attinet) sandaliis, i. e. instructi sandaliis. — Medium: *subligo mihi*; Eph. 6, 15 ὑποδησάμενοι (σανδάλιοις) τοὺς πόδας, pedes quod attinet calceati. Act. 12, 8 ὑπόδησαι τοὺς πόδας. — (Xenoph. anab. 4, 5. 1. Diog. Laert. 8, 69. Herodian. 4, 8. 5.) *.

Ὑπόδημα, τος, τό, (ab ὑποδέω) propr. id, quod subligatur; — *calceamentum*, corrigiis supra pedem firmatum; (Hom. Od. 15, 368. 18, 361.) Matth. 3, 11 τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, servorum ministerium erat. (Arrian. diss. epict. 3, 26. Plutarch. sympos. 7, 8.) — Corrigia calceamentorum solvere, i. e. vile ministerium praestare, Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. Io. 1, 27. Act. 13, 25. — Praeterea Matth. 10, 10. Luc. 10, 4. 15, 22. 22, 35. Act. 7, 33. — LXX pro נַעַל Exod. 3, 5. Deut. 25, 9. Ios. 5, 15. Ruth. 4, 8. Ies. 5, 27. — Ioseph. bell. 6, 1. 8. Test. XII patr. p. 634. *.

Ὑπόδικος, ον, i. e. ὑπὸ δίκην ὤν, *qui causa cecidit, reus, satisfactionem alteri debens*, quia eum laesit; seq. dativo personae: *obnoxius sum alicui*; semel Rom. 3, 19 ὑπόδικος τῷ θεῷ, reus Deo, Deo satisfactionem debens pro eo, quod peccavit. (Act. Thom. §. 5 ὑπόδικος τῇ τοῦ βασιλέως κρίσει. Demosth. p. 518. 3 edit. *Reisk.* ὑπόδικος ἔστω τῷ παθόντι, teneatur coram iudice ei, quem laeserit. — cum genitivo apud eundem p. 902. 2. ib. 1264. 19 φόνου ὑπόδικος. Hesych. ὑπόδικος· ὑπεύθυνος, ἔνοχος δίκης.) *.

Ὑποζύγιος, ιον, (ex ὑπό et ζυγός) qui sub iugo est; — τὸ ὑποζύγιον, *iumentum, Lastthier*; (Ioseph. bell. 3, 5. 2. ant. 3, 1. 1) plerumque de asinis, quorum usus est apud Orientales perfrequens in itineribus faciendis, et oneribus portandis. Matth. 21, 5. 2 Petr. 2, 16. (LXX semel pro אָתוֹן asina, Iud. 5, 10. et passim pro חֲמוֹר asinus; Exod. 4, 20. 9, 3. 20, 17. 22, 9 sqq. Ios. 6, 21. Iud. 1, 14.) *.

Ὑποζωννύω, s. νμι, (ex ὑπό et ζωννύω) cingulo vel alio ligamento *subligo*; semel Act. 27, 17 de navi funibus subligata ne a fluctibus diffringatur. (2 Macc. 3, 19 ὑπεζωσμέναι ὑπὸ τοὺς μαστοὺς αἱ γυναῖκες σάκκους. Ps. Sal. 17, 24 ὑπόζωσον αὐτὸν ἰσχύν. Antonin. 11, 28 Σωκράτης τὸ κώδιον ὑπεζωσμένος.)

Ὑποκάτω, (ex ὑπό et κάτω) adv. seq. genitivo, κάτω ὑπό τι s. τινος, *sub, subter*; Marc. 6, 11. vid. Ἐκτινάσσω. Marc. 7, 28. Luc. 8, 16. Io. 1, 51. Hebr. 2, 8. vid. Πούς. Apoc. 5, 3. 13. 6, 9. 12, 1. Conf. e V. T. Ezech. 24, 5. 40, 19. 1 Reg. 6, 6. Deut. 28, 13. Iob. 26, 8.

Ὑποκρίνομαι, (ex ὑπό et κρίνω) depon. med. 1) responsum do, respondeo, (Hom. Iliad. 12, 228. 7, 407.) — 2) *personam ago, eine Rolle spielen*; propr. de histrionibus, tum de aliis quibuscunque, (2 Macc. 5, 25 τὸν εἰρηνικὸν ὑποκριθείς, pacifici personam agens. Test. XII patr. p. 696 θεὸς εἰς ἄνδρα ὑποκρινόμενος, de Christo); *simulo, fingo*; semel Luc. 20, 20. (2 Macc. 6, 21. 24. 4 Macc. 6, 15. Antonin. 2, 16. Ioseph. vit. §. 9. ant. 7, 8. 1 νόσον ὑποκρίνεσθαι.) — Vid. etiam Ὑπόκρισις.

Ὑπόκρισις, εως, ἡ, (ab ὑποκρίνομαι) *simulatio*, propr. histrionum alienam personam agentium; — *simulatio, hypocrisis*, qua alii esse videmur, ac vere sumus, alia velle fingimus, ac quae in consiliis habemus; Gal. 2, 13. (Ioseph. ant. 2, 6. 10.) — *malitiosa simulatio* in alterius detrimentum, Marc. 12, 15. — *simulata pietas* et religio, qua tegere volumus impietatem et malignitatem, i. e. *impietas dissimulata*, Matth. 23, 28. Luc. 12, 1. 1 Tim. 4, 2. 1 Petr. 2, 1. Eodem sensu 2 Macc. 6, 25. et Ps. Sal. 4, 7. Etiam ὑποκρίνομαι de impietate dissimulata, Sir. 35, 15. 36, 2. Psalt. Sal. 4, 22. *.

Ὑποκριτής, οῦ, ὁ, (ab ὑποκρίνομαι) propr. qui personam alicuius agit, igitur alius videtur ac vere est; de histrionibus, (Xenoph. mem. 2, 2. 9. Diog. Laert. 2, 137.) — *hypocrita, simulator*, qui alius vult videri ac vere est. — In N. T. *simulator pietatis*, ut impietatem et profanam malignamque mentem dissimulet; ita de Pharisaeis, legis peritis; Matth. 23, 13 — 15. 23. 25. 27. Luc. 11, 44. Matth. 6, 2. 5. 16. 7, 5. 15, 7. 16, 3. 22, 18. 24, 51. Marc. 7, 6. Luc. 6, 42. 11, 44. 12, 56. 13, 15. — In V. T. bis: Iob. 34, 30. 36, 13 pro חָנֵף homo profanus. Vid. etiam Ὑπόκρισις. *.

Ὑπολαμβάνω, aor. 2. ὑπέλαβον, (ex ὑπό et λαμβάνω) 1) λαμβάνω ὑπό, suscipio; (Herodot. 1, 24 τὸν δὲ δελφῖνα λέγουσι ὑπολαβόντα ἐξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον.) — suscipio et abduco; *abduco*, abripio, (Stobae. serm. 6 ὥσπερ νῆα ἄνεμοι ὑπολαβόντες), *subduco*, Act. 1, 9 νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. (De Mose a nube ablato vid. Ioseph. ant. 4, 8. 48. LXX Ps. 30, 1 pro דִּלָּה, eveho.) — 2) excipio sermonem ut contradicam; *obloquor;* ita participium ὑπολαβών cum verbo dicendi; Luc. 10, 30 ὑπολαβὼν δὲ εἶπεν. (LXX pro עָנָה saepius in libro Iobi, 2, 4. 4, 1. 6, 1. 8, 1. 9, 1. 11, 1. 12, 1. 32, 6. 34, 1. Aelian. var. hist. 1, 34 ὑπολαβὼν ἔφη. Xenoph. cyrop. 5, 5. 11.) — 3) ut nostrum *annehmen*, opinionem admitto, *suspicor, opinor;* Luc. 7, 43. Act. 2, 15. (Iob. 25, 3. 3 Esdr. 2, 20. Sap. 12, 24. 13, 3. 17, 2. 1 Macc. 1, 16. 2 Macc. 6, 24. 12, 12. Antonin. 2, 12. Ioseph. ant. 2, 16. 1. ib. 12, 2. 3. c. Apion. 2, 35.) *.

Ὑπολείπω, aor. 1. pass. ὑπελείφθην, (ex ὑπό et λείπω) relinquo; — reliquum facio, (Ioseph. ant. 17, 4. 2.) — passiv. *relinquor, superstes sum;* semel Rom. 11, 3 ὑπελείφθην μόνος. (Dan. 10, 8. Hom. Od. 17, 276. 282.) — LXX pro נִשְׁאַר Exod. 10, 19. Iud. 7, 3. 1 Sam. 11, 11. 2 Reg. 17, 18. Ioseph. ant. 9, 8. 2 ὑπολειφθὲν χρυσόν. — (postremus eo, Ioseph. ant. 6, 4. 2.)

Ὑπολήνιον, ου, τό, (τὸ ὑπὸ ληνόν), vas torculari suppositum, ad excipiendum uvarum succum, quod olim terrae infodi consuevit, *lacus torcularis;* semel Marc. 12, 1. — LXX pro יֶקֶב, quater: Ies. 16, 10. Ioel. 3, 13. Hag. 2, 17. Zach. 14, 10.

Ὑπολιμπάνω, (tantum in praesenti et imperf., forma plenior pro ὑπολείπω) *relinquo;* 1 Petr. 2, 21. (Dionys. Halic. 1, 23. — καταλιμπάνω, Act. Thom. §. 43.) *.

Ὑπομένω, f. ενῶ, aor. 1. ὑπέμεινα, partic. perf. ὑπομεμενηκώς, (ex ὑπό et μένω) 1) *loco meo maneo;* — a) de remanente, ubi alii procedunt, *remaneo*, Luc. 2, 43 ὑπέμεινεν ἐν Ἱερουσαλήμ. Act. 17, 14. (Aelian. V. H. 5, 5 αὐτὸς ὑπέμεινεν οἴκοι. Ioseph. ant. 2, 6. 5. ib. 6, 5. 2. Hom. Od. 10, 232.) — b) exspectare advenientem (Tob. 5, 7. Ioseph. ant. 5, 2. 2.) — 2) manere sub aliqua re, eam sustinere; *sustineo, nec cedo;* sustineo impetum hostis; (Hom. Iliad. 5, 498. 14, 488. Ioseph. ant. 7, 4. 1 οὐχ ὑπέμειναν αὐτὸν αἱ τῶν πολεμίων φάλαγγες.) — *constanter persevero* sustinens adversariorum et malorum impetum, ita in dicto: ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, qui in fide constans est, persecutione non inducitur, ut abneget servatorem; Matth. 10, 22. 24, 13. Marc. 13, 13. 2 Tim. 2, 12 ubi τῷ ὑπομένειν opponitur τὸ ἀρνεῖσθαι. (Dan. 12, 12. Ioseph. ant. 12, 3. 1 μέχρι δ' ἐσχάτου πολεμοῦντες ὑπέμειναν.) Ita etiam Rom. 12, 12 τῇ θλίψει ὑπομένοντες, ubi dativus θλίψει non ab ὑπομένοντες pendet, sed est: quod ad τὴν θλίψιν attinet, constantes vos praebete. Iac. 5, 11. — *constanter perfero, sustineo;* mala, 2 Tim. 2, 10. Hebr. 10, 32. 12, 2. 3. Iac. 1, 12. (Maleach. 3, 2. Sir. 22, 19. Ioseph. ant. 3, 2. 4 πόνον ὑπομένων.) — *perfero* simpliciter, i. e. *obnoxius sum;* Hebr. 12, 7 παιδείαν. (Psalt. Sal. 10, 2. 14, 1.) 1 Petr. 2, 20. (Philo de cherub. p. 108 τὴν ἀΐδιον φυγὴν ὑπομένει, videl. Adamus expulsus e Paradiso. Test. XII patr. p. 654 οὐκ ἔτι ὑπομένει Ἱερουσαλὴμ ἐρήμωσιν.) — *sustineo*, i. e. *possum a me impetrare, ich gewinne über mich;* ita videtur intelligendum 1 Cor. 13, 7 ἡ ἀγάπη πάντα ὑπομένει. (Ioseph. ant. 12, 1. 1 χαλεπὸν ὑπέμειναν ἔχειν δεσπότην, ipsi voluerunt experiri. Ib. 12, 5. 4 ὑπέμεινε τὰς σπόνδας παραβῆναι. Iob. 32, 4. — LXX saepius pro verbis exspectandi, quia ὑπομένειν etiam est stantis et prospicientis, Ps. 25, 2. 37, 9. 34. Prov. 20, 10. — Ps. 33, 20. Thren. 3, 24. Ies. 64, 4. 25, 9.) *.

Ὑπομιμνήσκω, f. ὑπομνήσω, aor. 1. ὑπέμνησα, aor. 1. pass. ὑπεμνήσθην, (ex ὑπό et μιμνήσκω) — a) active: *in mentem alicui revoco, memorem aliquem facio;* α) absolute, Iud. v. 7. (Sap. 12, 2.) — β) seq. accusat. rei et personae, Io. 14, 26 ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα. (Hom. Od. 1, 321. Xenoph. cyrop. 3, 3. 37. Sap. 18, 22 ὅρκους πατέρων ὑπομνήσας.) — *repeto;* de doctore: *inculco, commonefacio*, 3 Tim. 2, 14 ταῦτα ὑπομίμνησκε. Tit. 3, 1. 2 Petr. 1, 12 ὑμᾶς ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων. — repeto mala, quae aliquis fecit, i. e. ὀνειδίζω, *exprobro*, sic 3 Io. v. 10 ὑπομνήσω αὐτοῦ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ, facinora eius exprobrabo ei. (Demosth. p. 316. 10 ed. *Reisk.* ὑπομιμνήσκειν τὰς ἰδίας εὐεργεσίας μικροῦ δεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ὀνειδίζειν.) — b) ὑπομιμνήσκομαι, *in memoriam mihi revocatur, commonefio*, Luc. 22, 61. *.

Ὑπόμνησις, εως, ἡ, (ab ὑπομιμνήσκω) in mentem revocare, *recordatio;* a) transitive, Sap. 16, 11. — de doctore: *commonefactio*, — ἐν ὑπομνήσει, commonefaciendo, 2 Petr. 1, 13. 3, 1. (2 Macc. 6, 17.) — b) intransitive: *recordatio*, 2 Tim. 1, 5 ὑπόμνησιν λαμβάνων, i. q. antea v. 4 μεμνημένος. (Ioseph. ant. 4, 3. 4. Act. Thom. §. 38.) **.

Ὑπομονή, ῆς, ἡ, (ab ὑπομένω) τὸ ὑπομένειν, — igitur 1) manere suo loco, (1 Chron. 29, 15.) — 2) metaph. *constantia, perseverantia*, et in perferendis malis, et in fide debita; Luc. 8, 15 καρποφοροῦσι ἐν ὑπομονῇ, constanter perseverantes in bono. (Psalt. Sal. 2, 40 χρηστὸς ὁ κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ὑπομονῇ.) Luc. 21, 19. Rom. 2, 7 οἱ καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, videl. οὗτοι, qui in bono faciendo perstant, in virtute perseverant. coll. v. 8. c. 8, 25. 15, 4 διὰ τῆς ὑπομονῆς κ. τ. λ. i. e. ut, dum in fide constanter perseveramus, et solatio scripturae (vaticiniorum) erigimur, spem salutis capiamus. 2 Cor. 1, 6 ὑπομονὴ τῶν παθημάτων, tolerantia malorum. 2 Cor. 6, 4. (Ioseph. ant. 2, 2. 1 πόνων ὑπομονή.) 2 Cor. 12, 12 ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, dum intrepido animo vexationes pertuli. (Hanc enim constantiam refert Paulus inter σημεῖα τοῦ ἀποστόλου.) Col 1, 11. 1 Thess. 1, 3 ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος, constantia spei, i. e. spes immota. 2 Thess. 1, 4. 3, 5 ὑπομονὴ Χριστοῦ, constantia erga Iesum, in fide. Apoc. 1, 9. (Ignat. ad Rom. §. 10.) — Hebr. 10, 36. 12, 1 δι' ὑπομονῆς, constanter. Iac. 1, 3. 4. 5, 11. 2 Petr. 1, 6. Apoc. 1, 9. 2, 2. 3. 19. 3, 10 τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, praeceptum de constantia fidei in me. cap. 13, 10. 14, 12. — 3) *patientia*, quae tranquillo animo perfert iniuriam, Rom. 5, 4. 15, 5 ὁ θεὸς τῆς ὑπομονῆς, qui ipse nostram imbecillitatem patienter fert. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 3, 10. Tit. 2, 2. — (LXX plerumque pro מִקְוֶה *spes* et similibus, de patientia simulque spe in Deum, 1 Chron. 29, 15. Ier. 14, 8. 17, 13. Ps. 9, 19. coll. Sir. 2, 14. 16, 13.) *.

Ὑπονοέω, ῶ, (ex ὑπό et νοέω) *suspicor, opinor, puto;* Act. 13, 25. 25, 18 ὧν (pro ἐκείνων, ἃ) ὑπενόουν ἐγώ, eiusmodi quod suspicabar. (Ioseph. ant. 4, 8. 16 ὑπονοεῖται, suspectus est.) Act. 27, 27. (In V. T. Dan. 7, 25 pro סְבַר. Tob. 8, 16. Iudith. 14, 14. Sir. 23, 21. Ioseph. ant. 3, 5. 7. 8, 5. 2.) *.

Ὑπόνοια, ας, ἡ, (ex ὑπό et νοῦς) *cogitatio, opinio;* 1 Tim. 6, 4 ὑπόνοιαι πονηραί, vel: perniciosa quam aliquis de se habet, opinio, ut eadem verba Sir. 3, 24 intelligenda videntur, (Hesych. ὑπόνοια· ὑπερηφανία, θράσος); vel: mala *suspicio*, ut Ioseph. bell. 1, 11. 5 ὑπόνοια τῆς φαρμακείας. Aristot. Rhet. 2, 3. Demosth. p. 1178. 2. *.

Ὑποπιάζω, f. άσω, (ex ὑπό et πιάζω dorice pro πιέζω) deterior forma pro ὑπωπιάζω, *supprimo;* tropice bis in codd.: Luc. 18, 5. et 1 Cor. 9, 27 ὑποπιάζω μου τὸ σῶμα, corpus, i. e. eius desideria coerceo, corpori, quae illud fovere possent, denego. Vid. Ὑπωπιάζω. Clem. Alex. paedag. 3, 16 ὑποπιέζω, ut etiam codd. quidam habent 1 Cor. 9, 27.

Ὑποπλέω, aor. 1. ὑπέπλευσα, (ex ὑπό et πλέω) *sublego, subnavigo*, i. e. proxime *praeternavigo;* bis: Act. 27, 4. 7.

Ὑποπνέω, ῶ, aor. 1. ὑπέπνευσα, (ex ὑπό et πνέω) *leniter flo s. spiro;* Act. 27, 13. *.

Ὑποπόδιον, ίου, τό, (ὑπὸ τοὺς πόδας ὄν) *scabellum, suppedaneum, Fussschemmel*, (Graecis melioris notae non usitatum, sed dialecto scriptorum posteriorum proprium); LXX pro הֲדֹם, et semel (2 Chron. 9, 18) pro כֶּבֶשׁ. — Iac. 2, 3. (Ps. 99, 5 προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ.) — Terra dicitur ὑποπόδ. τῶν ποδῶν τοῦ θεοῦ, i. e. eo longe inferior et vilior, Matth. 5, 35. Act. 7, 49. Ies. 66, 1. — τίθημι τοὺς ἐχθροὺς τινος ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ, prorsus subiicio ei hostes; victorum enim cervicibus ex more antiquorum victores pede insistere solebant, Matth. 22, 44. Marc. 12, 36. Luc. 20, 43. Act. 2, 35. Hebr. 1, 13. 10, 13. Ps. 110, 2. **.

Ὑπόστασις, εως, ἡ, (ab ὑφίστημι, suppono, ὑποστῆναι, subsistere, perstare) 1) ita ut agendi notio insit: perstare, persistere in re, *perseveratio*, s. *perseverantia, das Beharren bei oder in etwas;* Hebr. 11, 1 ἔστι δὲ ἡ

πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, fides est animi perseverantia in eo, quod sperat. (Ita Ioseph. ant. 18, 1. 6 τὸ ἀμετάλλακτον αὐτῶν τῆς ὑπὸ τοιούτοις ὑποστάσεως, haud concutiendam perseverantiam hisce in rebus tribuit Iudaeis, qui nulla vel poena vel morte adigi poterant, ut praeter Deum hominem aliquem κύριον adpellarent. — LXX pro חֶלֶד perseverare in vita, Ps. 39, 7. 89, 47. quare etiam LXX pro vocabulis perseverantis spei usurpant, ut Ruth. 1, 12. Ezech. 19, 5. Ps. 39, 7.) Alii Hebr. l. l. *essentia, argumentum;* coll. Ἔλεγχος. — 2) remota actionis notione a) suppositum, das Untergelegte, die Grundlage; — *fundamentum* (propr. aedificiorum, Diod. 13, 82. Ezech. 43, 11), metaph.: *principium* rei, cui innititur tanquam fundamento; Hebr. 3, 14 τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως, i. e. ὑπόστασιν, fundamentum, quo initium fecimus, videl. fidem in Christum, quam tanquam fundamentum accepimus. (Ioseph. c. Apion. 1, 1 „gens iudaica, antiquissima illa, τὴν πρώτην ὑπόστασιν ἔσχεν ἰδίαν. Test. XII patr. p. 522 ἐν βρώμασίν ἐστιν ἡ ὑπόστασις τῆς ἰσχύος. [coll. Ezech. 26, 11.] Ps. Sal. 15, 7. 17, 26 συντρίψαι πᾶσαν ὑπόστασιν ἁμαρτωλῶν.) — b) ex recentiorum Graecorum dicendi ratione: *materia*, ex qua aliquid constat, (Hebr. 11, 1.) *essentia, substantia*, das *Wesen;* Hebr. 1, 3 χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως θεοῦ. (Sap. 16, 21 manna dicitur ὑπόστασις Dei, substantia divinitus data. Test. XII patr. p. 633 πᾶσα ἡ ὑπόστασις τῶν σπλαγχνῶν. Artemidor. oneirocr. lib. 3. c. 14 tutorem hominis divitis dicit φαντασίαν μὲν ἔχειν πλούτου, ὑπόστασιν δὲ μή. Aristot. de mundo, c. 4. Tom. I, p. 854 A. ed. du Val.) — c) ut Latinor. *materia; res*, de qua agitur, de qua loquimur, quam tractamus; 2 Cor. 9, 4 ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ, in hac re, in beneficentia; verba enim τῆς καυχήσεως ut glossema recte reprobavit *Griesbachius*. 2 Cor. 11, 17 ἐν ταύτῃ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως, in hac de gloriatione mihi licita materia. coll. v. 3. *.

Ὑποστέλλω, aor. 1. med. ὑπεστειλάμην (ex ὑπό et στέλλω) 1) demitto, subduco, deprimo; (velum contrahere Pind. Ist. 2, 59.) — ὑποστέλλω ἐμαυτόν, *me subduco* consortio aliorum ex metu, Gal. 2, 12. — Medium: *me subduco* videl. φόβῳ, *ich ziehe mich zurück, subterfugio*, Act. 20, 27 οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν, non me subduxi, i. e. timore haud impeditus sum, quo minus vobis annuntiarem. (Deut. 1, 17 pro גּוּר, οὐ μὴ ὑποστείλῃ πρόςωπον ἀνθρώπου. Sap. 6, 7. Polyb. 1, 16. Ioseph. ant. 6, 5. 5 οὐχ ὑποστειλάμενοι φόβῳ loqui, quae in animo habeant.) — *occulto me;* de iis, qui tempore persecutionum se occultant metu, Hebr. 10, 38 ἐὰν ὑποστείληται (τις), si quis metu se occultaverit. Repetita ex Hab. 2, 4 nec tamen convenienter verbis hebraicis. (Ioseph. bell. 3, 8. 1 μεθ' ἡμέραν ὑπεστέλλετο, interdiu in antro se occultabat.) — 2) med. ὑποστέλλομαί τι, *reticeo aliquid, celo, dissimulo;* Act. 20, 20 οὐδὲν ὑπεστειλάμην, nil reticui. (Ioseph. vit. §. 54 οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἀναφανδὸν εἶπε. de bell. 1, 20. 1 μηδὲν τῆς ἀληθείας ὑποστειλάμενος ἀντικρὺς εἶπε. ib. I, 23. 3. I, 26. 2. ant. 2, 5. 5. vid. etiam loca Philonis apud *Loesn.* p. 222.) *.

Ὑποστολή, ῆς, ἡ, (ab ὑποστέλλω) subductio; *occultatio;* semel Hebr. 10, 39 ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς (intell. υἱοί, Vulgat. *subtractionis filii*, vel est pro: ἐξ ὑποστολῆς) i. e. nos non decet nos occultare, et fidem dissimulare. (Ioseph. bell. 2, 14. 2 λάθρα τὰ πολλὰ καὶ μεθ' ὑποστολῆς ἐκακούργησε. ant. 16, 4. 3 ὑποστολὴν ποιῶνται, fraudes, occulta scelera tentant.)

Ὑποστρέφω, f. ἕψω, aor. 1. ὑπέστρεψα, (ex ὑπό et στρέφω) converto, retro verto passum, LXX pro שׁוּב, — *redeo, revertor*, vel de iis, qui paululum recesserant et revertuntur, vel de iis, qui ex itinere domum redeunt; saepe in scriptis Lucae; Marc. 14, 40. Luc. 2, 20. 43. 23, 48. ὑπέστρεφον scil. εἰς τὰ ἴδια, c. 23, 56. Act. 21, 6 et passim. — Act. 8, 28 ἦν τε ὑποστρέφων, redux erat in patriam. 20, 3. — seq. εἰς, Luc. 1, 56. 2, 39. 45. 4, 14 et passim. Act. 13, 34 ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν, altera vice mori. — seq. ἀπό, Luc. 4, 1. 24, 9. Hebr. 7, 1. (Gen. 14, 17.) — seq. ἐξ, Act. 12, 25. (Ruth. 1, 6.) — Caeterum vid. Gen. 8, 7. 43, 10. Ios. 2, 23. Iud. 21, 23. Ioseph. ant. 11, 2. 2. *.

Ὑποστρωννύω, s. υμι, (ex ὑπό et στρωννύω) *substerno;* Luc. 19, 36. (Hom. Iliad. 10, 155. Ies. 58, 5. coll. Sir. 4, 27.) *.

Ὑποταγή, ῆς, ἡ, (ab ὑποτάσσω) submittere se, parere, *submissio;* de actu submittendi se, 2 Cor. 9, 13 ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγ., quod paruistis ita, ut evangelio nomen daretis. Gal. 2, 5 οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, quibus ne minimum cessimus in obsequio Christo debito. 1 Tim. 2, 11 ἐν πάσῃ ὑποταγῇ ita, ut semper se submittat viro. 3, 4 τέκνα ἐν ὑποταγῇ (ὄντα) liberi qui parent dicto. (Ignat. ad Eph. §. 2. Apud profanos non legitur.) *.

Ὑποτάσσω, s. τάττω, aor. 1. ὑπέταξα, perf. pass. ὑποτέταγμαι, aor. 2. pass. ὑπετάγην, fut. 2. pass. ὑποταγήσομαι, (ex ὑπό et τάσσω) 1) subordino, a) proprie: 1 Reg. 10, 15. — b) metaph. *subiicio* alicuius potestati, Rom. 8, 20. 1 Cor. 15, 27. Eph. 1, 22. Phil. 3, 21. Hebr. 2, 5. 8. (Ps. 8, 7. 18, 51. Dan. 11, 39.) — Passiv. ὑποτάσσομαι, *subiicior, pareo, obedio;* seq. dativo, Luc. 2, 51. 10, 17. 20. Rom. 8, 7. 20. 10, 3. 13, 1. 5. 1 Cor. 14, 32 καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, spiritus prophetici (si qui sint) prophetis subiiciuntur, i. e. fatidici homines, qui vi spiritus in coetu corripiuntur, cedere decet prophetis in coetu, i. e. doctoribus, qui prophetae iam agniti sunt in Ecclesia. 1 Cor. 15, 28. Eph. 5, 22. 24. Col. 3, 18. Tit. 2, 5. 9. 3, 1. Hebr. 12, 9. Iac. 4, 7. 1 Petr. 2, 13. 18. 3, 1. 5. 22. 5, 5. (Ps. 62, 2. 1 Chron. 29, 24. Dan. 6, 13. Sap. 8, 15. 2 Macc. 9, 12.) — In loco 1 Cor. 14, 34 ὑποτάσσεσθαι opponitur τῷ λαλεῖν, et refertur ad illud obsequium, quo decet mulieres a rebus publicis abstinere, easque permittere viris; est igitur: *quietae esse*, nec loqui nec praecipere aliquid. (LXX Ps. 37, 7. 62, 5 pro דָּמַם, siluit.) — 2) ex adiuncto: *debitam reverentiam, debita officia praesto*, 1 Cor. 16, 16. (coll. Phil. 3, 29.) Eph. 5, 21. 1 Petr. 5, 5. *.

Ὑποτίθημι, aor. 1. ὑπέθηκα, (ex ὑπό et τίθημι) 1) *suppono, subiicio*, ich stelle unter; (Hom. Iliad. 18, 375.) — Rom. 16, 4 τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν, collum ipsorum submiserunt periculis, i. e. pro me pericula subierunt. (Sir. 51, 26 de iis, qui salutari disciplinae se subiiciunt; metaphora repetita a iumentis. — Caeterum vid. Gen. 49, 15. Sir. 6, 25.) — 2) med. ὑποτίθεμαί τινι, *suppedito* alicui, *suggero* ei cogitationem, consilium etc. i. q. ὑπαγορεύειν, (Hom. Od. 1, 279. 3, 27. 15, 30. — saepius apud Iosephum, ant. 1, 1. 4. cap. 3, 2. ib. 8, 5. 8. 6, 6. 2. 12, 2. 1.) — de praeceptis: *praecipio;* 1 Tim. 4, 6. (Ioseph. bell. 2, 8. 7 δίαιταν. Id. ant. 5, 6. 3 ὑποθῆκαι praecepta.) *.

Ὑποτρέχω, aor. 2. ὑπέδραμον, (ab ὑπό et τρέχω) *infra cursu deferor;* de navigantibus: *praeterveho*, (videntur enim navigantibus, quae in litore maris conspiciuntur, alta) Act. 27, 16 νησίον δέ τι ὑποδραμόντες. (Cursum occupare, Ioseph. ant. 7, 13. 3.) *.

Ὑποτύπωσις, εως, ἡ, (ab ὑποτυπόω, delineo, adumbro) *delineatio, adumbratio;* — a) transitive: 1 Tim. 1, 16 πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν, ut (hoc meo exemplo) adumbraret conversionem futuram gentium. Hesychius: πρὸς ὑποτύπωσιν· πρὸς σημεῖον. — b) intransitive: imago lineis ducta, *forma*, de doctrina prima, ut exemplar proposita, quod discipulus sequi debet, 2 Tim. 1, 13. *.

Ὑποφέρω, aor. 1. ὑπήνεγκα, aor. 2. ὑπήνεγκον, (ex ὑπό et φέρω) propr. fero ita, ut sub pondere incedam, s. sim; *suffero, patiendo perfero, sustineo;* metaph. de malis; ter: 1 Cor. 10, 13. 2 Tim. 3, 11. 1 Petr. 2, 19. (LXX pro נָשָׂא Ps. 69, 7 ὀνειδισμόν. Mich. 7, 9 ὀργὴν θεοῦ. Iob. 2, 10 τὰ κακά. 2 Macc. 2, 28. 6, 30. Ioseph. bell. 6, 3. 3.) *.

Ὑποχωρέω, ῶ, aor. 1. ὑπεχώρησα, (ex ὑπό et χωρέω) pedem refero, cedo, retrocedo, (Hom. Iliad. 4, 505. 13, 476. de militibus, Ioseph. ant. 7, 9. 6.) — *me subduco, secedo;* Luc. 5, 16. 9, 10. (Iud. 20, 37. Sir. 13, 9. Ioseph. vit. §. 29 ὑπεχώρουν ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ. §. 48 ὑπεχώρησαν εἰς τὴν Ἰησοῦ οἰκίαν.) *.

Ὑπωπιάζω, f. άσω, (ab ὑπώπιον, τό, quod ex ὑπό et ὤψ, ὠπός, ea faciei pars quae sub oculis est; sugillatio, vibex, eine Brausche im Gesicht, ex ictu pugilis vel caestus) *sugillo*, contundo faciem ut livida reddatur. Metaph. ut Latinor. *contundo*, i. e. *excrucio, defatigo;* de eo, qui precibus assiduis aures alicuius defatigat, Luc. 18, 5. et de eo, qui σῶμα coercet, quum denegando ei, quae pertinent ad vitae commoditatem et mollitiem, tum imponendo ei labores molestos et duriores, 1 Cor. 9, 27. In utro-

que loco boni libri etiam exhibent ὑποπιάζω (quod vid.), quod commendavit *Griesb.*

Ὗς, ὑός, ὁ, ἡ, — *sus*, — *porcus*, *porca;* 2 Petr. 2, 22 de quo loco vid. *Ἐξέραμα* et *Κύλισμα.* (LXX pro חֲזִיר Lev. 11, 7. Deut. 14, 8. Prov. 11, 22.) *.

Ὕσσωπος, ου, ἡ, *hyssopus*, (Dioscor. 3, 30. Plin. 14, 16), planta, cuius calamo s. caule utebantur Hebraei in conspersionibus sacris. Ioseph. ant. 4, 4. 6. — De calamo hyssopi Io. 19, 29. (coll. Matth. 27, 48. Marc. 15, 36.) — de fasciculo hyssopi ad conspergendum (Ioseph. ant. 2, 14. 6 ὑσσώπου κόμας) Hebr. 9, 19 sermo est. — LXX pro אֵזוֹב Exod. 12, 22. Lev. 14, 4. 6. 49. 51. 52. Num. 19, 6. 18. 1 Reg. 4, 33. Ps. 51, 8. **.

Ὑστερέω, ῶ, aor. 1. ὑστέρησα, perf. ὑστέρηκα, aor. 1. passiv. partic. ὑστερηθείς, (ab ὕστερος) ὕστερός εἰμι, 1) *posterior sum;* ex adiuncto: *tardius venio,* quam debueram; Hebr. 4, 1 μὴ δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι, ne quis vestrum sibi videatur tardius venisse, quo minus in quietem promissam intret. Monet enim promissionem quietis futurae, Israelitis in deserto factam etiam pertinere ad Christi adseclas, esse καταλειπομένην, relictam Christi discipulis. (Polyb. 9, 15 ποτὲ μὲν ὑστερεῖν, ποτὲ δὲ προτερεῖν ἀνάγκη. Xenoph. anab. 1, 7. 10.) — Metaphorice: *inferior sum* dignitate, honore, loco; (seq. genitivo et dativo rei, vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 237), 1 Cor. 12, 24 τῷ ὑστεροῦντι ignobiliori membro, cui deest δόξα. 1 Cor. 8, 8 ὑστερούμεθα, inferiores sumus, ignobiliores habemur. 2 Cor. 11, 5 μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ἀποστόλων, nulla in re apostolis inferiorem esse. ib. 12, 11. — 2) *deficio, desum;* a) de actionibus: me subduco officio, *deficio,* Hebr. 12, 15 ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος, deficiens a beneficio, a religione; ut Sir. 7, 34 μὴ ὑστέρει ἀπὸ κλαιόντων. Vel etiam ὑστερῶν ἀπό ex hebraismo pro ὑστερῶν τινος, ut Eccles. 6, 2. (De eo, qui deest officio, legitur etiam Num. 9, 7. 13. Hab. 2, 3. Ioseph. ant. 5, 10. 4.) — b) de rebus: *deficio, non adsum,* Io. 2, 3 ὑστερήσαντος οἴνου, quum vinum deficeret. Marc. 10, 21 ἕν σοι ὑστερεῖ. (Ies. 51, 14 οὐ μὴ ὑστερήσει ἄρτος αὐτοῦ, [quae in textu vaticano non leguntur]. Neh. 9, 21 οὐχ ὑστέρησεν αὐτοῖς οὐδέν. Ps. 23, 1.) — c) de opibus, victu, ὑστερέω et apud recentiores scriptores etiam ὑστερέομαι: *destituor, deficit mihi, careo;* ita α) absolute: *penuria laboro, victu destituor,* Luc. 15, 14. 2 Cor. 11, 8. Phil. 4, 12. Hebr. 11, 37. (Sir. 11, 11 ἔστι κοπιῶν καὶ πονῶν, καὶ τόσῳ μᾶλλον ὑστερεῖται. Sir. 13, 4.) — β) ὑστερῶ τι, deficit mihi, Matth. 19, 20. (Ps. 39, 6 τί ὑστερῶ ἐγώ;) — γ) ὑστερέω s. ὑστερέομαί τινος, destituor, careo aliqua re; Luc. 22, 35. Rom. 3, 23 ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, carent (ob commissa peccata) laude, qua Deus eos ornet. (Ioseph. ant. 2, 2. 1 οὐδενὸς ὑστέρουν. ib. 15, 6. 7 ὕδατος ὑστερηθῆναι. Num. 24, 11 ὑστέρηκέ [text. vatic. ἐστέρησε] σε κύριος τῆς δόξης.) — δ) seq. ἐν cum dativo eodem sensu, 1 Cor. 1, 7 μὴ ὑστερ. ἐν μηδενὶ χαρίσματι. (seq. dativo Sir. 11, 12 ὑστερῶν ἰσχύϊ. Ioseph. ant. 19, 1. 5 ἐφυστερήκει τοῖς καιροῖς.) *.

Ὑστέρημα, τος, τό, (ab ὑστερέω) 1) *deesse, abesse, carere;* de personis: *abesse ab alio,* cum genitivo obiecti, 1 Cor. 16, 17 τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν, quod vobis careo, hi explent, i. e. loco vestrum, quorum praesentia, solatio, ope destituor, mihi sunt. Phil. 2, 30. Col. 1, 24 ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, Christi loco in corpore meo ea, quae vexationibus Messiae inflictis deesse videntur, suppleo, patior. — de rebus: *defectus, penuria;* 2 Cor. 8, 14 εἰς τὸ ἐκείνων — ὑμῶν ὑστέρημα, ut eorum — vestrae penuriae succurratur. ib. 9, 12. 11, 9. 1 Thess. 3, 10 τὰ ὑστερ. τῆς πίστεως, quod deest vestrae fidei. (Iud. 18, 10. 19, 19. 20. Ps. 34, 9. Prov. 21, 5. Esdr. 6, 9. Eccles. 1, 15.) — 2) *exiguitas;* — de opibus: res angusta, curta suppellex; Luc. 21, 4 ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἔβαλε, ex opibus quam maxime exiguis coniecit. (Test. XII patr. p. 747 αὐτὸς (Messias ex tribu Beniaminitica oriundus) ἀναπληρώσει τὰ ὑστερήματα τῆς φυλῆς σου, gloria, quam tribui comparabit, explebit eius exiguitatem.) **.

Ὑστέρησις, εως, ἡ, (ab ὑστερέω) i. q. ὑστέρημα, *penuria,* Phil. 4, 11 καθ᾽ ὑστέρησιν quasi penuria laborem. — *curta suppellex, opes exiguae,* Marc. 12, 44. coll. Luc. 21, 4. (In V. T. non legitur.) *.

Ὕστερον, vid. Ὕστερος.

Ὕστερος, α, ον, (quod putant esse comparativum ab ὑπό, quasi ὑπίστερος, per synopen ὕστερος, sed vid. *Buttm.* Gr. ampliss. §. 69.) *posterior, subsequens, sero futurus;* semel 1 Tim. 4, 1 ἐν ὑστέροις καιροῖς i. q. ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, et intelligendum est tempus Messiae adventum proxime antecedens. (De tempore adventus Messiae eadem verba habentur in Test. XII patr. p. 746. Hom. Iliad. 5, 17. — LXX pro אַחֲרוֹן 1 Chron. 29, 29.) — Neutrum, ὕστερον abiit a) in adverbium: *postea, tandem, olim,* et de temporis spatio tum breviori tum longiori dicitur; Matth. 4, 2. 21, 29. 32. 37. 25, 11. 26, 60. Marc. 16, 14. Luc. 4, 2. Io. 13, 36. Hebr. 12, 11. (Prov. 24, 32. 5, 4. Ioseph. ant. 2, 15. 1. Hom. Iliad. 1, 27. — ἐφ᾽ ὑστέρῳ, post, Sap. 19, 11. ἐξ ὑστέρου, tandem, Epist. Ier. v. 72.) — b) in praepositionem seq. genitivo: *post,* Matth. 22, 27 ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. Luc. 20, 32. (Ier. 29, 2. 31, 19.) *.

Ὑφαντός, ή, όν, (ab ὑφαίνω, contexo, perf. passiv. ὕφανται) *contextus, textus;* semel Io. 19, 23. (vid. Ἄῤῥαφος). — LXX bis pro אָרַג, aliquoties pro חֹשֵׁב Exod. 26, 32. 28, 6. 35, 35. 36, 27. 38, 23. 39, 3. 7. Hom. Od. 13, 136. 218. Ioseph. ant. 3, 2. 4. ib. 3, 6. 4. *.

Ὑψηλός, ή, όν, (ab ὕψι, alte, Hom. Iliad. 13, 140.) 1) *altus;* de loco Matth. 4, 8. 17, 1. Marc. 9, 2. Luc. 4, 5. Apoc. 21, 10. 12. (LXX pro בָּמָה, גָּבֹהַּ, מָרוֹם, רָם et similibus, 1 Reg. 13, 32. Ies. 2, 5. Gen. 7, 19. Hom. Iliad. 24, 281. Od. 1, 426.) — ἐν ὑψηλοῖς, i. e. *in coelo,* Hebr. 1, 3. (vid. Ps. 93, 6. 113, 5. Ies. 33, 5.) — 2) *elatus in altum, sublimis;* Hebr. 7, 26 ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος, supra coelos ad Deum elatus. Vid. Eph. 4, 10 ἐπάνω πάντων οὐρανῶν, et quae sub Οὐρανός de pluribus coelis dicta sunt. — Act. 13, 17 μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ, brachio elato, mit hoch geschwungenem Arme, quum bellatoris instar Aegyptios percuteret; sensus: potentia efficacissima. (LXX eam loquendi formam ponunt non solum pro חָזָק Exod. 6, 1. 32, 11. sed saepius pro נָטוּי Exod. 6, 6. Deut. 4, 34. 5, 15. 7, 19. 9, 29. De natura imaginis vid. Ies. 5, 25. 9, 12. 17. 21. 10, 4. 14, 26 sq.) — 3) metaphor. *eximius, insignis;* a) de honore: *princeps, praestans;* Luc. 16, 15 τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλόν (neutrum pro masculino, ut τοῦτο, πᾶν), qui e iudicio hominum principes esse videntur et nobiliores aliis. Respicit ad fastum legis peritorum et Rabbinorum. (LXX Eccles. 5, 7. Ies. 10, 33 ubi in altero membro ἔνδοξοι. 24, 4. Pind. Ol. 2, 38 ὄλβον ὑψηλόν. Id. Py. 3, 197 κλέος.) — b) de opinione, spiritu, ut Latin. *alta,* de vana superbia; Rom. 12, 16 τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, alta spirantes. (1 Sam. 2, 3 λαλεῖ ὑψηλά. I[illegible]9, 9 ὑψηλῇ καρδίᾳ. Prov. 17, 20 ὑψηλὸς πνεύματι. 30, 13 ὑψηλοὶ ὀφθαλμοί.) *.

Ὑψηλότερος, α, ον, (comparativ. ab ὑψηλός) *altior,* Hebr. 7, 26. vid. Ὑψηλός, num. 2.

Ὑψηλοφρονέω, ῶ, i. e. ὑψηλὰ φρονέω (Rom. 12, 16), *alta spiro, superbio;* bis: Rom. 11, 20. 1 Tim. 6, 17.

Ὕψιστος, η, ον, (superl. ab ὕψι, alte) *altissimus;* — ἐν τοῖς ὑψίστοις, Matth. 21, 9. Marc. 11, 10. sive ἐν ὑψίστοις Luc. 2, 14. 19, 38. hebr. בַּמְּרוֹמִים Iob. 16, 19. Ies. 57, 15. i. e. in coelo, quippe quod altissimum omnium videtur, vid. Prov. 25, 3. Narratio Iosephi ap. Birch. p. 192 ἅγιος ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν ἐν τοῖς ὑψίστοις. — Hinc Deus, quia solus in coelo habitare putabatur, et ita distinguebatur a Diis fictitiis, dicitur ὁ ὕψιστος, hebr. עֶלְיוֹן, chald. עִלָּיָא, i. e. ut Ies. 57, 15 explicatur, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, *summus omnium omnino dominus;* ita θεὸς ὁ ὕψιστος, Marc. 5, 7. Luc. 8, 28. Act. 16, 17. Hebr. 7, 1. (Dan. 3, 27. 33. 5, 20. 23. Gen. 14, 18-22. 3 Esdr. 2, 3 κύριος ὁ ὕψιστος pro אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם quod habet textus hebr. 2 Chron. 36, 23.) — ὁ ὕψιστος, Luc. 1, 32. 35. 76. 6, 35. Act. 7, 48. (Num. 24, 16. Deut. 32, 8. 2 Sam. 22, 14. Ps. 9, 2. 82, 6. 83, 17. Dan. 4, 21—31. 7, 25.) **.

Ὕψος, εος, τό, (ab ὕψι, alte) 1) *altitudo;* — de mensura, Eph. 3, 18. Apoc. 21, 16. (LXX pro גֹּבַהּ 1 Sam. 17, 4. Ezech. 40, 43. קוֹמָה Gen. 6, 15. Exod. 25, 10. 23.) — *Κατ᾽ ἐξοχήν: coelum,* quippe omnium altissimum, et ut οὐρανός simul pro eo, qui in coelo habitat, *Deo;* ἐξ ὕψους, coelitus, a Deo, Luc. 1, 78. 24, 49. — εἰς ὕψος in coelum, ad Deum, Eph. 4, 8. (Ps. 68, 19. Vid. Ps. 18, 19.

144, 8. Sir. 17, 26. 43, 10. 51, 19. Act. Thom. §. 10.) — 2) metaphor.: dignitas, *honor, splendida conditio, das Empor-in die Höhe Kommen*, Iac. 1, 9. (1 Chron. 14, 2. 23, 17. 2 Chron. 1, 1. Iob. 40, 10.) *.

Ὑψόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ὕψωσα, aor. 1. pass. ὑψώθην, fut. 1. pass. ὑψωθήσομαι, (ab ὕψος), LXX pro רוּם, גָּבַהּ, גָּדַל, נָשָׂא, — *in altum tollo, extollo*, a) proprie de motu in locum altiorem; Io. 3, 14 ὕψωσε τὸν ὄφιν, extulit serpentem. (Ita ὑψωθῆναι de Iesu: in crucem tolli, suspendi, quod Test. XII patr. p. 739 plenius dicitur: ἐπὶ ξύλου ὑψωθήσεται.) — Ὑψωθῆναι ἐκ τῆς γῆς Io. 12, 32. 34 super terram tolli ad coelum, quae respiciunt simul ad crucis supplicium. — τῇ δεξιᾷ τοῦ θεοῦ ὑψωθείς, Act. 2, 33. 5, 31 ad dextram Dei elatus, ubi utraque notio et propria evehendi ad coelum, et tropica evehendi ad summos honores spectari potest. (Gen. 19, 13 ὑψώθη ἡ κραυγὴ αὐτῶν ἔναντι κυρίου. Gen. 7, 17 ὑψώθη ἀπὸ τῆς γῆς.) — b) tropice: α) ὑψόω τινά, *eveho* aliquem ad dignitatem, honores, felicitatem, *augeo illum honore, potentia, felicitate*; Luc. 1, 52. Act. 13, 17 τὸν λαὸν ὕψωσεν. Iac. 4, 10. 1 Petr. 5, 6. — et ὑψωθήσομαι eodem sensu, Matth. 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14. (Alii: laudibus efferar, ut in V. T. haud raro, Neh. 9, 5. Ps. 18, 46. 21, 13. 46, 10. 99, 5.) — (Ios. 3, 7. Ies. 4, 2 ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραήλ. Gen. 24, 35. 48, 19. Ezech. 21, 25. Ps. 7, 6. Test. XII patr. p. 712.) — β) ὑψόω ἐμαυτόν, *effero me, superbio, fastu efferor*, Matth. 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14. — γ) ὑψώθην, *elatus sum, alto s. eximio loco positus sum*, Matth. 11, 23. Luc. 10, 15 Καπερναούμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, quae ad coelum usque pertingis, i. e. potentia, divitiis quam maxime conspicua es. (Ps. Sal. 1, 5 ὑψώθησαν ἕως τῶν ἄστρων [fastu suo ad astra caput efferebant], καὶ εἶπαν, οὐ μὴ πέσωσιν [πέσωμεν]. Vid. etiam Ier. 49, 16. Obad. v. 3. Test. XII patr. p. 531 ζητήσετε ὑψωθῆναι ὑπὲρ αὐτούς, ἀλλ' οὐ δυνήσεται. et conf. Deut. 1, 28. 9, 1.) — 2 Cor. 11, 7 ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε, ut vos eo clariores, superbiores sitis, dass ihr gross, stolz würdet. (Ies. 3, 15 ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιών; et ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ, de superbientibus Deut. 8, 14. 2 Chron. 17, 6. 26, 16. Ps. 131, 1. Prov. 18, 12. Ezech. 28, 2. 5.) *.

Ὕψωμα, τος, τό, (ab ὑψόω, perf. pass. ὕψωμαι) *id quod elatum est*, das Erhobensein, propr. locus editus, a) *vallum exstructum*, propugnaculum; 2 Cor. 10, 5 πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον, quodcunque vallum sive propugnaculum exstructum. (Iudith. 10, 8. 13, 4. 15, 9 ὕψωμα Ἱερουσαλήμ, propugnaculum Hierosolymorum.) — b) *altissimum*, i. e. *coelum*; Rom. 8, 39 οὔτε ὕψωμα οὔτε βάθος, nec coelum (Prov. 25, 3) nec terra, et quae iis insunt. Vid. Βάθος. (Epiph. adv. haer. 1, 1. 1. Philo de praem. et poen. p. 910 D: ἐν τῷ ὑψώματι τοῦ ἀέρος, in der Höhe des Aethers, i. e. in coelo. — Tropice Iob. 24, 24.) *.

Φ.

Φάγος, ου, ὁ, (a φαγεῖν) substantivum: *homo edax, phagus, ein Fresser*; distinguendum a φαγός, adiectivo: vorax, fressig, de quo discrimine *Fritzschius* (ad Marc. p. 790 sqq.) docte disputavit, coll. *Lobeck*. ad *Phryn*. p. 434. Bis: Matth. 11, 19. Luc. 7, 34. (Hesych. τρώκτης· φάγος, ὁ ἀπὸ πάντων ἐσθίων, καὶ κερδαίνειν βουλόμενος, πανοῦργος, ἀπατεών. Moschopul. de sched. p. 178: τρώκται, παρὰ Φιλοστράτῳ, οἱ πολλὰ ἐσθίοντες, ἤγουν οἱ κοινῶς φάγοι.)

Φάγω, vid. Ἐσθίω.

Φαιλόνης, (scribitur in codd. etiam φαιλώνης, φελώνης) ου, ὁ, quod non nisi 2 Tim. 4, 13 legitur, ab aliis explicatur: *theca libraria*, ut syrus interpres, et Hesychius: φαιλόνης· εἰλητάριον μεμβράϊνον, ἢ γλωσσόκομον. Alii, et rectius, ut videtur, per methathesin literarum accipiunt pro φαινόλης, quod profanis est *paenula, ein Regen-Reisemantel*. Athen. III, c. 57. p. 97 οὐ σύ εἶ, ὁ καὶ τὸν καινὸν φελόνην (...ται γάρ, ὦ βέλτιστε, καὶ ὁ φαινόλης) εἰπών; καὶ Λεῦκε, δός μοι τὸν ἄχρηστον φαινόλην. cf. Photius 636, 20 sq. (Rabbini פְּלוֹן, *pallium*, et פַּלְנִיָא *subligaculum*. Vid. *Buxtorf*. lex. p. 1472 et p. 1747. *Schoettgen*. hor. hebr. et talm. p. 898.)

Φαίνω, f. ανῶ, aor. 2. pass. ἐφάνην, fut. φανήσομαι, (a stirpe φάω, luceo, appareo, collustro) LXX pro הֵאִיר — I) activum: *luceo, lucem spargo, luce collustro*, Io. 1, 5. 5, 35. 2 Petr. 1, 19. 1 Io. 2, 8. Apoc. 1, 16. 21, 23. (Gen. 1, 17. Ps. 76, 18. 96, 4. Hom. Odyss. 4, 12.) — II) passivum: 1) *luce suffundor, conspicior, appareo*; a) propr. Apoc. 8, 12 ἵνα ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, ut dies non lucida sit secundum tertiam partem, i. e. ut lux diei comminuatur usque ad tertiam partem. — b) tropice: *honoris splendore circumfundor, splendeo, emineo*; Phil. 2, 15 ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες. — 2) *appareo, palam fio, conspicior*, a) propr. Matth. 2, 7 τοῦ φαινομένου ἀστέρος, stellae adhuc micantis. Matth. 24, 27 ἀστραπή. ib. v. 30 τὸ σημεῖον τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. (Hom. Iliad. 4, 278. 5, 864. 19, 375. Ies. 60, 2.) — de Deo, angelis, redivivis, apparentibus, Matth. 1, 20. 2, 13. 19. Marc. 16, 9. Luc. 9, 8. (Num. 23, 3 pro נִקְרָה. 2 Macc. 3, 33. 10, 29. 11, 8. Test. XII patr. p. 541. Ioseph. ant. 7, 7. 3 ὁ θεὸς φανεὶς [Nathano] κατὰ τοὺς ὕπνους. Id. contr. Apion. 1, 32 ἡ Ἶσις κατὰ τοὺς ὕπνους ἐφάνη.) — Matth. 6, 5. 16. 18 ὅπως φανῶσιν τοῖς ἀνθρώποις, ut appareant omnibus ieiunantes, ut hoc pietatis exercitium ab omnium oculis conspiciatur. Iac. 4, 14 ἀτμὶς ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη. Apoc. 18, 23. (Ier. 47, 3 pro נִרְאָה. 1 Macc. 11, 12 τότε ἐφάνη ἡ ἔχθρα αὐτῶν.) — de segete: *prodeo*, ich komme zum Vorschein Matth. 13, 26 (2 Macc. 1, 33 τὸ ὕδωρ ἐφάνη.) — de eventu: *conspicior, evenio*, Matth. 9, 33 οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ. — de rebus omnino: *conspicior, conspici possum*; Hebr. 11, 3 εἰς τὸ μὴ ἐκ [pro ἐκ μὴ] φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, quae non conspicerentur, luce carerent. (Philo de opif. m. p. 6 dicit, Deum primum creasse οὐρανὸν ἀσώματον (sine astris), καὶ γῆν ἀόρατον, i. e. sine luce.) — b) tropice: *videor aliquis esse*, Matth. 13, 26. 27 ἔξωθεν φαίνονται ὡραῖοι. Luc. 24, 11 ἐφάνησαν ὡσεὶ λῆρος. (Test. XII patr. p. 530 ἐφαίνοντο αὐταῖς ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάνοντες. Prov. 21, 2 πᾶς ἀνὴρ φαίνεται ἑαυτῷ δίκαιος. Hom. Odyss. 2, 230 φανεὶς ἐρατεινός. Ioseph. c. Apion. 1, 28.) — φαίνεταί μοι, *videtur mihi, placet*, de iudicio; Marc. 14, 64. (3 Esdr. 2, 21 ἂν φαίνηταί σοι, si tibi placet.) — Quum, quae conspiciuntur, etiam cognoscantur, qualia sint, est: videor aliis, — *palam fio, cognoscor, deprehendor*, Rom. 7, 13 ἵνα φανῇ ἁμαρτία — ἁμαρτωλός, ut palam fiat vitiositatem — vere improbam esse et poena dignam. (Est enim hic anacoluthon [*Matthiae* Gramm. §. 631] agnoscendum, quum Paulus ἵνα γένηται pro ἵνα φανῇ in sequentibus usurpet, ut gravior fiat oratio.) 2 Cor. 13, 7. (2 Macc. 6, 27 τοῦ γήρως ἄξιος φανήσομαι. Sap. 8, 16.) — 1 Petr. 4, 18 ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται, ubi locorum palam erit? i. e. quid ei eveniet? (Similiter 2 Macc. 7, 22 ubi mater filiis dicit: οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τὴν ἐμὴν ἐφάνητε κοιλίαν, nescio quomodo (homines) facti fueritis in utero. 2 Macc. 3, 25 ἐφαίνετο ἔχων. 4 Macc. 1, 32 ἐπικρατεῖν φαίνεται, imperium tenet. ib. 2, 4. Ioseph. bell. 1, 8. 4 πανταχοῦ γενναῖος φανείς.) *.

Φαλέκ, ὁ, hebr. פֶּלֶג, *Phaleg*, nom. pr. viri, filii Heberis; Luc. 3, 35. (Gen. 10, 25.)

Φανερός, ά, όν, (a φαίνομαι) *manifestus*, ita ut conspici, intelligi possit; de iis, quae oculis conspiciuntur, audiuntur, mente intelliguntur; Act. 4, 16 σημεῖον πᾶσι φανερόν. (2 Macc. 15, 35.) — φανερὸν ποιεῖν, manifestare quis aliquis sit, Matth. 12, 16. Marc. 3, 12. (2 Macc. 12, 41. τοῦ τὰ κεκρυμμένα φανερὰ ποιοῦντος. Ioseph. ant. 3, 4. 2.) — φανερὸν γίνεσθαι, ab omnibus cognosci, satis innotescere; Marc. 6, 14. Luc. 8, 17. Act. 7, 13. 1 Cor. 11, 19. 3, 13. 14, 25. Phil. 1, 13. (1 Macc. 15, 9. 2 Macc. 1, 33.) — φανερόν ἐστι satis manifestum, facile intelligendum est, Rom. 1, 19 τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, satis manifestum est iis (für sie) Deum cognoscere. (De eo quod facile est intellectu, iudicatu, usurpat etiam Ioseph. bell. 7, 1. 2.) Gal. 5, 19. 1 Tim. 4, 15. (Prov. 16, 5. Sir. 6, 24. 2 Macc. 6, 30.) — *dignoscendi* sensu, 1 Io. 3, 10. — εἰς φανερὸν ἔρχεσθαι, palam fieri, omnibus innotescere, Marc. 4, 22. Luc. 8, 17. — ἐν τῷ φανερῷ, adverbialiter: *palam* i. e. a) in loco publico, Matth. 6, 4. 6. 18.

(Ioseph. ant. 4, 2. 4.) — b) quatenus oculis aliquis conspicitur; Rom. 2, 28 ὁ ἐν τῷ φανερῷ, Iudaeus qui palam est, quatenus externis signis dignoscitur. (Ioseph. vit. §. 25 ἐκ τοῦ φανεροῦ, palam.) *.

Φανερόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ἐφανέρωσα, perf. pass. πεφανέρωμαι, aor. 1. pass. ἐφανερώθην, fut. 1. pass. φανερωθήσομαι (a φανερός) apud LXX semel Ier. 33, 6 pro גִּלָּה, — φανερὸν ποιέω, *manifestum, conspicuum facio;* de iis, quae oculis, auribus, mente, usu satis innotescunt, et palam fiunt. a) activum: *manifestum, conspicuum facio*, Io. 2, 11 ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ. c. 7, 4 ἑαυτὸν τῷ κόσμῳ, in publicum prodire. 17, 6 τὸ ὄνομα. 21, 1 ἐφανέρωσε ἑαυτόν. (Epist. Barn. c. 5 ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν (Christus) υἱὸν θεοῦ εἶναι.) Rom. 1, 19. 1 Cor. 4, 5 τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. 2 Cor. 2, 14. — *publice trado*, Col. 4, 4. Tit. 1, 3. — b) passivum: *manifestor, conspicuus fio, appareo;* α) absolute; Marc. 4, 22. Io. 3, 21. 9, 3. Rom. 3, 21. 14, (in textu vulg. c. 16) 26. 2 Cor. 4, 10. 11. vid. Ζωή, 1 lit. b. ib. 5, 11 πεφανερῶσθαι, me i. e. meam integritatem animis vestris manifestam esse. 2 Cor. 11, 6 ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς, in quavis re, (in utroque, et λόγῳ et γνώσει) vobis omnino conspicuus factus sum. Eph. 5, 13 πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστιν, omnia quae (per iudicium Dei) manifesta sunt, luce collustrantur, i. e. non amplius sunt κρυφῇ γενόμενα, sed omnium oculis exposita. Col. 3, 4 φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ σὺν αὐτῷ, simul cum eo conspicui eritis δόξῃ. 2 Tim. 1, 10. Hebr. 9, 8. 1 Petr. 1, 20. 1 Io. 3, 2 οὔπω ἐφανερώθη, usu nondum cognitum habemus. ib. 4, 9 ἐν τούτῳ ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐν ἡμῖν, ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀπέσταλκεν. Apoc. 15, 4. — De coelitus venientibus, redivivis: *appareo*, Marc. 16, 12. 14. Io. 21, 14. Col. 3, 4. 1 Tim. 3, 16. Hebr. 9, 26. 1 Petr. 5, 4. 1 Io. 1, 2. 2, 28. 3, 5. 8. — β) seq. dativo personae; Io. 1, 31 ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ, ut Israelitis conspicuus esset. 2 Cor. 5, 11 θεῷ δὲ πεφανερώμεθα, Deo conspicuus factus sum qualis sim, Deus me totum perspexit. Col. 1, 26. — γ) seq. ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, 2 Cor. 7, 12. — seq. ἔμπροσθεν, 2 Cor. 5, 10. — δ) seq. ὅτι, 2 Cor. 3, 3 φανερούμενοι, ὅτι ἐστέ, omnibus conspicui, quod estis, i. e. qui manifesto estis. 1 Io. 2, 19 ἀλλ' (hoc factum est) ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ὑμῶν, pro ἵνα φανερὸν ᾖ, ὅτι etc. *.

Φανερῶς, (a φανερός) adv. *manifesto, palam;* Marc. 1, 45. Io. 7, 10. (Philo de alleg. II, p. 68. Ioseph. ant. 5, 6. 2. ib. 3, 5. 4 λέγειν φανερῶς.) — de cognitione: *perspicue, clare;* Act. 10, 3. — (Pilati relat. ap. Birch. p. 168: καὶ Νῶε ἴδωμεν ἐν σώματι φανερῶς.) *.

Φανέρωσις, εως, ἡ, (a φανερόω) *manifestatio*, i. q. φανεροποίησις; 2 Cor. 4, 2 φανέρωσις τῆς ἀληθείας, publice tradere doctrinam veram. — 1 Cor. 12, 7 ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος, cuicunque conceduntur illa dona, quibus spiritus sanctus sese manifestat, sive quae praesentiam spiritus s. in homine manifestant.

Φανός, οῦ, ὁ, (a φαίνω, φανῆναι) *lucerna, eine Leuchte, fax, taeda;* semel Io. 18, 3. (Aeschyl. Agam. v. 290. Dionys. Halic. 11, 40 ἐξέτρεχον ἅπαντες ἐκ τῶν σκηνῶν ἀθρόοι, φανοὺς ἔχοντες καὶ λαμπάδες. Legitur tantum apud scriptores inferioris aetatis. Hesych. Ἀττικοὶ δὲ λυχνοῦχον ἐκάλουν, ὃν ἡμεῖς νῦν φανόν. Vid. etiam Phrynich. ed. *Lobeck*. p. 59.) *.

Φανουήλ, ὁ, (פְּנוּאֵל, i. e. aspexit Deus) *Phanuel*, nom. propr. viri, de quo vid. Luc. 2, 36.

Φαντάζω, (a φαίνω) conspicuum facio, manifesto; — pass. φαντάζομαι, *conspicuus fio, appareo;* semel Hebr. 12, 21 ubi τὸ φανταζόμενον est i. q. τὸ φαινόμενον, collective: *phaenomena*, diciturque de fulgure, tonitru, fumo etc. de quibus vid. Exod. 19. — (Sap. 6, 16 ἡ σοφία ἐν τρίβοις φαντάζεται αὐτοῖς, cultoribus suis apparebit. Herodian. 8, 3. 21. Philo de nomin. mutat. p. 1045 B: ὁρᾶν γὰρ οὐδὲν ἐν ἑαυτοῖς ἔχομεν, ᾧ δυνησόμεθα ἐκεῖνο (videl. τὸ ὄν, Dei naturam) φαντασιασθῆναι. — Deinde etiam φαντάζειν τινα, aliquem vana imaginatione decipere; Test. XII patr. p. 538 ἐν ὕπνῳ τις ζῆλος κακίας αὐτὸν φαντάζουσα κατεσθίει. Periodi Ioann. ap. Birch. p. 302: ὅτι πλάνος ὑπάρχων ἐφάντασας ἡμᾶς. — Passiv. Sir. 51, 5 et Aquila et Theodot. Ies. 56, 10 φανταζόμενοι, ubi LXX ἐνυπνιαζόμενοι.) **.

Φαντασία, ας, ἡ, (a φαντάζω) *ostentatio, pompa, das Schaustellen, Sich-sehen-lassen;* semel de pompa splendida principis Act. 25, 23. (Zach. 10, 1 pro חֲזִיזִים κύριος ἐποίησε φαντασίας. Philo de opif. m. p. 12 B: „sole suborto obscurantur αἱ φαντασίαι τῶν ἀστέρων.) — Praeterea Marc. 6, 29 in varia lect. φαντασίαν habes pro φάντασμα, Trugbild, imago fraudulenta, animum decipiens, quo sensu etiam legitur Hab. 2, 18. 19. Sap. 18, 17. Test. XII patr. p. 524. 530. — opinio fraudulenta, Ioseph. de bell. 6, 1. 7.

Φάντασμα, τος, τό, (a φαντάζω) res conspecta, visum; *daemon conspectus, spectrum;* bis: Matth. 14, 26. Marc. 6, 49. Item in varia lect. Luc. 24, 37. (Iosephus de angelis, ant. 1, 20. 2. ib. 5, 6. 2. et 5, 8. 2 φάντασμα ἐπιφαίνεται, ἄγγελος τοῦ θεοῦ. — de imaginibus somniorum terribilibus Ioseph. bell. 3, 8. 3. Sap. 17, 15.)

Φάραγξ, γγος, ἡ, (a stirpe obsoleta φάρω i. q. σχίζω, scindo, diffindo) propr. scissura, hiatus; de scissuris petrarum et terrae: *hiatus, faux, vallis angusta montibus praeruptis terminata, Schlucht, Schlund;* semel Luc. 3, 5. (Saepius apud Ioseph., ut de bell. 6, 8. 5. ib. 7, 6. 1. coll. 4 Macc. 14, 16. — LXX saepius pro אָפִיק Ies. 8, 7. Ezech. 6, 3. גַּיְא Ios. 15, 8. Ies. 22, 1. 40, 4. נַחַל Gen. 26, 17. Deut. 1, 24. 2, 24.)

Φαραώ, ὁ, hebr. פַּרְעֹה, apud scriptores N. T. est indeclinabile, (Iosephus flectit: Φαραώθης, ου, ῃ, ην, vid. ant. 2, 13. et cap. 14. et LXX flectunt Φαραώ, τοῦ Φαραώ, τῷ Φαραῷ, τὸν Φαραώ) *Pharao*, nomen commune et appellativum regnum Aegyptiorum antiquiorum, (Ioseph. ant. 8, 6. 2 ὁ Φαραὼν κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει. Putat Iosephus ib. nomen hoc posteriores reges accepisse a primo, qui hoc nomen habuerit. Vid. etiam Gen. 47. Exod. 5 sqq.) Act. 7, 10 ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, (ubi Φαραὼ loco nominis proprii est.) v. 13. 21. Rom. 9, 17. Hebr. 11, 24. *.

Φαρές, ὁ, (פֶּרֶץ, ruptura, vid. Gen. 38, 39.) *Phares*, nomen propr. filii Iudae, Matth. 1, 3. Luc. 3, 32.

Φαρισαῖος, ου, ὁ, (apud Rabbinos פָּרוּשׁ, Pharisaeus, etiam: abstinens, continens, separatus; Suidas: φαρισαῖος· ἀφωρισμένος; alii deducunt a פָּרַשׁ docuit, interpretatus est; legis interpretes) *Pharisaeus*, unus e secta Pharisaeorum, cuius sectae mentio in commentariis Iosephi primum fit ant. 13, 5 ubi agit de tempore Ionathani pontificis, qui a. 159 — 144 ante Chr. nat. vixit. Uberius de iis exposuit Ioseph. ant. 13, 5. et 24. ib. lib. 17, 2. lib. 18, 1. et 2. de bell. 2, 8. 14. Erant acerrimi legis mosaicae, inprimis rituum a Mose praescriptorum, defensores, verborumque legis captatores, praeter eam etiam παράδοσιν, i. e. praecepta doctorum posterioris aevi prolata ad ritus plerumque spectantia, admittentes, religiosissimi in cerimoniis, de vera animi emendatione parum solliciti, fucatae pietatis studiosi, apud populum magna gaudentes auctoritate, ut etiam synedrii magni ex parte assessores, cuiusque sanioris doctrinae, quae rituum dignitatem minuere videbatur, adversarii acerrimi, ideoque Christo inimicissimi, et supplicii eius auctores primarii. Quod ad dogmata eorum attinet, non omnia satis sunt enucleata, quum fatum, at vero etiam aliquam hominis libertatem, immortalitatem et praemia et poenas alterius vitae, at vero etiam μετεμψύχωσιν docuisse dicantur. Matth. 3, 7. 5, 20. 9, 11. 14. 34. 12, 2. 14. 24. 38. 15, 1. 12. 16, 1. 6. 11 sqq. 19, 3. 21, 45. 22, 15. 34. 41. 23, 2. 13. 14. 15. 23. 25 — 29. 27, 62. Marc. 2, 16. 18. 24. 3, 6. 7, 1. 3. 5. 8, 11. 15. 10, 2. 12, 13. — Luc. 5, 17. 21. 30. 33. 6, 2. 7. 7, 30. 36 — 39. 11, 37 — 44. 12, 1. 13, 31. 14, 1. 3. 15, 2. 16, 14. 17, 20. 18, 10 sqq. 19, 39. Io. 1, 24. 3, 1. 4, 1. 7, 32. 45 — 48. 8, 3. 13. 9, 13 — 16. 40. 11, 46 sqq. 57. 12, 19. 42. 18, 3. Act. 5, 34. 15, 5. 23, 6 — 9. 26, 5. Phil. 3, 5. *.

Φαρμακεία, ας, ἡ, (a φαρμακεύω, i. q. φάρμακον, medicinam, venenum, pigmentum vel paro, vel do) 1) parare, vel dare medicinam, medicatio, (Xenoph. mem. 4, 2. 17. Ioseph. de bell. 4, 9. 11 φάρμακον πρὸς σωτηρίαν,) vel venenum; — veneficium; (Polyb. 40, 3. 7.) — 2) *incantatio, praestigiae, artes magicae*, Gal. 5, 20. (Exod. 7, 11. 22. 8, 18. Sap. 18, 13 de artibus praestigiatorum Aegyptiorum.) Quae artes quum doceri a daemonibus malis et [illegible] eorum peragi putarentur (Lib. Henoch. p. 183. 185 ... daemon φάρμαρος docuisse φαρμακείας traditur), φαρμακεία etiam metonymice de *idololatria* et *praestigiis*

ethnicorum dicitur; Apoc. 9, 21. 18, 23 et in V. T. Ies. 47, 9. 12 pro כְּשָׁפִים et Sap. 12, 4. *.

Φαρμακεύς, *έως*, *ὁ*, (a *φαρμακεύω*, vid. *Φαρμακεία*) medicinam conficiens; *veneficus*, (Ioseph. vit. §. 31); *incantator*, *praestigiator*. [Apoc. 21, 8 ubi *Griesb.* *φαρμάκοις* edidit.]

Φαρμακός, *οῦ*, *ὁ*, *ἡ*, (ab eodem them. — Ioseph. ant. 17, 4. 1 *φαρμακιστόταται γυναῖκες*, mulieres veneficiis maxime deditae, vel eorum peritissimae) i. q. *φαρμακεύς*, *veneficus*, *incantator*; Apoc. 21, 8. 22, 15. — LXX pro חַרְטֹם Exod. 9, 12. pro מְכַשֵּׁף Exod. 7, 11. 22, 17. Deut. 18, 10. Ier. 27, 7. Dan. 2, 2. Mal. 3, 5. — Ps. 58, 5. *.

Φάσις, *εως*, *ἡ*, (a *φάω*, *φημί*, dico) dictio; — *fama*, *nuntius*; Act. 21, 31. (de delatione, Demosth. p. 793. 16 ed. *Reisk.* Pollux onom. 8, 6. 47 *κοινῶς δὲ φάσεις ἐκαλοῦντο πᾶσαι αἱ μηνύσεις τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων*, quae spectant ad *φάσις* a *φαίνω* notum facio. Act. l. l. patet e verbo *ἀνέβη*, quod adiectum est, *φάσιν* esse rumorem, famam.) *.

Φάσκω, imperf. *ἔφασκον*, (a *φάω*, i. q. *φημί*) *dico pro certo*, *affirmo*, (Hom. Iliad. 19, 297); maxime *φάσκειν* iis tribuitur, qui asseverando et dictitando fidem facere volunt rei, quae non sic se habet, ut dicunt; ergo: *falso praedico*, *dictito*, ich gebe vor; Act. 24, 9. 25, 19. Rom. 1, 22. [Apoc. 2, 2.] — LXX Gen. 26, 20. 2 Macc. 14, 27. 32. Philo de somn. p. 1116 D. in Flacc. p. 984 A. Xenoph. mem. 1, 2. 29. Ioseph. ant. 3, 14. 2. *.

Φάτνη, *ης*, *ἡ*, *praesepe*, *Krippe*; Luc. 13, 15. — et praeterea Luc. 2, 12. 16 ubi quidam *stabulum* maluerunt interpretari, secundum LXX interpretes, qui *φάτνη* 2 Chron. 32, 28 pro אֻרְוָה stabulum, et Hab. 3, 17 pro רְפָתִים, bovile, posuerunt. At est *praesepe*, ut recte docuit *Gersdorf* (Beiträge zur Sprachcharakterist. des N. T. p. 220 sqq.) LXX pro אֵבוּס praesepe, Iob. 39, 9. Prov. 14, 4. Ies. 1, 3. Xenoph. de re equestr. 4, 1. Ioseph ant. 8, 2. 4. Philo de somn. p. 1128 B: *βόες ἐπὶ φάτνης σφαγέντες*. *.

Φαῦλος, *η*, *ον*, (quod ducendum videtur a *παύω*, cesso, quiesco, unde *παῦλα*, *ἡ*, cessatio, quare conferri potest cum nostro *faul*), tenuis, vilis, levis, (Aesch. Socr. dial. 1, 9. Aelian. V. H. 9, 34.) — de moribus; ignavus, (Antonin. 9, 1.) *improbus*, *malus*, *pravus*; Io. 3, 18. 5, 29. Tit. 2, 8. Iac. 3, 16. item Rom. 9, 11 et 2 Cor. 5, 10 ubi *φαῦλον* pro *κακόν* cum bonis codd. legendum est, quod etiam *Griesb.* commendavit. (Prov. 13, 6. 22, 8. Iob. 6, 25. Ioseph. vit. §. 9 *φαῦλος τὸν βίον*. Polyb. 4, 45. 1.) *.

Φέγγος, *εος*, contr. *ους*, *τό*, (a *φέγγω* i. q. *φάω*, *φαίνω*, luceo) *lux*, *splendor*; de splendore coelitus veniente ab astris, fulguribus etc. Matth. 24, 29. Marc. 13, 24. (Ioel. 2, 10. 3, 15. 2 Sam. 23, 4. Ezech. 1, 4. 13. 27. Iob. 3, 4. Sap. 7, 10. Ioseph. ant. 2, 14. 5.) — de luce *lychni*, (de quo etiam Ioseph. ant. 3, 8. 3 verbum *φέγγειν* usurpat) Luc. 11, 33. (de luce ex incendio, 2 Macc. 12, 9.) *.

Φείδομαι, f. *φείσομαι*, aor *ἐφεισάμην*, deponens med. *abstineo*, *me cohibeo*; 2 Cor. 12, 6. (LXX pro חָשַׂךְ cohibuit, Gen. 20, 6. 2 Sam. 18, 16. Iob. 16, 5. Prov. 10, 19. Sap. 1, 11.) — abstineo a vindicta, poena, vel malo alteri infligendo, *parco*, seq. genitivo; Act. 20, 29. Rom. 8, 32. 11, 21. 1 Cor. 7, 28. 2 Cor. 1, 23. 13, 2 *οὐ φείσομαι*. (Prov. 6, 34. Ier. 13, 14.) 2 Petr. 2, 4. 5. (Hom. Iliad. 5, 202. 21, 101. LXX pro חוּס et חָמַל, 1 Sam. 24, 11. Neh. 13, 22. Ps. 72, 13. 2 Chron. 36, 15. 17. Sap. 11, 27.) *.

Φειδομένως, (a *φείδομαι*, particip. *φειδόμενος*) adv. *parce*; semel 2 Cor. 9, 6. (apud profanos non legitur.)

Φελόνης, vid. *Φαιλόνης*.

Φέρω, impf. *ἔφερον*, et impf. pass. *ἐφερόμην*, — a stirpe obsoleta *οἴω*, fut. *οἴσω* (Io. 21, 18. Apoc. 25, 26.) — ab *ἐνέγκω*, aor. *ἤνεγκα*, partic. *ἐνέγκας*, (forma aor. *ἤνεγκον* in N. T. non legitur, sed Luc. 15, 23 *ἐνεγκόντες* in varia lect.) aor. 1. pass. *ἠνέχθην* — LXX הֵבִיא et נָשָׂא — respondet Latinor. *fero*, et, ut hoc, triplici modo usurpatur. (De discrimine inter *φέρω* et *φορέω* vid. *φορέω*.) Est enim 1) *fero*, i. e. *moveo*, a) propr. Io. 20, 27 *φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε* — *φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε*. *φέρε*, move te, *agedum!* adhortantis est ad agendum, Ioseph. ant. 4, 8. 2. ib. 6, 5. 6.) Hebr. 1, 3 *φέρων*, movens, gubernans, *τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ*, (alii: portat, i. e. facit ut esse pergant.) — Passiv. *φέρομαι*, *feror*, adiuncta notione celeritatis et violentiae motus, *celeriter moveor*, *abripior*, *ruo*; Act. 2, 2 *πνοὴ φερομένη βιαία*. (Ier. 18, 14 *ὕδωρ βιαίως ἀνέμῳ φερόμενον*. Ies. 29, 5. 28, 15. 18.) de navigantibus Act. 27, 15. 17. (Test. XII patr. p. 670 *χειμαζόμενοι ἐπὶ τὸ πέλαγος ἐφερόμεθα*. Hom. Odyss. 7, 253. 12, 447. Ioseph. ant. 7, 8. 3 *ἵπποις ἐφέροντο πρὸς τὸν πατέρα*. 7, 10. 2 *φερόμενοι* de celeriter fugientibus.) Neque aliter 2 Petr. 1, 21 *ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι*, a spiritu sancto abrepti, s. agitati. (Iob. 17, 1 *πνεύματι φερόμενος*. Ioseph. bell. 6, 5. 2 *φερόμενοι τοῖς θυμοῖς*.) — b) tropice, ut Latinorum *ferre*, de porta: *duco*, Act. 12, 10 *πύλη ἡ φέρουσα εἰς τὴν πόλιν*. (Xenoph. cyrop. 5, 4. 41. Ioseph. ant. 5, 1. 2 *κατὰ τὰς εἰς τὸν ποταμὸν φερούσας ὁδούς*. ib. 8, 7. 4 *ὁδοὺς ἀγούσας εἰς Ἱεροσόλυμα*.) — Medium *φέρομαι*, *progredior*, de doctore exponente rem aliquam; Hebr. 6, 1 *ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα*.

2) *porto et ita moveo*, i. e. *affero*, *adporto*, *adduco*, *confero*, *porrigo*; a) propr. vel absolute, vel seq. dativo personae, vel seq. *πρός*, — *res*, Matth. 14, 11 *ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ*. 14, 18 *φέρετέ αὐτοὺς* (*τοὺς ἄρτους*) *ὧδε*. Marc. 12, 15. 16 *δηνάριον*. Marc. 6, 27. Luc. 24, 1. Io. 2, 8. 4, 33. 19, 39. 21, 10. Act. 4, 34. 37. 5, 2. 2 Tim. 4, 13 *ἐρχόμενος φέρε*. — *φέρειν ὄπισθεν* Luc. 23, 26. vid. *Ὄπισθεν*. — *personas*, Matth. 17, 17. Marc. 1, 32. 2, 3. 7, 32. 8, 22. 9, 17. 19. 20. 15, 22. Luc. 5, 18. 15, 23. Io. 21, 18. Act. 5, 16. 14, 13. (Gen. 4, 3. 4. 27, 4. Exod. 32, 2.) — *εἰς*, *infero*, Apoc. 21, 24. 26. (1 Sam. 31, 12. Neh. 12, 27.) — b) metaph. a) *φέρω τι*, *profero*, *in medium profero* aliquid; 2 Petr. 1, 17. 18 *φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ*, vox coelitus ei facta est. — *κατηγορίαν κατά τινος φέρειν*, Io. 18, 29. Act. 25, 7. — 2 Petr. 1, 21 *ἠνέχθη ποτὲ προφητεία*. (Ioseph. vit. §. 65 *ἱστορίαν φέρειν εἰς μέσον*.) 2 Io. v. 10 *διδαχήν*. Hebr. 9, 16 *θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου*, testatorem mortuum esse ferri sermone, i. e. constare oportet. (Ioseph. c. Apion. 1, 27 *φέρουσι*, proferunt, narrant. Id. ant. 17, 5. 4 *προφερόμενος*, narrans, exponens. — *fero*, *καρπόν*, fructum fero, Marc. 4, 8. Io. 12, 24. 15, 2. 4. 5. 8. 16. (Prov. 30, 21. Ezech. 17, 8. Ioel. 2, 22. Hom. Odyss. 4, 229. 9, 110. Ioseph. ant. 15, 4. 2 *τιμιώτατον βάλσαμον φέρει*.) — *φέρω τινί τι*, *affero alicui aliquid*, *tribuo*, *efficio*; 1 Petr. 1, 13 *ἡ φερομένη ὑμῖν χάρις*. (Hom. Iliad. 21, 458. Odyss. 1, 283. 3, 74. Gen. 33, 11 *εὐλογίαν τινί*. Ier. 35, 17. 49, 5. Ioseph. ant. 2, 6. 8 *ἔπαινον ἤνεγκεν αὐτῷ*. Ioseph. ant. praef. §. 1 *χάριν ἐκείνοις φέροντες*, grati quid illis facientes. Id. ant. 17, 13. 3 *ὄναρ φέρων αὐτῷ εἰς μέγα*.)

3) remota notione motus: *in me suscipio et porto*, modo *suscipiendi* notione praevalente, ut Hebr. 13, 13 *ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες*. (Ezech. 34, 29. Ies. 53, 4 *τὰς ἁμαρτίας τινός*.) — modo portandi notione: *fero*, *patior*; Rom. 9, 22 *θεὸς ἤνεγκεν σκεύη ὀργῆς*. (Ioseph. ant. 7, 14. 9 *φέρειν ἡδέως αὐτὸν δεσπότην*.) — *tolero*; *sustineo*, Hebr. 12, 20. 2 Petr. 2, 11 *οὐ φέρουσι κρίσιν*, sustinere (i. e. ei adversari, eam effugere) non valuerunt sententiam damnatoriam. (Hom. Odyss. 6, 135. Gen. 36, 7. Num. 11, 14. Deut. 1, 12. 2 Chron. 2, 6. Ioseph. ant. 17, 13. 2 *μὴ φέροντες τὴν ὠμότητα αὐτοῦ*.) *.

Φεύγω, f. *ξομαι*, aor. 2. *ἔφυγον*, (cognatum cum verbo *σοβέω*, fugo, vel cum *φέβομαι*, terreor, fugor, et cum nostro *feige*) LXX pro בָּרַח et נוּס — 1) *fugio*, *aufugio*, *fuga me recipio*, Matth. 8, 33. 26, 56. Marc. 5, 14. 14, 50. Luc. 8, 34. Io. 10, 12 sqq. Act. 7, 29. (Exod. 14, 5. 1 Sam. 19, 12.) — seq. *εἰς*, Matth. 2, 13. 10, 23. Marc. 13, 14. Luc. 21, 21. Apoc. 12, 6. (Gen. 14, 10. Num. 24, 11. Ion. 1, 3.) — seq. *ἐπί*, semel Matth. 24, 16. (Ioseph. ant. 4, 5. 2.) coll. Marc. 13, 14 ubi *εἰς*. — seq. *ἐκ*, Act. 27, 30. (Ies. 51, 6. 1 Reg. 12, 2. 1 Sam. 4, 17. 31, 1. Hom. Odyss. 2, 192.) — seq. *ἀπό*, aufugiendo *desero*, Marc. 16, 8. Io. 10, 5. Iac. 4, 7. — poetice de morte: Apoc. 9, 6 *φεύξεται ἀπ' αὐτῶν ὁ θάνατος*. (2 Sam. 19, 9. 2 Chron. 10, 2. Exod. 4, 3.) — tropice: *vito*, *aversor*, *φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας*, 1 Cor. 10, 14. coll. 1 Io. 5, 21. (Sir. 21, 2 *φεῦγε ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας*.) — seq. accusativo: *fugere aliquid*, 1 Cor. 6, 18 *τὴν πορνείαν*. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 22. (Hom. Iliad. 11, 327. 9, 448.) — de fuga ab eo qui insequitur: *effugio*, *ἀπό*, Matth. 3, 7. 23, 33. Marc. 14, 52. Luc. 3, 7. — seq. accusativo, Hebr. 11, 34 *ἔφυγον στόματα μαχαίρας*. c. 12, 25 *ἔφυγον* videl. *τὸν λαλοῦντα*, minantem, minantes poenas. (Hom. Odyss. 1, 11.

Iliad. 6, 488.) — 2) poetice: *evanesco;* Apoc. 16, 20 πᾶσα νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν. c. 20, 11 οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. coll. Ps. 114, 3. 5. •.

Φῆλιξ, ικος, ὁ, *Felix*, nom. propr. latin. procuratoris undecimi Iudaeae, Claudii imperatoris et eius matris Antoniae liberti, qui primum Drusillam, Cleopatrae et Antonii neptim, postea aliam Drusillam, Herodis Agrippae filiam, in matrimonio habuit, et procurator Iudaeae factus, „per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio exercuisse" traditur. (Tacit. hist. 5, 9. 6. Ioseph. ant. 20, 7. 1. id. bell. 2, 13. 2 et 7.) Act. 23, 24. 26. 24, 3. 22. 24. 25. 27. 25, 14. •.

Φήμη, ης, ἡ, (a φημί, dico) *fama, rumor;* Matth. 9, 26. Luc. 4, 14. (Prov. 16, 1. 2 Macc. 4, 39. Ioseph. ant. 17, 6. 2.) •.

Φημί, imperf. ἔφην, (deducunt a φάω, in lucem profero), *dico, sententiam profero*, Matth. 17, 26. 19, 21. 21, 27. 26, 61. Luc. 7, 40. 44. Io. 1, 23 et passim. — In media oratione, ubi verba alterius afferuntur: *aio, inquam*, Matth. 14, 8 δός μοι, φησίν. Act. 23, 35. 25, 5. 22. 26, 25. 1 Cor. 6, 16 φησὶ (ἡ γραφή) quod etiam Hebr. 8. 5 intelligendum est. 2 Cor. 10, 10. — Caeterum, ut εἶπε, in N. T. est affirmantis, confirmantis, 1 Cor. 7, 29. 10, 15. 19. 15, 50. — contendentis Rom. 3, 8. 2 Cor. 10, 10. — quaerentis, Matth. 27, 23. Act. 16, 30. 21, 37. — respondentis, Matth. 4, 7. 13, 28. 29. 27, 11. Io. 9, 38 et passim. — ἀποκριθεὶς ἔφη, Matth. 8, 8. Luc. 23, 2.

Φῆστος, ου, ὁ, *(Portius) Festus*, procurator Iudaeae, Felicis successor, de quo vid. Act. 24, 27. 25, 1—24. 26, 24. 25. 32. (Ioseph. ant. 20, 8. 9. de bell. 2, 14. 1. coll. Πόρκιος.

Φθάνω, aor. ἔφθασα, 1) prior venio, prior advenio, *praevenio, anteverto;* 1 Thess. 4, 15 οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, non antevertemus eos, qui mortui sunt, i. e. iis non priores erimus, non priores ad Christum et vitam aeternam perveniemus. Aoristus coniunctivi enim pro futuro in re incerti temporis. cf. *Win.* Gramm. §. 60 p. 473. coll. *Lob.* ad *Phryn.* p. 723. (Sap. 4, 7 ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, si praemature moritur. ib. 6, 13. Hom. Odyss. 22, 91. 24, 437. Ioseph. ant. 10, 1. 1.) — 2) *pervenio, venio*, LXX pro נָגַע et chald. מְטָא, εἰς, *ad*, tropice: *consequor*, Rom. 9, 31 οὐκ ἔφθασε εἰς νόμον δικαιοσύνης. Phil. 3, 16 εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, ad quam doctrinae cognitionem pervenimus. (Dan. 4, 17. 19. 12, 12. Hom. Iliad. 11, 451.) — 2 Cor. 10, 14 ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν, ad vos pertingere potui, i. e. valui vobis adferre doctrinam. (seq. ἕως Dan. 4, 8. 7, 13. Test. XII patr. p. 530.) — ἐπί τινα *aliquem supervenio;* de bonis: contingo alicui, Matth. 12, 28. Luc. 11, 20. — de malis: maneo aliquem, supervenio, 1 Thess. 2, 16. (Act. Thom. §. 33. Dan. 4, 21. Eccles. 8, 14.) •.

Φθαρτός, ή, όν, (a φθείρω, perf. pass. ἔφθαρμαι, ται) *corruptioni obnoxius, caducus, mortalis;* Rom. 1, 23 ἄνθρωπος. (Sap. 14, 8. 2 Macc. 7, 16.) 1 Cor. 9, 25 στέφανος. 1 Petr. 1, 23 σπορά quod vide. (Sap. 9, 15 σῶμα. 19, 20 ζῶα.) — τὸ φθαρτὸν τοῦτο, haec natura corruptibilis, v. 54. — φθαρτά, res caducae, 1 Petr. 1, 18. (Etiam Philo aurum et argentum οὐσίας φθαρτάς appellat, de cherub. p. 116. Id. de congr. er. qu. gr. p. 440 οὐκ ἄργυρον οὐδὲ χρυσόν τιν', ἢ ἄλλο τῶν ἐν ὕλαις φθαρταῖς.)

Φθέγγομαι, aor. 1. ἐφθεγξάμην, depon. med. (a φθέγμα, sonus) sonum emitto, vocem edo, i. q. φωνὴν δίδωμι, (Amos. 1, 2. Nah. 2, 7. Thren. 1, 13. Hom. Odyss. 10, 228 sq.) — *voces emitto, verba facio, alta voce loquor;* Act. 4, 18 μὴ φθέγγεσθαι μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, ne loquerentur nec palam docerent. 2 Petr. 2, 16 ὑποζύγιον (asina) ἐν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθεγξάμενον. v. 18 ὑπέρογκα φθεγγόμενοι. (Hom. Iliad. 10, 67. 21, 341. LXX pro דִּבֵּר Iob. 13, 7. — הִבִּיעַ eructare, Ps. 78, 2. 94, 4. vid. etiam Sap. 1, 8. 8, 13. Sir. 6, 11. Ioseph. bell. 6, 2. 10 ἐφθέγγετο πρὸς τοὺς Ῥωμαίους.) •.

Φθείρω, f. φθερῶ, (1 Cor. 3, 17.) aor. ἔφθειρα, (2 Cor. 7, 2.) aor. 2. pass. ἐφθάρην, — LXX pro שִׁחֵת, piel, niph. et hiph. — *perdo*, i. e. *deterioris conditionis aliquem s. aliquid facio*, 2 Cor. 7, 2 οὐδένα ἐφθείραμεν. — *perdo*, (Ies. 54, 16. Dan. 8, 24.) — *perdo*, i. e. poenis castigo, 1 Cor. 3, 17 φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. (Ier. 13, 9.) — de moribus: *corrumpo, depravo*, 1 Cor. 3, 17 τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ. 1 Cor. 15, 33. Eph. 4, 22. Apoc. 19, 2. — 2 Cor. 11, 3 φθαρῇ ἀπό, corrumpantur ita ut deficiatis a sincera pietate. — Passiv. φθείρομαι, *pereo, absumor*, Iud. v. 10. (Hom. Iliad. 21, 128. Gen. 6, 11. Sap. 16, 27.) •.

Φθινοπωρινός, ή, όν, (a φθινόπωρον, autumnus, quod ex φθίνω, decresco, deficio [Iob. 31, 26] et ὀπώρα autumnus; deinde fruges, poma, vid. Ὀπώρα) 1) autumnalis, (Polyb. 6, 51. 4); — 2) *fructu carens;* Iud. v. 12 ubi doctores falsi δένδρα φθινοπωρινά appellantur, arbores nullius frugis; alii arbores autumnales, i. e. foliis et frugibus destitutae, ut plurimae (at tamen non omnes) in Palaestina sunt tempore autumni.

Φθόγγος, ου, ὁ, (a φθέγγομαι) *sonus, clangor* instrumentorum musicorum, 1 Cor. 14, 7. (Sap. 19, 17.) neque aliter Rom. 10, 18 qui locus e Ps. 19, 4 repetitus est ubi קַו dicitur de chorda et metonym. de sono eius.

Φθονέω, ῶ, (a φθόνος) *invideo;* seq. dativo personae, Gal. 5, 26. (Xenoph. mem. 3, 5. 16. Ioseph. ant. 4, 8. 21 φθονεῖν ἀγαθῶν τινι.) [Iac. 4, 2 in quibusdam editionibus φθονεῖτε pro φονεύετε.] •.

Φθόνος, ου, ὁ, *invidia;* Rom. 1, 29. Gal. 5, 21. 1 Tim. 6, 4. Tit. 3, 3. 1 Petr. 2, 1. (1 Macc. 8, 16.) — διὰ φθόνον, invidia ducti, Matth. 27, 18. Luc. 15, 10. Phil. 1, 15. — Iac. 4, 5. vid. Ἐπιποθέω. Respicit Apostolus in voce πνεῦμα ad diabolum, vid. v. 7, qui quidem hominibus invidiosus describitur. (Sap. 2, 24 φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποθνήσκομεν πάντες.) •.

Φθορά, ᾶς, ἡ, (a φθείρω, perf. 2. ἔφθορα) 1) *corruptio*, a) propr. ea, quae fit dissolvendo partes alicuius rei; 1 Cor. 15, 42 σπείρεται ἐν φθορᾷ, seritur semen corruptioni obnoxium; — metonym. *natura corruptibilis*, 1 Cor. 15, 50. — 2) *mors*, quatenus ea corrumpitur corpus et dissolvitur; (das Hinsterben, Ioseph. ant. 7, 13. 3. ib. 9, 14. 6.) 2 Petr. 2, 12 animalia creata εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν, ut capiantur et necentur. (LXX pro שַׁחַת Ps. 103, 4. Ion. 2, 7. Sap. 14, 12 φθορὰ ζωῆς.) — *interitus, exitium*, Rom. 8, 21. Gal. 6, 8. Col. 2, 22 de quo loco vid. Ἀπόχρησις. — 3) de moribus: *corruptio, depravatio*, 2 Petr. 1, 4. 2, 12. 19. (Mich. 2, 10. Exod. 18, 18. — de virginum violatione, Ioseph. c. Apion. 2, 24. ant. 17, 11. 2.) •.

Φιάλη, ης, ἡ, *phiala*, Schaale; Apoc. 5, 8. 15, 7. 16, 1—4. 8. 10. 12. 17. 17, 1. 21, 9. — (Hom. Iliad. 22, 243. LXX saepius pro מִזְרָק Exod. 27, 3. Num. 7, 13 sqq. 1 Reg. 7, 40. Neh. 7, 70. Zach. 9, 15. 3 Esdr. 2, 13. Ioseph. ant. 3, 6. 6.) •.

Φιλάγαθος, ον, i. e. φίλος τοῦ ἀγαθοῦ *honesti amans, boni studiosus;* Tit. 1, 8. (Sap. 7, 22. Plutarch. praec. coni. c. 17. T. VI. opp. p. 530 ed. *Reisk.*) •.

Φιλαδέλφεια, ας, ἡ, *Philadelphia*, urbs Lydiae ad Tmoli, montis, radices et Caystrum fluvium sita, ab Attalo Philadelpho, a quo etiam nomen nacta est, condita, post cuius mortem Romanorum imperio simul cum Attali regno paruit. Apoc. 1, 11. 3, 7. (Alia eiusdem nominis urbs, a Iosepho saepius, ut bell. 3, 3. 3 laudata, erat in Coele-Syria, alia in Aegypto.)

Φιλαδελφία, ας, ἡ, (a φιλάδελφος) amor erga fratres et consanguineos, Ioseph. ant. 4, 2. 4. — *amor erga fratres christianos* (vid. Ἀδελφός), amor mutuus, qualis solet, certe debet esse inter fratres, Rom. 12, 10. 1 Thess. 4, 9. Hebr. 13, 1. 1 Petr. 1, 22. 2 Petr. 1, 7 et refertur ad liberalitatem erga fratres *fide* coniunctos. •.

Φιλάδελφος, ον, (ex φίλος et ἀδελφός) amans fratres, consanguineos, cives; (2 Macc. 15, 14. 4 Macc. 13, 19. Xenoph. mem. 2, 3. 17.) — amans fratres *christianos, fide coniunctos;* 1 Petr. 3, 8. •.

Φίλανδρος, ου, ἡ, (ex φίλη, amica, et ἀνήρ) *maritum amans;* Tit. 2, 4. (Plutarch. praec. coni. c. 23 λυδῶν δὲ φίλανδροι καὶ σώφρονες γυναῖκες. Alia Plutarchi loca collegit *Elsner.* in obss. s. 2, p. 323.)

Φιλανθρωπία, ας, ἡ, (a φιλάνθρωπος, hominum amans, humanus) *amor erga homines*, (2 Macc. 14, 9. Xenoph. de re equ. 2, 3.) — Deo tribuitur Tit. 3, 4. et Philo de opif. m. p. 18 D. (coll. Sap. 1, 6 φιλάνθρωπον γὰρ πνεῦμα σοφία. ib. 7, 23.) — *humanitas* erga singularem

aliquem, (2 Macc. 6, 22. Ioseph. ant. 7, 8. 4.) — metonym. *humanum officium, beneficia, auxilium,* Act. 28, 2 παρέχειν τινὶ φιλανθρωπίαν. (Ioseph. ant. 7, 6. 1.)

Φιλανθρώπως, (a φιλάνθρωπος, hominum amans) *humaniter, humane;* Act. 27, 3. (2 Macc. 9, 27. 3 Macc. 3, 2). Antonin. 12, 5. Polyb. 1, 68. 13. Demosth. p. 411. 10.) *.

Φιλαργυρία, ας, ἡ, (a φιλάργυρος) *amor argenti, divitiarum; avaritia;* 1 Tim. 6, 10. (Ier. 8, 10 πάντες φιλαργυρίαν διώκουσι, quae verba in textu vatic. non leguntur. Herodian. 6, 9. 17.) *.

Φιλάργυρος, ον, (ex φίλος et ἄργυρος, argentum) *argenti, divitiarum amans, avarus;* Luc. 16, 14. 2 Tim. 3, 2. (Xenoph. mem. 3, 1. 10. Aelian. V. H. 9, 1.) *.

Φίλαυτος, ον, (ex φίλος et αὐτός, ipse) *sui amans, suis commodis nimis intentus;* 2 Tim. 3, 2. (Aristot. de republ. 2, 5. Ioseph. ant. 3, 8. 1 διὰ τὸ φύσει πάντας εἶναι φιλαύτους. — φιλαυτία, Antonin. 2, 5. Philo de praem. p. 912.)

Φιλέω, ῶ, f. ήσω, aor. 1. ἐφίλησα, perf. πεφίληκα, (a φίλος) 1) *amicus alicuius sum, amo;* τινά, Matth. 10, 37. Io. 5, 20. 11, 3. 36. 12, 25 φιλεῖν τὴν ψυχήν intellige ὑπὲρ ἐμέ. (vid. Matth. 10, 37.) Io. 15, 19. 16, 27. 20, 2. 21, 15—17. 1 Cor. 16, 22. Tit. 3, 15 τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει, amore christiano nos amplectentes. Apoc. 3, 19. 22, 15. (LXX pro אָהַב Prov. 29, 3.) — de rebus est: *amo* i. e. *delector, etwas gerne haben;* Matth. 23, 6 φιλοῦσι πρωτοκλισίαν. Luc. 20, 46. (Gen. 27, 4. 9. 14.) — ex adiuncto, quum quo delectamur, id saepius facere et quaerere soleamus, ut Latinor. poetae *amo facere* pro *libenter facio, libenter soleo;* Matth. 6, 5 φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς προσεύχεσθαι. (Aelian. V. H. 14, 37 φιλῶ δὲ μηδὲ τὰ ἀγάλματα, μηδὲ τὰς εἰκόνας ἀργῶς ὁρᾶν. Ier. 14, 10. Philo de opif. mundi p. 24 A. Eurip. Phoen. 864. — φιλεῖ, impersonaliter: *usu venit, solet;* Ioseph. ant. 15, 3. 9. Id. ant. 8, 2. 4.) — 2) de externo amoris signo, osculo: *osculor,* Matth. 26, 48. Marc. 14, 44. Luc. 22, 47. (LXX pro נָשַׁק Gen. 27, 26. 27. 29, 11. 13. 48, 10. Exod. 18, 7. Theocr. Id. 2, 127. Arrian. de venat. 5, 5.) *.

Φίλη, ης, ἡ, propr. femin. ab adiectivo φίλος, quod vid. — Substantive: *amica,* Luc. 15, 9. (Xenoph. mem. 2, 1. 23. 3, 11. 16. Aquila Cant. 1, 14.) *.

Φιλήδονος, ον, (ex φίλος et ἡδονή) *voluptatibus indulgens, voluptuosus,* 2 Tim. 3, 4. (Polyb. 40, 6. 11. Philo de alleg. II, p. 68 A. — φιληδονία, amor voluptatis, rei venereae, Test. XII patr. p. 522. 523. 524.)

Φίλημα, τος, τό, (a φιλέω, osculor, perf. pass. πεφίλημαι) *osculum;* Luc. 7, 45 φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας, quod dabatur ad testandam vel amicitiam vel reverentiam. (Gen. 27, 27. Exod. 18, 7. Prov. 27, 6. Cant. I, 1. Tob. 7, 6.) — φίλημα ἅγιον, Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Thess. 5, 26. sive φίλημα ἀγάπης, 1 Petr. 5, 14 osculum sacrum, quo Christiani se excipientes sibi testabantur mutuam amicitiam. *.

Φιλήμων, ονος, ὁ, *Philemon,* nom. propr. viri Colossensis, qui opera Pauli, qui eum valde amabat, Christo nomen dedit. Vide Pauli epistolam, quam Philemoni scripsit. (Secundum traditionem ecclesiasticam episcopus Colossensium fuisse fertur.) Philem. v. 1.

Φίλητος, ου, ὁ, *Philetus,* nom. propr. viri, de quo vid. 2 Tim. 2, 17.

Φιλία, ας, ἡ, (a φίλος) *amor;* cum genitivo rei, Iac. 4, 4 φιλία τοῦ κόσμου. (Sap. 8, 18. Sir. 6, 18. 27, 18. Ioseph. ant. 11, 3. 1 φιλία πρὸς τὴν βασιλέα. — amicitia, Sir. 22, 21. 1 Macc. 8, 1. Ioseph. c. Apion. 1, 32.) *.

Φιλιππήσιος, ου, ὁ, *Philippensis.* [Phil. 4, 15.]

Φίλιπποι, ων, οἱ, *Philippi,* urbs Macedoniae proconsularis primaria, in Thraciae finibus Apolloniam inter et Amphipolin sita, condita et nomen adepta a Philippo Macedone, et a colonia, quam Octavianus in eam deduxerat, *Colonia* dicta. Act. 16, 12. 20, 6. [1 Cor. 16, 25.] Phil. 1, 1. 1 Thess. 2, 2. *.

Φίλιππος, ου, ὁ, *Philippus,* nom. propr. 1) unius e duodecim *apostolis,* Bethsaida oriundi, Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 14. Io. 1, 45—49. 6, 5. 7. 12, 21 sqq. 14, 8 sqq. Act. 1, 13. — 2) *diaconi* coetus Hierosolymitani, Act. 6, 5 et ut videtur, Act. 8, 5—40. — 3) Christiani Caesareae habitantis, qui εὐαγγελιστής dicitur Act. 21, 8 et a priori non diversus fuisse quibusdam videtur. — 4) *Philippi tetrarchae,* filii Herodis M., quem susceperat ex Cleopatra Hierosolymitide (Ioseph. ant. 17, 1. 3), Romae cum Archelao, fratre, educatus, et post patris mortem ex patris testamento et Caesaris voluntate tetrarcha constitutus, cui suberant Gaulonitis, Trachonitis, Batanaea et Penias (Ioseph. ant. 17, 8. 1. et ib. cap. 11, 4. bell. 2, 6. 1. coll. Philo in Flacc. p. 968 D.); vir mitis et iustus in imperio pacisque amans, qui anno Tiberii imperatoris vigesimo in urbe Iuliade ex vita discessit, quo facto eius tetrarchia Syriae provinciae adscripta est (ant. 17, 2. 2). Uxorem habuit Salomen, filiam Herodiadis, quam post Philippi mortem in matrimonium duxit Aristobulus. Vid. Ioseph. ant. 18, 5. 4. — Luc. 3, 1. Matth. 16, 13. Marc. 8, 27. — 5) *Philippi,* itidem filii Herodis, Matth. 14, 3. Marc. 6, 17. [Luc. 3, 19], cui dicitur nupta fuisse primum Herodias, sed quam post Herodes Antipas, vivente adhuc fratre, corruperat et matrimonio sibi iunxerat. De hoc Philippo Iosephus non solum prorsus silet, sed contra diserte tradit, Herodiadem primum nuptam fuisse *Herodi,* filio cuidam Herodis M., quem secundum ant. 17, 1. 3 cum Philippo ex Cleopatra, at secundum alia loca (ant. 18, 5. 1 et 4. de bell. 1, 28. 4) ex Mariamne, Timonis, pontific. M. filia, susceperat, vitam privatam semper transigenti. Opinantur, ut rem expediant, hunc Herodem cognomen quoque habuisse Philippi, qua de re vero nemo sibi persuadebit, qui Iosephi loca inspexerit. Suspicor, quod suadet locus Lucae, Φιλίππου ex interpretamento alicuius historiarum non satis periti irrepsisse in textum, quo Matthaeus et Marcus usi sunt. *.

Φιλόθεος, ον, (ex φίλος et θεός) *Dei amans,* 2 Tim. 3, 4. (Philo de alleg. II, p. 74. id. III, p. 1095. Ignat. ad Magnes. §. 11.) *.

Φιλονεικία, ας, ἡ, (ex φίλος et νεῖκος, rixa, contentio) rixarum amor, altercandi cupido, (4 Macc. 1, 26); *rixa, altercatio;* Luc. 22, 24. (2 Macc. 4, 4. Thucyd. 8, 76. Antonin. 3, 4. Ioseph. ant. 7, 8. 3.) *.

Φιλόνεικος, ον, (ab iisd.) rixarum, contentionum amans, (Antonin. 5, 35. Pind. Ol. 6, 32. Ioseph. ant. 15, 6, 2. et φιλονεικεῖν τινι Test. XII patr. p. 683. ἀντιφιλονεικεῖν, Ioseph. bell. 6, 2. 3.) — in bonam partem: is, qui magno studio ad aliquid fertur, *intentus* rei, eius *cupidus;* 1 Cor. 11, 16 εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, si vero quis ultra putet quaerendum, rem altius indagandam esse, huic sufficiat scire etc. (Ioseph. ant. 16, 8. 4 φιλόνεικος ἦν (Herodes), μὴ δόξαι προπετῶς τὰ δόγμα κατεγνωκέναι, sollicitus erat, ne quis putaret etc. ant. 15, 5. 5 φιλόνεικος ὢν ἐκδικῆσαι τὰς παρανομίας. Vid. etiam Xenoph. mem. 2, 3. 17. cyrop. 8, 2. 8.) *.

Φιλοξενία, ας, ἡ, (a φιλόξενος) amor erga peregrinantes, *hospitalitas;* Rom. 12, 13. Hebr. 13, 2. *.

Φιλόξενος, ον, (ex φίλος et ξένος) proprie: qui amicus est peregrinantium, advenarum; *hospitalis,* 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. 1 Petr. 4, 9. (Hom. Odyss. 8, 576. 13, 202.) *.

Φιλοπρωτεύω, i. e. φιλέω πρωτεύειν, *cupio primus esse, primas partes affecto;* 3 Io. v. 9. (φιλόπρωτος. Artemidor. 2, 33.) Apud profanos non legitur. *.

Φίλος, η, ον, *amicus, carus,* 1) proprie est adiectivum, (vid. Φίλη et Ioseph. ant. 4, 8. 5 φίλα τῷ θεῷ πράττειν. ant. 4, 3. 3 πάνθ' ὅσα φίλα τούτοις ἦν.) transitive pro φιλῶν, ἀγαπῶν, *bene cupiens alteri, eius studiosus,* Luc. 23, 12 ἐγένοντο φίλοι μετ' ἀλλήλων, i. e. desinebant se invicem infestare, et incipiebant sibi invicem bene cupere. (Ioseph. ant. 6, 2. 1 θεὸς ἄρχεται γίνεσθαι φίλος.) Io. 19, 12 φίλος τοῦ Καίσαρος, rerum Caesaris studiosus. Act. 19, 31 ὄντες αὐτῷ φίλοι, ei bene cupientes. Iac. 4, 4 φίλος τοῦ κόσμου. (Hom. Odyss. 24, 514. 775. Pind. Py. 3, 9. Id. Ne. 6, 16.) — *patronus,* Luc. 16, 9. — Vid. etiam Matth. 5, 47 ubi codd. φίλους pro ἀγαπῶντας. (Ioseph. ant. 7, 9. 2 φίλος ἀνήρ. ib. 2, 13. 4.) — 2) ὁ φίλος, substantivum, LXX pro אֹהֵב, רֵעַ, *amicus,* i. e. qui nobiscum amicitiae vinculo est coniunctus, nos amat, et a nobis vicissim amatur, Luc. 11, 5. 8. 14, 12. 15, 6. 29. 21, 16. Io. 11, 11. 15, 13. Act. 10, 24. — amicus hospes, Luc. 11, 6. — φίλε, blandientis: *amice!* Luc. 14, 10. (Hom. Iliad. 4, 155. Odyss. 3, 103.) — *amici christiani,* i. q. ἀδελφοί, Act. 27, 3. 3 Io. v. 15. — 3) intransitive: is quem in amicorum numero ha-

beo, cum quo libenter versor, quem amo, quo utor in rebus meis: *sodalis,* Matth. 11, 19 τελωνῶν φίλος. Luc. 7, 34. Io. 3, 29. (LXX pro חָבֵר Dan. 2, 13. 17. 18.) — *familiaris;* ita Iesus dicit apostolos suos φίλους, Luc. 12, 4. Io. 15, 14. 15. et Abrahamus appellatur φίλος θεοῦ, i. e. cum quo Deus familiariter versabatur, Iac. 2, 23 (Ministri regum dicuntur eorum φίλοι, amici, familiares, Esth. 1, 3. 13. 2, 18. 6, 13. 1 Chron. 27, 33. 3 Esdr. 8, 13. 26. 1 Macc. 11, 32. 2 Macc. 8, 9. Ioseph. ant. 17, 11. 1.) *.

Φιλοσοφία, ας, ἡ, (a φιλόσοφος) 1) subiective: amor s. studium sapientiae; — 2) subtilior cognitio naturae rerum, potissimum divinarum, philosophia; — obiective: *subtilis doctrina* de rebus divinis, i. q. *theologia;* sic Col. 2, 8 ubi φιλοσοφία dicuntur opiniones ad res sacras et divinas spectantes subtiliores, quas Iudaei aliique tum temporis habebant, de cultu Dei, angelorum natura, officiis, matrimonio, continentia etc. vid. v. 23. — (Ita Iosephus φιλοσοφίαν appellat opiniones de rebus divinis, quas Pharisaei, Sadducaei et Esseni fovebant, ant. 18, 1. 1. bell. 2, 8. 2. Philo de nom. mutat. p. 1079. de legat. ad Cai. p. 1014. et de somn. p. 1125 φιλοσοφίαν πάτριον appellat theologiam Iudaeorum.) *.

Φιλόσοφος, ον, (ex φίλος et σοφός) sapientiae amans s. studiosus; obiective: ad sapientiam pertinens, philosophicus; Ioseph. praef. ad antiq. §. 4 θεωρία λίαν φιλόσοφος. — Hinc ὁ φιλόσοφος, substantive: 1) sapientiae studiosus; — 2) *philosophus,* qui philosophiam vel docet, vel didicit: Act. 17, 18. *.

Φιλόστοργος, ον, (ex φίλος et στοργή, amor inter parentes et liberos) propr. amans suorum, (Antonin. 1, 9. Ioseph. ant. 7, 10. 5.) — *tenerrime amans;* ad eos quoque refertur, qui non ad familiam pertinent (Ioseph. ant. 11, 6. 2. ib. 4, 8. 8. vid. etiam 2 Macc. 6, 20. 9, 21); sic semel Rom. 12, 10 τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, quod ad mutuum amorem attinet, is tenerrimus fit.

Φιλότεκνος, ον, (ex φίλος et τέκνον) *liberorum amans;* Tit. 2, 4. (Pollux. onom. 3, 14. — φιλοτεκνία 4 Macc. 14, 13.) *.

Φιλοτιμέομαι, οῦμαι, depon. pass. (a φιλότιμος honoris cupidus, studiosus; splendidus) 1) amo honorem, honorum studiosus sum; — *honori mihi duco, honorem quaero in aliqua re,* Rom. 15, 20 οὕτως δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, id honori mihi ducens tradere evangelium ibi, ubi Iesu nomen nondum innotuerat, ne alieno fundamento superstruxisse mea videar. 1 Thess. 4, 11 παρακαλοῦμεν — φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, ut vos quietam vitam honori ducatis; ubi vero etiam esse potest: studiose quaerere. (Ioseph. bell. 1, 10. 5 ἐφιλοτιμεῖτο τὴν ἀγαθὴν ἔριν, ant. 15, 9. 5. φιλοτιμούμενος [Herodes] μείζω τὰ μνημεῖα τῆς ἀρχῆς τοῖς αὖθις ὑπολείπεσθαι videl. in splendidis aedificiis. Lysias orat. 13 in Alcib. ὥςτε ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς αἰσχύνεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς φιλοτιμεῖσθαι, honorem quaerere. Liban. ep. 888.) — 2) *magno studio facio* aliquid, *summo studio annitor;* 2 Cor. 5, 9 φιλοτιμούμεθα εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. Fortasse etiam 1 Thess. 4, 11. (Ioseph. praefat. ad antiq. §. 3 Πτολεμαῖος — ἐφιλοτιμήθη τὸν ἡμέτερον νόμον εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταβαλεῖν. ib. ant. 12, 2, 4. 17, 8. 4. de bell. 3, 8. 3. Herodian. 1, 13. 12. Diod. Sic. 2, 7. — φιλοτιμία, id. ant. 10, 2. 1 πάσῃ χρησάμενος σπουδῇ καὶ φιλοτιμίᾳ περὶ τὸν θεόν. — φιλότιμος, 3 Macc. 4, 15.) *.

Φιλοφρόνως, (a φιλόφρων) *benigne, amice, benevole,* Act. 28, 7. (2 Macc. 3, 9 φιλοφρόνως ὑποδεχθείς. Aelian. V. H. 4, 9. Ioseph. bell. 6, 2. 2 φιλοφρόνως ἐδέξατο. ant. 4, 6. 2. ib. 17, 9. 7.) *.

Φιλόφρων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex φίλος et φρήν) *amica mente* erga alium, *benignus.* [1 Petr. 3, 8 ubi *Griesb.* ταπεινόφρονες.] (Pind. Py. 8, 1.)

Φιμόω, ῶ, f. ώσω, aor. 1. ἐφίμωσα, imperat. perf. pass. πεφίμωσο, aor. 1. pass. ἐφιμώθην, (a φιμός, capistrum) 1) *capistro os obturo;* 1 Cor. 9, 9 βοῦν. 1 Tim. 5, 18. Deut. 25, 4 ubi חָסַם, (quod Ioseph. ant. 4, 8. 21 vertit: βοῶν ἀποδεῖν τὰ στόματα ἐπὶ τῆς ἅλωος.) — 2) metaph. *obmutescere facio, ad silentium redigo;* Matth. 22, 34. — passiv. φιμόομαι, *obmutesco,* Matth. 22, 12. Marc. 1, 25. Luc. 4, 35 φιμώθητι. (Ioseph. prooem. bell. §. 5. de bell. 1, 22. 3. — de obmutescentibus prae dolore d. bell. 5, 1. 5.) — 3) ex adiuncto: *compesco,* cogo ut desistat, quiescat aliquis; Marc. 4, 39 πεφίμωσο, (ad mare dictum) propr. sey ein gezähmtes, i. e. quiesce. 1 Petr. 2, 15 φιμοῦν τὴν ἀγνωσίαν, criminationes ex inscitia. (4 Macc. 1, 35 σώφρων νοῦς — φιμοῦται πάντα τοῦ σώματος κινήματα ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ.) *.

Φλέγων, οντος, ὁ, *Phlegon,* nom. pr. viri; Rom. 16, 14.

Φλογίζω, (a φλόξ) inflammo, incendo, (Dan. 3, 27. Ex. 9, 24. Sir. 3, 30.) — *incendio deleo, incendendo perdo,* Iac. 3, 6 ἡ γλῶσσα πῦρ — φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, vid. Γένεσις et Τροχός. (Ps. 97, 3. 1 Macc. 3, 5.) — *flammis excrucio,* Iac. 3, 6 γλῶσσα φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης. vid. Luc. 16, 24. coll. Matth. 5, 29 sqq. (Ps. Sal. 12, 5 ἐν πυρὶ φλογὸς γλῶσσα ψίθυρος ἀπόλοιτο.) *.

Φλόξ, φλογός, ἡ, (a φλέγω, uro, perf. 2. πέφλογα) LXX pro לַהַב, לֶהָבָה — *flamma;* — Luc. 16, 24. (Iud. 13, 20. Ioel. 2, 5.) — φλὸξ πυρός flamma ignis. Act. 7, 30. Apoc. 1, 14. 2, 18. 19, 12. (Ies. 29, 6. 66, 15. Dan. 7, 9. Sir. 21, 10. Pind. Py. 4, 400.) — de fulguribus, Hebr. 1, 7. (Ps. 104, 3 ubi לֹהֵט. Ies. 30, 30.) — πῦρ φλογός, ignis in flammas prorumpens, 2 Thess. 1, 8. (Sir. 8, 10. 45, 19. Exod. 3, 2 ἐν πυρὶ φλογός. — Thren. 2, 3 πῦρ φλόξ.) *.

Φλυαρέω, ῶ, (a φλύαρος) intransitive: nugor, nugas ago, nugas profero; (apud profanos, Xenoph. cyrop. 1, 4. 11. Aeschin. dial. Socr. 2, 16.) — in N. T. transitive: φλυαρεῖν τινα, *nugis molestus sum alicui, eum obtundo,* 3 Io. v. 10 (φλυαρήματα inepta mendacia, ineptae cavillationes, Ioseph. c. Apion. 2, 9.)

Φλυαρός, όν, (a φλύω, ebullio) inepta ebulliens, *nugator, garrulus, futilis,* 1 Tim. 5, 13. (4 Macc. 6, 10. Ignat. ad Ephes. §. 9. Ioseph. vit. §. 31.) *.

Φοβερός, ά, όν, (a φόβος) *formidabilis, horrendus, terribilis;* ter; Hebr. 10, 27. 31. 12, 21. — LXX pro נוֹרָא Gen. 28, 17. Deut. 10, 17. Neh. 1, 5. Ps. 47, 2. Sir. 9, 23. Ioseph. ant. 3, 2. 4. ib. 3, 5. 3 πολεμίοις φοβεροί. de bell. 1, 10. 8 δυνάμει φοβερὸς ἦν. *.

Φοβέω, ῶ, aor. 1. pass. ἐφοβήθην, fut. 1. pass. φοβηθήσομαι, (a φόβος) terrorem s. metum iniicio, Hom. Iliad. 13, 300. Sap. 17, 9. Aelian. V. H. 12, 23. Thucyd. 8, 82. — Passivum, quod LXX pro יָרֵא usurpant: 1) *metu perterreor, percellor, terrore corripior, metuo;* dicitur non solum de iis, qui noxia metuunt, sed etiam de iis, qui terrore percelluntur, admiratione rerum mirabilium animo perturbantur, curis sollicitantur etc. — Ita a) absolute: Matth. [9, 10 in codd.] 10, 31. 14, 27. 30. 17, 6 sqq. 25, 25. 27, 54. 28, 5. 10. Marc. 5, 33. 36. 6, 50. 10, 32. 16, 8. Luc. 1, 13. 30. 2, 10. 5, 10. 8, 25 φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν. v. 35. 50. 12, 7. 32. Io. 6, 19 sqq. 12, 15. 19, 8 μᾶλλον ἐφοβήθη, magis perturbabatur. Act. 16, 38. 18, 9. 22, 29. 27, 29. Rom. 13, 4. Hebr. 13, 6. 1 Io. 4, 18. Apoc. 1, 17. (Vid. e V. T. Gen. 15, 1. 18, 5. 21, 17. 26, 24. 28, 17. 50, 21. Exod. 2, 14. Deut. 1, 21. 31, 6. 8.) — b) seq. accusativo: ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, magno timore percellebantur, Marc. 4, 41. Luc. 2, 9. — 1 Petr. 3, 14 τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, vel: secundum timorem eorum (impiorum) ne anxii sitis ubi mala vobis infliguntur; vel: terrorem quem i. e. mala, quae vobis possint incutere, ne timeatis. — 1 Petr. 3, 6 μὴ φοβούμενοι μηδεμίαν πτόησιν. — φοβέομαί τινα, metuo ab aliquo, ne noceat, ne indignetur, Matth. 10, 26. 14, 5. 21, 26. 46. Marc. 11, 32. 12, 12. Luc. 12, 5. 19, 21. 20, 19. 22, 2. Io. 9, 22. Act. 5, 26 ubi ἵνα μή et sq. non pendent ab ἐφοβοῦντο, sed ab ἦγαγον. ib. c. 9, 26. Rom. 13, 3. Gal. 2, 12. Hebr. 11, 27. Apoc. 2, 10. (Num. 21, 34. Deut. 3, 2.) — c) seq. particula negativa, *vereor, ne, ich fürchte dass geschehen könne,* et dicitur de eo, quod non fieri cupimus; μή Act. 27, 17. Ioseph. ant. 1, 18. 6. — μήπως 2 Cor. 11, 3. 12, 20. Gal. 4, 11 φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως, vereor ratione vestrum, ne etc. — μήποτε, Hebr. 4, 1. (Gen. 32, 11.) — (Contra: φοβ. μὴ οὐ de eo, qui suspicatur, id non futurum esse, quod cupit; Lib. Henoch. p. 180 φοβοῦμαι, μὴ οὐ θελήσετε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, καὶ ἔσομαι ἐγὼ μόνος ὀφειλέτης.) — d) seq. infinitivo activi, *vereor* s. *dubito aliquid facere* ex metu noxae, Matth. 1, 20 μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν. c. 2, 22. Marc. 9, 32. Luc. 9, 34. 45. (Gen. 19, 30. 26, 7. 46, 3. Exod. 34, 30.)

2) de reverentia auctoritatis, virtutis: *revereor,* diciturque aeque de reverentiae sensu, ac de reverentia factis conspicua; — Marc. 6, 20. 11, 18. — Eph. 5, 33 γυνή, ἵνα

φοβῆται τὸν ἄνδρα. (Levit. 19, 3. Ios. 4, 14.) — Hebr. 11, 23 οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα. — φοβ. τὸν θεόν, a) *revereor Deum* ita, ut mali quid non faciam, Luc. 18, 2. 4. 23, 40. Rom. 11, 20 φοβοῦ intell. τὸν θεόν. Col. 3, 22. 1 Petr. 2, 17. Apoc. 14, 7. (Exod. 1, 17. 21. Lev. 19, 14.) — b) latiori sensu ex hebraismo, qui verba timoris ad cultum Dei transfert: *veneror, colo* Deum, Luc. 1, 50. Act. 10, 2. 22. 35. Apoc. 11, 18. 15, 4. 19, 5. (Deut. 4, 10. 6, 2. 13. 24. 13, 4. 17, 19. 28, 58. Iud. 6, 10. 1 Sam. 12, 14.) φοβοῦντες τὸν θεόν, ubi distinguuntur ab Israelitis, sunt: *proselyti*, Act. 13, 16. 26 vid. Σέβω. *.

Φόβητρον, ου, τό, (a φοβέω, perf. pass. πεφόβηται) *terriculum*, res terrorem incutiens, *Schreckbild, Scheusal*, vor dem man sich entsetzt; semel Luc. 21, 11. (LXX Ies. 19, 17 pro חָגָּא. Euripid. Phoeniss. 1266.)

Φόβος, ου, ὁ, (a φέβομαι, fugor), unde propr. terror, qui aliquem in fugam coniicit, — LXX pro אֵימָה, יִרְאָה, פַּחַד, 1) *timor, terror;* Matth. 14, 26. Luc. 8, 37. 21, 26. Act. 5, 5. 11. Rom. 8, 15 εἰς φόβον, ut timorem sentiatis. 1 Tim. 5, 20. 1 Io. 4, 18. Apoc. 18, 10. 15. — φόβοι, terrores, 2 Cor. 7, 5. (Iob. 20, 25. Sap. 18, 17.) — φόβος pro φοβερός, Rom. 13, 3. — 1 Cor. 2, 3 ἐν φόβῳ, meticulosus. — φόβος τινός, *timor alicuius causa*, Io. 7, 13. 19, 38. 20, 19. *terror*, quem aliquis incutit, Matth. 28, 4. Hebr. 2, 15. (Ios. 2, 9. Ezech. 26, 17. Iob. 13, 21.) 1 Petr. 3, 14 τὸν φόβον αὐτῶν, vel mala, quibus terrent (ut Iob. 3, 25. Sir. 45, 2) vel accusativi absoluti: secundum eorum timorem. — *Terror, qui oritur adspectu rerum mirabilium*, animum perturbantium, Matth. 28, 8 μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς, perterritae aeque ac gaudentes. Marc. 4, 41. Luc. 1, 12. 65. 2, 9. 5, 26. 7, 16. Act. 2, 43. 19, 17. Apoc. 11, 11. (Exod. 15, 16.) — 2) *reverentia*, diciturque de reverentia auctoritatis, dignitatis, Rom. 13, 7. 2 Cor. 5, 11 εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ κυρίου, bene igitur memor reverentiae quam debeo Iesu, iudici meo. 7, 1 ἐν φόβῳ θεοῦ, reverentia Dei ducti. v. 11. 15. Eph. 6, 5. Phil. 2, 12. 1 Petr. 2, 18. 3, 15. (Gen. 31, 53. 2 Chron. 19, 9. Ps. 2, 11. 36, 1.) — Sensu latiori ex hebraismo: *pietas et obsequium in Deum*, Act. 9, 31. Rom. 3, 18. (Ps. 19, 10. 111, 9. Prov. 1, 7. 8, 13. 9, 10. 10, 29. 14, 26. Sir. 1, 12. 18. 2, 10. 40, 27.) — *pietas* in Deum et Christum, *quae Christianum decet*; — ἐν φόβῳ 1 Petr. 1, 17. 3, 2. videl. τοῦ κυρίου s. Χριστοῦ ut additur Eph. 5, 21 *ut Christianum decet*, ex praeceptis pietatis christianae. — Hinc οἱ ἐν φόβῳ (θεοῦ), veri Dei cultores, *Christiani*, Iud. v. 23 de quo loco vid. Διακρίνω, et conf. Φοβέω. *.

Φοίβη, ης, ἡ, *Phoebe*, nom. pr. mulieris christianae, Rom. 16, 1. [27.].

Φοινίκη, ης, ἡ, *Phoenicia, Phoenice*, regio Asiae minoris ad mare mediterraneum sita, inter Syriam et Iudaeam (Ioseph. ant. 7, 4. 1), fertilis et mercaturae aptissima, cuius urbes primariae erant Berytus, Byblus, Sidon, Tyrus. Terminabatur ab austro per Belum, fluvium, et a septentrione per Eleutherum, fluvium. Act. 11, 19. 15, 3. 21, 2. *.

Φοινίκισσα, *Phoenissa*, vid. Συροφοινίκισσα.

Φοῖνιξ, ικος, ὁ, (de scripturae diversitate φοῖνιξ vel φοίνιξ vid. *Win.* Gramm. p. 50.) *palma arbor, die Dattelpalme;* LXX pro תָּמָר. Iob. 12, 13 ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. (Hom. Od. 6, 163. — Frequentes fuisse palmas in Palaestina, inprimis prope urbem Iericho, quae ea de causa etiam עִיר־הַתְּמָרִים, ἡ πόλις τῶν φοινίκων cognominabatur, non solum testantur loca Deut. 34, 3. Iud. 1, 16. 3, 13. 2 Chron. 28, 15. sed etiam Iosephus, qui bell. 4, 8. 3 πεδίον Ierichuntis alere dicit τῶν φοινίκων ἐπαρδομένων γένη πολλά. Idem ant. 15, 4. 2 φέρει δ' ἡ χώρα τὸ βάλσαμον — τόν τε φοίνικα πολὺν καὶ καλόν. ib. 17, 13. 1.) — *ramus palmae*, Apoc. 7, 9. (2 Macc. 10, 7. 14, 4.) *.

Φοῖνιξ, ικος, ὁ, *Phoenix*, urbs Cretae cum portu; Act. 27, 12.

Φονεύς, έως, ὁ, (a φονεύω), *homicida;* Matth. 22, 7. Act. 3, 14. 7, 52. 28, 4. 1 Petr. 4, 15. Apoc. 21, 8. 22, 15. (Sap. 12, 5. Hom. Od. 24, 434.) *.

Φονεύω, f. εύσω, aor. 1. ἐφόνευσα, (a φόνος) *occido, interficio hominem, homicidium committo;* Matth. 5, 21. 19, 18. 23, 31. 35. Marc. 10, 19. Luc. 18, 20. Rom. 13, 9. Iac. 2, 11. ib. 4, 2 de quo loco vid. Ζηλόω. ib. 5, 6 κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον· οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν, constituite modo iustum capitis damnare et supplicium de eo sumere; non repugnabit, (at Deus vos puniet, vid. v. 5). — (LXX pro רָצַח, Exod. 20, 13. Num. 35, 6. 12. Iud. 20, 5.) *.

Φόνος, ου, ὁ, (a stirpe obsoleta φένω occido) *caedes hominum, homicidium;* Matth. 15, 19. Marc. 7, 21. 15, 7. Luc. 23, 19. 25. Act. 9, 1 de quo loco vid. Ἐμπνέω. Rom. 1, 29 vid. Μεστός. Gal. 5, 21. Apoc. 9, 21 φόνοι, caedes. (Levit. 26, 7. Hos. 4, 2. 2 Macc. 4, 3. 35. Hom. Iliad. 2, 352. 3, 6.) — Hebr. 11, 37 ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, gladio interemti perierunt. (LXX φόνος μαχαίρας pro פִּי Exod. 17, 13. Num. 21, 24. Deut. 13, 15. 20, 13. aliis in locis vertunt στόμα.) *.

Φορέω, ῶ, f. έσω, (a φορός, ferens, quod a φέρω) *gesto, porto, circumfero mecum;* (differt a φέρω; nam φέρω est inchoativum, φορέω continuativum; vid. *Hermann.* ad Sophocl. Elect. v. 715. *Lobeck.* ad Phryn. p. 585 sq.) — vestes Matth. 11, 8 τὰ μαλακὰ φοροῦντες, utentes s. induti vestibus mollibus. Iac. 2, 3. (Hom. Od. 17, 245. Ioseph. ant. 3, 7. 2 ἔνδυμα. ib. 3, 12. 2 στολήν. ib. ant. 3, 7. 3 πῖλον.) — στέφανον, Io. 19, 5. (Sir. 11, 5 ἐφόρεσε διάδημα. 40, 5 φορῶν ὑάκινθον καὶ στέφανον.) — μάχαιραν, Rom. 13, 4. (Hom. Iliad. 1, 238.) — τὴν εἰκόνα ἀνθρώπου, hominis mortalis naturam secum circumferre, 1 Cor. 15, 49. *.

Φόρον, ου, τό, latinum *forum;* — Φόρον Ἀππίου, *Forum Appii*, Act. 28, 15 vid. Ἄππιος.

Φόρος, ου, ὁ, (a φέρω) *tributum*, vel pro capite solvendum, vel fundo impositum, potissimum *annuum*, (Ioseph. ant. 17, 11. 2 φόρους ἐπιβαλλόμ. ἑκάστοις τὸ ἐπ' ἔτος); — LXX pro מִנְחָה, מַס Esdr. 4, 20. 6, 8. Iud. 1, 30. 2 Sam. 20, 24. 1 Macc. 3, 31. 2 Macc. 8, 36. Aelian. V. H. 2, 10. — διδόναι φόρον Καίσαρι, Luc. 20, 22. 23, 2. (1 Macc. 8, 4. 7.) — ἀποδιδόναι, Rom. 13, 7. (Ioseph. ant. 10, 6. 1.) — τελεῖν, Rom. 13, 6. Ioseph. ant. 5, 3. 2. *.

Φορτίζω, partic. perf. pass. πεφορτισμένος, (a φόρτος) *onus alicui impono;* — tropice de iugo quo aliquis premitur et cuius ope cogitur, ut aliquid faciat; de iugo legis Mos. Luc. 11, 46. (Ezech. 16, 33 φορτίζει αὐτοὺς τοῦ ἔρχεσθαι, iugo quasi imposito cogit ut veniant.) — πεφορτισμένοι, onere malorum oppressi, Matth. 11, 28. *.

Φορτίον, ου, τό, (deminutiv. a φόρτος) LXX pro מַשָּׂא, *onus*, propr. quodvis, quod imponitur, (2 Sam. 19, 35. Ies. 46, 1. Sir. 21, 16. 30, 24.) deinde: *onus navis*, Schiffsladung, Act. 27, 10 ubi *Griesb.* φορτίου pro φόρτου reposuit. (Eodem sensu Ioseph. ant. 14, 14. 3.) — tropice a) de doctrina sive potius *disciplina;* — mosaica, Matth. 23, 4. Luc. 11, 46. — Christi, Matth. 11, 30. Act. Thom. §. 28. Diog. Laert. 7, 5. 4 αὐτὸς μόνος δύνασθαι βαστάσαι Ζήνωνος φορτίον. Vid. etiam Ζυγός. — b) de *vitiorum* fasciculo, s. onere, (metaphora ducta a viatore, vid. Sir. 21, 16.) Gal. 6, 5. (de culpa peccatorum Ps. 38, 4.) *.

Φόρτος, ου, ὁ, (a φέρω) *onus*, — *onus* navis, Act. 27, 10 in textu vulg. ubi *Griesb.* φορτίου. (Hom. Od. 8, 163. Philo de leg. ad Cai. p. 1010.) *.

Φορτουνάτος, [1 Cor. 16, 17.] vid. Φουρτουνάτος.

Φουρτουνάτος, ου, ὁ, *Fortunatus*, nom. pr. viri, 1 Cor. 16, 17.

Φραγέλλιον, ίου, τό, (ex latino *flagellum*) *flagellum;* Io. 2, 15. (Transiit etiam in linguam Rabbinorum, פְּרַגּוֹל.)

Φραγελλόω, ῶ, partic. aor. 1. φραγελλώσας, (a φραγέλλιον s. φραγέλλη) *flagello, flagellis caedi iubeo;* Matth. 27, 26. Marc. 15, 15. (Test. XII patr. p. 728 φραγελλώσας με. Evang. Nicod. p. 53. Rescr. Tib. ap. Birch. p. 172.)

Φραγμός, οῦ, ὁ, (a φράσσω, perf. pass. πέφραγμαι) *sepimentum, sepes*, ut agrorum, hortorum, vinearum, Matth. 21, 33. Marc. 12, 1. (Ies. 5, 2.) — ὁδοὺς καὶ φραγμούς, vias inter vineas et hortos. (Num. 22, 24.) — de sepimento, separante interiora templi, Eph. 2, 14 de quo loco vid. Μεσότοιχον. — LXX pro גָּדֵר, גְּדֵרָה Num. 22, 24. Ps. 62, 3. Eccl. 10, 8. *.

Φράζω, aor. 1. ἔφρασα, (a radice φράω, unde φράν,

dorice pro φρήν, mens) *expono, explico*, alicui aliquid, ut intelligat quid mihi velim; Matth. 13, 36. 15, 15. (Hom. Od. 11, 22. LXX Iob. 4, 24 pro הֵבִין, et Iob. 12, 8 pro הוֹרָה. Ioseph. vit. §. 59 et 64. Id. cont. Apion. 1, 29.) *.

Φράσσω, s. άττω, aor. 1. ἔφραξα, aor. 2. pass. ἐφράγην, fut. 2. pass. φραγήσομαι, 1) viam praecludo sepimento, occludo, obstruo, obsepio, a) propr. Iob. 38, 8 θάλασσαν πύλαις. Prov. 25, 27 πηγήν. Hos. 2, 6 ὁδόν. Iudith. 16, 4 multitudo hostium ἐνέφραξε χειμάῤῥους. coll. Hom. Od. 5, 256. — b) tropice: *occludo, obturo, obstruo*, — στόματα λεόντων videl. eos interficiendo, Hebr. 11, 33. quem locum vel refero ad ea, quae Iud. 14, 6. 1 Sam. 17, 34 sq. leguntur, vel ad ea, quae Dan. 6, 7 sqq. narrantur, quod posterius si placet φράσσ. τὸ στόμα est: os obturare, ne noceant. Eadem verba de hominibus sunt: silentium imponere, Rom. 3, 19. (Prov. 21, 13 φράσσ. τὰ ὦτά τινος τοῦ μὴ ἀκοῦσαι. Ioseph. bell. 3, 8. 6 πεφραγμένας τὰς ἀκοὰς ἔχοντες.) 2 Cor. 11, 10 ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμέ, dieser Ruhm wird für mich nicht verschlossen werden können, i. e. nemo poterit me destituere hac laude. (Ex adiuncto enim φράσσειν etiam est: obiiciendo aliquid tueri aliquem, ut Ioseph. bell. 6, 1. 8 τῷ θώρακι πεφραγμένος. Hinc ἡ καύχησις οὐ φραγ. εἰς ἐμέ, non occludi poterit quin pertingat ad me.) *.

Φρέαρ, ατος, τό, 1) *puteus*; Luc. 14, 5. Io. 4, 11. 12. (LXX pro בְּאֵר Gen. 21, 30. 26, 15 sqq. 29, 8. Ier. 41, 7. Hom. Iliad. 21, 197. Ioseph. ant. 7, 9. 7.) — 2) *vorago*; Apoc. 9, 1. 2 φρέαρ τῆς ἀβύσσου. (Ps. 55, 23 φρέαρ διαφθορᾶς.) *.

Φρεναπατάω, ῶ, f. ήσω, (ex φρήν et ἀπατάω) *mentem decipio*; ἅπαξ λεγόμενον N. T. Gal. 6, 3 ἑαυτὸν φρεναπατᾷ, quod Hesych. explicat: χλευάζει.

Φρεναπάτης, ου, ὁ, (a φρεναπατάω) *deceptor, fraudator*, mentem decipiens, Tit. 1, 10. (Etymolog. Magn. 811, 3. Ignat. ad Trall. §. 6 φρεναπάτης καὶ ματαιόλογος.) Apud profanos non legitur. *.

Φρήν, φρενός, ἡ, (a φέρω), *mens, pectus, Sinn, Gemüth*; et in singulari (Hom. Iliad. 1, 474), et in plurali (Hom. Iliad. 10, 10. 3, 181); — posteriori modo 1 Cor. 14, 20. (φρένες Dan. 4, 31 sq. pro מַנְדַּע. — ἐνδεὴς φρενῶν pro חֲסַר לֵב, Prov. 7, 7. 9, 4. 11, 12. 12, 11. 15, 21. Demosth. p. 780. 82 ed. *Reisk*. νοῦ καὶ φρενῶν ἀγαθῶν καὶ προνοίας πολλῆς.) *.

Φρίσσω, s. ττω, (a φρίξ, asperitas, horror) propr. ut Latinor. horreo, horresco, dicitur de superficie, quae movendo horrida et aspera fit, ut maris superficies et segetes a vento agitatae. (Hom. Iliad. 23, 599. 13, 473.) Quum terror hominem tremere faciat, eiusque cutem contrahat et asperam reddat, ut pili erigantur, dicitur de terrore vel subito vel vehementiori et est: *horreo, horresco, schaudern*; ita semel Iac. 2, 19. (Dan. 7, 15. Ier. 2, 12. Iudith. 16, 10. 4 Macc. 14, 9. Hom. Iliad. 24, 775.) *.

Φρονέω, ῶ, f. ήσω, (a φρήν) de quocunque, quod mens cogitat, sentit, molitur, amplectitur; 1) *sentio, mente agito, animo volvo, in animo habeo, cogito, statuo*; Act. 28, 22. 1 Cor. 13, 11 ὡς νήπιος ἐφρόνουν, cogitabam, sentiebam ut infans. Gal. 5, 10 οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε, vos non alia, ac vobis tradita sunt, cogitaturos esse. Phil. 3, 15 ὅσοι οὖν τέλειοι κ. τ. λ. i. e. quotquot igitur perfecti (adulti) sumus, ita sentiamus (de nobis iudicemus) necesse est, et si secus fortasse statueritis, Deus vos meliora edocebit. (Sap. 14, 30 κακῶς ἐφρόνησαν περὶ θεοῦ. Ioseph. ant. 2, 6. 4. bell. 5, 7. 4 μηδὲν ὑγιὲς φρονεῖν. 2 Macc. 14, 26. Hom. Iliad. 3, 310. 4, 361.) — *sentio de me, statuo de me*; ich fühle mich, halte mich hoch; Rom. 12, 3. 1 Cor. 4, 6. — 2) *in animo habeo, studeo*, den Sinn auf etwas gerichtet haben; (Hom. Iliad. 3, 98. 608. 22, 264.) — ὑψηλὰ φρονεῖν, alta spirare, Rom. 12, 16. (2 Macc. 9, 12 θνητὸν ὄντα ἰσόθεα φρονεῖν ὑπερηφάνως. Ioseph. ant. 5, 8. 9 μέγα φρονεῖν.) — *studeo* rei, τὰ τοῦ θεοῦ, Matth. 16, 23. Marc. 8, 33. — τὰ τῆς σαρκός Rom. 8, 5. — Phil. 3, 19. Col. 3, 2. — τὸ αὐτό, concordiae studeo, Rom. 12, 16. 15, 5. 2 Cor. 13, 11. Phil. 2, 2. [3, 15.] 4, 2. — τὴν ἡμέραν, dierum discrimen curo, Rom. 14, 6. coll. Gal. 4, 10. — Phil. 2, 5 τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, huic studeatur in vobis, i. e. ei studete, quod etiam Christi studium fuit. — φρονεῖν ὑπέρ τινος, studere alicuius commodo, illum curare, Phil. 1, 7. 4, 10. (2 Macc. 14, 8. — ita φρονεῖν τά τινος, rebus alicuius studere, ab eius partibus esse, 1 Macc. 10, 20. Ioseph. bell. 5, 13. 1 φρονεῖν τὰ Ῥωμαίων. ib. 1, 9. 1. et 1, 10. 4.) *.

Φρόνημα, τος, τό, (a φρονέω) 1) quod in mente est, cogitatio, animus, (2 Macc. 13, 9. Ioseph. bell. 3, 6. 3. ant. 3, 2. 4.) — magni spiritus, sensus magni et praeclari, (2 Macc. 7, 21. Ioseph. bell. 4, 6. 1. ant. 17, 10. 2.) — 2) *voluntas, desiderium, studium, das Streben, Trachten*; ita in N. T. τὸ φρόνημα τῆς σαρκός — τοῦ πνεύματος, Rom. 8, 6. 7. 27. (Ioseph. bell. 4, 6. 1 φρονήματος ἐλευθερίου μεστός. Id. ant. 3, 5. 3 ὁ θεὸς — κακοῖς τὸ τῶν Αἰγυπτίων δαμάσας φρόνημα videlicet in damnum Iudaeorum. Demosth. p. 246. 1. Hesych. φρόνημα· βούλημα, θέλημα.) *.

Φρόνησις, εως, ἡ, (a φρονέω) propr. *intelligentia, prudentia*, scientia rerum vel expetendarum vel fugiendarum (4 Macc. 1, 19.) — Nostri scriptores ex usu hebr. חָכְמָה, תְּבוּנָה, בִּינָה, pro quibus LXX saepius utuntur (Prov. 1, 2. 3. 13. 19. 7, 4. 8, 14. 10, 24. 1 Reg. 3, 28. 4, 29), referunt inprimis ad cognitionem honesti ex Dei voluntate et ita bis: Luc. 1, 17 ἀποστρέψει — ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει (pro εἰς φρόνησιν) δικαίων, immorigeros ducet, ut sint intelligentia proborum. Eph. 1, 8. (Philo de alleg. II, p. 88: „casta mulier praemia accipiet φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης.“ ib. p. 89. Xenoph. mem. 1, 2. 10.) *.

Φρόνιμος, ον, (a φρονέω) — 1) *intelligens, intelligentia pollens, gnarus, sapiens*; 1 Cor. 4, 10. 2 Cor. 11, 19. — φρόνιμος παρὰ ἑαυτῷ, qui sibi sapiens videtur, Rom. 11, 25. 12, 16. (Prov. 3, 7. coll. Ies. 5, 21.) — 2) *prudens, providus, verständig, vorsichtig*; Matth. 7, 24. 10, 16. 24, 45. 25, 2. 4. 8. 9. Luc. 12, 42. 16, 8. 1 Cor. 10, 15. — LXX pro נָבוֹן, מֵבִין, חָכָם Gen. 3, 1. 41, 33. 39. Prov. 11, 29. 17, 28. Ies. 44, 25. Sir. 19, 31. 20, 27. *.

Φρονίμως, (a φρόνιμος) sapienter, *prudenter, provide*; Luc. 16, 8. (Symmach. Cohel. 7, 10 ubi LXX ἐν σοφίᾳ.)

Φρονιμώτερος, έρα, ον, (comparat. a φρόνιμος) *prudentior, magis providus*; Luc. 16, 8.

Φροντίζω, (a φροντίς, cura, studium rei, quod a φρονεῖν.) — seq. genitivo: *curo aliquid, curam rei gero, studiosus sum rei*, Tit. 3, 8 φροντίζειν καλῶν ἔργων. (Prov. 31, 21. Sir. 50, 4. 1 Macc. 16, 14. 2 Macc. 9, 21. 11, 15. Xen. mem. 3, 11. 12.) *.

Φρουρέω, ῶ, f. ήσω, (a φρουρός, quod a προορᾶν, providere, pro προορός, providens, custos; urbis praesidium) 1) custodio, Wache halten; praesidium urbis sum, als Besatzung in einer Stadt liegen, 3 Esdr. 4, 56. — 2) transitive: custodio, (Sap. 17, 16); custodia munio; *praesidio militari locum teneo, einen Ort besetzen*; 2 Cor. 11, 32 τὴν πόλιν. (Iudith. 3, 6. Ioseph. bell. 3, 2. 1. ib. 3, 8. 1 et 8.) — tropice: *obsideo* aliquem, *totum eum teneo*; Phil. 4, 7 ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, totum animum vestrum obsideat, occupet. — passiv. *totus teneor*, ab aliquo, — i. e. a) obstringor ad obedientiam, Gal. 3, 23 ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, legi obstricti tenebamur. — b) *custodior, protegor*, 1 Petr. 1, 5 τοὺς ἐν δυνάμει τοῦ θεοῦ φρουρουμένους διὰ πίστεως εἰς σωτηρίαν, qui divina potentia interveniente fide protegimur, ut salutem consequamur. *.

Φρυάσσομαι, verbum medium, proprie de equis frementibus et ferocientibus: fremo, ferocio, ich schüttle mich, (Callimach. hymn. in Lavacr. Pallad. v. 2.) unde φρύαγμα de hinnitu et fremitu equorum; ad homines translatum: *fremo, ferocio, superbio*; diciturque de iis qui ira, superbia, fastu efferuntur contra alios. (2 Macc. 7, 34. 3 Macc. 2, 2. Antonin. 10, 13. Diod. Sic. 4, 74.) — In N. T. legitur semel et quidem aor. I. act. ἐφρύαξαν, qui in profanorum libris non invenitur, Act. 4, 25. quae sunt verba LXX interpretum Ps. 2, 1 ubi in textu hebr. רָגְשׁוּ. Hesych. ἐφρύαξαν· ἐκινήθησαν, ἐπηρθησαν, συνήχθησαν. et φρύαγμα de insolentia hominum, in versione LXX pro גָּאוֹן Ier. 12, 5. Ezech. 7, 24. 24, 21. Zach. 11, 3. 3 Macc. 6, 16.

Φρύγανον, ου, τό, (a φρύγω, torreo, torrefacio) *virgultum aridum, sarmentum, dürres Reisholz*; Act. 28, 3. — Philo in Flacc. p. 975 A. Theophr. hist. plant.

1, 5. — LXX pro קַשׁ stipula, Ies. 40, 24. 41, 2. 47, 14. Ier. 13, 24. et חָרוּל Iob. 30, 7. *.

Φρυγία, ας, ἡ, *Phrygia*, provincia Asiae minoris, sita inter Bithyniam, Galatiam, Lydiam et Mysiam, divisa in Phrygiam maiorem et minorem, urbibus Laodicea, Hierapoli et Colossis insignis. Act. 2, 10. 16, 6. 18, 23. [1 Tim. 6, 23.] (Ioseph. ant. 1, 6. 1.) *.

Φυγαδεύω, aor. 1. ἐφυγάδευσα, (a φυγάς. expulsus) *in fugam conicio, expello;* semel Act. 7, 29 ubi in varia lect. est ἐφυγάδευσαν δὲ Μωϋσῆν, pro ἔφυγεν δὲ Μωϋσῆς.

Φύγελλος, ου, ὁ, *Phygellus*, nom. pr. viri, 2 Tim. 1, 15.

Φυγή, ῆς, ἡ, (a φεύγω, perf. 2. πέφυγα) *fuga;* bis: Matth. 24, 20. Marc. 13, 18. LXX pro מָנוֹס Ier. 46, 5. נוּס 2 Sam. 18, 3. Ier. 49, 23. 2 Macc. 12, 22. 4 Macc. 4, 1.

Φυλακή, ῆς, ἡ, (a φυλάσσω), — LXX pro מִשְׁמָר, מִשְׁמֶרֶת, 1) *custodia*, i. e. τὸ φυλάσσειν, *excubiae;* Luc. 2, 8 φυλακὰς φυλάσσοντες, excubias agentes. (Num. 1, 53 φυλάξουσι οἱ Λευῖται τὴν φυλακὴν τῆς σκηνῆς. ib. 3, 7. 8. 8, 26. 18, 3. Hom. Iliad. 8, 521. 9, 1. Xenoph. anab. 2, 6. 10.) — *statio, Posten, Standort*, Apoc. 18, 2. (Sir. 43, 10. Bar. 3, 34. Hab. 2, 1.) — Ex metonymia: *excubitores, custodes, praesidium;* Act. 12, 10. (Ioseph. bell. 6, 2. 5. ib. 7, 1. 2. Xenoph. de mag. equit. 7, 14.) — 2) de noctis tempore, per quod excubiae agebantur; *vigilia*, i. e. tempus per quod pars excubitorum vigilare et excubare debebat, usque dum altera pars in eius locum succederet. Graeci antiquiores noctem in tres dividebant partes, ἑσπέραν, ἀμολογόν et ἕω, recentiores in quatuor vigilias. Iudaei quoque ante exilii tempora tres tantum habebant vigilias noctis, (Thren. 2, 19. Iud. 7, 19 φυλακὴ μέση, tertia matutina dicebatur, Exod. 14, 24. 1 Sam. 11, 11. Ps. 130, 6. vid. etiam Ps. 90, 5. Iob. 35, 10); post vero, Romanorum morem secuti, quatuor, quarum quaeque tribus horis constabat, de quibus in N. T. etiam verba ὀψέ, μεσονύκτιον, ἀλεκτοροφωνία, et πρωΐ leguntur. — Matth. 24, 43 ποίᾳ φυλακῇ (τῆς νυκτός). — τῇ δευτέρᾳ, Luc. 12, 38. τρίτῃ, Luc. 12, 38. — τετάρτῃ, Matth. 14, 25. Marc. 6, 48. Ioseph. ant. 5, 6. 5. ib. 18, 9. 6. — (Herodot. 9, 51. Xenoph. anab. 4, 1. 5.) — 3) de loco qui custoditur, in quo aliquis includitur ut custodiatur, *custodia, Gewahrsam, Gefängniss;* Matth. 5, 25. 14, 3. 10. 18, 30. 25, 36. 39. 43 sq. Marc. 6, 17. 28. Luc. 3, 20. 12, 58. 21, 12. 22, 33. 23, 19. 25. Io. 3, 24. Act. 5, 19. 22. 25. 8, 3. 12, 4—6. 17. 16, 23 sq. 27. 37. 40. 22, 4. 26, 10. 2 Cor. 6, 5. 11, 23. Hebr. 11, 36. Apoc. 2, 10. — *domus carceris*, (LXX plenius οἶκος φυλακῆς, Iud. 16, 22. 2 Reg. 17, 4. Ies. 42, 7. Ier. 37, 4.) — de hade, spirituum malorum carcere, 1 Petr. 3, 19. Apoc. 20, 7. (Act. Thom. §. 10.) *.

Φυλακίζω, (a φυλακή) *in carcerem conicio;* Act. 22, 19. (Sap. 18, 4. Act. Thom. §. 45 ὁ φυλακιζόμενος ἐν δεσμωτηρίῳ. Iosephi hypomn. cap. 58. p. 103 τυπτόμενος καὶ φυλακιζόμενος.) (Apud profanos non legitur.) **.

Φυλακτήριον, ίου, τό, (a φυλακτήρ i. q. φύλαξ) 1) munimentum, praesidium; proprie de militibus; metaphorice de quovis munimento, per quod malum vel calamitas averti potest; etiam amuleto. Vid. quae copiose de usu huius voc. apud profanos exposuit *Kypkius* in obss. s. T. 1, p. 111. — 2) *phylacteria*, quibus Iudaei utebantur, i. e. laminae s. schedae membranaceae, quibus inscripta erant verba legis mosaicae, et quas thecis insertas Iudaei fronti et brachio sinistro aptare solebant; Rabbinis dicebantur תְּפִלִּין (*Buxtorf.* lex. p. 1734), graece φυλακτήρια, quia instar amuletorum avertere putabantur mala quaevis, et abigere daemones (Targum ad Cant. 8, 3.) De origine huius moris vid. Deut. 6, 8. 9. 11, 18—20. Ioseph. ant. 4, 8. 13 ἐπιγράφειν δὲ καὶ τοῖς θυρώμασιν αὐτῶν τὰ μέγιστα, ὧν εὐηργέτησεν αὐτοὺς ὁ θεός, ἔν τε βραχίοσιν ἕκαστον διαφαίνειν. ὅσα τε τὴν ἰσχὺν ἀποσημαίνειν δύναται τοῦ θεοῦ καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς εὔνοιαν, φέρειν ἐγγεγραμμένα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ βραχίονος· ὡς περίβλεπτον πανταχόθεν τὸ περὶ αὐτοὺς πρόθυμον τοῦ θεοῦ. Vid. etiam Prov. 3, 3. 6, 21. 7, 3. — Semel Matth. 23, 5 πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, nimirum quasi plura quam alii inscripta iis haberent, quo legis studiosiores viderentur.

Φύλαξ, ακος, ὁ, (a φυλάσσω) *custos, excubitor;* Act. 5, 23. 12, 6. 19. (Hom. Iliad. 10, 56. — LXX pro שֹׁמֵר Gen. 4, 9. 1 Sam. 17, 20. Ies. 62, 6. Ioseph. ant. 7, 11. 7.) *.

Φυλάσσω, (s. ττω), f. άξω, aor. 1. ἐφύλαξα, aor. 1. med. ἐφυλαξάμην, (ducunt a πύλη, ut proprie sit: portas urbis observo, custodio), — LXX plerumque pro שָׁמַר, passim etiam pro נָצַר — 1) *custodio*, i. e. a) *observo* aliquem ne aufugiat, Luc. 8, 29. Act. 12, 4. 23, 35. 28, 16. — b) *excubias ago*, Luc. 2, 8. (Gen. 30, 31. Num. 1, 53. 2 Reg. 17, 9. 18, 8. Hom. Iliad. 3, 408.) — c) *custodio*, i. e. *praesidio sum, tueor*, seq. accusativo rei, Luc. 11, 21 τὴν αὐλήν. (Gen. 3, 24. Exod. 23, 20. Hom. Iliad. 10, 291.) — Act. 22, 20 τὰ ἱμάτια. 2 Tim. 1, 12. 14 τὴν παραθήκην. — τινά, *tueor* aliquem, *servo intactum* Io. 17, 12. 2 Petr. 2, 5. Iud. v. 24. (Prov. 13, 6. Sap. 19, 6.) — φυλ. τινὰ ἀπό τινος, *defendo* aliquem ab aliquo, 2 Thess. 3, 3. (Ps. 140, 4. 141, 10.) — φυλ. τινὰ εἴς τι, servo aliquem ad quid, *asservo*, Io. 12, 25 ψυχὴν εἰς ζωήν. (Ioseph. ant. 3, 8. 3 ἔλαιον φυλάσσειν εἰς τοὺς λύχνους.) — 2) φυλάσσειν ἑαυτόν (semel 1 Io. 5, 21.) et medium: *caveo mihi* ab aliqua re, seq. ἀπό, Luc. 12, 15. 1 Io. 5, 21. (Sir. 12, 12. 22, 13. 26. Test. XII patr. p. 648 φυλάξητε ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ψεύδους. Xenoph. cyrop. 2, 3. 9.) — seq. accusativo vel personae vel rei, observo mihi, i. e. *vito*, Act. 21, 25. 2 Tim. 4, 15. (Ioseph. bell. 4, 9. 11 φυλάξασθαι τὴν ἐπίθεσιν. ant. 5, 1. 2 φυλάττηται κακῶς ποιεῖν. Xenoph. mem. 2, 2. 14.) — seq. ἵνα μή, 2 Petr. 3, 17. (Gen. 31, 29.) — 3) *observo, me accommodo ad aliquid, morem gero;* ita de praeceptis, legibus; Matth. 19, 20. Marc. 10, 20. Luc. 11, 28. 18, 21. Act. 7, 53. 16, 4. 21, 24. Rom. 2, 26. Gal. 6, 13. 1 Tim. 5, 21. (Prov. 6, 20. 28, 7. Gen. 26, 5. Exod. 12, 17. 19, 5. quare etiam LXX pro עָשָׂה Deut. 5, 15. 1 Chron. 28, 7. et שָׁמַע Prov. 19, 27. 1 Reg. 11, 38. — Hom. Iliad. 3, 280 φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά. Pind. Istm. 2, 15 φύλαξαι ῥῆμα. Id. Olymp. 3, 73. Ioseph. ant. 10, 4. 1. ib. 7, 14. 2. et φύλαξ τῶν νόμων, legem observans, ant. 7, 14. 7. ut etiam φυλακή de obsequio, ant. 8, 7. 5. ib. 9, 7. 4. ib. 12, 1. 1 ἡ τῶν ὅρκων φυλακή.) *.

Φυλή, ῆς, ἡ, (a φύω) 1) Latin. *tribus*, i. e. classis, familia populi; ita apud profanos. Xenoph. mem. 3, 4. 6. Nostri de classe eorum, qui a communi descendunt parente, de tribubus duodecim gentis Israelitarum; Matth. 19, 28. Luc. 2, 36. 22, 30. Rom. 11, 1. Phil. 3, 5. Hebr. 7, 13. 14. Iac. 1, 1. Apoc. 5, 5. 7, 4—8. 21, 12. (Ioseph. ant. 10, 1. 1. 7, 2. 2. LXX pro מַטֶּה Exod. 31, 2. 6. Num. 1, 4 16. 20 sq. שֵׁבֶט Exod. 24, 4. 28, 21 et saepius. Philo de praem. p. 919 B.) — 2) i. e. φῦλον apud profanos; *gens, familia, natio;* Matth. 24, 30 πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. (Gen. 12, 3. 28, 14. Amos. 3, 2 pro מִשְׁפָּחָה. Sir. 16, 4.) — Φυλή, γλῶσση, λαὸς καὶ ἔθνος, quae Apoc. 5, 9. 7, 9. 11, 9. 13, 7. 14, 6 coniunguntur, omnes omnino gentes indicant, neque argutandum est in discrimine singulorum, quum nostri verba similia hoc modo cumulare soleant. *.

Φύλλον, ου, τό, (a φύω nascor) *folium;* Matth. 21, 19. 24, 32. Marc. 11, 13. 13, 28. Apoc. 22, 2. (Hom. Iliad. 2, 468. LXX pro עָלֶה Gen. 3, 7. 8, 11. Neh. 8, 15. Ps. 1, 3. Ies. 1, 30.) *.

Φύραμα, τος, τό, (a φυράω, perf. pass. πεφύραμαι, subigo, macero, Ioseph. ant. 8, 13. 2. farinam aqua subigo, depso, Exod. 29, 2. 40. Gen. 18, 6. Lev. 2, 5. Ioseph. ant. 2, 15. 1.) *massa quae subigitur, depsitur*, — de massa argillacea, Rom. 9, 21. — de massa farinae, aqua subactae, *Teig*, Rom. 11, 16 de quo loco vid. Ἀπαρχή. 1 Cor. 5, 6. Gal. 5, 9 vid. Ζύμη. — 1 Cor. 5, 7 ἦτε νέον φύραμα, vid. Νέος. (Philo de opif. m. p. 7 E. LXX pro מִשְׁאֶרֶת Exod. 8, 3. 12, 34. et עֲרִיסוֹת Num. 15, 20. 21.) **.

Φυσικός, ή, όν, (a φύσις) *naturalis*, i. e. a) ex natura proveniens; ita profani saepissime; — b) *naturae conveniens;* Rom. 1, 26 χρῆσις φυσική, concubitus naturalis, libidini, quae contra naturae leges sibi satisfieri cupit, oppositus. — c) *ad naturam*, i. e. res sensibus subiectas, *pertinens, sensualis* ut dicunt; 2 Petr. 2, 12 ζῶα φυσικά, animalia sensibus subiecta, i. e. πνεύματι carentia; (alii: instinctum sequentia.) coll. Test. XII patr. p. 648 τυφλοῖ τοὺς φυσικοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, διὰ τοῦ ψεύδους σκοτοῖ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ. Ibid. p. 523 φύσις de eo quod nos dicimus:

die sinnliche Natur: *το τῆς πορνείας (πνεῦμα) ἐν τῇ φύσει καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν ἔγκειται.* *.

Φυσικῶς, adv. (a *φυσικός*) naturaliter, naturae convenienter; semel Iud. v. 10 ubi *φυσικῶς* est: ***secundum sensus corporis;*** *ὅσα δὲ φυσικῶς, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται*, quae autem oculis naturalibus vident, s. per sensus percipiunt, (ut animalia, nil praeterea cognoscentes et aestimantes) i. e. gaudia et delicias sensuum, per ea corrumpuntur, ad peccata alliciuntur et pereunt. Vid. etiam *Φυσικός*. (Diog. Laert. 10, 137 *φυσικῶς καὶ χωρὶς λόγου.*)

Φυσιόω, *ῶ*, perf. pass. partic. *πεφυσιωμένος*, aor. 1. pass. *ἐφυσιώθην*, (a *φύσις*) *φυσ. τινα* seq. inf. i. q. *φυσιοποιέω τινί*, facio ut aliquis aliam naturam quasi induat; ita apud profanos. Sed apud nostros est i. q. *φυσάω*, anhelo, sufflo; tropice: ***animum inflo, effero, superbum reddo***; 1 Cor. 8, 1 *ἡ γνῶσις φυσιοῖ*. Passivum: ***inflor, efferor***, intumesco, metaph. de mente; 1 Cor. 4, 18. 19. 5, 2. 13, 4. — *ὑπέρ τινος φυσιόομαι*, effero me super alium, 1 Cor. 4, 6. (*Κατὰ τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ φυσιούμενοι*, Test. XII patr. p. 579.) — *ὑπό τινος*, alicuius rei causa, *ex*, Col. 2, 18. (Test. XII patr. p. 579 *φυσιωθήσεσθε τῇ ἱερωσύνῃ κατὰ ἀνθρώπων ἐπαιρόμενοι*. Ignat. ad Magnes. §. 12 *οἶδα, ὅτι οὐ φυσιοῦσθε μὴ προσέχειν τοῖς φυσιοῦσίν με.*) *.

Φύσις, *εως, ἡ*, (a *φύομαι* cresco, 2 pers. perf. pass. *πέφυσμαι*) 1) ***natura***, a) ad quam aliquis excrevit, forma, figura, statura. (Hom. Od. 10, 303. Pind. Ne. 6, 9. Ist. 4, 83.) — de mentis forma, i. e. mentis habitu; 2 Petr. 1, 4 *ἵνα γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως*, ut participes fieretis divinae indolis, mentis cum Deo conspirantis. (Ioseph. c. Apion. 1, 26 ubi sacerdos propter sapientiam et futurorum praescientiam dicitur *θείας δοκῶν μετεσχηκέναι φύσεως*. coll. ant. 4, 8. 2.) — b) ***natura***, vis genetrix, omnia gignens et formans, (4 Macc. 4, 7. 8 *τὰς τῆς φύσεως χάριτας.*) — Rom. 1, 26 *παρὰ φύσιν*, contra naturae de generatione leges. (Athenae. lib. 13. p. 605 *οἱ παρὰ φύσιν τῇ Ἀφροδίτῃ χρώμενοι*. Test. XII patr. p. 666 *Σόδομα ἐνήλλαξε τάξιν φύσεως αὐτοῖς.*) — 2) ***nativitas***, — *φύσει*, ***secundum nativitatem;*** *ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία*, qui nati sunt praeputiati, Rom. 2, 27. — (Aristot. Nicom. 3, 7 *τυφλὸς φύσει*, caecus natus.) — 3) ***natura, indoles rei alicuius, quam habet ex nativitate***; et opponitur ei, quod quis sibi studio acquisivit; Rom. 2, 14 *ἔθνη — φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ*, naturali indole ducti observant legem, quippe animis eorum inscriptam. — *οἱ κατὰ φύσιν* (arboris) *κλάδοι*, rami, quos arbor natura sua gignit, quique ramis *παρὰ φύσιν*, quos non gignit, sed qui ex alia arbore ei inseruntur, opponuntur, Rom. 11, 21. 24. — Gal. 4, 8 *οἱ μὴ φύσει ὄντες θεοί*. (Sap. 7, 20 *φύσεις ζώων*. Ioseph. bell. 7, 6. 1 *ἡ τοῦ χωρίου φύσις*. Ioseph. ant. 3, 8. 1 *φύσει πάντες εἰσὶν φίλαυτοι*. ib. 11, 2. 2 *φύσει πονηρὸς ὤν*. de bell. 1, 10. 5 *τὴν φύσιν δραστήριος ὤν*. cf. quae e Philone collegit *Loesn.* in obss. p. 341.) — ***indoles ex nativitate acquisita***, i. e. ***mores, sentiendi cogitandique ratio***, ad quam ex nativitate adducti sumus, quae in naturam nobis vertit, die durch Geburt und Erziehung uns gegebene Beschaffenheit, Denkungsart; 1 Cor. 11, 13 *αὐτὴ ἡ φύσις* (sensus honesti nativitate excitatus) *διδάσκει ὑμᾶς*. (Hebraeos mares inde ab antiquissimis temporibus caesariem capitis curtasse, intelligitur non solum e voto Nasiraeorum, Num. 6, 1—5. Iud. 13, 5. 16, 17. 1 Sam. 1, 11. sed etiam ex locis Lev. 19, 27. Ezech. 44, 20. Comam alere, ut mulieres solebant (Luc. 7, 38. Io. 11, 2. Iud. 16, 13. Ies. 3, 24. Iudith. 10, 3. Cant. 7, 5. Apoc. 9, 8), ornatus causa a singulis sed rarissime factum et insolitum reliquis fuisse intelligitur ex Absalonis exemplo 2 Sam. 14, 26. 18, 9. et ex iis, quae Ioseph. ant. 8, 7. 3 de iuvenibus Salomonis satellitibus tradidit. Etiam apud Graecos viros caesariem curtasse docent loca Herodot. 1, 82. Phocylid. v. 199 sqq. Plutarch. Tom. 8. p. 318 ed. *Hutten.*) — Eph. 2, 3 *ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς*, (sic enim recte ***Lachm.*** pro *τέκνα φύσει ὀργῆς*), nativitate [non *naturâ*], i. e. durch Geburt und Erziehung eramus irae divinae obnoxii. Gal. 2, 15 *ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί*, nativitate sumus Iudaei, igiturque a pueris veri Dei cultores. (Ioseph. ant. 7, 7. 1 *συνέπεσε δὲ καὶ Δαυίδῃ πταῖσμα δεινόν, ὄντι φύσει δικαίῳ καὶ θεοσεβεῖ, καὶ τοὺς πατρίους νόμους ἰσχυρῶς φυλάσσοντι*. Sap. 13, 1.) — 4) ***genus, species, Geschlecht, Art;*** Iac. 3, 7 *πᾶσα φύσις θηρίων δαμάζεται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ*. (3 Macc. 3, 29 *πᾶσα θνητὴ φύσις*, 4 Macc. 1, 20 *παθῶν δὲ φύσεις εἰσὶν αἱ δύο, ἡδονή τε καὶ πόνος*. Act. Thom. §. 31.) *.

Φυσίωσις, *εως, ἡ*, (a *φυσιόω*) inflatio; metaph. ***animi fastus, elatio;*** 2 Cor. 12, 20. Hesych. *φυσίωσις· ἔπαρσις, ὑψηλοφροσύνη*. Tantum in N. T. — *Φυσίωμα πνεύματος* habes in Presbyter. consessu contra Noëtum, in *Routh* reliquiis sacris Tom. II, p. 374. *.

Φυτεία, *ας, ἡ*, (a *φυτός*, satus, plantatus, quod a *φύω*) 1) plantatio, satio, i. e. plantare; ut *φυτεία ἀμπελώνων*, Ezech. 17, 7. Ioseph. ant. 12, 3. 4. — 2) ex metonymia: ***planta***, i. q. *φύτευμα*; ita propr. Ies. 60, 21. 61, 3. — metaphor. ***progenies***, Matth. 15, 13 plurimi de doctrina, quae cum semine et planta comparatur; rectius de homine ipso: homo a Deo plantatus i. e. missus et constitutus doctor. (Ignat. ad Trallian. §. 11 *οὐκ εἰσὶ* [falsi doctores] *φυτεία πατρός*. Ps. Sal. 14, 3 de piis Dei cultoribus: *ἡ φυτεία αὐτῶν ἐῤῥιζωμένη εἰς τὸν αἰῶνα, οὐκ ἐκτιλήσονται πάσας τὰς ἡμέρας*. coll. Lib. Henoch. p. 191 ubi *φυτεία* de nova hominum progenie post diluvium ex Noacho facta legitur.) *.

Φυτεύω, aor. 1. *ἐφύτευσα*, part. perf. pass. *πεφυτευμένος*, imperat. aor. 1. pass. *φυτεύθητι*, (a *φυτόν*, satum, plantatum) — LXX pro hebr. נטע — ***planto***, a) propr. Luc. 17, 6. 28. — *ἀμπελῶνα*, Matth. 21, 33. Marc. 12, 1. Luc. 13, 6. 20, 9. 1 Cor. 9, 7. Gen. 9, 20. Deut. 6, 11. 20, 6. 28, 30. Hom. Od. 9, 108. — (de Deo: efficio et colloco suo loco, procreo et locum fixum adsigno, Ps. 94, 9 *τὸ οὖς*. Sir. 43, 28 *νήσους*.) — b) tropice: de Deo: ***esse volo, nasci*** sive ***existere iubeo***, Matth. 15, 13 de quo loco vid. *Φυτεία*. (Pind. Ne. 5, 13 *ἐκ Διὸς ἥρωας φυτευθέντας*. Lib. Henoch. p. 191 *ἐξ αὐτοῦ* [Noacho] *φυτευθήσεται φύτευμα*, nova hominum progenies. 4 Macc. 13, 8 *ἡ θεία πρόνοια* amorem fraternum *τοῖς γεννωμένοις διὰ τῆς μητρῴας φυτεύσασα γαστρός*. — Alio sensu Deus populum Israelit. plantare dicitur Ier. 12, 2. 32, 41. 42, 10. 45, 4.) — de doctore coetum colligente: planto, i. e. ***primus colligo;*** coetum 1 Cor. 3, 6. 7. 8.

Φύω, aor. 2. pass. *ἐφύην*, particip. *φυείς*, (attici *ἔφυν, φύς*) 1) activum: ***gigno, produco, pario;*** Hebr. 12, 15 *ἄνω φύουσα* intell. *καρπόν*; repetita e Deut. 29, 18 ubi in hebr. פרח fructum profero. Sir. 14, 18. Hom. Iliad. 1, 235. Ioseph. ant. 3, 1. 1 *φῦσαι καρπόν*. — 2) passivum *φύομαι*, ***nascor, provenio, progermino***; *σπέρμα φυέν*, Luc. 8, 6. 8. (Hom. Od. 9, 109. Prov. 26, 9 *ἄκανθαι φύονται*, pro צלח. Exod. 10, 5 pro צמח. Prov. 11, 30. Sir. 39, 13. Ioseph. vit. §. 2 *τροφὴ ἡ αὐτομάτως φυομένη*. — tropice: effloresco; de populo, Ioseph. ant. 4, 6. 2.) *.

Φωλεός, *οῦ, ὁ*, ***latibulum*** animalium repentium, Schlupfloch; latibulum ferarum, ***lustrum***; Matth. 8, 20. Luc. 9, 58. (Aelian. hist. anim. 6, 3. Act. Thom. §. 31 *δράκων τοῦ φωλεοῦ ἐξελθών*. Hesych.: *φωλέον· οὗ τὰ θηρία κοιμᾶται.*) *.

Φωνέω, *ῶ*, f. *ήσω*, aor. 1. *ἐφώνησα*, aor. 1. pass. *ἐφωνήθην*, (a *φωνή*) 1) ***sonum edo;*** — de voce animalium, (Ies. 38, 14. Zeph. 2, 14. Aesop. fab. 36. Arist. hist. animal. 9, 49.) — in N. T. de gallo: ***cano***, Matth. 26, 34. 74. 75. Marc. 14, 30. 68. 72. Luc. 22, 34. 60 sq. Io. 13, 38. 18, 27. — (de tuba Amos. 3, 6. 1 Macc. 9, 12. — de ventriloquis, Ies. 8, 19.) — de homine — 2) ***clamo, vociferor***, — de exclamante, Luc. 8, 8. 54. 23, 46. Act. 16, 28. acclamante, inclamante, Act. 10, 18. Apoc. 14, 18 *τινί*. — (1 Chr. 15, 16. Dan. 4, 11. 3 Esdr. 9, 10. 8, 92.) — 3) ***alloquor, compello***, Io. 13, 13 *ὑμεῖς φωνεῖτέ με· ὁ διδάσκαλος*. (Homer. Odyss. 4, 77.) — 4) ***voco*** aliquem, ut veniat, Matth. 27, 47. Marc. 15, 35. — ***voco ad me***, *τινά*, Matth. 20, 32. Marc. 9, 35. 10, 49. Luc. 16, 2. Io. 1, 49. 2, 9. 4, 16. 9, 18. 24. (c. 10, 3 in codd.) 11, 28. 18, 33. Act. 9, 41. 10, 7. (Ier. 17, 11. Tob. 5, 8 *φώνησον αὐτὸν πρός με*. — *τινὰ ἐκ*, ***evoco***, Io. 12, 17. — voco aliquem per alium, ***accerso***, Marc. 3, 31. 10, 49. — seq. dativo; Luc. 19, 15 *εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ αὐτούς*. — ***invitandi*** sensu, Luc. 19, 15. *.

Φωνή, *ῆς, ἡ*, (a stirpe *φάω*, luceo, manifesto) hebr. קול Latinor. ***vox***, nostrum ***Laut, Ton, Stimme***; — 1) ***sonus, sonitus, Laut, Ton***; de quovis sono tum claro, acuto tenui, tum fusco, molli, demisso; de sonitu instrumentorum, Matth. 24, 31. 1 Cor. 14, 7. 8. (Ies. 24, 8 *φωνὴ κιθάρας*. Ezech. 26, 13. Dan. 3, 5. 7. 10. Hom. Iliad. 20, 81. 18, 219.) — sonitu venti, Io. 3, 8. (1 Sam. 12, 18.) — sonitu alarum,

carruum aliarumque rerum, Apoc. 9, 9. 18, 22. (Ezech. 1, 24. 3, 13. 10, 5. 26, 10. Ies. 5, 30. Nah. 3, 2. 1 Macc. 9, 13.) — sonitu tonitruum, Act. 2, 6. coll. v. 2. Apoc. 6, 1. 6. [7.] ib. 4, 5. 8, 5. 11, 19. 16, 18. 14, 2. 19, 6. (Exod. 9, 24. 29. 30. 19, 16. 20, 18. 1 Sam. 7, 10.) — Hebr. 12, 19 *φωνὴ ῥημάτων*, tonitrua, in quibus Deus verba legis promulgabat. ib. 12, 26. (Exod. 19, 19.) —

2) *vox, die Stimme*, a) per se spectata, quatenus sonat; Io. 5, 37 *φωνὴ τοῦ θεοῦ*, ubi *φωνή* et *εἶδος*, quod ad sensum attinet, describunt Dei naturam per se spectatam. (Gen. 27, 22 *ἡ μὲν φωνὴ, φωνὴ Ἰακὼβ, αἱ δὲ χεῖρες, Ἡσαῦ.* Hom. Oyss. 4, 279.) — voces canentium, *cantus*, Apoc. 14, 12. 18, 22. 23. (Ier. 16, 18. 25, 10. Ezech. 23, 42. 26, 13.) — voces clamantium, vel gaudentium Io. 3, 29. vel lamentantium, tumultuantium, *clamor*, Matth. 2, 18. Marc. 15, 37. Luc. 23, 23. Act. 7, 57. 8, 7. (Gen. 45, 2. 27, 34. Ier. 31, 15. Hom. Iliad. 18, 221.) — b) *vox*, quatenus *sonos distinctos* (Ioseph. ant. 4, 6. 5.) edit, *loquela, Rede*, 2 Petr. 2, 16 *ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον*, *sermo, Sprache*, 1 Cor. 14, 10. 11. (Gen. 11, 1 *ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἕν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι*, pro דָּבָר Deut. 28, 49. *φωνὴ ἑλληνική*, Ioseph. ant. 8, 5. 3. c. Apion. 1, 1 *τῇ πατρίῳ φωνῇ.* id. in prooem. ad bell. §. 6. prooem. ad antiq. §. 3. Diog. Laert. 8, 3 *ἔμαθε τὴν φωνὴν αὐτῶν.*) — ex metonymia: *sermo, dictum*, Act. 12, 22. 13, 27. 24, 21. (Gen. 3, 17. 21, 12. 27, 43. Exod. 18, 24. Plutarch. Timol. 5. Antonin. 11, 15. Arrian. diss. epict. 3, 26 *τοῦτ᾽ ἔστιν ἐλευθέρου ἀνδρὸς φωνή.*) — Gal. 4, 20 *ἀλλάξαι τὴν φωνήν*, commutare sermonem; nostrum: *aus einem andern Tone reden.* — c) *vox, quae vocat, Ruf, rufende Stimme*, quae est vel iubentis, vel docentis, vel minantis, etc. Matth. 3, 3 *φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ.* 12, 19. 27, 46. 50. Marc. 1, 3. 26. 5, 7. 15, 34. Luc. 1, 42. 44 *ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου*, pro *ἀσπασμός* (ut Gen. 4, 10 *φωνὴ αἵματος*). c. 4, 33. 8, 28. 11, 27. 17, 13. 15. 19, 37. 23, 46. Io. 1, 23. 5, 25. 28. 10, 3—5. 16. 27. 11, 43. 18, 37. Act. 2, 14. 24. 7, 31. 60. 12, 14. 14, 10 sq. 16, 28. 19, 34. 22, 22. 26, 24. Hebr. 3, 7. 15. 4, 7. Apoc. 3, 20. 6, 10. 7, 10. 19, 1. 5. 6. — vox *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, Matth. 3, 17. 17, 5. Marc. 1, 11. 9, 7. Luc. 3, 22. 9, 35. 36. Io. 12, 28. 30. Act. 9, 4. 7. 10, 13. 15. 11, 7. 9. 22, 7. 9. 14. 26, 14. 2 Petr. 1, 17. 18. (Gen. 3, 8. 10. Deut. 4, 28. Ioseph. ant. 3, 5. 4 *φωνὴ ὑψόθεν παραγενομένη.*) — Vox angelorum, vox *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἐκ τοῦ θρόνου, ἐκ τοῦ ναοῦ*, 1 Thess. 4, 16. Apoc. 1, 10. 12 *βλέπειν τὴν φωνήν*, accipiunt pro *βλέπειν τὸν φωνοῦντα.* Vid. *Βλέπω.* Apoc. 1, 15. 4, 1. 5, 2. 11. 12. 7, 2. 8, 13. 9, 13. 10, 3. 4. 7. 8. 11, 12. 15. 12, 10. 14, 7. 9. 13. 15. 16, 1. 17. 18, 2. 4. 19, 5. 17. 21, 3. (Ezech. 1, 25. 3, 12.) *.

Φῶς, *φωτός, τό*, (a *φάω*, luceo; *φάος*, contr. *φῶς*) hebr. אוֹר, Latinor. *lux*, nostrum *Licht*, 1) *lux*; a) per se spectata; Matth. 17, 2 *λευκὰ ὡς τὸ φῶς.* 17, 5 *νεφέλη φωτός*, i. e. *φωτεινή* luce splendens, ut habet textus vulg. e glossemate. (Gen. 1, 3 *γενηθήτω φῶς.* ib. v. 4. 18.) — b) lux astrorum, inprimis solis, (Ps. 148, 3. Ier. 4, 23. 31, 37. Ies. 13, 10. 30, 26.) Iac. 1, 17 ubi *θεός* dicitur *ὁ πατὴρ τῶν φώτων.* — Ex metonymia: *α*) *astrum lucens*; Matth. 4, 16 *φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.* Luc. 2, 32 *φῶς εἰς ἀποκάλ. ἐθνῶν*, vid. *Ἀποκάλυψις.* Act. 26, 23 quibus in locis Messias comparatur cum astro splendido, lucem spargente, nuntio laetissimorum. Vid. Ies. 9, 2 coll. Matth. 2, 2. 9. 10. (Test. XII patr. p. 584 *ἀνατελεῖ ἄστρον αὐτοῦ* (Messiae) *ἐν οὐρανῷ, ὡς βασιλέως, φωτίζων φῶς γνώσεως ἐν ἡλίῳ ἡμερῶν.*) — *β*) *lux diei, lux solis*, Io. 3, 20 *μισεῖ τὸ φῶς, — οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς*, non palam agit, ut omnes videant. ib. v. 21. 11, 9 *τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου*, lux solis, hanc terram collustrans. v. 10 *ἐν αὐτῷ.* Eph. 5, 13. vid. *Ἐλέγχω* et *Φανερόω.* (1 Sam. 25, 34. 36. Iob. 3, 16. — etiam pro vita hac in luce, Iob. 18, 5. 33, 28. 30.) — *ἐν τῷ φωτί*, *palam*, Matth. 10, 27. Luc. 12, 3. (Zeph. 3, 6 *δώσει κρίμα αὐτοῦ εἰς φῶς.* Test. XII patr. p. 693 *πᾶσα ἀλήθεια ὑπὸ τοῦ φωτός ἐστι — τὰ δὲ πάντα ὑπὸ ἡμέραν εἰσίν.*) — c) Quum coelum omnis lucis sit fons, lux ipsa autem res purissima, nulla impuritatis labe contaminata, nec corrumpenda, omnium rerum tenuissima et velocissima, simplicitas priscorum hominum Deum etiam in coelis habitantem, naturamque purissima luce conspicuam, cogitabat, eique *δόξαν*, splendorem adscribebat, quare etiam, ubi de apparitionibus Dei sermo est, lux ut Dei imago saepius commemoratur. Etiam Zoroastrum Deum supremum dixisse naturam e purissima luce constantem, satis notum est. Vid. *Δόξα* et conf. Ps. 89, 16. Ies. 60, 1. 19. 20. Sap. 7, 22—26. Hinc in N. T. Deus dicitur habitare in luce 1 Tim. 6, 16 *εἶναι ἐν τῷ φωτί.* 1 Io. 1, 7. adeoque ipse esse *φῶς* 1 Io. 1, 5. (Sap. 7, 25. 26 ubi *φῶς ἀΐδιον* ipsa Dei natura est); quibus omnibus describitur natura eius spiritualis, purissima et beatissima; lux enim simul est imago omnis beatitudinis, (Iob. 18, 5. 33, 28. 30. Bar. 3, 4.) quare *θεὸς καλέσας ὑμᾶς εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς*, 1 Petr. 2, 9 est: Deus Christianos olim evecturus ad eandem lucem, quam ipse inhabitat, i. e. beatitatem, qua ipse gaudet. Neque aliter velim intelligere Col. 1, 12 *κλῆρος τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί.* et Io. 8, 12 *φῶς τῆς ζωῆς*, quod pro *ζωὴν ἐν τῷ φωτί.* — Idem lucis splendor tribuitur iis, qui in coelo versantur, ut Christo ad sedes Dei evecto, Act. 9, 3. 22, 6. 9. 11. 26, 13. (ubi certe nec Paulus nec Lucas de fulgure cogitarunt), et angelis, Act. 12, 7. 2 Cor. 11, 14. Vid. *Ἄγγελος.*

2) *lux*, tropice a) transitive: *ea, quae animum collustrant, lumen menti affundunt*, ubi non solum spectatur notio docendi, errores dissipandi, sed simul notio emendandi et beandi; ea enim omnia lucis imagine comprehenduntur. (Philo de alleg. II, p. 91 D. *φῶς δὲ ψυχῆς ἐστι παιδεία.*) Ita *φῶς* dicuntur apostoli, Matth. 5, 14. Act. 13, 47. aliique doctores Rom. 2, 19. (Ies. 42, 6 *ἔδωκά σε εἰς φῶς ἐθνῶν.* ib. 49, 6. et lex mos. dicitur *φῶς* Sap. 18, 14. Bar. 4, 2.) — inprimis autem Iesus, Io. 1, 4—9. 3, 19. 8, 12. 9, 5. 12, 35 *τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστι*, Messias doctor et servator mundi inter vos versatur. v. 36. 12, 46. (Test. XII patr. p. 578 *τὸ φῶς τοῦ κόσμου* [Messias] *τὸ δοθὲν ἐν ὑμῖν εἰς φωτισμὸν παντὸς ἀνθρώπου.* ib. p. 644 *ἀνατελεῖ ὑμῖν αὐτὸς κύριος, φῶς δικαιοσύνης.* ib. 746 sqq. *ὁ ἀγαπητὸς τοῦ θεοῦ — γνῶσιν καινὴν φωτίζων πάντα τὰ ἔθνη, φῶς γνώσεως ἐπεμβαίνων ἐν σωτηρίᾳ τῷ Ἰσραήλ.*) — b) intransitive: *mens* per doctrinam divinam *collustrata*, emendata; Matth. 5, 16 *λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*, lumen vestrae cognitionis et pietatis praelucere debet aliis. — *τὸ φῶς τὸ ἐν σοί*, mens, quae esse debet doctrinae luce collustrata, Matth. 6, 23. Luc. 11, 35. — *doctrina, vera Dei cognitio et pietas*, Io. 5, 35 *ἐν τῷ φ. αὐτοῦ*, in doctrina et pietate Ioannis. — cognitio vera et pietas christiana, Act. 26, 18. Rom. 13, 12. 2 Cor. 4, 6. 6, 14. Eph. 5, 9. 1 Io. 2, 8. — quare Christiani veri dicuntur *υἱοὶ τοῦ φωτός*, Luc. 16, 8. Io. 12, 36. 1 Thess. 5, 5. — Eph. 5, 8 *ἦτέ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς*, i. e. *φωτιζόμενοι, ἐν κυρίῳ.* 1 Io. 1, 7 *περιπατεῖν ἐν τῷ φωτί*, ut decet Christianum vera et salutari doctrina imbutum. *Εἶναι ἐν τῷ φωτί.* 1 Io. 2, 9. 10.

3) *lumen, splendor, der Schein, Glanz*; Luc. 8, 16 *τὸ φῶς* (*λύχνου*). Apoc. 18, 23 *φῶς λύχνου.* 21, 24 *φῶς τῆς δόξης*, splendor schechinae. c. 22, 5 *φῶς ἡλίου.* (Ier. 25, 10. 2 Chron. 4, 20. Ies. 4, 5 ubi נֹגַהּ Hab. 3, 10.) — 4) *lumen, lucerna, Leuchte*, Act. 16, 29. (Ps. 119, 104. Prov. 6, 23.) — 5) *ignis* quatenus lucet et collustrat; Marc. 14, 54 *θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς.* Luc. 22, 56. (1 Macc. 12, 29 *ἔβλεπον γὰρ τὰ φῶτα καιόμενα.* 2 Macc. 1, 32. Xenoph. hist. gr. 6, 2. 29 *πρὸ δὲ τοῦ στρατεύματος φῶς ἐποίει, ἵνα μηδεὶς λάθῃ προσιών.*) *.

Φωστήρ, *ῆρος, ὁ*, (a *φώσκω*, luceo) 1) fenestra, per quam lux intrat; ita profani; — 2) *luminare, corpus lucidum*; a) de astris, Phil. 2, 15 *ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ*, ut luminaria, quae mundum collustrant. (LXX pro מָאוֹר Gen. 1, 14. 16. Sap. 13, 2 *φωστῆρες οὐρανοῦ.* Sir. 43, 7. Psalt. Sal. 18, 12 *διατάξας ἐν κυρείᾳ φωστῆρας εἰς καιροὺς ὡρῶν.* Theoph. ad Autol. lib. 2. p. 94.) — b) de schechina Dei, Apoc. 21, 11. (Dan. 12, 3 pro זֹהַר) *.

Φωσφόρος, *ου, ὁ*, (a *φῶς* et *φέρω*) lucem ferens; intell. *ἀστήρ*, — (Philo de opif. m. p. 6 B. *φωσφόρα ἄστρα.*) *lucifer, stella matutina*; semel 2 Petr. 1, 19 ubi *ἡμέρα* et *φωσφόρος* imagines sunt vel lucis animum collustrantis ad intelligendas res divinas, vel felicitatis futurae, quae constantiae in fide praemium est. cf. *Φῶς* et vid. Apoc. 22, 16 ubi Iesus ipse dicitur *ἀστὴρ ὁ πρωϊνός*, i. e. *φωσφόρος.*

Φωτεινός, *ή, όν*, (a *φῶς*) transitive; *lucens, lucidus*, [Matth. 17, 5 ubi *Griesb.* reposuit *φωτός.*] Xenoph. mem. 4, 3. 4 *ὁ μὲν ἥλιος φωτεινὸς ὤν.* Test. XII patr. p. 549 *ὡς φωτεινὸν φωτιεῖς ἐν Ἰακώβ, καὶ ὡς ἥλιος ἔσῃ τῷ Ἰσραήλ.*

— intransitive: *luce collustratus, sua natura lucidus;* Matth. 6, 22. Luc. 11, 34. 36. (Sir. 17, 31. ib. 23, 19 οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροι. Act. Thom. §. 6.) *.

Φωτίζω, fut. φωτίσω (1 Cor. 4, 5. et praeterea Apoc. 22, 5 in varia lect.), fut. atticum φωτιῶ (semel Apoc. 22, 5 in textu *Griesb.* φωτιεῖ.), aor. 1. ἐφώτισα, partic. perf. pass. πεφωτισμένος, aor. 1. pass. ἐφωτίσθην, (a φῶς) 1) *lucem spargo, lucem emitto, luceo,* Apoc. 22, 5 θεὸς (i. e. δόξα, schechina Dei) φωτιεῖ ἐπ' αὐτούς. (Num. 8, 3. Ps. 76, 4. Sir. 43, 9.) — *luce collustro, illustro, ich erleuchte;* seq. accusat. a) propr. Luc. 11, 36. Apoc. 21, 23. — Apoc. 18, 1 ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ, refulgebat ex eius splendore. — b) tropice: *mentem collustro, vera et salutari cognitione imbuo,* Io. 1, 9. (vid. Φῶς.) Eph. 1, 18 πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν εἰς τὸ εἰδέναι. (φωτίζειν ὀφθαλμούς, Esdr. 9, 8. Ps. 19, 9. Bar. 1, 12.) — Hinc φωτισθείς, luce verae doctrinae illuminatus, *Christianus,* Hebr. 6, 4. ib. 10, 32 ἐν αἷς φωτισθέντες, i. e. eo tempore, quo Christiani facti estis. Period. Ioann. ap. Birch. p. 304: οἱ πάντες ἀξιοῦντες φωτισθῆναι, — ἦσαν δὲ οἱ φωτισθέντες (Christiani facti) ἄνδρες διακόσιοι εἴκοσι.) — 2) *in lucem protraho, manifestum facio,* i. q. φανερόω; 1 Cor. 4, 5 ὁ κύριος φωτίζει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους. (Ioseph. ant. 8, 5. 3 σοφίσματα καὶ λόγους αἰνιγματώδεις — μαθὼν αὐτῶν διάνοιαν ἐφώτισε. Suidas: φωτίζειν· αἰτιατικῇ, εἰς φῶς ἄγειν, ἐξαγγέλλειν.) — *efficiendi* sensu, 2 Tim. 1, 10 φωτίσαντες τὴν ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου. — *docendi* sensu Eph. 3, 9. (LXX pro הוֹרָה Iudic. 13, 8. 2 Reg. 12, 2. 17, 27 sq. et הֵרְאָה Iud. 13, 23. Hesych. ἐφώτισεν· ἐδίδαξεν.) *.

Φωτισμός, οῦ, ὁ, (a φωτίζω, praet. pass. πεφώτισμαι) LXX pro אוֹר, et semel (Ps. 9, 8) pro מָאוֹר — transitive: *illuminatio,* die Erleuchtung; a) propr. (Ps. 78, 14 φωτισμὸς πυρός. Ps. 44, 3 φωτισμὸς τοῦ προσώπου. Iustin. Mart. apol. 2. p. 93 baptismum appellat φωτισμόν.) — b) tropice de doctrina. 2 Cor. 4, 6 πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως, ad manifestandam cognitionem. (Test. XII patr. p. 578 τὸ φῶς τοῦ κόσμου, τὸ δοθὲν ἐν ὑμῖν εἰς φωτισμὸν παντὸς ἀνθρώπου.) — 2) intransitive, (ut apud profanos non legitur): lucere, i. q. φῶς, *lumen,* das *Leuchten,* 2 Cor. 4, 4 φωτ. τοῦ εὐαγγ., lumen evangelii, i. e. evangelium instar luminis lucens. (Iob. 3, 9 εἰς φωτισμὸν μὴ ἔλθοι, in lucem non veniat. Ps. 27, 1 κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου. Ps. 90, 8 Periodi Ioann. ap. Birch. p. 290: τούτους δὲ ὁ φωτισμὸς τοῦ Χριστοῦ ἀναλάμψει.) *.

X.

Χαίρω, fut. χαρῶ, [Apoc. 11, 10 ubi *Griesb.* χαίρουσι dedit pro χαροῦσι] et ex usu recentioris aevi [*Matthiaë* Gramm. p. 254. *Winer.* Gramm. des N. T. p. 84.] χαρήσομαι (ut legitur Luc. 1, 14. Io. 16, 20. 22. Phil. 1, 18. et in V. T. Zach. 10, 7. 4, 10. Ies. 66, 14. Exod. 4, 14. Hab. 3, 17. 1, 15.), aor. 2. (ad formam verborum in μι, vid. *Rost* Gr. §. 78. c. b. p. 237) ἐχάρην, — LXX pro שָׂמַח et aliquoties pro גִּיל et שׂוּשׂ, — *gaudeo, laetor;* a) absolute, Matth. 5, 12. Marc. 14, 11. Luc. 6, 23. 15, 32. 22, 5. 23, 8. Io. 4, 36. 8, 56. 16, 20. 22. 20, 20. Act. 11, 23. 13, 48. Rom. 12, 12 τῇ ἐλπίδι χαίροντες, quod attinet ad spem, quam habetis Christiani, laetabundi. ib. v. 15. 1 Cor. 7, 30. 2 Cor. 7, 7. 13, 9. 11. Phil. 2, 17. 28. 1 Thess. 5, 16. 1 Petr. 4, 13. 3 Io. v. 3. Apoc. 19, 7. — b) χαίρων, *laetabundus,* 2 Cor. 6, 10. Col. 2, 5. (1 Reg. 4, 20. 8, 67.) — cum alio verbo, Luc. 15, 5. 19, 6. 37. Act. 5, 41. 8, 39. — c) χαίρετε ἐν κυρίῳ, vel: ut Christianos decet, vel de Christo servatore, Phil. 3, 1. 4, 4. — d) χαίρειν χαρὰν μεγάλην, magno gaudio perfundi, (hebr. שָׂמַח שִׂמְחָה גְדוֹלָה Ion. 4, 6. 1 Reg. 1, 40.), Matth. 2, 10. — χαρᾷ χαίρειν, Io. 3, 29. (Ies. 66, 10.) — e) materia gaudii indicatur per seq. ἐπί τινι, Matth. 18, 13. Luc. 1, 14. 13, 17. Act. 15, 31. 1 Cor. 13, 6. 16, 17. 2 Cor. 7, 13. Apoc. 11, 10. (Prov. 2, 14. Hab. 3, 17. Ies. 39, 2. Ion. 4, 6.) — per ἔν τινι, causa alicuius, Luc. 10, 20. Phil. 1, 18. Col. 1, 24. (Exod. 4, 14.) coll. Phil. 3, 1. 4, 4. (*Iacobsii* epigr. gr. 1, 60 ἐν δὲ γάλακτι χαίρων. Ioseph. ant. 4, 6. 9 ξενικοῖς βρώμασιν ἔχαιρον.) — per accusativum; Rom. 16, 19 χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν, laetor de rebus vestris. Phil. 2, 18 τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε. — per ἀπό, 2 Cor. 2, 3 ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν, de quibus mihi laetandum esset. (2 Chron. 20, 27 εὐφραίνεσθαι ἀπό τινος.) — per seq. διά, Io. 3, 29. 1 Thess. 3, 9. — per seq. ὅτι Luc. 10, 20. Io. 11, 15 χαίρω — ὅτι οὐκ ἤμην. 14, 28. Act. 5, 41. 2 Cor. 7, 9. 16. Phil. 4, 10. 2 Io. v. 4. (Exod. 4, 31.) — 2) in *salutationibus;* a) imperativus χαῖρε, χαίρετε, *salve,* usurpatur in compellationibus, Matth. 26, 49. 27, 29. 28, 9. Marc. 15, 18. Luc. 1, 28. (Hom. Iliad. 9, 225. 10, 462. Odyss. 1, 123.) — b) item infinitivus χαίρειν, *salutem* intell. dicit, in fronte epistolarum, Act. 15, 23. 23, 26. Iac. 1, 1. (3 Esdr. 8, 9. 10. 2 Macc. 9, 19. Ioseph. ant. 11, 1. 3. ib. 12, 2. 5. Respondet in his. hebr. שָׁלוֹם, pro quo etiam LXX. usurparunt Ies. 48, 22. 57, 21.) — Hinc τὸ χαίρειν λέγειν τινί, aliquem salutare, 2 Io. v. 10. 11. *.

Χάλαζα, ης, ἡ, (a χαλάω) *grando,* Apoc. 8, 7. 11, 19. 16, 21. — (LXX pro בָּרָד Exod. 9, 19. 20 sqq. Ios. 10, 11. Ps. 18, 14. 148, 8. Sap. 16, 16. Hom. Iliad. 10, 6.) *.

Χαλάω, ῶ, fut. χαλάσω, aor. 1. ἐχάλασα, aor. 1. pass. ἐχαλάσθην (2 Cor. 11, 33), laxo, remitto; — *demitto,* quasi funibus laxatis; *hinunter lassen;* Marc. 2, 4 τὸν κράββατον. — Luc. 5, 4 τὸ δίκτυον. — Act. 27, 17 τὸ σκεῦος. ib. 30. Act. 9, 25. 2 Cor. 11, 33. — (Ier. 38, 6 pro שִׁלַּח, ἐχάλασαν αὐτὸν εἰς τὸν λάκκον. Test. XII patr. p. 578 εἰς λάκκον με ἐχάλασαν. Pind. Py. 1, 12 χαλάξαις (aquila dormiens) πτέρυγα.) *.

Χαλδαῖος, ου, ὁ, *Chaldaeus;* (Ioseph. c. Apion. 1, 13. ant. 1, 6 et 7.) — Act. 7, 4 ἐκ γῆς Χαλδαίων, ex Chaldaea, אֶרֶץ כַּשְׂדִּים Ier. 24, 5. 25, 12. Hebraeis Chaldaea erat provincia Babyloniae, cuius metropolis Babel erat, quaeque extendebatur inter Arabiam desertam, Tigrim et Euphratem, et Mesopotamiae partem etiam complectebatur. Graecis autem Chaldaea sensu strictiori dicebatur australis Babyloniae pars, sita circum confluentiam Euphratis et Tigris. Vid. *Wineri* bibl. Reallex. s. *Chaldäer.*

Χαλεπός, ή, όν, (quod ducunt a χαλάω, ut sit proprie: se demittens et incidens in alium, eum premens), *durus, gravis, molestus, periculosus;* a) de rebus, 2 Tim. 3, 1 καιροὶ χαλεποί. (Sap. 3, 19 γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη. 2 Macc. 4, 16 χαλεπὴ περίστασις. ib. 6, 3. Hom. Iliad. 5, 391 χαλεπὸς δεσμός. Odyss. 23, 250. Ioseph. ant. 4, 1. 1 βίος χαλεπός. ib. 13, 16. 5 νόσος χαλ.) — de hominibus: *durus, ferox, saevus,* Matth. 8, 28. (Ies. 18, 2 ξένον λαὸν καὶ χαλεπόν, in hebr. נוֹרָא. Hom. Odyss. 2, 232. 5, 10. Aeschin. Socr. dial. 2, 1. Xenoph. anab. 5, 8. 24.) *.

Χαλιναγωγέω, ῶ, aor. 1. ἐχαλιναγώγησα, (ex χαλινός, fraenum, et ἄγω) fraeno duco, fraeno moderor; — metaphor. *compesco, fraeno* (Cic. Verr. 3, 57. Liv. 30, 14.) — γλῶσσαν Iac. 1, 26. (Saepissime hunc tropum de fraeno linguae legi apud profanos, docuerunt *Kypk.* et *Loesn.* ad h. l.) — ὅλον τὸ σῶμα, Iac. 3, 2. (Lucian. in tyrannicid. c. 20 τὰς ἡδονῶν ὀρέξεις χαλιναγωγεῖν.) *.

Χαλινός, οῦ, ὁ, (a χαλάω) *fraenum;* Iac. 3, 3 χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλειν, fraenare, ut eadem verba leguntur apud Philon. de agricult. p. 201. Apoc. 14, 20. — Zach. 14, 20. 2 Macc. 10, 29. Hom. Odyss. 19, 393. Polyb. 21, 12. 9. *.

Χάλκεος, contr. οῦς, έη, ῆ, εον, οῦν, plur. εοι, οῖ, εαι, αῖ, εα, ᾶ, (a χαλκός) *aereus;* semel Apoc. 9, 20. — (Hom. Iliad. 8, 15. LXX pro נְחוּשׁ Deut. 28, 23. Lev. 26, 19. 2 Sam. 22, 25. et נְחֻשָׁה Exod. 26, 11. 37.)

Χαλκεύς, έος, ὁ, (a χαλκός) primum *faber aerarius,* aes tractans; postquam vero ferro uti consueverant, etiam: *faber ferrarius.* Semel 2 Tim. 4, 14. — (Hom. Iliad. 12, 295. 15, 309. — LXX pro חָרָשׁ, 2 Chron. 24, 12. Ies. 54, 16. Gen. 4, 21. — צֹרֵף Neh. 3, 32. Ies. 41, 7. Sir. 38, 28.) *.

Χαλκηδών, όνος, ὁ, *Chalcedon, Chalcedonicus,* nomen gemmae, „ad Callaidem accedentis, et quidem co-

lore et turbiditate lac defloratum aemulantis" Apoc. 21, 19. (Plin. hist. nat. 37, 8. 15. Alii Carchedonium intelligere malunt, qui insigni rubore fulget et carbunculi species est, de qua gemma vid. Plin. hist. nat. 37, 7.)

Χαλκίον, ου, τό, (a χαλκός) *vas aeneum;* Marc. 7, 4. (LXX χαλκεῖον, 2 Chron. 35, 13. Iob. 41, 31 ubi pro סִיר olla. Xenoph. oecon. 8, 19.)

Χαλκολίβανον, ου, τό, *chalcolibanum;* legitur tantum Apoc. 1, 15. 2, 18. Vulgat. *aurichalcum*. Putant, quod comprobandum videtur, esse vocem hybridam, compositam ex χαλκός et hebr. לָבַן albus fuit, quod in Hiph. transitive: album facio, et tropice: expurgo; et intransitive: album esse, igitur: *aes album, purgatum, nitens*, et in hoc nexu *aes candens*. Eodem redit, quod alii dicunt esse pro χαλκὸς στίλβων s. ἐξαστράπτων (Dan. 10, 6. Ezech. 1, 7. 3 Esdr. 8, 57.) Suidas: χαλκολίβανον, εἶδος ἠλέκτρου τιμιώτερον χρυσοῦ. ἔστι δὲ τὸ ἤλεκτρον ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον ὑελῷ καὶ λιθείᾳ.

Χαλκός, οῦ, ὁ, *aes*, Kupfer, — (LXX pro נְחֹשֶׁת et נְחוּשָׁה, Dan. 2, 35. Gen. 4, 21. Exod. 25, 3. 35, 32. Ios. 6, 24.) Apoc. 18, 12. — ut Latinor. aes, id quod ex aere factum est, a) *instrumentum aeneum*, 1 Cor. 13, 1 χαλκὸς ἠχῶν, aes laeta sonans, sed praeter sonum nihil praebens. — b) *moneta aenea*, Matth. 10, 9. — Sic apud scriptores antiquiores. Postquam autem ferrum et argentum usu venerat (vid. Hesiod. ἔργα v. 149), latius patuit et argentum etiam aurumque indicavit, (Hesychius: χαλκοῦς· τοῦτο ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργυροῦ ἔλεγιν); — etiam, ut Latin. *aes, pecuniam, monetas* et aeneas et argenteas; et ita Marc. 6, 8. 12, 41. (Fortasse etiam 1 Cor. 13, 1 χαλκὸς ἠχῶν est moneta, cuius sonum, concutiendo marsupium, audire facio, at quam non porrigo.) (Liban. epist. 1211. Antholog. 2, 50. 4.)

Χαλκοῦς, vid. *Χάλκεος*.

Χαμαί, adv. *humi, in terram;* Io. 9, 6. 18, 6. — (Hom. Iliad. 5, 482. 526. LXX pro אַרְצָה Iob. 1, 20 πεσὼν χαμαί. Dan. 8, 12. Iudith. 12, 14. 14, 17. Ioseph. ant. 7, 7. 1. — χαμαιπετής, humi prostratus, 3 Esdr. 8, 93. Suid. χαμαί· ἐπὶ τῆς γῆς.) *.

Χαναάν, ἡ, intell. γῆ, (hebr. כְּנַעַן, Iosephus ἡ Χαναναία, ant. 1, 7. et 8. ib. 12, 15. 3.) *Chanaan, terra chananaea*, nomen propr. indecl. regionis Asiae minoris cis Iordanem, primum sensu strictiori, quo comprehendebat partem Palaestinae septentrionalem (Num. 33, 51. Ios. 22, 9. Ioseph. ant. 2, 15. 3. ib. 9, 10. 1), postea sensu latiori, quo complectebatur Iudaeam s. Palaestinam (Ioseph. ant. 1, 6. 2 Χαναναία τὴν νῦν Ἰουδαίαν καλουμένην), et cuius termini erant versus occidentem mare mediterraneum, ab oriente Coelesyria et Arabia deserta, a meridie desertum Pharaniticum, Bersaba et Aegyptus, a septentrione Libanus. Bis: Act. 7, 11. 13, 19. Vid. *Wineri* bibl. Realwörtb. s. *Canaan, Canaaniter*.

Χαναναῖος, *α, ον*, (a Χαναάν) *Chananaeus, a, um*, Matth. 15, 22 ubi Χαναναία dicitur mulier, quam Marc. 7, 26 accuratius Syrophoenissam appellavit, quia antiquitus etiam Sidonii simul comprehendebantur nomine Chananaeorum, Gen. 10, 15—19. — LXX Exod. 16, 35 pro אֶל־קְצֵה אֶרֶץ כְּנָעַן, εἰς μέρος τῆς Φοινίκης. *.

Χαρά, ᾶς, ἡ, (a χαίρω), LXX plerumque pro שִׂמְחָה etiam pro שָׂשׂוֹן, 1) *gaudium;* Matth. 2, 10 ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, gavisi sunt gaudium magnum (Cic. ad Div. 8, 2. vid. *Χαίρω*.) 13, 44 ἀπὸ τῆς χαρᾶς, prae gaudio. Luc. 15, 7. 10. 24, 41. Io. 3, 29. 16, 20—24. Act. 8, 8. 12, 14. 13, 52. 2 Cor. 7, 4. Gal. 5, 22. Phil. 2, 2. 1 Thess. 3, 9. 2 Tim. 1, 4. Phil. v. 7. Hebr. 12, 11. Iac. 1, 2. 4, 9. 1 Io. 1, 4. 2 Io. v. 12. — 2 Cor. 2, 3 ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστιν, meum gaudium (de liberatione e periculis) etiam vestrum est, a vobis quoque percipitur. — μετὰ χαρᾶς, *laetabundus, laetitia perfusus*, Matth. 28, 8. Luc. 10, 17. 24, 52. Phil. 1, 4. (1 Chron. 29, 22.) — metonymice *gaudium; causa s. materia laetitiae*, Luc. 1, 14 ἔσται (filius) χαρά σοι. Luc. 2, 10 χαρὰν μεγάλην, laetissimum nuntium. Act. 15, 3 ποιεῖν χαρὰν μεγάλην τινί. Phil. 4, 1 χαρὰ καὶ στέφανός μου. 1 Thess. 2, 19. 20. Iac. 1, 2 πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, magnam laetandi materiam contigisse vobis existimetis. 3 Io. v. 4. vid. *Ἵνα* no. 3. — 2) ex adiuncto: χαρά τινος, *gaudia* quibus aliquis fruitur, *felicitas, quae est in externa eius conditione, gaudia prosperae sortis;* Matth. 25, 21. 23 εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου, particeps sis gaudiorum domini tui. (LXX pro מִשְׁתֶּה Esth. 9, 18. 19 et fortasse respicit χαρά in loco Matthaei ad epulum in regno Messiae, quod imago est laetae conditionis externae. Act. Thom. §. 53 ἐν τῇ ἀναπαύσει αὐτοῦ (Dei) ἀναπαύσῃ, καὶ εἰς τὴν χαρὰν αὐτοῦ ἔσῃ. ib. §. 7 εἰς τὸν αἰῶνα σὺν αὐτῷ (sponso coelesti) ἔσονται εἰς ἐκείνην τὴν αἰωνίαν χαράν, καὶ καθήσονται ἐν τῷ γάμῳ ἐκείνῳ.) Io. 15, 11 ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ, ut felicitas, qua animum vestrum perfudi, vobis maneat. ib. 17, 13. 2 Cor. 1, 24 συνεργοὶ τῆς χαρᾶς ὑμῶν. 2 Cor. 7, 13 ἡ χαρὰ τοῦ Τίτου, laeta sors Titi. Hebr. 12, 2 ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, pro gaudiis, quibus frui potuisset. — 3) *laetus animus, hilaris animus, alacritas, die Freudigkeit etwas zu thun oder zu leiden;* Rom. 14, 17 χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, laeta fiducia s. alacritas, quam spiritus sanctus inspirat animis. 15, 13. 2 Cor. 8, 2 ubi est animus qui lubens dat. Phil. 1, 25. 1 Petr. 1, 8. — μετὰ χαρᾶς, *lubenti, hilari animo, freudig*, Matth. 13, 20. Marc. 4, 16. Luc. 8, 13. Act. 20, 24. Phil. 2, 29. Col. 1, 11. 1 Thess. 1, 6. Hebr. 10, 34 τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε. 13, 17. — ἐν χαρᾷ, *libenter*, Rom. 15, 32. *.

Χάραγμα, τος, τό, (a χαράσσω, insculpo, incido) 1) quod incisum, impressum est; *signum impressum;* Apoc. 13, 16. 17. 14, 9. 11. [15, 2.] 16, 2. 19, 20. 20, 4 de ὀνόματι τοῦ θηρίου, nota manui vel fronti adseclarum eius impressa. Anacr. Od. 55 χάραγμα πυρός. — (etiam de moneta, cui imago vel inscriptio impressa est, 3 Esdr. 5, 55 ubi χάραγμα pro χάῤῥα legendum est.) — 2) *sculptum, opus caelatum;* Act. 17, 29 de simulacris idolorum. *.

Χαρακτήρ, ῆρος, ὁ, (ab eod.) propr. instrumentum quo utimur ad caelandum; porro: insculptum, impressum, ut literae (Ioseph. ant. 12, 2. 3), liber stylo exaratus (Test. XII patr. p. 539); nota impressa (Lev. 13, 18); lineamenta, vultus (Ioseph. ant. 10, 10. 2. Herodot. 1, 116); mores (2 Macc. 4, 10.) — Semel Hebr. 1, 3 ubi filius Dei dicitur χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ, *imago depicta, antigraphum*. Hesych. χαρακτήρ· ὁμοίωσις. *.

Χάραξ, κος, ὁ, (ab eod.) 1) palus, ein Weinpfahl; — vallus, Pallisade; — 2) *vallum, die Verpfählung;* solebant palis infixis, inter quos terra, lapides, ligna coacervabantur, castra munire. (4 Macc. 3, 12. Ioseph. ant. 15, 5. 1.) Luc. 19, 43 περιβαλοῦσιν χάρακά σοι, de hostibus obsidentibus urbem et castra sua vallo munientibus. (Ioseph. vit. §. 43 βαλλόμενος χάρακα πρὸ τῆς Πτολεμαίων πόλεως. Polyb. 1, 29. 3. Arrian exp. Alex. 2, 19. 9. Ioseph. ant. 7, 11. 7 χαράκωμα περὶ αὐτὴν (πόλιν) πηξάμενος. Deut. 20, 20 οἰκοδομήσεις χαράκωσιν ἐπὶ τὴν πόλιν. — LXX Ez. 21, 22 pro כָּרִים. Ies. 29, 3 pro מֻצָּב. et pro סֹלְלָה Ies. 37, 33 οὐδὲ μὴ κυκλώσῃ ἐπ' αὐτὴν χάρακα. Ezech. 4, 2. 26, 8.) *.

Χαρίζομαι, fut. χαρίσομαι (Rom. 8, 32 ubi quidam libri etiam χαρίσηται, attici χαριοῦμαι), aor. 1. med. ἐχαρισάμην, perf. pass. κεχάρισμαι, aor. 1 passiv. ἐχαρίσθην, fut. 1. pass. χαρισθήσομαι, — (praesens imperf. aor. I. med. et perf. med. significationem medii, sed in N. T. aorist. ἐχαρίσθην et fut. χαρισθήσομαι significationem passivam habent), ubique sequente dativo personae et accusativo rei; — (a χάρις) verbum deponens med. 1) *grati aliquid alteri facio, gratum facio, gratificor, ich erweise mich gefällig, erzeige eine Gefälligkeit, Gunst;* Gal. 3, 18 τῷ Ἀβραὰμ κεχάρισται ὁ θεός, Abrahamo gratum fecit Deus. Eph. 4, 32 γίνεσθε χαριζόμενοι αὐτοῖς, seid gefällig gegen einander. (Hom. Iliad. 5, 71. 15, 449. Ioseph. ant. 17, 9. 3 Οὐάρῳ χαριζόμενος, in Vari gratiam.) — 2) *ex gratia et benevolentia alicui aliquid concedo*, quod desiderat, rogat; a) concedo *veniam* erranti, peccanti, i. e. *ignosco, veniam do, ich halte zu gut, verzeihe;* 2 Cor. 2, 7 ὑμᾶς (δεῖ) χαρίσασθαι (αὐτῷ), decet ei veniam dare. — τί τινι, 2 Cor. 2, 10 ᾧ δέ τι χαρίζεσθε καὶ ἐγώ· καὶ γὰρ ἐγὼ δ κεχάρισμαι εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς, i. e. cui vos aliquid condonatis, ei et ego condono; quod vero ignovi, si quid ignoverim, id vestra causa feci. 2 Cor. 12, 13 χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην. Col. 2, 13. 3, 13 χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. (Ioseph. ant. 2, 6. 8 τῷ σῷ χαριζόμενος ἤθει, tuis moribus hoc donans.) — b) de debito: *remitto*, Luc. 7, 42. 43. — (de cupiditate: indulgeo, morem gero, Ioseph. ant. 8, 7. 5 χαρίζεσθαι ἔρωτι.) — c) de beneficio: ex gratia

dono, concedo, Luc. 7, 21 τυφλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν. Phil. 2, 9. — passiv. 1 Cor. 2, 12 τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ὑμῖν. Phil. 1, 29 ὑμῖν ἐχαρίσθη, vobis benevole concessum est a Deo. (Sir. 12, 3 ἐλεημοσύνην. — τὸ ζῆν 2 Macc. 3, 31. 7, 22. Ioseph. bell. 6, 6. 2. 2 Macc. 4, 32. Ioseph. ant. 7, 8. 4 σωτηρίαν τοῦ παιδός. ib. 3, 5. 3 Deus χαρ. τοὺς λόγους, leges mos. populo israelitico. Ib. 2, 6. 9 τῷ πατέρων ὀνόματι ταύτην χαριζόμενος τὴν δωρεάν.) — d) de hominibus: *dono* alicui aliquem, i. e. ex benevolentia, ut grati aliquid faciam alteri, dono aliquem facio, ut eo porro utatur, et dicitur de eo, qui donatur, α) roganti vitam alterius, Act. 27, 24 κεχάρισταί σοι (qui preces de vitae conservatione fecisti) ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ, Deus tibi donavit vitam omnium sociorum navigationis. — Passivum: Act. 3, 14 ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, homicidam vobis donari, i. e. vitam homicidae. Phil. v. 22 χαρισθήσομαι ὑμῖν, donabor, in vita conservabor in vestram gratiam a Deo. — β) petenti poenam alterius, in ius vocanti, ubi est *trado* ex alterius voluntate, Act. 25, 11 οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. ib. 25, 16. **.

Χάριν, (accusativ. substantivi χάρις adverbialiter) adv. *gratia, causa, propter*; seq. genitivo; Gal. 3, 19 τῶν παραβάσεων χάριν. Eph. 3, 14 τούτου (Χριστοῦ) χάριν. 1 Tim. 5, 14. Tit. 1, 11. Iud. v. 16. (Hom. Iliad. 15, 144 χάριν Ἕκτορος.) — οὗ χάριν, quare, Luc. 7, 47. (Philo de opif. m. p. 9 A.) — τούτου χάριν, qua de causa, Eph. 3, 14. — seq. ἵνα, *eo consilio, ut*, Tit. 1, 5. — χάριν τίνος, cur? qua de causa? 1 Io. 3, 12. — 1 Reg. 14, 16. Sir. 31, 13. 37, 5. Ioseph. c. Apion. 1, 31. *.

Χάρις, ιτος, ἡ, — LXX pro חֵן — (eiusdem originis cum χαίρω et χαρά, igitur cum iisdem etiam cognatum; — hinc:) 1) *gaudium*; 2 Cor. 1, 15 ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε, videl. ex altero adventu apostoli. (Tob. 7, 20 ὁ κύριος δῴη σοι χάριν ἀντὶ τῆς λύπης ταύτης. Pind. Ist. 6, 74. Ol. 8, 10. Hesych. χάρις· χαρά. Polyb. 5, 77. 3 χάριν· εὐφροσύνη.)

2) id quod delectat in homine vel re: *suavitas, gratia, venustas*; Luc. 2, 40 χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό, Deus eum animi venustate ornabat. (Ioseph. ant. 2, 9. 6 ἡ χάρις ἡ παιδική, die kindliche Lieblichkeit.) Luc. 4, 22 λόγοι τῆς χάριτος, sermones suaves. Eph. 4, 29 ἵνα δῷ (ὁ λόγος) χάριν τοῖς ἀκούουσι, ut iucundus sit audientibus. Col. 4, 5 ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι. (Prov. 1, 9 στέφανος χαρίτων. ib. 4, 9. Eccl. 10, 12 λόγοι στόματος σοφοῦ χάρις. Sir. 20, 12. 26, 15 χάρις ἐπὶ χάριτι γυνὴ αἰσχυντηρά. Hom. Iliad. 14, 183. Odyss. 6, 237. 8, 175.)

3) quod sequitur suavitatem et gratiam, aliorum *favor, gratia*, a) universe; — εὑρίσκειν χάριν, gratiam alicuius adipisci, eius favore ornari, Luc. 1, 30. Act. 7, 46. Hebr. 4, 16. (Gen. 6, 8. 18, 3. 30, 27. 32, 5. 33, 8. Esth. 2, 16 sqq.) — Luc. 2, 52 προέκοπτε χάριτι παρὰ Θεῷ. Act. 2, 47 ἔχειν χάριν πρός τινα, alicui valde probari. (Exod. 33, 12.) Act. 4, 33 χάρις ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς, favorem omnium habebant omnes. Act. 7, 10. — 1 Petr. 2, 19 τοῦτο γὰρ χάρις intell. παρὰ Θεῷ, ut additur v. 20, hoc enim Dei conciliat favorem. 2 Petr. 3, 18. — b) in specie: transitive: *gratia, Gnade, gratia efficax*, quae cernitur in condonando, benefaciendo ei, qui aliquid postulare non potest, vel beneficium non meruit; — de Christi *benignitate*, qua ipse se donavit nobis exutum vitae commodis, 2 Cor. 8, 9. Act. 15, 11 διὰ τῆς χάριτος τοῦ κυρίου Ἰησοῦ πιστεύομεν σωθῆναι. — de *Dei gratia*, qua homines tuetur, iis benefacit; 1 Petr. 5, 10 ὁ Θεὸς πάσης χάριτος, benignissimus. — benigna *tutela* Dei, Act. 14, 26. 15, 40. 20, 32 λόγῳ τῆς χάρ. vid. Λόγος, no. 2. lit. a. 2 Cor. 12, 9. vid. Ἀρκέω. — De eadem gratia intelligendum est χάρις in votis, quae leguntur in fronte et fine epistolarum apostolicarum, Rom. 1, 7. 16, 20. 24. 1 Cor. 1, 3. 16, 23. 2 Cor. 1, 2. 13, 13. Gal. 1, 3. 6, 18. Eph. 1, 2. 6, 24. Phil. 1, 2. 4, 23. Col. 1, 2. 4, 18. 1 Thess. 1, 1. 5, 28. 2 Thess. 1, 2. 3, 18. 1 Tim. 1, 2. 6, 22. 2 Tim. 1, 2. 4, 22. Tit. 1, 4. 3, 15. Phil. v. 3. 25. Hebr. 13, 25. 1 Petr. 1, 2. 2 Petr. 1, 2. 2 Io. v. 3. Apoc. 1, 4. 22, 21. — c) secundum usum loquendi N. T. χάρις τοῦ Θεοῦ est: *gratia Dei efficax per Christum*, qua hominibus ex mera benevolentia salutem per Christum tribuit, *gratia salutaris*, ut Theologi loquuntur, et refertur quum ad omnem oeconomiam salutis, tum ad singula, quibus homines ad salutem ducuntur. — De gratia, quae doctores vocat ad munus evangelii, eosque instruit dono docendi, 1 Cor. 15, 10. Gal. 1, 15. 1 Tim. 1, 14. — inprimis autem de gratia, qua Deus ex mera benignitate, neque ex ullo nostro merito Christianos ad salutem elegit, iis peccata condonat propter Christum, iisque salutem tribuere constituit; cuius notionis veritatem docent loca Rom. 4, 4. 5, 15. 6, 15. 11, 6 εἰ δὲ χάριτι, οὐκέτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκέτι γίνεται χάρις. Eph. 2, 8. 2 Tim. 1, 9. — Vid. praeterea Rom. 3, 24. 4, 16. 5, 2. 17. 20 sqq. 6, 1. 14. 11, 5. Eph. 1, 6. 7. 2, 6. 7. Tit. 2, 11. 3, 7. Hebr. 2, 9. 4, 16. 1 Petr. 1, 10. — Hinc evangelium dicitur λόγος, εὐαγγέλιον τῆς χάριτος, vel ex gratia Dei datum, vel de gratia Dei per Christum exponens, Act. 14, 3. 20, 24. Item τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος, Hebr. 10, 29.

4) causa pro effectu, gratia pro *beneficio, grato, dono*, documento favoris; a) universe; *gratum, gratia*, die Gunstbezeugung: Act. 24, 27. 25, 9. vid. Κατατίθημι. Act. 25, 3 αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ, ὅπως, hoc sibi gratum, quod ad Paulum attinet, expetentes, ut etc. — de *stipe*, 1 Cor. 16, 3. 2 Cor. 8, 1. 4. 6. 7. 19. 2 Cor. 9, 8. vid. Περισσεύω. (Sir. 17, 6. 4 Macc. 5, 8. Suid. χάριτας· τιμάς, εὐεργεσίας.) — διδόναι χάριν τινί, aliquem beneficiis ornare; de conditione externa, fortuna, Iac. 4, 6. 1 Petr. 5, 5. (Exod. 3, 21. 11, 3. Prov. 3, 34. Ps. 84, 12. Esth. 6, 3 τίνα χάριν ἐποιήσαμεν τῷ Μαρδοχαίῳ, hebr. הַגְּדוּלָּה.) Iac. 4, 6 μείζονα δίδωσι (ὁ Θεός) χάριν, multo magis donis vos (si modesti estis) ornat. — b) *dona, beneficia divina, quae per Christum nobis contigerunt*; Io. 1, 14 πλήρης χάριτος, dives bonorum divinorum largitor. ib. v. 16 χάριν ἀντὶ χάριτος, vid. Ἀντί. ib. v. 17. 2 Cor. 9, 14. Act. 6, 8. 11, 23 ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, conspiciens dona a Deo eis concessa. 1 Cor. 1, 4. 1 Petr. 4, 10. Iud. v. 4 τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, quod alii de donis spiritualibus, alii de libertate christiana intelligunt. — de singulis donis: α) nuntio de salute ex gratia Dei nobis concessa, evangelio; Act. 13, 43 προσμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. 2 Cor. 6, 1 μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς. Gal. 1, 6 καλέσας ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, ad beneficia Christi. Gal. 2, 21. 5, 4. Col. 1, 6. 2 Thess. 1, 12 κατὰ τὴν χάριν, convenienter beneficio, quod in nuntio de salute conferenda vobis exhibuit. Hebr. 12, 15 ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος. 1 Petr. 5, 12. — β) munus doctoris in ecclesia ex gratia datum, simulque dona gratiae ad fungendum hoc munere collata, Rom. 1, 5. 12, 3. 6 sqq. 15, 15. 1 Cor. 3, 10. 2 Cor. 1, 2 ubi ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ (dona gratiae divinae, quibus instructus erat apostolus) opponuntur τῇ σαρκικῇ σοφίᾳ. 4, 15. Gal. 2, 9. Eph. 3, 2. 7 sqq. 4, 7. 2 Tim. 2, 1. — γ) *salus* per Christum ipsa, 1 Petr. 1, 13. quae c. 3, 7 χάρις ζωῆς, salus in vita nova (αἰωνίῳ) conspicua dicitur. — 5) *gratia, gratiae, Dank*; Luc. 6, 32—34 ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν, quaenam vobis gratia erit (a Deo)? i. e. quamnam gratiam vobis reddet Deus? — χάριν ἔχειν τινί, gratias habere, Luc. 17, 9. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 1, 3. Hebr. 12, 28. (2 Macc. 3, 33. Ios. ant. 7, 9. 4.) — χάρις τῷ Θεῷ, Deo sit gratia, Rom. 6, 17. 1 Cor. 15, 57. 2 Cor. 2, 14. 8, 16. 9, 15. — 1 Cor. 10, 30 χάριτι, cum gratiarum actione. Col. 3, 16 ἐν χάριτι, grato animo. — (Hom. Iliad. 1, 316. 14, 235. Aelian. V. H. 4, 5 χάριτας ἀπέδοσαν. Ioseph. ant. 6, 14. 4. ib. 7. 8. 4. Ps. 45, 3. Sir. 12, 1. 30, 6.) — Denique

6) dubiae interpretationis sunt loca a) Act. 18, 27 συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος, multum profuit credentibus per favorem divinum; alii: per sermonis gratiam, facundiam. — b) Phil. 1, 7 συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας, alii: eiusdem beneficii divini mecum participes; alii: quum eorundem donorum spiritualium participes sitis, quibus ego gaudeo. — c) Hebr. 13, 9 καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, ubi χάριτι est vel: cogitatione divinae gratiae, i. e. donorum divinorum; vel: spe favoris divini; vel: sensu gratiarum quas Deo debemus. — [Philem. v. 7. *Griesb.* reposuit χαράν.] — χάριν adverbialiter, vid. Χάριν. *.

Χάρισμα, τος, τό, (a χαρίζομαι) *donum, beneficium, gratum; Geschenk, Gunstbezeugung, Gefälligkeit.* Philo de alleg. II, p. 75 B. — In N. T. non nisi de *donis et beneficiis ex Dei gratia hominibus concessis* dicitur; a) de beneficio quod cernitur in liberatione e periculis, 2 Cor. 1, 11. vid. Πρόσωπον n. 2. — b) de donis et facultatibus, quibus per spiritum sanctum ornatur homo, et quidem α) de donis spiritualibus, quae Christiani primi, inprimis doctores per spiritum sanctum, interveniente ma-

nuum impositione, accipiebant, Rom. 12, 6. 1 Cor. 12, 4. 9. 28. 30. 31. 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. 1 Petr. 4, 10. (Act. Thom. §. 27 spiritus s. hominibus datus vocatur τὸ χάρισμα τὸ ὕψιστον.) — β) de continentiae dono, 1 Cor. 7, 7. — γ) de dono cognitionis, spei, fiduciae christianae, Rom. 1, 11. 1 Cor. 1, 7. — c) de beneficio gratiae per Christum, quo Deus expiationem peccatorum effecit et spem salutis aeternae hominibus tribuit; Rom. 5, 15 ubi explicatur δωρεὰ ἐν χάριτι, beneficium, documentum gratiae, et est Christus ipse, quem Deus expiatorem donavit hominibus. ib. v. 16 τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα, donum expiationis, Christus, cessit propter multa peccata in absolutionem. ib. 6, 23. 11, 29 ubi est salus patribus promissa per Christum. (In V. T. non legitur.) *.

Χαριτόω, ῶ, aor. 1. ἐχαρίτωσα, partic. perf. pass. κεχαριτωμένος, (a χάρις, χάριτος) 1) multa gratia, venustate plenum facio aliquem; χαριτόομαι, *gratia multa plenus sum, sehr anmuthig, lieblich sein;* Luc. 1, 28 χαῖρε, κεχαριτωμένη, salve gratia plenissima. (Sir. 9, 8 ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου, ubi cod. Alex. et Clemens Alexand. paedag. 3, 11 habent κεχαριτωμένης pro εὐμόρφου. Sir. 18, 17 ubi ἀνὴρ κεχαριτωμένος est vir suavis, qui gratioso modo agit cum egenis, suaviter eos consolatur et iuvat. (Alii Luc. l. l. vertunt: favore divino ornata.) — 2) *beneficiis orno, in gratia habeo aliquem;* seq. accusativo personae; Eph. 1, 6 ἐν ᾗ (χάριτι) ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, qua sua gratia nos beneficiis ornavit per filium dilectum, coll. v. 7. (Iosephus per Dei gratiam a poena carceris liberatus et ad honores regios evectus, Test. XII patr. p. 698 ἐν φυλακῇ ἤμην, inquit, καὶ ὁ σωτὴρ ἐχαρίτωσέ με ἐν δεσμοῖς καὶ ἔλυσέ με. Symmach. κεχαριτωμένος habet Ps. 18, 26 pro חָסִיד et *Schneiderus* in lex. gr. s. h. v. notat, illud legi apud Libanium 4, p. 1071. Apud profanos non legitur.) *.

Χαῤῥάν, ἡ, (s. Χάῤῥαν; Ioseph. ant. 1, 16. 1) hebr. חָרָן, *Charran*, nomen urbis et regionis (Gen. 11, 32 ἐν γῇ Χαῤῥάν) Mesopotamiae (Gen. 11, 31 sqq. 12, 5. 27, 43. 28, 2. 10. 29, 4. Ioseph. ant. 1, 16. 1. ib. 1, 19. 4), quam putant eandem esse, quae postea Κάῤῥαι, *Carrae*, vocata inclaruit clade Crassi. (Plin. H. N. 5, 24. Luc. 1, 104. Plutarch. vita Crass. c. 25. 27. 28. Ioseph. ant. 20, 2. 3 χώρα Καῤῥῶν.) Semel Act. 7, 2.

Χάρτης, ου, ὁ, (a χαράσσω) *charta;* 2 Io. v. 12. coll. 3 Io. v. 13. (Lev. 36, 23 pro מְגִלָּה, et pro eodem Ier. 36, 2 χαρτίον. Pollux. onom. 7, 210. Cebet. tab. cap. 4. — Ioseph. c. Apion. 1, 34.) *.

Χάσμα, τος, τό, (a χάσκω, dehisco) *hiatus, Kluft*, hiatus terrae, vorago; (LXX 2 Sam. 18, 17 pro פַּחַת. Ioseph. ant. 6, 2. 2. et ib. 7, 10. 2.) — Semel Luc. 16, 26 de hiatu, per quem sedes beatorum a sedibus damnatorum separantur; i. e. vel hiatus, quo veteres, inprimis Graeci, tartari inferna separata esse a sede beatorum opinabantur, (vid. *Elsneri* et *Kypkii* obss. ad h. l.) vel si arbitraris, Lazarum in coelum, Dei sedem, esse translatum (quod praeferendum est, quia ab angelis, coelicolis, ablatus dicitur v. 22), est hiatus, sive intervallum inter coelum et hadem. coll. Luc. 10, 15.

Χεῖλος, εος, ους, τό, (ut videtur, a χέω i. q. χάω, hio, ich klaffe) primum significat, ut *labrum*, quamvis rei extremitatem, ubi hiatum facit, ut hebr. שָׂפָה, cui in versione LXX respondet; igitur 1) de mari est: *littus*, Hebr. 11, 12. (Gen. 22, 17. Exod. 14, 30. Iudic. 7, 12. Ioseph. bell. 3, 10. 7. Diod. Sic. 3, 9. — de ripis fluviorum, Exod. 7, 15. Gen. 41, 3. 17. — τῆς αὐλαίας Exod. 26, 4. 16. 36, 10. vid. etiam 1 Reg. 7, 26. Exod. 28, 32. — de labro vasorum, Hom. Iliad. 12, 52. Odyss. 4, 132.) — 2) *labium, labia, Lippe;* Rom. 3, 13. (Hom. Iliad. 22, 495. Odyss. 1, 381. Ps. 140, 3. coll. Ps. 59, 8.) — metonym. *os loquens, verba proferens*, Matth. 15, 8. Marc. 7, 6 τοῖς χείλεσι, ore tantum me laudant. (Ies. 29, 13.) — Hebr. 13, 15 καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων, primitias labiorum celebrantium Deum, i. e. laudes Deo oblationis instar oblatas. (coll. Ps. 63, 4.) — 1 Petr. 3, 10. (Ps. 12, 3. — vid. etiam Num. 30, 13. Iob. 2, 10. 32, 20.) — *sermo, lingua*, 1 Cor. 14, 21. (Ies. 28, 11. — Gen. 11, 1. 6. 9. Prov. 13, 3. 15, 8.) *.

Χειμάζω, (a χεῖμα, tempestas, hyems) tempestati expono; — hiberno; — tempestate vexo; χειμάζομαι, *tempestate vexor, agitor a tempestate;* semel Act. 27, 18. (Ioseph. ant. 12, 3. 3 χειμαζομένης νεώς, navi a turbine agitata. Ignat. ad Polyc. §. 2. Test. XII patr. p. 613 ἐν τῇ θαλάσσῃ δίκαιοι καὶ ἄδικοι χειμάζονται. ib. p. 670 χειμαζόμενοι ἐπὶ τὸ πέλαγος. Thucyd. 3, 69. — transfertur etiam ad vexationes ab aliis rebus ortas, Prov. 26, 12. Ioseph. bell. 4, 7. 1 ἡ πόλις τρισὶ κακοῖς ἐχειμάζετο, πολέμῳ καὶ τυραννίδι καὶ στάσει.)

Χείμαῤῥος, ου, ὁ, (ex χεῖμα, hyems, et ῥέω) qui hyemis tempore fluit, ein Waldstrom, Giessbach; *torrens;* semel Io. 18, 1 τοῦ χειμάῤῥου τοῦ Κεδρών, vid. quae notavimus in Κεδρών. — (Hom. Iliad. 4, 452. 5, 88. LXX pro נַחַל Deut. 2, 36 sqq. 4, 48. Iud. 4, 7. 2 Sam. 15, 23. 22, 5. 1 Reg. 15, 13. 2 Reg. 23, 6.)

Χειμών, ῶνος, ὁ, (a χεῖμα, tempestas, hyems) 1) *tempestas gravis*, cum turbine, imbre, fulguribus coniuncta, *Ungewitter;* Matth. 16, 3. Act. 27, 20. (Esdr. 10, 9 pro גֶּשֶׁם. 3 Esdr. 9, 6. Test. XII patr. p. 670 ὡς δὲ [in navem] εἰςήλθομεν, γίνεται χειμὼν σφοδρός. Hom. Iliad. 3, 4. Odyss. 14, 522. Ioseph. ant. 14, 14. 3 χειμῶνι σφοδρῷ περιπεσών.) — 2) *hyems*, i. e. tempus tempestatum, navigationi non aptum, die *stürmische Jahreszeit*, (de discrimine inter θέρος et χειμών, vid. Θέρος. Tempore aestatis in illis regionibus nullas esse solere tempestates testatur Ioseph. ant. 6, 5. 6.) — Matth. 24, 20. Marc. 13, 18. Io. 10, 22. 2 Tim. 4, 21. (LXX pro סְתָו Cant. 2, 11. Hom. Iliad. 17, 549. 21, 283. Ioseph. ant. 12, 14. 1 ὥρα χειμῶνος. ib. §. 2. — de calamitate, 4 Macc. 15, 32.) *.

Χείρ, χειρός, ἡ, (a stirpe obsoleta χέω, apertus, vacuus sum) hebr. יָד, Latinor. *manus;* 1) palma, die flache, hohle Hand, capiendo aliquid apta, (Exod. 9, 8. Lev. 16, 13. Ezech. 10, 2. 7.) — 2) *manus*, a) universe; Matth. 3, 22. 4, 6. 5, 30. 9, 18. 12, 10 et saepius. — Hebr. 8, 9 ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτούς. (Est plenior rei et poëtica descriptio; χειρός pro χειρῶν, saepissime aliis in locis.) ib. 12, 12. Iac. 4, 8. Apoc. 8, 4 ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, i. e. ex λιβανωτῷ, quod manu ferebat, vid. v. 3. — ἔργα τῶν χειρῶν, i. e. χειροποίητα, Act. 7, 41. (Deut. 4, 28. 27, 15. Ps. 115, 4), quae dicuntur Act. 19, 26 θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι. — Saepius; vid. Ἐπιτίθημι, Ἐπίθεσις, Ἐπιβάλλω, Ἐκτείνω, Ἐπαίρω, Αἴρω, Κρατέω, Καθαρίζω etc. — b) χείρ ex usu scriptorum nostrorum facit periphrasin subiecti, quatenus aliquid operatur et efficit vel manu, vel etiam quovis alio modo; Luc. 22, 21 ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης, pro ὁ παραδιδών, nisi velis referre ad id, quod Iudas manum simul in patinam immisit. (Deut. 17, 7.) Act. 7, 50 οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα. Act. 17, 25 οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται. (Sir. 15, 14 θεὸς ἀφῆκεν ἄνθρωπον ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ.) — Apoc. 19, 2 ἐξεδίκησε τὸ αἷμα ἐκ χειρὸς αὐτῆς, propr. ex manu sanguine caedis maculata. (Gen. 4, 11. 9, 5. 43, 9. Ies. 1, 12. 15.) — Hinc ἔργα χειρῶν τινος, α) quae aliquis effecit, produxit, Hebr. 1, 10 τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί. (Ps. 102, 26.) [Hebr. 2, 7. vid. Ps. 8, 6.] — β) quae aliquis peragit, vivendi ratio; Apoc. 9, 20 οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, ab impietate et idololatria. (Sap. 1, 12. — vid. etiam Deut. 2, 7. 16, 15. 24, 19.) — — c) ut faciat periphrasin eius, per quem tanquam instrumentum aliquis aliquid peregit, ubi διὰ χειρῶν τινος est: ministerio alicuius, *per aliquem;* ita Marc. 6, 2 διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται δυνάμεις. Act. 2, 23 διὰ χειρῶν ἀνόμων. Act. 5, 12. 7, 25. 11, 30. 14, 3. 15, 23 γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε, literas huiusmodi argumenti per eos illis mittentes. ib. 19, 11. (Exod. 21, 20. Gen. 39, 4. 22. 23. Lev. 10, 11.) — Eodem modo ἐν χειρί τινος Act. 7, 35. Gal. 3, 19. (Gen. 38, 20. Lev. 22, 25. 26, 46. Num. 36, 13. Ios. 14, 2.)

3) per metonymiam ut etiam apud profanos (Homer. Iliad. 21, 93. 548. vid. *Herm.* ad *Viger.* p. 732): potentia quae manu exercetur, *potentia, potestas;* παραδιδόναι τινὰ εἰς χεῖράς τινων, Matth. 17, 22. 26, 45. Marc. 9, 31. Luc. 9, 44. 24, 7. (Deut. 1, 27.) — effugere χεῖράς τινος, 2 Cor. 11, 33. — eripi ἐκ χειρός τινος, Luc. 1, 71. 74. Io. 10, 28. 29. 39. Act. 12, 11. 24, 7. (Gen. 32, 11. 37, 20 sq. Exod. 3, 8. 18, 10. Ioseph. vit. §. 15 θεὸν ῥύσασθαί με ἐκ τῆς ἐκείνων χειρός.) — πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, Io. 3, 35. 13, 3. (Ios. 2, 24. Iud. 1, 2.) — Hinc χεὶρ κυρίου a) *vis, potentia*, qua benefacit, Luc. 1, 66. Act. 11. 21. (2 Sam.

14, 19.) — qua tuetur, Luc. 23, 46 εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. (Ps. 31, 6.) — b) vis, potentia, qua punit, *poena*, Act. 13, 11 χεὶρ κυρίου ἐπὶ σε. (Deut. 2, 15. 1 Sam. 12, 15. Gen. 16, 12. 1 Sam. 24, 14. coll. Exod. 9, 3.) — c) *voluntas, arbitrium*, Act. 4, 28 ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι, efficiens quae pro arbitrii libertate et consilio suo decrevit fieri. 1 Petr. 5, 6 ταπεινώθητε ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ. (Gen. 16, 6. 9. Lev. 14, 21 sq. Sir. 25, 26 εἰ μὴ πορεύεται (ἡ γυνὴ) κατὰ τὴν χεῖρά σου. ib. 46, 5.)

Χειραγωγέω, ῶ, (a χειραγωγός) *manu duco;* Act. 9, 8. 22, 11. (Iud. 16, 26. Artemidor. 1, 28. 5, 20.) *.

Χειραγωγός, οῦ, ὁ, (ex χείρ et ἄγω) *qui manu alterum ducit;* Act. 13, 11. (Artemidor. 1, 50 τυφλοὺς ἐποίησεν, ἵνα χειραγωγοῖς χρήσωνται.) *.

Χειρόγραφον, ου, τό, *chirographum, manu scriptum;* semel Col. 2, 14 ubi lex mosaica ita dicitur, quia literis exarata erat, et ita opponitur doctrinae christianae, quam πνεῦμα ἅγιον absque literis docebat. Vid. Γράμμα. — Legitur etiam Tob. 5, 3. 9, 5 de syngrapha.

Χειροποίητος, ον, (ex χείρ et ποιητός, factus, quod a ποιέω) *manu factus*, (ὁδός, Xenoph. anab. 4, 3. 4.) — Nostri scriptores non nisi de iis usurpant, quae opera et arte humana facta sunt, et opponunt iis, quae a Deo procreantur; Hebr. 9, 11 σκηνῆς χειροποιήτου, τοῦτ' ἔστιν οὐ ταύτης τῆς κτίσεως. — ναός, Marc. 14, 58. Act. 7, 48. 17, 24. — περιτομή, Eph. 2, 11. — ἅγια, Hebr. 9, 24. — (Philo in Flacc. p. 974 B. λοιμῷ χειροποιήτῳ. — In V. T. τὸ χειροποίητον s. τὰ χειροποίητα [εἴδωλα, quod additur Drac. v. 6. θεοὶ χειροποίητοι Iudith. 8, 17.] de idolis, simulacris deorum, pro אֱלִילִים Lev. 26, 1. Ies. 2, 18. 10, 11. 19, 1. 31, 7. vid. etiam Lev. 26, 30. Ies. 21, 9. Sap. 14, 8.) *.

Χειροτονέω, ῶ, partic. aor. 1. act. χειροτονήσας, partic. aor. 1. pass. χειροτονηθείς, (a χειρότονος, manum extendens, quod ex χείρ et τείνω, extendo) manum extendo: hinc ex more veterum in coetibus publicis suffragia ferendi per manum extensam: 1) manu extensa suffragium do; per suffragia eligo; Polyb. 9, 30. 5. — 2) absque notione suffragiorum: *eligo, constituo, creo;* Act. 14, 23. 2 Cor. 8, 19. [2 Tim. 4, 23. Tit. 3, 16.] — (Philo de praem. et poen. p. 918 D βασιλεὺς ὑπὸ θεοῦ χειροτονηθείς. Eodem sensu Ioseph. ant. 4, 2. 3. ib. 13, 2. 2 χειροτονοῦμεν δέ σε σήμερον ἀρχιερέα. ib. 6, 4. 2 κεχειροτονημένος βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ θεοῦ. ib. 7, —. 2. 7, 11. 1. — et τῇ τοῦ θεοῦ χειροτονίᾳ Dei electione, ant. 3, 8. 1. Ignat. ad Polyc. §. 7. Vid. etiam *Loesn.* p. 201.) *.

Χείρων, ονος, ὁ, ἡ, — χεῖρον, τό, (deducendum a χέρης, χέρεος, vilis, cuius neutrum χέρεα, χέρεια legitur apud profanos) *deterior, inferior, vilior*, (Hom. Odyss. 20, 82. 133. Iliad. 15, 641); apud nostros: *deterior, peior*, nostrum *schlimmer;* χεῖρον σχίσμα, Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. — πλάνη χείρων τῆς πρώτης Matth. 27, 64. — *gravior*, τιμωρία, Hebr. 10, 29. (χείριστος, 2 Macc. 13, 9. 3 Macc. 3, 1. 6, 26.) — 1 Tim. 5, 8 ἀπίστου χείρων. (1 Sam. 17, 43 χείρων κυνός. Sap. 15, 18.) — de conditione: *funestior;* τὰ ἔσχατά τινος γίνεται χείρονα τῶν πρώτων, Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. 2 Petr. 2, 20. — τὸ χεῖρον, *peius;* εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα, de aegrota: magis aegrotabat. — Io. 5, 14 ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται, ne gravior morbus te corripiat. (2 Macc. 9, 28 τὰ χείριστα παθών.) — 2 Tim. 3, 13 προκόπτειν ἐπὶ τὸ χεῖρον, in peius ruere. *.

Χερουβίμ, vel χερουβείμ, hebr. כְּרוּבִים, indeclinabile, *Cherubim, Cherubes*, figurae s. imagines animantium, alis instructae, habentes caput ex quatuor faciebus, videlicet hominis, bovis, leonis et aquilae, compositum, solium Dei portantes (Ps. 18, 12. 80, 2. 99, 1. Ies. 37, 16). Impositae erant duae eiusmodi imagines operculo arcae foederis. Semel Hebr. 9, 5. (Vid. omnino Exod. 25 et 26. 37, 7 sqq. 1 Reg. 6, 23 sqq. Ezech. 10, 1 sqq. 41, 18. Ioseph. ant. 3, 6. 5 τῷ δ' ἐπιθέματι αὐτῆς (operculo arcae foederis) ἦσαν προστυπεῖς δύο· Χερουβεῖς μὲν αὐτοὺς Ἑβραῖοι καλοῦσι. ζῶα δ' ἐστὶ πετεινά, μορφὴν δ' οὐδενὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπων ἑωραμένων παραπλήσια. Μωϋσῆς δέ φησι τῷ θρόνῳ τοῦ θεοῦ προστυπεῖς ἑωρακέναι. vid. Id. ant. 8, 3. 3. Quae Gen. 3, 24 commemorantur, alius generis esse videntur. Caeterum et scriptio et genus huius substantivi variat; Iosephus αἱ Χερουβεῖς l. l. — LXX nominativ. singul. semel Χερούβ Ezech. 41, 18. alias ὁ Χερουβίμ 1 Reg. 6, 23. 24 sq. Ezech. 9, 3. — plural. Χερουβεὶμ Gen. 3, 24. Exod. 25, 18 sqq. 26, 1. 32. Χερουβὶμ Exod. 36, 7. 37, 7 sqq. Ps. 18, 12. 80, 2. — Χερουβεὶν, 1 Sam. 4, 4. 2 Sam. 6, 2. — etiam in genere: οἱ Χερουβὶμ Ezech. 38, 7. et τὰ Χερουβὶμ 1 Reg. 6, 26 sq. 31. 7, 35. Ezech. 10, 3.

Χήρα, ας, ἡ, (propr. feminin. adiectiv. χῆρος, α, ον, orbus, [a χάω, vacuus sum] quare passim additur γυνή, ut 2 Sam. 14, 5. 1 Reg. 7, 14. 11, 26. Hom. Iliad. 2, 289. 24, 726. coll. 6, 408. Ioseph. ant. 8, 13. 2.) — *orbata marito, vidua;* Luc. 4, 26 πρὸς γυναῖκα χήραν. — Matth. 23, 14. Marc. 12, 40. 42 sq. Luc. 2, 37. 4, 25. 7, 12. 18, 3. 5. 20, 47. 21, 2 sq. Act. 6, 1. 9, 39. 41. 1 Cor. 7, 8. 1 Tim. 5, 3—5. 9. 11. 16. Iac. 1, 27. (LXX pro אַלְמָנָה Exod. 22, 22. Deut. 24, 19. Iob. 22, 9.) — Apoc. 18, 7 poëtice de urbe auxilio, ope, potentia destituta, ut mulier marito orbata. coll. Ies. 47, 8. 49, 21. Thren. 1, 1. *.

Χθές, adv. i. q. apud Atticos ἐχθές, *heri;* Io. 4, 52. Act. 7, 28. — Hebr. 13, 8 χθὲς καὶ σήμερον καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, respondet verbis: ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, i. e. sempiternus. — LXX pro אֶמֶשׁ Gen. 19, 34. 31, 29. 42. et pro תְּמוֹל Gen. 31, 2. 5. Exod. 4, 10. 5, 7. 14. 21, 29. — (Sir. 38, 22 est: *cras*, in formula: ἐμοὶ χθὲς [scil. morien dum erit], καὶ σοὶ σήμερον. Sic etiam Test. XII patr. p. 660.) *.

Χιλίαρχος, ου, ὁ, (ex χίλιοι et ἀρχός dux) dux mille militum, *chiliarchus;* (LXX pro שַׂר אֲלָפִים Exod. 18, 21. 25. Deut. 1, 15. 1 Chron. 13, 1. coll. 1 Sam. 17, 18. 18, 13. Ios. 22, 14. 21.) — *praefectus* cohortis romanae. Io. 18, 12. Act. 21, 31—33. 37. 22, 24—29. 23, 10. 15—22. 24, 7. 22. 25, 23. — *dux militum* quivis, Marc. 6, 21. Apoc. 6, 15. 19, 18. Ioseph. ant. 7, 2. 2. *.

Χιλιάς, άδος, ἡ, *numerus millenarius, chilias;* Luc. 14, 31. Act. 4, 4. 1 Cor. 10, 8. Apoc. 5, 11. 7, 4—8. 11, 13. 14, 1. 3. 21, 16. — hebr. אֶלֶף Exod. 12, 37. Num. 2, 4 sqq. *.

Χίλιοι, αι, α, *mille, millia*, 2 Petr. 3, 8. Apoc. 11, 3. 12, 6. 14, 20. 20, 2—7. — אֶלֶף Num. 3, 50. 31, 4 sqq. *.

Χίος, ου, ἡ, *Chius*, (hodie *Scio*) nom. insulae in mari Aegaeo inter Samum et Lesbum, ad Asiam minorem pertinentis, fertilissimae, mastices abundantia insignis; Act. 20, 15.

Χιτών, ῶνος, ὁ, hebr. כְּתֹנֶת Latinor. *tunica*, i. e. vestis interior, quae nudo corpori induebatur, et ita ab ἱματίῳ, pallio, distinguitur, Matth. 5, 40. Luc. 6, 29. Io. 19, 23. Act. 9, 39. Iud. v. 23 de quo loco vid. Σάρξ. (Homer. Iliad. 10, 21. Odyss. 10, 542. Lev. 8, 13. Exod. 40, 12. 35, 18. Iudith. 14, 19. Ioseph. ant. 3, 7. 4 qui etiam puellarum χιτῶνας commemorat, ant. 7, 8. 1.) — Solebant nobiliores et ditiores plures induere tunicas, Matth. 10, 10. Marc. 6, 9. Luc. 3, 11. 9, 3. — et ita etiam pontifex, Exod. 29, 5. — Ioseph. ant. 3, 7. 4 pontifici tribuitur hyacinthinus χιτών, qui fuerit ποδήρης, talaris. Unde intelligitur quomodo dici potuit pontifex Marc. 14, 63 τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ διαῤῥήξας. Vid. etiam 2 Macc. 4, 38. *.

Χιών, όνος, ἡ, *nix;* Matth. 28, 3. Marc. 9, 3. Apoc. 1, 14. — Hom. Iliad. 10, 7. LXX pro שֶׁלֶג Num. 12, 10. 2 Sam. 23, 20. Iob. 6, 16. Ier. 18, 14. *.

Χλαμύς, ύδος, ἡ, (a χλιαίνω, calefacio) *chlamys*, vestis, quae tunicae superinduebatur, pallium quoddam rotundum virorum, quod reges (Ioseph. ant. 5, 1. 10 χλαμύδα βασίλειον, ἐκ χρυσοῦ μὲν πᾶσαν ὑφασμένην. Herodian. 7, 5. 7), duces (2 Macc. 12, 35) et milites gestare solebant. Matth. 27, 28. coll. v. 31. et Io. 19, 2 ubi ἱμάτιον πορφυροῦν. (Xenoph. mem. 2, 7. 5. Aelian. V. H. 14, 10. coll. Plaut. Rud. 2, 2.) *.

Χλευάζω, (a χλεύη, risus, derisio, ludibrium, contemtus, Ioseph. ant. 7, 3. 1) *derideo, irrideo;* Act. [2, 13. vid. Διαχλευάζω] 17, 32. (Sap. 11, 15. 2 Macc. 7, 27. Ioseph. bell. 6, 7. 2. Id. c. Apion. 2, 13.) *.

Χλιαρός, ά, όν, (a χλίω, calore mollis fio, liquesco) *tepidus*, (Athen. 3. p. 123 E. τὸ δὲ χλιαρὸν ὕδωρ Ἀθηναῖοι μετάκερας καλοῦσι.) — Semel Apoc. 3, 16 de cibo, ut videtur, tepido tantum, nec satis cocto; vid. Ζεστός. Alii: tepidus, i. e. segnis in amore.

Χλόη, ης, ἡ, *Chloë*, nom. propr. mulieris christianae, de qua vid. 1 Cor. 1, 11.

Χλωρός, ά, όν, per crasin pro χλοερός, (a χλόη, herba tenera) 1) *viridis, virens*; Marc. 6, 39 χλωρῷ χόρτῳ. Apoc. 8, 7. 9, 4 πᾶν χλωρόν intell. βλάστημα. — LXX pro יָרָק Gen. 1, 30. Exod. 10, 15. Num. 22, 4. לַח Gen. 30, 37. Ezech. 17, 24. 20, 47. vid. etiam 2 Reg. 19, 26. Gen. 2, 5. Deut. 29, 23. — 2) ex adiuncto, quia herbae propullulantes pallidae sunt; *pallidus, flavus*; Apoc. 6, 8 ἵππος χλωρός. (Hom. Iliad. 7, 479 χλωρὸν δέος. ib. 10, 376. — Ita Ceres χλόη, *flava* Ceres. Hesych. χλωρός. ὠχρός.) *.

ΧΞΣΤ, *sexcenti sexaginta et sex*; graeca enim litera χ' valet sexcenta; ξ' sexaginta et στ' sex. — Apoc. 13, 18. De sensu huius numeri vid. *Eichhornii* comment. ad h. l. et quae satis copiose disputavit *Wolfius* in cur. philol. T. IV. p. 545 sqq. Secundum *Lückium* hic numerus exprimit vocem רוֹמִית, *Römerthum*, videl. litera ר = 200; ו = 6; מ = 40; י = 20; et ת = 400.

Χοϊκός, ή, όν, (a χόος s. χοῦς) e pulvere constans, *terrenus, e terra formatus*; 1 Cor. 15, 47. 48. 49. (Philo de alleg. 1, p. 46 distinguit ἄνθρωπον οὐράνιον et γήϊνον. Hesych. χοϊκός, πήλινος, γήϊνος. Apud profanos non legitur.) *.

Χοῖνιξ, ικος, ἡ, *choenix*, mensura aridorum, pars octava modii, continens sextarium unum et dimidium, pondetansque duas libras romanas; Apoc. 6, 6 χοῖνιξ σίτου δηναρίου, choenix tritici denario vendatur. (Hom. Odyss. 19, 28. Diodor. Sic. 19, 49. Diog. Laert. 8, 18. Herodot. 7, 231. Thucyd. 4, 16.) — Ezech. 45, 10. 11 pro בַּת. **.

Χοῖρος, ου, ὁ, ἡ, porcellus, (Hom. Odyss. 14, 73.) — *porcus, porca*; Matth. 7, 6. cf. Κύων. — Matth. 8, 30—32. Marc. 5, 11—16. Luc. 8, 32 sq. 15, 15 sq. (Xenoph. anab. 7, 8. 5.) — In V. T. non legitur. Impuros habebant Hebraei porcos, nec eorum carne vescebantur. *.

Χολάω, ῶ, (a χολή) *indignor, succenseo*, seq. dativ. personae, Io. 7, 23. (3 Macc. 3, 1. Symmach. Ps. 78, 21. et 89, 39 pro הִתְעַבֵּר.) *.

Χολή, ῆς, ἡ, (a χέω, fundo; χολή propr. se effundens) *bilis flava, fel*; Act. 8, 23 de quo loco vide Πικρία. (LXX pro רֹאשׁ, Deut. 29, 18. 32, 32. Ier. 8, 14. Thren. 3, 19.) — 2) ex usu LXX interpretum transfertur ad alia amara, et est: *absynthium, myrrha*; Matth. 27, 34. coll. Marc. 15, 23. (LXX pro לַעֲנָה absynthium, Prov. 5, 4. Thren. 3, 15 ἐχόρτασέ με πικρίας, ἐμέθυσέ με χολῆς pro מְרֹרִים. Iob. 16, 13.) In Actis Thomae aliquoties ut §. 33. 53 et al. veneni notionem habet. *.

Χόος, vid. Χοῦς.

Χοραζίν, (vel ut etiam in codd. scribitur Χωραζίν, Χοραζαΐμ, Χοραζείν) *Chorazim*, nom. propr. indecl. urbis cuiusdam Galilaeae; Matth. 11, 21. Luc. 10, 13. In V. T. et apud Iosephum non commemoratur. *.

Χορηγέω, ῶ, fut. ήσω, aor. 1. ἐχορήγησα, (a χορός et ἄγω) 1) chorum duco, praefectus chori sum; (Athen. 14, 8.) — chorum instruo, necessaria suppedito ad chorum adornandum (Xenoph. mem. 3, 4. 3); — remota notione chori, 2) universe: *suppedito* necessaria, *praebeo*, quibus opus est; profani maxime seq. accusativo personae et dativo rei, ubi est: instruo aliquem aliqua re, (Sir. 44, 6 ἄνδρες κεχορηγημένοι ἰσχύι.) — nostri non nisi seq. accusativo rei et dativo personae; *suppedito alicui aliquid*; bis: 2 Cor. 9, 10 (secundum textum *Griesb.*) χορηγήσει (text. vulg. χορηγήσαι) καὶ πληθυνεῖ τὸν σπόρον ὑμῶν, (ubi ὑμῶν pro ὑμῖν) suppeditabit vobis σπόρον et augebit; sens. reddet largiter quae dederatis. 1 Petr. 4, 11 ἰσχύος ἧς (per attractionem pro ἥν, vid. Ὅς) χορηγεῖ ὁ θεός. (Ita χορηγεῖν τί τινι, 1 Reg. 14, 7. Sir. 1, 25 κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν. c. 18, 31. Iudith. 12, 2. 1 Macc. 14, 10. 2 Macc. 3, 3. 4, 49. 9, 16. Ioseph. ant. 7, 11. 6 αὐταῖς χορηγεῖν τὰ ἐπιτήδεια. de bell. 4, 5. 5 χορηγοῦντος ἰσχὺν τοῖς καταλύουσι τὰ πάτρια. Philo lib. 1. de vit. Mos. p. 642 παντὶ τῷ πλήθει ποτὸν ἐχορήγησεν. — χορηγὸς ἀγαθῶν, Ioseph. ant. 6, 14. 4. de Deo, ut 2 Macc. 1, 25.) *.

Χορός, οῦ, ὁ, propr. locus ad saltandum, Homer. Odyss. 8, 260. — *chorea, chorus*; ordines saltantium cum cantu; semel Luc. 15, 25 ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν, concentum et choros, i. e. strepitum instrumentorum et saltantium cum cantu. — (Hom. Iliad. 16, 183. LXX pro מָחוֹל Ps. 150, 3. 151, 4. Thren. 5, 15. et מְחוֹלָה Exod. 15, 20. 32, 18. Iud. 11, 34. 21, 21. Ioseph. ant. 7, 4. 2.) *.

Χορτάζω, aor. 1. ἐχόρτασα, aor. 1. pass. ἐχορτάσθην, fut. 1. χορτασθήσομαι, (a χόρτος) 1) herbis pasco, saturo, sagino; de animalibus apud profanos. — 2) *satio* a) propr. cibo, et ex more recentiorum scriptorum (quos nominavit *Sturz.* de dial. Mac. p. 200) et constanti usu nostrorum scriptorum dicitur de homine, (LXX pro שָׂבַע et הִשְׂבִּיעַ) seq. accusativo personae Matth. 15, 33. — et genitivo rei, Marc. 8, 4 ἄρτων. (Ps. 132, 15. Thren. 3, 15. 29.) etiam, ut in verbis vescendi aliis (vid. Ἐσθίω), seq. praepositione ἀπό, ut Luc. 16, 21. (Ps. 104, 13.) et seq. ἐκ, Apoc. 19, 21. (Ps. 81, 16.) — χορτάζομαι, *saturor, satior*, Matth. 14, 20. 15, 37. Marc. 6, 42. 7, 27. 8, 8. Luc. 9, 17. Io. 6, 26. Phil. 4, 12. Iac. 2, 16. (Ps. 37, 19. 59, 15. Arrian. diss. Epict. 1, 9. 3, 22.) — b) tropice: *satio* i. e. *largiter tribuo*; passiv. *largiter accipio, satior*; α) de bonis: bonis, felicitate satior; Matth. 5, 6. Luc. 6, 21. (Ps. 107, 9 ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν, καὶ πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Ps. 17, 15. Ier. 5, 7.) — β) de malis, Thren. 3, 15. 29. — (terram pluvia satiare, Iob. 38, 27.) *.

Χόρτασμα, τος, τό, (a χορτάζω, perf. pass. κεχόρτασμαι) 1) pabulum; de pecudibus, Gen. 24, 25. 32. 24, 27. Deut. 11, 15. Sir. 30, 24. 38, 26. Ps. Sal. 5, 11. — 2) *edulium* ex genere herbarum, *panis*; de hominum cibo; Act. 7, 11. (Ita χόρτος Anthol. gr. T. 1. p. 119 ed. *Iacobs.*)

Χόρτος, ου, ὁ, (quod ducunt a stirpe κείρω, i. q. κείρω, consumo, absumo, unde χόρτος pro κόρτος) *pabulum*, foenum; — *gramen, verba viridis*, unde passim additur χλωρός, Matth. 6, 30. 14, 19. Marc. 6, 39. Luc. 12, 28. Io. 6, 10. 1 Cor. 3, 12. Iac. 1, 10 sq. 1 Petr. 1, 24. Apoc. 8, 7. 9, 4. — Inde etiam *seges nascens*, gramini similis, Matth. 13, 26. Marc. 4, 28. — LXX pro חָצִיר gramen, Iob. 40, 10. Ps. 37, 2. 104, 14 sq. עֵשֶׂב herba, Gen. 1, 11. 12. 2, 5. 9, 3. Ps. 102, 5. 12. *.

Χουζᾶς, ᾶ, ὁ, *Chuzas*, nom. propr. procuratoris Herodis, Luc. 8, 3.

Χοῦς, (per crasin pro χόος) accusat. χοῦν; (a χέω, fundo, terra egesta); *pulvis terrae*; ἐκτινάσσειν τὸν χοῦν, Marc. 6, 11. (Ies. 52, 2); vid. Ἐκτινάσσω. coll. Luc. 9, 5. — Βάλλειν χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλάς, pulverem, cinerem iacere in capita, lugentium erat mos, Apoc. 18, 19. Ios. 7, 6. Thren. 2, 10. Vid. Σποδός. — (LXX pro עָפָר Gen. 2, 2. Levit. 14, 41. 2 Sam. 22, 43. Eccles. 3, 20. 12, 7. Ezech. 26, 4.) *.

Χράομαι, χρῶμαι, aor. ἐχρησάμην, imperativ. χρῆσαι. depon. medium, (a χράω) Latinor. *utor*, seq. dativo rei; (semel 1 Cor. 7, 31 in codd. non malis seq. accusativo rei, vid. *Win.* Gr. p. 189. *Rost.* Gr. p. 487.) a) de rebus: *utor aliqua re*, Act. 27, 17 βοηθείαις, adminiculis quibus possent. 1 Cor. 7, 21 μᾶλλον χρῆσαι. potius utere hac opportunitate 1 Cor. 7, 31 τῷ κόσμῳ. 9, 12 τῇ ἐξουσίᾳ. v. 15 οὐδενὶ τούτων. 1 Tim. 1, 8 τῷ νόμῳ. ib. 5, 23 οἴνῳ. (Sap. 2, 6. 13, 19. Ioseph. bell. 3, 8. 1 συνεργείᾳ χρησάμενος. 4 Macc. 3, 20. 5, 6. 9, 2.) — b) de personis: *utor aliquo*, i. e. *tracto illum*, Act. 27, 3 φιλανθρώπως τῷ Παύλῳ χρησάμενος. (LXX pro עָשָׂה Gen. 16, 6. Esth. 2, 9. 3, 11. Prov. 24, 29. Iudith. 3, 2. 1 Macc. 13, 46. Ioseph. ant. 2, 15. 1 ἐχρήσαντο χαλεπῶς αὐτοῖς, male eos tractarunt.) — c) de ratione agendi qua utor, *utor, ago, sum*; 2 Cor. 1, 17 τῇ ἐλαφρίᾳ. 2 Cor. 3, 12 παῤῥησίᾳ χρώμεθα. 2 Cor. 13, 10 ἀποτόμως χρήσωμαι. (Ioseph. ant. 10, 2. 1 πάσῃ χρησάμενος σπουδῇ καὶ φιλοτιμίᾳ. ant. 2, 8. 1 νόσῳ χρησάμενος, aegrotans. Aelian. V. H. 2, 15 ὕβρει καὶ ἀλαζονείᾳ χρώμενοι.) *.

Χράω, ῶ, (praesens non legitur, pro quo dicitur: κίχρημι, vid. *Rost.* Gr. §. 84. p. 337) aor. 1. ἔχρησα, propr. attingo, appropinquo; porrigo, do; — *mutuum do, commodo*; semel Luc. 11, 5 χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους. (Exod. 12, 36. Xenoph. mem. 3, 11. 17 χρῆσόν μοι τὴν ἴυγγα. Aelian. V. H. 14, 10.)

Χρεία, ας, ἡ, (a χρή) 1) *necessitas, das Bedürfniss*, Act. 20, 34. 28, 10 τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ad victum necessaria. (2 Macc. 12, 39 τὸ τῆς χρείας.) Rom. 12, 13 ταῖς

χρείαις τῶν ἁγίων κοιν. subvenientes necessitati Christianorum. Phil. 2, 25 λειτουργὸς τῆς χρείας μου, vid. Λειτουργός. Phil. 4, 16. 19 πληρώσει τὴν χρείαν ὑμῶν, omnia vobis necessaria largiter dabit. Tit. 3, 14 ἀναγκαίας χρείας, ex pleonasmo, vid. Ἀναγκαῖος. (Esdr. 7, 19. 2 Chron. 2, 16.) — Phrases: a) χρεία ἐστί, *opus est*, — seq. infinitivo, Hebr. 7, 11. — seq. genitivo, Luc. 10, 42 ἑνός ἐστι χρεία, uno opus est; vid. Εἷς, no. 3. (seq. genitivo rei, Sir. 3, 22. 11, 9. 29, 27.) — b) χρείαν ἔχω, *opus habeo, opus est mihi*, Act. 2, 45. 4, 35 ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν. (Test. XII patr. p. 649 κατὰ τὴν ἑκάστου χρείαν προσέφερον πᾶσι.) — seq. infinitivo, Matth. 3, 14. 14, 16. Io. 13, 10. 1 Thess. 1, 8. 4, 9. 5, 1. (Dan. 3, 16.) — seq. τοῦ cum infinitivo Hebr. 5, 12. — seq. ἵνα, tantum apud Ioannem, qui ἵνα solet usurpare pro τοῦ cum infinitivo, Io. 2, 25. 16, 30. 1 Io. 2, 27. — seq. genitivo rei; Matth. 6, 8. 9, 12. 21, 3. 26, 65. Marc. 2, 17. 11, 3. 14, 63. Luc. 5, 31. 9, 11. 15, 7. 19, 31. 34. 22, 71. Io. 13, 29. 1 Cor. 12, 21. 24 οὐ χρείαν ἔχει videlicet τῆς τιμῆς. Hebr. 5, 12. 10, 36. Apoc. 21, 23. 22, 5. (LXX pro חֵפֶץ Ies. 13, 17. Prov. 18, 2. Sap. 13, 16. Sir. 13, 12. 38, 12. 2 Macc. 2, 15.) — 2) *defectus, penuria* eorum, quae necessaria sunt, *indigentia*; (Sir. 29, 2 ἐν καιρῷ χρείας αὐτοῦ.) — Phrases: a) χρείαν ἔχειν, inopia laborare eorum quae ad victum sunt necessaria, *destitui necessariis*, Marc. 2, 25. 1 Io. 3, 17. — ὁ ἔχων χρείαν, *egenus*, Eph. 4, 28. (Sir. 13, 6 τίς ἡ χρεία σου, quid tibi deest? ib. 11, 23.) — b) χρείαν ἔχειν τινός, destitui aliqua re; 1 Thess. 4, 12 ἵνα μηδενὸς χρείαν ἔχητε, ut nulla re necessaria destituamini. Apoc. 3, 17. — 3) *usus, utilitas*, Eph. 4, 29 λόγος ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, utilis ad emendationem communem promovendam. (Sir. 13, 6 χρείαν ἔσχηκέ σου, te utitur i. e. abutitur. ib. 37, 8. 39, 21. 31. 33.) — 4) *negotium utile*, negotium in aliorum commodum; Act. 6, 2 ἄνδρες — καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης. (Ioseph. bell. 2, 20. 3 ἐπέστησαν (αὐτὸν) ταῖς χρείαις, negotiis publicis. Iudith. 12, 10 οἱ πρὸς ταῖς χρείαις. Sir. 35, 2. 42, 23. 2 Macc. 7, 24. 8, 9 ἐν πολεμικαῖς χρείαις πεῖραν ἔχοντες. ib. 15, 5. Ioseph. ant. 13, 3. 1 πολλὰς καὶ μεγάλας ὑμῖν χρείας τετελεκώς. Polyb. 3, 45. 2.) *.

Χρεωφειλέτης, ου, ὁ, (a χρέος, mutuum, aes alienum, et ὀφειλέτης) i. e. ὁ χρέος ὀφείλων, mutuum s. aes alienum debens, *debitor*; Luc. 7, 41. 16, 5 ubi quidam codd. mendose (vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 691) exhibent χρεοφειλέτης. (Prov. 29, 13. Iob. 31, 37. Dionys. Halic. 7, 22. Dio Cass. 58, 8.) Hesych. χρεωφειλέτης· ὁ τὸ χρῆμα ὀφείλων.

Χρή, (a χράω χράει, contracte χρῇ) verbum impersonale: *necesse est, opus est*, sq. infinitivo; i. e. *oportet*, (Ioseph. ant. 14, 13. 7 τί χρὴ ποιεῖν.) — *decet*; semel Iac. 3, 10. (Ioseph. ant. 4, 6. 6 χρὴ γάρ με χαρίσασθαι. Prov. 25, 27 τιμᾶν δὲ χρὴ λόγους ἐνδόξους. Hom. Iliad. 4, 57. 7, 109. 9, 496.) *.

Χρῄζω, (a χρή) i. e. χρείαν ἔχω, 1) *opus habeo, indigeo*; seq. genitivo; Matth. 6, 32 τούτων ἁπάντων. Luc. 12, 30. Rom. 16, 2 ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι, quacunque in re auxilio vestro indiguerit. 2 Cor. 3, 1. (Hom. Iliad. 11, 835. 17, 558. Ioseph. ant. 1, 16. 2.) — 2) *mihi expeto, cupio*, Luc. 11, 8 ὅσων χρῄζει, quodcunque sibi expetierit. (Hom. Iliad. 19, 262. Od. 17, 121. Aeschyl. Prom. 283 τοὺς σοὺς πόνους χρῄζω διαπαντὸς ἀκοῦσαι. Xenoph. anab. 1, 3. 20. Ioseph. ant. 1, 19. 3.) *.

Χρῆμα, τος, τό, (a χράομαι), singular. τὸ χρῆμα, res, qua utimur, (Pind. Ol. 6, 124); et ex adiuncto: res negotiando acquisita, *lucrum*; Act. 4, 37 ubi est i. q. c. 5, 2 τιμή, pretium rei venditae. (Hesych. χρῆμα· πρᾶγμα, πλοῦτος, οὐσία, λῆμμα.) — Plural. τὰ χρήματα, *opes, divitiae*, Marc. 10, 23 οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες, divites, Luc. 18, 24. Marc. 10, 24 πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασι, divitiis suis fretos. (Hom. Od. 2, 78. 203. LXX pro נְכָסִים, opes, Ios. 22, 8. 2 Chron. 1, 11 sq. Sir. 5, 1. 10. 10, 8. 40, 15. 28.) — *pecunia*, Act. 8, 18. 20. 24, 26. (pro כֶּסֶף Iob. 27, 17. 1 Macc. 14, 32. 2 Macc. 3, 6. 7. Pind. Isth. 2, 17. Ioseph. bell. 1, 8. 1. ant. 7, 15. 3.) *.

